Adigere. *Provocare, Compellere.* III. *Cn.* Nullus adigat (mancipare etc.) Th. C. XII. 1. c. 49. pr. de decurion. Si — prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam linquere. Ib. IX. 12. c. 1. de emend. serv. Ad iurandum, v. iusiurandum, adig. fr. 15. fr. 32. pr. Qui et a qu. man. 40. 9. Iureiurando adig. fr. 6. pr. §§. 2. sq. de iure patr. 37. 14. Iusiurandum adig. Adactum iusiurandum. fr. 7. §. 16. de pact. 2. 14. fr. 32. pr. Qui et a qu. man. 40. 9.

Adiicere. §. 1. *Adplicare, Coniungere.* II. *Op.* Detrahere. Gai. III. 177. sq. fr. 7. §§. 1. sq. de A. R. D. 41. 1. III. *Cn.* Si quis rei suae alienam rem ita adiecerit, ut pars eius fieret. fr. 23. §. 2. de R. V. 6. 1. Quod per adluvionem nobis adiicitur. Quod ita paullatim flumen agro nostro adiicit, ut etc. Gai. II. 70. fr. 7. §. 1. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Adhibere, Inferre.* I. *Sy.* Accedere, Adiici (obligationi). Cf. v. Accedere. §. 2. Adhibere (fideiussorem). fr. 6. pr. §. 2. fr. 8. §§. 1. sq. de fideiuss. 46. 1. III. *Cn.* Patre stipulante, filii personam adiici. fr. 95. §. 5. de solut. 46. 3. Coheredem adiicere he-

redi. Gai. II. 243. fr. 32. de vulg. et pup. 28. 6. Modum, v. Robur, adiic. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. c. 1. de off. iurid. Alex. 1. 57. — **§. 3.** *Pretium augere.* I. **Sy.** Addere (pretio). fr. 4. §. 6. fr. 8. fr. 17. de in diem add. 18. 2. III. **Cn.** Fundo in diem addicto, si postea pretium adiectum est. fr. 19. cf. fr. 18. ib. 18. 2. Nisi prior (emtor) paratus sit plus adiicere. fr. 7. ib. 18. 2. — **§. 4.** *Orationi, v. Carmini (conventionis, s. legis etc.) addere.* I. **Sy.** Inserere (verbum). Gai. IV. 24. Ponere, Adponere (diem, v. tempus). fr. 21. pr. Qu. dies leg. 36. 2. fr. 14. fr. 17. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Interrogandi, proponendi, adiiciendique (patientia praebita). Th. C. II. 18. c. 1. de iudic. Scribere, v. Rescribere, et adiic. Gai. II. 165. 221. 250. fr. 7. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Ait, deinde adiicit. Inquit, — merito adiecit (sc. Praetor). fr. 1. §§. 8. sq. 11. de postul. 3. 1. fr. 8. de h. qu. not. inf. 3. 2. Et hoc verum est, nam et Iulianus ait. — Sed adiicere debuit Iul. etc. fr. 31. §. 1. de R. C. 12. 1. Quod adiectum est (in hac lege), — illud efficit etc. Gai. III. 214. 218. Proinde atque si non adiecisset, v. adiectum non esset. Ib. 103. fr. 14. de cond. inst. 28. 7.

Adimere. **§. 1.** *Tollere, Auferre.* I. **Sy.** Succidere (arborem). fr. 1. pr. §§. 2. 9. de arb. caed. 43. 27. III. **Cn.** Fructum percipi, spica aut foeno caeso, aut uva ademta, aut excussa olea. fr. 13. Qu. mod. ususf. 7. 4. Si quem forte gladius ultor adflixerit, aliave quaelibet vitam adimens poena consumserit. Th. C. IX. 42. c. 2. de bon. proscr. cf. fr. 6. §. 2. fr. 8. §. 1. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Privare, Eripere.* I. **Sy.** Publicare. Eripere (bona). Paul. V. 22. §§. 2. sq. V. 23. §§. 10. sq. 13. sq. V. 26. §. 3. III. **Cn.** Bona sua omnia retinent, praeterea si qua eis ademta sunt. fr. 4. de interd. et releg. 48. 22. Relegari, v. Exsulare iuberi, bonis ademtis. fr. 4. ib. 48. 22. fr. 38. §. 8. de poen. 48. 19. Cuive apud exercitum ignominiae causa ordo ademtus est, erit. Tab. Heracl. lin. 46. sq. aer. Neap. Quae poena adimit civitatem R. fr. 6. pr. de interd. et rel. 48. 22. Si res vi mihi ademta fuerit. fr. 31. pr. de A. E. V. 19. 1. fr. 1. pr. fr. 4. pr. de publican. 39. 4. — **§. 3.** *Avocare, Denegare.* II. **Op.** Adimere, vel augere, vel minuere (peculium). fr. 4. pr. de pecul. 15. 1. Concedere, Permittere retinere (peculium). fr. 7. §. 1. ib. 15. 1. Vatic. §§. 260. sq. Dare, Legare. — Adim. (legatum). Vlp. II. 12. XXIV. 29. fr. 1. §. 4. de h. qu. in test. 28. 4. fr. 59. §. 2. de man. test. 40. 4. III. **Cn.** Ad quos aliquid perventurum est morte eius, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur. fr. 1. §. 6. de leg. III. (32.) Ademtum, vel certe rescissum, legatum. Paul. III. 6. §. 92. Hereditatem adimi non posse exheredatione etc. fr. 17. §. 2. de testam. mil. 29. 1. fr. 13. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. Peculium — si non adimatur, donari videtur. Vatic. §. 261. — **§. 4.** *Interdicere, Prohibere.* III. **Cn.** Moribus civilia officia ademta sunt feminis. fr. 1. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Arbitrium, Electionem, adim. c. 8. pr. de inoff. test. 3. 28. c. 3. de duob. reis. 8. 40. Metu legis ademto, (habeant facultatem). Th. C. VII. 10. c. 2. ne qu. in Pal. man.

Adimplere. **§. 1.** *Absolvere.* I. **Sy.** Peragere (opus desperatum). Prooem. Inst. §§. 2. sq. Implere (litem). c. 2. de adsert. toll. 7. 17. — **§. 2.** *Satisfacere, Praestare.* I. **Sy.** Perficere (emtionem). fr. 57. pr. de contr. emt. 18. 1. Satisfacere (libertatibus). c. 15. §§. 1. 3. de test. man. 7. 2. III. **Cn.** Si adimpleverit reliquum. fr. 74. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Quod supra vires patrimonii eius in dotem dare promisit, non queat adimpl. fr. 43. §. 1. de adm. et per. 26. 7.

Adinventum (Partic.). *Inventum, Excogitatum.* III. **Cn.** Exquisita et adinventa commenta. Coll. LL. M. XV. 3. Quod postea id genus poenae adinventum est. fr. 28. pr. de poen. 48. 19.

Adipisci. *Consequi, Adquirere.* I. **Sy.** Nancisci (tutelam). Gai. I. 175. Adquirere (possessionem). Ib. II. 89. Paul. V. 2. §. 1. Pervenire ad (libertatem, v. civitatem). Gai. I. 28. 31. fr. 4. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** Nec faciendi, nec adipiscendi testamenti (licentiam habeant). Th. C. XVI. 5. c. 17. de haeret. Qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. — Qui adeptus possessionem amiserit. Gai. IV. 144. Iustam causam habere adipiscendae possessionis. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5, 3. c. 7. de A. v. R. P. 7. 32. Adipiscendae possessionis causa comparata (sc. interdicta), vel retinendae, vel reciperandae. Gai. IV. 143.

Adire. **§. 1.** *Accedere, Ingredi.* I. **Sy.** Accedere (ad rivum). fr. 11. pr. §. 1. comm. praed. 8. 4. III. **Cn.** Diebus V. proximis, quibus legati — adierint. Tab. Heracl. lin. 79. sq. aer. Neap. — **§. 2.** *Palam implorare officium magistratus.* I. **Sy.** Venire ad (Praetorem). fr. 1. §. 2. fr. 2. de feriis. 2. 12. III. **Cn.** Invocare ius publicum, et adire aliquem potestate praeditum. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. Adire Praetorem, et indicare, v. adprobare. fr. 3. §. 2. de liberali c. 40. 12. Gai. I. 29. Si sint sessiones, vel pro tribunali vel de plano, adversario — denunciare debet, et adire Praetorem, et titulum excusationis suae apud eum expromere. Vatic. §. 156. cf. §. 161. Ad quem, v. Ad quos, de ea re in ius (s. in iure) aditum erit. fr. 6. de feriis. 2. 12. fr. 2. §. 1. ad S. C. Vellei. 16. 1. cf. Vatic. §§. 273. sq. Is, quo, v. Quocunque, de ea re in ius aditum erit. L. Gall. Cisalp. I. 10. 16. etc. Aditus is, cuius de ea re notio est, (v. competens iudex), auctoritatem suam interponet (v. iubebit, s. cognoscet etc.). Vatic. §§. 313. cf. 32. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. Potestas adeundi (Praetoris). fr. 4. §. 3. ne vis fiat ei. 43. 4. In adeundo facilem se praebeat (ius reddens). fr. 19. pr. §. 1. de off. Praes. 1. 18. — **§. 3.** *Sponte adquirere hereditatem.* II. **Op.** Qui invitus heres exsistat. — Qui adeundo hereditatem fiat heres. Gai. II. 37. Relinquere. Recusare. Omittere (hereditatem). Gai. II. 163. Paul. IV. 4. §§. 1. sq. IV. 8. §. 26. Repudiare (heredit.). Ib. §. 26. l. fr. 21. §§. 5. sq. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Adeo cernoque (eam hereditatem). Gai. II. 166. Vlp. XXII. 28. Deliberandi potestas data de adeunda hereditate. Gai. II. 162—164. Hereditatem adire et restituere compelli. Paul. IV. 4. §. 2. Adeundo quaerere, v. consequi, hereditatem. Ib.

Ib. IV. 10. §. 4. fr. 151. de V. S. 50. 16. Hereditatem eius adiri non posse, neque B. Paem postulari. Paul. III. 5. §§. 1. 10. Si hereditatem ad se pertinere noluerint, vel, antequam adierint, decesserint. Vlp. XXVI. 5. Gai. II. 144.

Aditio. §. 1. *Coitio, Coetus.* III. **Cn.** Neque publicis neque privatis aditionibus, — colligendarum congregationum — copiam praesumant. Th. C. XVI. 5. c. 12. de haeretic. — §. 2. *Aditus, Ingressus.* III. **Cn.** Qui, qualibet administratione perfunctus, eum gradum honorariae aditionis petat etc. Ib. VI. 22. c. 7. §. 2. de honor. codic. — §. 3. *Postulatio, Interpellatio.* II. **Op.** Publica iudiciorum aditio. — Privata conventio. Ib. II. 27. c. 1. §. 1. si cert. pet. de chir. III. **Cn.** Nunciatio ex hoc edicto non habet necessariam Praetoris aditionem. fr. 1. §. 2. de O. N. N. 39. 1. Assiduis aditionibus — inquietati, v. permoti sumus. c. 12. pr. Qu. potior. 8. 18. c. 8. de princ. agent. in reb. 12. 22. — §. 4. *Adquisitio hereditatis spontanea.* III. **Cn.** Actus legitimi, — veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio etc. fr. 77. de R. I. 50. 17. Quae (sc. servitutes) aditione confusae sunt. fr. 18. de servit. 8. 1.

Aditus (Subst.). §. 1. *Factum, Facultas, adeundi.* I. **Sy.** Facultas ingrediendi. fr. 1. §. 2. fr. 3. de fugitiv. 11. 4. Copia (iudiciorum, v. iudicialis). c. 15. de iudic. 3. 1. II. **Op.** Latitare. — Aditum ad se praestare. fr. 19. de in ius voc. 2. 4. — III. **Cn.** Aditum et facultatem praestare (ad arcam tollendam). fr. 19. §. 5. loc. 19. 2. S. C. aditum dedit — ad investigandum fugitivum, in praedia etc. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. Aditum intercludimus et vocem negamus. Th. C. V. 11. c. 2. ne colonus. Aditum ad Praetorem et per se habeat. fr. 22. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. — §. 2. *Ius adeundi, v. accedendi.* I. **Sy.** Ius adeundi, v. ut adire liceat. fr. 3. §. 3. de S. P. R. 8. 3. fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4. Accessus. Iter. fr. 1. §§. 1. sqq. si ususf. pet. 7. 6. fr. 10. de S. P. V. 8. 2. III. **Cn.** Aditus, et iter, et via. fr. 1. §. 3. si ususf. pet. 7. 6. Iter, aditus, ambitus. fr. 5. de sepulc. viol. 47. 12. Ad quas nullus a platea aditus atque egressus patamen. Th. C. XV. 1. c. 53. de opp. pub. Ex plano aditus ad domum meam. fr. 20. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Ut cum aditu sibi praestetur ususfr. fr. 1. §. 2. cf. §. 1. si ususfr. pet. 7. 6. Non debebit aditum (legatarius), sed redimere aditum et praestare (cogitur heres). fr. 44. §. 9. de legat. I. (30.) — §. 3. *Locus, quo patet accessus.* III. **Cn.** Neque diaetas transformare, vel coniungere aut separare, ei permittetur, vel aditus posticasve vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare. fr. 13. §. 7. de usuf. 7. 1. Si cui prospectus, si cui aditus sit deterior aut angustior. fr. 2. §. 12. ne qu. in loco pub. 43. 8. cf. fr. 19. §. 5. loc. 19. 2. In quo conclavi — ne plures aditus sint, quam unus. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre 25. 4. — §. 4. *Modus quaerendi, Adquisitio.* III. **Cn.** Nec ulla lege — aditus ad civitatem R. datur (dediticiis). Gai. I. 26. Aditus est ad hereditatem. fr. 28. §. 3. de lib. et posth. 28. 2.

Adiudicare. §. 1. *Iudicio addicere, v. adtribuere.* I. **Sy.** Addicere (aliquem, pistrino etc.). Th. C. IX. 40. c. 7. sq. de poen. Secundum aliquem iudicare. fr. 16. §. 5. de pign. 20. 1. III. **Cn.** Recte aget, et adiudicari ei poterit hypotheca. fr. 12. pr. Qu. potior. 20. 4. Sententia, s. Per sententiam, adiudicari. fr. 16. §. 5. de pign. 20. 1. fr. 39. pr. de iure fisci. 49. 14. — §. 2. *Iudicio divisorio addicere, v. adsignare.* III. **Cn.** Ex certo tempore legari potest. An in iure cedi, vel an adiudicari possit, variatur. Vatic. §. 49. In familiae erciscundae iudicium venire, et adiudicari posse. fr. 12. pr. §. 2. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 35. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Nisi coheres sit, neque adiudicari quidquam ei oportet, neque adversarius ei condemnandus est. fr. 1. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Sive legatus sit tibi, sive adiudicatus, sive usucaptus a te, sive traditus, vel aliquo iure tuus factus. fr. 6. §. 3. de statulib. 40. 7.

Adiudicatio. §. 1. *Certa pars formulae in iudiciis divisoriis.* I. **Sy.** Ea pars formulae, qua permittitur iudici, rem alicui ex litigatoribus adiudicare. Gai. IV. 42. II. **Op.** Demonstratio. — Intentio. — Condemnatio. Ib. 39. 44. cf. fr. 42. §. 6. de proc. 3. 3. fr. 2. §. 1. fin. reg. 10. 1. — §. 2. *Sententia ipsa arbitri adiudicantis.* III. **Cn.** Adiudicatione dominia nanciscimur, per formulam familiae erciscundae, — et per formulam communi dividundo. Vlp. XIX. 6. cf. 2. A iudice invicem adiudicationes et condemnationes factae sunt. fr. 36. fam. erc. 10. 2. Arbitrum dividendae hereditatis supremam voluntatem, factis adiudicationibus, et interpositis cautionibus, sequi. fr. 78. pr. de hered. inst. 28. 5.

Adiudicatus (Partic.). §. 1. *Sententia iudicis adtributus.* III. **Cn.** Praeses Prov. ex nominibus — elegit idonea, — post cuius sententiam respub. a plerisque adiudicatis sibi pecunias percepit. fr. 21. §. 3. de ann. legat. 33. 1. — §. 2. *Iudicatus, Addictus.* III. **Cn.** Liber verberatus addicebatur ei. — Vtrum autem servus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, — quaerebant. Gai. III. 189. Etsi ex S. C. facta videatur ancilla, domino tamen adiudicata — non videtur. Paul. II. 21. A. §. 17.

Adiumentum. *Auxilium, Praestatio.* I. **Sy.** Munus. Obsequium. Adiumenta (poscere) Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. III. **Cn.** Tanta necessitas, ut aliquid in adiumentum aerarii nostri publica requirat expensa. Ib. XI. 20. c. 4. §. 1. de coll. donat. Quam (sc. fabricam) — adiumentis militum et impensis debueras fabricare. Ib. XV. 1. c. 13. de opp. pub.

Adiunctio. *Accessio.* III. **Cn.** Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emtionibus adplicaverat. Paul. III. 6. §. 49.

Adiunctus (Partic.). §. 1. *Adiectus, Cohaerens.* III. **Cn.** Tabulae adfixae, et parietibus adiunctae. fr. 41. §. 13. de leg. I. (30.) Qui fundum adiunctum habeat. fr. 12. pr. de relig. 11. 7. — §. 2. *Concurrens, Interveniens.* II. **Op.** Solus (pater). — Adiuncta persona (filiae). fr. 2. §. 1. sol. matr. 24. 3. fr. 3. §. 4. rer. amotar. 25. 2. cf. Vlp. VI. 6. — §. 3. *Particeps, Complex.* I. **Sy.** Consors.

Coniunctus. Th. C. VII. 13. c. 7. §§. 1. sq. de tiron. IX. 1. c. 19. §. 1. de accus. et inscr. — **§. 4.** *Extraneus.* III. ***Cn.*** Si etiam eius summae sit, ut recipere possit adiunctos. Ib. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord.

Adiungere. **§. 1.** *Coniungere, Adplicare.* I. ***Sy.*** Adplicare (fundo, sc. pascua), Paul. III. 6. §§. 49. 54. Inserere (precibus). c. 8. de prec. Imp. off. 1. 19. III. ***Cn.*** Fundum adiungere alii fundo. fr. 60. pr. de V. S. 50. 16. Deserere, aliudve crimen desertioni adiungere. fr. 5. pr. de R. M. 49. 16. cf. c. 3. de ord. iudicior. 3. 8. — **§. 2.** *Adscribere, Sociare.* I. ***Sy.*** Adiicere. Gai. IV. 24. 33. Substituere (heredem). fr. 14. §. 1. de iure codic. 29. 7. III. ***Cn.*** Excusari quidem non potest, sed adiungi ei curator potest. Paul. II. 29. §. 1. cf. fr. 6. ubi pup. 27. 2. Curatorem habenti neque adiungi, nisi causa cognita, neque in locum eius alium substitui. c. 10. Qui dare tut. 5. 34. Nec ipsum uxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adiungere posse. fr. 15. de sponsal. 23. 1. — **§. 3.** *Iniungere, Mandare.* III. ***Cn.*** Labor omnibus par et iustus adiunctus sit. Th. C. XIII. 5. c. 6. de navicul. Inter alia adiuncta, et congrue procuranda. Ib. VI. 29. c. 10. de curios.

Adiuratorius (Adiect.). *Iuratorius, Iureiurando confirmandus.* III. ***Cn.*** Adiuratoriae [al. Iuratoriae] tantummodo cautioni committi. c. 4. §. 2. de castrensian. 12. 26. c. 3. §. 3. de priv. schol. 12. 30.

Adiutor. *Vicarius, Munificus.* III. ***Cn.*** Adiutor tutelae, quem solet Praetor permittere tutoribus constituere. fr. 13. §. 1. de tutel. 26. 1. Numerarii tui officii, seu domestici, vel scriniarii, sive adiutores. Th. C. VIII. 1. c. 16. de numerar. Quae exacta sunt per adiutores eius (sc. actoris servi), neque calendario illata sunt. fr. 40. §. 4. de statulib. 40. 7. Librarii caducorum, et adiutores corniculariorum. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Vt periculum se et adiutor, et subadiuvae subituros esse cognoscant. Th. C. VI. 27. c. 3. §. 1. de agent. in reb. Adiutores, qui matriculas tractant. Ib. VI. 30. c. 16. de Palatin. S. largition. Adiutor, in quo totius scholae status, et magistri securitas constituta est. Ib. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. offic.

Adiutorium. *Praesidium.* I. ***Sy.*** Praesidium. c. 4. de lib. praeter. 6. 28. Adiuvare. Adiutorium suum praestare. Nov. 37. in f. III. ***Cn.*** Qui ministerium atque adiutorium ad subripiendas res praebet. fr. 50. §. 3. de furt. 47. 2. Dei omnipotentis, s. Divinum, adiut. c. 1. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 6. ubi caus. stat. 3. 22. Ad cessionis flebile veniens adiut. c. 7. Qui bon. ced. 7. 71.

Adiutrix. *Titulus honoris, singulae alicui legioni adtributus.* III. ***Cn.*** Cum in legione prima adiutrice nostra militant. c. 3. de adpar. Prf. Pr. 12. 53. c. 6. de castr. pec. 12. 37. Medicus legionis secundae adiutricis. c. 1. de prof. et med. 10. 52.

Adiuvare. **§. 1.** *Opitulari.* I. ***Sy.*** Succurrere. fr. 15. §. 35. de damn. inf. 39. 2. Iuvare (hostes P. R.). fr. 1. §. 1. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. III. ***Cn.*** Quod dominum in proelio adiuvaverit, contra latrones tuit[illegible] fr. 15. §. 1. de man. vind. 40. 2. Inquirentes [illegible] Inquirendis fugitivis, adiuv. dominos. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. Ad curatores (operum publ.) adiuvandos dare ministeria militaria. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 6. §. 3. de off. Praes. 1. 18. Negotiatores, qui annonam urbis adiuvant. fr. 5. §. 3. de iure immun. 50. 6. — **§. 2.** *Confirmare, Favere.* I. ***Sy.*** Confirmare (lege, v. S. Cto.), fr. 6. de pact. 2. 14. III. ***Cn.*** Adiuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia introduci. fr. 7. §. 1. de I. et I. 1. 1. Interpretatione adiuvare (legem). fr. 64. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Qui testimonio suo intentionem accusatoris adiuvaverunt. fr. 5. §. 10. de h. qu. ut ind. 34. 9. — **§. 3.** *Periclitanti in iure, vel iudicio, subvenire.* I. ***Sy.*** Relevare (per S. C.). fr. 8. §. 5. fr. 13. pr. ad S. C. Vell. 16. 1. Succurrere, Subvenire (exceptione). fr. 2. §§. 1—4. 6. si qu. caut. 2. 11. (restitutione in integr.) fr. 3. §. 4. de min. 4. 4. III. ***Cn.*** Adiuvandi actoris (v. rei) gratia adiectione opus est. Gai. IV. 126. sqq. Vtili repetitione adiuvari. fr. 21. §. 3. de ann. legat. 33. 1.

Adlectio. *Cooptatio in numerum Senatorum immunium.* III. ***Cn.*** Senatoriam mindigent dignitatem, seque cum adlectione clarissimos nostro iudicio gratulentur. Th. C. VI. 24. c. 7. de domestic. Cf. VI. 4. c. 10. §. 1. de Praetor. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. Pal.

Adlectus (Subst.). **§. 1.** *Adscriptus collegio, vel ordini.* III. ***Cn.*** Qui in corporibus adlecti sunt. fr. 5. §. 13. de iure immun. 50. 6. In curiam adlectus. fr. 6. pr. de mun. et hon. 50. 4. — **§. 2.** *Qui, adlectione celebrata, Senator immunis factus est.* III. ***Cn.*** Vt in amplissi. Ordine inter adlectos et immunes a senatoriis descriptionibus habeantur. Th. C. VI. 23. c. 1. de decur. et silent. cf. VI. 24. c. 8—10. de domest. et protect. VI. 27. c. 5. sq. de agent. in reb. — **§. 3.** *Evocatus ad exigendas res extraordinarias.* III. ***Cn.*** Largitionales et prosecutores, adlectique. Ib. XII. 6. c. 12. sq. de susceptor. Legati atque adlecti. Ib. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord.

Adlegare. *Profiteri, Proferre, Postulare.* I. ***Sy.*** Adseverare. Adfirmare. fr. 5. §§. 11. sq. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Vatic. §§. 128. sqq. Publicare (apud acta). Adnectere (acta). Th. C. VIII. 12. c. 1. §. 2. c. 3. c. 8. de donat. III. ***Cn.*** Inofficiosum testamentum dicere, h. e. adlegare, quare etc. fr. 3. de inoff. test. 5. 2. Adlegata et suscepta (ab ampl. Ordine) denuo retractare. Th. C. VI. 3. c. 15. de Senator. Adi correctorem — et ea, quae in precem contulisti, adlega. Vatic. §. 292. Etsi in provincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio adlegetur. Ib. §. 192. Quodsi ex servitute in ingenuitatem se adlegat. fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. Ne tamen, titulo tenus tutores aere alieno adlegato, pecunia abutantur. fr. 5. §. 13. cf. §. 14. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9.

Adlegatio. **§. 1.** *Professio, Postulatio.* III. ***Cn.*** Erroris proprii veniae petitio, vel adversarii circumventionis adlegatio. fr. 17. de min. 4. 4. Qui

rescriptum a Principe falsa adlegatione [illegible] Paul. I. 12. §. 6. Praefectum Vr. — adire non prohiberis, qui partium adlegationibus exa[minatis] petitioni tuae secundum iuris providebit iustitiam. Vatic. §. 273. Neque passim impunitas eis — concedenda est, neque transmittenda adlegatio dicentium etc. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. — **§. 2.** ***Id, quod professione facta prolatum est.*** I. ***Sy.*** Rescriptum. Th. C. XVI. 5. c. 37. de haeret. — **§. 3.** ***Munus adlectorum.*** III. ***Cn.*** Officiis adlegationis inservire. XII. 6. c. 11. de susceptor.

Adlegere. ***Collegio, vel corpori, adscribere aliquem.*** I. ***Sy.*** Adsumere (in collegiis, v. corporibus). fr. 5. §§. 7. 12. sq. de iure immun. 50. 6. Recipere ad (decurionatum). Adl. in (ordinem, s. curiam). fr. 3. §. 2. fr. 13. pr. — §. 3. de decur. 50. 2. fr. 6. pr. de mun. et hon. 50. 4.

Adlevare. ***In altum tollere.*** II. ***Op.*** Deprimere (rivum). fr. 11. pr. comm. praed. 8. 4.

Adligare. **§. 1.** ***Ligare, Adplicare.*** I. ***Sy.*** Insinuare (actis). c. 31. sq. de donat. 8. 54. II. ***Op.*** Adligata — Soluta (animalia). fr. 40. sq. de Aed. ed. 21. 1. III. ***Cn.*** Si machinam adligare quis prohibeat. fr. 1. §. 8. de mort. infer. 11. 8. Qui ita adligati sunt, ut sine dedecore in publico parere non possint. fr. 10. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** ***Implicare, Obstringere.*** I. ***Sy.*** Adstringi. Adl. se (hereditati). fr. 78. de A. v. O. H. 29. 2. Teneri, Adligari (praescriptione). Th. C. IV. 8. c. 6. §§. 1. sq. (Wck.) de liberali c. II. ***Op.*** Solvere (ab obligatione). fr. 123. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Legibus adligatum se Principem profiteri. c. 4. de LL. 1. 14. Non utique ad unam probationis speciem cognitionem adligari debere. fr. 3. §. 2. de testib. 22. 5.

Adluere. **§. 1.** ***Circumluere, Vndas adpellere.*** III. ***Cn.*** Provinciae, quae mari adluuntur. Th. C. X. 19. c. 9. de metall. et metallar. — **§. 2.** ***Adluvionem efficere, Adgerere.*** III. ***Cn.*** Cum paullatim colluendo locum eminentem supra alveum fecit (sc. amnis), et eum adluendo auxit. fr. 30. §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Adluvio. **§. 1.** ***Mutatio soli quaelibet, vi aquarum effecta.*** III. ***Cn.*** Si locus — impetu fluminis occupatus esset, et — adluvione facta, restitutus est. fr. 14. pr. Quemad. servit. 8. 6. cf. fr. 30. §. 3. fr. 38. de A. R. D. 41. 1. Quae adluvione fluminum nostra fiunt. fr. 2. pro suo. 41. 10. In agris limitatis ius adluvionis locum non habere. fr. 16. cf. fr. 12. pr. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** ***Incrementum agri latens, quod aquarum mutationibus debemus.*** III. ***Cn.*** Si adluvione paullatim accesserit fundo tuo. fr. 3. §. 2. de aqua quot. 43. 20. cf. Gai. II. 70. fr. 7. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Si adluvione auctus esset ager, vel etiam insulae natae. fr. 16. de legat. III. (32.)

Admetiri. ***Ad mensuram tradere rem.*** I. ***Sy.*** Metiri. Gai. III. 90. fr. 35. §. 5. fr. 40. pr. §. 2. de contr. emt. 18. 1. III. ***Cn.*** Si per eum steterit, quominus opus adprobetur, vel admetiatur. fr. 36. locati. 19. 2. Si admensa, adpensa, adnumeratave sint. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1.

Adminiculum. **§. 1.** ***Praesidium, Firmamentum.*** I. ***Sy.*** Auxilium (adpellationis). c. 7. c. 10. c. 16. de app. et consult. 7. 62. Auctoritas (iuris civilis). fr. 39. §§. 6. 9. de adm. et per. 26. 7. II. ***Op.*** Substantia, — Adminicula (emtionis etc.). fr. 72. pr. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 1. §. 1. si ususf. pet. 7. 6. III. ***Cn.*** Sponte, citra iuris adminiculum, (inire officium). fr. 39. §. 9. de adm. et per. 26. 7. Donatio non indiget alieno adminiculo, sed suis viribus nititur. c. 2. de inoff. donat. 3. 29. Ne ullum ex testamento admittat iudex libertatis adminiculum. fr. 7. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Contrariae voluntatis adminiculo dissolvi. c. 1. Qu. lic. ab emt. 4. 45. — **§. 2.** ***Sustentatio.*** III. ***Cn.*** Sextans ei ad vitae adflictae adminicula reservetur. Th. C. IX. 42. c. 8. §. 2. de bon. proscr. Nullam prorsus exactionis partem ad palatinum officium pertinere, nec unquam his adminicula praebenda. Ib. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. — **§. 3.** ***Persona iuvans, Adiutor.*** III. ***Cn.*** Quae (sc. annonae) universis officiis, atque S. palatii ministeriis, et S. scriniis, caeterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari. Ib. VII. 4. c. 35. de erog. mil. ann.

Administrans (Partic.). ***Rebus pub. gerendis praefectus.*** I. ***Sy.*** Administrator. Th. C. III. 6. c. 1. si provinc. Rect. VIII. 15. c. 5. pr. §. 1. de iis qu. admin. Iudex. c. 10. de div. off. 12. 60. III. ***Cn.*** Adnotatio, cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt. c. 10. de div. off. 12. 60. Administrans, eiusque officii proceres. Th. C. VII. 8. c. 10. de metat. Administrantium socii atque participes. Ib. VIII. 15. c. 5. pr. §. 1. de iis qu. admin.

Administrare. **§. 1.** ***Ministrare, Exhibere.*** III. ***Cn.*** Cum inter caeteras sceleris causas, — quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset. fr. 1. pr. de S. C. Mac. 14. 6. Eum, qui legatum perceperit, non recte de inofficioso testamento dicturum, nisi id totum alii administravit. fr. 10. §. 1. de inoff. test. 5. 2. cf. c. 3. ad L. Falc. 6. 50. — **§. 2.** ***Res publicas moderari. Muneri pub. praeesse.*** I. ***Sy.*** Agere (remp.). fr. 35. §. 8. ex qu. c. mai. 4. 6. Gerere (officium). fr. 38. pr. §. 2. fr. 57. pr. de R. N. 23. 2. III. ***Cn.*** Legionem, v. Legiones cum suis auxiliis, ab Imperatore commissas, admin. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Provincia, quam quis administrat. fr. 38. §. 1. de R. N. 23. 2. Th. C. IX. 30. c. 1. Quib. equor. us. Magistratus municipales, cum unum magistratum administrent. fr. 25. ad munic. 50. 1. fr. 1. §. 17. de mag. conven. 27. 8. Qui bona reip. iure administrat. fr. 11. pr. de pign. 20. 1. Ad remp. administrandam admitti. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Si quis — improbum iudicem potuerit adprobare, is vel administrante eo, vel post administrationem depositam etc. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. — **§. 3.** ***Rebus privatorum gerendis vacare.*** I. ***Sy.*** Tractare (rem, v. rationes). fr. 20. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. fr. 21. pr. fr. 26. de statulib. 40. 7. Gerere (tutelam, v. negotia). fr. 17. pr. de adopt. 1. 7. fr. 6. §. 12. fr. 8. pr. §. 3. fr. 17. fr. 19. §. 5. fr. 29. fr. 34. de N. G. 3. 5. Exercere, Facere (argentariam). fr. 4. §. 5. de edendo. 2. 13. fr, 19. §. 1.

de iudic. 5. 1. — III. **Cn.** Aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas (procurator datus). Paul. I. 3. §. 2. cf. fr. 33. pr. §. 1. fr. 43. pr. de proc. 3. 3. Quos poena coercuit, aut ab honore ministrandi, vel administrandae rei negotio removit. fr. 51. §. 1. de man. test. 40. 4. Cum res, rationesve nostras administravit (procurator etc.). fr. 9. pr. de edendo. 2. 13. fr. 28. §. 9. de liber. leg. 34. 3. Rationem actus a se administrati reddere. fr. 19. pr. fr. 37. de fideic. libb. 40. 5. Gerere atque admin. (tutelam). fr. 1. pr. de adm. et peric. 26. 7. Tutelam et res, s. negotiave (sc. pupillorum) admin. fr. 39. §. 2. de liberali c. 40. 12. fr. 38. de N. G. 3. 5. Curatorem constitui, per quem bona administrentur. fr. 5. §. 2. de Carbon. ed. 37. 10. fr. 3. §. 3. de susp. tutor. 26. 10. Societatem admin. fr. 16. pr. pro soc. 17. 2.

Administratio. **§. 1.** *Gestio, v. Cura, rerum publicarum, s. muneris pub.* I. **Sy.** Officium. fr. 3. §. 2. de admin. rer. civ. 50. 8. Dignitas. Th. C. VI. 35. c. 5. de priv. eor. qu. in S. pal. II. **Op.** Qui insignia administrationis gesserint. — Codicillariae dignitates. Ib. VI. 22. c. 7. pr. cf. c. 5. De honor. codic. Quamdiu in administratione fuerit. — Cum honore abierit. Ib. III. 11. c. 1. pr. §. 1. si qu. praed. pot. III. **Cn.** Cui defertur honor, sive muneris administratio. fr. 14. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. Administratio reipub. cum dignitatis gradu. fr. 14. pr. l. l. Certa administratio, cui et iurisdictio adhaeret. c. 3. ubi et ap. quos. 2. 47. Omnes, cuiuscunque maioris vel minoris administrationis, universae nostrae reip. iudices. c. 6. si contra ius. 1. 22. In quibuslibet administrationibus, officiis, in quocunque militiae gradu positi. Nov. Valent. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. pr. Qui ex administratione honoris, v. reipub., reliquatus est. fr. 24. ad munic. 50. 1. fr. 6. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. — **§. 2.** *Rerum privatarum cura.* III. **Cn.** Omnem administrationem rerum ad sollicitudinem suam revocare. fr. 13. pr. de ann. legat. 33. 1. Omnium rerum suarum administrationem permittere. fr. 34. §. 1. de leg. III. (32.) Saepe ad alium e lege XII. Tabb. curatio furiosi aut prodigi pertinet, alii Praetor administrationem dat. fr. 13. de cur. fur. 27. 10. Nec ante rei suae administratio eis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus. fr. 1. §. 3. cf. fr. 3. pr. de min. 4. 4. Reliqua, quae ex administratione actus debuerat. fr. 28. §. 7. de liberat. leg. 34. 3. Nec donare eis conceditur, non enim usquequaque habent liberam administrationem. fr. 1. §. 1. Qu. res pign. 20. 3.

Administratiuncula. *Munus exigui momenti.* III. **Cn.** Principes, seu cornicularios, stationes — non aliis vendere, sed ipsos potissimum his administratiunculis perfrui iubemus. Th. C. VIII. 4: c. 10. de cohortal.

Administrator. **§. 1.** *Muneri publico praefectus.* III. **Cn.** Nostrae reip. administratores, vel in hac regia urbe, vel in provinciis. c. 3. ubi et ap. quem. 2. 47. Nec ad militiam admittantur, nec administratoris vel iudicis honore decorentur. Th. C. XVI. 10. c. 21. de pagan. Nov. 114. c. 1. Rerum civitatis administrator. fr. 10. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Locorum administratores, et cuiuscunque loci chartularii. Iulian. epit. nov. c. 111. §§. 409. sq. c. 115. §. 452. — **§. 2.** *Rerum privatarum custos constitutus.* III. **Cn.** Qui magis administrator rerum, quam curator esse intelligitur. fr. 13. pr. de tutel. 26. 1.

Admirabilis. *Mirandus.* I. **Sy.** Laudabilis (suggestio). Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. pr.

Admiratio. *Actus admirandi.* III. **Cn.** Vt publicis commodis possint capacitatis ac pulchritudinis suae admiratione sufficere. Th. C. XV. 1. c. 53. de opp. pub.

Admiscere. *Addere, Miscere.* III. **Cn.** Si quis aquae, quam hoc anno ducebat, aliam aquam admiscuerit [al. miscuerit]. fr. 1. §. 17. de aqu. quotid. 43. 20. Vt perpetuum incrementum nactum sit (sc. flumen), vel alio flumine admixto, vel qua alia ratione. fr. 1. §. 5. de flumin. 43. 12.

Admissio. **§. 1.** *Accessus, Ius ingrediendi (cubiculum Principis).* III. **Cn.** Comites dispositionum, decuriones, Magister admissionum etc. Th. C. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron. Officium admissionum. Ib. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. pal. — **§. 2.** *Adgnitio, Petitio.* III. **Cn.** Cognationis iure, citra admissionem B. Pnis, neminem posse succedere. c. 5. unde legit. 6. 15.

Admissionalis. *Qui ingredientibus cubiculum Principis praesto est.* III. **Cn.** Qui notariorum funguntur officio, quique in scriniis militant, — admissionales etiam. Th. C. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. palat. Invitatores, admissionales, memoriales etc. c. 10. de div. offic. 12. 60.

Admissor. *Qui facinus commisit.* I. **Sy.** Admittens. Faciens. fr. 1. fr. 2. de term. mot. 47. 21. Delinquentes. Criminum admissores. Coll. LL. M. VI. 4.

Admissum (Subst.). *Commissum, Delictum.* I. **Sy.** Commissum. Delictum (commissum). Paul. V. 20. §. 4. V. 25. §. 1. Coll. LL. M. l. l. fr. 20. de accus. 48. 2. Crimen. Paul. I. 5. §. 2. fr. 26. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Delicta, sive admissa (militum). fr. 2. pr. de R. M. 49. 16. Ex iudiciorum publicorum admissis non alias transeunt poenae etc. fr. 20. de accus. 48. 2. Omni eum metu ac suspicione, quod ex admissi discrimine sustinet, — volumus liberari. Coll. LL. M. I. 10. In admisso deprehendi. fr. 8. de poen. 48. 19. Pro admissi qualitate, v. mensura, v. modo. Paul. I. 5. §. 2. I. 15. §. 2. fr. 10. sq. de extr. crim. 47. 11. fr. 37. de poen. 48. 19.

Admittens. *Qui commisit delictum.* I. **Sy.** Admissor. Cf. h. v.

Admittere. **§. 1.** *Aditum praestare, Recipere.* I. **Sy.** Copiam facere. Vocare ad etc. Gai. III. 17. 21. 28. Th. C. VI. 30. c. 12. de Palat. S. largg. fr. 3. §§. 7. sq. 11. sq. de B. P. c. t. 37. 4. Invitari, Venire ad, Accipere, Admitti ad (B. Pnem). fr. 6. sqq. l. l. 37. 4. fr. 1. §. 6. si tab. test. null. 38. 6. III. **Cn.** Si quis dicat, se a Praetore in posses-

sionem missum, ab alio quo admissum non esse. Gai. IV. 177. cf. fr. 14. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. fr. 3. pr. ne vis fiat ei. 43. 4. Vatic. §. 93. Si is — non admissus, aut eiectus inde fuerit. fr. 18. §. 15. de damn. inf. 39. 2. Si praegnantem se esse mulier non denunciaverit, vel custodes ventris missos non admiserit. Paul. II. 24. §. 6. cf. fr. 1. §. 6. de agnosc. et al. 25. 3. Ne in ulteriorem familiaritatem admittant (provinciales). fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18. Ad remp. administrandam, vel ad munera, vel honores admitti. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Audiri aequum est, et ordinarium admittere (verba pro eo facientem). fr. 33. §. 2. de proc. 3. 3. Conditio admittit ad hereditatem (nepotes). fr. 28. de cond. inst. 28. 7. Bonorum possessio admissa, commoda et incommoda hereditaria — tribuit. fr. 1. de B. P. 37. 1. — **§. 2.** *Tolerare, Probare, Adgnoscere.* I. **Sy.** Pertinere ad hoc. Contineri. Admittendum esse. fr. 4. fr. 6. fr. 7. pr. Qu. met. c. 4. 2. Adgnoscere. Accipere (hereditatem, v. B. Pnem). fr. 2. fr. 6. §. 3. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 3. §§. 4. 9. fr. 5. fr. 7. pr. §. 1. de B. P. 37. 1. II. **Op.** Abiicere. cf. h. v. §. 4. Vetare. fr. 33. pr. de proc. 3. 3. Repellere. Repudiare (legatum, v. B. Pnem etc.). fr. 1. §. 6. Qu. in fr. patr. 38. 5. fr. 1. §. 12. de success. edict. 38. 9. III. **Cn.** Secundum saeculi severitatem, nondum admittentis etc. fr. 3. §. 5. de supell. leg. 33. 10. Si B. Pnem non admittat, sed conditionem trahat. fr. 23. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Interrogandi sunt in iure, an sibi B. Pnem admittant? fr. 1. §. 12. de success. edict. 38. 9. Antequam legatarius admittat legatum. Gai. II. 200. Ad instruendam diligentiam iudicantis, et pupillorum utilitatem admittendam etc. fr. 34. de adm. et per. 26. 7. Ratio Pythagoraei numeri videtur admitt. ut etc. Paul. IV. 9. §. 5. De illo dubitat, — magisque admittit etc. fr. 12. §. 3. de usufr. 7. 1. Et hoc et Iulianus admittit, eoque iure utimur. fr. 8. §. 3. de fideiuss. 46. 1. Sed haec nimium scrupulosa sunt, nec admittenda. fr. 33. de excus. 27. 1. — **§. 3.** *Committere, Perpetrare.* I. **Sy.** Facere (iniuriam). fr. 17. §. 4. fr. 34. de iniur. 47. 10. Contrahere (crimen). fr. 38. §§. 2—4. 7. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Committere. fr. 34. §. 1. fr. 38. §. 1. ib. 48. 5. III. **Cn.** Furtum, v. adulterium, vel homicidium adm. Gai. III. 194. Quod (sc. furtum) lege naturali prohibitum est adm. fr. 1. §. 3. de furt. 47. 2. Ex ea causa agere, quam gessit, quodque admisit. fr. 49. fam. erc. 10. 2. Si quid fraudulenter admiserint in etc. Dolus in eam rem admissus. fr. 3. §. 5. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 69. de V. S. 50. 16. Omni eum metu ac suspicione, quod ex admissae rei discrimine sustinet, — volumus liberari. Coll. LL. M. I. 10. — **§. 4.** *Immittere.* I. **Sy.** Admiscere (aquam aliam). fr. 1. §. 17. de aqua quot. 43. 20. Subiicere. Adm. in (equas). fr. 52. §. 20.. de furt. 47. 2.

Admodum (Advb.). *Ad satis magnum modum.* III. **Cn.** Divine adm. constituit. c. 1. ne lic. potent. 2. 14. Admodum nobis videtur absurdum. Th. C. XI. 20. c. 1. de coll. donatar. Prolixae, vel imbecillae admodum aetatis homines. fr. 5. §. 12. de iure imm. 50. 6. cf. fr. 3. §. 1. de sepulc. viol. 47. 12. Iuvenis admodum. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Numquid is — segnitior, vel inutilis admodum, qui non sufficiat ad rei cuius administrationem. fr. 17. §. 17. de iniur. 47. 10.

Admonere. **§. 1.** *In memoriam revocare, Meminisse.* III. **Cn.** Retulimus, v. Mentionem habuimus, (supra) et cum illic admonuerimus etc. Gai. III. 17. IV. 69. cf. II. 206. III. 56. 163. IV. 135. sq. Hoc solum tantisper sufficit admonuisse. Ib. I. 188. II. 97. III. 33. — **§. 2.** *Interpellare, Provocare.* I. **Sy.** Certiorare. fr. 1. §. 1. fr. 39. de A. E. V. 19. 1. Commonefacere. Citare. c. 2. c. 8. Quom. et quando iud. 7. 43. III. **Cn.** Scire, nec admonere. fr. 9. de peric. et comm. 18. 6. Possideri, et si admoniti non excitentur ad sui defensionem, venire se iussurum. fr. 1. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. cf. fr. 6. §. 1. de agn. et alend. 25. 3. Praetorem — adiri — ut officii admoneantur cessantes. fr. 2. de feriis. 2. 12. Ita Praesidis verbis gravatus et admonitus, ut ad melioris vitae frugem se reformet. c. 19. ex qu. c. inf. 2. 12. Lege, v. Rescripto, v. Edicto etc. admon. fr. 10. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. c. 3. de h. qu. acc. n. p. 9. 1.

Admonitio. **§. 1.** *Excitatio.* III. **Cn.** Hanc adiectionem — non conditionem in se habere, sed admonitionem. fr. 6. §. 1. de tutel. 26. 1. fr. 48. de V. O. 45. 1. Cum neminem oporteat conventionem, vel admonitionem exspectare. c. 2. de iure emph. 4. 66. cf. fr. 2. §. 7. de iudic. 5. 1. Vt a cunctis exsecutionibus excusetur, nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio. c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12. — **§. 2.** *Sanctio, Praeceptum.* III. **Cn.** Si forte post admonitionem legis nostrae — putaverint etc. Th. C. XVI. 2. c. 20. de episcop. — **§. 3.** *Emendatio, Correctio.* III. **Cn.** Fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio. fr. 7. de poen. 48. 19. cf. Th. C. XVI. 5. c. 52. §. 4. de haeretic.

Admonitor (Subst.). *Excitator.* III. **Cn.** Quicunque — ad provinciam commearit compulsor, exactor, admonitor, portitorve praecepti, agens in rebus etc. Ib. VIII. 8. c. 7. de exsecut. et exact.

Admonitorium (Subst.). *Admonitio, Adnotatio.* III. **Cn.** Sufficit, per indices tantummodo et titulorum subtilitatem quaedam admonitoria eius facere. Const. Deo auctore. §. 12. cf. Const. Tanta. §. 21.

Admonitrix (Adiect.). *Admonens, Monitoria.* III. **Cn.** Vt etiam legatarius iudicem adeat, et admonitricem sententiam capiat. Iulian. epit. nov. c. 1. §. 1.

Admonitus (Subst.). *Admonitio.* III. **Cn.** Quod verisimile videretur, diligentem debitorem admonitu [al. admonitum] ita negotium suum gesturum fuisse. fr. 97. de solut. 46. 3.

Admovere. **§. 1.** *Adportare, Adhibere.* III. **Cn.** Si quis transcendet (sc. muros) scalis admotis, vel alia qualibet ratione. fr. 11. de D. R. 1. 8. — **§. 2.** *Opitulari, Subvenire* III. **Cn.** Cum — aliis argumentis ita probationi admovetur, ut sola

confessio — deesse videatur. fr. 1. §. 1. de quaestion. 48. 18.

Adnectere. *Addere, Incorporare.* I. *Sy.* Adiungere. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. Sociare. Ib. IX. 42. c. 11. sq. de bon. proscr. XI. 29. c. 4. de relation. Accedere, Necti, Adnecti (fisco). Ib. IX. 42. c. 7. c. 12. c. 20. III. *Cn.* Collegio, v. Corporatis, adnecti (peregrinos etc.). Ib. VI. 36. c. 1. de equestri dignit. XIV. 8. c. 1. de centon. et dendr. Numquid novi resideat, quod adnecti adlegationibus in iudiciaria contentione conveniat. Ib. II. 18. c. 1. de iudic. cf. XI. 30. c. 1. de app. et poen.

Adnepos. Adneptis. *Abnepotis filius, vel filia.* III. *Cn.* Quinto gradu sunt: — atavus, atavia, — adnepos, adneptis. fr. 1. §. 7. cf. fr. 10. §. 16. de grad. et. adfin. 38. 10. Paul. IV. 11. §. 5.

Adnexum (Partic.). **§. 1.** *Adplicitum, Adiunctum.* I. *Sy.* Subiecta. Subter adnexa (notitia). c. 2. §. 17. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. III. *Cn.* Brevis subter adnexus continet etc. c. 4. de castrensian. 12. 26. Iuxta instructionem, — quae adnexa est. Th. C. VI. 30. c. 15. pr. de Palat. S. largg. — **§. 2.** *Addictum, Adtributum.* III. *Cn.* Servus proprietario suo adnexus. c. 1. comm. de man. 7. 15. Soli rebus adnexae servitutes. c. 13. de servit. 3. 34.

Adniti. *Intendere vires, Operam dare.* III. *Cn.* Cum omni modo filios conducat adniti, ut — mereantur. Th. C. VIII. 18. c. 2. de matern. bon. Ipsis primum adnitentibus, Vobis adnitentibus etc. Ib. XII. 1. c. 49. §. 2. de decurion. Nov. Maiorian. de ortu imper. IV. 1. c. 1.

Adnotare. §. 1. *Notitiae causa conscribere.* III. *Cn.* Sequitur videamus. — Et quidem illud adnotandum est. fr. 2. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Proprio chirographo etc. adnot. fr. 30. Qu. testam. fac. p. 28. 1. cf. c. 15. de milit. test. 6. 21. — **§. 2.** *In tabulas publicas referre nomen alicuius.* I. *Sy.* Requirendus factus. Adnotatus (ut requiratur). fr. 4. §. 5. de R. M. 49. 16. c. 1. de requirend. reis. 9. 40. III. *Cn.* Si quis deportatus fuit, — vel adnotatus. fr. 1. §. 3. nih. innov. 49. 7. cf. fr. 6. §. 1. de interd. et releg. 48. 22. Absens requirendus adnotatus est, ut copiam sui praestet. fr. 1. §. 1. de requirend. v. abs. damn. 48. 17. cf. c. 1. eod. 9. 40. Inter reos adnotari. c. 3. ib. 9. 40. Praescriptio XX. annorum, quae etiam circa requirendorum adnotatorum bona observatur. fr. 1. §. 3. de iure fisci. 49. 14. — **§. 3.** *Notam adspergere, Reprehendere.* III. *Cn.* Calumniosa est enim illa adnotatio, — alioquin et illud adnotaremus etc. fr. 82. §. 2. de legat. II. (31.) Et inveni Marcellum apud Iulianum adnotasse etc. fr. 14. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Celsus autem respondit. — Hoc adnotandum est etc. fr. 7. §. 17. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. Vatic. §. 89. — **§. 4.** *Adtribuere.* I. *Sy.* Adsignare (insulas). fr. 1. §. 3. de leg. III. (32.) fr. 7. §. 1. de interd. et releg. 48. 22. Adscriptus. Adnotatus (censibus). cf. v. Adscriptus. III. *Cn.* Quisquis censibus fuerit adnotatus. c. 16. de episc. et cler. 1. 3. — **§. 5.** *Conspicere, Deprehendere.* III. *Cn.* Neque unquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas. Th. C. XV. 7. c. 12. pr. de scaenic.

Adnotatio. §. 1. *Nota adscripta, Adiectio.* I. *Sy.* Adscriptio. Th. C. VI. 28. c. 4. de princip. agent. in reb. III. *Cn.* Rectissime Iulianus definit, — calumniosa est enim illa adnotatio etc. fr. 82. §. 2. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Relatio nominum reorum requirendorum, in tabulas pub.* III. *Cn.* Ex quo ea adnotatio facta est, quae vel edicto, vel litteris ad magistratus factis, publice innotuit. fr. 4. pr. cf. §. 1. de requir. v. abs. damn. 48. 17. cf. c. 10. de sent. pass. 9. 51. — **§. 3.** *Certum rescriptorum Imperialium genus.* III. *Cn.* Nec si caeleste contra proferatur oraculum, sive adnotatio, sive sit divina pragmatica. Nov. Th. II. de navib. n. excus. I. 7. c. 1. pr. cf. c. 1. de monopol. 4. 59. Ipsas authenticas sacras, quae divinam nostrae pietatis continent adnotationem. c. 10. de div. off. 12. 60. cf. Th. C. I. 2. c. 1. (Wck.) de div. rescr. Personalia rescripta, vel per adnotationes elicita. Ib. XV. 3. c. 5. de itin. mun. cf. XIV. 4. c. 8. pr. de suar. — **§. 4.** *Privata scriptura.* III. *Cn.* Instrumenta domestica, seu privata testatio, seu adnotatio. c. 5. de probat. 4. 19. Sub propriae adnotationis manu — facere debitorem. Th. C. X. 16. c. 3. de fisci debitor. cf. c. 7. Iust. C. I. l. 4. 19. — **§. 5.** *Professio conscripta.* III. *Cn.* Propria adnotatione suggerere. Th. C. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senat. et de gleb. Relationis suae fide et adnotatione perscribere. Ib. XI. 7. c. 14. de exaction.

Adnotator. *Qui conficit rationes, vel breves (specierum pub. illatarum).* III. *Cn.* Subscriptores, — adnotatores, caeterorumque officiorum diversi homines. Ib. XII. 6. c. 3. de susceptor.

Adnuere. §. 1. *Nutu consentire.* III. *Cn.* Sine verbis adnuere. fr. 1. §. 2. de V. O. 45. 1. — **§. 2.** *Adstipulari, Exaudire.* III. *Cn.* Cum petenti mihi a te, domine carissime, adnuerit indulgentia tua. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. Quibus si perfuga non adnuit, neque consentit. Th. C. IX. 45. c. 4. §. 2. de h. qu. ad eccl. Votis tuis adnuimus. c. 5. de adopt. 8. 48. Deo adnuente (componere). Const. Deo auctore. §. 12.

Adnumerare. §. 1. *Numerare.* I. *Sy.* Solvere (pecuniam). Th. C. XIV. 4. c. 2. de suar. Numerare. Gai. III. 90. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. III. *Cn.* Si quis pecuniam numeratam, — neque clusam neque obsignatam traderet, sed adnumeraret. fr. 31. locat. 19. 2. cf. fr. 24. depos. 16. 3. Si admensa, adpensa, adnumeratave sint. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. Emti contractus et venditi, ob minorem adnumeratam pretii quantitatem, nequeat infirmari. Th. C. III. 1. c. 7. de contr. emt. — **§. 2.** *Accensere.* I. *Sy.* Computare in. fr. 49. de V. S. 50. 16. Redigi, Haberi, Contineri (in), Inesse, Adnumerari. fr. 55. §. 7. fr. 56. de legat. III. (32.) fr. 12. §. 23. fr. 18. §§. 3. 11. de instr. leg. 33. 7. III. *Cn.* Fabulis adnumerari. fr. 3. si pars hered. 5. 4. Culpae adnum. fr. 9. §. 5. fr. 25. §. 4. locat. 19. 2. fr. 132. de R. I. 50. 17.

Adnumeratio. *Adtributio, Computatio.*

III. **Cn.** Nemo — sibi arbitretur annorum adnumeratione plaudendum. Th. C. VI. 22. c. 8. §. 1. de decur. et silent.

Adolere. *Igni adtentare.* III. **Cn.** Profanos aris accendi ignes, adoleri in iisdem thura, victimas caedi etc. c. 7. de pagan. 1. 11.

Adolescens. §. **1.** *Pubes, nondum annorum XXV. factus.* I. **Sy.** Infans, qui adolevit. fr. 13. de cond. furt. 13. 1. Iuvenis. c. 2. de alim. pup. 5. 50. Adultus. c. 4. de hered. tutor. 5. 54. c. 2. de cur. fur. 5. 70. II. **Op.** Puer. fr. 6. de R. V. 6. 1. Pupillus. fr. 49. de min. 4. 4. fr. 16. pr. de pign. act. 13. 7. III. **Cn.** Qui adolescentis excessit aetatem, quoad incipiat inter seniores numerari. fr. 69. §. 1. de legat. III. (32.) Curator furiosi, vel prodigi, vel pupilli, vel adolescentis. fr. 1. §. 9. Qu. iussu. 15. 4. fr. 1. §. 2. de contr. tut. 27. 4. cf. fr. 3. §. 3. de postul. 3. 1. fr. 8. pr. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Adolescentes, quasi capti, in integrum restitui a Praetore desideraverant. fr. 11. §. 2. de min. 4. 4. — §. **2.** *Iunior altero.* I. **Sy.** Filius (Celsus). cf. v. Celsus.

Adolescentia. *Aetas hominis, intra pubertatem et XXVum annum constituta.* III. **Cn.** Cum vicesimi anni clausa aetas adolescentiae patefacere sibi ianuam coeperit. Th. C. II. 17. c. 1. pr. cf. §. 3. de h. qu. ven. aet. Cf. c. 2. c. 5. in qu. c. in int. rest. 2. 41.

Adolescere. §. **1.** *Oriri, Prodire.* III. **Cn.** Si — tuae proprietatis sunt, nec ulla praescriptio ex transacti temporis prolixitate adolevit. c. 3. de praescr. l. t. 7. 33. — §. **2.** *Pupillarem aetatem superasse, et ad maiorem aetatem accedere.* II. **Op.** Impuberem esse. — Adolevisse. fr. 3. §. 10. de Carb. ed. 37. 10. III. **Cn.** Furiosus si resipuerit, et pupillus si adoleverit. Paul. IV. 8. §. 6. Si iuvenes adoleverunt. fr. 28. §. 2. de appell. et relat. 49. 1. Cum adolevisset, accepit curatores. fr. 20. §. 1. de liber. leg. 34. 3.

Adoptabilis. *Exoptandus.* III. **Cn.** Quod in cultu ornatuque nostro sacrum et adoptabile est. c. 1. nulli lic. in fren. 11. 11.

Adoptare. §. **1.** *In familiam nostram recipere, sui iuris hominem, vel alterius potestati subiectum.* I. **Sy.** Redigere in familiam v. potestatem suam. fr. 17. §§. 1. sq. de adopt. 1. 7. Adrogare. fr. 15. pr. §§. 2. sq. fr. 17. pr. — §. 4. ib. 1. 7. Vlp. VIII. 5. sq. 8 a. II. **Op.** Naturales liberi. — Hi, quos adoptamus. Gai. I. 97. III. **Cn.** Suscipere, vel adoptare (liberos). Paul. IV. 8. §. 12. Et uxorem ducere, et adoptare posse. fr. 6. pr. de lib. et posth. 28. 2. Populi (v. Principis) auctoritate, — Imperio magistratus, adopt. Vtroque modo adopt. posse. Gai. I. 99. 101. 104. sq. II. 138. Vlp. VIII. 6. 8 a. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7. Pupillum adopt. Paterfam. adoptatus. fr. 15. pr. fr. 17. §§. 1. sq. fr. 32. pr. fr. 33. l. l. 1. 7. Is, qui se adoptandum dedit. Gai. III. 84. Adgnascitur suus heres, aut adgnascendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo. Vlp. XXIII. 3. — §. **2.** *Hominem dumtaxat alterius iuri subiectum in patriam potestatem recipere.* I. **Sy.** Suscipere filium alienum. Legitime adoptare. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. II. **Op.** Adrogare. Vlp. VIII. 5. fr. 1. §. 1. fr. 25. §. 1. fr. 40. §. 1. de adopt. 1. 7. III. **Cn.** Adopt. apud magistratum. fr. 2. pr. §. 1. fr. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Filiifam. qui adoptantur. fr. 1. §. 1. cf. fr. 23. de adopt. 1. 7.

Adoptator. *Pater adoptivus.* II. **Op.** Is, qui in adoptionem dedit filium. fr. 1. §. 12. de ventre in poss. 37. 9.

Adoptatus (Partic.). *Qui per adoptionem, vel adrogationem, in potestatem alterius transiit.* II. **Op.** Naturales liberi. — Adoptati. §. 2. I. de inoff. testam. 2. 18. III. **Cn.** In eo, qui est in adoptionem datus, non putamus locum habere S. C., quamvis in adoptato locum habet. fr. 1. §. 9. de S. C. Silan. 29. 5.

Adoptio. §. **1.** *Actus adoptandi hominis alieni iuris, vel adrogandi hominis sui iuris.* I. **Sy.** Adrogatio. Gai. I. 98. sq. 102. Vlp. VIII. 2. III. **Cn.** Adopt. quae per populum (v. Principis auctoritate) fit. — Adopt. quae fit magistratus imperio. Vtraque adopt. Gai. I. 98—100. 103. Vlp. VIII. 2. sq. fr. 1. pr. §. 1. fr. 2. pr. §. 2. de adopt. 1. 7. Species adoptionis, quae dicitur adrogatio. Gai. I. 99. Vlp. VIII. 2. Adopt. pupilli. fr. 17. §. 2. cf. fr. 5. l. l. 1. 7. Dare se in adoptionem. Gai. I. 195. II. 147. III. 82. 84. — §. **2.** *Actus recipiendi in potestatem nostram filiumfam. alterius.* II. **Op.** Adrogatio. Vlp. VIII. 4. fr. 1. §. 1. fr. 40. pr. §. 1. l. l. 1. 7. Adoptivi — In adoptionem dati (liberi). Vlp. XXVIII. 8. Vatic. §. 196. III. **Cn.** Adoptio, quae imperio magistratus fit. Gai. I. 98. sq. Adoptiones, quae per tres emancipationes et duas manumissiones, in filiis — fieri solebant. c. fin. de adopt. 8. 48. Emancipari, vel in adoptionem dari. Gai. I. 135. III. 41. fr. 3. fr. 4. fr. 37. §. 1. de adopt. 1. 7. A patre, v. parentibus, dari in adoptionem (per Praetorem). Vlp. VIII. 3. Gai. I. 105. fr. 5. fr. 35. l. l. 1. 7. Qui in adoptionem accepit filium. fr. 6. pr. de Senat. 1. 9. §. **3.** *Conditio liberorum adoptivorum, Effectus adoptandi.* I. **Sy.** In adoptiva familia. In adoptione (esse). Gai. II. 136. sq. III. **Cn.** Quamdiu adoptio durat, v. constat. — Dissoluta per emancipationem adopt. Gai. I. 59. 61. II. 136. fr. 10. §. 7. de in ius voc. 2. 4. fr. 55. pr. de R. N. 23. 2.

Adoptivus. *Ad adoptionem, vel adrogationem, spectans.* I. **Sy.** Adoptatus (pater). fr. 13. sq. de adopt. 1. 7. Adrogatus (filius). fr. 22. pr. — §. 2. ib. 1. 7. II. **Op.** Naturalis (pater, s. parens; v. filius etc.). Vlp. VIII. 1. XXII. 14. XXVIII. 3. XXIX. 1. Paul. II. 26. §. 1. IV. 8. §. 4. fr. 31. l. l. 1. 7. fr. 5. fr. 10. de Senat. 1. 9. In adoptionem dati, — Adoptivi (liberi). Vlp. XXVIII. 8. fr. 1. §. 2. de legat. praest. 37. 5. III. **Cn.** Intestatus mori, suo herede relicto adoptivo filio, vel uxore, quae in manu ipsius esset. Gai. III. 41. cf. 40. 49. Vlp. XXIX. 1. Cognatio adoptiva. Coll. LL. M. VI. 3. In adoptiva familia esse etc., v. pervenire in illam. Gai. II. 137. III. 31. Vlp. XXVIII. 3. fr. 3. §. 9. fr. 8. §. 10. fr. 9. fr. 14. §. 1. de B. P. c. t. 37. 4.

Adorare. *Supplex salutare, Venerari.*

I. **Sy.** Adtingere, Contingere (purpuram Imp.), Venerari. Th. C. VI. 24. c. 3. sq. de domest. et protect. c. 1. de adpar. Prf. Vr. 12. 54. III. **Cn.** Nemo venerandi adorandique animo delubra — reseret. c. 7. de pagan. l. 11. cf. Th. C. XVI. 10. c. 10. eod. Hasce itaque leges et adorate et observate. Const. Tanta. §. 19. Nostram serenitatem, v. nostrae serenitatis imperium, ador. Th. C. VI. 8. c. 1. de Praepos. S. cubic. VI. 23. c. 1. de decur. et silent. Ad adorandam purpuram nostram pervenire. Ib. VIII. 7. c. 4. de div. offic. cf. VI. 24. c. 3. de domest. et protect.

Adoratio. *Salutatio cum supplicatione.* III. **Cn.** Si quando nostrae statuae — eriguntur, adsit iudex sine adorationis ambitioso fastidio. Ib. V. 4. c. 1. pr. de imagg. Impp.

Adornare. *Ornare.* I. **Sy.** Decorare (insignibus). Ib. VI. 14. c. 1. de Com. R. M. VI, 15. c. 1. de Com. qu. illustr. III. **Cn.** Opus ab alio factum adornare marmoribus. fr. 7. §. 1. de opp. publ. 50. 10.

Adparare. *Parare.* I. **Sy.** Exstruere (stabula). Th. C. VIII. 5. c. 34. §. 2. de cursu pub. III. **Cn.** Si memoratus lusoriarum numerus cum omni suo instrumento non fuerit adparatus. Ib. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Adparatio. *Adparatus.* III. **Cn.** Commodare ad ludos et ad caeteras adparationes. fr. 28. de auro arg. 34. 2.

Adparatus (Subst.). **§. 1.** *Praeparatio, Molimen.* III. **Cn.** Si adparatum, sive impensam, in publico posuit. fr. 1. §. 3. de pollicit. 50. 12. Si, quae instituit usufructuarius, aut caelum corrumpant agri, aut magnum adparatum sint desideratura, opificum forte etc. fr. 13. §. 6. de usuf. 7. 1. Cum ipsis delationum libellis, cum omni scripturarum et meditati criminis adparatu. Th. C. IX. 6. c. 2. ne praet. crim. mai. — **§. 2.** *Supellex, Instrumentum.* III. **Cn.** Si scaenicae vestis ususfructus legetur, vel aulaei, vel alterius adparatus. fr. 15. §. 5. de usuf. 7. 1. Collyria et emplastra, et adparatus omnis conficiendorum medicamentorum. Paul. III. 6. §. 62. Annonae, v. Specierum ad expensas seu annonas, adparatus. Nov. Val. III. neque dom. div. II. 10. c. 1. §. 3. Iulian. ep. nov. c. 123. §. 532.

Adparere. **§. 1.** *Exsistere, Reperiri, Prodire.* I. **Sy.** Latere, nec proferri. Deficere. Non adparere. Paul. IV. 7. §§. 5. sq. fr. 32. pr. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Vt verum non adpareat, quid celare, subripere, subiicere, resignare. fr. 16. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Si res, quae iactae sunt, adparuerint. fr. 2. §. 7. de L. Rhod. 14. 2. cf. fr. 15. de legat. III. (32.) Si — talis tamen morbus sit, qui omnibus potuit adparere. fr. 14. §. 10. de Aed. ed. 21. 1. Si palam adpareant, quae commendandi causa — dicuntur. fr. 43. pr. de contr. emt. 18. 1. — **§. 2.** *Parēre, Probari.* I. **Sy.** Ostendi. Gai. I. 196. Vlp. XI. 28. Pronunciari. fr. 44. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 29. pr. §. 1. de liberali c. 40. 12. III. **Cn.** Non prius ratum est, quam si perseverantia adparuit etc. fr. 3. de divort. 24. 2. Hoc additum est, ut adpareat etc. fr. 5. §. 1. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. Cum per iudicem priorem adparuit, totam non esse hereditatis. fr. 25. §. 8. fam. erc. 10. 2. Si id non adparet, non ius deficit, sed probatio. Vatic. §. 227.

Adparitio. *Adparitorum cohors.* III. **Cn.** Iudices, eorumque adparitiones. Th. C. VI. 26. c. 15. de proxim. Praesidis adparitione interveniente, sine notione iudicis. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Si quis decurionum, primipilariorum, collegiatorum, civilium adparitionum, vel aliorum necessitatibus irretitus. Th. C. VII. 20. c. 12. §. 3. de veteran. Iudices Africani armatae adparitionis praesidium — deposcant. Ib. XVI. 2. c. 31. de episc. eccles. Una tantum adparitione utatur, permixta tamen ab utroque magistratu. Iulian. epit. nov. c. 15. §. 52.

Adparitor. *Qui ministrantis officio apud magistratum fungitur.* I. **Sy.** Officium. Adparitio. Adparitores. Th. C. I. 12. c. 5. sq. (Wck.) de off. Proc. et Leg. VIII. 8. c. 4. sq. de exsecut. et exact. XI. 30. c. 59. de app. et poen. III. **Cn.** Posse adire Praesidem, litteras ei daturum, et — adparitorem quoque etc. fr. 3. de fugitiv. 11. 4. Si pignora veniant per adparitores Praetoris. fr. 50. de evict. 21. 2. Praetor cum suis viatoribus adparitoribusque. Fr. legis Serviliae. Adparitores officii tuae praestantiae. Th. C. I. 7. c. 4. (Wck.) de off. Mag. mil. Mancipes atque adparitores. Ib. VIII. 5. c. 60. de cursu pub. Duces, vel adparitores, vel cohortales. Ib. c. 66. §. 2. l. 1.

Adpellare. **§. 1.** *Vocare, Nomen imponere.* III. **Cn.** Quo nomine possint proprie adpellari. Gai. III. 116. Vero, v. Honestiore etc. nomine adp. fr. 144. de V. S. 50. 16. A populo R., v. a Senatu, adpellatus (optimus, v. sapiens). fr. 2. §§. 37. sq. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Interpellare.* I. **Sy.** Adtentare, (blanda oratione, v. sermone, sc. pudicitiam alterius). fr. 15. §§. 19. sq. 22. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Aliud est adpellare, aliud adsectari. fr. 15. §§. 19. 22. sq. l. l. 47. 10. Adpell. (feminam), vel ei comitem abducere. fr. 15. §. 15. ib. 47. 10. Si quis non debitorem, quasi debitorem, adpellaverit. fr. 15. §. 33. ib. 47. 10. — **§. 3.** *Provocare, Implorare.* I. **Sy.** Provocare. Paul. V. 33. §§. 1. sq. V. 36. §. 1. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de app. et relat. 49. 1. fr. 18. de accus. 48. 2. II. **Op.** Adquiescere sententiae. fr. 3. §. 1. fr. 6. de app. et rel. 49. 1. III. **Cn.** Non adpellant, — sed excusare se debent. §. 16. I. de excus. tut. 1. 25. Ab ea sententia — neque adpellari, neque in duplum revocari potest. Paul. V. 5. a. § 7. Ipse erit adpellandus, non ab eo provocandum. fr. 1. §. 3. Quando app. 49. 4. Qui, aliqua potestate praeditus, civem R., antea ad populum nunc ad Imperatorem, adpellantem necarit. Paul. V. 26. §. 1. Adp. in arbitros. fr. 2. a quo app. n. lic. 49. 2. Adp. contra aliquem. fr. 6. de app. recip. 49. 5. Qui adpellet, et adversus quem, et a qua sententia. fr. 1. §. 4. fr. 3. pr. de app. et rel. 49. 1.

Adpellatio. **§. 1.** *Denominatio.* III. **Cn.** Alia significatione dicitur, — adpellatione collata ab eo etc. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Singulas causas, singulis adpellationibus distingui. Gai. II. 146. Naturalis, v. Civilis, adp. fr. 49. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Institutio, Adhibitio.* III. **Cn.** Substitutio — est se-

secundi heredis adpellatio. Epit. inst. Gaii. II. 4. pr. — **§. 2.** *Provocatio a sententia iudicis.* I. **Sy.** Adpellandi ius. fr. 1. pr. §§. 1. 3. de app. et rel. 49. 1. Provocatio. fr. 18. ib. 49. 1. c. 6. pr. §§. 4. sq. c. 8. c. 10. de app. et consult. 7. 62. III. **Cn.** Sive ex adpellatione, sive ex delegato, sive ex ordine iudicaverint. Th. C. XI. 30. c. 16. de app. et poen. Non adpellatio, sed querimonia, v. querela (hoc dicetur). Ib. c. 12. l. l. Ita etiam Aurel. Imp. Antoninus ad adpellationem ex Germania iudicavit. fr. 48. de cond. et dem. 35. 1. Is, qui de adpellatione cogniturus est. Paul. V. 34. §. 1. c. 6. pr. §§. 1. sq. de app. et consult. 7. 62. Iudex adpellationis. fr. 40. §. 1. de pact. 2. 14. Auxilio adpellationis uti. fr. 15. de app. et rel. 49. 1. Citra adpellationem infirmari sententiam. fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12. cf. fr. 2. a qu. app. n. lic. 49. 2. Prosequi meritum adpellationis. Paul. V. 35. §. 1.

Adpellator. *Qui provocatione utitur.* I. **Sy.** Is, qui adpellat, v. provocat. Adpellans. Paul. V. 4. §. 18. V. 33. §§. 1. 4. 5. V. 35. §. 3. fr. 1. §. 4. fr. 13. pr. de app. et rel. 49. 1. III. **Cn.** Convicium iudici ab adpellatoribus fieri non oportet. Paul. V. 4. §. 18. cf. Th. C. XI. 30. c. 2. c. 15. de app. et poen. Sententia, quam adpellator provocatione suspenderat. Ib. XI. 31. c. 3. de repar. appell.

Adpellatorius (Adiect.). *Ad provocationem spectans.* III. **Cn.** Libelli, qui dantur adpellatorii. fr. 1. §. 4. fr. 5. §. 4. de app. et rel. 49. 1. Th. C. XI. 30. c. 2. c. 56. de app. et poen. Intra constituta adpellatoria tempora. fr. 5. §. 5. de app. recip. 49. 5. Ne timore instante opus adpellatorium frequentetur. Nov. 23. c. 1.

Adpellere. *Adducere, Dirigere in.* III. **Cn.** Ad ripas, v. ad portum, adp. (navem). fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. c. 1. de naut. foen. 4. 33. Commodum adpellendi pecus, vel hauriendi aquam. fr. 2. de rivis. 43. 21. Pecoris pascendi servitutes, item ad aquam adpellendi. fr. 4. fr. 6. §. 1. de S. P. R. 8. 3.

Adpendēre. *Pendēre.* I. **Sy.** In pendenti esse. fr. 10. §. 1. ad S. C. Tertull. 38. 17.

Adpendĕre. *Libra adhibita pondus rerum examinare.* I. **Sy.** Pendĕre. Gai. III. 90. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Qui sciens commodasset pondera, ut venditor emtori merces adpenderet. fr. 18. §. 3. de d. m. 4. 3. Admensa, adpensa, adnumeratave. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. Si quis solidos adpendere voluerit auri cocti. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator.

Adpendix. *Accessio, Sequela.* III. **Cn.** Ex causa substitutionis adeant, erunt namque heredes: sunt enim adpendices praecedentis institutionis. fr. 35. pr. de A. v. O. H. 29. 2.

Adpetere. **§. 1.** *Expetere, Ambire.* III. **Cn.** Si patronus sibi desponderit aliam, vel destinaverit, vel matrimonium alterius adpetierit. fr. 11. §. 2. de divort. 24. 2. Adfectatam (sc. tutelam) sic accipiemus, si vel adpetita videatur, vel, cum posset quis se excusare, ab ea se non excusavit. Vatic. §. 188. Vt sua quoque bona in medium conferant, qui adpetant paterna. fr. 1. pr. de collat. bon. 37. 6. — **§. 2.** *Adgredi, Invadere.* III. **Cn.** Si adpetitus sit, nec occisus (dominus). fr. 6. §. 3. de S. C. Silan. 29. 5. Si filia iactet, — patrem suum — per libertos suos maleficiis adpetitum. fr. 47. §. 1. de bon. libert. 38. 2. Filium forte obsedit, insidiisque eum — adpetiit. Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. test. Si gravior praeda vi adpetita videbitur. fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. Adpetitae maiestatis crimen. Th. C. IX. 6. c. 2. ne praet. crim. mai. — **§. 3.** *Evocare in ius, Convenire iudicio.* III. **Cn.** Qui tali iudicio adpetit, cuius poena aut supplicium habuit, aut exsilium. fr. 14. §. 3. de bon. libert. 38. 2. Qui per calumniam adpetit. fr. 27. §. 5. ad L. Iuliam de ad. 48. 5. Sive civiliter, sive criminaliter adpetantur, (eos litigare debere). Th. C. I. 7. c. 4. (Wck.) de off. mag. mil.

Adpetitio. *Libido, Adtentatio.* III. **Cn.** Videbitur sui magis viri id exsecratione, quam alieni adpetitione, fecisse. Ib. III. 16. c. 2. pr. de repud. Alienam innocentiam securitatemque, sine crimine damnabili adpetitione [al. petitione] terreri. Ib. IX. 39. c. 1. de calumn.

Adpetitor. *Corruptor, Adulterator.* III. **Cn.** Qui sacri oris imitator, et divinorum vultuum adpetitor, venerabiles formas sacrilegio eruditus impressit. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Adplaudere. *Plaudendo adsentire.* III. **Cn.** Quibus ad omnem licentiae usum — favore callidi captatores adplaudunt. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5.

Adplicare. **§. 1.** *Adaptare, Adfigere, Adpellere.* III. **Cn.** In civitatem venire, vel adplicare. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Nec adplicare, nec aquam haurire permittere. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. Quodsi paullatim ita ferat, ut alteri parti adplicet (fluvius). c. 1. de alluvion. 7. 41. Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emtionibus adplicaverat. Paul. III. 6. §. 49. cf. fr. 19. de in diem addict. 18. 2. Domus cum horto adplicito. fr. 41. §. 1. de legat. III. (32.) Nulla ipsius mutatione adplicare aliud, cuius molesta separatio sit. fr. 27. §. 14. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Adhibere, Accommodare, Implicare.* I. **Sy.** Obligare se. fr. 54. pr. locat. 19. 2. Adstringere se (muneribus). fr. 2. pr. de iure imm. 50. 6. Accommodare (significationem etc.) fr. 8. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Etsi non tam ex obligatione proficiscantur (sc. usurae), quam ex officio iudicis adplicentur. fr. 54. pr. locat. 19. 2. Obligationi magis, quam solutioni adplicatur (persona filii). fr. 56. §. 3. de V. O. 45. 1. Obligatio civilis, vel naturalis, cui adplicetur (fideiussor). fr. 16. §. 3. de fideiuss. 46. 1. Stipulationes impossibili conditione adplicatae. fr. 31. de O. et A. 44. 7. Non idoneum servum rei communi adplicare. fr. 45. §. 1. fam. erc. 10. 2. Non aliter ut servus quaestioni adplicetur. fr. 19. de quaestion. 48. 18. Alii, vel extraneo, donare, vel vendere, vel, quocunque modo voluerant, adplicare. §. 1. I. per qu. person. 2. 9. Fisci viribus, v. nostro aerario, adpl. Th. C. XVI. 6. c. 4. §. 1. ne s. baptism. c. 13. §. 8. de iudic. 3. 1.

Adplumbatum (Partic.). *Plumbo coniun-*

ctum. II. **Op.** Replumbatum. fr. 19. §. 3. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Si neque adplumbata fuit, neque adfixa statua. fr. 2. de sepulc. viol. 47. 12. Excepto eo, quod — de ferruminatione scribit. Non idem in eo, quod adplumbatum sit. fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1.

Adponere. §. 1. *Addere, Interponere.* I. **Sy.** Adscripta, Adposita (conditio, v. pars). fr. 56. de cond. et dem. 35. 1. fr. 2. pr. fr. 17. pr. §§. 1. sq. de her. inst. 28. 5. III. **Cn.** Quas pecunias legavi, quibus dies adpositus non est. fr. 30. pr. de legat. I. (30.) fr. 54. pr. de cond. et dem. 35. 1. Defecisse videtur adposita (conditio). fr. 20. pr. de ann. legat. 33. 1. — §. 2. *Praeponere, Imponere.* I. **Sy.** Adfigere, Imponere. Cf. v. Adfigere. III. **Cn.** Ut custodem adponat uxori. fr. 1. pr. de inspic. ventre. 25. 4. Ad custodiam templorum adp. homines. Th. C. XVI. 1. c. 1. de fide cathol. Et requirendi, et protinus adponendi. Ib. XIV. 9. c. 2. de stud. liberal. urb. R. — §. 3. *Adgnoscere.* III. **Cn.** Quo (sc. tempore) hereditas adita fuerit, cum repudiatum sit legatum, aut adpositum [al. oppositum, v. depositum]. fr. 8. de R. C. 12. 1.

Adportare. §. 1. *Adferre.* III. **Cn.** Tegere, substruere, sarcire, aedificare, item advehere, adportare ea, quae ad eandem rem opus essent. fr. 1. §. 6. de rivis. 43. 21. cf. fr. 4. pr. de itin. actuq. priv. 43. 19. — §. 2. *Procurare, Conciliare.* III. **Cn.** Multa remediorum genera — et crebra cogitatio suppetit, et ipse rerum usus adportat. Nov. Marcian. Nemin. exhib. de prov. III. 1. c. 1. pr.

Adpositio. *Interpositio, Adiectio.* III. **Cn.** Nec absolutum statim credat adpositione subiecti. Nov. Valent. III. de confirm. h. qu. adm. II. 32. c. 1. §. 7.

Adprehendere. §. 1. *Prehendere, Deprehendere.* I. **Sy.** Manu capere. Prendere. Gai. I. 119. 121. IV. 16. 21. Deprehendere, Comprehendere (fugitivum, v. furem). fr. 1. §. 3. fr. 4. de fugitiv. 11. 4. fr. 7. pr. — §. 3. de furt. 47. 2. Coll. LL. M. VII. 3. 5. Correpti, Adprehensi. c. 2. de h. qu. latron. 9. 39. c. 4. de quaestion. 9. 41. III. **Cn.** Eum, qui mancipio accipit, adprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur, necesse sit. Gai. I. 121. cf. IV. 16. Ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, praebendum, adprehendendum etc. fr. 7. §. 2. de L. Iul. rep. 48. 11. Sin autem, cum posset adprehendere, maluit occidere (furem). fr. 5. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Si profugit filia, et interpositis horis adprehensa est a patre, qui persequebatur. fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de ad. 48. 5. — §. 2. *Corripere, Contingere.* III. **Cn.** Languore suo suorumque adprehensus, quaedam erogavit. fr. 26. §. 6. mand. 17. 1. — §. 3. *Reprehendere.* III. **Cn.** Sed et si quid forsan praetermissum est, — quis hoc adprehendere [al. reprehendere], recto animo possit? Const. Tanta. §. 16. — §. 4. *Comprehendere, Complecti.* I. **Sy.** Comprehendere. Paul. IV. 8. §§. 3. 14. III. **Cn.** Lex, v. Caput legis etc. non adprehendit etc. Paul. II. 26. §. 15. IV. 8. §. 3. fr. 12. §. 4. de accus. 48. 2. S. Cti sententia adprehendi. fr. 64. §. 1. de R. N. 23. 2. Omnes causae una petitione adprehenduntur. fr. 14. §. 2. de exc. rei iud. 44. 2. — §. 5. *Occupare, Consequi, Nancisci.* I. **Sy.** Adquirere, Adipisci (possessionem). fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. fr. 38. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Nancisci. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Is ex nobis tuendus est, qui prior ius eius adprehendit. fr. 31. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Si tu me vi expuleris de fundi possessione, nec adprehenderis possessionem. fr. 4. §. 22. de usurp. 41. 3. Ipsa traditione adprehendimus dominia rerum. Vlp. XIX. 7. Res autem iacta domini manet, nec fit adprehendentis. fr. 2. §. 8. de L. Rhod. 14. 2.

Adprobare. §. 1. *Adgnoscere, Ratum habere.* III. **Cn.** Si in lege locationis comprehensum sit: ut arbitrio domini opus adprobetur. fr. 24. pr. locat. 19. 2. Si per eum steterit, quominus opus adprobetur, vel admetiatur. fr. 36. ib. 19. 2. Litteris eius adprobatis, — intelligendum est. fr. 65. de proc. 3. 3. Adprobatus fideiussor iudicio sistendi c. fr. 5. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. — §. 2. *Probatione defungi, Docere.* I. **Sy.** Probare. Gai. I. 18. 29. 31. 38. sq. IV. 74. Vlp. I. 12. fr. 3. fr. 7. §. 12. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Adire Praetorem, et adprobare. Gai. I. 29. 32. Legitimis, v. Dilucidis, s. Evidentissimis, probationibus adprob. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. fr. 63. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 14. §. 5. Qui et a qu. man. 40. 9. Si quis improbum iudicem potuerit adprobare, — in publicum prodeat, crimen deferat, delatum adprobet, cum probaverit etc. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Iustam causam (manumissionis) adpr. Gai. I. 18. 38. fr. 6. de manum. vind. 40. 2.

Adprobatio. *Probatio.* III. **Cn.** Vt irrita sit adprobatio dolo conductoris facta. fr. 24. pr. locat. 19. 2.

Adprobatum (Partic.). *Probatum, Sufficiens.* III. **Cn.** Vel humanitate, vel misericordia ductus, vel adprobata atque iusta ratione. fr. 5. pr. de servo corr. 11. 3.

Adpromissor. *Qui alterius promissioni, verborum obligatione celebrata, accedit.* I. **Sy.** Qui idem promittit. fr. 5. §. 2. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Accessiones, puta adpromissores, hypothecae, pignora. fr. 43. de solut. 46. 3. Si reum acceperit, adpromissoremve, (maritus). fr. 64. §. 4. solut. matrim. 24. 3.

Adpropinquare. *Vicinum esse.* III. **Cn.** XX. annos, non ut adpropinquare XXum, sed ut explere fas sit, — decernimus. Nov. Valent. III. de postul. II. 11. §. 2. Duces limitum, et praecipue quibus gentes, quae maxime cavendae sunt, adpropinquant. Nov. Th. II. de ambitu et loc. lim. I. 24. c. 1. §. 1.

Adpulsus (Subst.). *Ius adpellendi (pecoris, ad aquam).* I. **Sy.** Ius adpellendi. fr. 1. §. 18. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Haustus aquae, pecoris ad aquam adpulsus, ius pascendi etc. fr. 1. §. 1. fr. 4. fr. 5. §. 1. de S. P. R. 8. 3. fr. 14. §. 3. de alim. v. cibar. 34. 1.

Adquiescere. §. 1. *Requiescere, Somnum capere.* III. **Cn.** Vt adquiescere eos meridiano tempore, et valetudinis et honestatis suae rationem habere sineret. fr. 26. pr. de oper. libert. 38. 1. — §. 2. *Non contradicere, Adstipulari.* II. **Op.** Recedere (a sententia). Restitui adversus illam. — Adquiescere ei. fr. 29. §. 1. de min. 4. 4. fr. 3. §. 1.

fr. 5. pr. fr. 6. de app. et rel. 49. 1. Adpellare. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Si reprobata est haec reputatio, et adquievit. fr. 1. §. 4. de contr. tut. 27. 4. Patri potius adquiescere Praetorem oportere, dareque ei actionem. fr. 22. §. 6. sol. matrim. 24. 3. Quaeritur. — Celsus Iuv. ait, — et ego Celso adquiesco. fr. 7. §. 1. de oper. libert. 38. 1. cf. fr. 7. §. 3. de min. 4. 4. Si ex duobus petitoribus alter victus adquieverit. fr. 63. pr. de re iud. 42. 1. Tales personae ad agendas causas nec mandatum dare — possunt, etiamsi hoc eorum adversarii adquiescant. Interpr. ad Paul. I. 2. §. 1.

Adquirere. *Consequi, Suum facere.* I. ***Sy.*** Quaerere. fr. 1. pr. fr. 15. §. 1. de pign. 20. 1. fr. 6. pr. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. Adprehendere, Adipisci, Nancisci (dominia rerum). Gai. II. 89. Vlp. XIX. 2. 7. sq. 16. sq. Transire (ad aliquem). Adquiri. Gai. II. 97. sq. II. ***Op.*** Amittere. fr. 153. de R. I. 50. 17. Securum esse adquisitis sibi actionibus. — Defici actione. fr. 1. de inst. act. 14. 3. III. ***Cn.*** Omnia, quae eius fuerunt, et adquiri possunt. fr. 15. pr. de adopt. 1. 7. Adquirere et habere posse. c. 34. de episc. et cler. 1. 3. Caetera etiam bona, — quae nunc habet, et quae postea adquisierit. fr. 15. §. 1. de pignor. 20. 1. cf. fr. 3. §. 6. Qu. quisq. iur. 2. 2. Servus — quidquid adquisierit, vel stipulatus sit. Paul. I. 7. §. 6. cf. Gai. I. 52. Aut in adquirendo, aut in conservando, aut in minuendo (totum ius constitit). fr. 41. de LL. 1. 3. Ius (legatorum), quo et ipso adquirimus singulas res. Gai. II. 97. Mancipatione, traditione etc. adq. (singularum rerum dominia). Vlp. XIX. 2. 16. sq. Tempore adqu. fr. 3. pr. de eo p. qu. fact. 2. 10.

Adquisitio. **§. 1.** *Modus quaerendi.* III. ***Cn.*** Dominia et adquisitiones rerum. Vlp. XIX. (Rubr.) Quae (sc. causa) prope lucrativam habet adquisitionem. fr. 4. §. 31. de d. m. exc. 44. 4. — **§. 2.** *Res quaesita, Lucrum.* III. ***Cn.*** Inferre — L. libras auri, — scilicet ex iustis adquisitionibus. Iulian. epit. nov. c. 22. §. 82.

Adradere. Cf. v. Adrodere.

Adresponsum. *Responsalis, Apocrisiarius.* III. ***Cn.*** Adresponsum, qui de officio — Magistri militum praesentalium etc. c. 18. §§. 1. sq. de R. M. 12. 36. Scrinii auri adresponsum. c. 7. de Palat. S. largg. 12. 24. Moderator Iustinianus habeat et civile et militare auxilium, habeat et adresponsum. Iulian. epit. nov. c. 27. §. 98. cf. c. 17. §§. 62. 64. c. 19. §. 66.

Adripere. **§. 1.** *Prehendere, Adtrectare.* III. ***Cn.*** Adrepto cultro de taberna lanionis, interfecit filiam. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Adrepto rerum quolibet corpore etc. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit. — **§. 2.** *Praeripere, Adfectare.* III. ***Cn.*** Contra honores et dignitates — adtentare, vel decurionatum adripere. c. 1. ad L. Visell. 9. 21. Per subreptionem adripere. c. 8. de postul. 2. 6. Qui honoribus indebitis adrip. insignia voluerunt. Th. C. XII. 1. c. 4. de decurion. — **§. 3.** *Incipere, Suscipere.* I. ***Sy.*** Moliri, Inchoare, Adgredi (novum opus). Ib. XV. 1. c. 15. c. 17—19. c. 21. c. 37. de opp. pub. III. ***Cn*** Hoc tantum potestatis adripiat, quod mandatum curae suae specialiter adprobatur. Ib. VIII. 8. c. 7. de executor. cf. I. 15. c. 14. (Wck.) de off. Vicar. Quodsi reus — partem pro defensione sui — possit adripere, parte vero obrui accusarique videatur. Ib. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec.

Adrodere. *Circumcidere.* III. ***Cn.*** Solidi, quos excidunt, aut deminuunt, aut — adrodunt. Ib. XII. 7. c. 2. de ponderator. Qui mensuram circuli exterioris adroserit, [al. adraserit, v. abraserit]. Ib. IX. 22. c. 1. si qu. sol. circul.

Adrogantia. *Temeritas. Libido.* I. ***Sy.*** Scelus. Crimen. c. 1. de priv. carcer. 9. 5.

Adrogare. **§. 1.** *Sumere sibi, Adfectare.* I. ***Sy.*** Expetere sibi. Adspirare ad (dignitatem etc.). Th. C. VI. 22. c. 8. pr. §. 1. de honor. codic. — **§. 2.** *Adoptare hominem suae potestatis.* III. ***Cn.*** Si quem adrogaverimus, sive quam in manum ut uxorem receperimus. Gai. II. 98. Adrogando suum heredem sibi adsciscere. fr. 40. §. 2. de adopt. 1. 7. Si paterfam. adrogandum se dederit, s. praebuerit. Vlp. VIII. 8. fr. 4. §. 2. de castr. pec. 49. 17. Per populum, v. Per Principale rescriptum, adr. Vlp. VIII. 3. 5. fr. 1. §. 1. de adopt. 1. 7. §. 3. I. eod. 1. 11.

Adrogatio. **§. 1.** *Praesumtio, Libido.* III. ***Cn.*** Quae — sine auctoritate ac iudicio principali, ordinarii iudicis nimia adrogatione gesta sunt. Th. C. XII. 1. c. 68. de decurion. Cf. X. 4. c. 2. de actor. procur. — **§. 2.** *Adoptio hominis sui iuris.* I. ***Sy.*** Adoptio, quae per populum (v. Principem) fit. Gai. I. 99. sq. Vlp. VIII. 2. fr. 2. pr. §. 2. de adopt. 1. 7. III. ***Cn.*** Si paterfam. in adrogationem se dederit. Gai. IV. 77. Filium sibi facere per adrogationem. fr. 40. §. 1. de adopt. 1. 7. Si capite deminutus deminutave fuerit, velut mulier per coemtionem, masculus per adrogationem. Gai. IV. 38.

Adrogator. *Qui hominem sui iuris adoptavit.* I. ***Sy.*** Is, qui adoptavit (Principis auctoritate). Pater adoptivus. fr. 2. pr. §. 2. fr. 15. pr. de adopt. 1. 7. §. 3. I. eod. 1. 11. III. ***Cn.*** In potestate adrogatoris fieri, v. in eius potestatem redigi. Effici nepos apud adrogatorem. Gai. I. 107. Vlp. VIII. 8. fr. 2. §. 2. fr. 15. pr. fr. 40. pr. l. l. 1. 7.

Adscendens. *Qui in superiore cognationis gradu constitutus est. Parens.* II. ***Op.*** Ex gradu adscendentium, vel descendentium. fr. 68. de R. N. 23. 2. Adscendentes, — Descendentes, — De (s. Ex) latere venientes cognati. Th. C. III. 12. c. 3. de incest. nupt. XVI. 5. c. 40. §. 2. de haeretic. III. ***Cn.*** De adscendentibus pater, mater, avus, avia. Ib. III. 12. c. 3. Per matrem adscendentes. — Per virilem sexum adscendens (pater). §. 7. I. de exher. liber. 2. 13. c. 1. §. 11. de rei uxor. act. 5. 13.

Adscendere. **§. 1.** *In altum scandere.* III. ***Cn.*** Adsc. in tectum, v. arborem. — Descendere in puteum. Gai. III. 219. fr. 3. §. 1. de servo corr. 11. 3. Scalam ad adscendendum (sciens commodare). fr. 54. §. 4. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Evehi, Promoveri.* I. ***Sy.*** Adipisci (gradum dignitatis). Th. C. XIII. 3. c. 16. de medic. et prof.

Adscensus (Subst.). *Accessus.* III. ***Cn.*** Adscensibus his, qui ad superiores porticus ducunt, —

pro ligneis scalis, lapideis gradibus fabricandis. Ib. XV. 1. c. 45. de opp. pub.

Adsciscere. **§. 1.** *Adhibere, Accommodare.* I. **Sy.** Adsumere, Admittere (socium). fr. 21. sq. fr. 63. §. 8. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Rudes et nuper adsciti (adiutores). Th. C. VIII. 1. c. 8. de numerar. Ad fucum iniquitatis augendum lex — adscita est. Ib. XI. 36. c. 15. Quor. app. n. rec. Suum heredem sibi adsc. (adrogando). fr. 40. §. 2. de adopt. 1. 7. — **§. 2.** *Incorporare, Addicere.* I. **Sy.** Sociare (fisci viribus). Th. C. XVI. 5. c. 3. c. 7. pr. de haeret. — **§. 3.** *Consciscere.* III. **Cn.** Adscitae mortis obtentu, postremum eius iudicium convelli. c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

Adscribere. **§. 1.** *Conscribere, Scripturae adiicere.* I. **Sy.** Scribere. fr. 4. pr. fr. 6. pr. fr. 15. pr. §§. 1. sq. de L. Cor. de fals. 48. 10. fr. 22. de don. int. V. 24. 1. Inserere, Adiicere. fr. 1. fr. 3. pr. §. 1. de ann. legat. 33. 1. II. **Op.** Adimere. fr. 14. pr. §. 1. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Dum quoddam morientis supremum, et non adscriptum, processisse confirmatur arbitrium. Th. C. IV. 4. c. 5. de testam. et codic. Nomen suum non adscrib., verum tamen signare. fr. 22. §. 4. Qu. test. fac. p. 28. 1. Si omnia nomina induxerit, adscripserit autem etc. fr. 2. de h. qu. in test. 28. 4. Falso sibi legatum adscribi curare. fr. 4. pr. fr. 6. pr. cf. fr. 1. §. 7. de L. Cor. de fals. 48. 10. Qui tabulas, cautionesve subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur. Paul. II. 31. §. 32. Conditiones contra leges — vel bonos mores adscriptae. Ib. III. 4. B. §. 2. — **§. 2.** *Constituere, Praecipere.* I. **Sy.** Dare, Relinquere (fideicommissum). fr. 6. pr. §. 1. fr. 7. pr. fr. 8. §. 1. fr. 11. §§. 7. sq. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Campaniae Consularibus formam iudicationis adscribimus. Th. C. IX. 40. c. 12. de poen. Secundum agri opinionem, quae antiquitus habetur adscripta. Ib. XIII. 7. c. 8. de praed. navicul. cf. XIII. 5. c. 12. de navicular. Tam iudici, quam eius officio — parem mulctam adscribendam esse. Ib. I. 17. c. 1. (Wck.) de off. iud. civ. — **§. 3.** *Adtribuere, Imputare.* I. **Sy.** Imputare. fr. 40. §. 4. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Aestimare, cui hoc adscribendum sit. fr. 21. §. 2. de app. et rel. 49. 1. Adscribatur ei periculum. fr. 11. pr. cf. fr. 13. ad munic. 50. 1. Culpae eorum adscribendum est. fr. 14. de off. Praes. 1. 18.

Adscriptio. **§. 1.** *Scriptura.* I. **Sy.** Subsignatio. Subscriptum. fr. 39. pr. de V. S. 50. 16. Adnotatio. Th. C. VI. 28. c. 4. de princ. agent. in reb. III. **Cn.** Inspicere atque probare, suaque adscriptione signare. Ib. I. 16. c. 2. (Wck.) de off. Rect. Pr. — **§. 2.** *Descriptio, Constitutio.* I. **Sy.** Designatio. Distributio. Ib. XI. 1. c. 26. c. 36. de ann. et. tribut. XI. 16. c. 3. sq. de extr. s. sord. Descriptio. Ib. VIII. 11. c. 1. pr. §. 2. ne qu. pub. laet. III. **Cn.** Fides censuum et necessitas publicae adscriptionis. Ib. XI. 22. c. 5. ne collat. translat. In censuali adscriptione profiteri. Ib. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. Sciant nullam sibi necessitatem indictionis imponi, sed huius adscriptionis necessitatem sublatam. Ib. XI. 15. c. 2. de pub. compar. Vel decoctor pecuniae publ., vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione. Ib. XII. 1. c. 117. de decurion. Totius capitulariae, — sive temonariae functionis fieri iubemus exsortes, ita ut eorum uniuscuiusque adscriptio excusetur. Ib. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord.

Adscripticius. *Colonus glebae adscriptus.* I. **Sy.** Domino possessionis adscriptus. c. 20. de episc. et cler. 1. 3. Capite censitus. Iulian. ep. nov. c. 21. §. 79. III. **Cn.** Puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii, sive adscripticiae, sive colonariae conditionis. c. 24. de episc. aud. 1. 4. Fugitivi adscripticii, coloni, vel inquilini. c. 6. de agric. 11. 46. Servi, vel coloni adscripticiae conditionis. c. 11. comm. utr. iud. 3. 38. cf. c. 43. de transact. 2. 4. Agricolae, qui cum essent adscripticiae conditionis nexibus adstricti. c. 37. pr. de episc. et cler. 1. 3.

Adscriptus (a, um. Partic.). **§. 1.** *Praefinitum, Constitutum.* I. **Sy.** Perscripta, Adscripta (quantitas etc.). Th. C. VI. 4. c. 3. de Praet. et Qu. Concepta, Collata, Adscripta (conditio). fr. 16. de iniust. rupt. 28. 3. — **§. 2.** *Adtributum, Incorporatum.* I. **Sy.** Missi (sc. servi, ad culturam), Inducti in (praedia). Adsignati (culturae). fr. 32. de pign. 20. 1. Adnotatus, Adscriptus (censibus). Th. C. XI. 3. c. 2. sine censu v. rel. c. 16. c. 20. de episc. et cler. 1. 3. III. **Cn.** Facultates, quas censibus adscripti, vel iuri patronatus subiecti — relinquunt. c. 20. l. 1, 3. Servus, qui aestimatus colonae adscriptus est. fr. 54. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 3.** *Adscripticius.* III. **Cn.** Sive conchyliolegulorum, seu adscriptorum progenies fuerit colonorum. Th. C. X. 20. c. 17. de murileg.

Adsectari. *Vestigia alicuius premere.* I. **Sy.** Tacitus frequenter sequi. fr. 15. §§. 19. 22. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Non tantum qui comitem abduxit (sc. matrifam. aut praetextato), verum etiam si quis eorum quem adpellavisset, adsectatusve est. fr. 15. §. 19. cf. §§. 22. sq. l. l. 47. 10. Gai. III. 220.

Adsensio. *Adsensus.* III. **Cn.** Et si voluntatis adsensio detegitur in virgine. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 2. de raptu virgg.

Adsensus. (Subst.) *Consensus.* I. **Sy.** Adsensio. Ib. l. l. cf. V. 13. c. 30. (Wck.) Voluntas, Iudicium. c. 20. de nupt. 5. 4. III. **Cn.** Cum vel adlegationibus refelluntur (sc. relationes), vel probantur adsensu. Ib. XI. 29. c. 3. de relation. Vendibili conniventia licentiae huic praestare adsensum. Ib. IX. 40. c. 15. de poen. Non prius adsimulanti accommodetur adsensus etc. Ib. IX. 2. c. 3. de exhib. reis.

Adsentatio. *Conniventia, Adsensus.* III. **Cn.** Si cui adversus praecepta — venienti aditum adsentatione praestiterit. Ib. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph.

Adsentire v. Adsentiri. *Adsensum praebere, Adstipulari.* III. **Cn.** Plerique opinantur, — quibus adsentior. fr. 33. de R. N. 23. 2. Cui sententiae adsentiendum puto. fr. 13. §. 5. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 9. §. 2. de opt. v. elect. 33. 5. Cuicunque rei adsentiamur, alienam fidem secuti. fr. 1. de

R. C. 12. 1. An adsentire venditioni, vel obligationi debeat. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9.

Adsequi. ***Consequi, Adipisci.*** I. ***Sy.*** Consequi (libertatem). fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. Percipere. Th. C. III. 8. c. 2. pr. de sec. nupt. III. ***Cn.*** Scientia, quam quis aut per se habere, aut consulendo prudentiores adsequi potest. fr. 10. de B. P. 37. 1. Nec emere, nec donatum adsequi, nec damnosam quisquam hereditatem adire compellitur. c. 16. de iure delib. 6. 30. Fideiussor conventus, officio iudicis adsecutus est ut etc. fr. 2. de distr. pign. 20. 5. Si fructuarius proprietatem adsecutus fuerit. fr. 4. usufr. quemad. 7. 9.

Adserere. **§. 1.** ***Serere.*** III. ***Cn.*** Cogi reficere, quemadmodum adserere [al. subserere], cogitur arbores. fr. 7. §. 3. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** ***Adsciscere, Vindicare.*** III. ***Cn.*** Ut direptus a clericis adseratur, vel adpellasse simuletur. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen. Nec ferendus est procurator, qui sibi adserit procurationem. fr. 25. de procur. 3. 3. Qui servus dicitur, seque adserit in libertatem. fr. 11. §. 9. de iniur. 47. 10. Qui se ex libertinitate ingenuitati adserant. fr. 2. §. 1. si ingen. esse dic. 40. 14. — **§. 3.** ***Adlegare, Profiteri.*** I. ***Sy.*** Dicere (ad se pertinere). fr. 1. §. 2. si pars hered. 5. 4. III. ***Cn.*** Is, qui se adserit dominum. c. 1. pr. de adsert. toll. 7. 17. Postquam alias adlegationes litigatores adserere nolint. Iulian. epit. nov. c. 54. §. 197. — **§. 4.** ***Probare.*** III. ***Cn.*** Instrumenta, quibus adseri possunt (causae provocationis). c. 1. ut caus. post pub. 5. 48. Qui — in libertatis possessione duravit, vel quem adserant suffragia munerum et privilegia meritorum. Th. C. IV. 8. c. 9. (Wck.) de liberali c.

Adsertio. **§. 1.** ***Actus adserendi hominem in libertatem, vel ingenuitatem.*** III. ***Cn.*** Ob turpitudinem et famositatem prohibentur quidem cognituram suscipere, adsertionem non. Vatic. §. 324. Vt liberale iudicium ipse disceptator examinet, adsertionibus ordinatis, quas iuxta ordinem iuris convenit celebrari. Th. C. VI. 4. c. 16. de Praet. et Qu. Si post adsertionem defensionemque ordinatam, alius in iudicium acciri petiverit. Ib. IV. 8. c. 8. (Wck.) de liberali c. — **§. 2.** ***Adlegatio, Professio.*** I. ***Sy.*** Adlegatio. Ib. VI. 4. c. 22. §. 2. de Praet. Adseveratio. Ib. X. 10. c. 7. sq. de petit. et ultro dat. III. ***Cn.*** Contractis in litem omnibus, et adsertionibus iam ordinatis et profligatis, exactisque paene iudiciis. Ib. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. Novis adsertionibus uti, vel exceptionibus. c. 4. de temp. et repar. app. 7. 63. Si adsertionibus veri fides fuerit opitulata. Ib. IX. 34. c. 7. de famos. libell. — **§. 3.** ***Adtributio, Incorporatio.*** III. ***Cn.*** Ampliss. ordinis adsertioni pareat. Ib. VI. 7. c. 22. de agent. in reb. Trinitatis ordinem, personarum adsertionem, et divinitatis unitatem. Ib. XVI. 1. c. 3. de fide cathol.

Adsertor. **§. 1.** ***Qui hominem liberali iudicio in libertatem petit.*** III. ***Cn.*** Si de (libertate) hominis controversia erat, — ut L. assibus sacramento contenderetur, — ne satisdatione onerarentur adsertores. Gai. IV. 14. Post susceptum liberale iudicium, si adsertor causam deseruerit. Paul. V. 1. §. 5. Cum per adsertores super libertate iudicium agitabatur. c. 2. de adsert toll. 7. 17. — **§. 2.** ***Confessor.*** III. ***Cn.*** Nicaenae adsertor fidei, et catholicae religionis verus cultor. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeret. Adsertores dogmatis catholici. Ib. XVI. 6. c. 4. §. 2. ne S. baptism.

Adsertorius. (Adiect.) ***Ad liberale iudicium spectans.*** III. ***Cn.*** Lites adsertoriae. c. 1. pr. de adsert. toll. 7. 17.

Adsertus. (Partic.) ***Is, qui petitur in libertatem.*** III. ***Cn.*** Si in medio, adsertore litem agente, adsertus ab hac luce fuerat subtractus. c. 2. de adsert. toll. 7. 17.

Adsertus. (Adiect.) ***Praeditus, Instructus.*** III. ***Cn.*** Eos expetere, quos iustis adsertos privilegiis non poterunt obtinere. Th. C. XII. 1. c. 136. de decurion.

Adservare. **§. 1.** ***Custodire, Continere.*** III. ***Cn.*** Qui a militibus statoribusque, vel a municipalibus ministeriis adservatur. fr. 10. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** ***Servare, Consequi.*** III. ***Cn.*** Mandati actionem — indulgeri, quatenus possit per hanc, quod utiliter impensum est, adservari. c. 1. §. 5. de rei uxor. act. 5. 13.

Adsessio. ***Munus adsessoris.*** I. ***Sy.*** Adsessoris officium. c. 14. pr. §§. 1. sq. de adsessor. 1. 51.

Adsessor. ***Qui concilio magistratus adscriptus est.*** I. ***Sy.*** Adsidere (in concilium). Adsessoris officio fungi. fr. 2. sq. fr. 6. de off. adsessor. 1. 22. fr. 9 §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Consiliarius. Th. C. I. 21. c. 1. sq. (Wck.) de adsessor. III. ***Cn.*** Omne officium adsessoris, quo iuris studiosi partibus suis funguntur. fr. 1. cf. fr. 2. de off. adsessor. 1. 22. Adsessores, qui — sive in provinciis sive in sacro comitatu, iuverunt consilia, vel iuvabunt. Th. C. VI. 15. c. 1. de comit. qu. illustr. Si adsessoris imprudentia ius aliter dictum sit, quàm oportuit. fr. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2.

Adsessorium. ***Quod ad adsessuram spectat.*** III. ***Cn.*** Sabinus in adsessorio — ait. fr. 5. §. 8. de iniur. 47. 10. Puteolanus lib. 1. adsessoriorum scribit. fr. 12. de pact. 2. 14.

Adsessura. ***Munus adsessoris.*** III. ***Cn.*** Si quis forte venditionis, vel amicitiae, vel adsessurae — proxeneta fuit. fr. 3. pr. de proxenet. 50. 14.

Adseverare. ***Adfirmare.*** III. ***Cn.*** Quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur. Paul. V. 25. §. 3. cf. §. 15. sq. de h. qu. not. infam. 3. 2. Non debuit facile, quae ignorabat, adsev. fr. 13. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Qui tibi suasit, — falsum adseveravit. c. 39. de transact. 2. 4. Qui, quod adseveraverunt, non praestant. fr. 17. §. 20. de Aed. ed. 21. 1.

Adseveratio. ***Adlegatio, Adfirmatio.*** III. ***Cn.*** Neque professio, neque adseveratio nuncupantium filios, qui non sunt, veritati praeiudicat. c. 5. de testam. et quemad. 6. 23. Cum intentionem secundum adseverationem suam petitor probaverit. c. 9. de exc. s. praesc. 8. 36. Falsi nominis, vel cognominis, adsev. fr. 13. pr. de L. Cor. de fals. 48. 10.

Adsidere. *Ad latus alterius sedere, Adsessura fungi.* III. **Cn.** Dexter adsedit ei, cui iura commisimus etc. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1. Sub adsidendi colore statutis CL. advocatis — adgregare. c. 11. pr. de advoc. div. iudicior. 2. 7. In concilium (curatoris reip.) adsid. fr. 6. de off. adsessor. 1. 22. Si cui in provincia sua Princeps adsid. — permiserit. fr. 38. pr. cf. fr. 37. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. c. 10. eod. 1. 51. Me adsidente (interlocutum esse Praetorem). fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2.

Adsidue, v. Adsiduo. (Advb.) *Continue, Iugiter.* I. **Sy.** Perpetuo (duci aquam). fr. 1. §. 3. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Cum et de matris testamento agant, et obtinere adsidue soleant. fr. 5. de inoff. test. 5. 2. Adsidue rationem ab eo exigere, — et sollicite curare. fr. 3. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Adsidue proficisci. fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Adesse adsiduo (monumento). fr. 44. de man. test. 40. 4.

Adsiduitas. *Exercitium continuum.* III. **Cn.** Nisi cui et laborum adsiduitas et stipendiorum prolixitas suffragatur. Th. C. VII. 13. c. 19. de tiron.

Adsiduus. (Adi.) *Frequens, Consuetus.* III. **Cn.** Propter adsiduam et quotidianam comparationem servorum. fr. 44. pr. de usurp. 41. 3. Paullatim conversum est in adsiduam iurisdictionem. §. 1. I. de fideic. heredit. 2. 23. Quia adsidua est duplae stipulatio, idcirco placuit etc. fr. 31. §. 20. de Aed. ed. 21. 1. Adsidua contrectatio furis. fr. 9. pr. de furt. 47. 2.

Adsignare. **§. 1.** *Signare, Signum imponere.* III. **Cn.** Coram subscribente, et adsignante domino. fr. 126. §. 2. de V. O. 45. 1. Praesente (tutore), sed non adsignante instrumento divisionis. fr. 20. de auct. et cons. 26. 8. — **§. 2.** *Adtribuere, Certo demonstrare.* I. **Sy.** Adiudicare. fr. 22. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Adtribuere. fr. 45. fr. 47. §. 1. de leg. III. (32.) Restituere (natalibus). Th. C. VIII. 4. c. 21. de cohortal. III. **Cn.** Si in navem res missae ei adsignatae sunt. fr. 1. §. 8. naut. caup. 4. 9. Has possessiones ex praecepto Principali partim distractas, partim veteranis in praemia adsignatas. fr. 11. pr. de evict. 21. 2. cf. fr. 15. §. 2. de R. V. 6. 1. cf. Fr. Legis Thoriae. Obsignare non debere (res hereditarias), sed tantum pernumerare, et adsignare (mulieri). fr. 1. §. 24. de ventre in poss. 37. 9. Si quis opus, quod perfecit, adsignavit. fr. 1. §. 6. de pollicit. 50. 12. Quae emerat, necdum autem ei adsignaverit, adsignaturus si vixisset. fr. 49. §. 3. de legat. III. (32.) Praedia actori suo colenda debitor tradidit, adsignatis et servis culturae necessariis. fr. 32. de pign. 20. 1. Specialiter insulam adsign. inque eam relegare. fr. 7. §. 1. cf. Pr. de interd. et releg. 48. 22. — **§. 3.** *Adscribere alicui libertum.* I. **Sy.** Testificari, s. Significare, cuius ex liberis libertum eum esse voluit. fr. 1. pr. de adsign. libert. 38. 4. fr. 107. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Servum manumittere, et eundem ut libertum adsign. fr. 13. pr. de adsign. libert. 38. 4. Non quasi servum eum legasse, sed quasi libertum adsignasse. fr. 6. ib. 38. 4. Senatus omne ius libertorum adsignatorum ad eum transtulit, cui id pater tribuit. fr. 48. §. 2. de R. N. 23. 2. — **§. 4.** *Accensere.* I. **Sy.** Adnumerare (culpae). fr. 6. fr. 8. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 5.** *Repraesentare, Praestare.* I. **Sy.** Inferre. Th. C. V. 13. c. 20. (Wck.)

Adsignatio. **§. 1.** *Adtributio, Concessio.* III. **Cn.** In hoc interdicto totam quaestionem finiri adsignationis. fr. 1. §. 45. de aqua quotid. 43. 20. Peculii adsignatio. Th. C. IV. 8. c. 3. de liberali c. — **§. 2.** *Distributio libertorum inter liberos nostros.* III. **Cn.** Caeteri liberti, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interveniente, pariter admittuntur. Pr. I. de adsign. libert. 3. 8. Qui liberti adsignationem sua manu adscripsit. fr. 22. §. 8. de L. Cor. de fals. 48. 10. Qui in civitate esse desiit. — In cuius persona durat adsignatio. fr. 5. pr. de adsign. libert. 38. 4.

Adsignator. *Qui liberti adsignationem sanxit.* III. **Cn.** Posse et nepotem adsignari, — et praeferri filio nepotem adsignatoris. fr. 3. §. 1. cf. §. 5. l. l. 38. 4.

Adsimilare, s. Adsimulare. *Similem efficere, Aequare.* III. **Cn.** Adsimulati sunt Latinis coloniariis (sc. Iuniani). Gai. I. 22. In plurimis causis adsimilatur is — ei etc. §. 8. I. de adopt. 1. 11. Servitus morti adsimulatur. fr. 59. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Sanctae crucis adsimilata species. Th. C. XVI. 8. c. 18. de Iud.

Adsimulare. **§. 1.** *Simulare, Fingere.* III. **Cn.** Vaticinatores, qui se deo plenos adsimulant. Paul. V. 21. §. 1. Adsimulata provincialium tutela, quietis ac pacis — haud sinunt stare concordiam. Th. C. XII. 14. c. 1. de irenarch. — **§. 2.** *Insimulare, Accusare.* I. **Sy.** Insimulare. Ib. IX. 2. c. 1. c. 3. de exhib. reis.

Adsimulatio. *Simulatio.* III. **Cn.** Dolosa adsimulatione [al. simulatione] habita, — prohibere. c. 24. de N. G. 2. 19. Valeat (sententia), nec ea in adsimulatione aliqua convalescant, quae etc. Th. C. XVI. 2. c. 18. de episc. eccl.

Adsimulaticius. (Adi.) *Simulatus, Ficticius.* III. **Cn.** Qui insignibus Consularium emendicatis atque adsimulaticiis vestiuntur. Ib. VI. 22. c. 5. de honor. codic.

Adsistere. **§. 1.** *Consistere, Adstare, Adparere.* III. **Cn.** Adsistant, sedentibus his. Ib. XII. 1. c. 4. de decurion. Adsistente curia, ac sub obtutibus iudicis promente consensum. Ib. c. 49. l. l. Probandus adsistat, qualis moribus sit etc. Ib. VI. 27. c. 4. pr. de agent. in reb. Palatini monitores frequentissimi — iudicibus ordinariis semper adsistant. Ib. I. 10. c. 2. (Wck.) de off. Com. S. largg. — **§. 2.** *Patrocinari, Opem ferre.* I. **Sy.** Adesse (negotiis). c. 1. ut qu. des. advoc. 2. 11. II. **Op.** Desistere. fr. 6. §§. 2. sq. ad S. C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Si minoris actum fuerit cum tutoribus, adsistentibus curatoribus. fr. 25. de adm. et per. 26. 7. Adsistentibus, causamque defendentibus (contutoribus tuis). c. 1. de in lit. dand. tut. 5. 44. Interpellare — debes, ut tibi adsistant, causamque instruant. c. 21. cf. c. 23. de evict. 8. 45. — **§. 3.** *Inesse.* III. **Cn.** Testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit. fr. 21. §. 3. de

testib. 22. 5. Veritatem ads. (precibus, v. adlegationi) c. 1. si adv. dotem. 2. 34. c. 5. si qu. alteri v. sibi. 4. 50.

Adsociare. *Sociare, Adtribuere.* I. **Sy.** Vindicare (fisco, sc. bona, v. loca). Coll. LL. M. XV. 3. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan. sacrif. III. **Cn.** Qui (sc. magistri equitum) adsociati participales curae (ut) militiae gratia secundam post eos (sc. dictatores) potestatem gererent. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11.

Adsocietas. *Societas.* III. **Cn.** Quot videlicet de veteribus, quotque sint et quales recenti adsocietate delecti. Th. C. XIII. 5. c. 14. §. 2. de navicul.

Adsolet. *Solet.* III. **Cn.** Vt plerumque adsolet. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Vt saepe ads. Th. C. VII. 12. c. 3. de commeat. Vt fieri ads. fr. 3. si qu. al. test. prohib. 29. 6. Eodem modo, quo ads. (quaeri). fr. 46. de A. v. A. P. 41. 2.

Adspargo. *Adspersio, Submersio.* III. **Cn.** Si adspargine [al. adspergine] propter iactum res deteriores factae sunt. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Adspectus. §. 1. *Species rerum externa.* III. **Cn.** Margaritae, quae ita ornamentis — contextae sunt, ut in his adspectus auri potentior sit. fr. 32. §. 1. cf. §. 5. de auro arg. 34. 2. Si publicis nitoribus faciem adspectus deterioris inducit. Th. C. XV. 1. c. 25. de opp. pub. Quod oculos hominum infaustis incestat adspectibus. Ib. IX. 17. c. 5. de sepulc. viol. cf. VII. 1. c. 13. de R. M. — §. 2. *Conspectus.* III. **Cn.** Sub adspectu plebis, adsistentibus Christianorum antistitibus. c. 1. de h. qu. in eccl. 1. 13. Vt, integris aedificiis depositis, publicus deformetur adspectus. c. 2. de aedif. priv. 8. 10. Aurae communis haustu et lucis adspectu diu privati. Th. C. IX. 40. c. 22. de poen. — §. 3. *Inspectio.* III. **Cn.** Minor XXV. annis, adito Praeside, ex adspectu corporis falso probavit perfectam aetatem. fr. 32. de min. 4. 4. Praetorem adiri — ut adspectu atrox iniuria aestimetur. fr. 2. de feriis. 2. 12.

Adspergere. *Infligere.* III. **Cn.** Nulla macula, vel crimine delatoris adspergitur. c. 3. de delator. 10. 11. Potius verecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam videtur adsp. c. 17. ex qu. c. infam. 2. 12. fr. 17. §. 1. de iure patron. 37. 14. Infamiae adspergi vitiis. Th. C. II. 19. c. 3. de inoff. test.

Adspergo. Cf. v. Adspargo.

Adspernanter. (Advb.) *Contemptim, Superbe.* III. **Cn.** Nemo ex his, quos licebit accipere, — adspernanter habeat. c. 6. §. 3. de postul. 2. 6.

Adspernari. *Aversari, Contemnere.* III. **Cn.** Non repellit (variantem), et non adspernatur (consilium mutantis). fr. 8. de coll. bonor. 37. 6. Cogi posse heredem institutum adire, — cum adsp. heres non deberet personam cogentis. fr. 22. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. Summam habet aequitatem. — Quis enim adspernabitur etc.? fr. 1. pr. Qu. quisq. iur. 2. 2.

Adspicere. §. 1. *Intueri, Conspicere.* III. **Cn.** Si dominus adspexerit, ab administratore multas impensas utiliter factas. c. 24. de N. G. 2. 19. Quae ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda adspicientes, (non lugebunt). c. 6. de bon. qu. lib. 6. 61. — §. 2. *Inspicere, Examinare.* I. **Sy.** Intueri, Inspicere. fr. 7. §§. 1. sq. de supell. leg. 33. 10. fr. 22. de alim. v. cib. 34. 1. III. **Cn.** Sententiam eius (qui legaverit), adspici oportere. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Vim illius legis adspicito, eique pareto! Th. C. VIII. 15. c. 4. de h. qu. admin. — §. 3. *Spectare, Rationem habere.* III. **Cn.** In percipiendis fructibus magis corporis ius, — quam seminis, — adspicitur. fr. 25. §. 1. de usur. 22. 1. Qui, — non quid utilitatibus publicis — conveniret, adspexerit. Th. C. I. 2. c. 8. (Wck.) de div. rescr.

Adspirare. *Adfectare, Ambire.* I. **Sy.** Petere (honores). fr. 7. §. 22. de interd. et releg. 48. 22. Admitti ad (legitimam hereditatem). Paul. IV. 10. §§. 1. 3. III. **Cn.** Adsp. ad novum magistratum. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Qui — ad scholam agentium in rebus adspiraverunt, vel translati sunt. Th. C. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. offic. Ad petitionem fideicommissi adsp. c. 11. de fideicomm. 6. 42. Qui falsas tabulas dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti iudicium adsp. non potest. c. 6. ad L. Cor. de fals. 9. 22.

Adstare. *Adsistere, Praesto esse.* III. **Cn.** In consistorio adstante — V. Cl. Quaestore etc. Ib. XI. 39. c. 5. de fide test. Inductis, — et caeteris principalibus Antiochensium adstantibus etc. c. 2. de excus. mun. 10. 47.

Adstipulari. §. 1. *Stipulationi alterius accedere.* II. **Op.** Suo nomine ab altero quid stipulari. — Alteri adstipulari. Fr. Aelii Galli Icti. Ap. Festum v. Reus. III. **Cn.** Si ego ita stipulatus sim, — ille (sc. adstipulator) sic adstipulari potest. Gai. III. 112. cf. 114. — §. 2. *Suffragari, Adsentire.* III. **Cn.** Si quis — adstruxerit, et idem — scriptura adstipuletur interior. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. Honestissimorum hominum testimonio adstipulante. Ib. VII. 2. c. 1. Qu. prob. deb.

Adstipulatio. *Suffragatio, Patrocinium.* III. **Cn.** Incorrupta ordinis adstipulatione perdocere. Ib. XII. 1. c. 177. pr. de decurion.

Adstipulator. *Qui stipulationi alterius creditoris accedit.* II. **Op.** Stipulator. Gai. III. 215. Sponsor, fidepromissor, fideiussor. Ib. III. 117. 126. IV. 113. III. **Cn.** Ad id, quod stipulamur, alium adhibere qui idem stipuletur, quem vulgo adstipulatorem vocamus. Ib. III. 110. Adhibetur adstipulator, ut is post mortem nostram agat. Ib. 117. In adstipulatorem, qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, — tanti actio constituitur. Ib. 215.

Adstrictio. *Gravamen.* III. **Cn.** His ergo tali sub adstrictione damnatis, indultum. c. 3. de episc. aud. 1. 4.

Adstrictus. (Partic.) §. 1. *Strictus.* III. **Cn.** Minime quisquam privilegio dignitatis alicuius ab adstrictiore inquisitione defendatur. Th. C. IX. 5. c. 1. pr. ad L. Iul. mai. — §. 2. *Obligatus, Addictus.* III. **Cn.** Vt hi, religione adstricti, — iurandi necessitatem haberent. fr. 44. pr. de liberali c. 40. 12. Cum honori primipilari sis adstrictus. Vatic. §. 278. Fructuum praestandorum necessitate adstrictus. fr. 3. pr. de usur. 22. 1.

Adstringere. §. 1. *Obligare, Compellere.*

I. **Sy.** Adstr. se (muneribus). Adplicare se ad (munera). fr. 2. pr. de iure imm. 50. 6. Debere, Compelli, Adstringi. fr. 49. fam. ercisc. 10. 2. Fidem suam adstr. Vinculum obligationis suscipere. Obligare se. fr. 67. de proc. 3. 3. c. 6. c. 10. mand. 4. 35. II. **Op.** Adstringi (laqueis necessitatis). — Evolvi. Vatic. §. 248. III. **Cn.** Quos reatus adstringit, carcer inclusit. Th. C. IX. 38. c. 3. de indulg. crim. Meritis liberos magis, quam pactionibus adstringi placuit. Paul. IV. 5. §. 8. Aliud est ex persona heredis conveniri, aliud proprio nomine defuncti precibus adstringi. fr. 55. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius solvendae rei. Pr. I. de obligatt. 3. 13. Amissae rei periculum te non adstringit. c. 23. de probat. 4. 19. Actor — reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit. c. 23. l. — **§. 2.** *Onerare, Gravare.* III. **Cn.** Quidquid adstringendae obligationis est, id, nisi palam verbis exprimitur etc. fr. 99. pr. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** *Adfirmare.* I. **Sy.** Adseverare. Adfirmare. Th. C. XIII. 5. c. 13. de navicular.

Adstruere. *Adlegare, Probare.* I. **Sy.** Perhibere testimonium. Th. C. IV. 4. c. 5. de testam. et codic. Ostendere. Demonstrare. Ib. XI. 39. c. 4. c. 6. sq. de fide test. III. **Cn.** Haec quoque prudentius inter consentientes adstruentur; alioquin si non conveniat etc. fr. 3. pr. rat. rem hab. 46. 8. Si non potuerint ostendere, quod adstruxerant. Th. C. X. 10. c. 8. de petit. et ultro dat. Nisi ipsi adstruxerint veritatem. c. 24. de probat. 4. 19.

Adsuetudo. *Consuetudo.* III. **Cn.** Non statu priore perpenso, non adsuetudine coniunctionis, non dulcedine filiorum etc. Nov. Val. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. §. 5.

Adsuetus. (Partic.) *Consuetus.* II. **Op.** Si nihil extra consuetudinem acciderit. — Non adsuetum. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. III. **Cn.** Ne quis, desertis adsuetis officiis, ad palatina unquam sacramenta adspiret. Th. C. VIII. 4. c. 21. de cohortal.

Adsumere. **§. 1.** *Adhibere, v. Sumere, per accessionem.* I. **Sy.** Coniungere sibi alium. Ads. tertium. fr. 17. §. 5. fr. 32. §. 17. de rec. qu. arb. 4. 8. Adiicere, Admittere (fideiussores, v. socium). §. 1. I. de fideiuss. 3. 20. fr. 21. sq. pro soc. 17. 2. Postea adquirere (possessionem etc.). fr. 41. pr. de hered. pet. 5. 3. III. **Cn.** Si legata adsumant dodrantem. fr. 6. pr. si qu. om. c. test. 29. 4. Spatium quoddam temporis adsumitur. fr. 13. de solut. 46. 3. Si autem non addit, quibus (sc. Calendis), — utique hoc sequimur, quod actum est, easque adsumemus. fr. 41. pr. de V. O. 45. 1. Suum servum, an alienum tutorem scripserit, cum — adsumta libertas sit in persona eius. fr. 10. §. 4. de test. tut. 26. 2. — **§. 2.** *Adlegere, Adscribere.* I. **Sy.** Adlegere. Cf. h. v. Cingere (in militia). fr. 38. §. 1. de testam. milit. 29. 1. III. **Cn.** In consilium Principum adsumti iurisperiti. fr. 30. pr. de excusat. 27. 1. In quibus (sc. collegiis vel corporibus) artificii sui causa unusquisque adsumitur. fr. 5. §. 12. cf. §. 7. de iure imm. 50. 6. In locum administratoris — alium interim adsumendum. fr. 21. §. 2. de appell. et relat. 49. 1. — **§. 3.** *Praesumere, Adfectare.* III. **Cn.** Quid tamen, si et hoc sibi adsumserint, ut defendant? fr. 5. §. 6. iudicat. solvi. 46. 7. Qui anni vacationem arbitratu proprio — adsumserit. Th. C. VII. 12. c. 2. de commeat. Quam (sc. maiestatis quaestionem) si quis sacrilego animo adsumit. Ib. IX. 42. c. 6. de bon. proscr.

Adsumtio. **§. 1.** *Adiectio.* III. **Cn.** Si in patre, vel patria, vel alia simili adsumtione, falsum scriptum est. fr. 48. §. 3. de hered. inst. 28. 5. — **§. 2.** *Adfectatio, Usurpatio.* III. **Cn.** Adsumt. originis, quae non est. fr. 6. pr. ad munic. 50. 1. Illi sacerdotali adsumtione episcoporum nomen infamant. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret. Palatini nominis adsumt. Ib. IX. 35. c. 1. de quaestion.

Adtactus. (Substant.) *Tactus.* III. **Cn.** Adtactu conversationis humanae piaculum admittitur. Paul. I. 21. c. 12. cf. fr. 12. §. 1. de religios. 11. 7.

Adtaminare. *Contaminare, Polluere.* III. **Cn.** Ex christiano iudaicis sacramentis adtam. (servum). Th. C. III. 1. c. 5. de contr. emt.

Adtemperies. *Temperamentum.* III. **Cn.** Vt iudicibus immodice saevientibus freni quaedam adtemperies adhibita videatur. Ib. IX. 3. c. 2. de custod. reor.

Adtemptare, v. **Adtentare.** *Pertentare, Adoriri.* I. **Sy.** Tentare (pudicitiam). fr. 15. §§. 20. sq. de iniur. 47. 10. Adpetere, Adspirare ad (militiam etc.). Th. C. VIII. 4. c. 21. sq. de cohortal. XVI. 8. c. 24. de Iud. III. **Cn.** Adtempt. et vexare annonam. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. Si honorem ornamentaque petulanter adtemptantem (servum) caeciderit. fr. 15. §. 39. de iniur. 47. 10. Cum de sententia indubitata, quae nullo remedio adtentari potest, transigitur. fr. 23. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. Cui rei, ne ulterius adtentetur, remedium — offerendum. Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 2. pr. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadam machinatione, factum vel adtentatum fuerit. c. 8. de postul. 2. 6.

Adtendere. *Intendere animum, Prospicere.* III. **Cn.** Debet iudex adtendere, ut etc. Gai. IV. 52. Vt Praesides adtendant, ne etc. fr. 25. de testib. 22. 5. Hi, qui rebus nostris adtendunt, scient etc. §. 1. I. de eo cui libert. c. 3. 11. Adtendat ipse leges, et non timeat etc. Iulian. epit. nov. c. 22. §. 87.

Adtentatio. *Tentatio, Machinatio.* III. **Cn.** Omni venientis extrinsecus atque occultae conductionis adtentatione submota. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. iur. emph. Nullius adtentationis molestiam sustinere. Ib. XVI. 2. c. 26. de episc. eccles.

Adtente. (Advb.) *Accurate, Curiose.* III. **Cn.** Requirat adtente. Th. C. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar.

Adtentio. *Intentio animi.* III. **Cn.** Vitandae sunt, et magis adtentionibus transeundae humanae cupiditatis illecebrae. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Adterere. **§. 1.** *Conterere, Vtendo viliorem facere rem.* III. **Cn.** Si aestimata sint, et eam (sc. vestem) mulier adtrivit. fr. 10. pr. de iure dot. 23. 3. Si eam sine d. m. adtritam reddiderit. fr. 9. §.

§. 3. usufr. quemad. 7. 9. — §. 2. *Adfligere, Infligere.* III. Cn. Quod, saepe adtriti istis negotiationibus, longo tempore id ignorant. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. Ne — familiaris res adteratur. Th. C. VII. 9. c. 1. de salgamo. Vt eosdem non adterat damno culpa temeritatis alienae. Ib. IV. 22. c. 2. unde vi.

Adtestari. *Ad testimonium rogare.* III. Cn. Vt adulterum deprehensum XX. horis, adtestando vicinos, retinere liceat. Paul. II. 26. §. 3.

Adtestatio. *Testatio, Testimonium.* I. Sy. Denunciatio. c. 3. §. 1. de iure dom. impetr. 8. 34. Contestatio. Testificatio. Th. C. VIII. 12. c. 2. c. 3. c. 5. de donat. III. Cn. Nec libellos, aut adtestationes, vel contestationes litis gratia suscipere. c. 4. de curios. 12. 23. Sive inter acta fuerit testificatus, sive testium voces adtestationem sunt amplexae. c. 1. §. 2. de Lat. libert. toll. 7. 6. Adtestatione praemissa, offerre pecunias, hisque obsignatis etc. c. 2. de iure emph. 4. 66. Adtestatio et consensus accedat. Th. C. VI. 27. c. 4. cf. c. 19. de agent. in reb.

Adtinere. §. 1. *Tenere, Adstringere.* I. Sy. Adstringi, Constringi, Adtineri (legibus, v. debitis etc.). Th. C. XI. 20. c. 4. §. 2. c. 5. §. 1. de collat. donat. XII. 1. c. 186. de decurion. Obligare. Ib. VIII. 2. c. 5. de tabular. Mulctare (poena). Ib. VII. 8. c. 13. de desertor. XVI. 6. c. 4. §. 4. ne s. baptism. III. Cn. Obnoxius adtineri praestationi. Ib. XIV. 6. c. 1. de calc. coctor. Quodsi aliquibus fortasse rationibus adtinentur impliciti. Ib. VII. 1. c. 7. de R. M. Immunes — habeantur, nec descriptio glebalis eos ideo adtineat. Ib. VI. 23. c. 1. de decur. et silent. — §. 2. *Detinere, Retinere.* III. Cn. Hi, qui inter adcrescentes matriculis adtinentur. Ib. VII. 1. c. 11. de R. M. Desertores modis omnibus adtinendos esse. Ib. VII. 18. c. 13. de desertor. Quos privatorum domus, non religionum loca, habitationum merito convenit adtinere. Ib. VII. 8. c. 2. de metat. — §. 3. *Pertingere, Spectare.* I. Sy. Pertinere. Gai. I. 157. cf. §. 2. I. de legit. agnat. tut. 1. 15. Spectare ad. Paul. 6. §§. 80. sq.

Adtingere. §. 1. *Tangere, Contingere.* I. Sy. Adtrectare (rem). fr. 46. §. 7. de furt. 47. 2. Contingere aliquem, Coniunctum ei esse (cognatione). Vatic. §§. 216. 298. Coll. LL. M. IX. 2. Fr. legis Serviliae. III. Cn. Qui, lapide iactato incerto, fortuito statuam adtigerit. fr. 5. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui — adtingere purpuram venerarique praecepti sunt. Th. C. VIII. 7. c. 16. de div. offic. — §. 2. *Immiscere se, Suscipere.* II. Op. Abstinere. fr. 1. §. 9. de eo qu. pro tut. 27. 5. III. Cn. Sive gessit, sive gerenti filio consensit, sive omnino adtigit tutelam. fr. 7. de tutel. 26. 1. fr. 1. §. 9. l. 27. 5. Qui animo adgnoscit successionem, licet nihil adtingat hereditarium. fr. 88. de A. v. O. H. 29. 2. Si pecuniam inventam in hereditate non adtingat. fr. 20. §. 14. de hered. pet. 5. 3. — §. 3. *Pertingere, Complecti.* I. Sy. Contingi, Adtingi (crimine etc.). fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. fr. 1. §. 30. de S. C. Silan. 29. 5. III. Cn. Quaero an, — et plenius rogo, quae ad haec spectant, adtingas, quotidiana enim sunt. fr. 25. de liber. leg. 34. 3. Si adhuc vinculis potestatis patriae non adtigeris. c. 4. de pact. conv. 5. 14.

Adtollere. *Extollere, Erigere.* III. Cn. Si eundem rivum deprimat, vel adtollat, aut dilatet, vel extendat etc. fr. 1. §. 11. de riv. 43. 21. Manus impias — adt. Th. C. XVI. 5. c. 15. de haeret.

Adtonitus. (Partic.) *Stupefaciens.* III. Cn. Qui ex — quaesturae honore, — aut comitiva utriusque aerarii nostri adtonito splendore viguerunt. Ib. VI. 9. c. 2. pr. de Quaestor.

Adtrahere. *Adigere.* III. Cn. Ad damnosam iudicii observationem quemquam prius non debet ullus adtr., quam etc. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 14.

Adtrectare. §. 1. *Contrectare.* I. Sy. Contrectare. fr. 46. §§. 7. 9. de furt. 47. 2. III. Cn. Si quis fiscalem pecuniam adtrectaverit, subripuerit, mutaverit, seu in suos usus converterit. Paul. V. 27. §. 1. — §. 2. *Invadere, Provocare.* I. Sy. Usurpare. c. 1. de manc. et colon. 11. 62. Contingere (aliquem iniuria). Th. C. XII. 1. c. 128. de decurion.

Adtribuere. *Adsignare, Addicere.* III. Cn. Continebuntur (sc. legato), quae ipsi sunt adtributa, vel destinata. fr. 49. §§. 3. 7. de legat. III. (32.) Vt debita et credita singulis pro solido, aliis alia adtribuat (sc. iudex). fr. 3. fam. ercisc. 10. 2. Quae beneficia fuerant adtributa, intemerata permaneant. Th. C. XV. 3. c. 4. de itin. mun.

Adtributio. *Adsignatio, Adiudicatio.* III. Cn. Nec tamen scilicet haec adtr. illud efficit, ut quis solus totum debeat. fr. 3. l. l. 10. 2. Si is, qui adtributus erit, eam pecuniam diebus XXX proximis, quibus — sciet adtributionem factam esse, — non solverit etc. Tab. Heracl. Lin. 41. sq. Aer. Br.

Advectare. *Adportare.* I. Sy. Perferre (petitiones, v. decreta). Th. C. XII. 12. c. 3. sq. de legat. et decr.

Advehere. *Importare, Adferre.* I. Sy. Vehere, Devehere (merces). fr. 35. pr. §§. 3. sq. de hered. inst. 28. 5. Transferre. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. III. Cn. Tegere, substruere, sarcire, aedificare, item advehere adportareque ea, quae ad eandem rem opus essent. fr. 1. §. 6. de riv. 43. 21. Cum non alias merces, quam navi, solerent advehi. fr. 52. §. 4. p. soc. 17. 2. Quaecunque advexerint privati ad portum urbis aeternae. Th. C. XIV. 22. c. 1. de saccar.

Advena. §. 1. *Peregrinus, Adsecla.* III. Cn. Advena est, quem Graeci ἄποικον adpellant. fr. 239. §. 4. de V. S. 50. 16. Qui a mercatore quid comparavit advena. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. — §. 2. *Superveniens, Novicius.* III. Cn. Advenae plerumque tenues abiectaeque fortunae. Nov. Val. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. §. 5. cf. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. Talem filium sperni, et ad alium advenam pervenire. Nov. 35. in f.

Advenire. §. 1. *Pervenire, Accedere.* III. Cn. Qui ab hostibus advenit. fr. 16. de captiv. 49. 15. Priusquam cognoverit (Praeses) successorem advenisse. fr. 17. de off. Praes. 1. 18. Quae (sc. res) postea in obligationem adventurae sunt. fr. 35. de iudic. 5. 1. Quando evenerit, — etiam feminas here-

6

ditario iure succedentes advenire. Th. C. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. — **§. 2.** *Exsistere, Venire, Competere.* I. **Sy.** Venit, Advenit. Veniens, Adveniens (dies). fr. 9. §§. 17. sq. de hered. inst. 28. 5. fr. 5. de novat. 46. 2. Devolvi, Pervenire. c. 30. de pact. 2. 3.

Adventare. *Adpropinquare.* III. **Cn.** Adventante tempore (nuptiarum). Th. C. III. 5. c. 6. §. 1. de sponsal.

Adventitium. (Adiect.) **§. 1.** *Ex alio loco advectum.* I. **Sy.** Quaecunque advexerint privati ad portum. Adventitiae species. Ib. XIV. 22. c. 1. de saccar. — **§. 2.** *Quod citra necessitatem, v. iuris ordinarii formam, obtingit, s. petitur.* II. **Op.** Suis difficultatibus, — Adventitiis ponderibus (opprimi). Nov. Th. II. Qu. sponte mun. I. 22. c. 2. §. 15. Propriae facultates. — Adventitia subsidia. Ib. de loc. reip. I. 22. c. 1. pr. III. **Cn.** Nec adventitii casus computandi. fr. 6. Qui et a qu. man. 40. 9. Melius est favere repetitioni, quam adventitio lucro. fr. 41. §. 1. de R. I. 50. 17. — **§. 3.** *Quod non ex patris vel domini patrimonio, vel ex castrensi causa, profectum est.* II. **Op.** Profectitia, v. A patre profecta. — Adventitia (dos). Vlp. VI. 3. sqq. fr. 5. §. 11. de iure dot. 23. 3. Ex adventitio adquisitum est, non per patrem ad eum pervenit. fr. 28. de reb. auct. iud. 42. 5. Sive ex peculio, sive ex adventitio lucro etc. (redemtus servus). fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1.

Adventus. (Subst.) **§. 1.** *Accessus.* III. **Cn.** Vsque ad (s. In) adventum successoris ius dicere, v. omnia agere. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si quis adventu suo turbam concitavit, vel contraxit. fr. 4. §. 6. vi bon. rapt. 47. 8. Sub praetextu adventus officiorum, vel militum (iniuriis vexare homines). fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Eventus.* III. **Cn.** Ante nuptias data (sc. dos) earum exspectat adventum. Paul. II. 21. B. §. 1.

Adversabilis. *Abhorrendus, Detestabilis.* III. **Cn.** Verentes, ne alicuius calliditatibus adversabili emolumento persuasi etc. Vatic. §. 35.

Adversans. (Partic.) *Contrarius.* III. **Cn.** Suo vitio, non fortunae casibus adversantis. Th. C. X. 10. c. 30. §. 1. de petit. et ultro dat.

Adversari. *Refragari, Obstare.* III. **Cn.** Qui de sua conditione ei — in iudicio adversabatur. c. 21. de iure delib. 6. 30. Si nihil aliud tibi de iure adversatur. Vatic. §. 279. Sententiae huic adversatur (rescriptum Imp.). fr. 6. §. 4. de pecul. leg. 33. 8.

Adversaria. Cf. Adversarius. in f.

Adversarium. (Adiect.) *Infestum, Contrarium.* III. **Cn.** Persica, adversaria nobis, gens. Coll. LL. M. XV. 3. In adversariam [al. adversam] figuram transformari. c. 2. §. 9. de iureiur. pr. cal. 2. 59.

Adversarius. **§. 1.** *Alteruter reorum, v. litigantium.* III. **Cn.** Litem ad alium transferre, ut molestum adversarium pro se subiiciat. fr. 4. §. 1. cf. fr. 1. pr. fr. 3. §. 4. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Si quis instrumenta litis suae — adversario prodita esse convicerit. Paul. V. 25. §. 8. Factum cuique suum, non adversario, nocere. fr. 155. pr. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Actor in iudicio, Creditor.* III. **Cn.** Qui in ius vocatus fuerit ab adversario. Gai. IV. 184. Si adversarius intendat plures actiones. fr. 37. §. 1. de proc. 3. 3. Si quis, quod adversario non debebat, — sine notione iudicis coactus est dare. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3.** *Reus, Debitor.* I. **Sy.** Is, cum quo agitur. Gai. IV. 87. Debitor. Ib. IV. 53. III. **Cn.** Actionibus uti, praesente, v. absente, adversario. Ib. IV. 29. Vexandi adversarii gratia actionem instituere. Ib. IV. 178. Quidquid adversarium dare facere oporteat, intendere. Ib. IV. 54. Vt — eo nomine adversarius huic condemnetur. Ib. IV. 35. Quod adversaria tua — causam suam marito sine curatore agendam mandavit. c. 14. de procur. 2. 13.

Adversum. (Subst.) *Adversitas.* III. **Cn.** Propter adversa hiemis et casus fortuitos. Th. C. XIII. 5. c. 26. de navicular.

Adversus. (Adiect.) **§. 1.** *Diversus, Oppositus.* I. **Sy.** Diversus. fr. 4. §. 4. de h. qu. not. inf. 3. 2. — **§. 2.** *Contrarius, Sinister.* III. **Cn.** Propter adversam et longinquam corporis valetudinem. c. 3. de off. Prf. Pr. 1. 26. Quod sit catholicae sectae contrarium adversumque. Th. C. XVI. 5. c. 44. de haeretic. Per adversa medicamenta inferre (periculum). fr. 3. de extr. cognit. 50. 13. Adverso tempore (navigatum mittere navem). fr. 36. §. 1. de R. V. 6. 1. Qui adversam sententiam meruit. Fr. de I. F. §. 20.

Adversus. (Praepos.) **§. 1.** *Contra.* I. **Sy.** In. Paul. V. 15. §§. 2. sq. fr. 3. de off. Praes. 1. 18. fr. 3. §. 5. fr. 4. de testib. 22. 5. Contra. Gai. III. 41. IV. 46. fr. 10. pr. §. 1. fr. 11. pr. de postul. 3. 1. fr. 4. §. 1. fr. 137. §. 7. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Ei, vel adversus eum (ius dici, v. actiones competere). fr. 14. de iurisd. 2. 1. fr. 33. §. 1. de procur. 3. 3. Ab aliquo, vel adversus eum (adiri posse). fr. 2. de off. Prf. Vr. 1. 12. Quod aliter adversus ea iudicatum erit. fr. 6. de feriis. 2. 12. Adversus remp. convenire, v. facere etc. fr. 1. §. 1. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui adversus ea fecerit. fr. 24. de in ius voc. 2. 4. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Interrogare testes, v. Testimonium dicere, adv. aliquem. Paul. V. 15. §§. 3. sq. fr. 4. de testib. 22. 5. Vt patiatur, eum — stillicidia adv. eum habere. fr. 16. comm. praed. 8. 4. — **§. 2.** *Circa, Secundum.* II. **Op.** Aut contra tabulas testamenti, aut adversus tabulas, aut intestati (datur B. P.). Vlp. XXVIII. 1. III. **Cn.** Et inter se retinent, et alii adversus eos (sc. legitimae hereditatis ius). fr. 4. de suis et legit. 38. 16. Vt adversus leges civitatis suae testetur. Vlp. XX. 14. Iactura adversus substantiam. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Non plus quam tertia bonorum matri adversus omnes competere debebit. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit.

Advertere. *Animadvertere.* III. **Cn.** Si quaeramus, — inprimis adv. debemus, an etc. Gai. II. 114. Quos adverterint in egestate miserabili constitutos. Th. C. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop. Quod adeo iubemus agitari, ut — inclamatus advertat etc. Ib. II. 27. c. 6. si cert. pet. de chir.

Advivere. *Vitam trahere ad certum usque diem.* I. **Sy.** Donec vivit. Quamdiu, v. dum, ad-

vixerit. Donec advivet. fr. 28. §. 5. de liber. leg. 34. 3. fr. 30. pr. de adim. leg. 34. 4. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit.

Adulare. *Blandiri.* III. *Cn.* Qui adulandi studio, aut metu inconstantis ignaviae — tentaverint. c. 1. de stat. et imag. 1. 24.

Adulatio. *Adsentatio.* III. *Cn.* Non obtentu adulationis alicuius, sed ipsius admissi causa, puniendus. Paul. V. 29. §. 2. Fictis adulationibus spoliari. c. 2. de don. int. V. 5. 16.

Adulter. Adultera. (Subst.) **§. 1.** *Qui, v. Quae, commisit adulterium.* I. *Sy.* Is, qui alienam matremfam. corruperit. fr. 225. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Sacrilegus, in maiestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida. Th. C. IX. 38. c. 3. cf. c. 1. c. 8. de indulg. crim. Fur, adulter, aleator. fr. 225. l. 50. 16. Vxoris adulter. Paul. II. 26. §. 10. Vxorem deprehensam cum adultero occidere. Ib. §§. 5. 6. Suspectam adulteram habere (uxorem). c. 2. cf. c. 13. ad L. Iul. de ad. 9. 9. — **§. 2.** *Adulterator, Falsarius.* I. *Sy.* Adulterator. Th. C. XI. 21. c. 1. de coll. aer. cf. IX. 21. c. 5. de fals. mon. Reus falsae monetae. Ib. IX. 21. c. 5. c. 9.

Adulter. (Adiect.) *Adulterinus.* III. *Cn.* Figuratum solidum adultera imitatione in vendendo subiicere. Ib. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circul.

Adulterare. §. 1. *Adulterium, v. Stuprum, committere.* III. *Cn.* Filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat. fr. 5. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere. fr. 29. §. 4. ad L. Iul. de ad. 48. 5. cf. fr. 47. sol. matr. 24. 3. — **§. 2.** *Falsum exercere.* III. *Cn.* Qui nummos aureos, argenteos, adulteraverit, laverit, conflaverit etc. Paul. V. 25. §. 1. Si actori suasit, — ut rationes dominicas intercideret, adulteraret etc. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3.

Adulterator. *Falsarius.* III. *Cn.* Conflatores figurati aeris, adulteratores etiam monetae. Th. C. XI. 21. c. 1. de collat. aer. cf. fr. 16. §. 9. de poen. 48. 19.

Adulterinum. (Adiect.) *Falsum, Supposititium.* I. *Sy.* Falsum (testamentum). fr. 6. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Falsa (moneta, v. mensura). Paul. V. 25. §. 1. fr. 6. §§. 1. sq. de extr. crim. 47. 11. III. *Cn.* Quodve signum adulterinum exsculpserit, fecerit etc. Paul. l. l. Subdere, v. Subrogare, adulterinos solidos. Th. C. XII. 6. c. 13. pr. de susceptor. Adulterino colore fucata (vellera). c. 3. de vest. holov. 11. 8. Doctrinam discipulis adulterinam tradere. Const. Omnem reip. §. 7.

Adulterium. *Stupratio nuptae.* I. *Sy.* Stuprum. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. de ad. 48. 5. fr. 101. pr. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* In furto, vel adulterio, vel in alio flagitio. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Si reo, vel reae stuprum, adulterium, vel lenocinium obiiciatur. fr. 29. §. 6. cf. fr. 12. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Crimen adulterii. c. 10. sqq. c. 15. sqq. eod. 9. 9. Committi adulterium in (nupta, v. uxorem). fr. 9. §. 1. fr. 34. pr. §. 1. eod. 48. 5. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. Si quid eorum commiserit, quae pro adulterio eadem lex (sc. Iulia) punit. fr. 37. §. 1. l. 4. 4. Graviores mores sunt adulteria tantum. Vlp. VI. 12.

Adultus. *Intra pubertatem et maiorem aetatem constitutus.* I. *Sy.* Adolescens. fr. 4. pr. fr. 8. de in lit. iur. 12. 3. Minor. c. 13. §. 11. de iudic. 3. 1. Iuventus. Sexus adultus. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr. §. 2. II. *Op.* Pupillus. fr. 1. §§. 2. sq. de adm. et peric. 26. 7. fr. 27. de app. et rel. 49. 1. III. *Cn.* Curator adulti, vel tutor pupilli. c. 3. si al. res pign. 8. 16. Eo tempore, quo adulti curatores non habebant. c. 6. Quom. et quand. 7. 43. Tutor, vel curator, adultam uxorem ducere non potest. fr. 36. de R. N. 23. 2. Si interim adultus ad legitimam aetatem pervenit. fr. 28. §. 2. de app. et rel. 49. 1. cf. fr. 18. §. 2. ut leg. serv. c. 36. 3. Ad annos adultae aetatis accedere. Th. C. IX. 8. c. 1. si qu. eam cui. tut.

Adumbrare. *Simulare, Confingere.* II. *Op.* Expressa. — Adumbrata. Vatic. §. 249. III. *Cn.* Cum excusare ignorantiam suam potest, vel adumbr. patientiam praetextu incredibilitatis. fr. 29. pr. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Ne imagine naturae veritas adumbretur. fr. 23. pr. de lib. et posth. 28. 2. Qui, sine administratione, adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint. Th. C. XII. 1. c. 41. cf. c. 24. de decurion.

Adumbratio. §. 1. *Adfectatio, Adsimulatio.* III. *Cn.* Quae in dispendium publicum adumbratione exorta sint. Ib. XIV. 4. c. 8. pr. de suar. — **§. 2.** *Adscriptio, Subnotatio.* I. *Sy.* Subnotatio (manus, v. maiestatis). Nov. Th. II. de confirm. LL. novv. l. 1. c. 1. §§. 1. 3.

Adunare. *Colligere, Congregare.* III. *Cn.* Adunati veterani exclamaverunt. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran.

Advocare. §. 1. *Convocare.* III. *Cn.* Si turbam suffragiorum causa conduxerit, servos advocaverit etc. Paul. V. 30. A. §. 1. Vniversitatis sollicitudinem ducimus advocandam. Nov. Valent. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1. — **§. 2.** *Conciliare, Provocare (advocatum).* III. *Cn.* Qui sibi potentiorum patrocinium advocassent. c. 1. ne lic. potent. 2. 14. — Prout interit agentis, quod litigat, quod consumit, quod advocat, quod damnatus solvit. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8.

Advocatio. §. 1. *Exercitium muneris advocatorum.* I. *Sy.* Adesse, Postulare, Causas agere, Advocationem praestare. fr. 6. §. 1. fr. 8. fr. 9. pr. — §. 3. fr. 10. pr. §. 1. fr. 11. de postul. 3. 1. III. *Cn.* Advocationem praebere petenti, procurationemve suscipere. fr. 32. pr. de inoff. test. 5. 2. Inter officium advocationis, et rei suae defensionem, multum interest. fr. 54. de R. V. 6. 1. Ob instruendam [al. struendam] advocationem, testimoniave, pecuniam accipere. fr. 1. §. 1. fr. 20. de L. Cor. de fals. 48. 10. Ordine, vel advocationibus (et foro), vel quo alio officio, interdicere cuicunque. fr. 3. §. 1. de decurion. 50. 2. cf. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 9. pr. §§. 4. 9. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Collegium, v. Corona, advocatorum.* I. *Sy.* Advocati (Caesarienses etc.). c. 30. de pact. 2. 3. §. 2. I. Qu. alien. lic. 2. 8. III. *Cn.* Dubitabatur a Palaestina advocatione. c. 27. de

fidei. et mand. 8. 41. Fisci advocatione praesente. Th. C. XI. 30. c. 41. de app. et poen. Finge, dum advocationes postulat, diem exisse. fr. 26. §. 4. ex qu. c. mai. 4. 6.

Advocatus. (Subst.) *Causarum patronus.* I. **Sy.** Patronus. fr. 1. §. 4. de postul. 3. 1. Causidicus. Cf. h. v. Qui causis agendis (quoquo studio) operatur. fr. 1. §. 11. de extr. cognit. 50. 13. III. **Cn.** Si arbitrum quis corrupit, — vel advocatum diversae partis. fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. Petentibus dare, v. indulgere, advocatos. fr. 9. §§. 4. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Aut omnino non habere, aut minus frequentes — advocatos sibi prospicere. fr. 9. §. 4. l. Fisci advocati, quibus ad tempus officium mandatum est. Fr. de I. F. §. 17. c. 1. sq. de advoc. fisci. 2. 9. Si sine fisci advocato pronunciatum sit. fr. 7. cf. fr. 3. §. 9. de iure fisci. 49. 14.

Advolare. *Volatu accedere.* III. **Cn.** Cum apes meae ad tuas advolassent. Coll. LL. Mos. XII. 7.

Adurere. *Urendo laedere.* III. **Cn.** Si insulam meam adusseris, vel incenderis. Ib. l. l. Si facem servo meo obieceris, et eum adusseris. fr. 27. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2.

Adytum. *Penetralia, Secretum.* III. **Cn.** Si eorum consulta, velut profanorum preces, a nostris adytis repellamus. Th. C. I. 15. c. 8. (Wck.) de off. Vicar. Ne iurisperitorum — velut ab ipsis adytis, exspectarentur formidanda responsa. Const. Th. II. de Th. C. auctor. §. 1. (p. 9. Wck.)

Aebutia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Per legem Aebutiam, et duas Iulias, sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta verba, i. e. per formulas, litigaremus. Gai. IV. 30.

Aebutianum. (Adiect.) *Quod ab Aebutio nomen invenit.* III. **Cn.** Fundi Aebutiani reditus uxori meae — dari volo. fr. 38. de usu et usufr. 33. 2.

Aedes. **§. 1.** *Templum.* III. **Cn.** Aedes sacrae, et opera publica. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Campum Martium, aut forum rom., vel aedem sacram (legari non posse). fr. 39. §. 9. de legat. I. (30.) Aeditui dicuntur, qui aedes tuentur. fr. 1. §. 1. de tutel. 26. 1. Aedes templorum, quae extra muros sunt positae. Th. C. XVI. 10. c. 3. de pagan. — **§. 2.** *Aedificium profanum, ad habitandum.* I. **Sy.** Aedificium (urbanum). fr. 1. pr. §§. 8. 10. de cloac. 43. 23. fr. 9. de incend. ruina. 47. 9. fr. 211. de V. S. 50. 16. Domus. fr. 33. fr. 35. sq. fr. 38. fr. 41. de S. P. V. 8. 2. Superficies. fr. 3. §. 7. uti possid. 43. 17. III. **Cn.** Non tantum ad aedes, sed et ad balinea, vel aliud quod aedificium, vel porticus sine aedibus, vel tabernas, vel popinas (extenditur hoc S. C.). fr. 41. §. 8. de legat. I. (30.) Tignum iunctum aedibus, vineaeque. L. XII. Tabb. VI. 7. Ex aedibus suis urbanis atque rusticis (detrahere posse). fr. 41. §. 5. de legat. I. (30.) Si de fundo, vel de aedibus, — controversia erat. Gai. IV. 17. Aedes, uti optimae maximaeque sunt, tradere. fr. 90. cf. fr. 169. de V. S. 50. 16. Ea esse aedium solemus dicere, quae quasi pars aedium, vel propter aedes habentur. fr. 13. §. 13. fr. 14. sq. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 41. §. 12. de legat. I. (30.) Qui aedes alienas, villasve, expilaverint, effregerint, expugnaverint. Paul. V. 3. §. 3.

Aedesa. *Edessa, civitas.* III. **Cn.** [illegible] Cal. Octobr. Aedess. [illegible] 2. de erog. mil. [illegible]

Aedesenus. *Edessenus, v. Ad Edessenam civitatem spectans.* III. **Cn.** Ob penuriam Aedesenorum municipum, — statuerunt. Th. C. XII. 1. c. 105. de decurion. Civitas, v. Curia, Aedesena [al. Aedesia]. Ib. c. 79. c. 105.

Aedicula. **§. 1.** *Sacellum.* III. **Cn.** Qui privata sacra, vel aediculas incustoditas, tentaverunt. fr. 9. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — **§. 2.** *Aedificium privatum.* I. **Sy.** Domus (advocatorum). c. 3. §. 2. c. 5. §. 2. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Aedifacere. *Aedificare.* III. **Cn.** Mandavi tibi ut excuteres, quanti villam aedifacere [al. aedificare] velles. fr. 60. §. 4. locat. 19. 2.

Aedificare. **§. 1.** *Aedem, v. Monumentum, exstruere.* I. **Sy.** Ponere (casam, v. aedificium). fr. 5. §. 1. fr. 6. pr. de R. D. 1. 8. fr. 37. sq. de R. V. 6. 1. Exstruere (villam, v. domum etc.). fr. 7. §. 16. sol. matr. 24. 3. c. 2. c. 16. de R. V. 3. 32. II. **Op.** Detrahere. fr. 1. §. 11. de O. N. N. 39. 1. Destruere. fr. 24. pr. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Sua opera aliquid necessario vel utiliter augere, vel aedificare, vel instituere. fr. 55. §. 1. locat. 19. 2. Habitare, vel aedificare (in sepulchro). fr. 3. §. 11. cf. pr. §. 6. de sepulc. viol. 47. 12. In aedificandis aedibus, et in reponendis propagandisque vineis. fr. 12. de impens. in res dot. 25. 1. Quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est. Gai. II. 73. Aream emere, et in ea aedificare insulam. fr. 17. de N. G. 3. 5. Si amplum quid aedificari testator iusserit, veluti in circuitum porticationes. fr. 37. §. 1. de religios. 11. 7. Interdicto uti, ne ei vis fiat aedificanti. fr. 45. §. 2. de proc. 3. 3. Agere, ius sibi esse ita aedificatum habere. fr. 1. §. 7. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Componere, Fabricare* (qualemcunque rem). III. **Cn.** Vlixem ex auro et argento lectum, viventis arboris truncis aedificatum, ornasse. fr. 9. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Navem aedif. fr. 46. §. 2. de iure fisci. 49. 14. — **§. 3.** *Praeparare, Instruere.* III. **Cn.** Oportet eos, quos semel adsciveris in seminarium dignitatum, omnino ita ad omnia esse aedificatos, ut etc. Nov. Valent. III. de postul. II. 11. c. 1. §. 1.

Aedificatio. *Aedium fabricatio.* II. **Op.** Demolitio. fr. 1. §. 12. de O. N. N. 39. 1. III. **Cn.** Non solum donationes, sed etiam emtiones — et aedificationes — penitus interdicimus. c. 1. §. 2. de contr. iudic. 1. 53. Patres civitatum aedificationes publicas cogere debet constituere. Iuliani epit. nov. c. 21. §. 69. Nullam descriptionem adgnoscant, nisi ad constructionem viarum, vel pontium aedificationes. Ib. c. 119. §. 510.

Aedificator. *Aedificans.* III. **Cn.** Modus adhibendus est, secundum rationem diligentis aedificatoris, et temporum locorumque. fr. 137. §. 3. de V. O. 45. 1. Publicae aedes a periculo vindicentur, et privatus aedificator — destructionis quandoque futurae non timeat detrimentum. Th. C. XV. 1. c. 46. de opp. pub.

Aedificatus. (Partic.) *Aedificio occupatus.* II. **Op.** Vacuus (locus). fr. 20. §. 2. de O. N. N. 39. 1.

Aedificium. *Aedes.* I. **Sy.** Domus. fr. 21. de pign. act. 13. 7. Aedes. fr. 6. §. 3. de D. R. 1. 8. fr. 242. §§. 2. 4. de V. S. 50. 16. Superficies. fr. 81. §. 3. de legat. I. (30.) II. **Op.** Area. fr. 7. §. 1. de usuf. 7. 1. Solum. fr. 21. l. 13. 1. III. **Cn.** Villae, et aedificia, et monumenta. fr. 1. pr. de D. R. 1. 8. Navem, aedificiumve petere. fr. 27. §. 8. de pact. 2. 14. Et in urbe, et in continentibus aedificiis. fr. 2.—7. de proc. 3. 3. fr. 2. pr. fr. 87. fr. 139. pr. fr. 147. fr. 154. fr. 173. §. 1. fr. 199. de V. S. 50. 16. Omne aedificium, et omnis ager. fr. 211. ib. 50. 16. fr. 1. §. 8. de cloac. 43. 23. Aedificia, horti atque areae aedium publicarum. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. Alienis aedificiis connexa. Inserta et inclusa aedificio. fr. 59. de R. V. 6. 1. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Aedif. quod iam in usu esse possit. fr. 139. §. 1. de V. S. 50. 16.

Aedilis. **§. 1.** *Magistratuum urbis Romae species.* III. **Cn.** Aediles curules. — Aedd. ex plebe. fr. 2. §§. 21. 26. de O. I. 1. 2. Aed. Cereales, qui frumento praeessent. Ib. fr. 2. §. 32. Aediles et Tribuni Pl. interveniebant nonnunquam. fr. 1. de off. Praef. Vigg. 1. 15. Edictum (s. Edicta) Aedilium (curulium). Gai. I. 6. fr. 1. pr. fr. 14. §. 10. fr. 25. §. 8. fr. 28. de Aed. ed. 21. 1. — **§. 2.** *Magistratuum in municipiis, vel coloniis, genus.* III. **Cn.** Aedilis in municipio. fr. 30. §. 1. locat. 19. 2. Si plebeius — Senatori, vel equiti R., decurioni vel magistratui, vel Aedili, vel iudici (sc. iniuriam irrogavit). Paul. V. 4. §. 10.

Aedilitas. *Munus, v. Administratio, Aedilium.* III. **Cn.** Aedilitas inter eos magistratus habetur, qui a privatis muneribus excusati sunt. fr. 17. §. 4. de excusat. 27. 1. Arctiorem annonam Aedilitatis [al. edulitatis] tempore praebuisse. fr. 17. de compens. 16. 2.

Aedilitium. (Adiect.) *Ad Aediles spectans, eorumque edictum.* I. **Sy.** Quod ab Aedilibus redditur, Quod ab Aedilis edicto venit, s. ex hoc edicto oritur, Aedilitium (iudicium etc.). Vatic. §. 14. fr. 23. §§. 4. sq. fr. 44. §. 1. fr. 48. §§. 3. sq. fr. 62. de Aed. ed. 21. 1.

Aedituus. *Sacrae aedis custos.* III. **Cn.** Si aedituus, vel tabularius, suscepit custodiam (tabularum). fr. 3. §. 3. de tab. exh. 43. 5. In aede sacra deposuit, — et litteras tales ad aedituum misit. fr. 77. §. 26. de legat. II. (31.) cf. fr. 9. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Aeger. (Adiect.) **§. 1.** *Aegrotans.* III. **Cn.** In aegrum, vel alias laborantem, impendere. Coll. LL. M. X. 2. Si dicant se aegros esse, desiderentque exhiberi (a libertis). fr. 1. §. 2. de off. Prf. Vr. 1. 12. Qui aegris praesto sunt. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Valetudo aegra. fr. 13. ad munic. 50. 1. — **§. 2.** *Adflictus, Depressus.* III. **Cn.** Aegris provincialibus, et publica clade vexatis, — subvenire. Nov. Valent. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. pr. Offensam aegrae mulieris — placare. fr. 3. si qu. aliqu. test. 29. 6. — **§. 3.** *Molestus, Gravis.* III. **Cn.** Quoscunque nunc [illegible] quaestionis, poenaeque formido sollicitat. Th. C. IX. 38. c. 4. de indulg. crim. Dum aegrae solutionis trahit — reliquias. Nov. Maiorian. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. pr.

Aegre. (Advb.) *Graviter, Moleste.* III. **Cn.** Qui aegre ac difficile sustentet (libertos suos). Th. C. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop. par. Vix aegreque (comparare, v. repellere etc.). Ib. XIV. 20. c. 1. de pret. pisc. Nov. Th. II. ne ducianus mil. I. 2. c. 1. §. 1.

Aegritudo. *Morbus.* III. **Cn.** Qui sine dilatione peregre essent, vel aegritudine, vel valetudine ita impedirentur etc. fr. 23. §. 4. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 5. §. 2. de agnosc. et alend. 25. 3. Senium aetatis, vel aegritudo corporis. c. 3. Qui testam. fac. p. 6. 22. cf. Th. C. VI. 4. c. 13. §. 1. de Praet. et Qu. In aegritudine corporum medicis committere (se liberosque suos). fr. 1. de decr. ab Ord. 50. 9. Vi aegritudinis graviter oppressum fati munus implesse. Coll. LL. M. III. 4.

Aegrotans. (Partic.) *Valetudine adversa laborans.* I. **Sy.** Laborantes suis corporibus, Aegrotantes. c. 49. §. 3. de episc. et cler. 1. 3. III. **Cn.** Furiosi, et aegrotantis, et infantis ususfr. utiliter relinquitur. Paul. III. 6. §. 18. cf. fr. 12. §. 3. de usuf. 7. 1. Si quis debitorem suum aegrotantem et periclitantem molestare voluerit. Iulian. epit. nov. c. 54. §. 196.

Aegrotare. *Morbo captum esse.* II. **Op.** Convalescere. Paul. I. 1. III. **Cn.** Neque enim oportet patronum, ut operis liberti sui utatur, — semper — aegrotare. fr. 27. cf. fr. 23. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Finge medicis, cum aegrotaret servus, dedisse me pecuniam. fr. 8. pr. de pign. act. 13. 7.

Aegrotus. *Aegrotans.* III. **Cn.** Si quis servum aegrotum leviter percusserit, et is obierit. fr. 7. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Curare aegrotum. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5.

Aegyptiacum. (Adiect.) *Ad Aegyptum spectans.* III. **Cn.** Tam intra Orientem, quam intra Aegyptiacas partes. Th. C. XIII. 5, c. 14. pr. de navicular. Aegyptiaci, Thebaici, Libyci (milites). Nov. Th. II. de amb. I. 24. c. 1. §. 5. Dioecesis Aegyptiaca. Th. C. XII. 1. c. 97. de decurion.

Aegyptius. (Subst.) *Incola Aegypti.* III. **Cn.** Nec ad exemplum Aegyptiorum — eas (sc. nuptias) videri fuisse firmas. c. 8. de incest. nupt. 5. 5.

Aegyptus. *Regio Africae amplissima, in provinciae formam redacta.* III. **Cn.** In ea regione Africae, vel forte Aegypti. fr. 14. §. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. In provincia Aegypto, in oasin relegare. fr. 7. §. 5. de interd. et releg. 48. 22. Sive Procos., sive Praeses, sive etiam Praefectus Aegypti. fr. 1. pr. de tut. et cur. dat. 26. 5. cf. fr. 1. de off. Praef. Aug. 1. 17. Apud Orientem, vel Aegyptum. Per Agyptum et Orientis partes. Th. C. VII. 4. c. 31. de erog. mil. ann. VII. 6. c. 3. de mil. veste. Qui Comites Aegypti, vel Ponticae dioeceseos, fuerint. Ib. VI. 13. c. 1. de comit. et trib. schol.

Aelia (Capitolina). *Colonia in Palaestina.* III. **Cn.** In Palaestina duae fuerunt coloniae, et Caesariensis, et Aelia Capitolina, fr. 1. §. 6. cf. fr. 8. §. 7. de censib. 50. 15.

Aelia (Sentia). *Legis nomen.* III. **Cn.** Si non lex Aelia Sentia, sed alia lex, vel S. C., aut etiam constitutio, servi libertatem impediat. fr. 83. pr. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 29. §. 1. de testam. mil. 29. 1. Per legem Aeliam Sentiam et Iuniam (connubium inter eos dari). Gai. I. 80. Ex lege Ael. S., vel S. Cto, causa probata. Coll. LL. M. XVI. 2. Adire Praetorem, et adprobare, se ex lege Ael. S. liberorum causa uxorem duxisse. Gai. I. 29. cf. 66. 68. 70. sq. Minores XXX. annorum manumissi et Latini facti, ex L. Ael. S. habuerunt ius etc. Ib. I. 31. Qui contra legem Ael. S. ad iurandum libertum adegit. fr. 15. de iure patron. 37. 14.

Aelianum. (Adi.) *Ab Aelio I.Cto profectum.* I. **Sy.** Sex. Aelii liber. Aelianum ius. fr. 2. §§. 7. 38. de O. I. 1. 2.

Aemilia. *Italiae regio, circa Padum.* III. **Cn.** Sardinia, Sicilia, Campania, Calabria, — Aemilia et Venetia, et caeterae. Th. C. XI. 30. c. 27. de app. et poen. Consularis Aemiliae. Ib. XIII. 10. c. 3. de censu s. adscr.

Aemulatio. *Certatio.* III. **Cn.** Si ad aemulationem alterius civitatis pertineat, vel materiam seditionis praebeat. fr. 3. pr. de opp. pub. 50. 10. Adparitorum aemulatione secreta, ministerio suo — fungantur. Th. C. I. 6. c. 7. (Wck.) de off. Prf. Vr.

Aemulus. *In certamine cum aliis victoriae studens.* III. **Cn.** Merito coronati, non aemulis corruptis ac redemtis. c. 1. de athlet. 10. 53. Cum suis magnis in remp. meritis praeclari animi aemula virtute certans. Nov. Th. II. de lenon. I. 18. c. 1. pr.

Aeneus. (Adiect.) **§. 1.** *Ex aere factus.* III. **Cn.** Aeneae, vel argenteae, vel marmoreae statuae. c. 1. de stat. et imag. 1. 24. Quae aurea dicebatur, — eaque inventa esset magna ex parte aenea. fr. 14. de contr. emt. 18. 1. Hoc aere, aeneaque libra, (emtum esto mihi!) Gai. I. 119. cf. II. 104. III. 167. 174. — **§. 2.** *Vsibus perpetuis dicatus.* III. **Cn.** Aeneo frumento obnoxia (corpora). Aenei frumenti pensitatione obnoxii (magistratus). Th. C. XIV. 25. c. 1. de frum. Carth.

Aenigma. *Obscura res.* III. **Cn.** Vacuum et superfluum nomen, quod nihil ab aenigmate discrepat etc. c. 1. de nudo iure Quir. 7. 25. Legum aenigmata solvere, et omnibus aperire. c. 12. §. 1. de LL. 1. 14.

Aënum. *Vas, aquae recipiendae, et calefaciendae, aptum.* III. **Cn.** Si de plumbeo castello fistulae — aquam ducerent in aënum lateribus circumstructum. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Aënum, in quo olea calda aqua lavatur. fr. 19. §. 2. loc. 19. 2. Nec multum refert inter caccabos et aënum, quod supra focum pendet. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7.

Aequabilis. *Aequitati accommodatus.* III. **Cn.** Quod a nobis exemplo aequabili — introductum. Th. C. IV. 19. c. 1. pr. de usur. rei iud.

Aequabilitas. *Aequalitas, Aequitas.* III. **Cn.** Aequabilitas pretii — omnium rerum venalium statuta. Nov. Valent. III. de pret. solid. II. 3. c. 1. §. 1. Doli et culpae — rationem, ut in omnibus aequabilitas servetur, habiturus. c. 4. comm. div. 3. 37.

Aequabiliter. (Advb.) *Aequaliter.* III. **Cn.** Leges ut generales ab omnibus aequabiliter in posterum observentur. c. 3. de LL. 1. 14.

Aequalis. *Par, Concordans, Conveniens.* I. **Sy.** Iustum, Aequale (coniugium). Th. C. XIV. 7. c. 1. de collegiat. II. **Op.** Maior, vel aequalis. fr. 14. de iurisd. 2. 1. III. **Cn.** Par atque aequalis (forma teneatur etc.). Th. C. I. 2. c. 7. de div. rescr. XI. 1. c. 20. de ann. et trib. Conservatio aequalis. fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18. Vno impetu utrumque occidere; aequali ira adversus utrumque sumta. fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Quodsi aequales sint in cumulo debiti (sc. creditores). fr. 8. de pact. 2. 14.

Aequalitas. *Paritas, Consonantia.* III. **Cn.** Sin autem omnia undique in unam aequalitatem concurrant. fr. 8. l. 2. 14. Eiusmodi aequalitate servata etc. Th. C. XIII. 11. c. 8. de censitor.

Aequaliter. (Advb.) *Pariter.* I. **Sy.** Portionibus virilibus (adquirere). fr. 7. pr. de stipul. serv. 45. 3. III. **Cn.** Aequaliter omnes (habere, v. teneri). fr. 15. §. 18. de damn. inf. 39. 2. c. 2. si tut. v. cur. non gess. 5. 55. Aequaliter pertinere ad (duos, pluresve etc.). Gai. III. 59.

Aequanimitas. *Aequus animus.* III. **Cn.** Proprio aequanimitatem docemus exemplo, id contemtui haberi etc. Th. C. XI. 13. c. 1. si per obrept.

Aequare. *Aequalem facere.* I. **Sy.** Exaequare. Adaequare. Ib. VI. 10. c. 2. c. 3. de primicer. VI. 14. c. 3. de comit. R. M. Componere (aliis). Ib. VI. 10. c. 2. l. III. **Cn.** Quos par facinus coinquinat et aequat. c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Nec praetereantur ut incogniti, atque ut non aequandi illis. Th. C. VI. 9. c. 2. pr. de Quaest. Mag. offic.

Aeque. (Advb.) *Pariter, Similiter.* I. **Sy.** Eadem bonitate. Aeque bonum. fr. 3. de R. C. 12. 1. Ex similibus partibus (heredes esse, v. institui). fr. 13. pr. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Aeque eandem habere (definitionem). fr. 55. §. 8. de legat. III. (32.) Aeque recte, v. commode (posse etc.). fr. 9. de servit. 8. 1. fr. 6. §. 1. de Aed. ed. 21. 1. Ratio aequitatis aeque est (in feminis). Vatic. §. 306. Per quos (sc. aggeres) incrementa Nili dispensantur et coërcentur, et deminutiones aeque coërcentur. fr. 10. de extr. crim. 47. 11.

Aequinoctium. *Tempus anni, quo dies et noctes aequantur horarum spatio* III. **Cn.** Ab aequinoctio verno (aestatem incipere, et finiri) aequinoctio autumnali. fr. 1. §. 32. de aqu. quot. 43. 20. fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13.

Aequiparare. *Aequale adparere.* II. **Op.** Si in duabus actionibus alibi infamia est. — Vbi aequiparant famosa iudicia. fr. 104. de R. I. 50. 17.

Aequitas. **§. 1.** *Aequalitas, Peraequatio.* III. **Cn.** Iudex, qui de ea aequitate cognoscit. fr. 14. §§. 9. sq. cf. §. 6. de relig. 11. 7. Ad suam aequitatem rem revocare, s. redigere; v. Rem suae aequitati restituere. fr. 40. §. 1. de min. 4. 4. c. 1. de interdict. 8. 1. Contributionis, v. Compensationis, aequitatem (postulare, v. admittere etc.). fr. 5. pr. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. fr. 15. de h. qu. ut indign. 34. 9. Nulla restitutionis aequitas est adversus eum, qui etc. fr. 7. §. 3. de cap. min. 4. 5. — **§. 2.** *Consonantia,*

Humanitas. **III. Cn.** Vt et ratio et aequitas postulabit. fr. 7. §. 1. de in int. rest. 4. 1. fr. 32. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. Iuris ratio, aut aequitatis benignitas. fr. 25. de LL. 1. 3. Cum ex aequitate haec res descendat, caritateque sanguinis. fr. 5. §. 2. de agn. et alend. 25. 3. Et humanius est, et magis aequitatis ratione subnixum. fr. 84. pr. de hered. inst. 28. 5. Vinculum aequitatis, quo solo sustinebatur (sc. naturalis obligatio), conventionis aequitate dissolvitur. fr. 95. §. 4. de solut. 46. 3. Naturalem potius in se, quam civilem, aequitatem (habet haec actio). fr. 1. §. 1. si is qu. testam. lib. 47. 4. Hic titulus aequitatem quamdam habet naturalem, et ad aliquid novam. fr. 1. pr. de legat. praest. 37. 5. Aequitas, quae inducit (merum ius compensationis). fr. 36. de adm. et peric. 26. 7. Iudicem non meram (N. G.) actionem imitari, sed solutius aequitatem sequi. fr. 14. §. 13. de relig. 11. 7. Prisca legum aequitate provisa etc. Vatic. §. 273. — **§. 2.** *Benignitas, Arbitrium iustum.* **III. Cn.** Aequitas arbitri atque officium viri boni (videtur desiderasse etc.). fr. 12. rem pup. salv. 46. 6. Prout edicti perpetui monet auctoritas, vel ius reddentis decernit aequitas. c. 3. de edendo. 2. 1. Poteris — aequitate iudicis tueri te. fr. 8. §. 8. mand. 17. 1.

Aequor. *Mare.* **III. Cn.** Interiecti aequoris tractus. Th. C. VII. 4. c. 33. de erog. mil. ann.

Aequus. (Adiect.) **§. 1.** *Aequalis.* **III. Cn.** Aequis ac paribus (suspenso statere momentis). Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator. Aequo foedere (in amicitiam venire). fr. 7. §. 1. de captiv. 49. 15. Aequa caritate coniuncti. fr. 10. pr. de reb. dub. 34. 5. Qui non sunt aequis facultatibus. fr. 5. §. 1. pro soc. 17. 2. Si partes adiectae non sunt, aequae servantur. fr. 19. §. 2. de legat. I. (30.) Ex aequo pluribus locis negotiari. fr. 5. ad munic. 50. 1. — **§. 2.** *Iustus.* **II. Op.** Aequum. — Vltra modum. fr. 14. §§. 7. 10. de relig. 11. 7. Aequae — Iniquae (mensurae, v. pondera). fr. 13. §. 8. locat. 19. 2. cf. fr. 18. §. 3. de d. m. 4. 3. **III. Cn.** Aequo pretio (emere, v. vendere). fr. 66. de legat. I. (30.) fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. Aequo animo (ferre etc.) fr. 27. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. c. 10. de metat. 12. 41. — **§. 3.** *Benignus, Rationabilis.* **I. Sy.** Conveniens. Gai. I. 189. sq. **II. Op.** Subtilitas iuris, v. Scripti iuris ratio. — Bonum et aequum. fr. 17. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 16. de cond. et dem. 35. 1. Sicut aequum est, — ita ex diverso iustum etc. fr. 2. de N. G. 3. 5. **III. Cn.** Aequum est (audiri), et ordinarium (admittere). fr. 33. §. 2. de procur. 3. 3. Iure naturae, v. Natura, v. Naturae, aequ. fr. 14. de cond. indeb. 12. 6. fr. 11. §. 2. de pecul. 15. 1. fr. 11. §. 1. de iniur. 47. 10. Nec melius nec aequius esse. fr. 66. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Quanti bonum aequum videbitur iudici. fr. 42. de Aed. ed. 21. 1. De bono et aequo esse quaestionem. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. In bonum et aequum conceptum. fr. 10. de sepulc. viol. 47. 12. Ex bono et aequo (praestare oportere). Gai. III. 137. Durius, quam aequum est. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Ius, quod diu aequum visum est. fr. 2. de const. Pr. 1. 4. Aequum visum est (Praetori etc.). fr. 1. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 33. §§. 3. sq. de proc. 3. 3. Aequum, s. Aequissimum, putavit (Imp. v. Praetor). fr. 47. pr. de iure fisci. 49. 14. Coll. LL. M. XVI. 7.

Aër. *Elementum spirabile, Aether.* **III. Cn.** Aër, aqua profluens, mare (communia omnium). fr. 2. §. 1. de R. D. 1. 8. Maeniana — nisi spatium inter se per X. pedes liberi aëris habuerint. c. 11. de aedif. priv. 8. 10. Servitus luminis, vel aëris. L. Rom. Burg. Tit. 18.

Aeramen, v. Aeramentum. *Ornamentum ex aere.* **III. Cn.** Tam supellex, quam aeramentum, itemque argentum et vestes. Paul. III. 6. §. 44. cf. §. 56. Ex diversis operibus aeramen, aut marmora, vel quamlibet speciem, quae fuisse in usu vel ornatu probabitur. Th. C. XV. 1. c. 37. de opp. pub.

Aerarium. **§. 1.** *Thesaurus publicus populi R.* **III. Cn.** Cum aerarium populi auctius esse coepisset. fr. 2. §. 22. de O. I. 1. 2. Ad aerarium, aut in commentarium Principis, deferri. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. Qui, cum provincia abiret, pecuniam, quae penes se esset, ad aerarium professus, retinuerit. fr. 9. §. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. cf. fr. 15. §. 6. de iure fisci. 49. 14. Senatus Hadriani temporibus censuit, cum quis se ad aerarium detulerit etc. fr. 15. §. 3. ib. 49. 14. — **§. 2.** *Fiscus publicus.* **I. Sy.** Fiscus. fr. 13. pr. ib. 49. 14. fr. 9. §. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Largitiones (nostrae). Th. C. XI. 30. c. 58. sqq. de app. et poen. **III. Cn.** Rationales, privatae rei causis, vel sacris aerariis praesidentes. c. 4. de advoc. fisci. 2. 9. Si bona fuerint a fisco non adgnita. — Plane si non certioratis Praefectis aerarii etc. fr. 4. §. 20. de fideic. libb. 40. 5. Vacantia, vel caduca bona, delata legibus ad aerarium. Th. C. X. 8. c. 5. de bon. vac. Sanctissimis iuribus aerarii addici. c. 8. de pagan. 1. 11. — **§. 3.** *Arca rerum privatarum Principis.* **I. Sy.** Largitiones privatae. Aerarium privatum. Th. C. V. 14. c. 5. sq. (Wck.) IX. 42. c. 20. de bon. proscr. XVI. 8. c. 14. c. 29. de Iud. Domus nostra. Res privata. Ib. VII. 8. c. 7. c. 9. de metat. X. 1. c. 14. de iure fisci. **III. Cn.** Et publicarum necessitatum, et privati aerarii poscit utilitas. Ib. XI. 36. c. 32. Quor. app. n. rec. Comites sacri ac privati, v. utriusque, aerarii. Vtrumque nostrum aerarium. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron. XI. 28. c. 16. de indulg. deb.

Aerarius. (Subst.) *Artifex aeris.* **III. Cn.** Fabri sagittarii, aerarii etc. fr. 6. de iure imm. 50. 6. Statuarii, musivarii, aerarii, ferrarii, marmorarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Aerarius. (Adiect.) *In aere, v. pecunia constans.* **I. Sy.** Adaeratae, Quae in aere percipiuntur, Aerariae (annonae). Ib. VII. 4. c. 34. c. 36. de erog. mil. ann. **III. Cn.** Eorum iugorum, sive capitum, quae — in aurariam, aerariam, atque ferrariam praestationem translata. Ib. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Illis pretiis contenti sint, quae in forma aerariarum annonarum universis militibus — praebentur. Ib. VII. 4. c. 36.

Aeratus. (Adi.) *Aere tectus, v. munitus.* **III. Cn.** Si inquilinus arcam aeratam [al. cameratam] in aedes contulerit. fr. 19. §. 5. locat. 19. 2.

Aereus. (Adi.) *Ex aere factus.* **III. Cn.** Fictili,

aut lignea, aut vitrea, aut aerea denique supellectili utebantur. fr. 7. §. 1. de sup. leg. 33. 10. Aerea aut argentea dona (in eo templo). fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. Aereis tabulis, vel cerussatis, aut linteis mappis scripta. Th. C. XI. 27. c. 1. de aliment. Nummi aerei. Gai. I. 122.

Aero. Cf. v. Ero.

Aëriensis. (Adi.) *Ad aërem spectans.* III. **Cn.** Vt — ab exsolvendis — nuper indictis caespes formensis, aëriensis, calcarius et vecturarius habeatur immunis. Nov. Valent. III. de pantopol. II. 5. c. 1. §. 4.

Aerosus. (Adi.) *Admixto aere adulteratus.* III. **Cn.** Pecunia, qua illa resp. utebatur, quasi aerosa, iussu Praesidis sublata est. fr. 102. pr. de solut. 46. 3.

Aerumna. *Clades, Iactura.* III. **Cn.** Aerumnas atque poenas debitas et condignas illis statuimus. Coll. LL. M. XV. 3. Aerumnas suas, nuditatem fleverunt. Th. C. IX. 42. c. 13. de bon. proscr.

Aes. **§. 1.** *Materia aenea.* III. **Cn.** Qui, cum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit. Paul. V. 25. §. 5. cf. fr. 36. pr. de pign. act. 13. 7. Et auri, et argenti, et sulphuris, et aeris, et ferri, et caeterorum fodinae. fr. 13. §. 5. de usufr. 7. 1. Neve quis in aurum, argentum, aes publicum, quid indet, neve immisceat. fr. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Res, quae pondere, numero, mensura constant, qualis est pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum, aes, argentum, aurum. Gai. III. 90. — **§. 2.** *As aereus, Nummus sestertius.* I. **Sy.** As. Gai. II. 225. 274. IV. 14. 16. III. **Cn.** Aere percutit libram, idque aes dat ei etc. Id. I. 119. II. 104. Hoc aere, aeneaque libra. Ib. l. l. cf. III. 167. 174. sq. Per aes et libram. Ib. II. 101. sq. III. 173. sq. Vlp. XX. 2. 9. XXV aeris poenae sunto! L. XII. Tabb. VIII. 4. cf. 11. D. aeris sacramento te provoco. Gai. IV. 16. cf. 15. Qui C. millia aeris census est. Ib. II. 274. cf. 225. Aera stipendiaque. Fr. legis Servil. — **§. 3.** *Pecunia signata qualiscunque.* I. **Sy.** Pecunia. Gai. IV. 27. fr. 6. §. 2. de L. Iul. repet. 48. 11. Nummus, Moneta. Th. C. IX. 21. c. 2. pr. c. 3. c. 10. de fals. mon. III. **Cn.** Etiam aureos nummos aes dicimus. fr. 159. de V. S. 50. 16. Aes spargere, aut aves emittere. fr. 5. §. 1. pro derel. 41. 7. Quanti ea res erit, — tantum aes domino dare damnas esto! fr. 2. pr. fr. 27. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Non alias, — nisi aere soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfacto. fr. 5. §. 18. de tribut. act. 14. 4. — **§. 4.** *Debita pecunia, Res debita.* III. **Cn.** Aeris confessi, rebusque iure iudicatis, XXX. dies iusti sunto. L. XII. Tabb. III. 1. Aes suum, v. quod alii nobis debent. — Aes alienum. fr. 213. §. 1. de V. S. 50. 16. Aes alienum, cum caeteris hereditariis oneribus. fr. 21. §. 1. de N. G. 3. 5. fr. 2. §. 3. de hered. v. act. 18. 4. Alienatis rebus pretiosioribus, susceptoque aere alieno. Gai. I. 192. Deducto omni aere alieno, deorumque donis. Paul. IV. 3. §. 3. Vtrum aere alieno deducto, an exstante? fr. 125. de V. S. 50. 16. Facere, v. Contrahere, aes al. fr. 11. si qu. cautt. 2. 11. fr. 18. §. 5. de castr. pec. 49. 17. Solvendo liberare aere alieno. fr. 27. §. 8. de pecul. 15. 1. — **§. 5.** *Ferrum, Arma.* III. **Cn.** Qui castrorum expertes habentur, nec in hostem Martio aere caluerunt. Th. C. XI. 18. c. 1. Qu. a praeb. tiron.

Aestas. *Anni tempus, vernum inter ac autumnale aequinoctium.* II. **Op.** Hiems. fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13. fr. 1. §§. 4. 31. sq. de aqu. quot. 43. 20. III. **Cn.** Aestatem incipere — ab aequinoctio verno etc. fr. 1. §. 32. ib. 43. 20. Ad priorem (sc. aestatem) interdictum hoc refertur, quia illius aestatis fluxus indubitatior est. fr. 1. §. 8. cf. §. 11. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Vt vel aestate ducatur tantum (sc. aqua), vel uno mense. fr. 7. Quemad. serv. am. 8. 6.

Aestimare. **§. 1.** *Pretium rei explorare.* I. **Sy.** Computare, Aestimationem facere, Taxare. Gai. III. 212. 224. III. **Cn.** Non pretio, sed adfectu aestimare. fr. 36. de bon. libert. 38. 2. Nostrae (sc. res legatae) statim, alienae autem aestimatae aut redemtae praestantur. Paul. IV. 1. §. 7. Vno pretio aestimandi sunt, atque vendendi. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solid. circul. Aestimata re, pecuniam eum condemnat. Gai. IV. 48. Quanti aestimaverit rem Titius, tanti sit emta. Ib. III. 140. 143. Iniuria — non sine iudicis arbitrio aestimatur. Atrocem autem aestimare solere Praetorem. Coll. LL. M. II. 2. Aestimatur, quod restitui oportet. fr. 21. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Iudicare, Arbitrari.* I. **Sy.** Cognoscere. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. Arbitrari. fr. 8. §§. 8. 10. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Consules nos, ut aestimemus etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Excutiendum, ut aestimetur etc. fr. 17. §. 2. de adopt. 1. 7. Praetor — adeatur, qui pro sua religione aestimet, quae possint etc. fr. 1. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Causa cognita aestimare. Gai. I. 93. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. Eum, cuius notio est, aestimaturum etc. fr. 15. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. fr. 28. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. Quatenus vir bonus aestimasset de (spatio temporis). fr. 58. §. 1. locat. 19. 2. Qui electus est ad aestimandas (satisdationes tutorum). fr. 1. §. 8. de mag. conven. 27. 8. — **§. 3.** *Existimare.* I. **Sy.** Putare. Gai. II. 215. III. **Cn.** Si aestimaverit heres, si comprobaverit, si iustum putaverit. fr. 75. pr. de legat. I. (30.) cf. fr. 11. §. 7. de legat. III. (32.)

Aestimatio. **§. 1.** *Taxatio pretii, vel mensurae, vel qualitatis rerum. Pretium ipsum.* I. **Sy.** Pretium. fr. 7. §. 5. de don. int. V. 24. 1. fr. 10. §. 6. fr. 17. §. 1. de iure dot. 23. 3. II. **Op.** Res, v. Corpora (ipsa). Gai. II. 202. 205, 262. Paul. I. 18. §. 3. fr. 42. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 8. pr. §. 1. de cond. furt. 13. 1. Noxae deditione, — Aestimatione (sarciri damnum). Gai. IV. 75. Paul. V. 20. §§. 3. sq. III. **Cn.** Pecunia, quae ex rebus divisis secundum aestimationem effecta est. fr. 32. §. 8. de usu et usuf. leg. 33. 2. cf. c. 10. de praesc. vv. 19. 5. Ad pecuniariam aestimationem concepta (condemnatio). Gai. IV. 48. Quantitas, quae in aestimationem deducta est. Vatic. §. 205. Veram rei aestimationem facere. fr. 179. de V. S. 50. 16. Aestimatio eius, quod interest agentis. fr. 12. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. Sufferre aestimationem litis. Gai. IV. 75. 89.

Quae-

Quaestio esto, iudicium, iudicatio, litisque aestimatio. Fr. legis Servil. Sufficere aestimationem (ex causa fideicommissi). fr. 40. pr. de manum. testam. 40. 4. Iniuriarum civiliter damnatus, eiusque aestimationem inferre iussus. Paul. V. 4. §. 9. — **§. 2.** *Arbitraria cognitio.* III. **Cn.** Delictum unum, eadem lege, variis aestimationibus coërceri. fr. 41. de poen. 48. 19. Ipsius (sc. Principis) aestimationem esse, quem modum esse vellet etc. fr. 191. de R. I. 50. 17. Aestim. Praesidis Pr. est, quatenus etc. fr. 2. §. 1. de opp. pub. 50. 10. — **§. 3.** *Existimatio, Fama.* I. **Sy.** Opinio. Paul. V. 4. §. 15. III. **Cn.** Tu magis scire potes, — cuius dignitatis et cuius aestimationis [al. existimationis] sint (sc. testes). fr. 3. §. 1. de testib. 22. 5. Aestimationis notam incurrere. Th. C. VIII. 5. c. 3. de cursu pub.

Aestimatorius. (Adiect.) *Ad condemnationem spectans, qua pretium rei ad veram aestimationem redigatur.* I. **Sy.** Actio, quae de aestimato proponitur. Aestimatoria praescriptis verbis act. fr. 1. pr. de aestimator. 19. 3. §. 28. I. de action. 4. 6. Quanto minoris, Aestimatorium (iudicium). fr. 18. pr. fr. 43. §. 6. fr. 44. §. 2. fr. 47. pr. fr. 48. §. 2. de Aed. ed. 21. 1.

Aestimatum. (Partic.) **§. 1.** *Pretio explorato descriptum, v. traditum.* II. **Op.** Aestimatae, — Inaestimatae (res). fr. 10. pr. §§. 1. sqq. 6. de iure dot. 23. 3. III. **Cn.** Si rem aestimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres. Paul. II. 4. §. 4. Cum fundus locetur, et aestimatum instrumentum colonus accipiat. fr. 3. locat. 19. 2. Quoties non aestimatae res in dotem dantur. fr. 10. pr. cf. fr. 52. de iure dot. 23. 3. Vatic. §. 101. Qui aestimatum accepit, (custodiam praestare debuit). fr. 52. §. 3. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Aestimatorium.* I. **Sy.** De aestimato, Aestimatoria (actio). cf. v. Aestimatorium.

Aestivus. (Adiect.) *Ad aestatem spectans.* II. **Op.** Hibernus (saltus). Paul. V. 2. §. 1. Hiemale, v. Hibernum, — Aestivum (tempus). fr. 1. §. 3. de aqua quot. 43. 20. Quotidiana, — Aestiva, (aqua). fr. 1. §§. 2. sq. l. l. 43. 20. III. **Cn.** Non videtur de illis pecoribus sensisse, quae hieme in hibernis, aut aestate in aestivis (sc. saltibus) esse solent. fr. 67. de leg. III. (32.) cf. fr. 1. §. 3. de aqu. quot. 43. 20. Sub aestiva navigandi opportunitate. Nov. Valent. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1.

Aetas. **§. 1.** *Aevum, Tempora.* III. **Cn.** Vel nostri temporis, vel prioris saeculi aetate. Th. C. XV. 1. c. 25. de opp. pub. Neque in eos — transferri futura aetate permittimus. Ib. VIII. 9. c. 2. de lucr. offic. Superioris aetatis Principes. Nov. Valent. III. neque dom. div. II. 10. c. 1. §. 3. Nostra quidem aetate. fr. 7. pr. de reb. dub. 34. 5. — **§. 2.** *Amplum annorum spatium, Provecta aetas.* III. **Cn.** Plerumque robur hominis, aetas temporis [al. aetas, tempus], opportunitasque naturalis, mutat causam operarum. fr. 26. §. 12. de cond. indeb. 12. 6. Munera, — de quibus neque liberi, neque aetas, nec merita militiae — tribuit vacationem. fr. 11. de vac. et exc. 50. 5. cf. fr. 1. §. 2. Qu. sent. sine app. 49. 8. Propter adversam valetudinem, vel senium aetatis. fr. 13. pr. de tutel. 26. 1. cf. c. 3. pr. Qu. test. fac. p. 6. 22. Qui aetate defecti sunt. Fessus aetate. fr. 3. §. 7. de S. C. Silan. 29. 5. fr. 5. de m. c. donat. 39. 6. Sumtuum rationibus deductis, et aedificiorum aetatibus examinatis. fr. 58. de legat. I. (30.) Chirographi discuti oportebit aetatem. Th. C. II. 27. c. 1. §. 4. si cert. pet. de chir. — **§. 3.** *Stadium vitae humanae qualecunque.* III. **Cn.** Nec ab omni aetate adlegi possunt, ut D. Pio placuit, qui reprobavit prolixae, vel imbecillae admodum aetatis homines. fr. 5. §. 12. de iure imm. 50. 6. Cuiuscunque aetatis homines. Gai. I. 15. cf. 102. fr. 7. §. 12. de min. 4. 4. Si id aetatis sit, ut stipendia ferre possit. Nov. Valent. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 1. Pro incrementis aetatis, v. Prout aetatem ampliaverit. fr. 10. §. 2. fr. 16. §. 2. de alim. v. cib. 34. 1. — **§. 4.** *XXV. annorum aetas.* I. **Sy.** Minor annis. Qui nondum robustae aetatis est. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Maior. Suae aetatis. Legitimae aetatis constitutus. fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. II. **Op.** Anni Laetoriae legis. — Legitima aetas. Th. C. VIII. 12. c. 2. de donation. III. **Cn.** Aetas, quae XXV. annorum curriculis completur. c. 4. de h. qu. ven. aet. 2. 45. Si interim adultus ad legitimam aetatem pervenit. fr. 28. §. 2. de app. et rel. 49. 1. Probare aetates. fr. 2. de feriis. 2. 12. c. 7. de I. I. R. minor. 2. 22. Minor aetate. fr. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. 1. 11. Ius aetatis legitimae. Venia aetatis. Th. C. II. 16. c. 2. §. 1. de integri rest. II. 17. c. 1. pr. §§. 1. sq. de h. qu. ven. aet. — **§. 5.** *Anni, tam pubertatis, quam impubertatis.* II. **Op.** Tenerae aetatis. — Grandes natu. fr. 11. de decurion. 50. 2. Impubes. — Perfectae aetatis constitutus. fr. 9. §. 1. de tut. et rat. 27. 3. III. **Cn.** Et aetati, et imprudentiae, succurri. fr. 108. de R. I. 50. 17. Qui ob aetatem, vel rusticitatem, vel ob sexum (lapsi), vel ex alia iusta causa etc. fr. 1. §. 5. de edendo. 2. 13. cf. fr. 1. sq. de I. I. R. 4. 1. Aetas, cui subveniri solet. Aetatis beneficium, v. auxilium, Miseratio aetatis. fr. 6. l. l. 4. 1. fr. 7. §. 5. fr. 37. §. 1. de min. 4. 4. fr. 57. famil. ercisc. 10. 2. fr. 20. pr. de tut. et rat. 27. 3. fr. 15. §. 22. de dam. inf. 39. 2. Ad aetatem pervenire, in qua res suas tueri possit. Gai. I. 197. cf. fr. 1. pr. de tutel. 26. 1. Si nondum eius aetatis sint, a qua lex Papia liberos exigit. Vlp. XVI. 1. 3. cf. c. 24. de nupt. 5. 4. Nec non illud aeque non intererit, cuius aetatis sit, — utrum iustae, an pupillaris. fr. 16. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 38. pr. de min. 4. 4. Puer nec multum a pubere aetate aberat. — Eius aetatis, quamquam nondum puberis, ut rei intellectum capere possent. fr. 14. de S. C. Silan. 29. 5. cf. fr. 9. de A. v. O. H. 29. 2. Aetas, in quam dolus malus non cadit. fr. 22. pr. de L. Cor. de fals. 48. 10. Aetatis lubrico captus. fr. 11. §. 5. de min. 4. 4. Ea aetas, cuius aetatis puberes fiunt. Aetas prope pubertatem. Gai. I. 196. fr. 17. pr. de excusat. 27. 1. Eius aetatis, quamquam nondum puberis, esse ut etc. Huius aetatis pupilli. fr. 14. de S. C. Silan. 29. 5. Gai. III. 109.

Aeternabilis. *Aeternus.* I. **Sy.** Aeterna (urbs Roma). Th. C. VII. 13. c. 14. pr. de tiron. XI. 20. c. 3.

de collat. donatur. III. **Cn.** Domus aeternab. Ib. X. 3. c. 5. de fund. iur. emph. Patrimonium aetern. Ib. V. 14. c. 8. (Wck.)

Aeternalis. Idem. III. **Cn.** Qui — aeternales vultus — duxerit violare. c. 3. de vet. num. pot. 11. 10. Aeternali lege sancimus. Nov. Maiorian. IV. 6. c. 1. §. 5.

Aeternitas. §. **1.** *Tempus aeternum.* III. **Cn.** Inconcussa aeternitate permaneant. Th. C. XIII. 10. c. 8. pr. de censu s. adscr. Iugi solidata aeternitate serventur. Ib. XVI. 2. c. 47. de episcop. — §. **2.** *Immortalitas.* III. **Cn.** Quo clementiae nostrae pater humanam in caelestem aeternitatem mutavit. Ib. V. 14. c. 7. (Wck.) Nulli retro Principum aeternitas sua detracta est. Const. Th. II. de Th. C. auctor. §. 3. (Wck. p. 10.) — §. **3.** *Titulus Imperialis.* I. **Sy.** Numen (nostrum). Nov. 36. III. **Cn.** Suggerente magnificentia vestra, docta Imperialis aeternitas. c. 2. de off. eius qu. vic. alic. 1. 50. Honorii A. fratris aeternitatis meae. Th. C. XII. 1. c. 160. de decurion. Adorare aeternitatem nostram. Ib. X. 22. c. 3. de fabricens. Quae nostra sanxit aetern. Nov. 35. in f. Nov. 36. Nov. 143. in f.

Aeternus. (Adiect.) §. **1.** *Perpetuus.* II. **Op.** Temporis gratia (deponere). — Aeterna sede (dare, destinare). fr. 40. de relig. 11. 7. In perpetuum, dum vivunt. — In aeternum (societatem coire). fr. 1. pr. fr. 70. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Inconcussum aeternumque (durare volumus). Th. C. VI. 24. c. 6. de domest. et protect. Venerabilia maxime videntur, atque aeterna religione servanda. Coll. LL. M. VI. 4. Aeterna auctoritas (adversus hostem). L. XII. Tabb. III. 7. — §. **2.** *Aeternitate dignum, Sacrum.* III. **Cn.** Aeternorum Principum felicitas. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 3.) Aeterni Principis ac fratris mei — natalium festivitates. Th. C. VI. 4. c. 30. de Praet. et Qu. Vrbs, quam aeterno nomine donavimus. Ib. XIII. 5. c. 7. de navicul. Lex aeterna. Ib. X. 10. c. 22. de petit. et ultro dat.

Aethales, v. **Aithales.** *Nomen servi.* III. **Cn.** Aithales servus. — An Aithaleti libertas debeatur? fr. 24. de L. Cor. de fals. 48. 10.

Aethus. *Nomen haeretici.* III. **Cn.** Nullum Eunomianorum, atque Arianorum, vel ex dogmate Aethi, [al. Aëtii, v. Ethi]. Th. C. XVI. 5. c. 8. de haeret.

Aetnensis. *Ad Aetnam montem spectans.* III. **Cn.** Siculus possessor, — Syracusanus, Catanensis, Aetnensis etc. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Aevitas. *Aetas provecta.* III. **Cn.** Si morbus, aevitasve, vitium escit. L. XII. Tabb. I. 3.

Aevum. §. **1.** *Aeternitas.* III. **Cn.** Aevo diuturno persistere. Vatic. §. 35. Diuturnitatis memoriam in aevum relinquere. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Per orbem terrarum, per omne aevum, ab omnibus oneribus et muneribus — securi. Th. C. XIII. 5. c. 5. c. 17. de navicular. Mortali opere facta, et aevum passura (simulacra). Ib. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan. — §. **2.** *Aetas.* III. **Cn.** Liberi eorum, si ab ineunte aevo etc. Ib. VIII. 4. c. 8. pr. de cohortal. Sive post annale tempus, sive post maioris aevi curricula. c. 3. de ed. D. Hadr. 6. 33.

Afanticus, v. **Aphanticus.** (Adi.) *Defectus, Squalidus.* III. **Cn.** Fundum, velut afanticorum mole depressum, relevari cupere. Th. C. XIII. 11. c. 3. de censitor. Per Italiam aphanticae [al. aphanticiae] iugerationis onere consistentibus patrimoniis superfuso etc. Ib. V. 15. c. 3. (Wck.)

Afer (a, um). *Ad Africam spectans.* III. **Cn.** Edictum ad Afros. Ib. VIII. 4. c. 2. de cohortal. Provinciales, Curiales Afri. Ib. VIII. 10. c. 1. de concuss. advoc. XII. 1. c. 21. de decurion.

Affatus, Afferre, etc. v. **Adf.**

Africa. *Orbis terrarum pars, quae inter provincias imperii R. recensetur.* I. **Sy.** Libya. c. 2. §. 23. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** Cum oram Africae teneret (Q. Ligarius). fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. Procos. Africae (provinciae). fr. 4. pr. de off. eius cui mand. 1. 21. fr. 5. §. 1. de iure imm. 50. 6. Africa, et omnes eius provinciae. c. 1. pr. cf. §. 2. c. 2. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. cf. Th. C. VII. 13. c. 22. de tiron. Comes per Africam. Ib. I. 7. c. 3. de off. mag. mil. Vicaria per Africam praefectura. Ib. I. 15. c. 5. (Wck.) de off. Vicar.

Africanus. (Adiect.) §. **1.** *Ad provinciam Africam spectans.* III. **Cn.** Rei Africanae, vel rei Syriaticae (tutor). Vnum rerum Italicarum, alterum rerum Africanarum (tutorem dare). fr. 15. de test. tut. 26. 2. fr. 3. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. Per omnem Italiam, tum etiam per urbicarias Africanasque regiones, ac per omne Illyricum. Th. C. XI. 13. c. 1. si per obreption. XVI. 11. c. 2. de religion. Dioecesis Africana. Provinciae Africanae. Ib. XI. 17. c. 3. de collat. equor. XII. 12. c. 1. de legat. VIII. 10. c. 4. de concuss. advoc. Possessor Africanus. Ib. XI. 1. c. 31. c. 34. de ann. et tribut. — §. **2.** *Cognomen singulorum Principum R.* III. **Cn.** Imp. Caes. Fl. Iustinianus, Alamannicus, Gothicus — Africanus etc. Prooem. Inst. (Rub.)

Africus. (Adi.) *Africanus.* III. **Cn.** Frumentum, v. Triticum (optimum) Africum. fr. 50. §. 1. mand. 17. 1. fr. 74. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1.

Afuisse. *Abfuisse.* III. **Cn.** Si alter ex magistratibus toto anno afuerit. fr. 13. ad munic. 50. 1. Non multum interest, afuerit tutor, an praesens ignoraverit. fr. 14. de auct. et cons. 26. 8. Quod ex reip. c. afuit [al. abfuit], vel ex alia causa iusta impeditus. fr. 17. §. 3. de usur. 22. 1.

Agallochus. *Lignum odoratum Indicum.* III. **Cn.** Aroma Indicum, chalbane, laser, agallochus [al. alchelucia]. fr. 16. §. 7. de public. 39. 4.

Agaso. *Iumentorum actor.* III. **Cn.** Agasonem, mulionem (legato servorum urbanorum non contineri). fr. 60. §. 1. de legat. III. (32.) cf. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Agaso cum in tabernam equum deduceret. fr. 5. si quadrup. paup. 9. 1.

Agellus. *Modicus ager, Praediolum.* III. **Cn.** Cum silvae et salicta non in fundis suprascriptis, sed in adiectis agellis etc. fr. 27. §. 5. de instr. leg. 33. 7. Praecipito — fundum meum Titianum et agellum Sempronianum etc. fr. 27. §. 3. ib. 33. 7.

Agens. (Partic.) §. **1.** *Administrans.* I. **Sy.** In actu positus. Th. C. VI. 22. c. 6. c. 8. de honor. codic. II. **Op.** Sive imaginarios, sive inter agentes,

codicillos acceperit. Ib. c. 8. pr. l. — **§. 2.** *Praepositus, Ministrans.* III. **Cn.** Non tantum officialium suorum, nec sub se agentium, verum suos quoque (servos etc.) fr. 6. §. 1. de poen. 48. 19. Qui in palatio agentes in rebus militaverint. Th. C. VI. 27. c. 2. de agent. in reb. Qui in sacris scriniis nostris, et agentium in rebus schola militant. Nov. Valent. III. de succ. curial. II. 2. c. 1. §. 4. Agentes in rebus, atque palatini, aliique milites inferioris militiae. Th. C. XIV. 11. c. 1. Quib. militant. Domesticus, aut protector, strator, vel agens in rebus, vel palatinus utriusque officii. Ib. VIII. 8. c. 4. cf. c. 7. de execut. et exact. Agentes in rebus, qui ad movendum militem mitti consuerunt. Ib. VIII. 5. c. 7. de cursu pub. Agentes in rebus, in curis agendis, et evectionibus publici cursus inspiciendis etc. Ib. VI. 29. c. 2. de curios. — **§. 3.** *Qui iudicio experitur.* I. **Sy.** Qui agit, v. acturus est, Actor. fr. 10. §. 2. fr. 11. fr. 12. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 7. §§. 5. sq. fr. 52. §. 3. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Agentibus satisfieri (per actiones debitorum civitatis). fr. 8. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Agentem adversus exceptionem replicatione adiuvari. fr. 14. §. 9. Qu. met. c. 4. 2. Quanti agentis intersit (in id actio competit). fr. 10. §. 3. de edendo. 2. 13.

Ager. **§. 1.** *Territorium, oppido extra muros adtributum.* I. **Sy.** Territorium. Cf. h. v, III. **Cn.** Qui ab eodem municipio, vel agro eiusdem municipii est. fr. 3. de tut. et cur. dat. 26. 5. Sive in oppidis (s. urbibus) sive in agris (conventus agere etc.). Th. C. XVI. 5. c. 4. c. 12. de haeretic. In oppidum, agrumve (Thermensium) inducere. Plebisc. de Thermensib. II. 45. sq. Sive in civitate, sive in agro (esse, v. possidere etc.). fr. 9. pr. de R. D. 1. 8. fr. 15. §. 1. Qui satisd. cog. 2. 8. — **§. 2.** *Fundus privatus, Praedium rusticum.* I. **Sy.** Possessio. fr. 15. §. 2. de R. V. 6. 1. cf. fr. 11. pr. de evict. 21. 2. Praedium. Gai. II. 70. sq. Fundus. fr. 40. §§. 2. sq. de contr. emt. 18. 1. fr. 211. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ager, locus, aedificium. fr. 1. §. 2. de servo corr. 11. 3. fr. 2. §. 1. de relig. 11. 7. Plebisc. de Thermensib. I. 14. 30. et Fr. L. Thoriae, pr. Possessione, domo, villa, agrove deiicere. Paul. V. 26. §. 3. In domo, — In agro, balneove (stuprum fieri). fr. 8. fr. 9. pr. §. 1. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Agro, tectoque suscipere (desertorem). Th. C. VII. 18. c. 5. de desertor. Dominia distincta, agris termini positi, aedificia collocata. fr. 5. de I. et I. 1. 1. cf. fr. 23. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ager, qui hostibus devictis ea conditione concessus sit, ut in civitatem veniret. Ager manucaptus. fr. 16. de A. R. D. 41. 1. Mensuram agri agere. Mensores agrorum. fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. si mensor. 11. 6. Iuri agrorum debitae personae. Th. C. X. 20. c. 10. §. 1. de murilegul. Viae, quae sunt in agris, v. ad agros ducunt. fr. 2. §. 23. ne qu. in loco pub. 43. 8. Conditionibus agrorum, v. Agro, leges dictae. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Agri civitatum vectigales. fr. 1. pr. si ager vectigal. 6. 3. — **§. 3.** *Singula pars fundi, culturae tradita.* I. **Sy.** Locus rure, sine aedificio, v. villa. fr. 27. pr. fr. 211. de V. S. 50. 16. Species fundi ad usum hominis comparata. fr. 115. ib. 50. 16. Cultores agrorum. Rustici. fr. 2. de nundin. 50. 11. III. **Cn.** Ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias etc. c. 4. de aquaed. 11. 42. Conserendi agri causa seminarium paratum. fr. 9. §. 6. de usuf. 7. 1. Ex tuis praediis aquae agmen ortum, sitientibus agris tuis etc. c. 6. de servit. et aqu. 3. 34. Certo generi agrorum adquiri servitus potest, velut vineis. fr. 13. pr. de S. P. R. 8. 3. Si fundi ususfr. fuerit legatus, et sit ager, unde palo in fundum — solebat paterfam. uti. fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1.

Agere. **§. 1.** *Abigere, Ducere.* I. **Sy.** Expellere, Mittere (in exsilium). Paul. V. 15. §. 5. V. 28. §. 1. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Navigare per. Navem, ratem agere in etc. fr. 1. pr. ut in flum. pub. 43. 14. III. **Cn.** Iter per fundum meum facere, aut avem agere, venarive. fr. 22. §. 3. Qu. vi aut. cl. 43. 24. Actus est ius agendi, vel iumentum, vel vehiculum. fr. 1. pr. de S. P. R. 8. 3. Ususfr., sive ius eundi, agendi, aquamve ducendi, vel altius tollendi aedes. Gai. II. 31. IV. 3. — **§. 2.** *Emittere, Immittere.* I. **Sy.** Concipere, Coagere (radices). fr. 3. §§. 3. 7. arb. furt. caes. 47. 7. fr. 7. §§. 2. 13. de A. R. D. 41. 1. Compellere et derivare (aquam ex flumine). fr. 1. §§. 4. sq. de rivis. 43. 21. — **§. 3.** *Movere, Compellere.* I. **Sy.** Duci, Agi (poenitentia). c. 2. de revoc. donat. 8. 56. Vlp. XXII. 30. — **§. 4.** *Constitutum esse, Versari, Exhibere se.* I. **Sy.** Morari. fr. 33. §. 2. de usu et usuf. leg. 33. 2. Gerere se (pro libero etc.). fr. 10. de liberali c. 40. 12. Esse (in reatu). fr. 25. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Si quis patremfam. esse credidit, — quia publice paterfam. plerisque videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur. fr. 3. pr. de S. C. Mac. 14. 6. cf. fr. 27. §. 1. ad munic. 50. 1. In provincia agere officii causa, vel militare. fr. 62. pr. de contr. emt. 18. 1. In magistratu, potestateve ag. fr. 8. de accus. 48. 2. Sine vinculis agere custodiam pati. fr. 8. de custod. et exhib. 48. 3. Qui sub hoste publico egerunt. Th. C. X. 8. c. 4. de bon. vac. Circa latus Principis agere. fr. 30. pr. de excusat. 27. 1. Annum aetatis, v. Annum, v. Diem supremum anni, agere. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de ad. 48. 5. fr. 74. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 1. de manum. 40. 1. — **§. 5.** *Exercere, Adhibere.* III. **Cn.** Poenitentiam agere. Poenitentia acta, dicere etc. fr. 25. §. 14. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 41. de min. 4. 4. fr. 27. §. 1. mand. 17. 1. Otium agere. Th. C. VIII. 5. c. 39. de cursu pub. — **§. 6.** *Peragere, Agendo efficere.* II. **Op.** Cum aliud simulatur, et aliud agitur. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. fr. 7. §. 9. de pact. 2. 14. Dictum, v. Scriptum. — Actum. fr. 6. §. 1. de contr. emt. 18. 1. c. 4. Plus val. qu. ag. 4. 22. III. **Cn.** Omnibus modis Procos. id agit, ne etc. fr. 1. pr. Qu. alien. lic. 4. 7. Satis clementer cum reo Praetor egit, ut etc. fr. 14. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Hoc esse servandum, quod actum est; plerumque autem hoc agi videtur, ut etc. fr. 2. §. 1. de hered. v. act. vend. 18. 4. Hoc enim agitur in stipulationibus, ut etc. fr. 1. §. 4. de stip. Praetor. 46. 5. Is autem — agit aliquid, sed non adquirit (parenti). Gai. III. 114. Si quis id egit, evitandi criminis, ut etc. fr. 15. §. 2. ad L. Iul. de

ad. 48. 5. Nihil agi, v. agi credi (cedendo, v. stipulando, v. ratihabitione etc.). Gai. II. 30. 36. sq. III. 86. sq. 114. 117. fr. 6. §. 6. de N. G. 3. 5. — **§. 7.** *Gerere, Tractare, Celebrare.* I. **Sy.** Administrare. Paul. I. 4. §§. 3. 5. sq. Th. C. VIII. 1. c. 6. de numerar. Gerere. Gai. III. 106. Paul. l. l. fr. 20. pr. §§. 1. sq. de A. v. O. H. 29. 2. Contrahere (negotia). fr. 5. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Quid in urbe agatur, (referre). fr. 1. §. 12. de off. Prf. Vr. 1. 12. Publicani, ut solent agentibus supercompellere etc. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. Quaeque acta, facta, gestaque sunt per eum. fr. 2. §. 1. de cur. bon. dand. 42. 7. Quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat (per eum). fr. 1. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Remp. agere. fr. 35. §. 8. ex qu. c. mai. 4. 6. Qui, (participantes augusti pectoris curas), agendo claruerunt. Th. C. VII. 8. c. 3. de metat. Pro suo imperio agere. fr. 3. de off. eius. 1. 21. Dies, quibus res aguntur. Gai. II. 279. Libellos Principis ag. fr. 12. pr. de distr. pign. 20. 5. Rationes, quas egit (servus actor, v. tutor etc.). fr. 40. §. 3. de statulib. 40. 7. fr. 41. §. 10. de fideic. libb. 40. 5. Ex quo tutela agi posse coepit. fr. 37. §. 2. de adm. et per. 26. 7. Agere quid venditionis, vel transactionis, vel donationis causa. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Posteaquam quid cum his actum, contractumve sit. fr. 2. §. 1. de cap. minut. 4. 5. Quodque ita factum, actum, iussum erit, (id ius ratumque esto). L. Gall. Cisalp. II. 19. sq. Quae aguntur et fiunt, huius iuris ordinandi gratia. Gai. I. 112. cf. II. 105. Quod per aes et libram agitur. Ib. II. 102. cf. Vlp. XX. 9. Quae agenda sunt animi destinatione. fr. 76. de R. I. 50. 17. Mandare, ut aliquid agatur. — Agere sine auctoritate et sine consensu alterius. fr. 26. de N. G. 3. 5. cf. Gai. I. 179. — **§. 8.** *Iudicio experiri.* I. **Sy.** Contendere (sacramento etc.). Gai. IV. 13. 15. Intendere (sibi dare oportere). Ib. II. 204. Experiri. Ib. II. 39. Litigare. fr. 11. pr. — §. 2. de iurisd. 2. 1. II. **Op.** Defendere. fr. 46. §. 1. de proc. 3. 3. Excipere, v. Exceptione uti. Gai. IV. 126. fr. 1. de exc. 44. 1. III. **Cn.** Si eo nomine agat, aut cum eo agatur. Gai. IV. 37. 88. Vlp. XXVIII. 12. Quae (sc. res) ita ab eo petetur, deve ea re cum eo agetur, etc. L. Gall. Cisalp. II. 29. sqq. Vel agere, vel conveniri. fr. 1. §. 2. de proc. 3. 3. fr. 7. §. 4. de min. 4. 4. Agere, et transigere. fr. 9. pr. de transact. 2. 15. Apud Praetorem causam agere. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Iudex, apud quem de ea re agitur. Gai. IV. 166. cf. 109. fr. 10. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Lege ag., vel Legis actione ag. Gai. I. 184. Vlp. XI. 24. Lege, aut legitimo iudicio, ag. Lege, vel quo alio iure, ag. Vlp. XI. 24. 27. Gai. I. 184. fr. 3. de off. Praetor. 1. 14. Sacramento ag. Gai. IV. 13. 21. Per sponsionem ag. Ib. IV. 93. Ag. causam, s. rem, v. litem, v. iudicium, v. actionem. Gai. IV. 21. 131. 133. 137. fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. fr. 20. §. 4. fr. 40. fr. 48. fr. 55. fam. ercisc. 10. 2. fr. 23. de praescr. vv. 19. 5. Formula ag. Gai. IV. 59. Potestatem agendi (liberam) superesse, v. habere. Ib. IV. 89. 123. sq. cf. Vatic. §§. 322. sq. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat. fr. 11. pr. de iurisd. 2. 1. Ag., ius sibi esse etc. fr. 62. §. 2. de evict. 21. 2. Ag. ut, v. ne. Gai. IV. 6. Pecuniarie ag. fr. 10. §. 2. de compens. 16. 2. Res, de qua, v. Id, de quo (agitur). Gai. IV. 36. 54. 60. 119. Genus agendi. fr. 2. §. 7. de O. I. 1. 2. — **§. 9.** *Accusare.* I. **Sy.** Intendere crimen. fr. 2. sq. expil. hered. 47. 19. Accusare. fr. 2. fr. 15. §§. 3. sq. ad S. C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Falsi causam, v. De falso testamento, ag. fr. 5. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 30. §. 1. de inoff. test. 5. 2.

Agerius. *Nomen creditoris, v. actoris, fictitium.* III. **Cn.** Haec pars formulae: Quod A. Agerius Numerio Negidio hominem vendidit. Gai. IV. 40. 47. cf. 34. 36. 41. 119. 131. 136. sq. Si paret, hominem ex iure Quiritium A. Agerii esse. Ib. IV. 41. cf. Coll. LL. M. II. 6. Seius et Agerius si caverint etc. fr. 27. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 41. §. 2. de usur. 22. 1.

Agger. **§. 1.** *Munitio adversus vim aquarum.* III. **Cn.** Aggeres, vel quam aliam munitionem adhibere. fr. 1. §. 7. ne qu. in flum. pub. 43. 13. cf. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Aggeres facere, flumina avertere etc. fr. 14. pr. de imp. in res dot. 25. 1. Aggeres Nilotici, per quos incrementa Nili dispensantur et coërcentur. fr. 10. de extr. crim. 47. 11. Munire, v. Reponere, s. restituere, aggeres. fr. 2. §. 5. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Cumulus terrae, in memoriam rei congestus.* III. **Cn.** Busta diem functorum, et aggeres consecrati. Th. C. IX. 17. c. 5. pr. de sepulc. viol. — **§. 3.** *Cumulatio quarumcunque rerum.* II. **Op.** Simul, et in aggere coacervatam (solvere quantitatem). — Particulatim reddere. Nov. Th. II. de relev. adser. I. 25. c. 1. pr. — **§. 4.** *Via publica strata.* I. **Sy.** Via publica. Agg. publicus. Th. C. VII. 10. c. 2. ne qu. in pal. man. XV. 3. c. 4. — c. 6. de itin. mun.

Agitare. **§. 1.** *Agere iumenta.* III. **Cn.** Mulas agitare. fr. 30. §. 2. locat. 19. 2. Munus agitandi exercere. Th. C. XV. 7. c. 7. c. 12. de scaenic. In agitando uti fuste. Ib. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. — **§. 2.** *Peragere, Exigere.* III. **Cn.** Securi a molestiis — reliquum tempus aetatis iugiter agitabitis. Ib. XIII. 3. c. 4. de medic. — **§. 3.** *Gerere, Tractare, Celebrare.* I. **Sy.** Inire (conventus). Ib. XVI. 5. c. 34. de haeret. Tractare, Quaerere. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. fr. 41. §§. 2. sqq. de legat. I. (30.) fr. 1. §. 16. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Si agitatum huiusmodi facinus comprobatur. Th. C. XVI. 6. c. 4. §. 1. ne S. baptism. Publicum munus agit. Ib. VIII. 15. c. 4. de iis qu. admin. Censum, v. Delectum, v. Descriptiones, agit. Ib. XIII. 10. c. 5. de censu. VII. 13. c. 10. de tiron. XII. 1. c. 173. de decur. In negotiis pecuniam tractare, et mercimonia agit. Ib. VII. 20. c. 7. de veteran. Agitandorum contractuum copia. Ib. XVI. 6. c. 4. §. 3. ne S. bapt. Vsuras pecuniae, quam pupillarem agitavit, praestare. fr. 4. §. 2. de fidei. et nomin. 27. 7. Quaestionem esse in hac specie, quae agitatur in etc. fr. 31. §. 1. de statulib. 40. 7. fr. 42. de A. E. V. 19. 1. cf. Gai. II. 234. Veteres putaverunt; — itaque agitatur, num etc. fr. 1. §. 16. de A. v. A. P. 41. 2. Agitare coepi, —

cognovi, — me movebat, — sed humanius est dicere. fr. 38. §. 1. de testam. mil. 29. 1. Agitabatur, quid magis praevaleret. — Et Imp. rescripsit. fr. 3. §. 1. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 16. pr. de reb. dub. 34. 5. — **§. 4.** *Iudicio agere.* I. **Sy.** Tractare, Agere (causam, v. iudicium). fr. 4. de nox. act. 9. 4. fr. 73. de fideiuss. 46. 1. c. 1. sq. de advoc. fisci. 2. 9. III. **Cn.** Donec prius iudicium agitatur. fr. 4. §. 3. de nox. act. 9. 4. Per procuratorem causa agitata. fr. 6. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Excusationem agit. fr. 20. pr. de app. et rel. 49. 1. Quo defensante et controversia omnis agitetur, et iudex eam sententiam decernat. Th. C. II. 1. c. 5. de iurisd. cf. IX. 1. c. 12. de accus. Illic criminum iudicia agitari, ubi etc. Ib. c. 10. l. l. cf. IX. 37. c. 4. de abolition.

Agitator. *Auriga in ludis publicis.* III. **Cn.** Thymelici, xystici, agitatores, — caeteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deserviunt. fr. 4. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Agitator, vel pantomimus, (aut vilis histrio). fr. 43. de A. E. V. 19. 1. Th. C. XV. 7. c. 12. de scaenic. cf. IX. 16. c. 11. de malefic.

Agmen. **§. 1.** *Copia, Multitudo.* III. **Cn.** Ex tuis praediis aquae agmen ortum — ad aliorum usum propagari. c. 6. de servit. et aqua. 3. 34. — **§. 2.** *Exercitus, Corona, Ordo.* III. **Cn.** Qui agmen excessit, ex causa vel fustibus caeditur. fr. 3. §. 16. de R. M. 49. 16. Cunctos subdimus numeros — de praesentalibus, et orientalibus, et aliis agminibus segregatos. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29. Dum officium exhibent causis fiscalibus, aut post impletum agmen. c. 8. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Videtis agmina, videtis catervas adeuntium infinitas. Nov. Marcian. Nemin. exhib. de prov. III. 1. c. 1. pr.

Agminalis. (Adiect.) *Ad exercitum spectans.* III. **Cn.** Agminales equi, vel mulae, et angariae atque veredi. fr. 18. §. 21. de mun. et hon. 50. 4. Agminales ac paraveredos postulare. Th. C. VIII. 5. c. 6. cf. c. 3. de cursu pub.

Agnasci, Agnatio etc. v. **Adgn.**

Agninus. (Adi.) *Ad agnos pertinens.* III. **Cn.** Caprinae et agninae (pelles). fr. 25. §. 8. de auro arg. 34. 2.

Agnus. *Foetura ovium.* III. **Cn.** Agni, et hoedi, et vituli, et equuli — dominii sunt fructuarii. §. 37. I. de R. D. 2. 1. fr. 28. pr. de usur. 22. 1. Ovibus legatis, agni non continentur, nisi annales sint. Paul. III. 6. §. 74. fr. 60. pr. fr. 65. §. 7. de legat. III. (32.) Iano Quirino agnum marem caedito. — Iunoni — agnum feminam caedito. LL. Numae Pomp. No. 4. 8.

Agon. *Certamen publicum, ludorum causa institutum.* III. **Cn.** Vel ludorum, vel circensium, vel agonum origo. Th. C. XVI. 10. c. 3. de pagan. sacrif. Gymnici agonis spectacula. Ib. XV. 7. c. 3. de scaenic.

Agonothesia. *Munus agonothetae.* III. **Cn.** Unum ex filiis agonothesiam suscepturum, profiteri. fr. 20. §. 7. fam. ercisc. 10. 2. cf. Th. C. XII. 1. c. 109. de decurion.

Agonotheta. *Praeses et arbiter agonis publici.* III. **Cn.** Mastigophori, qui agonothetas in certaminibus comitantur. fr. 18. §. 17. de mun. et hon. 50. 4. Exceptis alytarchis, syriarchis, agonothetis, itemque asiarchis, et caeteris, quorum nomen votiva festivitatis solemnitas dedicavit. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. ludor.

Agonotheticus. (Adiect.) *Ad agonothesiam spectans.* III. **Cn.** Tam civilis iuris, quam etiam agonotheticae possessiones. Nov. Marcian. de praed. civ. omn. III. 3. c. 1. §. 1. cf. c. 14. de fund. patrimon. 11. 61.

Agrariensis. *Ad certum navigiorum genus pertinens.* III. **Cn.** Vt per singulos annos — IV. iudiciariae in Mysiaco limite, et X. agrarienses — contexantur. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Agrarius. (Adi.) *Ad agros spectans, cum publicos tum privatos.* I. **Sy.** Quae ad agros ducunt, Agrariae (viae). fr. 2. §§. 22. sq. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Lex agraria. fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. de term. moto. 47. 21.

Agraticum. *Pensio pro agro concesso.* III. **Cn.** Nihilque illis, qui messium tempus adsolent aucupari, agratici nomine deferatur. Th. C. VII. 20. c. 11. de veteran.

Agrestis. (Adi.) *Rusticus.* III. **Cn.** Si patrimonio circumfluat. — Quodsi agrestis vitae sit, aut etiam egentis. Th. C. I. 5. c. 1. de off. Prf. Pr. cf. XII. 19. c. 1. de h. qu. cond. propr. Terrulas infelicium agrestium sibi adquirunt. Nov. 33. c. 1. Agreste illud a priscis conditoribus robur, fracta molliter plebe tenuatum etc. Coll. LL. M. V. 3.

Agricola. *Agrorum cultor.* III. **Cn.** Agricolis, vel vicanis propria possidentibus, patrocinium — ministrare. Th. C. XI. 24. c. 5. de patroc. vic. Agricolae, cum essent adscripticiae conditionis nexibus adstricti. c. 37. pr. de episc. et cler. 1. 3. cf. c. 18. de agric. 11. 47.

Agricultor. *Agricola.* III. **Cn.** Vir quidem perfectae aetatis, sed miles, vel agricultor, et forensium rerum expers. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3.

Agricultura. *Professio colendorum agrorum.* III. **Cn.** Fodinas — exercere poterit, vel ipse instituere, si nihil agriculturae nocebit. fr. 13. §. 5. de usuf. 7. 1. Conductioni, vel administrationi, vel agriculturae alienarum rerum se immiscere. c. 7. de fabricens. 11. 9.

Agrimensor. *Metator agrorum.* I. **Sy.** Mensor (agrorum). fr. 1. pr. §. 1. fr. 2. §. 1. fr. 3. §§. 2. sqq. si mensor. 11. 6. III. **Cn.** Prius possessionis quaestio finiatur, et tunc agrimensor ire praecipiatur ad loca. Th. C. II. 26. c. 1. (Wck.) fin. regund.

Agrippina. *Germanici filia, Octaviani proneptis.* III. **Cn.** Cum D. Claudius Agrippinam, fratris sui filiam, uxorem duxisset. Gai. I. 62.

Agrippinensis. *Ad coloniam spectans, quae ab Agrippina nomen accepit.* III. **Cn.** In Germania inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt. fr. 8. §. 2. de censib. 50. 15.

Aio. **§. 1.** *Loquor, Adsero, Testor.* III. **Cn.** Quando neque ais, neque negas. Valer. Probus, de not. R. v. Q. Aio meum esse (ex iure Quiritium). Vatic. §. 50. Gai. I. 119. II. 24. III. 167. IV. 16. Hunc

(L. Crassum) Cicero ait I. Ctorum disertissimum. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. Vt Sabinus ait, et Pedius probat. fr. 13. §. 1. de V. S. 50. 16. Ait, — sed hoc potest dici, si etc. fr. 9. de iurisd. 2. 1. — **§. 2.** *Praecipio, Sancio.* I. ***Sy.*** Iubent, Volunt, Aiunt (Aediles). fr. 1. §. 1. fr. 19. §. 5. fr. 25. pr. fr. 37. sq. fr. 40. §. 1. de Aed. ed. 21. 1. Praecepit, Ait (Praetor). fr. 1. §. 2. fr. 3. §§. 2. 5. fr. 4. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 1. pr. fr. 6. §. 3. fr. 8. de h. qu. not. inf. 3. 2. Locutus est, Inquit, Ait (Senatus). fr. 20. §§. 7. 12. 15. 17. fr. 25. §§. 2. sqq. de hered. pet. 5. 3.

Ala. *Ordo equitum in exercitu.* III. ***Cn.*** Non unam cohortem, nec unam alam (exercitum dicimus). fr. 2. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Miles caligatus, vel si quis alius usque ad centurionem, vel praefectum cohortis, vel alae, vel legionis. fr. 2. pr. l. 1. 3. 2. cf. Paul. V. 26. §. 2.

Alabarchia. *Vectigalis genus, per Aegyptum constitutum.* III. ***Cn.*** Vectigal alabarchiae [al. arabarchiae] per Aegyptum atque Augustamnícam [al. Augustaneam] constitutum. c. 9. de vectigal. et comm. 4. 61.

Alacer. (Adiect.) *Paratus, Indefessus.* III. ***Cn.*** Summa ope et alacri studio — accipite. Prooem. Inst. §. 4. Eo alacriorem publicis necessitatibus animum debet. Nov. Valent. III. neq. dom. div. II. 10. c. 1. §. 3. cf. c. 10. pr. de bon. auct. iud. 7. 72.

Alacriter. (Advb.) *Promte, Cupide.* III. ***Cn.*** Vt ad occasionem praestandi alacrius incitemur. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. pr.

Alamannicus. *Victor Alamannorum.* III. ***Cn.*** Imp. Caes. Fl. Iustinianus, Alamannicus, Gothicus, — Alanicus etc. Rubr. Prooem. Inst. item Const. Omnem reip. Const. Tanta.

Alamanni. *Populus ad Rhenum et Danubium.* III. ***Cn.*** Laetus [al. luctus] Alamannus, Sarmata vagus etc. Th. C. VII. 20. c. 12. pr. de veteran.

Alanicus. *Devictor Alanorum.* III. ***Cn.*** Imp. Caesar Fl. Iustinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Anticus etc. Cf. v. Alamannicus.

Alaris. *Alarius*, (ad genus numerorum militiae spectans). III. ***Cn.*** Alares et cohortales, dum militant etc. Th. C. VII. 20. c. 4. §. 3. de veteran.

Albanus. (Adi.) *Ad Albam spectans.* III. ***Cn.*** Sallustiani horti, qui sunt Augusti, vel fundus Albanus, qui Principalibus usibus deservit. fr. 39. §. 8. de legat. I. (30.)

Albarius. *Artifex, qui tectoria inducit.* III. ***Cn.*** Architecti, laquearii, albarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Albescere. *Tenebris fugatis, elucescere.* III. ***Cn.*** Hora diei sexta eodem die, albescente caelo. fr. 25. §. 1. de liber. et post. 28. 2.

Albi. *Album.* III. ***Cn.*** Tam curiarum, quam reliquorum corporum albos, quos conscripsit vetustas, proferre. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 18.

Albinus. *Albarius, Dealbator.* I. ***Sy.*** Albarius. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. cf. c. 1. Iust. C. eod. 10. 64.

Album. **§. 1.** *Tabula, in qua edictum magistratus descriptum est.* II. ***Cn.*** Quod iurisdictionis perpetuae causa, in albo, vel in charta, vel in alia materia, propositum erit. fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas — deleverit etc. Paul. V. 25. §. 5. cf. I. 13. A. §. 3. In tabulam, in album, referunda curare. Tab. Heracl. Lin. 15. sq. aer. Brit. Qui producat adversarium suum ad album, et demonstret etc. fr. 1. §. 1. de edendo. 2. 13. Formulae, quae in albo proponuntur. Gai. IV. 46. — **§. 2.** *Descriptio publica decurionum, vel iudicum.* III. ***Cn.*** Decuriones in albo ita scriptos esse oportet. Proscriptio [v. Perscriptio] albi. fr. 1. pr. cf. §. 1. fr. 2. de albo scrib. 50. 3. fr. 10. de decur. 50. 2. Albo curiae contineri, v. eximi. Th. C. XII. 1. c. 48. c. 142. de decurion.

Albus. (Adi.) *Candidus.* III. ***Cn.*** Neque album, neque naturaliter nigrum, nec alterius coloris naturalis. fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.) cf. c. 3. de veste holover. 11. 8. Purpura, et alba veste (abstinere). Paul. I. 21. §. 14.

Alchelucia. Cf. v. Agallochus.

Alea. **§. 1.** *Tesserarum lusus.* III. ***Cn.*** Si in popinam duxerit, si aleam luserit. fr. 26. de iniur. 47. 10. Is, apud quem alea lusum esse dicetur. fr. 1. pr. §§. 2. 4. cf. fr. 4. §. 2. de aleator. 11. 5. Si in alea rem vendam, ut ludam. fr. 2. §. 1. Quar. rer. act. n. det. 44. 5. Quod in alea, aut adulterio perdiderit. fr. 59. §. 1. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Incertus eventus.* III. ***Cn.*** Ad belli aleam praeparare. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. In aleae speciem cadere. fr. 5. pr. de naut. foen. 22. 2. Cum quasi alea emitur. fr. 8. §. 1. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 7. de hered. v. act. vend. 18. 4.

Aleator. *Qui tesseris ludit.* III. ***Cn.*** Fur, adulter, aleator. fr. 225. de V. S. 50. 16. fr. 19. §. 1. de Aed. ed. 21. 1. Aleatores et vinarii. fr. 4. §. 2. cf. fr. 25. §. 6. ib. 21. 1. Th. C. III. 16. c. 1. de repud.

Alere. **§. 1.** *Vires administrare, Efficere ut superstes sit et augeatur.* III. ***Cn.*** Quae alendi causa biberentur, quo in numero antidotum non est. fr. 5. pr. de penu leg. 33. 9. Si radicibus vicini arbor aletur. fr. 6. §. 2. arbor. furt. caes. 47. 7. Incerto magis iure et consuetudine ali [al. aliqua uti], quam per latam legem. fr. 2. §. 3. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Alimenta personae praestare.* I. ***Sy.*** Exhibere aliquem. fr. 34. de N. G. 3. 5. fr. 5. pr. §§. 1. sq. de agn. et al. 25. 3. fr. 17. pr. de d. m. exc. 44. 4. Nutrire, Pascere. fr. 16. §. 2. fr. 22. §. 1. de alim. v. cib. 34. 1. c. 1. sq. de infant. exp. 8. 52. Alimenta praestare. fr. 3. §. 6. fr. 4. ubi pup. 27. 2. fr. 1. §. 2. de tut. et rat. 27. 3. III. ***Cn.*** Vti fratrem tuum — alas, tuearis, dependas pro eo etc. fr. 32. §. 6. de usu et usufr. leg. 33. 2. Si iudex „nutriri vel ali oportere“ pronunciaverit. fr. 10. de h. qu. sui. 1. 6. Sufficienter alere et vestire (mancipia). fr. 15. §. 2. de usufr. 7. 1. fr. 3. §. 3. de in rem verso. 15. 3. Alere et educare (partum). fr. 1. §. 1. ubi pup. 27. 2. Al. et liberalibus artibus instituere. fr. 4. ib. 27. 2. cf. c. 2. de alim. pup. pr. 5. 50. Frumentum comparare

ad alendam domini familiam. fr. 3. §§. 1. 7. fr. 18. de in rem verso. 15. 3. Quaestus, unde ali possit. fr. 19. de oper. libert. 38. 1.

Alexandria. *Civitas Aegypti.* I. **Sy.** Alexandrina civitas. fr. 2. de off. Iurid. 1. 20. cf. §. 5. I. de Atil. tut. 1. 20. fr. 1. de off. Prf. Aug. 1. 17. III. **Cn.** Iuridicus, qui Alexandriae agit. fr. 2. de off. Iurid. 1. 20.

Alexandrinus. (Adi.) *Ad civitatem Alexandriam pertinens.* III. **Cn.** Alexandrinae et Carpathiae classis summates. Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicul. Per Alexandrinam splendidissimam civitatem, vel Aegyptiacam dioecesin. c. 1. de privat. carcer. 9. 5. Alexandrinae civitatis (iuridicus, v. iudices, v. corporati). c. 1. de off. iurid. 1. 57. c. 13. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Th. C. XIV. 27. c. 2. de Alex. pleb. prim. Mulier Alexandrina. fr. 7. pr. de reb. dub. 34. 5.

Alfenus (Varus). *Ictus, Servii Sulpicii discipulus.* III. **Cn.** Ex his auditoribus (sc. Servii Sulpicii) plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, et A. Ofilius. fr. 2. §. 44. de O. I. 1. 2. Alfen. Varus Servio placuisse scribit. fr. 29. §. 2. de legat. III. (32.) Apud Alfenum Servius (notat, v. respondit). fr. 65. §. 8. pro soc. 17. 2. fr. 67. de solut. 46. 3.

Algidus. *Mons, non procul ab urbe Roma.* III. **Cn.** De Algido — signa in Aventinum transtulerunt. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2.

Alia. (Adverb.) *Aliter, Alio.* I. **Sy.** Alias. fr. 7. §§. 4. sq. de A. R. D. 41. 1. fr. 1. §. 7. de fluminib. 43. 12. III. **Cn.** Alia, quam per portas, egredi non licet. fr. 11. de R. D. 1. 8.

Alias. (Adv.) **§. 1.** *Alibi, Alia parte.* I. **Sy.** Alia. Cf. h. v. III. **Cn.** Si alias aditum non habet. fr. 19. §. 1. comm. div. 10. 3. Fures non ab eo inducti, sed alias ingressi. fr. 39. de furt. 47. 2. Marcellus et alias tractat, et apud Iulianum notat. fr. 2. §. 7. de eo qu. certo loco. 13. 4. — **§. 2.** *Tempore alio, Olim.* III. **Cn.** Et alias quidem est agitatum. — Et Sabinus quidem putavit etc. fr. 19. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 3.** *In aliis rebus, v. speciebus.* II. **Op.** In proposito. Vatic. §. 102. fr. 50. §. 3. de pecul. 15. 1. III. **Cn.** Scilicet si, — alias autem non. fr. 17. §. 3. fr. 18. de iureiur. 12. 2. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. Non posse, cum alias etc. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. Coll. LL. M. IV. 4. — **§. 4.** *Alia ratione, Aliter.* I. **Sy.** Aliter. fr. 5. §. 8. commod. 13. 6. III. **Cn.** Nam alias cum puero, alias cum iuvene, alias cum sene transigi palam est. fr. 8. §. 10. de transact. 2. 15. Alias accipiendum, si etc. — alias, si alii. fr. 8. §. 8. de pecul. leg. 33. 8. Nisi si propter hoc ipsum redhibet, non redhibiturus alias. fr. 9. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Si non ex testamento liberum dicit, sed alias vel a vivo testatore manumissum. fr. 7. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Si alias fecerit, exheres esto. fr. 41. §. 8. de legat. III. (32.) Si vero non sit d. m. facta, sed alias. fr. 1. §. 1. Qu. in fr. patr. 38. 5. Senator, vel eques R., decurio, vel alias spectatae auctoritatis vir. Paul. V. 4. §. 10. Feminae, vel pupilli, vel alias debiles. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. Coll. LL. M. X. 2. — **§. 5.** *Alias, alias;* pro: *Modo, modo.* III. **Cn.** Alias necessariam esse (sc. exheredationem), alias supervacuam. fr. 20. §. 4. de bon. libert. 38. 2. Alias differri, alias repraesentari. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Alias videbitur, alias contra. fr. 20. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 3. de cond. sine c. 12. 7. Alias numerus testium, alias dignitas et auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat etc. fr. 3. §. 2. de testib. 22. 5. fr. 112. §. 1. de V. O. 45. 1.

Alibi. (Adv.) **§. 1.** *Loco diverso.* III. **Cn.** Alibi, quam eo loco. fr. 8. §. 5. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 8. de eo qu. certo loco. 13. 4. Alibi, quam ubi etc. fr. 47. pr. de legat. I. (30.) Non alibi, quam (pro tribunali). fr. 1. §. 8. de B. P. 37. 1. Neque in urbe, neque alibi. fr. 2. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. Si alibi domicilium heres, alibi alimentarius habeat. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Penes diversas personas, v. In speciebus discretis.* III. **Cn.** Interdum alibi est hereditas, alibi tutela. fr. 1. §. 1. de legit. tut. 26. 4. Alibi de iure, alibi de facto — quaeritur. fr. 2. §. 3. si servit. 8. 5. Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est. fr. 104. de R. I. 50. 17.

Alicubi. *Loco aliquo.* III. **Cn.** Alicubi iacebant merces in angulo aliquo, et unda penetravit. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Qui noverunt, servos fugitivos alicubi celari. fr. 15. de praescr. vv. 19. 5.

Alicula. *Genus vestimenti brevioris.* III. **Cn.** Puerilia (vestimenta) sunt: — veluti togae praetextae, aliculae, chlamydes, pallia etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Alienare. **§. 1.** *Avertere, Avocare.* III. **Cn.** Si quis mentem alicuius medicamento, aliove quo alienaverit. fr. 15. pr. de iniur. 47. 10. Quos aut obiectus debilitatis alienat, aut senectus pigra remoratur. Th. C. XII. 1. c. 84. de decur. — **§. 2.** *Ius qualecunque a se dimittere.* I. **Sy.** Minuere. Alienare, aut amittere (rem, v. ius). fr. 41. de LL. 1. 3. Fraudare creditores. In fraudem creditorum facere, v. omittere, v. alienare. fr. 18. sqq. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Alienare, vel consentire alienationi. fr. 165. de R. I. 50. 17. Heredem instituendo, vel legando, si quis alienet. fr. 8. §. 3. cf. fr. 1. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7. — **§. 3.** *Dominium rei alii cedere, vel in favorem illius minuere.* I. **Sy.** Abalienare. Cf. h. v. Dimittere a se rem. Gai. II. 80. 85. Dominium rei transferre. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Vendere, s. Venumdare. Gai. II. 64. fr. 1. §§. 2. sq. fr. 5. §§. 2. sq. fr. 9. sq. fr. 13. sq. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. III. **Cn.** Et vindicare (interdum), et alienare, et servitutem praedio imponere posse. fr. 205. de R. I. 50. 17. Quae possint alienari, obligarive debeant. fr. 1. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 4. fr. 16. de fundo dot. 23. 5. Neque alienare, neque manumittere eum posse nec ei solvere iure debitorem. c. 8. pr. ad L. Iul. mai. 9. 8. cf. fr. 20. de accus. 48. 2. Vendita, donata, mutata, in dotem data, caeterisque causis legitime alienata. Th. C. VIII. 13. c. 1. pr. de revoc. donat. cf. fr. 66. de A. R. D. 41. 1. Neque ad testamentum faciendum, neque ad res mancipi alienandas, neque ad obligationes suscipiendas, auctores fieri coguntur. Gai. I. 192. Vlp. XI. 27. Seu alienetur

ab herede, sive usucapiatur ab aliquo. Vlp. II. 3. Legare rem, — deinde — alienare. Gai. II. 198. Invita muliere alienare (prohiberi). Ib. II. 63. Paul. II. 21. B. §. 2. Praedia alienare, seu pignori ponere prohibere, sed conservari liberis — fideicommittere. fr. 38. pr. de legat. III. (32.) cf. fr. 114. §. 15. de legat. I. (30.)

Alienatio. §. 1. *Aberratio.* III. *Cn.* In eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. — §. 2. *Translatio dominii, vel alterius iuris nostri, in alium.* I. *Sy.* Distractio. fr. 5. pr. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Venditio. fr. 5. pr. §§. 2. 9. fr. 8. §. 1. ib. 27. 9. III. *Cn.* Obligationes, sive alienationes. fr. 3. §. 1. l. l. 27. 9. Alienatio, vel quicunque contractus. fr. 1. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. Nec alienatio, nec usucapio. c. 13. de testam. man. 7. 2. fr. 24. §. 21. de fideic. libb. 40. 5. Alienat. vel manumissio. fr. 40. de stip. serv. 45. 3. c. 9. de usuf. et habit. 3. 33. Omnis generis alienatio. fr. 25. §. 6. Qu. in fr. cred. 42. 8. cf. fr. 29. §. 1. de statulib. 40. 7. Non recessit ab eis dominium, et nulla est alienatio. fr. 35. de A. R. D. 41. 1. — §. 3. *Ius alienandi.* III. *Cn.* Non habent alienationem peculii, ut donent. fr. 3. §. 8. de donat. int. V. 24. 1. cf. fr. 9. §. 1. D. de S. C. Mac. 14. 6.

Alienator. *Alienans.* III. *Cn.* Venditor, vel alter alienator. c. 9. de pact. int. emt. 4. 54. c. 10. de haeret. 1. 5.

Alienatum. (Partic.) *Segregatum, Exclusum.* III. *Cn.* Vt sit manifestum, a suo patrimonio penitus esse eum (sc. servum) alienatum. c. 2. de comm. servo man. 7. 7.

Alienigena. *Qui aliunde ortus est, Alterius civitatis, vel terrae, adcola.* III. *Cn.* Barbari alienigenae cuiuscunque gentis. c. 2. Qu. res export. 4. 41. Quodsi alienigenae detentatores oneribus conditionis externae maluerint subiacere. Th. C. VII. 20. c. 14. de murileg. Si lex municipii — potestatem II viris dedit, ut etiam alienigenae liberos suos emancipare possint. c. 1. de emanc. 8. 49.

Alienum. (Subst.) §. 1. *Res patrimonii alterius.* III. *Cn.* Ex alieno largiri. fr. 54. §. 1. de furt. 47. 2. Qui sibi falsum nomen imposuerit, — quo quid alienum interceperit, possederit. Paul. V. 25. §. 11. Detracto alieno — vindicare. fr. 2. de R. V. 6. 1. Aliena, vel non pleno iure ad se pertinentia, donare. Th. C. VIII. 12. c. 3. de donat. — §. 2. *Solum, v. Praedium, alterius.* III. *Cn.* Alieno abstinere, et domino suum restitui. fr. 8. pr. fin. regund. 10. 1. Spatiari, vel coenare in alieno. fr. 8. pr. de servit. 8. 1. Pascere in alieno. fr. 39. pr. ad L. Aqu. 9. 2. In alieno moliri. fr. 3. §. 13. de itin. actuq. priv. 43. 19.

Alienus. (Adiect.) §. 1. *Ad extraneum pertinens, vel ab eo profectum.* I. *Sy.* Extraneus (nepos, v. posthumus). Gai. II. 136. sq. 241. fr. 127. de legat. I. (30.) Alterius, Alienum (esse). fr. 6. §§. 10. sq. de N. G. 3. 5. fr. 25. pr. §. 1. de V. S. 50. 16. Si alius metum fecit. Metus alienus. fr. 14. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. III. *Cn.* Alienas operas promitti posse. fr. 5. de duob. reis. 45. 2. Alienae cognitioni praeiudicium fieri. fr. 3. §. 7. de hom. lib. exhib. 43. 29. Sive quod alienus fuit (sc. fundus), cum veniret, sive quod tunc obligatus, evictus est. fr. 63. §. 1. de evict. 21. 2. Si alienus servus, filiusve, noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse coeperit potestate. Gai. IV. 78. Adipisci rem iuris alieni. Paul. V. 6. §. 8. Rem alienam invito domino contrectare. Gai. III. 195. 208. sq. — §. 2. *Abhorrens, Insolitum, Expers.* I. *Sy.* Segregari, Liberum, Alienum esse (ab officiis etc.). Th. C. XII. 1. c. 124. de decurion. XVI. 7. c. 4. pr. de apostat. II. *Op.* Submittere (vim). — Alienum esse a (vi). fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Inferre, — Alienum esse a (collatione). Th. C. XI. 20. c. 4. §. 1. de collat. donat. III. *Cn.* Si propter febrem, loquantur aliena. fr. 4. §. 1. de Aed. ed. 21. 1. Ductis diebus, alieniore tempore sententiam dedisse. c. 6. Qu. provoc. n. est nec. 7. 64. Cum non sit alienum, dicere etc. fr. 5. §. 3. de iure imm. 50. 6. cf. fr. 47. de R. V. 6. 1. fr. 4. §. 3. de grad. et adfin. 38. 10. Cum sit iniustum, et nostris alienum temporibus. c. 6. de sepulc. viol. 9. 19. A consortio omnium segregati sint, a testimoniis alieni. Th. C. XI. 39. c. 11. de fide test. Hos a praeturae munere alienos esse censemus. Ib. VI. 4. c. 28. de Praet. et Qu. A materna — hereditate ac successione habeantur alieni. Ib. IX. 14. c. 3. ad L. Cor. de sic.

Alimentarius. (Subst.) *Is, cui alimenta debentur.* III. *Cn.* Portiones alimentariorum. fr. 95. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Pro utilitate alimentarii recipiendum. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. Meliorem conditionem suam alimentarius tali transactione facit. fr. 8. §. 6. ib. 2. 15.

Alimentarius. (Adi.) *Ad alimenta praestanda spectans.* I. *Sy.* Qui aluntur, v. Quibus alimenta dantur. Alimentarii pueri. Alumni. fr. 122. pr. de leg. I. (30.) fr. 9. pr. fr. 14. pr. §. 1. fr. 15. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. III. *Cn.* Causa, Ratio, alimentaria. fr. 8. §. 21. de transact. 2. 15. fr. 4. §. 3. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Alimentum. *Quod ad vitam tolerandam necessarium est.* I. *Sy.* Quae ad victum necessaria sunt. Sine quibus ali corpus non potest. Alimenta. fr. 8. §§. 15. 24. de transact. 2. 15. fr. 6. de alim. v. cib. 34. 1. Alimonia. Th. C. XI. 27. c. 1. sq. de alim. qu. inop. Cibaria et vestimentum. fr. 39. §. 2. fam. erc. 10. 2. fr. 6. de alim. v. cib. 34. 1. III. *Cn.* Arbor — ubi coaluit, agro cedit, — nam credibile est, alio terrae alimento aliam factam. fr. 26. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Vt eorum pecoribus — alimenta non desint. Th. C. VII. 1. c. 9. de R. M. Libertates et alimenta (legata). fr. 23. Qu. in fr. cred. 42. 8. Non tantum alimenta, verum etiam caetera quoque onera liberorum. fr. 5. §. 12. de agnosc. et alend. 25. 3. Sive habitatio, sive vestiarium, sive de praediis alimentum legabitur. fr. 8. §. 1. cf. §§. 12. sq. de transact. 2. 15. In alimenta, vel disciplinas (s. doctrinam, s. studia) impendere. fr. 2. pr. fr. 4. ubi pup. 27. 2. fr. 28. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 6. §. 5. de Carb. ed. 37. 10. Foederatorum, aliarumque gentium, annonaria ali-

alimenta. Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. I. 24. c. 1. §. 2.

Alimonia, v. Alimonium. **§. 1.** ***Victus praesidia, Alimenta.*** I. **Sy.** Alimenta. Cf. h. v. Substantia, v. Sumtus, competens, s. victualis. Th. C. IX. 3. c. 7. de cust. reor. XI. 27. c. 2. de aliment. III. **Cn.** Egestate victus, atque alimoniae inopia laborare. Ib. XI. 27. c. 2. l. Qui abiicit partum, et qui alimonia denegat. fr. 4. de agnosc. et al. 25. 3. Vt se suosque alat, ut — parenti praestet alimonia etc. fr. 73. §. 1. de iure dot. 23. 3. Nutrices, ob alimoniam infantium, — quod sibi debetur, petunt. fr. 1. §. 14. de extr. cogn. 50. 13. In usum vestium, vel alimoniae, impensum. Th. C. V. 5. c. 2. §. 1. de postlim. — **§. 2.** ***Stipes pauperibus praebendae.*** III. **Cn.** Venumdari ea, et pretio eorum redemtiones vel alimonias fieri. Nov. 65. pr. — **§. 3.** ***Praebitio pub. annonaria.*** III. **Cn.** Percipere alimonias annonarias. Th. C. XII. 12. c. 2. de legat. et decr. Militaribus alimoniis ex more susceptis. Ib. VIII. 4. c. 6. de cohortal. Alimoniis Alexandrinae civitatis addi (diurnos CX. modios). Ib. XIV. 26. c. 2. de frum. Alex.

Alio. (Advb.) ***Alibi, In alium locum.*** I. **Sy.** In alio; v. In alio loco. fr. 2. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. fr. 4. §. 5. de edendo. 2. 13. fr. 26. §. 2. de A. R. D. 41. 1. II. **Op.** Locus, ubi compromissum est. — Alio loci. fr. 21. §. 10. de rec. qu. arb. 4. 8. III. **Cn.** Qui alio, quam quo debuerat, in ius vocabatur. fr. 2. ne qu. eum. 2. 7. Ab eo loco, v. Ex eo fundo, alio transferre. fr. 12. de R. V. 6. 1. Paul. III. 6. §. 52. Certo loci [al. loco]. — Alio loci. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1.

Alioquin. (Advb.) **§. 1.** ***Alio tempore.*** III. **Cn.** Si tamen aliqua aestate exaruerit (sc. flumen), quod alioquin perenne fluebat. fr. 1. §. 2. de flumin. 43. 12. — **§. 2.** ***Caeteroquin, Scilicet contra.*** III. **Cn.** Ita demum, v. Si quidem, etc. — alioquin etc. fr. 141. §. 7. de V. O. 45. 1. Vatic. §. 225. Vt tamen etc. — alioquin etc. fr. 23. pr. de S. P. R. 8. 3. fr. 9. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Hoc casu dicemus, — cum alioquin etc. Gai. II. 146. III. 160. IV. 29. Praeterea permissum est iis, — cum alioquin prohibeantur. Ib. II. 110. 210. Tunc, cum etc. — alioquin etc. c. 10. de pact. 2. 3. fr. 59. de V. O. 45. 1. Exspectandum, — alioquin iniuriarum fore actionem. fr. 8. pr. de relig. 11. 7. Puniuntur autem durissime, non ubique, — alioquin et in opus, et nonnunquam temporarium, damnantur. Coll. LL. M. XI. 7. — **§. 3.** ***Praeterea.*** III. **Cn.** Solum, partem esse aedium existimo; nec alioquin subiacere, uti mare navibus. fr. 49. pr. de R. V. 6. 1. Per indicem ea tetigisse; alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digg. libris — adventura est. §. 12. I. de pub. iud. 4. 18. Neque enim fas est, ut passim mulieribus accusandi permissa facultas sit; alioquin in publicis olim quaestionibus etc. Th. C. IX. 1. c. 3. de accus.

Aliorsum. (Adv.) ***Alio versum, Alibi.*** III. **Cn.** Quo a fundo aliorsum transferre. fr. 20. §. 6. de instr. leg. 33. 7.

Aliquamdiu. (Adv.) ***Per aliquod tempus.*** III. **Cn.** Praedium aliquamd. possessum. fr. 57. pr. de usuf. 7. 1. Maritum aliqu. cum uxore non concubuisse. fr. 6. de h. qu. sui. 1. 6. Dum convenissent, habuissentque inter se aliquamd. tractatum. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 3.)

Aliquando. (Adv.) **§. 1.** ***In certis speciebus, Interdum.*** III. **Cn.** Plerumque solent, — aliquando tamen etc. Gai. IV. 111. cf. 112. sq. Sed aliquando, etiamsi maxime etc. — nunquam tamen etc. Ib. II. 95. Aliquando permissum, — aliqu. prohibitum. Ib. I. 102. Aliqu. vir et uxor inter se solidum capere possunt, — aliq. nihil inter se capiunt. Vlp. XVI. 1. sq. Aliquando, sicut, s. velut. Gai. III. 72. fr. 12. fr. 42. §. 2. de proc. 3. 3. — **§. 2.** ***Praeterito tempore, Olim.*** I. **Sy.** Quondam. fr. 14. §. 1. fr. 15. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Id, quod aliq. habuimus, recipimus etc. Gai. II. 59. A quo (sc. domino) distractus est, cuique aliq. servivit (servus). Paul. V. 16. §. 8. Nobis aliq. placebat. — Sed in contrarium me vocat etc. fr. 6. §. 1. de serv. export. 18. 7. — **§. 3.** ***In futurum tempus.*** III. **Cn.** Nec socrum, nec nurum — aliq. citra poenam incesti uxorem ducere licet. Paul. II. 19. §. 5.

Aliquantulus. (Adi.) ***Modicus.*** III. **Cn.** Silentium aliquantulum. c. 6. ad S. C. Turp. 9. 45. Post aliquantulum temporis. fr. 38. §. 3. de liberali c. 40. 12. c. 4. de don. qu. s. mod. 8. 55.

Aliquantus. (Adi.) ***Nonnullus.*** III. **Cn.** Cum C., et usuras aliquanti temporis, deberet. fr. 41. §. 1. de usur. 22. 1. Etsi plura sunt, — scimus tamen aliquanta esse, quae etc. Th. C. I. 15. c. 8. (Wck.) de off. Vicar. Aliquanti in Tripolitana provincia rei etc. Ib. XI. 36. c. 33. Quor. app. n. rec.

Aliquatenus. (Advb.) **§. 1.** ***Ex parte aliqua, Quodammodo.*** III. **Cn.** Nec ulla eius opera esset in legato; in hereditate aliquatenus, quia etc. fr. 19. de A. R. D. 41. 1. Partus autem — aliquatenus videtur effectus. Paul. IV. 9. §. 4. Idem iuris est aliquatenus, si etc. Gai. I. 68. Aliquatenus durior conditio. fr. 16. §. 1. de fideiuss. 46. 1. — **§. 2.** ***Vllo modo.*** III. **Cn.** Non prius eidem accipiendi potestas aliquatenus tribuatur, nisi etc. Th. C. XV. 2. c. 2. de aquaed.

Aliquilibet. (Adi.) ***Quicunque alius.*** III. **Cn.** Seu conchylioleguli, seu ex aliquolibet corpore mercatores. Ib. XIII. 1. c. 9. de lustr. collat.

Aliquis. (Pronom.) **§. 1.** ***Certus quis. Singulus.*** I. **Sy.** Quis, v. Quisque. Gai. I. 160. 162. III. 151. fr. 7. pr. §§. 1. sq. 4. de iurisd. 2. 1. Quidam. fr. 6. §§. 4. 6. de off. Praes. 1. 18. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Singulus. Gai. II. 9. sqq. III. **Cn.** Cum significatio non ex universo, sed ex aliquo sumitur. fr. 13. §. 3. de reb. dub. 34. 5. Vt sit aliquis ordo (postulationum). fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Esse aliquem, per quem possit etc. fr. 10. pr. ib. 1. 16. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. Vt aliquo quoque decreto, v. rescripto, refertur constitutum. fr. 2. de off. adsess. 1. 22. Gai. I. 73. Aliquid unum, vel alterum. fr. 12. sq. cf. fr. 4. fr. 24. de LL. 1. 3. Cum inter aliquos contenditur. Gai. IV. 139. Esse alicuius, v. aliquorum. fr. 22. de N. G. 3. 5. fr. 96. §. 1. de V.

S. 50. 16. Integrum aliquid. fr. 60. pr. ib. 50. 16. Cum aliquo modo. fr. 10. §. 20. Qu. in fr. cred. 42. 8. — **§. 2.** *Quicunque, Qualiscunque.* III. ***Cn.*** Dixerit aliquis. fr. 4. pr. si qu. cautt. 2. 11. Praetendere aliquid. fr. 1. pr. de vac. et exc. 50. 5. Sin aliquid eorum deerit. Gai. I. 17. Aliquid — quidquid etc. fr. 22. Qu. met. c. 4. 2. Sub specie alicuius criminis. fr. 8. de calumn. 3. 6. Dum tamen aliquid etc. §. 1. I. de exher. liber. 2. 13. Triste, Inopinatum, aliquid. fr. 1. §. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 7. de feriis. 2. 12. Temporis aliquid. Iniuriae, v. Damni, aliquid. fr. 8. §. 3. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. — **§. 3.** *Alius quis.* I. ***Sy.*** Alter, Alius, Alius quis. fr. 1. pr. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 1. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 2. pr. fam. ercisc. 10. 2. fr. 24. §. 8. de fideic. libb. 40. 5. III. ***Cn.*** Sive ex lege XII. Tabb., sive ex aliqua [al. alia qua] lege, vel ex S. C. fr. 2. pr. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 29. §. 1. de testam. milit. 29. 1. Adulterii, vel aliquo iudicio publico, damnati. fr. 4. §. 7. de R. M. 49. 16. fr. 52. pr. de A. E. V. 19. 1. Libello dato, vel Principi, vel alicui. fr. 15. §. 29. de iniur. 47. 10. Sive legatus sit, — sive adiudicatus, sive usucaptus a te, sive traditus, sive aliquo iure tuus factus. fr. 6. §. 3. de statulib. 40. 7.

Aliquo. (Advb.) **§. 1.** *Certo loco.* III. ***Cn.*** Ne aliquo loci moretur. fr. 1. de serv. export. 18. 7. — **§. 2.** *Aliquantum.* III. ***Cn.*** Vt aliquo pluris haberent. fr. 2. §. 26. de O. I. 1. 2. Ne aliquo, vel ius rei vel corpus, deterius faciat, vel fieri patiatur. fr. 11. §. 2. locat. 19. 2.

Aliquot. *Nonnulli.* III. ***Cn.*** Post aliquot annos. fr. 2. §§. 25. 28. de O. I. 1. 2.

Aliquoties. (Advb.) **§. 1.** *Plus semel.* III. ***Cn.*** Cum saepe seditiose et turbulente se gesserint, et aliquoties adprehensi etc. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19. cf. Th. C. VII. 19. c. 1. pr. de Saturian. — **§. 2.** *Aliquando.* III. ***Cn.*** Non quae (sc. dos) aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit. Ib. IX. 42. c. 15. de bon. prosc.

Aliter. (Advb.) **§. 1.** *Diverso modo, Contra.* I. ***Sy.*** Adversus, Contra. fr. 4. §. 1. fr. 137. §. 7. de V. O. 45. 1. Aliud. fr. 61. §§. 6. sq. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Quod aliter adversus ea iudicatum erit. fr. 6. de feriis. 2. 12. Facito, quo quis pro agro minus, aliterve scripturam vectigalve det. Fr. legis Thoriae. Nunc aliter ordinatur, atque olim solebat. Gai. II. 103. Aliter, quam oportuit. fr. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. Si eum aliter, quam ut filium, observasset. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. Aliter (uti), quam utendum acceperis, v. quam commodatum est. Gai. III. 197. fr. 5. §. 8. commod. 13. 6. Solemni more facta; — nam aliter facta institutione, nihil proficit. Gai. II. 116. cf. I. 80. Paul. V. 25. §. 6. Facere etc. quo aliter aqua fluat, quam etc. fr. 1. pr. ne qu. in flum. pub. 43. 13. — **§. 2.** *Alioquin, Praeterea.* III. ***Cn.*** Nihil agens, sed aliter ambulans. fr. 63. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Non inique cogetur eius nomine iudicium accipere; aliter enim potestas dabitur etc. fr. 25. de iudic. 5. 1.

Aliubi. (Advb.) *Alibi.* III. ***Cn.*** Si ea esset, quae aliubi [al. alibi] nuptias non facile possit invenire. fr. 64. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Nec licet eum inde transferre aliubi etc. fr. 2. de cadav. punit. 48. 24.

Aliunde. (Advb.) **§. 1.** *Ex alio loco.* III. ***Cn.*** Ea, quae aliunde orta, alibi nupta est. c. 1. de mul. et in quo loc. 10. 62. Quae (sc. aqua) a capite ducitur, non aliunde. fr. 1. §. 7. de aqu. quot. 43. 20. Quae (sc. pars aedificii) nulli coniuncta sit, neque aditum aliunde habeat. fr. 47. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Alia de causa.* III. ***Cn.*** Quoad vel ex fructibus, vel aliunde satisfiat. fr. 5. §. 24. ut in poss. legat. 36. 4. Quidquid aliunde, vel ex re proprietarii, adquirit. Paul. V. 7. §. 3. Quae extra (paternam substantiam) filius eius aliunde adquisiverit. c. 9. §. 1. de natur. lib. 5. 27. Aliunde posse (expedire, vel solvere, pecuniam). fr. 5. §. 9. de reb. eorum. 27. 9. fr. 3. §. 1. Qui potior. 20. 4. (probare, v. consequi). fr. 27. §. 1. de furt. 47. 2. fr. 11. §. 6. de pecul. 15. 1.

Alius. (Pronom.) **§. 1.** *Alter, Similis.* II. ***Op.*** Iste. Idem. Gai. I. 13. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. Vterque, Ambo. fr. 7. §. 5. de iurisd. 2. 1. III. ***Cn.*** Cum alius ab alio herede usumfr. vindicat. fr. 12. de usufr. accr. 7. 2. Horum enim alius resipiscere, alius crescere, alius convalescere potest. Paul. III. 6. §. 18. Alia aliam consumit. fr. 130. de R. I. 50. 17. Se unum oculum amisisse, et in alio periclitari. Vatic. §. 239. Alia die accipere. Ib. §. 162. Praetor, s. Procos., vel alii (qui iurisdictioni praesunt etc.). fr. 2. pr. si qu. in ius voc. 2. 5. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. — **§. 2.** *Alienus, Extraneus, Contrarius.* I. ***Sy.*** Extraneus. fr. 33. de iure dot. 23. 3. Nova voluntate. Alio animo. fr. 15. sq. de N. G. 3. 5. II. ***Op.*** Ipse. Gai. III. 107. fr. 121. fr. 231. de V. S. 50. 16. Idem. Gai. I. 132. III. 90. fr. 20. §. 2. de S. P. V. 8. 2. Suum — Aliud (nomen). fr. 1. §. 4. fr. 7. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. III. ***Cn.*** Alii, quam cui deberet, solvere. Gai. III. 160. Pro alio, quam pro quo licebit, (postulare). fr. 1. §§. 8. 11. de postul. 3. 1. Neque absens, neque per alium, (eiusmodi solemnitatem peragere posse). fr. 25. §. 1. de adopt. 1. 7. Alieno nomine, item per alios, (agendi potestatem non faciam). Vatic. §§. 322. sq. Perinde cum domino (habet actionem furti), atque si quilibet alius esset. fr. 18. de nox. act. 9. 4. Aliud et aliud (observatur). fr. 15. de S. P. V. 8. 2. Aliam atque aliam (esse, v. fieri, rem). fr. 2. §. 2. de hered. v. act. 18. 4. Pr. I. de duob. reis. 3. 16. fr. 22. de exc. rei iud. 44. 2. Aliud pro alio (permutare, v. accipere, v. solvere, v. intendere etc.). fr. 58. de proc. 3. 3. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. Gai. III. 168. IV. 55. Verbis factam obligationem posse aliis verbis dissolvi. Ib. III. 170. Ne aliae conversationis usum accipiat (sc. sepulchrum). fr. 12. §. 1. de relig. 11. 7. Arbor radicitus eruta, et in alio posita. fr. 26. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Milites, qui causas alias defendere non possunt. fr. 7. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4.

Aliuta. (Adv.) *Contra, Secus.* III. ***Cn.*** Si quis aliuta faxit, ipsus Iovi sacer esto. LL. Numae Pomp. No. 13.

Allegare etc. Cf. v. v. Adl.

Almus. (Adiect.) *Sanctus, Clarus.* III. ***Cn.*** Et in antiqua Roma, et in hac alma urbe, et in Italia,

et in aliis provinciis. c. 7. pr. de temp. I. I. Rnis. 2. 53. cf. c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1.

Alpes. *Series montium, qua Italia separatur a Gallia atque Germania.* III. **Cn.** Edicta duo per Italiam et Alpes. Th. C. VII. 18. c. 1. de desertor.

Altare. **§. 1.** *Ara in templo.* III. **Cn.** Vbi et altare collocatum est, et sacra missa facta etc. Iulian. ep. nov. c. 7. §. 42. Altaria, et oratorium templi circumiectum. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. Neque sacra adire mysteria, neque ullis supplicationibus veneranda omnibus altaria frequentare. Ib. XVI. 2. c. 27. §. 1. de episcop. — **§. 2.** *Imperatoriae maiestatis oraculum.* III. **Cn.** De nostris altaribus, per adnotationem, vel rescriptum, vel quolibet genere, elicita vel emendicata. Th. C. XIV. 4. c. 8. pr. de suar. Petere de nostris altarib. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 1. pr.

Alte. (Advb.) **§. 1.** *In excelsum, Superne adscendens.* III. **Cn.** Pedes XV. a terra altius (coërcere arborem). fr. 1. §. 7. cf. §. 8. de arbor. caed. 43. 27. Vsque ad X. pedes altius (tollere aedes). fr. 26. pr. de exc. rei iud. 44. 2. Altius, quam uti nunc sunt, (aedificatae aedes). fr. 19. pr. de usuf. 7. 1. Si altius tollendo aget is, qui in infinitum tollendi ius non habet. Vatic. §. 53. Altius tollere, sublatumque habere. fr. 7. si servit. vind. 8. 5. Altius tollendi, et officiendi luminibus vicini (servitus). fr. 2. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Profunde, Penitus.* III. **Cn.** Si tam alte fodiam in meo, ut etc. fr. 24. §. 12. de damn. inf. 39. 2. Nos autem altius et verius ad eam respicientes etc. c. 21. de furt. 6. 2.

Alter. **§. 1.** *Proximus, Secundus.* I. **Sy.** Alius. Secundus. Gai. III. 137. fr. 27. pr. de pact. 2. 14. fr. 1. §§. 6. 12. fr. 2. pr. §. 1. Qu. appell. 49. 4. Inferior, Altera (tabula testamenti). Gai. II. 181. Collega. Alter Cos. fr. 1. §§. 1. sq. de off. Cos. 1. 10. III. **Cn.** Eodem die, vel altero. Vel altera, vel tertia die. c. 6. §. 5. de app. et consult. 7. 62. fr. 1. §§. 6. 12. Quand. app. 49. 4. Quod iam in alteram consuetudinem derivatum. Th. C. I. 8. c. 1. (Wck.) de off. Quaest. — **§. 2.** *Alterum tantum,* pro: *Aliud tantumdem.* I. **Sy.** Duplum. fr. 9. pr. de usur. 22. 1. Th. C. II. 29. c. 1. si cert. pet. de suffr. Aliud tantum. Ib. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. X. 1. c. 5. pr. de iure fisci. III. **Cn.** Totum cum altero tanto. Non solum rem, sed alterum tantum. Tantam pecuniam, et alterum tantum, (dare, v. restituere). fr. 3. §. 11. fr. 46. §. 1. de iure fisci. 49. 14. fr. 27. pr. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Quod illicite exactum, — cum altero tanto, (exsolvi). fr. 9. §. 5. de publican. 39. 4. Tantumque alterum interdictae rei (solvere cogi). fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. Medietatem consequatur inventi, alterum tantum fisci rationibus tradat. Th. C. X. 18. c. 1. de thesaur. — **§. 3.** *Alter,* pro: *Alteruter.* II. **Op.** Vterque. Paul. III. 6. §. 2. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. fr. 53. mand. 17. 1. Neuter. Gai. I. 163. III. **Cn.** Alter, ambove. fr. 2. §. 3. de eo qu. c. loco. 13. 4. Duorum alterum, aut — aut etc. §. 2. I. de I. et I. 1. 1. Iulian. epit. nov. c. 5. §. 23. c. 6. §. 30. c. 40. §. 169. Ex, v. De, duobus alterum. Gai. I. 163. III. 7. Vlp. XXVI. 2. 4. Th. C. XIV. 4. c. 1. de suar. Alterum ab altero (possidere). fr. 1. pr. uti possid. 43. 17. Alterum alteri (obligari, v. teneri etc.). Gai. III. 137. 155. Alter actor, alter reus. Ib. 157. Vt neuter adversus alterum (habeat actionem). fr. 10. pr. de N. G. 3. 5. — **§. 4.** *Diversus, Alius, Extraneus.* I. **Sy.** Alienum, Alterius (esse). fr. 25. pr. §. 1. de V. S. 50. 16. Ab hostibus capi. Ad alteros pervenire. fr. 12. pr. §. 1. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** Aliquid unum, vel alterum. fr. 13. de LL. 1. 3. cf. c. 5. de ingen. man. 7. 14. Alterius atque alterius fundi — heredes instituere. fr. 10. de hered. inst. 28. 5. Alteri sponsa, alteri nupta. fr. 13. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Nemo alter etc. Th. C. XV. 8. c. 1. de lenon. Mutari in alteram formam. Ib. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de ad. Alterius magis animalis, quam hominis. fr. 135. de V. S. 50. 16. Venditor, vel alter alienator. c. 9. de pact. int. emt. 4. 54. Tutela alterius regi. Gai. I. 189. Iurisdictioni alterius se subiicere. fr. 14. de iurisd. 2. 1.

Altercari. *Litigare.* I. **Sy.** Certare. c. 3. pr. comm. de legat. 6. 43. III. **Cn.** Exceptiones — conquiescere, — ne, dum de his altercatur [al. altercantur], ipsius negotii disceptatio proteletur. §. 11. I. de exc. 4. 13. Altercantibus iurgiis et noxiis partium contentionibus (occupari diem solis). Th. C. II. 8. c. 1. (Wck.) de feriis.

Altercatio. **§. 1.** *Disputatio, Controversia.* I. **Sy.** Varietas. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. Iurgium (auctorum). c. 13. sq. de usufr. et habit. 3. 33. Dubitatio. c. 20. de furt. 6. 2. c. 16. de fideic. libb. 7. 4. III. **Cn.** Veteres dubitaverunt. Nobis itaque, eorum altercationes decidentibus, placuit. c. 20. l. 6. 2. c. 4. de nec. hered. 6. 27. Stabilitatem census finita altercatione componant. Th. C. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr. — **§. 2.** *Iudicium, Lis.* III. **Cn.** Nec aliquas quaestiones, seu altercationes, exercendi — facultas. c. 6. de natur. liber. 5. 27. Lis, quae in altercationem fuerit deducta. Th. C. II. 6. c. 2. de temp. cursu. In iudiciis — tales altercationes ventilatas. c. 3. de ann. exc. 7. 40.

Alternare. *Vicissim alterum ponere.* III. **Cn.** Alternata conditione, ut aut pareat conditioni, aut iuret. fr. 8. §. 5. de cond. inst. 28. 7. Levamentis alternantis auxilii etc. Th. C. XIII. 5. c. 6. de navicul.

Alternatio. *Enunciatio disiunctiva.* I. **Sy.** Disiunctio. Coll. LL. M. II. 6. cf. fr. 7. §. 4. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Sub alternatione dicere, puta illud aut illud. fr. 7. §. 4. l. 47. 10. Rerum alternatio locorum alternationi mixta. fr. 2. §§. 2. sq. de eo qu. c. loco. 13. 4. Sine alternatione agere. fr. 9. pr. de servo corr. 11. 3.

Alternus. (Adiect.) **§. 1.** *Intermissionem habens.* II. **Op.** Quotidie, s. In dies singulos. — Alternis diebus. fr. 1. pr. Qu. dies ususfr. 7. 3. fr. 1. §. 22. de aqu. quot. 43. 20. Continuis — Alternis (annis). fr. 2. pr. Qu. mod. usuf. 7. 4. III. **Cn.** Alternis fungi officiis. Th. C. XIV. 4. c. 10. pr. de suar. — **§. 2.** *Mutuus.* III. **Cn.** Alternis illecebris, fraude

et circumventione percipere. Ib. XVI. 5. c. 49. pr. de haeret. Contentio alterna litigatorum. Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. pr.

Alteruter. §. 1. *Vnus ex duobus.* I. *Sy.* Alter. Vlp. V. 8. fr. 53. mand. 17. 1. II. *Op.* Vterque. Vlp. XVI. 1. fr. 8. §. 1. de legat. praest. 37. 5. Eodem patre, eademque matre. — Alterutro eorum (natus). Gai. I. 61. III. *Cn.* Si mors alterutrius intervenerit, i. e. vel eius qui mandavit, vel eius etc. Gai. III. 160. Alteruter ex litigatoribus. fr. 2. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. Alterutrum, quod elegerit. fr. 8. §. 1. de legat. praest. 37. 5. Alterutro tantum iudicio, v. Alterutri, agere. Gai. IV. 179. fr. 18. rer. amot. 25. 2. Edictum Praetoris, quod de alterutro est (introductum). c. 1. §. 3. de rei uxor. act. 5. 13. Th. C. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et cod. — §. 2. *Alius quicunque.* III. *Cn.* Qui vim facere tentavit, et alterutri parti causam malorum praebuit. Th. C. IX. 10. c. 1. ad L. Iul. de vi.

Altitudo. *Excelsitas.* III. *Cn.* Ad certam altitudinem aedificare. fr. 4. comm. praed. 8. 4. Modum usitatum altitudinis excedere. c. 1. de aedif. priv. 8. 10. Viridia supra eam altitudinem habere. fr. 12. cf. fr. 11. §. 1. de S. P. V. 8. 2.

Altus. (Adiect.) §. 1. *Excelsus, Eminens.* III. *Cn.* In altum locum adscendere (ad praecipitandum se). Alto se praecipitare. fr. 17. §. 4. de Aed. ed. 21. 1. fr. 7. ad L. Cor. de sic. 48. 8. — §. 2. *Conspicuus, Clarus.* II. *Op.* Altiores. — Humiliores. fr. 3. §. 5. ib. 48. 8. Altioris — Inferioris (dignitatis). fr. 49. de R. N. 23. 2. III. *Cn.* Qui insignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt. Paul. V. 25. §. 12. Altiores atque inhabiles fortunae homines. Th. C. XIII. 11. c. 11. de censitor. Si primi ordinis comitivam — meruerint, et casu ad altiora non pervenerint. Ib. VI. 13. c. 1. de comit. et tribun. Maiestati altissimae dedicati (dies festi). c. 11. pr. de feriis. 3. 12. — §. 3. *Profundus, Reconditus.* III. *Cn.* Defossis in altum cuniculis etc. Th. C. X. 19. c. 14. de metall. Si obscurior sit exceptio, vel quae habeat altiorem quaestionem. fr. 3. §. 13. ad exhib. 10. 4.

Alveus. §. 1. *Fluminis solum, v. fundus.* III. *Cn.* Si incile ducat, aut alio loco fiat, aut si alveum fluminis mutet. fr. 1. §. 5. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Si flumen alveum suum reliquit, et alia fluere coeperit. fr. 1. §. 7. de fluminib. 43. 12. cf. fr. 7. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Si circumfluere coeperit (flumen), mutato alveo. fr. 3. §. 2. de aqua quot. 43. 20. — §. 2. *Receptaculum apium, vel fructuum.* III. *Cn.* Examen, quod ex alveo nostro evolaverit. fr. 5. §. 4. cf. §. 2. de A. R. D. Cogendorum fructuum causa comparata, — velut corbes, alvei, falces etc. Paul. III. 6. §. 36.

Alumen. *Salsugo terrae.* III. *Cn.* Ex V. centesimis — tres S. largitionibus inferantur, de salinis, alumine etc. Nov. Valent. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. §. 1.

Alumnus. Alumna. *Proles aliena a nobis enutrita.* III. *Cn.* Concubina, filii naturales, alumni. fr. 8. de pign. 20. 1. Paul. V. 6. §. 16. Paedagogum, aut nutricem, educatoremve, aut alumnum, alumnamve, aut collactaneum, manumittere. §. 5. I. Qu. ex c. man. 1. 6. Gai. I. 19. fr. 13. fr. 14. pr. de man. vind. 40. 2. Quid intersit, utrum filius, an alumnus, vel cognatus agentis fuerit. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. fr. 1. §§. 8. sqq. de S. C. Silan. 29. 5.

Alytarcha. *Qui in provincia curam ludorum pub. administrat.* III. *Cn.* Cuncti iudices, — exceptis alytarchis, syriarchis, agonothetis, itemque asiarchis etc. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. ludor. Alytarchae urbis Antiochenae. Ib. X. 1. c. 12. de iure fisci.

Alytarchia. *Munus alytarchae.* III. *Cn.* Tituli, qui alytarchiae, et syriarchiae muneribus in prima Syria deputati sunt. c. 1. de off. Com. Or. 1. 36. Alytarchiae quidem ludi, cura V. Sp. Comitis Or. c. 1. l. 1. 36.

Ama. Cf. v. Hama.

Aman. *Festus Iudaeorum dies.* III. *Cn.* Iudaeos quodam festivitatis suae solemni Aman etc. Th. C. XVI. 8. c. 18. de Iud.

Amandare. *Ablegare, Proscribere.* III. *Cn.* A consortio omnium segregati sint. — Quos etiam praecipissemus procul abiici ac longius amandari, nisi etc. Ib. XVI. 7. c. 4. pr. de apost. In extrema parte romani saeculi — amandati. In extremas solitudines amandari. Nov. Th. II. ne ducian. v. limit. I. 2. c. 1. §. 2. Th. C. XV. 12. c. 3. de gladiat.

Amans. (Partic.) *Amicitia, vel pietate nobis iunctus.* III. *Cn.* Municipibus meis, amantissimisque. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) Carissime atque amantissime (parens). Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 8. (Wck. p. 11.) Consult. vet. Icti. c. 8. Vos felicissimi ac florentissimi, nostrique amantissimi. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 7. Honesti amantissimus, et morum sanctissimus censor. Nov. Marcian. de matr. Senat. III. 4. c. 1. §. 2.

Amanuensis. §. 1. *Qui ad manum domini est, servus.* III. *Cn.* Servis amanuensibus legatis, omnes, qui ex conversatione urbana, debebuntur. Paul: III. 6. §. 70. — §. 2. *Exceptor, Scriba.* I. *Sy.* Tabellio, Cancellarius. Interpr. ad Th. C. IX. 19. c. 1. ad L. Cor. de falso.

Amare. *Colere, Adamare.* III. *Cn.* Si verum amamus. fr. 63. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Dolor in exsequiis secretum amat. Th. C. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol.

Amare. (Advb.) *Acerbe.* III. *Cn.* Non amare, nec tamquam inter infestos, — sed ut inter coniunctos, (tractandum). fr. 28. §. 2. de don. int. V. 24. 1. Ne amare, — sed cum quodam temperamento, (id ab eo exigatur). fr. 18. pr. de Aed. ed. 21. 1.

Amarus. (Adi.) *Invidiosus, Iniquus.* I. *Sy.* Acerbus (exactor). fr. 18. pr. de Aed. ed. 21. 1. fr. 33. pr. de usur. 22. 1. III. *Cn.* Amara, ac immoderata poena plectens (constitutio). Nov. Th. II. de tutor. I. 11. c. 1. pr.

Amasia. *Cappadociae urbs.* III. *Cn.* Amasia et Neocaesaria civitas (ius metropolitanum et nomen habeant). Iulian. epit. nov. c. 27. §. 98.

Amator. *Amori deditus, Venereus.* III. *Cn.*

Qui servo persuadet, — ut amator existeret, vel erro, vel malis artibus esset deditus etc. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3.

Amatorius. (Adiect.) *Amoris procurandi causa factus.* III. **Cn.** Qui abortionis, aut amatorium poculum dant. Paul. V. 23. §. 14. fr. 3. §. 2. ad L. Cor. de sic. 48. 8.

Amatus. (Partic.) *Dilectus.* III. **Cn.** Nupta tali consortio segregetur, — amati abscessum defleat relegati. Th. C. IX. 9. c. 1. §. 1. cf. §. 3. de mulier. qu. se serv.

Ambages. *Aberratio a via, Circuitus.* III. **Cn.** Tales ambiguitates veterum, imo magis ambages, decidentes etc. c. 22. §. 1. de furt. 6. 2. Multa vitia (stipulationum), multasque ambages, scrupulososque circuitus correximus. c. 4. §. 6. de rec. arb. 2. 55. Variis ambagum versutiis (exquisita donatio). Vatic. §. 273.

Ambedere. *Circum rodere.* III. **Cn.** Flumen paullatim — agrum — ambedit [al. abolevit], et viam sustulit. fr. 38. de A. R. D. 41. 1.

Ambigere. *In dubium vocare, Disceptare.* II. **Op.** Scire. fr. 2. §. 8. de aqu. et aqu. pl. 39. 3. Ambigi. — Palam esse. Coll. LL. M. IV. 10. sq. fr. 1. §§. 11. sq. Quand. app. 49. 4. III. **Cn.** Quod si ita est, neque super hoc ambigi poterit etc. Coll. LL. M. I. 10. Nemo ambigit hodie. fr. 1. §. 3. de usur. 22. 1. Ambigi potest, utrum, — et magis est, ut etc. fr. 1. §. 12. Quand. app. 49. 4. Quanta ea pecunia erit, de qua tum inter eos ambigetur. L. Gall. Cisalp. II. 18. sq. Si quid de eo agro loco ambigetur etc. Fr. L. Thoriae.

Ambigue. (Advb.) *Obscure.* III. **Cn.** Amb. aut etiam perperam (scriptum). fr. 24. de reb. dub. 34. 5. Qui amb. loquitur. fr. 125. de V. S. 50. 16.

Ambiguitas. §. 1. *Dubitatio, Disputatio.* I. **Sy.** Dubia. fr. 21. de reb. dub. 34. 5. Altercatio (antiquitatis). c. 6. de cur. furios. 5. 70. c. 1. pr. §. 1. de comm. servo man. 7. 7. III. **Cn.** Inutilibus ambiguitatibus et differentiis sublatis. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. Tales ambiguitates veterum, imo magis — ambages. c. 22. §. 1. de furt. 6. 2. Post multam Sabinianorum et Proculianorum ambiguitatem placuit media sententia. §. 25. I. de R. D. 2. 1. Lucidae, et omni ambiguitate segregatae (leges). c. 9. pr. de natur. lib. 5. 27. — §. 2. *Ambages, Retardatio.* III. **Cn.** Sine (aliqua) ambiguitate (transmittere, v. adgregare). Th. C. XI. 30. c. 31. de app. et poen. XII. 1. c. 96. §. 1. de decurion. (decernere). Ib. XVI. 8. c. 24. de Iud.

Ambiguus. (Adiect.) *Dubius, Incertus.* III. **Cn.** Obscura, vel ambigua (pactio). fr. 39. de pact. 2. 14. Ambiguas, atque legum diversis interpretationibus titubantes, causas (benigne temperare). c. 5. de bon. qu. liber. 6. 61. Futurarum ambigua quaestionum — discingere. Th. C. V. 1. c. 7. §. 3. de legit. heredit. Constitutionum ambiguum removistis. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 5.) Sub consultationis ambiguo (pendere litigatorem). Th. C. XI. 30. c. 55. de app. et poen. Non est iuris ambigui. c. 10. Qui dare tut. 5. 34. c. 6. de crim. expil. hered. 9. 32.

Ambire. §. 1. *Cingere, Circumdare.* III. **Cn.** Quae (sc. loca) civitatum territoriis ambiuntur. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. Binos — paribus dignitatis et privilegiorum insignibus ambiendos esse. c. 10. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Th. C. VI. 35. c. 9. de priv. eor. qu. in S. pal. — §. 2. *Ambitus crimen exercere.* II. **Op.** Non electi, sed ambientes. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2. III. **Cn.** Ad dignitatem, v. honores, amb. Th. C. VII. 21. c. 2. de testim. ex-trib. IX. 26. c. 1. ad L. Iul. de amb. Primates officii, quorum interest ambientibus obviare. Ib. l. l. c. 2. — §. 3. *Aucupari, Adfectare.* III. **Cn.** Deferre illicita et ambire. Ib. I. 12. c. 8. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Ambire et transfugere (in alterius militiae ordinem). Ib. VIII. 4. c. 18. de cohortal.

Ambitio. §. 1. *Studium, Captatio.* III. **Cn.** Ambitionis, vel gratiae (suspicio, v. materia). fr. 39. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 24. §. 17. de fideic. libb. 40. 5. Vel pecunia, vel ambitione, (corrumpere). fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. Ex compacto, sive ambitione (diversae partis). c. 3. de exsec. rei iud. 7. 53. Desidia iudicum, vel quadam lenitatis ambitione. Th. C. IX. 1. c. 18. de accus. et inscr. Vsurpationis ambitio. Ib. VI. 5. c. 1. ut dignitatt. ordo. — §. 2. *Ambitus crimen.* III. **Cn.** Qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, — solent promoveri. c. 6. ad L. Iul. repet. 9. 27. cf. c. 14. de R. M. 12. 36. Ad honores adscendere ambitione tentare. Th. C. IX. 26. c. 1. ad L. Iul. de ambit. Ad locum defensionis ambitione pervenire. Ib. I. 20. c. 1. de defens. civit. VIII. 1. c. 1. de numerar. Ab honoribus mercandis per suffragia, vel qualibet ambitione quaerendis, (certa multa prohibuit.) Ib. VI. 22. c. 2. de honor. codic. cf. VI. 24. c. 5. de domest. et protect.

Ambitiose. (Adv.) *Studiose, Libidinose.* III. **Cn.** Cum Praetor — per errorem, vel etiam amb., iuberet etc. fr. 65. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Amb. id, quod indubitate deberi posset, remissum. c. 12 de transact. 2. 4.

Ambitiosus. (Adiect.) *Gratificans, Favori studens.* III. **Cn.** Inter insolentiam incuriosam, et diligentiam non ambitiosam, (multum interest). fr. 33. pr. de usur. 22. 1. Vel occultis, vel ambitiosis precibus (elicere). Th. C. XIV. 3. c. 20. de pistor. et catab. Hac generali lege fiduciam habeat, non ambitiosis rescriptionibus. Iulian. ep. nov. c. 106. §. 370. Decreta ambitiosa (Consulum, v. decurionum). fr. 3. pr. de min. 4. 4. fr. 4. pr. de decr. ab Ord. 50. 9.

Ambitus. §. 1. *Circumitus, Spatium vacuum circa fines, vel limites.* III. **Cn.** Ambitus parietis. L. XII. Tabb. VII. 1. Murali ambitu fundos proprios — vallare. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. Ambitus libido restinguenda. Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. I. 24. c. 1. §. 1. — §. 2. *Ius circumeundi.* III. **Cn.** Itus, aditus, ambitus. Cf. v. Aditus. §. 2. — §. 3. *Amplitudo finium, vel aedificiorum.* III. **Cn.** Possessiones, quae cum magno censu, tectorum ambitu etc. Th. C. X. 10. c. 16. de petition. — §. 4. *Suffragiorum corruptio.* III. **Cn.** Lex Iulia de adulteriis, ambitusve, criminibus. Th. C. IX.

19. c. 4. §. 1. ad L. Cor. de fals. Dig. XLVIII. 14. Cod. Iust. IX. 26. Per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit. fr. 1. §. 4. de L. Iul. amb. 48. 14. Si cuiusquam fraude, ambitu, potestate iniusta cuiuspiam profiteretur immunitas. Th. C. XIII. 10. c. 8. §. 1. de censu s. adscr.

Ambo. (Adiect.) *Duo.* III. *Cn.* An occupantis conditio sit melior? an ambo vocentur? — an secundum aliquem ordinem admittantur? c. 4. pr. §. 1. de V. S. 6. 38. Ambo aequis partibus etc. (fiunt heredes). Gai. II. 177.

Ambulare. §. **1.** *Spatiari, Incedere.* I. *Sy.* In publico esse. Coll. LL. M. I. 3. fr. 3. §. 1. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Iter agere. Th. C. VIII. 5. c. 40. pr. §. 1. de cursu pub. III. *Cn.* Eundi, ambulandi, Et agendi et ambulandi (ius). fr. 1. pr. de S. P. R. 8. 3. Pr. I. de servit. 2. 3. Dandi, solvendi, numerandi, iudicandi, ambulandi (causa). fr. 218. de V. S. 50. 16. Nihil agens, sed aliter ambulans, invenit etc. fr. 63. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Is, qui cum telo ambulaverit, hominis necandi causa. c. 7. ad L. Cor. de sic. 9. 16. fr. 1. pr. eod. 48. 8. — §. **2.** *Ingredi, Procedere.* I. *Sy.* Adgredi (rem). Amb. (viam). c. 14. de iudic. 3. 1. III. *Cn.* Triplex antea via libertatis, — uno directo tramite discat amb. c. 1. §. 12. de Lat. libert. 7. 6. Vt aequis passibus utraque ambulet (tam dos, quam donatio). c. 20. pr. de donat. A. N. 5. 3. — §. **3.** *Transferri, Circumire.* I. *Sy.* Transire (ad alium, v. per multos dominos). fr. 25. §. 2. de usuf. 7. 1. fr. 2. §. 9. de B. P. s. t. 37. 11. Sequi. Gai. IV. 77. fr. 18. de furt. 47. 2. III. *Cn.* Ambulabit stipulatio, profectaque ad heredem redibit ad fructuarium. fr. 25. §. 2. de usuf. 7. 1. Ambul. per (plures personas). fr. 15. de minor. 4. 4. Amb. cum (dominio, v. capite). fr. 2. §. 9. de B. P. s. t. 37. 11. fr. 7. §. 1. de cap. demin. 4. 5.

Ambularis. (Adiect.) Cf. v. Clabularis.

Ambulatorius. (Adiect.) §. **1.** *Ad spatiandum destinatus.* III. *Cn.* Columnae structiles, — quae tectum porticus ambulatoriae sustineant. fr. 8. §. 1. si servit. 8. 5. — §. **2.** *Variabilis, Statum mutans.* I. *Sy.* Quod transit (in omnem successorem). Ambulatorium. fr. 34. pr. de statulib. 40. 7. III. *Cn.* Ambulatoria, usque ad vitae supremum exitum (voluntas defuncti). fr. 4. de adim. legat. 34. 4. Potestas legis ambulatoria. fr. 10. de fundo dot. 23. 5.

Amburere. *Comburere, Concremare.* III. *Cn.* Bonis ademtis, ambustisque his publice (sc. libris). Paul. V. 23. §. 18. Vivus amburatur. Th. C. VII. 1. c. 1. de R. M.

Amentia. *Stultitia, Insania.* III. *Cn.* Vel Iudaei impietatis amentia, vel stolidae paganitatis errore atque insania detinentur. Ib. XV. 5. c. 5. de spectac. Quae tanta erit amentia, ut etc. Ib. XI. 39. c. 12. de fide test.

Amethystus. *Gemmarum species.* III. *Cn.* Gemmae sunt perlucidae materiae, — veluti smaragdi, chrysolithi, amethysti. fr. 19. §. 17. de auro. arg. 34. 2.

Amfractus. Cf. v. Anfractus.

Amica. *Concubina.* I. *Sy.* Concubina. fr. 144. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Pitiae amicae meae, cum qua sine mendacio vixi, — dari volo. fr. 35. pr. de auro arg. 34. 2.

Amicabilis, v. **Amicalis.** (Adiect.) *Ad amicitiae rationem compositus, Benignus.* III. *Cn.* Qui non animo procuratoris intervenit, sed adfectionem amicalem promisit. fr. 10. §. 7. mand. 17. 1. Per iudicialem sententiam, vel amicalem transactionem sopiri. c. 15. §. 5. de legit. hered. 6. 58. Iudicialis terminus, vel amicabilis compositio. c. 22. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. c. 51. de episc. et cler. 1. 3.

Amicabiliter. (Advb.) *Vt inter amicos adsolet.* III. *Cn.* Nisi provocatio sit subsecuta, aut aliter definita, aut amicabiliter sopita. Iulian. epit. nov. c. 63. §. 211.

Amicire. *Ornare, Vestire.* III. *Cn.* Quae induendi, praecingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, incubandive causa parata sunt. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Amicitia. §. **1.** *Familiaritas, Consuetudo intima.* III. *Cn.* Originem ex officio atque amicitia trahit (mandatum). fr. 1. §. 4. mand. 17. 1. Ex officio amicitiae, v. Amicitia ductus (paterna) gerere negotium. fr. 23. de reb. auct. iud. 42. 5. fr. 44. cf. fr. 6. §. 6. de N. G. 3. 5. Nec adfinitas, vel amicitia (admittunt). Th. C. IX. 40. c. 18. de poen. Si qui de iudicis amicitiis vel familiaritate mentientes etc. Paul. V. 22. §. 13. — §. **2.** *Status concordiae atque pacis inter certas gentes.* III. *Cn.* Si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum habemus. fr. 5. §. 2. cf. fr. 19. §. 8. de captiv. 49. 15. Sive aequo foedere in amicitiam venit (sc. liber populus), sive foedere comprehensum est etc. fr. 7. §. 1. ib. 49. 15. (No)minisve latini, exterarumve nationum, quoive in arbitratu, ditione, potestateve, amicitia. Fr. legis Serviliae. In pr.

Amictorium. *Amictus, Coopertorium.* III. *Cn.* Reliquae delicatae vestes, sed et linteamen amictorium nostrorum usibus necessarium, rhedis — mittantur. Th. C. VIII. 5. c. 48. §. 1. de cursu pub. Lineae vel amictoria, quibus hactenus onerari rhedae solebant. Ib. c. 48. §. 1. l.

Amicus. (Subst.) §. **1.** *Familiaris.* III. *Cn.* Aut ex necessariis adfinibusque, — aut ex amicis defuncti (eligi). fr. 1. §. 23. de ventre in poss. 37. 9. cf. Vatic. §. 158. Quisquis omnino nostro nomine sit in possessione, veluti procurator, hospes, amicus. fr. 9. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 5. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 3. §. 4. de itin. actuq. priv. 43. 19. Qui se amicum, vel domesticum dicit eius. fr. 4. §. 3. de legation. 50. 7. Liberto, vel amico, mandare. fr. 31. pr. de N. G. 3. 5. Vsus sui gratia, — et amicorum eius, et clientium, et universorum quos circa se habet. fr. 3. §. 6. cf. §. 7. de penu leg. 33. 9. Cum fiducia contrahitur, aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico. Gai. II. 60. — §. **2.** *Testis.* I. *Sy.* Testis. c. 1. §. 10. de Lat. libert. 7. 6. c. 11. Qui potior. 8. 18. II. *Op.* Per nos, praesentibus amicis, agere. — Apud Praetorem quaerere. Gai. II. 25. III. *Cn.* Arcessitis amicis, — dixisse, — eaque dicta in testationem redegisse. fr. 39. §. 1. de legat. III. (32.) Amicis

intervenientibus — processisse (transactionem). c. 35. de transact. 2. 4. Consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum fide firmatur. Th. C. III. 7. c. 3. de nupt. Vindicta, aut censu, aut inter amicos, manumittere. Gai. I. 44. cf. 41. Vatic. §. 261. — **§. 3.** *Honoris titulus, quem Imperator magistratibus maioribus, vel alias dignitate conspicuis, largitus est.* III. ***Cn.*** Parens, amicusque noster. (Prf. Pr., v. Prf. Vr.). Th. C. XI. 1. c. 6. de ann. et trib. Const. Valentin. ad constitutionar. (Wck. p. 8.) Praeses Pr. etc. amicus noster. Vatic. §§. 271. 273. sq. fr. 1. §. 3. de app. et relat. 49. 1. Cum et ipso Maeciano, et aliis amicis nostris, iurisperitis, adhibitis plenius tractaremus. fr. 17. pr. de iure patr. 37. 14. Iudices, comites, amici, vel palatini mei. Th. C. IX. 1. c. 4. de accusat. — **§. 4.** *Foedere, vel amicitia, iunctus (populo R.).* III. ***Cn.*** Factumve dolo malo cuius dicitur, — ut ex amicis hostes P. R. fiant. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Si in civitatem sociam amicamve, aut ad regem socium vel amicum venerit. fr. 19. §. 3. cf. fr. 5. §. 1. de captiv. et postl. 49. 15. Liberi, amici, sociique populi R. sunto. Fr. plebisciti de Thermensib. I. 10.

Amicus. (Adiect.) **§. 1.** *Familiaritate coniunctus.* III. ***Cn.*** Amicissimos et fidelissimos (liberis tutores eligere). fr. 36. pr. de excus. tut. 27. 1. Qui dedit ea spe, quod — existimaret, vel amiciorem sibi esse eum futurum. fr. 3. §. 7. de cond. caus. dat. 12. 4. — **§. 2.** *Benevolus, Gratus.* III. ***Cn.*** Cui amicum, cui familiare est placere principibus. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 8. (Wck. p. 11.) Voluntas misericordiae amica. Th. C. V. 7. c. 2. de exposit. Legibus amica (simplicitas). §. 3. I. de legit. agn. succ. 3. 2.

Amineus. (Adiect.) *Ad Amineam, regionem Campaniae, pertinens.* III. ***Cn.*** Vinum amphorarium, amineum, graecum, et dulcia omnia. fr. 16. §. 2. de tritic. vino. 33. 6.

Amissio. **§. 1.** *Interitus, tum rei ipsius, tum possessionis dumtaxat, vel iuris circa illam.* III. ***Cn.*** Per constitutum ad amissionem tempus (uti alia aqua). fr. 10. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Periculum amissionis, ac fortunam futuri damni (in se suscepisse). c. 1. de commod. 4. 23. Nec oberit tibi amissio instrumentorum. c. 1. c. 8. de fide instrum. 4. 21. — **§. 2.** *Privatio.* I. ***Sy.*** Proscriptio, Publicatio (bonorum). Th. C. VI. 30. c. 16. sq. de Palat. S. largg. VII. 12. c. 1. de commeat. III. ***Cn.*** Vel mors, vel civitatis amissio. Civitatis, vel libertatis am. fr. 2. pr. de poen. 48. 19. fr. 2. pr. fr. 5. pr. de cap. min. 4. 5. Ordinis amissione puniri. Paul. V. 4. §. 11. Amissionem militiae, proscriptionemque patrimonii sustinere. c. 11. §. 1. de feriis 3. 12. Animae amissionem irrogare. §. 11. cf. §. 3. I. de pub. iudic. 4. 18.

Amita. *Patris soror.* I. ***Sy.*** Amita magna. Avi paterni soror. Paul. IV. 11. §. 4. Amita maior. Proavi soror. fr. 10. §. 16. de grad. et adf. 38. 10. Amita maxima. Abavi soror. fr. 10. §. 17. ib. III. ***Cn.*** Tertio gradu veniunt: — fratris, sororisque filius, filia; patruus, amita; — avunculus, matertera. Paul. ib. §. 3. fr. 10. §. 14. l. l. 38. 10. Nec socrum, nec nurum — uxorem ducere licet, sicut nec amitam, aut materteram. Paul. II. 19. §. 5. Propior sobrino, propior sobrina, isti sunt patrui magni, amitae magnae — filius, filia. fr. 1. §. 7. l. l. 38. 10.

Amitinus. (Adiect.) *Ex amita descendens.* I. ***Sy.*** Amitae filius, filia. Qui, quaeve ex fratre et sorore propagantur. Amitinus, amitina. Paul. IV. 11. §. 11. fr. 1. §. 6. l. l. 38. 10. III. ***Cn.*** Quarto gradu veniunt: — amitinus, amitina, — itemque consobrini. Paul. ib. §. 4. fr. 10. §. 15. l. l. 38. 10.

Amittere. **§. 1.** *Perdere, Privari.* I. ***Sy.*** Perimi, Corrumpi, Tolli. Gai. I. 128. 158. 163. Vlp. XXVIII. 9. Perdere, Perire. fr. 7. pr. de edendo. 2. 13. fr. 1. §§. 4. sq. de O. et A. 44. 7. Exstingui, Intercidere, Amitti. Paul. I. 17. §§. 1. sq. fr. 3. §. 3. Qu. mod. ususf. 7. 4. Adimi (bona). Multari (bonis). Paul. V. 22. §§. 2. sq. V. 23. §. 4. Ablatum (alteri). Amissum. fr. 20. ex qu. c. mai. 4. 6. II. ***Op.*** Suum facere (usu). — Am. (non utendo). fr. 1. §. 1. l. l. 4. 6. Integrum, v. Salvum, esse. — Amitti. Gai. I. 181. sq. Vlp. XI. 12. sq. fr. 6. de naut. foen. 22. 2. Adquirere. fr. 15. §. 7. de usuf. 7. 1. fr. 153. de R. I. 50. 17. Conservare, Retinere. Gai. I. 161. Vlp. XI. 12. fr. 41. de LL. 1. 3. fr. 18. de S. P. R. 8. 3. III. ***Cn.*** Alienare, aut amittere, (rem, vel ius suum). fr. 41. l. 1. 3. Repudiare, vel am. (usumfr.). fr. 1. §. 1. de usuf. accr. 7. 2. Incidisse in legem, et amisisse (ius crediti). fr. 12. §. 2. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. In lege Aquilia damnum consequimur, et amisisse dicemur etc. fr. 33. pr. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 4. §. 9. vi bon. rapt. 47. 8. Qui amissis bonis, et civitate relicta nudus exsulat. fr. 7. §. 3. de cap. minut. 4. 5. Si quis testamentum fecerit, deinde amiserit testamenti factionem. fr. 1. §. 9. de B. P. s. t. 37. 11. Abdicando se, am. (imperium). fr. 20. de off. Praes. 1. 18. Repudiatione am. (hereditatem). fr. 13. pr. fr. 17. de A. v. O. H. 29. 2. Tempore am. (litem, v. usumfr. etc.). fr. 30. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 5. de usufr. 7. 1. Poena adfici, ut vel civitatem amittat, vel servus poenae efficiatur. fr. 7. de h. qu. sui. 1. 6. cf. Vlp. XI. 11. sq. — **§. 2.** *Derelinquere rem, Possessione illius excidere.* I. ***Sy.*** Mittere, Dimittere (custodiam). fr. 12. pr. fr. 14. pr. §§. 2. sq. de cust. et exh. 48. 3. Interire, Peremtum videri. Amitti (possessionem). fr. 44. pr. §. 2. de A. R. D. 41. 1. III. ***Cn.*** Quam (sc. diligentiam) si praestiterit, et aliquo fortuito casu rem amiserit. §. 4. cf. §. 2. I. Qu. mod. re contr. 3. 14. Quodsi aut male consumserit, aut furto amiserit. §. 2. I. Qu. alien. lic. 2. 8. cf. Gai. III. 205. Ius amissae rei recipiendae ab extraneo. fr. 19. pr. de captiv. 49. 15. In bello am., vel alienare (arma). fr. 3. §. 13. de R. M. 49. 16. Cum de amittenda possessione quaeratur. fr. 44. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 3.** *Amitti*, pro: *Morte, vel captivitate, subtrahi.* I. ***Sy.*** Abripi, Interimi. fr. 18. de excus. 27. 1. Mori. fr. 132. pr. de V. S. 50. 16. Mortalitas (liberorum). Amissi (liberi). Vatic. §§. 86. 87 a. III. ***Cn.*** Pater emancipavit filium, nepotem amisit, et superstite filio decessit. fr. 78. §. 10. ad S. C. Treb. 36. 1. Bello, s. Per causam belli, v. In acie, amissi

liberi. fr. 18. de excusat. 27. 1. Vatic. §§. 197. 199. fr. 14. pr. de vac. et exc. 50. 5. — §. 4. *Amittere*, pro: *Corrumpere*, *Pessum dare*. I. **Sy.** Intervertere, Corrumpere (tutelas etc.). fr. 6. fr. 7. pr. fr. 8. de cap. minut. 4. 5. III. **Cn.** Capitis minutio amittit (privata hominis, et familiae eius iura). fr. 6. l. l. 4. 5. Medicus — periculum amittendorum eorum (sc. oculorum) per adversa medicamenta inferendo etc. fr. 3. de extr. cogn. 50. 13.

Amnicus. (Adiect.) *Ad amnem pertinens*. III. **Cn.** Navicularii amnici. Nov. Valent. III. de navicul. amn. II. 29. c. 1.

Amnis. *Flumen*. I. **Sy.** Fluvius. Flumen. fr. 56. de A. R. D. 41. 1. fr. 1. §§. 7. sq. de flumin. 43. 12. III. **Cn.** Vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiici. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid.

Amoenitas. *Voluptas*, *Iucunditas*. III. **Cn.** Quae etiam gratia, et quae amoenitas sit locorum. lb. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Vt etiam non ad irrigandum, sed pecoris causa, vel amoenitatis, aqua duci possit. fr. 3. pr. de aqu. quot. 43. 20. cf. fr. 16. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Amoenus. (Adiect.) *Suavis*, *Iucundus*. III. **Cn.** Arboribus infructuosis opacae atque amoenae (gestationes, vel deambulationes). fr. 13. §§. 4. 8. de usuf. 7. 1. Viridia tollere, aut amoeniorem prospectum praestare. fr. 15. §. 1. de servit. 8. 1.

Amomum. *Species aromatum et condimentorum*. III. **Cn.** Species pertinentes ad vectigal: cinnamomum, — costum, costamomum — amomum, zingiberi etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Amor. §. 1. *Studium*, *Adfectio*, *Pietas*. III. **Cn.** Inter V. et U. donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis aestimantes. fr. 3. pr. de donat. int. V. 24. 1. Amore vitae (recepisse potius, quam dedisse). fr. 35. §. 2. de don. m. c. 39. 6. Amor et voluntas (morientis). Nov. Valent. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 4. Provisio et amor (circa reip. commoda). Amor publicus. Nov. Th. II. de Iudaeis. I. 6. c. 1. pr. de loc. reip. I. 23. c. 1. §. 2. Propter divini amoris electionem, c. 19. §. 1. de haeret. 1. 5. — §. 2. *Libido Venerea*. III. **Cn.** Capi amore virginis. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Servili amore bacchata. §. 1. I. de succ. subl. 3. 13. Vbi Venus mutatur in alteram formam, ubi amor quaeritur, nec videtur. Th. C. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult.

Amotio. *Privatio*, *Amissio*. III. **Cn.** Exsilium, aut relegationem, aut Ordinis amotionem, pati. fr. 43. de iniur. 47. 10.

Amovere. §. 1. *Loco movere*. I. **Sy.** Movere (loco, sc. terminos). Paul. I. 16. §. 1. fr. 3. pr. de term. mot. 47. 21. — §. 2. *Subtrahere*, *Intercipere*, *Supprimere*. I. **Sy.** Contrectare, Subripere. Gai. III. 195. sq. 208. fr. 3. pr. §. 4. fr. 19. sq. fr. 28. rer. amotar. 25. 2. Subtrahere, Supprimere. fr. 15. pr. fr. 25. ib. 25. 2. fr. 3. §. 6. de tab. exhib. 43. 5. III. **Cn.** Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit. Paul. IV. 7. §. 1. cf. V. 25. §. 1. fr. 2. de L. Cor. de fals. 48. 10. Id, quod servus — adita hereditatem, ex bonis hereditariis amovisset, consumsisset, corrupisset. fr. 27. §. 1. de pecul. 15. 1. cf. fr. 2. sq. si is qu. test. lib. 47. 4. Rem amovere, vel opem furi ferre. fr. 20. rer. amot. 25. 2. cf. fr. 53. pr. de furt. 47. 2. Si res tuas raptas, vel amotas esse dicis. c. 6. de ord. cognit. 7. 19. cf. fr. 3. §. 5. de incend. ruina. 47. 9. Si vir uxorem, sive uxor virum, expulit, et res amoverunt. fr. 11. pr. rer. amotar. 25. 2. — §. 3. *Excludere*, *Expellere*. I. **Sy.** Removere, Excludere. fr. 12. §. 1. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 1. §§. 1. sq. fr. 3. §. 11. de susp. tut. 26. 10. III. **Cn.** Examinandi flagitia, ac super his referendi, non amovendi, vel puniendi (potestas). Th. C. I. 14. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Aug. Amoto (filio) potior esse. fr. 12. §. 1. de B. P. c. t. 37. 4. Obscuritatem, Suspicionem etc. amov. fr. 2. §. 1. fin. regund. 10. 1. fr. 27. pr. de cond. inst. 28. 7. — §. 4. *Absolvere*, *Expedire*. I. **Sy.** Post depositam administrationem. Amoto officio, quod susceperant. Th. C. VI. 7. c. 1. de comit. qu. prov. VI. 20. c. 1. de com. ord. prim.

Amphitapum. (Adiect.) *Vtrimque villosum*. III. **Cn.** Virilia (sc. vestimenta) sunt, — veluti togae, tunicae, palliola, vestimenta stragula, amphitapa etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Amphitheatrum. *Scaena ludorum*, *vel venationum*. III. **Cn.** Circus, theatrum, amphitheatrum. fr. 3. pr. de opp. pub. 50. 10.

Amphora. §. 1. *Mensurae liquorum genus*. III. **Cn.** C. modios ex illo horreo, aut vini amphoras ex illo dolio. fr. 38. de iudic. 5. 1. Vini Campani optimi amphorae C. etc. fr. 74. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Si conduxisti navem amphorarum duo millium. fr. 10. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. — §. 2. *Vasorum vinariorum genus*. III. **Cn.** Vtputa doliis. — Idem et in seriis, et cupis, et cadis, et amphoris. fr. 15. §. 6. de usufr. 7. 1. cf. fr. 206. de V. S. 50. 16. Cum vinum habeant amphorae, tum in vasis vinariis sint. fr. 206. l. 50. 16. fr. 51. de A. v. A. P. 41. 2.

Amphorarius. (Adiect.) I. **Sy.** In amphoris diffusum, Amphorarium (vinum). fr. 6. fr. 16. pr. — §. 2. de tritic. vino. 33. 6.

Amplecti. §. 1. *Complecti*, *Comprehendere*. III. **Cn.** Postquam radicibus terram fuerint amplexae (sc. plantae). c. 11. de R. V. 3. 32. Testium voces adtestationem sunt amplexae. c. 1. §. 2. de Lat. libert. 7. 6. — §. 2. *Sequi*, *Probare*, *Adgnoscere*. I. **Sy.** Adgnoscere. Probare. fr. 28. §. 12. fr. 29. de liberat. leg. 34. 3. III. **Cn.** Sensum magis, quam verba, ampl. fr. 3. §. 9. de adim. legat. 34. 4. Optionem intra certum tempus datam ampl. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16. Qualiscunque testatio amplectendae hereditatis ostendatur. c. 9. Qui adm. ad B. P. 6. 9.

Amplexari. *Amplecti*, *Eligere*. III. **Cn.** Illis adsertionibus remotis, quibus nonnulli amplexantur, quae etc. Th. C. XIII. 6. c. 3. de praed. navicul.

Amplexus. (Subst.) *Consuetudo coniugalis*. I. **Sy.** Alterius eligere coniugium mariti. Thorum prio-

priorem secundo mutare amplexu. Ib. V. 1. c. 8. de legit. heredit. Cf. III. 12. c. 1. de incest. nupt.

Ampliare. *Augere, Promovere.* I. **Sy.** Pro incrementis aetatis. Prout aetatem ampliaverit. fr. 10. §. 2. fr. 16. §. 2. de alim. v. cib. 34. 1. III. **Cn.** Mutare, vel ampl. (ripas). fr. 1. §. 5. de flumin. 43. 12. cf. fr. 1. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3. De amplianda, vel minuenda poena damnatorum — statuere. fr. 45. §. 1. de re iud. 42. 1. Antequam daretur, aut ampliaretur dos. fr. 24. de pact. dot. 23. 4. Si debitoris, qui tunc non erat solvendo, ampliatae facultates fuerunt. fr. 56. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Generali definitione constitutionem pristinam ampliantes, sancimus etc. c. 2. ne fideiuss. dot. 5. 20. Insignibus et honoribus, v. Dignitatibus ampliari. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 3. de decurion. XII. 12. c. 12. §. 1. de legat. et decr.

Amplificare. *Ampliare.* III. **Cn.** Superna maiestas romanum amplificavit imperium. Nov. Th. II. de competition. I. 17. c. 2. pr. In qua (sc. conditione) pater eos amplificatis opibus esse voluit. c. 3. de natur. liber. 5. 27.

Amplitudo. **§. 1.** *Ambitus, Copia.* III. **Cn.** Bonitas, salubritas, amplitudo praediorum. fr. 86. de V. S. 50. 16. Exedras, — in quibus tantum amplitudinis et decoris esse monstratur. Th. C. XV. 1. c. 53. de opp. pub. — **§. 2.** *Honoris titulus, magistratibus maioribus, vel collegiis adtributus.* I. **Sy.** Sublimitas, Celsitudo (tua, s. vestra). Ib. VIII. 5. c. 9. c. 13. c. 18. §. 1. de cursu pub. VIII. 8. c. 4. de exsecut. et exactor. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.) Magnificentia, Excellentia (tua). Nov. Valent. III. de palatin. II. 7. c. 1. pr. §§. 1. sq. de postul. II. 11. c. 1. pr. §. 1.

Amplius. (Advb.) **§. 1.** *Plus, Insuper.* I. **Sy.** Plus. Gai. III. 122. fr. 34. pr. fr. 41. §. 1. de O. et A. 44. 7. Ultra. fr. 1. §. 17. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Non minus, vel etiam amplius. fr. 28. §. 2. de pact. 2. 14. Vnum tantummodo, — nihilque amplius. c. 18. §. 3. de R. M. 12. 36. cf. fr. 3. §. 10. de adim. legat. 34. 4. L. Titio tot, et hoc amplius uxori et liberis eius tot. fr. 108. §. 7. cf. fr. 90. pr. de legat. I. (30.) In vindicatione — hoc amplius ferat etc. fr. 4. de R. V. 6. 1. Nec amplius, quam debiti summam, (consequi posse). fr. 23. de pign. act. 13. 7. Et quod amplius ceperit (per legem Falcidiam). fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Amplius, quam in his est. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. fr. 61. §. 2. de furt. 47. 2. In amplius, quam facere possit, non est condemnandus. fr. 51. §. 1. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Magis, Potius.* III. **Cn.** Quis amplius quam vos cognoscit? Const. Omnem reip. in Pr. Tacito iure ad eum transeunt. — Hoc amplius — eum sequuntur etc. fr. 15. pr. de adopt. 1. 7. Amplius si etc. — non ab re est dicere. fr. 54. de fideic. libb. 40. 5. Dubium non est. Hoc amplius videbatur. fr. 58. de pact. 2. 14. Amplius dicendum est, v. dici potest. fr. 2. pr. de dote praeleg. 33. 4. fr. 2. §. 2. de L. Fab. de plag. 48. 15. Hoc amplius ait, v. scribit. fr. 8. pr. de proc. 3. 3. fr. 2. §. 1. de adm. et per. 26. 7. — **§. 3.** *Denuo, Praeterea.* I. **Sy.** Iterum, Postea. Gai. IV. 98. fr. 3. §. 13. de hom. lib. exhib. 43. 29. III. **Cn.** Nec res, quae nostra est, amplius fieri potest. Gai. IV. 4. Statim excluditur ab hereditate, et ampl. eam adire non potest. Vlp. XXII. 29. Nihil amplius quaeri. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Ex hoc contractu nullam inter se controversiam amplius esse. fr. 67. §. 3. de cond. indeb. 12. 6. Ampl. non, v. Nihil ampl., peti, v. agi. fr. 8. §. 2. fr. 17. de N. G. 3. 5. fr. 27. §. 14. D. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 14. sq. fr. 23. rat. rem hab. 46. 8.

Amplus. (Adiect.) **§. 1.** *Late patens, Copiosus.* II. **Op.** Modicum. Exiguae fortunae. — Amplae (facultates, s. pecuniae). fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) fr. 34. §. 1. de legat. III. (32.) Sufficiens, Necessarius. — Amplissimus (testium numerus). fr. 1. §. 2. de testib. 22. 5. III. **Cn.** Ampliores, quam oportuit, fructus (consequi). fr. 8. §. 1. de N. G. 3. 5. Si ea res ampla est, et ad modicum aeris fuerit pignorata. fr. 36. §. 1. de pign. act. 13. 7. Quod in navi fit, vel in alia qualibet re, vel amplissima, mobili tamen. fr. 20. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Legata ampla relicta. fr. 48. de don. int. V. 24. 1. fr. 41. §. 3. de testam. mil. 29. 1. Si non unus veniat, — sed plures quidem uno momento, uterque, vel ampliores. c. 15. §. 4. de testam. man. 7. 2. — **§. 2.** *Magnificus, Clarus.* III. **Cn.** Ordinariorum et amplissimorum iudicum auctoritas. Th. C. XII. 10. c. 8. de censu s. adscr. Amplissimus atque gloriosissimus (praefectorius ac consularis). Ib. I. 1. c. 6. §. 2. (Wck.) de const. Pr. Non tam ad clementiam nostram, quam ad amplissimas potestates (referendum). c. 29. de app. et consult. 7. 62. Amplissimi ordinis collegium. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 1. de decurion. Amplissima sibi honestamenta parere. Ib. c. 74. §. 4. l.

Amputare. **§. 1.** *Praecidere, Truncare.* III. **Cn.** Vngulas, orisque tantummodo summitatem praecidi amputarique praecipimus. Ib. VII. 4. c. 2. de erog. mil. ann. Debilitari, amputato pede. c. 3. de serv. fugit. 6. 1. Amputata radicitus invidiae lingua vellatur. Th. C. X. 10. c. 2. de petition. — **§. 2.** *Tollere, Removere.* I. **Sy.** Removere. Emendare penitus, amputareque. Ib. VIII. 18. c. 4. c. 8. §. 1. de matern. bon. Cohibere. Licentiam amp. Ib. XV. 1. c. 15. sq. de opp. pub. III. **Cn.** Amputandam, imo magis corrigendam (observationem). c. 3. pr. de iure dom. impetr. 8. 34. In certis quibusdam casibus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere (huiusmodi potestatem). c. 14. §. 1. de n. num. pecun. 4. 30. Servetur (antiquum ius), amputata constitutione etc. Th. C. II. 5. c. 1. de domin. rei.

Amputatio. *Abscissio.* I. **Sy.** Truncatio (digitorum). Ib. VII. 13. c. 4. sq. c. 10. de tiron. III. **Cn.** Summum supplicium: — vivi crematio, item capitis amputatio. fr. 28. pr. §. 1. de poen. 48. 19.

Amussis. *Regula.* Cf. v. Examussim.

An. **§. 1.** *Particulae interrogativae potestatem exhibens.* III. **Cn.** Vt ignoretur, ubi sit, et an sit; — ubi degit, et an superstes sit. fr. 10. de R. N. 23. 2. An, et quis? An, vel quae? fr. 15. de statu hom. 1. 5. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. Quid dicemus, — nullius fore momenti, an fore? fr. 3. de off. Praetor. 1. 14. Dubitari potest, an si etc. — an simul etc.? fr. 77. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 2.**

Sive, Aut. III. **Cn.** Si totam, an partem, — rogatus sit restituere. fr. 83. de A. v. O. H. 29. 2. Tribunus, dux ille an comes sit. Th. C. XII. 1. c. 128. de decurion.

Anabolicarius. *Qui operam dat speciebus navibus advehendis.* III. **Cn.** Anabolicarii a tutelis curationibusque habent vacationem. Vatic. §. 137.

Anadema. *Fascia, Redimiculum, capitis.* III. **Cn.** Quibus uti mulieres venustatis et ornatus causa coeperunt, — sicuti mitrae et anademata. fr. 26. de auro arg. 34. 2.

Anastasianus. (Adiect.) *Ad Anastasium Imp. spectans.* I. **Sy.** Anastasii, v. Ab Anastasio Principe conscripta, Anastasiana (lex, s. constitutio). c. 23. pr. §. 3. mand. 4. 35. c. 13. §. 1. c. 15. §. 1. de legit. hered. 6. 58. §. 1. I. de succ. cogn. 3. 5. III. **Cn.** Ab Anastasianis temporibus. c. 23. §. 3. l. 4. 35.

Anceps. **§. 1.** *Ambiguus.* III. **Cn.** Qui diversa duobus testimonia praebuit, cuius ita anceps fides vacillat. fr. 27. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 2.** *Periculosus.* III. **Cn.** Et ignorantes et invitos tutores — periurium anceps subire. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3. Vt in loco ancipiti. Th. C. V. 1. c. 9. de legit. heredit.

Anchora. *Dens ferreus, ad stationem navis firmandam.* III. **Cn.** Cum vi ventorum navis impulsa esset in funes anchorarum alterius. fr. 29. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Expugnatur navis, cum — anchorae involantur de mare. fr. 6. de incend. ruina. 47. 9.

Ancilla. *Serva.* III. **Cn.** Cognoscere de servo corrupto, vel ancilla devirginata, vel servo stuprato. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Servis legatis, ancillae quoque debebuntur. Paul. III. 6. §. 69. Filia, ancilla vel liberta ex S. C. Claudiano effecta. Ib. IV. 10. §. 2. Ancillam, ancillae filiam, libertam, libertae filiam, — lenonis aut arenarii filiam, (humiles abiectasque personas censemus). c. 7. de incest. nupt. 5. 5.

Ancillaris. (Adiect.) *Ad ancillas spectans.* III. **Cn.** Si quis virgines adpellasset, si tamen ancillari veste vestitas etc. fr. 15. §. 15. de iniur. 47. 10.

Ancon. *Vasorum vinariorum species.* III. **Cn.** Vt tabernae non nisi loci instrumenta sint, ut dolia, vasa, ancones, calices, trullae. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7.

Anecloglstus. (Adiect.) *Rationibus reddendis non obnoxius.* III. **Cn.** Filiis suis dederat tutores, et adiecerat: Eosque anecloglstos esse volo! fr. 5. §. 7. de adm. et per. 26. 7.

Anfractus. *Flexus viae.* I. **Sy.** Ubi flexum est. In anfractum. fr. 8. de S. P. R. 8. 3. II. **Op.** In porrectum. L. XII. Tabb. VII. 6. fr. 8. l. 8. 3. fr. 6. §. 1. Quemad. serv. 8. 6.

Angaria, v. **Angariae.** *Animalia publice exhibenda, circa vehenda onera, vel necessitates proficiscentium reip. c.* I. **Sy.** Animalia publica. Th. C. VI. 26. c. 2. §. 2. c. 5. §. 1. de curios. VIII. 5. c. 2. c. 4. pr. c. 8. pr. c. 10. sq. de cursu pub. III. **Cn.** Neque ab annona, neque ab angariis, neque a veredo, neque ab hospite recipiendo — excusari. fr. 18. §. 29. de mun. et hon. 50. 4. Praediorum collatio, viae sternendae, angariarumve exhibitio, hospitis suscipiendi munus. fr. 11. cf. fr. 10. §. 2. de vac. et excus. 50. 5. Agminales equi, vel mulae, et angariae atque veredi. fr. 18. §. 21. de mun. et hon. 50. 4. Cursu atque angariis uti. Th. C. VIII. 5. c. 66. de cursu pub. Ne angarias, vel parangarias, sive paraveredos, ulla eis — imponat auctoritas. Ib. VI. 23. c. 3. de decur. et silent.

Angarialis. (Adiect.) *Ad angarias spectans.* III. **Cn.** Qui angarialem habet copiam. Ib. VIII. 5. c. 4. §. 1.

Angariare. *Ad rei vecturariae praestationem adstringere.* III. **Cn.** Et naves eorum angariari posse. fr. 4. §. 1. de veteran. 49. 18.

Angelus. *Nuncius caelestis, Spiritus bonus.* III. **Cn.** Si quis donaverit — personae martyris, aut prophetae, aut angeli. c. 15. de SS. eccl. 1. 2.

Angiportum, v. **Angiportus.** *Locus conclusus, Iter circumseptum.* III. **Cn.** Dictum est angiportum, a portu. fr. 59. de V. S. 50. 16. Angiportus integros, vel partes, suis domibus includere, seu porticus usurpare. c. 20. de opp. pub. 8. 12.

Angularius. (Adiect.) *Angularis.* III. **Cn.** Emit lacum Sabatenem angularium [al. anguillarium], et circa eum lacum pedes X. fr. 69. de contr. emt. 18. 1.

Angulus. *Angusta pars domus, vel fundi.* III. **Cn.** Non ad angulum referendum, vel locum, — verum etiam ad omnem partem possessionis. fr. 1. §. 38. de vi et vi arm. 43. 16. Alicubi iacebant merces in angulo aliquo etc. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Angustare. **§. 1.** *Angustum efficere.* I. **Sy.** Coangustare. fr. 19. §. 5. locat. 19. 2. Th. C. XV. 1. c. 39. de opp. pub. — **§. 2.** *Cohibere, Continere.* I. **Sy.** Arctare. Cf. h. v. III. **Cn.** Quae (sc. curricula) intra spatium lege receptum angustari nequeunt. Ib. II. 7. c. 2. de dilation.

Angustia. *Arcti fines, Modus exiguus, Periclitatio.* II. **Op.** Secundum angustias, seu prolixitates (locorum). fr. 2. §. 7. testam. quemad. ap. 29. 3. Propter verborum angustias, defraudare. — Latius et pinguius interpretari. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. III. **Cn.** Si quis propter angustias temporis, aut quia reip. c. aberat, non potuerit etc. fr. 9. pr. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 16. ex qu. c. mai. 4. 6. Pro rei frumentariae angustiis. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. Hae iuris angustiae postea emendatae sunt. §. 1. I. de S. C. Tertull. 3. 3. Inter eius ferales angustias comprehensus. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid.

Angustus. (Adiect.) **§. 1.** *Depressus.* III. **Cn.** Si cui prospectus, si cui aditus sit deterior, aut angustior. fr. 2. §. 12. ne qu. in loco pub. 43. 8. Humiliores aliquanto atque angustiores putantur (aditus etc.) Ib. XV. 1. c. 53. de opp. pub. — **§. 2.** *Definitus, Circumscriptus.* II. **Op.** Plena, — Angusta (optio tutoris). Gai. I. 151. sqq. III. **Cn.** Angustissimum tempus legem praestitisse etc. fr. 12. §. 6. Qui et a qu. man. 40. 9. Huiusmodi prolixitatem in angustum coarctare. c. 1. de sent. qu. pro eo. 7. 47.

— §. 3. *Egenus.* I. **Sy.** Mediocris (homo). fr. 4. pr. fr. 22. §. 1. de usu et hab. 7. 8.

Anima. §. 1. *Spiritus, Vita.* III. **Cn.** Quae ratione, vel anima carent res. fr. 47. de A. v. A. P. 41. 2. cf. Gai. III. 217. Ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant. §. 4. I. de succ. libert. 3. 7. cf. §. 3. I. de pub. iud. 4. 18. — §. 2. *Res, quae vita praeditae sunt.* I. **Sy.** Capitatio humana atque animalium. In animarum descriptione (relevata etc.). Th. C. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. — §. 3. *Vmbrae defunctorum.* I. **Sy.** Manes. Solutae membris animae. Nov. Valent. III. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. pr. cf. Th. C. IX. 35. c. 5. de quaestion. — §. 4. *Mens, Iudicium.* III. **Cn.** Tam aures, quam animae vestrae — accipiant. Prooem. Inst. §. 3. Sacrosanctum cunctis esse debere hospitium virilis animae. Coll. LL. M. V. 3.

Animadversio. §. 1. *Poenae capitalis irrogatio.* II. **Op.** Coërcitio (modica). fr. 1. §. 1. fr. 5. §. 1. de off. eius. 1. 21. III. **Cn.** Capitis, s. Capitalis, anim. fr. 2. §§. 16. 18. de O. I. 1. 2. Vltima flammarum animadversione consumi. Th. C. VII. 18. c. 2. de desertor. cf. IX. 16. c. 7. de malef. et math. — §. 2. *Qualiscunque poenae irrogatio.* I. **Sy.** Poena. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Executio (publica, v. privata). fr. 7. §. 1. fr. 15. §§. 9. 28. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Animadv., — ut aut multetur, aut in lautumias, vel in vincula publica ducatur. fr. 1. §. 4. de aleator. 11. 5. Pecuniaria, v. Dupli etc. animadv. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Th. C. XI. 4. c. 1. ne collat. p. logogr. Extraordinaria animadversione coërceri. c. 1. de accusat. 9. 2. Paul. R. S. V. 30. B. §. 1.

Animadversus. (Partic.) *Qui mortis poenam passus est.* III. **Cn.** Corpora animadversorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda. fr. 3. cf. fr. 1. de cadav. punitor. 48. 24.

Animadvertere. §. 1. *Adtendere, Cognoscere, Observare.* III. **Cn.** Cum quaeratur, — animadverti debet. fr. 5. de R. C. 12. 1. fr. 62. §. 1. de R. V. 6. 1. Qui dixerunt esse etc. — non animadverterunt etc. Gai. IV. 1. Idem probat, et adiicit mirari se a nemine animadversum, quod etc. fr. 13. pr. de in diem add. 18. 2. Vulgo animadv. licet. fr. 32. mand. 17. 1. Non animadverto, quemadmodum possit etc. fr. 45. §. 2. de proc. 3. 3. fr. 87. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Animadv. debemus ne. Gai. I. 83. fr. 30. §. 2. 1 1. 35. 2. — §. 2. *Examinare commissum, et qualicunque modo punire.* III. **Cn.** Eam rem apud arbitrum ex causa animadvertendam, ut etc. fr. 8. Qu. in fr. cred. 42. 8. fr. 28. de probat. 22. 3. Praetor ait: — Prout quaequae res erit, v. ut quisque deliquerit, animadvertam. fr. 1. pr. de aleator. 11. 5. fr. 15. §§. 25. 28. de iniur. 47. 10. fr. 4. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Graviter, v. Severe, — Extra ordinem, animadv. Paul. I. 16. §. 1. V. 4. §. 13. fr. 1. §. 1. fr. 5. de extr. crim. 47. 11. — §. 3. *Mortis poenam irrogare.* I. **Sy.** Capite damnare. fr. 1. fr. 3. de cadav. punit. 48. 24. III. **Cn.** Animadvertendi, coërcendi, vel atrociter verberandi (ius). fr. 11. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Habere gladii potestatem, ad animadvertendum in facinerosos homines. fr. 3. de iurisd. 2. 1. Vltimo supplicio animadverti in. fr. 4. §. 2. ad L. Cor. de sic. 48. 8. In caput civis R. animadv. fr. 2. §. 16. cf. §. 30. de O. I. 1. 2.

Animal. §. 1. *Quodcunque vivum.* II. **Op.** Res, quae anima carent. — Animalia. Gai. III. 217. fr. 1. §. 1. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Ius, quod natura omnia animalia docuit. fr. 1. §§. 3. sq. de I. et I. 1. 1. Omne animal aut facit, aut patitur etc. fr. 124. de V. S. 50. 16. Si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen. fr. 12. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. — §. 2. *Pecus omne.* I. **Sy.** Quadrupes. Gai. I. 120. sq. II. 15. sq. Vlp. XIX. 1. Pecus. Th. C. VII. 1. c. 9. de R. M. III. **Cn.** Homines, v. Servi, s. mancipia, — et caetera animalia. Gai. II. 32. III. 217. fr. 48. §. 6. de Aed. ed. 21. 1. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. Animalia, quae terra, mari, caelo capiuntur. Gai. II. 66. Anim., quae pecudes non sunt: — quae ferarum bestiarum numero sunt. fr. 29. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. Gai. II. 16. Vlp. XIX. 1. — §. 3. *Animalia,* pro: *Pecora cursualia, vel evectioni publicae destinata.* III. **Cn.** An. publica, v. publici cursus. Th. C. VIII. 5. c. 2. c. 8. pr. c. 10. c. 23. §. 3. sq. de cursu pub. XI. 1. c. 9. de ann. et trib. Qui animalia atque equos, sacro usui necessarios, prosequuntur. Ib. VIII. 6. c. 2. de tractor. et stativ. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat.

Animalis. (Adiect.) *Vita praeditus.* II. **Op.** Animales res. — Quae anima carent. fr. 1. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 47. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Res moventes, non animales. fr. 2. de supell. leg. 33. 10. Agi ea, quae animalia sunt. fr. 235. pr. de V. S. 50. 16.

Animans. (Partic.) *Animatum, Vivum.* II. **Op.** Si vivo eo fuit conceptus. — Quo vivo nondum animans [al. animax] fuerit. fr. 1. §. 8. unde cogn. 38. 8. III. **Cn.** Spem animantis cum gravida peremisse videri. fr. 2. de mortuo infer. 11. 8.

Animare. §. 1. *Animum, v. Consilium, suum in aliquid dirigere.* III. **Cn.** Hostili animo adversus remp. vel Principem animatus. fr. 11. ad L. Iul. mai. 48. 4. cf. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Iustitia necessariae legationis animati. Ib. X. 10. c. 19. de petit. et ultro dat. — §. 2. *Hortari, Provocare.* II. **Op.** Aut animentur spe (levioris impensae), — aut certe metu (congruae severitudinis) urgeantur. Ib. VI. 4. c. 21. §. 3. de Praet. et Qu. III. **Cn.** Quatuor millia obsoniorum — decernat, quibus copiis populus animetur. Ib. XIV. 4. c. 10. §. 5. de suar. cf. XIII. 5. c. 7. de navicul.

Animose. (Advb.) *Impetuose.* III. **Cn.** Si obiiciatur creditori, quod animose licitus est. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2.

Animositas. *Fortitudo.* III. **Cn.** Laudabili animositate contra hostem manus suas viresque promittere. Nov. Valent. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. §. 14.

Animosus. (Adiect.) *Impetuosus, Strenuus.* III. **Cn.** Cognoscere, animosiorem eius rei emtorem esse, quam tibi mandatum est. fr. 36. §. 1. mand. 17. 1. Cultus hodiernus (sc. loci), qui per industriam homi-

nis animosi accessit. Th. C. XIII. 6. c. 7. §. 1. de praed. navicul.

Animus. §. 1. *Mens, Iudicium.* III. *Cn.* Animum corpusque durare (in tormenta). fr. 18. §. 1. de quaestion. 48. 18. Interdum — vitium corporale usque ad animum pervenire, et eum vitiare. fr. 1. §. 9. de Aed. ed. 21. 1. Quod (sc. munus) corporibus, labore, cum sollicitudine animi ac vigilantia, solemniter exstitit. fr. 1. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. Quam per incertam opinionem animo suo subiicit (testator). Gai. II. 238. Quae animi destinatione agenda sunt. fr. 76. de R. I. 50. 17. fr. 4. de concub. 25. 7. Qui (sc. impubes) nondum plenum iudicium animi habet. In quo (sc. furioso) animus deest, ut etc. Vlp. XX. 12. fr. 2. §. 1. de proc. 3. 3. Hominum, v. Populares, v. Simplices etc. animos (movere, v. turbare etc.). Paul. V. 21. §§. 1. sq. c. 23. de legat. 6. 37. c. 3. de ind. viduit. 6. 40. Motus, v. Adfectus, animi. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 17. §§. 3. sq. de Aed. ed. 21. 1. Secundum pietatis rationem, et animi sui patientiam. fr. 23. de h. qu. not. inf. 3. 2. c. 14. de h. qu. accus. n. p. 9. 1. Cum ira sui animi et offensa. fr. 32. §. 10. de don. int. V. 24. 1. Dolorem animi sui, item iniuriam — persequi. Coll. LL. M. IV. 11. — §. 2. *Propositio, Consilium.* I. *Sy.* Voluntas. Ib. I. 6. fr. 15. sq. de N. G. 3. 5. fr. 33. §. 3. fr. 34. pr. de donat. 39. 5. Adfectus, s. Adfectio. Gai. II. 50. Paul. II. 31. §. 35. fr. 3. §§. 3. 6. de A. v. A. P. 41. 2. Propositio (animi). Mens. fr. 24. §. 8. de fideic. libb. 40. 5. fr. 225. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Animo et voto (liberorum procreandorum). fr. 220. §. 3. ib. 50. 16. Animo, vel consilio. fr. 3. §. 6. de tab. exhib. 43. 5. Animo et corpore, — Animo solo, vel nudo (adquirere, v. retinere etc. possessionem). Gai. IV. 153. Paul. V. 2. §. 1. fr. 3. §§. 1. 3. 6. fr. 8. fr. 25. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Quae non quidem malo animo, sed malo exemplo (dedit etc.). fr. 3. §. 2. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Si non ex animo, sed extra (venit delictum). c. 1. si adv. delict. 2. 35. Amorem honestum solis animis aestimantes. fr. 3. pr. de don. int. V. 24. 1. — §. 3. *Habitus, Consuetudo, Mores.* I. *Sy.* Consuetudo (revertendi). Gai. II. 68. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1. III. *Cn.* Si deterius mancipium, sive animo sive corpore, factum sit. fr. 23. pr. fr. 25. §§. 5. sq. de Aed. ed. 21. 1. fr. 9. §. 3. de servo corr. 11. 3. fr. 8. §. 2. comm. div. 10. 3. Semproniam pertinere ad animum meum, cognovisti. fr. 60. §. 1. mand. 17. 1.

Annales. (Subst.) *Acta publica (iudicialia) intra annum digerenda.* III. *Cn.* Vt adpellatio litigantium — nectatur annalibus. Th. C. XI. 30. c. 65. de app. et poen.

Annalis. (Adiect.) §. 1. *Anni finibus circumscriptus.* I. *Sy.* Annus. Annale tempus. c. 15. §§. 4. 6. de testam. man. 7. 2. Annua, Annalis (actio, v. interdictum, v. reditus etc.). fr. 1. §. 10. Qu. de pecul. act. 15. 2. fr. 1. §. 4. fr. 4. de interd. 43. 1. c. 49. §§. 2. sq. de episc. et cler. 1. 3. III. *Cn.* Vsque ad annum admittenda est (poenitentia eius), cum et ipsa (sc. B. P. filii) annalis est. fr. 6. §. 1. ad S. C. Tertull. 38. 17. Confestim, — ubi primum potuit, — ita tamen ut nullo modo annale tempus excederet. fr. 2. §. 43. ib. 38. 17. — §. 2. *Anniversarius.* II. *Op.* Semel relicta, — Annalia (legata, v. fideicommissa). c. 22. de legat. 6. 37. c. 8. §. 4. de bon. qu. lib. 6. 61.

Anniculus. *Qui primum aetatis annum egressus est.* III. *Cn.* A VI. mensibus, quoad anniculus fiat; — ab anniculo, quoad fari possit. fr. 1. §. 10. de insp. ventre. 25. 4. Agnus VI. mensium. — Agni, qui minores anniculis essent. fr. 60. pr. de leg. III. (32.) Si filium procreaverint, et is filius anniculus fuerit. Gai. I. 29. 32. Vlp. III. 3. Minor anniculo, v. Nondum anniculus, (filius, v. infans). Gai. I. 73. fr. 23. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2.

Anniversarius. (Adiect.) §. 1. *Singulis annis revertens.* III. *Cn.* Anniversariis vicibus emissa (indictio). Th. C. XI. 16. c. 8. de extr. s. sord. Integro singuli anniversario anno transcurso cogantur exponere. Ib. XII. 6. c. 11. de susceptor. Conditio percipiendi reditus fundorum anniversaria praestetur. fr. 21. §. 5. de ann. legat. 33. 1. Munus anniversarium agere. Th. C. VI. 29. c. 6. de curios. — §. 2. *Annalis.* II. *Op.* Intra anniversarii temporis curriculum. — Intra V. menses. Ib. XIII. 10. c. 5. de censu s. adscr.

Annona. §. 1. *Frumentum usibus reip. destinatum.* III. *Cn.* Annonae et cellarienses species. Th. C. VII. 4. c. 32. de erog. mil. ann. Conferendae species, excepta annona (limitaneorum). Ib. XI. 1. c. 21. de ann. et trib. Qui annonam urbis adiuvant, v. annonae urbis serviunt. Vatic. §§. 235. sqq. fr. 5. §. 3. de iure imm. 50. 6. Praebitio annonae. fr. 2. de nundin. 50. 11. — §. 2. *Cura, v. Ratio, publica annonaria. Census frumentarius.* III. *Cn.* Annonae, ac similium, cura. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Ad annonam tollere, v. In annonae subsidia contrahere (frumentum etc.). fr. 43. §. 1. de pign. act. 13. 7. fr. 7. pr. de app. rec. 49. 5. Curator, qui annonam administraturus est. Praefectus annonae. fr. 21. §. 2. de app. et relat. 49. 1. fr. 3. §. 2. de L. Iul. de ann. 48. 12. Vatic. §§. 233. 235. Ob utilitatem popularis annonae. fr. 37. de poen. 48. 19. Annonam adtentare et vexare, v. onerare. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. Arctiorem annonam praebere. — Frumentum vilius, quam annona exigit, vendere. fr. 17. de compens. 16. 2. fr. 3. pr. de L. Iul. de ann. 48. 12. fr. 8. ad munic. 50. 1. fr. 5. pr. de adm. rer. ad civ. 50. 8. — §. 3. *Singula pars annonae publicae capiendae. Emolumenta publica.* III. *Cn.* Domus, aut annonae civiles, aut quaelibet aedificia etc. c. 12. de hered. inst. 6. 24. Onera annonarum et contributionum temporalium. fr. 32. §. 6. de adm. et per. 26. 7. Annonas et capitum, v. capitationem, (consequi etc.). Th. C. VII. 4. c. 13. c. 17. de erog. mil. ann. VIII. 1. c. 3. de numerar. Iulian. ep. nov. c. 15. §. 52. Annonas, vel emolumenta (percipere). Th. C. VII. 4. c. 27. Nec annonas, nec strenas (perc.). Ib. VI. 30. c. 11. de Palat. S. largg. Nulli — frumentum de horreis publicis pro annona penitus praebeatur. Ib. XIV. 16. c. 2. de frum. urb. Const. De novello vino anno-

nam dari. Ib. VII. 4. c. 25. Quae in specie praebentur, — Adaeratae (annonae). Ib. VII. 4. c. 28. c. 31. Singulas, v. Binas, v. Quaternas etc. annonas adipisci etc. Ib. VI. 24. c. 2. de domest. VIII. 1. c. 3. c. 10. de numerar.

Annonariae. (Substant.) *Species annonae praestandae.* Cf. v. Annonarius. (Adiect.)

Annonarius. (Subst.) *Qui praeest militari annonae.* III. **Cn.** Annonarii et actuarii. Th. C. I. 1. VIII. 1. c. 3.

Annonarius. (Adiect.) *Ad annonam publicam spectans.* I. **Sy.** Subsidia annonarum. Frumenta. Annonae. Species annonariae. Annonariae (p. se pos.). Ib. VI. 24. c. 1. sq. de domest. et protect. XI. 1. c. 3. c. 8. c. 15. c. 29. de ann. et tribut. III. **Cn.** Statum urbis et annonariam rationem (firmare). Ib. I. 6. c. 5. (Wck.) de off. Prf. Vr. Officium urbanum, vel annonarium. Ib. l. l. XIII. 5. c. 38. pr. de navicul. Functiones, Necessitates, annonariae. Ib. XI. 1. c. 14. de ann. et trib. XI. 14. c. 1. de condit. in pub. horr. Collatio annonaria. c. 1. de praescr. XXX. 7. 39.

Annositas. *Copia annorum.* I. **Sy.** Series, v. Curricula, annorum. Cursus annositatis. Th. C. XIII. 6. c. 10. de praed. navicul. cf. Nov. 36. III. **Cn.** Nemo privilegii alicuius praetextu, aut annositatis se defendat obstaculo. Th. C. I. 15. c. 12. (Wck.) de off. Vicar. cf. XII. 1. c. 113. de decurion.

Annosus. (Adiect.) *Qui multos annos explevit.* III. **Cn.** Annosa militia, et longa stipendiorum mole (vexatus). Ib. VI. 27. c. 16. §. 1. de agent. in reb. Licet annosum te esse dicas. c. 3. de decur. 10. 31.

Annotare. Cf. v. Adn.

Annualis. (Adiect.) *Anniculus.* III. **Cn.** Agni non continentur, nisi annuales [al. annales] sint. Paul. III. 6. §. 74.

Annulus. Cf. Anulus.

Annus. §. 1. *Spatium temporis, X. vel XII. menses comprehendens.* III. **Cn.** Annus X. mensuum. Vatic. §. 321. Ann., quo intercalatum non est. fr. 98. pr. de V. S. 50. 16. Annus, qui ex continuis 365 diebus — constet. fr. 4. §. 5. de statulib. 40. 7. Intra annum et VI. menses. Vlp. XVI. 1. cf. Gai. IV. 104. Anni mensibus prioribus V. Ib. 152. Maior pars anni. Ib. 150. 160. Paul. V. 6. §. 1. fr. 156. de V. S. 50. 16. In anno, quo primum de ea re experiundi potestas erit. fr. 1. pr. Qu. de pecul. act. 15. 2. — §. 2. *Anni*, pro: *Aetas hominis.* I. **Sy.** Annorum tot, Eius aetatis (esse). Gai. I. 15. 17. III. **Cn.** Iam grandis natu, et fere annorum L. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Lege Papia finiti, Legis Laetoriae (anni). Vlp. XVI. 1. Th. C. VIII. 12. c. 2. de donat. Donec eos ingrediatur annos, qui iam tutoribus curatoribusve publicis non egeant. Ib. XIII. 10. c. 6. de censu s. adscr. cf. IV. 14. c. 1. §. 2. de act. certo temp. Aestimare annis (pubertatem). Gai. I. 196. Praecedere annis aliquem. fr. 40. §. 1. de adopt. 1. 7.

Annuus. (Adiect.) §. 1. *Singuli anni metis circumscriptus.* I. **Sy.** Annalis, Anno finienda, Annua (actio). fr. 1. §. 1. fr. 2. pr. §. 1. Qu. de pecul. act. 15. 2. II. **Op.** Annua, — Semestria (stipendia). Tab. Heracl. Lin. 28. A. Nesp. Annua, bima, trima, quadrima etc. die. — Statim, v. Praesenti die. Vlp. VI. 8. fr. 8. §. 3. de pign. act. 13. 7. fr. 19. pr. fr. 30. pr. §. 2. fr. 49. §§. 1. 3. de legat. I. (30.) fr. 3. pr. de ann. legat. 33. 1. III. **Cn.** Vsus annuus. Possessio, Vsucapio, annua. Gai. I. 111. II. 54. fr. 4. §. 2. de penu leg. 33. 9. Spatium, v. Tempus, annuum. fr. 22. l. l. 33. 1. fr. 4. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. — §. 2. *Quotannis revertens, Anniversarius.* I. **Sy.** Quotannis, In annos singulos. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. fr. 6. de ann. legat. 33. 1. fr. 12. §§. 4. sqq. Qu. dies legat. 36. 2. II. **Op.** Menstruus. fr. 8. §§. 23. sq. de transact. 2. 15. fr. 15. pr. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Quae certam formam erogationis annuae, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. fr. 10. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Qui (sc. tituli) annui atque solemnes sunt. Th. C. XII. 7. c. 3. de ponderator. Fructus (fundi) annui. Pensiones annuae. fr. 20. de usuf. 7. 1. fr. 12. §. 4. Qu. dies legat. 36. 2. Si acceptura certum quid annuum, (filiae suae usumfr. locavit). c. 18. de iure dot. 5. 12. Annui nomine dare etc. fr. 22. de pact. dot. 23. 4. fr. 10. §. 2. de ann. legat. 33. 1. Stipulari, Relinquere etc. annuum. fr. 12. fr. 14. ib. 33. 1. fr. 28. §§. 6. sq. fr. 33. de donat. int. V. 24. 1.

Ansa. *Manubrium.* III. **Cn.** Si quid additum erit, toto cedit, ut statuae pes aut manus, scypho fundus aut ansa. fr. 26. §. 1. de A. R. D. 41. 1. fr. 23. §. 2. de R. V. 6. 1.

Ansarium. *Tributi genus.* III. **Cn.** Si pro possessione — vos debita fiscalia exsolvisse constat. — Si — solutam ansariam pro aliena re cognoscit. Titt. ex Corp. Hermogen. Cod. III. 1.

Anser. *Avis ex genere altilium.* III. **Cn.** Avibus legatis, anseres, phasiani et gallinae, et aviaria debebuntur. fr. 66. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §. 76. Feri anseres. fr. 5. §. 6. de A. R. D. 41 1.

Anserinus. (Adiect.) *Ad anseres spectans.* III. **Cn.** Lana legata, etiam leporinam lanam, et anserinam, et caprinam credo contineri. fr. 70. §. 9. de legat. III. (32.)

Antapocha. Cf. v. Apocha.

Ante. (Praepos.) §. 1. *Iuxta, Ad, Apud.* III. **Cn.** Ante domum mari iunctam, molibus iactis. fr. 52. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Cuius ante aedificium earum quae viae erunt. Tab. Heracl. Lin. 21. sq. 34. Aer. Br. Proscribere palam, — ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur. fr. 11. §. 3. de instit. act. 14. 3. Quae emancipatio solebat ante Praesidem fieri, modo ante curiam facienda est. Epit. Inst. Gaii. I. 6. §. 3. — §. 2. *Loco potiore, Prae.* III. **Cn.** Ante heredis institutionem. — Inter medias heredum institutiones. Paul. III. 6. §. 2. Vlp. I. 20. sq. Deferri, Dari, Legari, ante etc. Gai. II. 229. Vlp. l. l. fr. 91. de R. I. 50. 17. Esse ante alios (in potestate). fr. 5. de h. qu. sui. 1. 6. — §. 3. *Tempore priore.* I. **Sy.** Priusquam. Prius. fr. 4. §. 6. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 7. §§. 17. sq. de pact. 2. 14. Ante diem. Superante die. Gai. II. 168. II. **Op.** Iam constitutus in dignitate. — Ante

dignitatem. fr. 5. de Senator. 1. 9. In furore. — Ante furorem. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. Per legem (factum est). — Ante eam legem. Gai. IV. 15. III. **Cn.** Ante exsistentem conditionem, v. venientem, s. statutum etc., diem. fr. 12. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 10. de condict. indeb. 12. 6. Ante aditam hereditatem, v. aditionem. Gai. II. 9. 35. 144. 189. III. 12. 86. Vlp. XIX. 12. sq. Ante hoc chirographum. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. — **§. 4.** *Circa, Contra.* III. **Cn.** Nullam navem — ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem — excusari posse. Nov. Th. II. de navib. non excus. I. 7. c. 1. pr.

Ante, Antea. (Advb.) *Prius, Anteriore tempore.* I. **Sy.** Olim. Paul. V. 26. §. 1. V. 29. §. 1. Coll. LL. M. XIV. 2. II. **Op.** In praesenti. Hodie. Nunc. Pr. I. de libertin. 1. 5. Paul. V. 24. §. 1. V. 26. §. 1. V. 29. §. 1. Gai. I. 102. Vlp. VIII. 4. Vatic. §. 236. Postea, s. Post. Gai. III. 122. 180. Vlp. XIX. 12. sqq. fr. 16. §. 2. de iure patron. 37. 14. fr. 12. pr. fr. 132. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Nec ante, nec aliter (debere). fr. 244. ib. 50. 16. Emeritis stipendiis, vel ante. fr. 2. §. 2. de h. qu. not. inf. 3. 2. Refert, incipiat tunc (debitum), an ante fuerit nomen debitoris. fr. 38. de N. G. 3. 5. Ante, quo tempore. Gai. III. 122. Multo ante. fr. 2. §. 8. si qu. caut. 2. 11.

Anteactus. (Partic.) *Praeteritus, Anterior.* I. **Sy.** Praeteritum, Anteactum (tempus). Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §§. 1. sq. III. **Cn.** Habetur ratio — anteactae vitae. fr. 5. pr. de R. M. 49. 16. Veniam in anteactum dedit. fr. 1. pr. de fugitiv. 11. 4.

Antecedens. (Partic.) *Prior, Praecedens.* I. **Sy.** Antiquior, Prior (creditor). fr. 3. Qu. res pign. 20. 3. fr. 12. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. Superior, Prior. Gai. I. 45. Vlp. I. 24. II. **Op.** Inferior (gradus). fr. 49. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Antecedentium Principum. humanitas. Th. C. XIV. 2. c. 1. de priv. corpor. In ordine (pignorum) antecedentes creditores. c. 7. de O. et A. 4. 10. Antecedentis temporis periculum. fr. 58. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Ex antecedente causa descendentes (pecuniae). c. 13. de non num. pec. 4. 30.

Antecedere. §. 1. *Conspicuo loco incedere, s. ambulare.* III. **Cn.** Qui domini funus pileati antecedunt. c. 1. §. 5. de Lat. libert. 7. 6. — **§. 2.** *Praecedere alios, Anteferri.* I. **Sy.** Is, quem nemo antecedit. Proximus. fr. 92. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Venire post, Sequi (alios). fr. 92. l. 50. 16. c. 5. eod. 6. 38. — **§. 3.** *Tempore praeire.* III. **Cn.** Vtrum antecesserit (nuptias), an secuta sit, vel penitus praetermissa. Th. C. III. 5. c. 8. pr. de sponsal. Non posse competere, v. adquiri, cum non antecesserit, s. si non antecedat (mandatum, v. possessio etc.). fr. 20. §. 1. mand. 17. 1. fr. 3. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2.

Antecellere. *Praecellere, Praevalere.* III. **Cn.** In tantum valere — volumus, ut non antecellat (usumfr.). c. 13. de usuf. et habit. 3. 33. Cunctis — antecellat dignitatibus. c. 3. de off. Prf. Vr. 1. 28.

Antecessor. §. 1. *Praecedens.* I. **Sy.** Anterior possessor. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. II. **Op.** Successor. fr. 55. de iudic. 5. 1. III. **Cn.** Edictum, quod ab antecessore datum est. fr. 55. l. 5. 1. Quod — antecessores nostri non meruerunt. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Magister doctrinae iuris civilis.* I. **Sy.** Magister et iuris interpres. Professor legum. c. 1. §. 3. c. 2. §§. 9. 22. de vet. iure enucl. 1. 17. cf. §§. 3. sq. 6. Prooem. Inst.

Antedictus. (Partic.) *Supra memoratus.* III. **Cn.** Quo — et antedictae curiae vires possint in posterum respirare. Th. C. XIII. 11. c. 8. de censitor.

Antefatus. (Partic.) Idem. I. **Sy.** Praedictae, Praefatae, Antefatae (causae etc.). Iulian. ep. nov. c. 107. §. 373. sq. c. 108. §. 388. c. 111. §. 409. III. **Cn.** Secundum antefatum modum. Ib. c. 36. §§. 140. 160. Ab antefato tempore. Ib. c. 29. §. 102.

Anteferre. §. 1. *Proferre, Priore, v. Conspicuo, loco proponere, et promulgare.* III. **Cn.** Rescriptum — proposito programmate celeberrimis in locis volumus anteferri, et gesta — subnecti. Th. C. XVI. 5. c. 37. de haeret. Priscae constitutiones, quarum series orationis paginis antelata est. Ib. XIII. 5. c. 16. §. 1. de navicul. Vt antelatae formae declarant. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. — **§. 2.** *Praeferre.* II. **Op.** Postferre. Th. C. VII. 12. c. 2. de commeat. III. **Cn.** Caeteris anteferri. c. 11. §. 1. de advoc. div. iudicior. 2. 7. His antelati fisci patroni. c. 4. §. 5. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Antegestum. (Partic.) *Gestum ante hoc.* III. **Cn.** Ex antegesto non habere, v. competere (actiones). fr. 4. de curat. bon. 42. 7. fr. 3. de sentent. pass. 48. 23. Cf. v. Gestum.

Antehac. (Advb.) *Ante hoc tempus.* I. **Sy.** In praeteritum. In anteactum tempus. Coll. LL. M. VI. 4. II. **Op.** Posthac. Ib. l. 1.

Antemeridianus. (Adi.) *Matutinus.* I. **Sy.** Antemeridianae, Primae diei (horae). fr. 3. §. 1. de oper. libert. 38. 1. fr. 2. §. 1. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Meridianum — Pomeridianum (tempus). fr. 26. pr. de oper. libert. 38. 1. Th. C. I. 7. c. 7. de off. Rect. Pr.

Antenna. *Instrumenti navis pars.* III. **Cn.** Quae coniuncta navi essent, veluti gubernacula, malus, antennae, velum. fr. 44. de evict. 21. 2. Ictu fulminis deustis armamentis, et arbore, et antenna. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2.

Anteponere. *Praeferre.* I. **Sy.** Antestare. Anteponi. [Cf. v. Antestare.] Opponi. Praeponi. §§. 3. 5. I. de S. C. Tertull. 3. 3. II. **Op.** Aequare. Th. C. VI. 10. c. 2. de primicer. Post alios vocare. §. 15. I. de hered. qu. ab intest. 3. 1. III. **Cn.** Qui nec omnibus anteponuntur, nec deteriores omnibus sunt, sed status mediocris inveniuntur. c. 35. §. 1. de donat. 8. 54. Nullam — patiantur iniuriam, neve se illis ullus anteponat. Th. C. VI. 18. c. 1. de comit. vac.

Antequam. (Advb.) *Priusquam.* I. **Sy.** Nondum. fr. 4. §. 6. fr. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. III. **Cn.** Ne (concedatur etc.) antequam etc. c. 7. pr. de advoc. div. iudicum. 2. 8. fr. 2. de mortuo inf. 11. 8. Nec est (heredis possessio), antequam (possideat). fr. 1. §. 15. si is qu. test. lib. 47. 4. Nullius

in bonis sunt (hereditariae res), antequam (aliquis heres exsistat). Gai. II. 9. Esse praeposterum, ante nos locupletes dici, quam adquisierimus. fr. 63. pr. ad L. Falc. 35. 2. Decedere, antequam (res — geri coeperit). fr. 6. de iurisd. 2. 1.

Anterior. *Prior, Praecedens.* II. **Op.** Iunior. Post, s. Postea, editus, v. natus. §. 3. I. de legit. agn. succ. 3. 2. c. 10. sq. de natur. lib. 5. 27. Tam anteriores leges, quam Principales constitutiones. §. 6. I. de mil. testam. 2. 11. Anteriores DD. Principes. — Nostra (Digesta etc.). §. 2. I. de emt. vend. 3. 24. Quae ad novum capitulum pertinent. — Quae apud anteriorem iudicem propositae. c. 4. de temp. et repar. app. 7. 63. III. **Cn.** Fiscus — privati iure pro anterioribus suae successionis temporis utitur. fr. 6. pr. de iure fisci. 49. 14. Quod superfluum ex anteriore credito accepit. fr. 12. §. 5. Qu. potior. 20. 4. Praetendere anteriora (iura). c. 7. §. 2. de praescr. XXX. 7. 39. Reddi anterioribus officiis Th. C. XII. 1. c. 78. de decurion. Anterioribus sanctionibus, vel veteris iuris, vel nostris. c. 3. ubi et ap. qu. cogn. 2. 47.

Antestare. *Praecellere.* I. **Sy.** Anteferri, Anteponi. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar.

Antestari. *Ad testimonium rogare.* III. **Cn.** Si in ius vocat, ni it, antestator. L. XII. Tabb. I. 1. Impubes libripens esse non potest, neque antestari. Fr. Livii Drusi Icti. Ap. Priscian. art. gramm. VIII.

Antevenire. Cf. Antevertere.

Antevertere. *Occupare, Praevenire.* III. **Cn.** Quodsi — voluntaria morte supplicium antevertit [al. antevenit]. c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

arca. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Cum proficisceretur, — arcam clusam cum veste et instrumentis commendavit. fr. 26. pr. depos. 16. 3. Si inquilinus arcam aeratam in aedes contulerit. fr. 19. §. 5. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Theca sepulcralis.* III. **Cn.** Qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulerit. fr. 7. §. 1. de relig. 11. 7. — **§. 3.** *Receptaculum pecuniae, tam publicae, quam privatae.* III. **Cn.** In ea arca, in qua instrumenta et cautiones debitorum erant, pecunia numerata inventa est. fr. 64. de legat. III. (32.) Quantum pretii in arca habeo. fr. 7. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Legare, v. Promittere stipulanti, pecuniam quae in arca est. fr. 30. §. 6. fr. 34. §. 4. fr. 51. fr. 108. §. 10. de legat. I. (30.) fr. 1. §. 7. de dote praeleg. 33. 4. In communem arcam pecuniae versae. fr. 82. pro soc. 17. 2. Ad exemplum reip. habere res communes, arcam communem, et actorem etc. fr. 1. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Publicae viae munitiones, arcae frumentariae, — annonae divisio. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Quod refertur in conditis, vel in arca continetur. Th. C. XII. 9. c. 2. de iis qu. ex pub. collat. cf. XI. 28. c. 9. c. 16. de indulg. debitor. Quae tam ad arcam sublimium potestatum, quam ad largitiones pertinent. Ib. c. 6. l. l. cf. c. 3. pr. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Sive arcae sublimitatis tuae, sive thesauris, sive sacro debentur aerario. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 1. Scrinium, Ratiocinia, arcae. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Th. C. XII. 6. c. 30. de susceptor.

Arcadianus. (Adiect.) *In honorem Arcadii Imp. cognominatus.* III. **Cn.** Constantiniani et Constantiani nominis praetura. — Theodosianus et Arcadianus praetores. Ib. VI. 4. c. 25. pr. de Praet. et. Qu.

Arcanum. (Subst.) *Secretum, Mysterium.* III. **Cn.** Si vel sero, tamen incognita adhuc, consiliorum arcana patefecerit. Ib. IX. 14. c. 3. §. 6. ad L. Cor. de sic. Philosophiae arcana rimari. Ib. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liberal. urb. R. Qui S. consistorii nostri arcanis interesse meruerunt. Ib. VI. 4. c. 28. de Praet. et Qu. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic.

Arcanus. (Adiect.) *Mysteriis destinatus.* III. **Cn.** Sacratissima atque arcana vasa, vel vestes, caeteraque donaria, quae ad divinam religionem necessaria sunt. c. 21. de SS. eccles. 1. 2.

Arcarius. (Subst.) *Arcae nummariae praefectus.* III. **Cn.** Inter urbana ministeria continentur, item obsonatores, et vestiarii, et cellararii, et cubicularii, et arcarii etc. Paul. III. 6. §. 72. cf. fr. 41. §. 17. de fideic. libb. 40. 5. Arcarii Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes. Vatic. §. 134. Arcarius, vel susceptor. Exactores, tabularii, arcarii, officia rationum etc. Th. C. XII. 6. c. 32. pr. §. 1. de susceptor. X. 24. c. 1. de h. qu. c. dispens.

Arcarius. (Adiect.) *Ad arcam nummariam spectans.* II. **Op.** Transcripticia, — Arcaria (nomina). Gai. III. 128. sqq.

Arcera. *Genus vehiculi tecti.* III. **Cn.** Si morbus aevitasve vitium escit, qui in ius vocabit, iumentum dato; si nolet, arceram ne sternito. L. XII. Tabb. I. 3.

Arcere. *Prohibere, Avertere.* I. **Sy.** Prohibere. Vatic. §§. 323. sq. fr. 1. §§. 1. sq. 4. sq. ne vis fiat ei. 43. 4. fr. 7. §. 22. fr. 8. de interd. et relegat. 48. 22. Relegare, Excludere. fr. 1. §. 2. nih. innov. 49. 7. fr. 27. §. 3. ad munic. 50. 1. Th. C. IV. 15. c. 1. de quinqu. praescr. III. **Cn.** Aquam arcere, hoc esse, curare ne influat. fr. 2. §. 9. cf. fr. 1. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Qui in campo publico ludere, vel in publico balineo lavare, aut in theatro spectare arceatur. fr. 2. §. 9. ne qu. in loco pub. 43. 8. Non arcebitur, neque in Italia, neque in provincia, qua relegatus est. fr. 1. §. 2. nih. innov. 49. 7. Contumeliam arc. (morte virginis). fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Omni commodo arceri. Ab hac professione arc. fr. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. c. 5. de postul. 2. 6.

Arcessere. *Advocare, Adhibere.* III. **Cn.** Qui testimonii causa evocati sunt, vel si qui iudicandi causa arcessiti, vel in provinciam destinati. fr. 2. §. 3. de iudic. 5. 1. Evocandis et arcessendis (colonis) abstinere. c. 7. ubi caus. fisc. 3. 26. Arcessitis amicis, — contubernali dixisse. fr. 39. §. 1. de legat. III. (32.) cf. c. 2. Quib. non obiic. 7. 35. Quicunque in discrimen capitis arcessitur. c. 17. de accusat. 9. 2.

Archeota. *Archivarius.* III. **Cn.** Qui custodes aedium, vel archeotae, vel logographi, vel tabularii etc. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4.

Archiater. *Medicus primarius.* III. **Cn.** Quae Principes veteres archiatris, salutaris ac necessariae artis professoribus, — detulerunt. Th. C. XIII. 3. c. 14. de medic. et prof. Archiatri, qui intra penetralia regalis aulae floruerunt. Ib. l. l. c. 12. c. 16. c. 18. sq. VI. 16. c. 1. de comit. et archiatr. VV. Sp. Comites archiatrorum. Ib. XI. 18. c. 1. Qu. a praebit. tiron.

Archiatria. *Archiatri dignitas.* III. **Cn.** Qui et ipsorum (sc. archiatrorum) consortio, et archiatriae ipsius dignitate — dignus habeatur. Ib. XIII. 3. c. 8. §. 2. de medic. et prof.

Archidiaconus. *Princeps inter diaconos.* III. **Cn.** Si — sub divini ministerii occasione intra ecclesiam se crediderit occulendam, eam constrictus archidiaconus repraesentet. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 7. de episcop. iud. IV. 9. c. 1.

Archiepiscopus. *Episcopus primarius.* III. **Cn.** Archiepiscopus in hac urbe regia, SS. orthodoxae ecclesiae praesidens. c. 14. de SS. eccles. 1. 2. cf. c. 13. de episc. aud. 1. 4. Civitates — potestati esse subiectas archiepiscopi sui proprii. Iulian. epit. nov. c. 9. §. 45.

Archierosyna. *Sacerdotium Aegyptiacae provinciae.* III. **Cn.** In consequenda archierosyna ille potior sit etc. Th. C. XII. 1. c. 112. de decurion.

Archigallus. *Princeps sacerdotum Cybeles.* III. **Cn.** Qui in portu pro salute Imperatoris sacrum facit ex vaticinatione archigalli. Vatic. §. 148.

Archigerontes. *Seniores, v. Summates, curiae* (Alexandrinae). III. **Cn.** Archigerontes, dioecetaeque ergasiotanorum. Th. C. XIV. 27. c. 1. de Alexand. pleb. primat.

Archigubernus. *Nautarum praefectus.* III. ***Cn.*** Archigub. ex classe Britannica. fr. 46. ad S. C. Treb. 36. 1.

Archimandrita, et **Archimandritissa.** *Qui, Quaeve, monasterio praeest.* III. ***Cn.*** Nulla ecclesia, vel xenodochium etc. — vel monasterium, — archimandritam habens, vel archimandritissam. Iulian. epit. nov. c. 7. §. 32. Metropolitani, sive episcopi fuerint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, etc. Ib. c. 111. §. 410. cf. c. 4. §. 19.

Archimimus. *Saltatorum, vel histrionum, princeps.* III. ***Cn.*** Si quis pantomimum, vel archimimum, (libertum) habeat. fr. 25. §. 1. de oper. libert. 38. 1.

Archiota. Cf. v. Archeota.

Archisynagogus. *Praefectus templi apud Iudaeos.* III. ***Cn.*** Hierei, et archisynagogi, et patres synagogarum, et caeteri qui synagogis deserviunt. Th. C. XVI. 8. c. 4. cf. c. 13. sq. de Iud.

Architectus. *Qui architecturae artem callet.* III. ***Cn.*** Adversus architectum, (qui fefellit) et redemtores, (actiones dandas). fr. 7. §. 3. si mensor. 11. 6. Mensores, — veterinarii, architectus, gubernatores, naupegi etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. cf. Th. C. XIII. 4. c. 1—3. de excus. artif.

Archium. *Tabularium publicum.* III. ***Cn.*** Quo (sc. loco) in publico instrumenta deponuntur, archio [al. archivo] forte, vel grammatophylacio. fr. 9. §. 6. de poen. 48. 19. cf. Paul. IV. 6. §. 1.

Arctare. §. 1. *Restringere, Coangustare.* II. ***Op.*** Servare. — Nonnunquam arctare, nonnunquam prorogare (tempus). fr. 2. de re iud. 42. 1. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Arctari, — Perpetuari (tempore, sc. poenam). fr. 8. §. 7. de poen. 48. 19. III. ***Cn.*** Neque perfusorie aut obscure dicere, aut denunciare, neque tam arctare adversarium, ut intra diem occurrere — non possit. fr. 5. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. — §. 2. *Compellere, Adstringere.* III. ***Cn.*** Iurisiurandi religione arctari testes. Th. C. XI. 39. c. 3. de fide test. Arctari ad (solutionem, v. necessitatem collationis etc.). Ib. IX. 26. c. 3. ad L. Iul. de amb. IX. 27. c. 7. ad L. Iul. repet. XIII. 1. c. 7. de lustr. collat.

Arcte. (Advb.) *Stricte, Absolute.* III. ***Cn.*** Omni tamen caeteris in futurum huiusmodi licentia arcte praeclusa. Ib. X. 19. c. 15. §. 2. de metall.

Arctus. (Adiect.) §. 1. *Constrictus, Angustus.* III. ***Cn.*** Si mutetur aquae cursus, — dum vel depressior vel arctior fiat aqua. fr. 1. §. 3. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit. fr. 14. §. 7. de Aed. ed. 21. 1. Vt in eo arctiores metae temporum serventur. Th. C. XI. 31. c. 1. de repar. appell. — §. 2. *Strictus, Definitus.* II. ***Op.*** Vberior, — Arctior, (scriptura). fr. 217. de V. S. 50. 16. — §. 3. *Rarus, Gravi pretio constans.* III. ***Cn.*** Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam aedilitatis tempore praebuit. fr. 17. de compens. 16. 2. cf. fr. 53. de iudic. 5. 1.

Arcuarius. (Subst.) *Qui arcus sagittarios facit.* III. ***Cn.*** Gladiatores, aquilices, tubarii, cornuarii, arcuarii etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6.

Arcula. §. 1. *Quaelibet arca minor.* I. ***Sy.*** Capsella. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 3. §. 11. de penu leg. 33. 9. Arca. fr. 10. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — §. 2. *Cista sepulcralis.* III. ***Cn.*** Videtur terra conditum, etsi in arcula conditum etc. fr. 39. de relig. 11. 7.

Arcus. §. 1. *Armorum species, ad iaculanda missilia.* II. ***Op.*** Quod ab arcu mittitur. — Quod mittitur manu. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Loricae, scuta et arcus, sagittae, et spathae et gladii etc. c. 2. Qu. res export. 4. 41. — §. 2. *Aedificium in formam arcus compositum, Fornix suspensus.* III. ***Cn.*** Supra iter alienum arcus aquae ducendae causa non iure fiet. fr. 11. pr. de aqua et aqu. pluv. 39. 3.

Ardere. *Incendi, Cremari.* III. ***Cn.*** Si frumentum periit, vel corruptum est, vel arsit. fr. 3. §. 7. de in rem verso. 15. 3. cf. Paul. V. 6. §. 8. Cum stramenta ardentia transilirent duo, — alter flamma consumtus est. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2.

Ardiniensis. *Panis sordidus.* III. ***Cn.*** Civis R., qui in XX. panibus sordidis, qui nunc dicuntur ardinienses, L. uncias comparabat. Th. C. XIV. 17. c. 5. de ann. civic.

Ardor. §. 1. *Color igneus.* III. ***Cn.*** Cocti muricis et triti conchylii ardore signari. c. 6. de div. rescr. 1. 23. — §. 2. *Impetus animi, Fervor.* III. ***Cn.*** Ne videantur non agere causam doloris, sed exercere potius cupiditatis ardorem. Nov. Valent. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 1. cf. c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Hunc nos fomitem perniciosi ardoris exstinguimus. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 3.

Arduus. (Adiect.) *Molestus.* III. ***Cn.*** Exstructio, cuius est ardua difficilisque molitio. Th. C. XIII. 6. c. 7. §. 1. de praed. navicul.

Area. §. 1. *Solum.* II. ***Op.*** Superficies. fr. 71. de usuf. 7. 1. fr. 29. §. 2. de pignor. 20. 1. Domus, Aedificium, Aedes. fr. 34. §. 2. de usuf. 7. 1. fr. 20. §. 2. de S. P. V. 8. 2. fr. 21. de pign. act. 13. 7. III. ***Cn.*** Exustis aedibus, nec areae, nec caementorum usumfr. deberi. fr. 5. §. 2. Qu. mod. ususf. 7. 4. Aream emere, et in ea aedificare (insulam etc.). fr. 17. de N. G. 3. 5. fr. 20. de contr. emt. 18. 1. fr. 98. §. 8. de solut. 46. 3. Si aedes ad aream redactae sint. fr. 10. §. 1. Qu. mod. ususfr. 7. 4. cf. fr. 79. §. 2. de legat. III. (32.) — §. 2. *Locus apertus intra parietes, Aula.* III. ***Cn.*** In tectum, vel aream vicini avertere stillicidium. Area, in qua stillicidium cadit. fr. 2. fr. 20. §§. 3. 6. de S. P. V. 8. 2. Quae non modo a summi dei templis — prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. Th. C. IX. 45. c. 4. §. 1. cf. Pr. de h. qu. ad eccl. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. — §. 3. *Locus ad frumentum terendum constitutus.* III. ***Cn.*** Gestandi, vel in tuo uvas premendi, vel area tua ad frumenta caeteraque legumina exprimenda utendi. fr. 14. §. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. cf. c. 14. §. 1. de servit. et aqua. 3. 34. Tempus messis et arearum. fr. 15. §. 1. l. l. 34. 1.

Arelate. *Galliae Narbonensis civitas.* III. ***Cn.*** Ha-

Habebat quis servum merci oleariae praepositum Arelate [al. Arelatae]. fr. 13. pr. de inst. act. 14. 3.

Arelatensis. (Adiect.) *Ad Arelaten pertinens.* III. **Cn.** Respub. Arelatensium. fr. 34. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. Episcopus Arelatensis. Nov. Valent. III. de episcop. ordin. II. 17. c. 1. §. 1.

Arena. **§. 1.** *Sabulum.* III. **Cn.** Ius calcis coquendae, et lapidis eximendi, et arenae fodiendae. fr. 6. §. 1. cf. fr. 1. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Tegulam quoque et lapidem, et testam, caeteraque si quae aedificiis sunt utilia, — hoc amplius et calcem, et arenam (tignorum adpellatione contineri). fr. 1. §. 1. de tigno iuncto. 47. 3. cf. fr. 17. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Si quis frumento arenam, vel aliud quid immiscuit, ut difficilis separatio sit. fr. 27. §. 20. ad L Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Arenae,* pro: *Locus, ubi arena foditur.* I. **Sy.** Arenifodinae. fr. 9. §. 2. fr. 13. §. 5. de usuf. 7. 1. fr. 7. §. 14. sol. matrim. 24. 3. — **§. 3.** *Arena,* pro: *Amphitheatri pars interior.* III. **Cn.** Vel circensibus, vel theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis. c. 8. §. 3. de repud. 5. 17. Si quod mancipium — inve arenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit. fr. 1. §. 1. de Aed. ed. 21. 1. Si quis operas suas locaverit, ut feras venetur — extra arenam. — Qui in arena passi sunt se honorari. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Arenarius. *Certator in arena.* III. **Cn.** Vbi arenarium testem, vel similem personam, admittere cogimur. fr. 21. §. 2. de testib. 22. 5. cf. fr. 5. ad S. C. Treb. 36. 1. Humiles, abiectasque personas, — lenonis aut arenarii filiam. c. 7. de incest. nupt. 5. 5. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil.

Arenifodina. *Locus, quo foditur arena.* I. **Sy.** Arenae. Cf. v. Arena. §. 2. III. **Cn.** Lapidicinae, vel cretifodinae, vel arenifodinae. fr. 13. §. 5. de usufr. 7. 1.

Arenosus. (Adiect.) *Arena repletus.* III. **Cn.** Palustris loci, vel arenosi nomine, quasi vitiosi etc. fr. 24. §. 2. de damn. inf. 39. 2.

Arens. (Partic.) *Aridus.* II. **Op.** Arentes, — Humidae, (fruges). Th. C. II. 33. c. 1. de usur. cf. XII. 6. c. 15. de susceptor.

Arescere. *Aridum fieri.* III. **Cn.** Si vites mortuae sint, vel arbores aruerint. fr. 4. §. 1. de censib. 50. 15.

Arescusa. *Nomen ancillae.* III. **Cn.** Ancillam Arescusam [al. Arethusam] testamento liberam esse iussit. fr. 38. §. 1. de legat. III. (32.) cf. fr. 15. sq. de statu hom. 1. 5. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. Quod ex Arescusa natum erit, heres dato. fr. 1. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. fr. 25. §. 1. Qu. dies legat. 36. 2.

Argentare. *Argento obducere.* I. **Sy.** Inargentare. fr. 3. pr. §. 3. de supp. leg. 33. 10. III. **Cn.** Quive aes inauraverit, argentaverit etc. Paul. V. 25. §. 5.

Argentaria. *Argentariorum negotiatio.* III. **Cn.** Si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud unde obligatio oritur, certo loci administravit. fr. 19. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 4. §§. 2. sqq. de edendo. 2. 13. Quod ex argentaria venit. — Quod extra rationem argentarii est. fr. 6. §. 3. ib. 2. 13.

Argentarium. *Cista, v. Arca, in qua argentum factum reponitur.* III. **Cn.** Vt in iunctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario paterfam. reponebat. fr. 19. §. 8. de auro arg. 34. 2.

Argentarius. (Subst.) **§. 1.** *Argenti cudendi artifex.* III. **Cn.** Lapidarii, argentarii, structores, — aerarii, ferrarii, marmorarii, deauratores, fusores. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. cf. XII. 1. c. 37. de decurion. — **§. 2.** *Mensae argentariae exercitor.* I. **Sy.** Qui argentariam facit, v. exercet. fr. 4. pr. §§. 1. sqq. de edendo. 2. 13. Distractor argenti. c. 27. de pign. et hypoth. 8. 14. c. 2. §. 2. de const. pec. 4. 18. III. **Cn.** Si pecunia penes argentarios sit. — Pecuniam ab argentario debitam ex contractu — iure mandati cogetur restituere. fr. 15. §. 11. de re iud. 42. 1. fr. 23. de liberat. leg. 34. 3. Si argentarius pretium rei, quae in auctione venierit, persequatur. Gai. IV. 126. cf. fr. 18. pr. de petit. her. 5. 3. Arg. coactor. fr. 40. §. 8. de statulib. 40. 7. Si, facta compensatione, plus nummo uno intendat argentarius. Gai. IV. 68. cf. 64.

Argentarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad argentum spectans.* III. **Cn.** Vascularius, aut faber argentarius. fr. 39. pr. de auro arg. 34. 2. Multa, v. Functio, argentaria. Th. C. XI. 36. c. 20. Quor. app. n. rec. Nov. Valent. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. pr. — **§. 2.** *Ad argentariorum negotiationem pertinens.* III. **Cn.** Qui tabernas argentarias, vel caeteras quae in solo publico sunt, vendit. fr. 32. de contr. emt. 18. 1. Mensa, Causa, argentaria. fr. 4. pr. de edendo. 2. 13. fr. 52. §. 5. pro soc. 17. 2.

Argenteus. (Adiect.) *Ex argento constans.* III. **Cn.** Vel argenteae, vel argento inclusae, mensae. fr. 9. pr. de supell. leg. 33. 10. cf. Gai. IV. 47. Supellectile legata, — et byssina, et cristallina, et argentea, et vitrea vasa — legato cedunt. Paul. III. 6. §. 67. cf. fr. 6. §. 2. fr. 19. §. 8. fr. 32. pr. de auro arg. 34. 2.

Argentifodina. *Locus, ubi foditur argentum.* III. **Cn.** Si lapidicinas, vel quae alia metalla, — vel si cretifodinas, argentifodinas, vel quid aliud huic simile, (habuit). fr. 3. §. 6. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. fr. 1. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 13. §. 5. de usuf. 7. 1.

Argentum. **§. 1.** *Massa argentea, Vasa argentea.* III. **Cn.** Si quis ex metallis Caesarianis aurum argentumve furatus fuerit. fr. 6. § 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Pecuniae, vel auri, vel argenti depositio. fr. 7. de stipul. Praetor. 46. 5. Fundo cum omni instrumento legato, — tam supellex, quam aeramentum, itemque argentum, et vestes — debebuntur. Paul. III. 6. §. 44. cf. §. 60. fr. 19. pr. de usur. 22. 1. Certum pondus auri vel argenti, confecti vel in massa constituti. c. 12. depos. 4. 34. fr. 9. fr. 19. §§. 1. sqq. fr. 27. §. 3. de auro arg. 34. 2. Argentum factum, — quod neque in massa, neque in lamna, neque in signato, neque in supellectili — insit. fr. 27. §. 6. ib. 34. 2. Arg. omne legatum. Paul. III. 6. §. 85. Arg. viatorium,

v. muliebre, v. escarium, v. potorium etc. Id. §. 90. l. l. fr. 19. §. 12. fr. 21. pr. fr. 32. §§. 2. sq. fr. 40. pr. §. 1. l. l. 34. 2. fr. 8. de supp. leg. 33. 10. — **§. 2.** *Pecunia, Nummi signati.* III. **Cn.** Si aurum vel argentum signatum legatum est. fr. 27. §. 4. de auro arg. 34. 2. fr. 19. §. 2. de furt. 47. 2. Si sacculum, vel argentum signatum deposuero. Paul. II. 12. §. 5. Auri argentique reditus etc. Cf. v. Aurum. Inferre, v. Expendere, argentum, s. libras argenti. Th. C. VI. 4. c. 13. pr. de Praet. et Qu.

Arguere. **§. 1.** *Postulare, Indicare.* I. **Sy.** Accusare, Accusatio. Paul. IV. 5. §§. 3. sq. fr. 28. fr. 31. pr. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. fr. 18. de accusat. 48. 2. fr. 197. de V. S. 50. 16. Dicere (inofficiosum, v. falsum). Paul. l. l. fr. 8. §§. 14. sq. fr. 28. fr. 31. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. Agere de (falso etc.). Postulare reum. fr. 18. de accusat. 48. 2. fr. 1. §. 11. de Carbon. edict. 37. 10. III. **Cn.** Indicasse, vel arguisse. fr. 3. §. 14. de S. C. Silan. 29. 5. Arguere, aut docere, v. probare. fr. 3. ad L. Iul. de ad. 48. 5. c. 1. de sentent. adv. fisc. 10. 9. Furti, vel damni iniuriae, actione uti, — ut certi hominis factum arguamus. fr. 6. §. 4. naut. caup. 4. 9. cf. fr. 2. §. 1. si ventr. nom. 25. 5. fr. 24. §. 4. de liberali c. 40. 12. Gai. IV. 117. Qui hoc crimine arguerentur. fr. 4. §. 2. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Publico iudicio arguere posse (adulterium in uxorem). fr. 37. ad L. Iul. de ad. 48. 5. — **§. 2.** *Probare.* III. **Cn.** Si quidem negligentia — obiiciatur, quae etiam ex hoc arguatur, quod etc. fr. 6. ubi pup. educ. 27. 2. Si evidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes. fr. 15. §. 1. de iudic. 5. 1. Expresso crimine prosecutionibus arguentium etc. Th. C. IX. 2. c. 5. de exhib. v. transm.

Argumentari. *Argumentis subductis colligere.* III. **Cn.** Et hoc argumentamur ex antiqua regula. c. 14. de hered. inst. 6. 24. cf. §. 2. I. de emt. et vend. 3. 23. Tam optimo exemplo argumentati, — removemus. c. 26. de admin. tut. 5. 37.

Argumentum. **§. 1.** *Ratio probandi, Probatio ipsa.* III. **Cn.** Nobis et legis Aeliae Sentiae argumenta proferentibus, et alia quaedam. fr. 74. §. 1. ad. S. C. Treb. 36. 1. Sed hoc licet liquido constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. fr. 5. §. 6. de R. M. 49. 16. cf. fr. 3. §. 2. de testib. 22. 5. Paul. V. 14. §. 1. Argumentis evidentibus, et probatione dilucida, innocentiam suam purgare. Th. C. IX. 1. c. 2. de accus. et inscr. In argum. trahi. fr. 162. de R. I. 50. 17. Argumenti causa referre. fr. 29. de L. Cor. de fals. 48. 10. Argum. praestitisse probari. fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Argum. rei praebere. fr. 32. pr. de S. P. V. 8. 2. Argumento esse. Vatic. §. 115. fr. 20. §. 6. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Commendari illo argumento. fr. 28. §. 4. de stipul. servor. 45. 3. — **§. 2.** *Indicium, Testatio.* III. **Cn.** Inimicitiis oppressus (sc. adulter), vel falsis argumentis, testibusque subornatis apud Praesidem gravatus. fr. 17. §. 6. ad L. Iul. de ad. 48. 5. cf. Th. C. XI. 36. c. 7. Quor. app. n. rec. Argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis, (acerrima fiat indago). Ib. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Cor. de fals. cf. c. 2. de testib. 4. 20. fr. 1. §. 4. de quaestion. 48. 18. Confirmabit iudex motum animi sui ex argumentis et testimoniis. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. Vt haec scriptura habeat in se et demonstrationem legati et argum. fr. 34. §. 2. de auro arg. 34. 2. — **§. 3.** *Species, Articulus, Momentum.* III. **Cn.** Qui vel levi argumento a iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deviare. Th. C. XVI. 5. c. 28. de haeretic. Qui (sc. libri) prima legum argumenta continebant, et institutiones vocabantur. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17.

Argutia. *Subtilitas, Machinatio.* III. **Cn.** Has fraudes, hos dolos, istas argutias lege prohibemus. Vatic. §. 35.

Argutus. (Adiect.) **§. 1.** *Acer.* III. **Cn.** Nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holover. — **§. 2.** *Subtilis, Acutus.* III. **Cn.** Fallax et arguta sollertia. Ib. IX. 17. c. 6. de sepulcr. viol.

Argyroprata. *Negotiator argentarius.* I. **Sy.** Argenti distractor. Iulian. epit. nov. c. 118. §§. 500. sq.

Arianus. *Ad sectam Arii haeretici pertinens.* III. **Cn.** Eunomiani, Ariani, Macedoniani etc. Th. C. XVI. 5. c. 11. sqq. cf. c. 8. c. 16. c. 59. sqq. de haeret. Photinianae labis contaminatio, Ariani sacrilegii venenum, Eunomiae perfidiae crimen etc. Ib. c. 6. §. 1. c. 12. l. l.

Aridus. (Adiect.) **§. 1.** *Compactus, Tostus.* I. **Sy.** Arentes, Aridi (fructus). Ib. II. 33. c. 1. de usur. XII. 6. c. 15. c. 21. §. 1. de susceptor. III. **Cn.** Aridi fructus, — vindemiae, — universi fructus. fr. 50. de iure fisci. 49. 14. Quantumcunque vel tritici, vel hordei, vel in alia specie, quae in fructibus aridis est, dederint. Nov. 34. c. 1. — **§. 2.** *Exarens.* III. **Cn.** Aridae sitis molestia fatigari. c. 5. de fund. rei priv. 11. 65.

Aries. *Hoedus.* III. **Cn.** Ovium grege legato, et arietes et agnos deberi. fr. 81. §. 5. cf. §. 4. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §. 75. Cum arietes, vel boves commisissent, et alter alterum occidit. fr. 1. §. 11. si quadr. paup. 9. 1.

Ariminensis. (Adiect.) *Ad Ariminum, civitatem Aemiliae, spectans.* III. **Cn.** Synodus Ariminensis. Concilium Ariminense. Th. C. XVI. 1. c. 4. de fide cathol. XVI. 2. c. 15. pr. de episc. eccles.

Arista. *Extrema spicae pars, quae grana frumenti continet.* II. **Op.** Siliqua. fr. 77. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Aestas messe ieiuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarum. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Arma. **§. 1.** *Instrumenta bellica, tam ad corpus tutandum apta, quam ad adgressionem adversarii exsequendam comparata.* III. **Cn.** Omnia tela, vel arma, h. e. scuta, et gladii, et galeae etc. Paul. V. 6. §. 4. fr. 3. §. 2. de vi et vi arm. 43. 16. Cum telis et armis (bona rapere). fr. 3. §. 2. cf. fr. 1. sq. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Cuius opera d. m. hostes populi R. commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re, adiuti erunt. fr. 4. ad L. Iul.

mai. 48. 4. Ferre arma contra remp. Armis susceptis pugnare adversus P. R. etc. Gai. I. 14. Paul. V. 29. §. 1. fr. 1. §. 1. l. 1. 48. 4. Auxilium familia ferre debet, et armis, et manu, et clamoribus, et obiectu corporis. fr. 19. de S. C. Silan. 29. 5. In armis habere servos etc. fr. 3. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Armis vi deiicere aliquem. Gai. IV. 155. fr. 3. pr. §§. 2. sqq. de vi et vi arm. 43. 16. — **§. 2.** *Res bellica, Militia armata.* III. **Cn.** In arma conscribere iuniores. Th. C. VII. 13. c. 12. de tiron. Sub armis militiam tolerasse, et omnibus expeditionibus adfuisse. Ib. VIII. 7. c. 4. de div. offic. XIII. 1. c. 2. de lustr. collat. Post emeritam in armis militiam. Ib. VI. 26. c. 13. de prox. comit. disp. Arma magis, quam iura, (scire milites). c. 22. pr. de iure delib. 6. 30.

Armamentum. §. 1. *Instrumentum, Munitio, rei.* III. **Cn.** Capsae et armaria, si librorum, aut vestium, aut armamentorum gratia parata sint. fr. 3. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Navis armamenta, et arbor, et antenna. — Tumultuariis armamentis ad praesens comparatis. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2. — **§. 2.** *Armorum thesaurus.* III. **Cn.** Vt neque nova arma faciant, — si quis vero novum fecerit, hoc ad publicum armamentum uniuscuiusque civitatis pertineat. Iulian. epit. nov. c. 79. §§. 301. sq.

Armare. §. 1. *Armis, vel armamentis, vestire.* II. **Op.** Exarmare (navem). fr. 2. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. III. **Cn.** Ad armandam, instruendamve navem, vel nautas exhibendos (mutuari). fr. 1. §. 8. de exerc. act. 14. 1. cf. fr. 5. Qu. potior. 20. 4. Milites, qui a repub. armantur et aluntur. c. 15. de R. M. 12. 36. — **§. 2.** *Munire, Instruere.* III. **Cn.** Iubemus insurgere leges, armari iura gladio ultore. Th. C. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult. — **§. 3.** *Provocare, Animare.* III. **Cn.** Si, peraequatore misso, aliquis — colonum ad contumaciam retractationis armaverit. Ib. XIII. 11. c. 2. de censitor.

Armarium. *Receptaculum instrumentorum, vel librorum.* III. **Cn.** Capsae et armaria. fr. 3. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Paul. III. 6. §. 67. Tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinam, conducere ibique distrahere. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Armariis et loculis claustra et claves cedunt. fr. 52. §. 9. de legat. III. (32.) Cum cella effringitur, vel armarium, vel arca. fr. 3. §. 2. de off. Praef. Vigg. 1. 15.

Armatus. (Partic.) **§. 1.** *Armis instructus.* I. **Sy.** Exercitum regens. Qui armato praeest. fr. 12. pr. §. 1. de R. M. 49. 16. Procinctus. Expeditus et armatus (exercitus). Gai. II. 101. II. **Op.** Inermis. fr. 3. §§. 3. sqq. de vi et vi arm. 43. 16. Armata, — Palatina (militia). Th. C. XII. 1. c. 154. de decurion. Civilis (adparitio). Ib. XVI. 2. c. 31. de episc. eccl. III. **Cn.** Si armati, more latronum, id egerint. fr. 3. §. 7. de sepulc. viol. 47. 12. Qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa, agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit. Paul. V. 26. §. 3. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. fr. 2. de coll. et corp. 47. 22. Qui armati venerunt, etsi armis non sunt usi. fr. 3. §. 5. de vi et vi arm. 43. 16. Vis armata. fr. 3. §. 4. ib. 43. 16. Militia armata. fr. 6. pr. fr. 18. de re iud. 42. 1. — **§. 2.** *Praeditus, Munitus.* III. **Cn.** Non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam (sc. Imp. maiestatem). Prooem. Inst. in Pr. De integro constructae (sc. lusoriae naves), instrumentisque suis universis armatae. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Armenia. *Asiae regio, inter Taurum et Caucasum montes.* III. **Cn.** Armeniae tractus, in ipso paene limitis aditu Persarum constitutus. Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 3. §. 1. Per provincias Mesopotamiam, Osdroenam, Euphratensem, — Ciliciam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam. c. 10. de div. off. 12. 60. cf. c. 5. de off. mag. milit. 1. 29. Haec constitutio prius quidem narrat de duabus Armeniis, — dein de tertia Armenia loquitur, — loquitur autem et de quarta Arm. Iuliani epit. nov. c. 39. §. 167.

Armenius. *Incola Armeniae.* III. **Cn.** Omnia iura, quae de caeteris Romanis posita sunt, eadem et in Armeniis teneant. Ib. c. 29. §. 102. Arsaces, rex Armeniorum. Th. C. XI. 1. c. 1. de annon. et tribut.

Armentum. *Grex maiorum pecudum.* III. **Cn.** Posse etiam gregem vindicari. Idem et de armento, et de equitio, caeterisque quae gregatim habentur. fr. 1. §. 3. de R. V. 6. 1. cf. fr. 70. §. 3. de usuf. 7. 1. Boves magis armentorum, quam iumentorum generis adpellantur. fr. 89. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 81. §. 2. de legat. III. (32.) Qui pecora ex pastu, et ex armentis subtrahunt. Coll. LL. M. XI. 8.

Armilla. *Brachii ornamentum.* III. **Cn.** Ornamenta muliebria sunt: — veluti inaures, armillae, viriolae, anuli etc. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Armipotens. *Bellicosus.* III. **Cn.** Syria — Phoenice, — nobilis regionibus, — armipotens, foederis — tenacissima. fr. 1. pr. de censib. 50. 15.

Aroma. *Species odorifera.* III. **Cn.** Si lanae alicui legatus sit ususfr., vel odorum, vel aromatum. fr. 11. de usuf. ear. rer. 7. 5. Species pertinentes ad vectigal: — nardi stichus, — aroma Indicum. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Arra. *Quod ad testificationem negotii contracti datur.* III. **Cn.** Quod arrae nomine datur, argumentum est emtionis et venditionis contractae. Gai. III. 139. Id, quod arrae, vel alio nomine datum est, apud venditorem remansurum. fr. 6. pr. de L. commiss. 18. 3. Si institor, cum oleum vendidisset, anulum arrae nomine acceperit. fr. 5. §. 15. de instit. act. 14. 3. cf. fr. 11. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Pactus est, ut arram perderet, et inemtae essent (villae). fr. 8. de L. commiss. 18. 3. Arrae sponsaliorum nomine datae, v. sponsalitiae. c. 3. §. 5. de sponsal. 5. 1. c. 1. si nupt. ex rescr. 5. 8. c. 16. de episcop. aud. 1. 4. Matrimonium, — quod arris fuerat obligatum. Th. C. III. 6. c. 1. si prov. Rect.

Arralis. (Adiect.) *Ad arram spectans.* III. **Cn.** Ex arrali pacto (personalis actio). c. 3. de A. E. V. 4. 49.

Ars. §. 1. *Peritia, Scientia, Studium.* I. **Sy.** Notitia, Studium. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de I. et I. 1. 1. Disciplina, Litterae. Th. C. XIII. 3. c. 17. sq. de medic. et profess. Quaestus. Coll. LL. M. XV.

2. III. *Cn.* Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Paul. V. 23. §. 18. Si eum (sc. servum) disciplinis vel arte instituerit usufructuarius, arte eius vel peritia utetur. fr. 27. §. 2. de usuf. 7. 1. Certi de probitate morum et peritia artis, eligant ipsi (sc. medicos). fr. 1. de decr. ab Ord. 50. 9. cf. fr. 1. pr. de insp. ventre. 25. 4. Qui cuiuscunque sunt sexus, dignitatis, artis, professionis, et generis. Th. C. X. 21. c. 3. de vestib. holover. Ad propriae artis et originis vincula revocari. Ib. X. 20. c. 14. de murileg. Caeterarum artium opifices, sive artifices, quae sunt extra litteras vel notas positae. fr. 1. §. 7. cf. §. 6. de extr. cogn. 50. 13. Servus arte fabrica peritus. fr. 19. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Officia et artes (servorum). Paul. IV. 14. §. 1. cf. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Salutaris ac necessariae artis professores (sc. archiatri). Ib. XIII. 3. c. 14. c. 18. de medic. et prof. Liberalibus studiis et artibus instituere. Ib. c. 3. l. 1. Si ob liberalem artem fuerit constitutum (sc. salarium), vel ob medicinam. fr. 4. §. 2. de decr. ab Ord. 50. 9. cf. fr. 10. §. 2. de vac. et exc. mun. 50. 5. Magicae artis conscii. Paul. V. 23. §§. 17. sq. Qui artis ludicrae, pronunciandive causa, in scaenam prodierit. fr. 1. §. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 14. de poen. 48. 19. Vlp. XIII. 1. sq. Idoneus probitate morum, ac bonis artibus praeditus. Th. C. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. off. Otio traditus, quietis artibus immoretur. Ib. VIII. 4. c. 26. de cohortal. — **§. 2.** *Ars, v. Artes,* pro: *Machinatio, Insidiae.* I. *Sy.* Consilia fraudulenta. Insidiosae artes. Ib. XII. 1. c. 49. §. 1. de decurion. Machinationes. c. 14. §. 2. de adsessor. 1. 51. c. 23. cf. c. 22. mand. 4. 35. III. *Cn.* Nomine artis ac fraudis (subiaceant tortori). Th. C. VIII. 1. c. 6. sq. de numerar. Aliqua calliditatis arte (se subtrahere). Ib. XII. 1. c. 105. de decurion. cf. Iulian. epit. nov. c. 83. §. 325. Nec exquisita commentis ars eiusmodi subornetur. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen. Saecularii, qui vetitas in saeculo artes exercentes, etc. fr. 7. de extr. crim. 47. 11. Malae, v. Magicae, artes. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3. Th. C. IX. 16. c. 3. c. 5. de malefic.

Arsaces. *Nomen regis.* III. *Cn.* Praeter domum — Eusebii, — et Arsacis regis Armeniorum. Ib. XI. 1. c. 1. de ann. et trib.

Artaxata. *Vrbs Armeniae maioris.* III. *Cn.* Nullus — ultra Nisibin, Callinicum et Artaxata, emendi seu vendendi species causa proficisci audeat. c. 4. de commerc. 4. 63.

Artemo. *Velum navis minus.* III. *Cn.* Artemo magis additamento, quam pars navis est. fr. 242. pr. de V. S. 50. 16.

Arthriticus. *Morbo articulari adfectus.* III. *Cn.* Sive quis arthriticus sit, sive posicus, sive epilepticus. Vatic. §. 130.

Articulate. (Advb.) *Distincte.* I. *Sy.* Voce nuncupare, v. exprimere, s. manifestare. Articulate loqui posse. c. 29. de testam. et quemad. 6. 23.

Articulatus. (Adiect.) *Per membra distinctus.* II. *Op.* Si vox articulata (ei a natura concessa est). — Si lingua eius penitus praepedita est. c. 10. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

Articuleianum. *S.Cti nomen.* III. *Cn.* Articuleiano S. Cto cavetur etc. fr. 51. §. 7. de fideic. libb. 40. 5.

Articulus. **§. 1.** *Membrum, Pars.* III. *Cn.* Deducitur in duos articulos (summa rerum divisio). Gai. II. 2. Multi (et varii) iuris nostri articuli. fr. 9. de statu hom. 1. 5. c. 21. de SS. eccles. 1. 2. Quod antiquitas — ad effectum non pertulit, nos pleno legis articulo consummavimus. c. 12. §. 1. Qu. pot. 8. 18. cf. c. 6. §. 1. de bon. qu. lib. 6. 61. Transgrediamur nunc ad hunc articulum, ut etc. fr. 22. §. 12. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Orationis particula, vel segmentum.* III. *Cn.* Etiamsi hos articulos detrahas: Et, Que, Cum. fr. 142. de V. S. 50. 16. cf. fr. 4. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Articulus: „Est," praesentis temporis demonstrationem in se continens. fr. 34. §. 1. de auro arg. 34. 2. Si pupillo substitutus fuerit ita: „Quisquis mihi heres erit." — Si vero detracto hoc articulo, etc. fr. 27. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. — **§. 3.** *Singula causa, v. Species aptandi iuris.* I. *Sy.* Causa, Casus. fr. 4. fr. 10. fr. 12. de LL. 1. 3. III. *Cn.* Ne articulum adoptionis, in extraneam personam factae, sine lege relinquamus. c. 10. §. 1. de adopt. 8. 48. — **§. 4.** *Momentum temporis praesens.* III. *Cn.* In articulo exigi (poenam). c. 2. de off. com. S. palat. 1. 34. Ordinatis in articulo palatinis, — admonebit. Nov. Maiorian. de bon. caduc. IV. 5. c. 1. §. 1. — **§. 5.** *Sententia iudicis imperfecta, Interlocutio.* I. *Sy.* Primae interlocutionis exordia. Articuli. Th. C. XI. 36. c. 1. §. 3. Quor. app. n. rec. III. *Cn.* Nec temere, nec ab articulis praeiudiciisque, nec ab his quae iuste iudicata sunt, provocare debebunt. Ib. l. l. c. 1. c. 3. c. 23.

Artifex. **§. 1.** *Artis peritus.* II. *Op.* Sine arte (esse). c. 3. pr. comm. de legat. 6. 23. Opifices. Mediastini, — Artifices (servi). fr. 6. pr. de oper. servor. 7. 7. fr. 1. §§. 6. sq. de extr. cogn. 50. 13. III. *Cn.* Hominem litteratum, vel artificem, (esse servum). fr. 43. pr. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 19. §. 4. de Aed. ed. 21. 1. Si forte vel librarius — sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex. fr. 7. §. 5. de oper. libert. 38. 1. Vrbana familia, item artifices, et vestiarii etc. Paul. III. 6. §. 58. fr. 12. §. 42. de instr. leg. 33. 7. Valetudinarii, medici, capsarii, artifices etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Artifices artium, (per singulas civitates morantes). Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. — **§. 2.** *Auctor.* I. *Sy.* Nefarius sceleris artifex. Auctor persuasionis. Ib. XVI. 7. c. 3. pr. de apostat.

Artificiosus. (Adiect.) *Captiosus, Vanus.* III. *Cn.* Interruptis artificiosis obstaculis etc. Ib. II. 5. c. 1. de domin. rei.

Artificium. **§. 1.** *Peritia, Exercitium, artis.* II. *Op.* Officium. fr. 65. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 4. §. 5. de censib. 50. 15. Officiales, v. Fabriles, operae. fr. 61. de legat. III. (32.) fr. 6. pr. de supell. leg. 33. 10. fr. 9. §. 1. de oper. libert. 38. 1. III. *Cn.* Si eius roboris, vel artificii sint. fr. 31. pr. de poen. 48. 19. Qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo, evidenter denotati essent. fr. 24.

de man. testam. 40. 4. cf. fr. 4. §. 5. de censib. 50. 15. Collegia, vel corpora, in quibus artificii sui causa unusquisque adsumitur. fr. 5. §. 12. de iure immun. 50. 6. Vt eum heres artificium doceat, unde se tueri possit. fr. 12. de legat. III. (32.) cf. fr. 31. de R. V. 6. 1. Quamvis usufructuarius nec contrariis quidem ministeriis, aut inusitatis, artificium eius corrumpere possit. fr. 17. §. 1. de usuf. 7. 1. — **§. 2.** *Calliditas, Calumnia.* I. ***Sy.*** Fraus. fr. 15. §. 17. de excusat. 27. 1.

Artus. *Commissurae membrorum, v. Membra ipsa, in corpore animali.* I. ***Sy.*** Membra. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv. III. ***Cn.*** Pigrescentes artus (sc. animalium publicorum) innocuo titillo admonere. Ib. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Arundinetum. *Locus arundine fertilis.* III. ***Cn.*** Salicti, vel silvae palaris, vel arundineti (ususfr. legatus). fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1. cf. fr. 12. §. 11. de instr. leg. 33. 7. Silvam caeduam et arundinetum (posse caedere). fr. 9. §. 7. l. 7. 1.

Arundo. *Calamus, Frutex aquaticus.* III. ***Cn.*** Vnde palo in fundum, vel salice, vel arundine solebat paterfam. uti. fr. 9. §. 7. fr. 59. §. 2. ib. 7. 1. Arundo caedua et silva. fr. 40. §. 4. de contr. emt. 18. 1. Vbi arundine pro ligno utuntur. fr. 55. §. 5. de legat. III. (32.)

Arura. *Ager satus, Seges.* III. ***Cn.*** Arurae, et possessiones. Th. C. XI. 24. c. 6. §. 5. de patrocin. vicor.

Arvum. *Ager culturae relictus.* III. ***Cn.*** Vt agri sic in censum referantur: — arvum, quod in X. annos proximos satum erit, quot iugerum sit. fr. 4. pr. de censib. 50. 15. Si vicinus, qui arvum solebat certo tempore anni rigare, pratum illic fecerit. fr. 3. §. 2. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. cf. fr. 10. §. 4. Quemad. usuf. 7. 4.

Arx. *Locus munitus, Propugnaculum, Praesidium.* III. ***Cn.*** Qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra concesserit. fr. 3. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Ne conditionem militum — in quamdam arcem videamur quodammodo collocasse. Nov. Th. II. ne ducim. v. lim. I. 2. c. 1. §. 2.

As. §. 1. *Aes sestertium.* I. ***Sy.*** Aes. Gai. I. 122. II. 225. III. 174. IV. 14. 16. Sestertia. Ib. IV. 16. 21. 34. III. ***Cn.*** Asses librales, v. dupondii, v. semisses, et quadrantes. Ib. I. 122. L. Faria, qua — plus M. assibus legatorum nomine, mortisve causa, capere permissum non est. Ib. II. 225. IV. 28. Vlp. I. 2. Millenos asses legare. Gai. II. 226. Propter ceteras iniurias XXV. assium poena erat constituta. Ib. III. 223. — **§. 2.** *Solidum, Indivisum* (patrimonium). I. ***Sy.*** In solidum, In assem. fr. 9. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 72. de hered. inst. 28. 5. Ex asse, Solus (institui, v. scribi, heredem). fr. 16. fr. 19. de lib. et posth. 28. 2. II. ***Op.*** Pars, s. Portio. Gai. II. 259. Vlp. XXII. 34. Vnciae. Paul. III. 4. B. §. 6. III. ***Cn.*** Solemnis assis distributio (in XII. uncias). fr. 13. §. 1. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 13. pr. de liber. et posth. 28. 2. Impleto asse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem — veniunt. Paul. l. l. fr. 17. pr. §§. 2. sq. de hered. inst. 28. 5. fr. 12. de B. P. s. t. 37. 11. Et per hoc totas as mens apud te esse speratur. fr. 75. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Aufertur hereditas ex asse, et ad fiscum pertinet. fr. 2. pr. de h. qu. ut ind. 34. 9.

Asceterium. *Refugium eorum, qui asceticae vitae vacant.* III. ***Cn.*** Praestita orphanotrophiis, sive asceteriis, vel ecclesiis, — monasteriis, atque ceteris omnibus. c. 35. de episc. et cler. 1. 3. Mulierum monasteria, vel asceteria. — Ascet. sanctimonialium mulierum. Iulian. epit. nov. c. 6. §. 29. c. 7. §. 30. c. 73. §§. 264. 267.

Ascetria. *Quae addicta est asceterio.* III. ***Cn.*** Clericus, vel monachus, vel diaconissa, vel monastria, vel ascetria. Ib. c. 115. §§. 460. 471. sq. 484. 493.

Ascia. *Instrumentum ferreum ad dolanda tigna etc.* III. ***Cn.*** Rogum ascia ne polito. L. XII. Tabb. X. 2.

Ascodrogita. Cf. v. Tascodrogita.

Asellus. *Asinus parvus.* III. ***Cn.*** Si quis asellum, cum agitasset, non retinuisset. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Asia. *Vna ex tribus orbis terrarum partibus, quae antiquitati cognitae erant.* III. ***Cn.*** Quaedam provinciae, ut Asia scilicet. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 7. §. 13. solut. matrim. 24. 3. Per mare Asiam adplicare. fr. 4. §. 5. l. l. 16. Cum provinciae Asiae praeerat. Procos: Asiae. fr. 6. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. Th. C. VIII. 7. c. 21. de div. offic.

Asianus. (Adiect.) *Ad Asiam pertinens.* III. ***Cn.*** In Asia, nec non proconsulari atque Asiana dioecesi. Ib. XVI. 1. c. 3. de fide cathol. Per Asianam et Ponticam dioecesin. Ib. VII. 6. c. 3. de milit. veste. X. 19. c. 12. de metall. Ad desideria Asianorum (rescripsit Imp.). fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Asiarcha. *Sacerdos provinciae Asiae.* III. ***Cn.*** Exceptis Alytarchis, Syriarchis, agonothetis, itemque Asiarchis etc. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. ludor.

Asiarchia. *Munus praedicti sacerdotis.* I. ***Sy.*** In Asia sacerdotium provinciae. fr. 6. §. 14. de excusat. 27. 1. fr. 8. pr. de vac. et excus. 50. 5.

Asinus. *Iumentum notissimum, equo simile.* III. ***Cn.*** Boves, muli, equi, asini. Vlp. XIX. 1. Gai. I. 120. sq. Asinus machinarius. fr. 60. §. 3. de legat. III. (32.) Asina molendaria, (et mola). fr. 18. §. 2. de instr. leg. 33. 7. cf. Paul. III. 6. §§. 37. 64.

Asper. (Adiect.) **§. 1.** *Inaequalis, Salebrosus.* II. ***Op.*** Aspera, — Mollis (via). fr. 2. §. 32. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Durus, Severus.* III. ***Cn.*** Nimia, atque aspera (dominatio). fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Eum poenae nolumus subiugari, neque durum aliquid nec asperum sustinere. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled.

Asperare. *Exasperare, Intendere.* I. ***Sy.*** Exacerbare (poenas). fr. 16. §. 10. fr. 42. de poen. 48. 19. II. ***Op.*** Mollire (interpretatione, legum poenas). fr. 42. l.

Aspere. (Adverb.) *Severe.* III. ***Cn.*** Durius et

asperius latas (sc. constitutiones) faciunt abrogari. Nov. Marcian. de testam. cleric. III. 5. c. 1. pr.

Asperitas. **§. 1.** *Feritas.* III. **Cn.** Si canis, cum duceretur ab aliquo, asperitate sua evaserit. fr. 1. §. 5. si quadr. 9. 1. — **§. 2.** *Saevitia, Atrocitas.* III. **Cn.** Aetas, quae adversus asperitatem quaestionis eos interim tueri videtur. fr. 15. §. 1. de quaestion. 48. 18. Postea improbata est asperitas poenae. Gai. III. 1. 89. Maior quoque asp. dominorum per eiusdem Principis constitutionem coërcetur. Ib. I. 53.

Asportare. *Abducere, Avehere.* I. **Sy.** Exportare, Abducere (plagio). c. 1. c. 7. c. 10. ad L. Fab. de plag. 9. 20.

Asser. *Palus, Contus, Trabecula.* III. **Cn.** Asseres et prela, iam posita parataque ut immittentur aedificio. fr. 27. §. 4. de instr. leg. 33. 7.

Asserere etc. Cf. v. Ads.

Assidue, Assiduus. Cf. Adsidue etc.

Assiduus. (Adiect.) *Pecuniosus.* III. **Cn.** Assiduo vindex assiduus esto; proletario quoi quis volet vindex esto. L. XII. Tabb. I. 4.

Assyrius. (Adiect.) *Ad Assyriam pertinens.* III. **Cn.** Vtrum hoc usque ad graecum sermonem tantum, — an vero et ad alium, poenum forte vel assyrium, vel cuius alterius linguae? fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1.

Ast. Cf. v. At.

Astrologus. *Vaticiniorum, ex astris petendorum, peritus.* III. **Cn.** Si quis astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus. fr. 15. §. 13. de iniur. 47. 10.

Astute. (Advb.) *Callide, Fraudulenter.* III. **Cn.** Qui vel astute ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare rescripto. c. 2. de LL. I. 14. cf. c. 23. §. 3. mand. 4. 35.

Astutia. *Calliditas, Fraus.* III. **Cn.** Nihil ei haec astutia, nec detestabilia commenta profutura sunt. Th. C. XIV. 3. c. 1. de pistor. et catabol. Fraudulenta astutia. Talis astutiae fraus. Ib. X. 1. c. 7. de iure fisci. XV. 1. c. 25. de opp. pub.

Astutus. (Adiect.) *Callidus, Calumniosus.* III. **Cn.** Astuta interpretatione, — ad deminutionem convertere. c. 2. de praepos. agent. in reb. 12. 21.

Astyanenus. (Adiect.) *Ad singulam Armeniae gentem spectans.* III. **Cn.** Certasque provincias, i. e. magnam Armeniam, quae interior dicebatur, et gentes, Anzitenam videlicet, Ingilenam, Astyanenam, Sophenam, Sophonenam etc. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29.

Asylum. *Locus inviolabilis, consecrationis lege tutus.* III. **Cn.** Si quis (sc. servus) in asylum confugerit. fr. 17. §. 12. de Aed. ed. 21. 1. Velut ad quoddam asylum convolare. Th. C. VI. 27. c. 18. de agent. in reb.

At, v. **Ast.** (Coniunct.) *Sed.* III. **Cn.** Ast ei custos nec escit. L. XII. Tabb. V. 7. Ast im cum illo sepelire, urereve, se fraude esto. Ib. X. 9. Adversus exceptionem: „Si non eius sit res;" replicatione hac adiuvabitur: „At si res iudicata non sit." fr. 24. cf. fr. 9. §. 2. de exc. rei iud. 44. 2.

Atavus. *Abavi, vel abaviae, pater.* III. **Cn.** Quinto gradu sunt: supra, atavus, atavia, — infra, adnepos, adneptis. fr. 1. §. 7. cf. fr. 10. §. 16. de grad. et adfin. 38. 10. Paul. IV. 11. §. 5.

Atellatus. (Adiect.) *Ad regionem Italiae spectans.* III. **Cn.** Fundus Trebatianus, qui est in regione Atellata. fr. 35. §. 2. de legat. III. (32.)

Ater. (Adiect.) *Nigrescens, Fuscus.* III. **Cn.** Tabescentes artus, atro sanguine permixta sanie defluentes. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. servor.

Athenae. *Metropolis Atticae.* III. **Cn.** Lex, quam Athenis Solon dicitur tulisse. fr. 13. fin. regund. 10. 1. cf. §. 10. I. de I. N. 1. 2.

Atheniensis. *Civis Athenarum.* III. **Cn.** Civitas, Ius civile etc. Atheniensium. §. 2. I. l. l. 1. 2.

Athleta. **§. 1.** *Certator in certaminibus sacris.* III. **Cn.** Foenerator, inciviliter custodiendo athletam, et a certaminibus prohibendo etc. fr. 23. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 5. pr. de naut. foen. 22. 2. Athletae, qui sacris certaminibus coronati sunt. fr. 6. §. 13. de excusatt. 27. 1. c. 1. de athlet. 10. 53. Praemia, quae pro coronis athletis pensitanda sunt. c. 5. Qu. res pign. 8. 17. cf. fr. 40. de re iud. 42. 1. — **§. 2.** *Propugnator, Defensor.* III. **Cn.** Et oratores maximi, et iustitiae satellites inveniantur, et iudiciorum optimi tam athletae quam gubernatores. Const. Omnem reip. §. 6.

Atilia. *Nomen legis.* III. **Cn.** Ex lege Atilia petere, v. dare (tutorem). Gai. I. 185. 195. Vlp. XI. 18. Pr. I. de Atil. tut. 1. 20.

Atilianus. (Adiect.) *Ad legem Atiliam pertinens.* I. **Sy.** Qui ex lege Atilia dabatur (tutor). Gai. I. 185. cf. 194. sq. Vlp. l. l. Pr. I. l. l. 1. 20.

Atinia. *Nomen legis.* III. **Cn.** Lex XII. Tabularum, vel Atinia (s. et lex Atinia). fr. 33. pr. de usurp. 41. 3. §. 2. I. de usuc. 2. 6. Quod autem dicit L. Atinia; ut res furtiva non usucapiatur etc. fr. 4. §. 6. l. l. 41. 3. cf. fr. 215. de V. S. 50. 16. Fr. Qu. Mucii I. Cti. Ap. Gell. N. A. XVII. 7.

Atque. (Particula copulativa.) *Ac, Quam.* I. **Sy.** Ac, Quemadmodum, Quomodo. fr. 61. de admin. et peric. 26. 7. Quam. fr. 1. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quasi. fr. 10. sq. de adopt. 1. 7. fr. 4. §§. 2. sq. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Aliter, atque. Perinde atque si. Statim atque. Sic atque. Cf. v. Aliter etc.

Atqui, v. **Atquin.** (Coniunctio adversativa). *Verum.* III. **Cn.** Potest, — atquin non oportet. fr. 15. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Non debet, — atquin potest etc. fr. 13. §. 8. de usuf. 7. 1. Atqui — etiamsi, v. et tamen. fr. 19. pr. de N. G. 3. 5. fr. 3. de off. Praet. 1. 14. Cavit, — atquin sub conditione cavit. fr. 56. de fideic. libb. 40. 5. Movit, — contra movet, — atquin Papinianus respondit. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. cf. fr. 18. §. 3. de d. m. 4. 3. Atqui sive, — sive etc. fr. 59. pr. ad S. C. Treb. 36. 1.

Atramentum. *Liquor atri coloris.* III. **Cn.** Omnia in tabula, in albo, atramento scripta. Fr. legis Servil.

Atretus. (Adiect.) Cf. v. Diatretus.

Atriarius. *Custos atrii.* I. **Sy.** Atriensis. fr. 1. §. 5. naut. caup. 4. 9. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1.

III. *Cn.* Si qui opera mediastini fungitur, — atrii atriarii, et focarii, et his similes. fr. 1. §. 5. l. 4. 9.

Atriensis. Idem. III. *Cn.* Dispensatores, insularii, villici, atrienses, textores, operarii quoque rustici. fr. 203. de V. S. 50. 16. cf. fr. 8. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Si librarium rus mittat, — histrionem balneatorem faciat, vel de symphonia atriensem. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1.

Atrium. *Interior pars in aditu domus.* III. *Cn.* Neque diaetas transformare — ei permittetur, vel aditus posticasve vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare. fr. 13. §. 7. ib. 7. 1.

Atrocitas. *Gravitas, Duritia.* III. *Cn.* Armorum atrocitatem non in hostes ostendere. c. 35. de locat. 4. 65. Sententiae atrocitate (servos poenae effici). §. 1. I. de capit. demin. 1. 16. Sine atrocitate verborum aequitatem petitionis tuae commendare iudici. c. 4. de obsequ. patron. 4. 6. Quod atrocitatem facinoris, v. facti, in se habet. fr. 1. §. 43. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 11. §. 7. Qu. vi aut cl. 43. 24. c. 9. de h. qu. vi. 2. 20. Posse dici atrocem iniuriam (etiam sine pulsatione), persona atrocitatem faciente. fr. 9. pr. cf. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10.

Atrociter. (Advb.) *Supra modum, Immaniter.* III. *Cn.* Animadvertendi, coercendi, vel atrociter verberandi ius. fr. 11. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si in theatro, vel in foro caedit, quamquam non atroc. fr. 9. §. 1. de iniur. 47. 10.

Atrox. (Adiect.) *Gravior, Audacior.* II. *Op.* Levis (iniuria, v. contumelia). Paul. V. 4. §. 22. Gai. III. 224. sq. Omnis, — Sola atrox (vis). fr. 1. §. 3. de vi et vi arm. 43. 16. cf. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. III. *Cn.* Vis atrox, et ea quae adversus bonos mores fiat. fr. 3. §. 1. l. 4. 2. Capitalia et atrociora maleficia. fr. 8. pr. de quaestion. 48. 18. Violatos, vel illata manu atroci esse pulsatos. fr. 6. §. 1. de agnosc. v. alend. 25. 3. Ob facta atrociora in tutela admissa — accusatus. fr. 1. §. 8. de susp. tut. 26. 10. Qui seditionem atrocem militum concitavit. fr. 3. §. 19. de R. M. 49. 16. Quos atrox cupiditas in scelera compulit saeviora. Th. C. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. Si qua tam atrox, tamque famosa persona sit, ut etc. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Attendere, Attentare etc. Cf. Adt.

Attianus. (Adiect.) *Ad Attium pertinens.* III. *Cn.* Pars quarta etc. Attianae partis. fr. 32. de vulg. et pup. 28. 6.

Atticus. (Adiect.) *Graecus.* I. *Sy.* Atticae romanaeque doctrinae, Latinus et graecus, Vtriusque eruditionis, s. institutionis, (grammatici). Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord.

Attius. *Nomen fictitiae personae.* III. *Cn.* Qui complures heredes instituerat, et in his Attium. fr. 32. l. 28. 6. Si, cum fundum meum possides, convenerit mihi tecum, ut eius possessionem Attio traderes. fr. 36. de pact. 2. 14.

Atypus. *Qui minus articulate loquitur.* III. *Cn.* An balbus, et blaesus, et atypus, isque qui tardius loquitur, — sanus sit? fr. 10. §. 5. de Aed. ed. 21. 1.

Avare. (Advb.) *Cupide, Libidinose.* III. *Cn.* Neque morose in totum abstinere (xeniis), neque avare modum xeniorum excedere. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Avare temporum necessitate captata etc. Nov. 34. praefat.

Avaritia. *Libido habendi, vel nanciscendi, intemperata.* III. *Cn.* Scio relegatorum bona, avaritia superiorum temporum, fisco vindicata. fr. 1. de interd. et relegat. 47. 22. Quorum avaritiae obviam itum est. — Reprehensa exactorum illicita avaritia. fr. 6. pr. de extr. crimin. 47. 11. fr. 6. pr. §. 9. de off. Praes. 1. 18. Vinci avaritia et rapacitate. c. 6. de muner. patrim. 10. 41. Si quis contra conscientiam suam — in eadem avaritiae tenacitate permanserit. Th. C. V. 6. c. 1. de ing. qu. temp. tyr.

Avarus. (Adiect.) *Pecuniae studens.* III. *Cn.* Qui praeter modum timidi, cupidi, avarique sunt, aut iracundi. fr. 1. §. 11. de Aed. edict. 21. 1. Valde inhumanum est a nemine accipere; sed passim, vilissimum est, et omnia, avarissimum. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et leg. 1. 16.

Auceps. *Insidiator, v. Captor, avium.* III. *Cn.* Venatores et aucupes. Paul. III. 6. §. 71. fr. 99. §. 1. de legat. III. (32.) cf. fr. 12. §. 13. de instr. leg. 33. 7. Cum futurum iactum retis a piscatore emimus, — vel pantheram ab aucupe. fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1.

Auctio. *Venditio publice celebrata.* III. *Cn.* Si argentarius pretium rei, quae in auctione venierit, persequatur. Gai. IV. 126. Si in auctione praedictum est, ne etc. Ib. l. l. Qui auctionem [al. actionem] rerum hereditariarum facit. Vlp. XXII. 26. Quaecunque — sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur. Th. C. X. 17. c. 1. de fide et iure hast. Instituant auctionem, hastis habitis ex licitatione currente. Ib. X. 2. c. 1. de dom. ad rem. priv.

Auctionalia. *Rationes, v. Instrumenta, celebratae auctionis.* III. *Cn.* Cum neque inventaria, neque auctionalia proferentur, — rationes a servis — proferantur. fr. 1. §. 3. de tutel. et rat. 27. 3.

Auctor. §. 1. *Princeps, Caput, Conditor.* III. *Cn.* Cum lucis auctoribus (libertate frui). Th. C. IV. 8. c. 4. de liberali c. Profundioris scientiae atque doctrinae auctores. Ib. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liberal. Doctores auctoresque (facinoris Eunomianorum). Ib. XVI. 5. c. 31. sq. cf. c. 6. §. 1. de haeretic. Poena suos teneat auctores. Ib. IX. 40. c. 18. de poen. Si quis falsis constitutionibus, nullo auctore habito, utitur. fr. 33. de L. Cor. de fals. 48. 10. In eos auctores, qui famosos libellos — proposuerint, — vindicatur. Paul. V. 4. §. 17. cf. V. 12. §. 6. — **§. 2.** *Iuris civilis peritus et inprimis, qui de iure respondendi licentia ex auctoritate Principis utitur.* I. *Sy.* Iurisperiti, Peritiores, Iuris auctores, Auctores (p. se pos.). fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. Praeceptores. Auctores (scholae). Gai. I. 196. II. 15. 37. 79. 200. III. 87. 98. 167. sq. IV. 78. sq. 114. II. *Op.* Veteres. — Iuris auctores. Cf. v. Veteres. III. *Cn.* Constitutiones, et sententiae auctorum, v. Constitutio, et iuris auctorum quaestio. fr. 32. pr. de usur. 22. 1. fr. 4. §. 14. de d. m. exc. 44. 4. c. 4. pr.

de V. S. 6. 38. De auctorum successione dicemus. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. Apud Servii auctores relatum est. fr. 1. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Omnes auctores apud Plautium. Vatic. §. 77. Tradidere non leves auctores. fr. 3. si pars heredit. 5. 4. Sane non levis iuris auctor. Auctor prudentissimus I. Ctorum. fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. Th. C. IV. 4. c. 3. §. 3. de testam. et codic. Summus auctor iuris scientiae. Meritissimi iuris auctores. c. 15. de usufr. 3. 33. c. 1. Qu. ad libert. procl. 7. 18. Apud antiquos legum auctores (dubitabatur). c. 10. de impub. et al. 6. 26. — **§. 3.** *Suasor, Compulsor.* III. ***Cn.*** Quae, invocato nomine dei omnipotentis, eo auctore, solidaverit (sc. promissa). Th. C. II. 9. c. 1. pr. de pact. Leges XII. Tabb., quarum ferendarum auctorem fuisse X viris (Hermodorum). fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. Ampliss. Ordo censuit, auctore (Imp.). Imp. auctor fuit Senatui, censendi, v. S. Cti faciundi. Auctore Imp. factum est S. C. c. 5. de excusat. tut. 5. 62. fr. 32. pr. de don. int. V. 24. 1. Gai. I. 30. 80. sq. II. 197. III. 73. Vlp. III. 3. XXIV. 28. Aliud est auctorem esse servo delinquenti, aliud, pati delinquere. fr. 3. de nox. act. 9. 4. In reum maiestatis inquiri, — quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit. Paul. V. 29. §. 2. Auctores seditionis et tumultus, vel concitatores populi. Ib. V. 22. §. 1. fr. 3. §. 4. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. — **§. 4.** *Iubens, Consentiens, Ratihabens.* I. ***Sy.*** Dicere, se probare (id, quod agitur). Auctor fieri. fr. 3. de auct. et cons. 26. 8. Consentiens, Auctor factus. fr. 10. sq. de adopt. 1. 7. Ordinante, Auctore (Principe). Th. C. VI. 28. c. 1. c. 3. de princ. agent. in reb. III. ***Cn.*** Auctore Praetore, (v. Praeside Prov.) deferri iusiurandum, v. fieri transactionem, v. alienare praedia etc. fr. 5. §. 14. de O. N. N. 39. 1. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. c. 1. de praed. et al. reb. minor. 5. 71. Quidem tutor, at in nulla re auctor fieri potest. Gai. I. 179. Tutores, qui etiam inviti coguntur auctores fieri. Ib. II. 122. Ipse quidem tutor in re sua auctor esse non poterat. Ib. I. 184. Vlp. XI. 24. fr. 1. pr. de auct. et cons. 26. 8. Pupillum, v. feminam, tutore auctore posse agere. Gai. II. 47. 80. sq. 83. sqq. 113. Vlp. XX. 15. — **§. 5.** *Alienans, Largiens, Spondens.* I. ***Sy.*** Venditor, v. Is, qui vendidit. fr. 4. §. 1. fr. 52. §. 3. de A. E. V. 19. 1. fr. 4. pr. de evict. 21. 2. III. ***Cn.*** Vt de metu non tantum ab auctore, verum a quocunque adhibito exceptio obiici possit. fr. 4. §. 33. de d. m. exc. 44. 4. An vitium auctoris, vel donatoris, eiusve qui mihi rem legavit, mihi noceat? fr. 5. pr. de div. temp. praescr. 44. 3. Si medius aliquis ex auctoribus non possederit, praecedentium auctorum possessio non proderit. fr. 15. §. 1. ib. 44. 3. Fideiussorem ob evictionem dare, quem vulgo auctorem secundum vocant. fr. 4. pr. de eviction. 21. 2. Auctorem laudaverat, et evictione secuta fundus ablatus. fr. 63. §. 1. ib. 21. 2. c. 7. eod. 8. 45. Non eum, qui dominium evicerit, sed auctricem conveniri. c. 16. eod. 8. 45.

Auctoramentum. *Iusiurandum.* I. ***Sy.*** Qui auctoratus erit (depugnandi c.). Qui auctoramento rogatus est (ad gladium). Coll. LL. M. IV. 3. IX. 2. Tab. Heracl. Lin. 38. sq. aer. Neap. III. ***Cn.*** Vel militiae auctoramento, vel generis aut dignitatis defensione, nudari. Th. C. IX. 35. c. 1. de quaestion.

Auctorare, v. **Auctorari.** **§. 1.** *Auctoramento rogare.* (Cf. h. v.) III. ***Cn.*** Quive depugnandi causa auctoratus erit, quive bestias depugnare locavit. Coll. LL. M. IX. 2. Tab. Heracl. l. l. Si quis liberorum nostrorum, — sive etiam iudicatus, vel auctoratus meus, subreptus fuerit. Gai. III. 199. — **§. 2.** *Auctoritatem, v. Consensum, suum accommodare.* I. ***Sy.*** Auctor fieri. fr. 3. sq. de auct. et cons. 26. 8. cf. fr. 9. pr. de falso tut. 27. 6.

Auctoritas. **§. 1.** *Dignatio, Fides, Vis.* I. ***Sy.*** Fides, Gravitas. fr. 2. fr. 3. §. 2. de testib. 22. 5. Vis. Paul. V. 5. A. §§. 6. sq. Potestas. fr. 1. §. 3. de insp. ventre. 25. 4. fr. 1. §. 2. si ventris nom. 25. 5. Dignatio. fr. 2. §§. 35. 42. 44. de O. I. 1. 2. III. ***Cn.*** Auctoritas et dignitas. Dignitatis auctoritas. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. fr. 5. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. fr. 7. §. 1. de captiv. 49. 15. Spectatae, v. Receptae, auctoritatis vir. Paul. V. 4. §. 10. fr. 11. §. 1. de d. m. 4. 3. Summae prudentiae et auctoritatis, v. Maximae auctoritatis, (apud populum etc.). fr. 2. de nundin. 50. 11. fr. 2. §. 42. de O. I. 1. 2. Auctoritatis, prudentiae, fidei exploratae esse. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. fr. 13. pr. de iureiur. 12. 2. Vt maior iuris auctoritas haberetur, constituit etc. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Auctoritate constituentium introductum. fr. 16. de LL. 1. 3. Iudiciorum, v. Rerum perpetuo similiter iudicatarum, auct. fr. 38. ib. 1. 3. fr. 5. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Recepta auctoritate firmanda, (et omni veneratione celebranda, sc. quae scriptura Paulli continentur). Th. C. I. 4. c. 2. cf. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Quasi supervacua (sc. actio), iussa est cum sua auctoritate a nostris legibus recedere. §. 8. I. de action. 4. 6. Adversus hostem aeterna auctoritas. Fr. L. XII. Tabb. III. 7. — **§. 2.** *Iussus, Permissio, Ratihabitio.* I. ***Sy.*** Imperium, Iussus. Gai. I. 98. sq. fr. 2. de adopt. 1. 7. Paul. V. 26. §. 4. Permissum, Arbitratus (Praetoris). fr. 8. §§. 6. 8. 14. 16. de transact. 2. 15. fr. 5. §§. 4. sq. 7. sq. fr. 7. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. S. Cti auctoritas. S. C. (p. se). Oratio Principis. fr. 1. pr. §§. 1. sq. fr. 8. sqq. fr. 12. l. l. 27. 9. fr. 3. pr. §§. 1. sqq. de colleg. et corp. 47. 22. fr. 15. §§. 1. sqq. de L. Cor. de fals. 48. 10. Voluntas, Arbitrium, Consensus. fr. 5. sqq. de adopt. 1. 7. fr. 9. pr. fr. 17. §. 1. de R. N. 23. 2. III. ***Cn.*** Nostra auctoritate, nostrisque suasionibus. Prooem. Inst. §. 3. Lex, — quae edicto suo atque auctoritate (cohibet etc.) Th. C. XV. 1. c. 15. de opp. pub. Largitio Principalis, vel auctoritas fiscalis. c. 2. Qu. ad libert. procl. 7. 18. Imp. iussit, — post decreti autem auctoritatem etc. fr. 50. ad S. C. Treb. 36. 1. Plebiscitum, quod sine auctoritate Patrum est constitutum. fr. 2. §. 12. de O. I. 1. 2. Gai. I. 3. Populi auctoritate. — Senatus, v. Ampliss. Ordinis, auct. Id. I. 98. sq. II. 7. Paul. V. 4. §. 15. fr. 2. §. 1. de usuf. ear. rer. 7. 5. fr. 3. §. 1. de colleg. et corp. 47. 22. Ex auctoritate Principis (dari, v. fieri). fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 63. §. 3. de A. R. D. 41. 1. fr. 3. Qu. a quo app. 49. 3. Gai. I. 47. 115. a. II. 57. Sine au-

auctoritate et sine consensu magistratuum (agere). fr. 26. de N. G. 3. 5. Ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum (sc. pignus). fr. 10. Qu. potior. 20. 4. Praetor aut Procos. principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis praeponit. Gai. IV. 139. cf. III. 224. fr. 2. §. 2. de opp. pub. 50. 10. Vatic. §. 313. Eorum volumus auctoritatem iudiciumque succedere, ad quos etc. Th. C. III. 7. c. 1. §. 2. de nupt. Sua auctoritate (distrahere etc.). fr. 6. §. 2. de re iud. 42. 1. c. 4. Qu. bon. ced. 7. 71. Nulla differentia est, non interveniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur. fr. 2. de auct. et cons. 26. 8. Qui auctoritatem accommodare non potuit, puta furiosus etc. fr. 1. §. 2. Qu. falso tut. 27. 6. Posse, s. Licere, sine auctoritate tutoris (facere etc.). Gai. I. 179. II. 121. sq. III. 91. 107. 119. Vlp. XI. 27. XXIX. 3. — **§. 3.** *Consultum conditorum iuris, s. I. Ctorum.* I. **Sy.** Responsa (prudentum). Gai. I. 2. cf. §. 3. I. de I. N. 1. 2. fr. 7. pr. de I. et I. 1. 1. Quod veteres constituerunt, (v. prudentes munierunt). Auct. iuris (v. iuris scientiae). fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. fr. 36. de statulib. 40. 7. Ius civile. Prudentium auctoritas. fr. 2. §§. 5. 12. de O. I. 1. 2. fr. 7. pr. de I. et I. 1. 1. III. **Cn.** Contra vim legum et auctoritatem iuris (scriptum). fr. 112. §. 4. de legat. I. (30.) Subtilitas legis et auctoritas sententiae. fr. 16. §. 6. de pignor. 20. 1. Consequens auctoritati veterum, qui — iudicaverunt. fr. 51. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Post veterum auctoritatem eo perventum est. fr. 53. §. 1. de V. S. 50. 16. Iuris auctoritas (infirmat etc.). Consult. vet. I. Cti. c. 1. — **§. 4.** *Obligatio auctoris circa praestandam evictionem.* III. **Cn.** Venditor duplotenus obligatur (v. manebit obnoxius) auctoritatis. Paul. II. 17. §§. 1. 3. Iniquam sententiam evictae rei — neque stipulationem auctoritatis committere. Vatic. §. 10. — **§. 5.** *Instrumentum, Libellus, Diploma.* III. **Cn.** Iudicis edictum mereri, auctoritatemque postibus debitoris adfigere. Th. C. II. 27. c. 1. §. 6. si cert. pet. de chir. cf. Interpr. ad Paul. V. 5. A. §. 7. Qui superflui fuerint, provinciis sine dilatione datis auctoritatibus restituantur. Th. C. VI. 30. c. 17. de Palat. S. largg. — **§. 6.** *Honoris titulus, dignitatibus superioribus adtributus.* III. **Cn.** Illustris et magnifica auct. tua. Const. Th. II. de Th. C. auctor. (§. 8. p. 11. Wck.) Th. C. V. 13. c. 15. c. 17. (Wck.) Excellens, s. Praecellens, auct. tua. Ib. VII. 7. c. 5. de pascuis. VIII. 5. c. 16. de cursu pub. IX. 40. c. 5. de poen.

Auctrix. Cf. v. Auctor. §. 5.

Auctus. (Partic.) *Maior factus, Cumulatus.* III. **Cn.** Eo auctiorem hereditatem computari. fr. 78. §. 9. ad S. C. Treb. 36. 1. Nova hereditate auctum patrimonium. c. 2. Qu. tut. v. cur. qu. sat. n. ded. 5. 42. Auctis medio tempore facultatibus. fr. 10. §. 3. de vac. et exc. 50. 5. Poena aucta (onerare reum). fr. 13. §. 7. de h. qu. not. inf. 3. 2. Vt honoris eis auctiores proferamus processus. Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Aucupari. **§. 1.** *Aves captare.* III. **Cn.** Venari, s. Piscari, vel aucupari. fr. 3. §. 1. de A. R. D. 41. 1. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Expetere, Ambire.* III. **Cn.** Qui messium tempus adsolent auc. Th. C. VII. 20. c. 11. de veteran. Qui popularem plausum alienis spoliationibus aucupantur. Ib. XV. 5. c. 1. de spectac.

Aucupatio. *Captatio.* III. **Cn.** Iuris formulae, aucupatione sillabarum insidiantes cunctorum actibus. c. 1. de formul. et impetr. 2. 58.

Aucupium. *Avium captura.* III. **Cn.** Aucupiorum et venationum reditus. — Ergo et piscationum. fr. 9. §. 5. de usuf. 7. 1. Paul. III. 6. §. 22. fr. 12. §. 13. de instr. leg. 33. 7.

Audacia. *Impetus audendi, Libido.* III. **Cn.** Quantae audaciae, quantae temeritatis sint (publicanorum factiones). fr. 12. pr. de publican. 39. 4. Audacia, vel acrimonia (superare veritatem). Th. C. XI. 36. c. 7. Quor. app. n. rec. Si manumissori tuo vim et audaciam obiecisti. c. 4. de obsequ. patron. 6. 6. Furoris audac. tanta. Th. C. IV. 22. c. 3. unde vi. Tyrannica aud. Ib. XV. 4. c. 6. de infirm. h. qu. s. tyr.

Audacter. (Advb.) *Animose, Libidinose.* III. **Cn.** Si quis — audacius, quam consultius molietur. Ib. XV. 1. c. 28. de opp. pub. Vsurpari, v. Elici, aud. c. 23. de testam. et quemad. 6. 23. c. 13. de cohortal. 12. 58.

Audax. (Adiect.) *Temerarius.* III. **Cn.** Audaci spiritu, et mente sacrilega (temeranda credere statuta) c. 14. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. Qui hac spe audacior factus est. fr. 1. §. 1. si is qu. test. lib. 47. 4. Ratio, quemadmodum audacissimus quisque maiore iniuria adficiat. fr. 1. §. 5. de Carb. ed. 37. 10. Si quis parentibus suis audaces manus imponat. Iulian. epit. nov. c. 107. §. 373.

Audenter. (Advb.) *Fidenter, Audacter.* III. **Cn.** Nisi quod, licet audenter, possis dicere. fr. 29. §. 14. de lib. et posth. 28. 2. cf. fr. 1. §. 5. si pars hered. 5. 4.

Audere. *Sibi sumere, Adrogare.* III. **Cn.** Sunt plerique Praesidum tam timidi, ut — poenam sustineant, nec quidquam audeant. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. Quamvis possit, — tamen non audet. Gai. III. 224. Tamquam nonnihil in alium ausurus, qui hoc adversus se ausus est. fr. 23. §. 3. de Aed. ed. 21. 1. Si quisquam vetito ausu audebit. Th. C. XII. 6. c. 32. §. 2. de susceptor.

Audiani. *Haereticorum secta.* III. **Cn.** Eunomiani, Valentiniani, — Donatistae, Audiani etc. Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret.

Audiens. (Partic.) **§. 1.** *Auditu percipiens.* III. **Cn.** Minus audiens, (immunitatem civilium munerum non habet). fr. 2. §. 6. de vac. et exc. 50. 5. cf. fr. 10. §. 1. fr. 11. de legit. tut. 26. 4. — **§. 2.** *Obtemperans, Obsequens.* III. **Cn** Si dixerit: frugi, probum, dicto audientem. fr. 19. pr. de Aed. ed. 21. 1. Si servus eius, cum iuberetur, — dicto audiens non fuit. fr. 1. §. 3. si qu. om. c. test. 29. 4. cf. fr. 21. §. 1. rer. amotar. 25. 2. fr. 20. de O. et A. 44. 7.

Audientia. **§. 1.** *Actus audiendi, Occasio discendi.* III. **Cn.** Animi iuvenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti. c. 1. de nudo iure Quir. 7. 25. — **§. 2.** *Iudicis cognitio*

publica. III. **Cn.** Iudicem competentem adire, qui — ea faciet compleri, — secundum iudiciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus. Vatic. §. 33. Cum negotiis omnibus, quae ad se delata fuerint, exhibuerint audientiam (sc. Praesides). Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. In sacrae cognitionis examine audientiam abnegare. Ib. XI. 31. c. 3. de repar. app. Episcopi (s. Episcopalis), vel presbyteri, aud. Ib. XVI. 2. c. 47. de episcop. Nov. Valent. III. de episcop. iud. II. 35. c. 1. §. 2.

Audire. **§. 1.** *Auditu percipere.* III. **Cn.** Nec audisse, nec vidisse. fr. 28. de probat. 22. 3. Non tantum loqui, sed et aud. fr. 1. §. 3. de tutel. 26. 1. Accire adhibitos testes, et audire sibi testimonium perhibentes. Paul. III. 4. A. §. 4. Non gravate audire (laudes suas). fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. — **§. 2.** *Certiorem fieri, Intelligere, Accipere.* III. **Cn.** Quicunque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit. Th. C. IX. 16. c. 11. de malefic. Cum armatos audisset venire, — sive verum, sive falsum audisset. fr. 3. §. 4. de vi et vi arm. 43. 16. Audi, quid sentimus. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Praetorias stipulationes sic audiri oportet, ut in his contineantur etiam aedilitiae. fr. 5. pr. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** *Institutione alterius uti.* I. **Sy.** Operam ei dare. Sequi eum. fr. 2. §§. 43. 46. sq. de O. I. 1. 2. — **§. 4.** *Obsequi, Obedire.* Cf. v. Audiens. §. 2. — **§. 5.** *Aditum praebere, Desideria probare.* III. **Cn.** Aud. et discutere, v. examinare, v. cognoscere. fr. 6. de accus. 48. 2. c. 5. comminat. epistol. 7. 57. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Aud. et admittere. fr. 33. §. 2. de proc. 3. 3. Venire et audiri. fr. 101. de R. I. 50. 17. Postulare, v. Petere, et audiri. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 43. §. 3. fr. 64. de proc. 3. 3. Audiri (extra ordinem), et causa cognita puniri, v. damnari. fr. 1. de fur. balnear. 47. 17. Coll. LL. M. VII. 4. fr. 18. §. 10. de quaestion. 48. 18. Rogo, audias me patienter (de legatis quid statues). fr. 3. de h. qu. in testam. del. 28. 4. Causam aud. Audita causa, sententiam proferre. fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 26. de app. et relat. 49. 1. Crimina, v. Custodias, etc. aud. fr. 12. de pub. iud. 48. 1. fr. 6. de accusat. 48. 2. Apud iudicem audiri. fr. 14. §. 9. de servo corr. 11. 3. Rei ita audiendi sunt, ut etc. Paul. V. 14. §. 2.

Auditio. *Audientia.* III. **Cn.** In qua (sc. adpellatione) inferiorum iudicum sacra desideratur auditio. Th. C. XI. 30. c. 67. de app. et poen. cf. XIII. 5. c. 32. de navicul. Auditionem huius legis intercessione depulsam. Ib. VIII. 4. c. 26. de cohortal.

Auditor. **§. 1.** *Discipulus.* III. **Cn.** Ille Stoicus, Panaetii auditor. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. Mucii auditores fuerunt complures, sed praecipuae auctoritatis (Gallus). fr. 2. §. 42. l. 1. 2. Ita Servium respondisse, auditores eius referunt. fr. 12. pr. §. 6. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Cognitor, Disceptator.* I. **Sy.** Cognitor sacer. S. cognitionis auditor. Th. C. XI. 31. c. 7. c. 9. de repar. appell.

Auditorium. **§. 1.** *Magistrorum scholae recitantium locus.* III. **Cn.** Habeat auditorium specialiter nostrum — oratores quidem tres. Ib. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liberal. Si qui erudiendis adolescentibus — idoneus erit, vel novum instituat auditorium etc. Ib. XIII. 3. c. 6. de medic. et prof. — **§. 2.** *Concilium, a superioribus magistratibus, vel a Principe, ad causas audiendas adhibitum.* III. **Cn.** Sin autem Princeps sententiam dixit, perraro solet permittere restitutionem, et induci in auditorium suum etc. fr. 18. §. 1. de minor. 4. 4. Causarum quoque auditorium habere ei (sc. Quaestori exercitus) concessit. Iulian. epit. nov. c. 38. §. 166. Adpellationem recipere, et sacrum habere auditorium. Ib. c. 22. §. 87. cf. c. 17. §. 63. Temere auditorium recipere. fr. 41. de rec. qu. arb. 4. 8. Vocari, v. Adsidere, in aud. fr. 54. §. 1. de re iud. 42. 1. fr. 5. de off. adsess. 1. 22. Ego quoque in auditorio publico idem secutus sum. fr. 1. §. 4. ne de statu defunct. 40. 15. cf. fr. 78. §. 4. de iure dot. 23. 3. Lecta est in auditorio Aem. Papiniani, Praefecti Pr., I. Cti, cautio. fr. 40. pr. de R. C. 12. 1. Ad cognitorem sacri auditorii mitti. Th. C. XI. 30. c. 44. c. 64. pr. de app. et poen. XI. 31. c. 4. de repar. app.

Auditus. (Subst.) **§. 1.** *Actus, v. Facultas, audiendi.* III. **Cn.** Si auditus capaces sunt (muti). fr. 65. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Ab ipso aboleantur auditu (prodigia sectarum). Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 1. de haeret. — **§. 2.** *Audientia.* III. **Cn.** Rerum decisio — nostro auditui sententiaeque servetur. Ib. XII. 12. c. 10. de legat. et decr.

Avehere. *Asportare.* I. **Sy.** Tollere (vinum). fr. 1. §. 3. fr. 4. §. 2. fr. 5. de per. et comm. 18. 6.

Avellere. **§. 1.** *Eruere, Deiicere.* III. **Cn.** Ne quis — cotem fodito, neve eximito, neve avellito. fr. 15. de publican. 39. 4. Si ostium avellat, vel effringat. fr. 11. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. Pollicem avellere servo. fr. 27. §. 33. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Privare, Detrahere, Oblitterare.* III. **Cn.** Cum possessionem eius nactus sit iuste, ut avelli non possit. fr. 4. §. 12. de usurp. 41. 3. fr. 3. §. 9. de statulib. 40. 7. fr. 17. de fundo dot. 23. 5. Paul. V. 2. §. 5. Meministis, — nec ullius temporis avellet oblivio. Th. C. VI. 4. c. 15. de Praetor.

Avellinas. *Civis Avellinae, oppidi Campaniae.* III. **Cn.** Ordo Avellinatium. Ib. XII. 1. c. 68. de decurion.

Avena. *Herba segetibus noxia.* III. **Cn.** Si lolium aut avenam in segetem alienam inieceris, quo eam inquinares. fr. 27. §. 14. ad L. Aqu. 9. 2.

Aventinus. *Collis urbis Romae.* III. **Cn.** De Algido in Aventinum signa transtulerunt. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2.

Avēre. *Salvum esse iubere.* III. **Cn.** Ave! — carissime nobis. Th. C. I. 7. c. 3. de off. Rect. Pr. VIII. 11. c. 5. ne qu. pub. laetit. Coll. LL. M. I. 10. Fauste, aveas! Paule, aveas! etc. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5. sq.)

Aversari. *Abhorrere.* III. **Cn.** Criminosos quidem aversamur omnes, et praecipue etc. Nov. Valent. III. de homicid. II. 20. c. 1. pr.

Aversio. *In universum facta constitutio*

pretii, in venditione vel locatione plurium rerum. I. **Sy.** Vniversaliter, v. Vno pretio, venire. Vniversum pretium omnium rerum in semel dictum. fr. 35. §§. 5. sqq. de contr. emt. 18. 1. fr. 4. §§. 1. sq. de peric. et comm. 18. 6. fr. 36. de Aed. ed. 21. 1. III. **Cn.** In aversione (venire). Per aversionem (vendi, v. conducere). fr. 4. §§. 1. sq. de peric. et comm. 18. 6. fr. 1. §. 15. de exercit. act. 14. 1. fr. 10. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Averta. *Pera* (veredarii). III. **Cn.** LX. libras sella cum frenis, XXXV. vero averta non transeat. Th. C. VIII. 5. c. 47. §. 1. cf. c. 48. pr. de cursu pub.

Avertarius. *Equus, cui averta imponitur.* III. **Cn.** Vt parhippum, vel avertarium, nullus accipiat etc. Ib. l. l. c. 22. §. 1.

Avertere. **§. 1.** *Vertere, Deflectere.* III. **Cn.** Caecum — aversa sella a Bruto destitutum. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Qui, in suo fodiens, vicini fontem avertit. fr. 1. §. 12. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Si flumen, torrentem averterit (vicinus), ne aqua ad eum perveniat. fr. 2. §. 9. ib. 39. 3. fr. 1. §. 7. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Quamvis fluminis naturalem cursum, opere manu facto, alio non liceat avertere. c. 1. de alluvion. 7. 41. fr. 1. §. 18. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. — **§. 2.** *Deterrere.* III. **Cn.** Diffidentia, quae plerumque iuvenes avertit. §. 2. I. de I. et I. 1. 1. Quo christianae legis veneranda mysteria nullus spectaculorum concursus avertat. Th. C. II. 8. c. 20. (Wck.) de feriis. — **§. 3.** *Intercipere, Subtrahere, Contrectare.* III. **Cn.** Si quis merces supposuerit, vel obligatas averterit, vel corruperit. fr. 3. §. 1. stellionat. 47. 20. cf. fr. 7. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Si quis, cum suspicaretur alium secum acturum, alio peculium avertat. fr. 21. pr. de pecul. 15. 1. Cum nauta agere possunt, oneris aversi actione. fr. 31. locat. 19. 2. Ablatum, captum, coactum, conciliatum, aversumve siet. Fr. legis Serviliae.

Auferre. **§. 1.** *Asportare, Avehere, Avertere.* I. **Sy.** Tollere, Contrectare, Subripere. fr. 21. pr. §. 3. de furt. 47. 2. Abducere, Abigere. Paul. V. 18. §§. 1. sq. 4. III. **Cn.** Ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicave auferat, neve intercipiat, neve in rem suam vertat. fr. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Neve imperato, quo quid magis ii dent, praebeant, ab iisve auferatur. Plebisc. de Thermens. II. 53. sq. Ne vis fieret dominis, quominus sua tollerent, auferrent. fr. 9. §. 1. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 1. pr. de glande leg. 43. 28. Quae per fraudem ablatae sunt, vel professioni subtractae. Fr. de I. F. §. 18. Qui furandi animo conclave effregit, vel aperuit, sed nihil abstulit. Paul. II. 31. §. 35. Per vim vel furtum ablatum. c. 23. de R. V. 3. 32. Ablatum, captum, coactum, conciliatum, aversumve. Cf. v. Avertere. Res ablata exhibeatur et deponatur. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. fr. 58. pr. de Aed. ed. 21. 1. — **§. 2.** *Privare, Tollere.* I. **Sy.** Adimere, Perimere. fr. 27. pr. fr. 30. pr. de adim. v. transf. 34. 4. fr. 44. pr. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 6. §. 2. de poen. 48. 19. Denegare. fr. 2. pr. §§. 1. 3. fr. 12. de h. qu. ut ind. 34. 9. Submovere. fr. 5. §§. 15. 19. sq. fr. 12. l. l. 34. 9. III. **Cn.** Causa, quae infamiam non irrogat, ideoque non aufert ius etc. fr. 9. de postul. 3. 1. cf. fr. 97. de R. I. 50. 17. Nullius colore occasionis auferri volumus (nihil ex his etc.). Th. C. XV. 1. c. 48. de opp. pub. cf. c. 2. de inoff. testam. 3. 28. Nec potest aliquo modo auferre legem sui venditoris. fr. 9. de serv. export. 18. 7. Si quis fuit heres, deinde hereditas ablata sit ei, quasi indigno. fr. 33. de religios. 11. 7. cf. Paul. III. 5. §§. 10. 13. fr. 12. de h. qu. ut indign. 34. 9. Vt ad tempus relegentur, nec bona illis auferantur. fr. 21. de L. Cor. de fals. 48. 10. Pars bonorum eius aufertur, et datur (patrono). fr. 7. §. 1. de iure patron. 37. 14. In filiam — collata, postea auferri ab ea non potuisse. Vatic. §. 279. — **§. 3.** *Repetere iudicio, Vindicare, Consequi, Servare.* I. **Sy.** Vindicare, Evincere. Paul. V. 12. §. 12. fr. 46. pr. §. 2. de iure fisci. 49. 14. fr. 17. de evict. 21. 2. Accipere (ex testamento). Percipere (legatum). Ferre (ab herede). fr. 43. sq. de hered. pet. 5. 3. fr. 18. fr. 24. de legat. praest. 37. 5. fr. 6. si fam. furt. 47. 6. III. **Cn.** Stipulatio non committitur, quamvis auferri res ei, et ipse auferre eandem, possit. fr. 38. §. 6. de V. O. 45. 1. Nihil ei solutum esse, ut auferri non possit. fr. 23. de pign. act. 13. 7. Vt, quamdiu id vectigal praestetur, neque ipsi conductori neque heredi eius praedium auferatur. Gai. III. 145. Per iudicium, v. actionem, auf. fr. 22. §. 1. de eviction. 21. 2. fr. 85. de legat. I. (30.) Id, quod contulit, aut solum aut cum poena, auferret. fr. 55. pro soc. 17. 2. B. Pnem c. t. petierat, et partem hereditatis, quae debebatur, abstulerat. fr. 43. pr. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 12. pr. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 35. de vulg. et pup. 28. 6. Si hac mente donat, ut nuptiis non secutis res auferatur. fr. 1. §. 1. de donation. 39. 5.

Aufugere. **§. 1.** *Fugere, Evadere.* III. **Cn.** Si invicem sibi persuaserunt (duo servi), et ambo simul aufugerunt. fr. 36. §. 2. de furt. 47. 2. Si cum rebus aufugerit fugitivus. ib. l. l. Qui, relictis censibus, aufugerunt. Th. C. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr. — **§. 2.** *Evitare.* I. **Sy.** Declinare. c. 1. ubi qu. de cur. 3. 23.

Augere. **§. 1.** *Ampliare.* III. **Cn.** Praepositio „De" auget depositum, ut ostendat etc. fr. 1. pr. depos. 16. 3. Si socius quaedam negligenter in societate egisset, in plerisque autem societatem auxisset. fr. 26. pro soc. 17. 2. Quae speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16. His cunabulis initiata (sc. Praefectorum auctoritas), in tantum meruit augeri etc. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. Ita ius reddet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum. Gai. III. 42. — **§. 2.** *Excolere, Firmare.* III. **Cn.** Si conductor sua opera aliquid necessario vel utiliter auxerit, vel aedificaverit, vel instituerit. fr. 55. §. 1. locat. 19. 2. Omnia augere, et in meliorem statum reducere desiderans. §. 3. I. de libertin. 1. 5.

Augescere. *Auctius fieri, Crescere.* I. **Sy.** Augeri. fr. 2. §§. 2. 7. 18. de O. I. 1. 2.

Augmentare. *Superaddere, Cumulare.* III. **Cn.** Amittit — fiscus, quod commodo suo exactor augmentat. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1.

12*

c. 3. §. 3. Aliquid amplius fieri, ut eam augmentemus. c. 2. §. 5. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Augmentum. *Incrementum, Auctio, Accessio.* II. **Op.** Deminutio. fr. 8. §. 1. de edendo. 2. 13. fr. 20. §. 3. de hered. pet. 5. 3. Decessio. fr. 32. §. 1. de pecul. 15. 1. fr. 32. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Augmenti et superindicticii — solvere pensionem. Th. C. XI. 19. c. 4. de coll. fund. patrim. Augm. patrimonii, quod laboribus et multis casibus quaeritur. c. 10. arbitr. tut. 5. 51. Medii temporis augmenta (foetuum et partuum). fr. 3. pr. de instr. leg. 33. 7. fr. 20. §. 3. de hered. pet. 5. 3. Ad dotis augm. pertinere. fr. 31. §. 4. sol. matr. 24. 3. Cedit augm. legatario. fr. 8. pr. de legat. I. (30.) Recipere augm. fr. 20. §. 3. de hered. pet. 5. 3.

Augur. *Vaticiniorum ex volatu avium capiendorum peritus.* III. **Cn.** Augurum et vatum prava confessio conticescat. Th. C. IX. 16. c. 4. de malefic.

Augusta. *Principis uxor.* III. **Cn.** Imperator, seu Augusta. c. 7. Qu. testam. fac. 6. 22. Et Caesaris et Augustae ratio. fr. 6. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Res privatae nostrae pietatis, vel serenissimae Augustae, nostrae coniugis. c. 3. pr. ubi Senator. 3. 24. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. cf. Th. C. XIII. 1. c. 21. de lustr. collat. Imp. Antoninus in Faustinae Augustae persona constituit. fr. 57. de legat. II. (31.)

Augustalianus. (Adiect.) *Ad praefecturam Augustalem pertinens.* III. **Cn.** Augustaliani officii, et cohortalis, et defensoris discrimine. Th. C. XI. 5. c. 3. de indict. Iudicium augustalianum. Ib. XI. 24. c. 6. pr. de patroc. vicor.

Augustalis. (Subst.) *Praefectus Aegypti.* I. **Sy.** Praefectus Praetorio augustali. Praefectus Aegypti. Augustalis (p. se pos.). fr. 1. de off. Prf. Aug. 1. 17. c. 2. eod. 1. 37. Th. C. I. 14. c. 2. eod. (Wck.) XVI. 2. c. 42. de episc. eccl. III. **Cn.** Sive ex Procoss., vel Vicariis, vel Augustalibus, vel tribunis. Ib. XI. 24. c. 4. de patroc. vicor. XI. 30. c. 57. de app. et poen. VV. Spp. Procoss.; aut Praefectus Augustalis, aut Comes Orientis etc. c. 1. pr. ut omn. iud. 1. 49. c. 6. §. 1. de modo multar. 1. 54. Th. C. VIII. 7. c. 21. de div. offic.

Augustalis. (Adiect.) *Ad augustam Imperatoris maiestatem spectans, vel secundum illam nominatus.* III. **Cn.** Maiestas augustalis. c. 3. ubi et ap. qu. 2. 47. Veteres triumphalem praetorem — repererunt, nos iniunximus Augustalem. Th. C. VI. 4. c. 25. pr. §. 1. de Praet. et Qu.

Augustalitas. *Praefecti Augustalis dignitas, s. munus.* III. **Cn.** Qui vicarianae potestati, comitivae Orientis, aut Augustalitati parendo, (statuta peregit stipendia). Ib. XIII. 11. c. 11. de censitor. peraequator.

Augustamnica. *Provincia singula intra dioecesin Aegyptiacam.* III. **Cn.** Per Thebaicam atque Augustamnicam provincias. Ib. I. 14. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Aug. Corrector provinciae Augustamnicae. Ib. c. 2. l. l. cf. c. 9. Iust. C. de vectigal. 4. 61.

Augustanum. (Adiect.) *Ab Augusto profectum, Imperatoris nomini adscriptum.* III. **Cn.** Colonia Augustana. fr. 1. §. 1. de censib. 50. 15. Stationarii, et urbani milites, et Tertii Augustani. Th. C. IV. 12. c. 3. de vectig. et comm.

Augustensis. *Augustanus.* III. **Cn.** In Augustensi (Suitranea) civitate. Ib. X. 2. c. 1. de dom. ad rem priv.

Augustus. (Subst.) *Octaviani nomen.* III. **Cn.** Ante tempora Augusti. — Primus D. Augustus constituit, v. iussit. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 1. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Pr. I. de codicill. 2. 25. §. 1. I. de fideic. heredit. 2. 23. Lex lata a D. Augusto. Edictum D. Augusti. fr. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Fr. de I. F. §. 8. D. Aug. lib. 10. de vita sua scribit. fr. 1. de cadav. punit. 48. 24. cf. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16.

Augustus. (Adiect.) §. **1.** *Excelsus, Principalis, Imperatorius.* I. **Sy.** Imperatoria, Nostra, Augusta (humanitas etc.). Th. C. IX. 42. c. 17. de bon. prosc. Divina, Regia, Augusta, s. Augustissima, (domus). Ib. X. 26. c. 1. de conduct. et hom. dom. Aug. Divae, Augustae (memoriae). Ib. VI. 26. c. 7. de proxim. Augusti, Imperii, Regia (lex). cf. v. Regius. III. **Cn.** Specialis iudex, sive ab augusta fortuna, sive a iudiciali culmine. c. 18. de iudic. 3. 1. Privilegium, Remedium, augustum. c. 27. de donat. int. V. 5. 16. c. 1. §. 14. de caduc. toll. 6. 51. Inclytus, victor ac triumphator, semper Aug. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. cf. Prooem. Inst. (Rubr.) Aug. Imp. maximusque Princeps. fr. 20. §. 6. de hered. petit. 5. 3. Acclamatum est: Augusti Augustorum, Maximi Augustorum. Gesta in Senatu de recip. Th. C. (Wck. p. 4. sq.) — §. **2.** *Quod ab Octaviano nomen traxit.* I. **Sy.** Augusti, Augustae (Calendae). fr. 113. pr. de V. O. 45. 1. c. 2. de feriis. 3. 12. III. **Cn.** Forma, cui nomen Augusta est. Th. C. XV. 2. c. 8. de aquaed.

Avia. *Mater patris, vel matris.* III. **Cn.** Pater, et avus, et proavus, et deinceps omnes superiores, et mater, et avia, et proavia. fr. 51. de V. S. 50. 16. Avia, tam paterna, quam materna. fr. 10. §. 13. de grad. et adfin. 38. 10. Paul. IV. 11. §. 2.

Aviarium. *Loculus, avibus custodiendis aptus.* III. **Cn.** Avibus legatis, — et aviaria debebuntur. fr. 66. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §. 76.

Aviaticus. (Adiect.) *Ad aviam pertinens.* III. **Cn.** Circa nepotem munus aviaticum perpetua liberalitate mansurum. Consult. vet. I. Cti. c. 7. in f. L. rom. Burg. T. 22. (al. 23.)

Aviditas. *Cupiditas, Avaritia.* III. **Cn.** Cum forte largitatem nostram aviditas circuit postulantium. Th. C. X. 10. c. 11. de petition. Eorum — inexpleta aviditas temperetur. Ib. I. 16. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. Si quos servilis furti aviditate degeneres — repererit. Ib. c. 9. l. l.

Avidus. (Adiect.) *Inhians.* III. **Cn.** Avidae cupiditatis frena cohibere. Ib. XV. 2. c. 6. de aquaed.

Avis. *Volucris omnis.* III. **Cn.** Aves et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt. Paul. III. 6. §. 44. cf. fr. 11. de instr. leg. 33. 7. Animalia, quae in terra, quae in mari

nascuntur, — aves quoque. fr. 1. §. 3. de L. et L. 1. 1. De apro et leone, caeterisque feris et avibus (idem erit dicendum). fr. 29. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2.

Avitus. (Adiect.) *Ad maiores, et in primis ad avum vel aviam respiciens.* II. **Op.** Materna, v. Paterna, — Avita (bona). Paul. III. 4. A. §. 7. fr. 81. ad S. C. Treb. 36. 1. Paterni, — Aviti (liberti). fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. fr. 10. §. 1. fr. 11. de bon. libert. 38. 2. III. **Cn.** Velut domesticum, ac avita successione quaesitum, sibi habere. Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) Avitum, vel proavitum, (desiderium). c. 1. de H. qu. ante ap. tab. 6. 52. Lares, sepulchra avita. fr. 38. de R. V. 6. 1.

Aula. **§. 1.** *Area aedibus circumdata.* III. **Cn.** Sive in eodem cubiculo, sive in triclinio, vel porticu, vel in aula. c. 12. de h. qu. ut ind. 6. 35. — **§. 2.** *Domus regia. Palatium.* I. **Sy.** Regalis aula, Palatium. Th. C. VI. 16. c. 1. de comit. et archiatr. XIII. 3. c. 12. c. 16. c. 18. sq. de medic. et prof. III. **Cn.** Vel ex aula nostra dati, vel a nostris proceribus delegati (iudices). c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1. Qui palatinis intra aulam obsequiis deputandi sunt. Th. C. VI 30. c. 12. de palatin. S. largg.

Aulaeum. *Ornamentum aulae, vel theatri.* III. **Cn.** Si scaenicae vestis ususfr. legetur, vel aulaei, vel alterius adparatus. fr. 15. §. 5. de usufr. 7. 1.

Aulicus. (Adiect.) *Ad aulam regiam pertinens, Palatinus.* III. **Cn.** Potestates aulicae. Honores aulici. Nov. Valentin. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 4. de XXX. ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 1.

Avocare. **§. 1.** *Evocare, Procul retinere.* III. **Cn.** Si morbo impeditus, aut reip. c. avocatus, adesse non potuit reus. fr. 75. de iudic. 5. 1. Ne ab officio suscepto legationis avocetur. fr. 24. §. 2. ib. 5. 1. Multo minus milites avocandi sunt a signis, vel muneribus. fr. 3. §. 6. de testib. 22. 5. Avocare, neve abducere. Fr. legis Serviliae. — **§. 2.** *Avellere, Auferre.* II. **Op.** Retinere, v. Obtinere, — Avocari posse (hereditatem). Gai. II. 148. sq. Meus durat (lapis). — Alterius factum avocare non possum. fr. 6. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Cuniculo vel fossa aquam meam avocare. fr. 26. de damn. inf. 39. 2. Si possessionem tuam fecissem, ita ut per longi temporis praescriptionem avocari non possit. fr. 15. §. 1. de condict. indeb. 12. 6. Vatic. §. 293. fr. 110. de cond. et dem. 35. 1. Si quis eam possessionem iure avocaverit. fr. 3. pr. de A. E. V. 19. 1. Si praeterita adcrescat, tantum suo avocabit, quantum extraneo. Paul. III. 4. B. §. 8. fr. 17. de iniust. rupt. 28. 3.

Avolare. *Volatu evadere.* II. **Op.** Revolare. fr. 5. §§. 5. sq. de A. R. D. 41. 1.

Aura. *Aër.* III. **Cn.** Qui aurae communis haustu, et lucis adspectu (diu privati sunt). Th. C. IX. 40. c. 22. de poen.

Auraria. *Lustralis collatio.* III. **Cn.** Vt ex corpore negotiatorum, ad suscipiendam tuendamque aurariae nostrae rationem, adponeretur idoneus. Ib. XII. 6. c. 29. de susceptor.

Aurarius. (Subst.) *Susceptor lustralis collationis.* III. **Cn.** Non corporatus, — non curialis, non ex-primario, non aurarius, sive collegiatus, etc. Nov. Valent. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 3.

Aurarius. (Adiect.) *Ad aurum pertinens.* III. **Cn.** Vel in aurariam, aerariam, atque ferrariam praestationem translata. Th. C. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Aurum, quod ex huiusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari. Ib. XII. 1. c. 173. §. 1. de decurion. Superindicti, vel aurariae, caeteraeque ad utrumque aerarium pertinentes functiones. Nov. Valent. III. de palatin. II. 7. c. 1. §. 1. Neque dom. divin. II. 10. c. 1. §. 1. Neque aurario canoni — aliquid ex ea — praebitionum diversitate decutitur. Th. C. XI. 16. c. 13. de extr. s. sord.

Auratus. (Adiect.) *Obductus auro.* III. **Cn.** Aurata, et inclusa vasa alterius materiae. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. Nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis, aut textis utatur auratis. Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic. cf. X. 21. c. 2. de vest. holover.

Aurelia. *Nomen viae publicae, circa urbem Romam.* III. **Cn.** In tutelam viae, quae est in colonia (Graviscanorum) usque ad viam Aureliam. fr. 30. de legat. II. (31.)

Aurelius. *Fictum personae nomen.* III. **Cn.** L. Titio filio meo — tutores do L. Aurelium et C. Optatum. Vatic. §. 229.

Aureus. (Adiect.) **§. 1.** *Auro constans.* II. **Op.** Inauratus. fr. 14. de contr. emt. 18. 1. fr. 19. §. 6. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Clavi aurei et purpurae. fr. 19. §. 5. ib. 34. 2. Cymbia argentea, crustis aureis illigata. fr. 19. §§. 5. sq. fr. 32. §. 1. ib. Pecunia aurea, Nummi aurei. fr. 35. de pact. 2. 14. fr. 159. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Pretiosus, Praeclarus.* III. **Cn.** Libri aureorum (Gaii Icti). Ind. Flor. Pand. Iust. v. Γαΐου.

Aureus. (Subst.) *Nummus aureus.* I. **Sy.** Solidus. fr. 12. de in ius voc. 2. 4. fr. 8. §. 17. fr. 9. de inoff. testam. 5. 2. fr. 47. pr. de man. testam. 40. 4. III. **Cn.** Vt pro M. sestertiis unus aureus computetur. §. 3. I. de succ. libertor. 3. 7. Aureos tot, pluresve, furto ei abesse. fr. 19. §. 3. de furt. 47. 2. Habere centies aureorum. fr. 88. de V. S. 50. 16. Iudicium, s. Actio, v. Poena, aureorum (L., v. C., v. D.) fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. fr. 12. fr. 24. sq. de in ius voc. 2. 4. fr. 1. §. 1. de L. Iul. amb. 48. 14.

Aurichalcum. *Metallum ex aere et cadmia factum.* III. **Cn.** Si quis putet, auri adpellatione electrum, vel aurichalcum contineri. fr. 4. pr. de legat. I. (30.) Si vas aurichalcum pro auro vendidisset. fr. 45. de contr. emt. 18. 1.

Aurichalcus. (Adiect.) Cf. v. Aurichalcum.

Auricula. *Auris.* III. **Cn.** Levis lippitudo, aut levis dentis auriculaeve dolor, etc. fr. 4. §. 6. de Aed. edict. 21. 1.

Auricularis, v. **Auricularius.** (Adiect.) *Ad auriculam spectans.* III. **Cn.** Cum auriculari morbo debilitatum te esse dicas. c. 2. Qu. morbo se excus. 10. 50. Qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur, utputa si auricularius, si fistulae, vel dentium. fr. 1. §. 3. de extr. cognit. 50. 13.

Aurifex. *Faber aurarius.* III. **Cn.** Argen-

tarii, — aerarii, ferrarii, — aurifices, specularii. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Si cum aurifice mihi convenerit, ut is ex auro suo — anulos mihi faceret. Gai. III. 147. fr. 34. pr. de auro arg. 34. 2.

Aurifodina. Cf. v. Argentifodina, v. Fodina.

Auriga. *Qui in curru sedens equos regit.* III. *Cn.* Thymelici, vel aurigae. Th. C. XIV. 3. c. 21. de pistor. Si forte auriga fuit, cui usus equorum relictus est. fr. 12. §. 4. de usu et habit. 7. 8.

Aurigare. *Currum et equos regere.* I. *Sy.* Personae, quae aurigandi studio detinentur. Aurigae. Th. C. l. l.

Aurilegulus. *Auri, aliorumve metallorum, scrutator.* I. *Sy.* Metallarius. Ib. X. 19. c. 3. c. 6. c. 9. c. 12. de metall.

Auris. **§. 1.** *Membrum corporis animalis, quo sonum et voces percipiuntur.* III. *Cn.* Qui aurem alicuius tetigit, — totum eum videri tetigisse. fr. 21. pr. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Auditus.* III. *Cn.* Et auribus et oculorum inspectione. §. 9. I. de grad. cognat. 3. 6. Si et vocem abstulit et aures conclusit (morbus). c. 10. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Subtilioribus auribus accipere. §. 3. I. de legat. 2. 20. Intimare auribus nostris. Th. C. VII. 1. c. 16. de R. M. XI. 30. c. 66. de app. et poen.

Aurum. **§. 1.** *Metalli pretiosissimi species.* III. *Cn.* Corporales res, v. Quae pondere, numero, mensura constant, — veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum etc. Gai. II. 13. 20. III. 90. Si quis ex metallis Caesarianis aurum, argentumve furatus fuerit. fr. 6. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Aurum, gemmae, margaritae, quae in eo auro essent. fr. 11. cf. fr. 19. §§. 13. 15. 20. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 88. Auro facto adnumerari. Aur. suum omne legare. fr. 19. fr. 27. §§. 3. sqq. fr. 29. pr. fr. 32. §. 1. fr. 34. l. l. 34. 2. Solidi auri cocti. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator. cf. XII. 8. c. 1. de auri pub. prosecut. — **§. 2.** *Pecunia qualiscunque signata.* I. *Sy.* Pretium, Pecunia. Ib. VII. 4. c. 29. c. 31. sq. c. 34. c. 36. de erog. mil. annon. VII. 13. c. 2. c. 7. de tiron. X. 24. c. 1. sqq. de h. qu. c. dispens. Nummi. Ib. XI. 21. c. 3. de collat. aer. III. *Cn.* Aurum, vel argentum signatum. fr. 27. §. 4. l. l. 34. 2. Aurum saepe pro corporibus (v. tironibus) immane deposcitur. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. §. 2. de tiron. Aur. pro speciebus exigere, v. exsolvere. Ib. XI. 1. c. 8. de annon. et tribut. XI. 21. c. 3. de collat. aer. Vt species — ipsa praestetur, nec in nummum aurumve dirigatur. Ib. VIII. 4. c. 6. de cohortal. Coronarii, v. Lustralis, v. Glebalis etc. auri collatio, s. praestatio. Ib. VI. 2. c. 10. sq. de Senator. XII. 13. c. 1. sq. c. 5. sq. de auro coron. XIII. 1. c. 11. c. 17. de lustr. collat.

Auspicari. *Incipere, Adgredi.* III. *Cn.* Post celebratam denunciationem, — litis exordium auspicatur. Ib. II. 4. c. 4. de denunc. v. edit. Qui enim dies est bene auspicatus a funere? Ib. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol.

Auspicium. *Exordium, Introitus.* I. *Sy.* Exordium. Ib. VI. 8. c. 1. de Praep. S. cubic. IX. 19. c. 2. §. 2. ad L. Cor. de fals. II. *Op.* Vltimus finis. Ib. l. l. (IX. 19. c. 2. §. 2.)

Austeritas. *Severitas.* II. *Op.* Lenitas. Ib. l. l. IX. 19. c. 4. §. 1. III. *Cn.* Qui in hac usurpatione fuerit, austeritatem vigoris publici ferre cogatur. Ib. XIV. 6. c. 3. pr. de calc. coctor. Vt alterutram partem digna legum tenere possit austeritas. Ib. II. 1. c. 8. §. 2. de iurisd.

Austerus. (Adiect.) *Gravis, Severus.* III. *Cn.* Temperari ab innoxiis austera praeceptione sancimus. Ib. IX. 3. c. 6. de cust. reor. Vltio, v. Sententia, austerior. Ib. IX. 40. c. 10. de poen. XVI. 5. c. 53. de haeretic.

Ausum. (Subst.) *Factum temerarium.* III. *Cn.* Qui ex horum ausis iuniorum saepe patiuntur penuriam praebendorum. Ib. VII. 13. c. 10. de tiron.

Ausus. (Subst.) Idem. III. *Cn.* Ausu gravi atque damnabili (contra huiusmodi legem veniendum esse, credere). Ib. XVI. 4. c. 2. de h. qu. sup. relig. Vetito, v. Protervo, ausu (audere, s. tentare). Ib. XII. 6. c. 32. §. 2. de susceptor. c. 14. §. 1. de SS. eccl. 1. 2.

Aut. (Coniunct.) **§. 1.** *Vel.* III. *Cn.* Si illud, aut illud (factum non erit). fr. 13. §. 3. de reb. dub. 34. 5. Qui sibi, aut filio suo, (dari stipulatur). fr. 56. §. 2. de V. O. 45. 1. Hominem aut fundum, v. X. aut Stichum etc. (dare, v. stipulari). fr. 27. §. 6. de pact. 2. 14. fr. 13. §. 2. de reb. dub. 34. 5. — **§. 2.** *Aeque ac.* III. *Cn.* In quo edicto aut pueritiam, aut casum excusavit. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. In interdicto Quod vi aut clam, „Aut“ coniunctio pro „Et“ apertissime posita est. c. 4. §. 1. de V. S. 6. 38. — **§. 3.** *Etiam.* III. *Cn.* Nec cuiquam, aut delectationis desiderio, — liceat habere etc. Th. C. XV. 7. c. 10. de scaenic. — **§. 4.** *Contra.* III. *Cn.* Replicare: Aut si etc. fr. 48. de proc. 3. 3. fr. 154. de R. I. 50. 17.

Autem. (Coniunct.) *Scilicet, Quidem.* III. *Cn.* Est autem adpellatum a etc. fr. 1. pr. de I. et I. 1. 1. cf. fr. 11. si qu. cautt. 2. 11. Et generaliter autem etc. Et hoc autem casu etc. fr. 16. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 5. §. 1. de O. et A. 44. 7. Fuit autem in primis etc. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2.

Authenticum. (Subst.) *Scriptura originaria.* II. *Op.* Index et exemplum scripturae. Exemplum (p. se pos.). Paul. V. 12. §. 11. fr. 2. de fide instrum. 22. 4. fr. 12. testam. quemad. aper. 29. 3. Scheda. Th. C. VII. 16. c. 3. de litor. et itin. cust.

Authenticus. (Adiect.) *Originarius.* III. *Cn.* Authentica ipsa atque originalia rescripta. c. 3. de div. rescr. 1. 23. Rationes authenticae. fr. 8. pr. famil. ercisc. 10. 2.

Automatarius. (Adiect.) *Ad automaton pertinens.* III. *Cn.* Automataria, aut si qui canthari, per quos aquae saliunt. fr. 41. §. 11. de legat. I. (30.)

Autopractores. *Sponte se obferentes.* I. *Sy.* Qui sponte pronius inferant expetenda, v. aurum. Th. C. XI. 1. c. 34. de ann. et tribut. XI. 22. c. 4. ne coll. translat.

Autumnalis. (Adiect.) *Ad autumnum pertinens.* II. *Op.* Vernum — Autumnale (aequinoctium). fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13. fr. 1. §. 32. de aqua quot. 43. 20.

Autumnus. (Adiect.) Idem. III. ***Cn.*** Aestivis fervoribus mitigandis, et autumnis foetibus decerpendis. Th. C. II. 8. c. 2. pr. de feriis.

Avunculus. *Matris frater.* I. ***Sy.*** Av. magnus. Aviae frater. Paul. IV. 11. §. 4. fr. 1. §. 6. fr. 10. §. 15. de grad. et adfin. 38. 10. Av. maximus. Abaviae frater. fr. 10. §. 17. ib. 38. 10. II. ***Op.*** Patruus. Gai. I. 156. Paul. IV. 8. §. 14. fr. 1. §. 5. l. l. 38. 10.

Avus. *Patris, vel matris, pater.* III. ***Cn.*** Pater, et avus, et proavus, et deinceps omnes superiores. fr. 51. de V. S. 50. 16. Parens mulieris virilis sexus, per virilem sexum cognatione iunctus, velut pater, avus paternus. Vlp. VI. 2. Av. ex patre, vel ex matre, s. paternus, vel maternus. Gai. III. 71. Paul. IV. 8. §. 10. IV. 11. §. 2. fr. 5. §§. 2. 5. de agnosc. et al. 25. 3. fr. 1. §. 1. si a par. qu. manum. 37. 12. Facit hoc, quasi quilibet, non quasi avus. fr. 15. §. 1. de adopt. 1. 7. Ex veterano praetoriano genero socerum avum effectum. Vatic. §. 195.

Auxiliari. *Opem ferre, Adiuvare.* I. ***Sy.*** Iuvante, Auxiliante (deo). c. 1. §§. 1. 8. de Off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Auxiliaris. (Adiect.) *Auxiliarius.* III. ***Cn.*** De auxiliaribus sane cuneis minime ducibus licentia concedatur etc. Th. C. VII. 13. c. 1. de tiron.

Auxilium. §. 1. *Adiumentum, Cura.* III. ***Cn.*** Auxilium ferre (dominis suis). Paul. III. 5. §. 7. fr. 1. §§. 28. 35. sq. de S. C. Silan. 29. 5. Auxilio esse posse (minori). fr. 95. §. 3. de solut. 46. 3. Alieno auxilio egere. §. 13. I. de excusat. 1. 25. — **§. 2.** *Auxilia*, pro: *Milites auxiliares.* III. ***Cn.*** Legio cum suis auxiliis. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Th. C. VII. 4. c. 22. de erog. mil. annon. Per cuneos auxiliaque constituti (in ripa). Ib. VII. 13. c. 7. §. 3. de tiron. — **§. 3.** *Auxilium*, pro: *Adparitio.* III. ***Cn.*** Moderator Iustinian. habeat et civile et militare auxilium. Iulian. epit. nov. c. 27. §. 98. — **§. 4.** *Interventio Principis, vel magistratus.* III. ***Cn.*** Citra Principalis restitutionis auxilium. Consult. vet. I. Cti. c. 2. cf. c. 1. Civili iure, vel auxilio Praetoris (deferri). Th. C. II. 24. c. 1. fam. ercisc. Praetoriae iurisdictionis auxilio uti. fr. 67. §. 6. de R. N. 23. 2. Auxilium eis Praetor hoc edicto pollicitus est, et adversus captiones opitulationem. fr. 1. pr. de minor. 4. 4. Ne auxilium denegetur contra saevitiam his etc. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. — **§. 5.** *Remedium iuris, Privilegium.* I. ***Sy.*** Beneficium. fr. 29. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 26. de liberat. leg. 34. 3. fr. 68. de R. I. 50. 17. Ius (liberorum). Th. C. VIII. 17. c. 1. de iure liberor. III. ***Cn.*** Constitutionum aux. habere. fr. 26. pr. de fideic. libb. 40. 5. S. Cti auxilio uti. fr. 7. §. 1. ad S. C. Maced. 14. 6. fr. 26. ad S. C. Vellei. 16. 1. Auxilio Falcidiae — retinere posse. Paul. III. 8. §. 1. Aetatis auxilio defendi etc. fr. 11. §. 1. de instit. act. 14. 3. fr. 2. de succ. edict. 38. 9. Desiderari, — Indulgeri, aux. (bonis praestitum etc.). fr. 50. §. 1. de manum. testam. 40. 4. fr. 10. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Non debere ei tribui extraordinarium auxilium. fr. 16. pr. de minor. 4. 4.

Auxumitae, v. **Axumitae.** *Aethiopica gens, ad oram rubri maris.* III. ***Cn.*** Ad gentem Axumitarum et Homeritarum (ire praeceptus). Th. C. XII. 12. c. 2. de legat. et decr.

Babylonicum. (Subst.) *Vestis acu picta, arte Babylonica.* III. ***Cn.*** Stragulas et babylonica, quae equis insterni solent, non puto vestis esse. fr. 25. §. 3. de auro arg. 34. 2.

Babylonicus. (Adiect.) *Ad Babyloniam pertinens.* III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: — opus byssicum, pelles Babylonicae, pelles Parthicae. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Bacchari. *Agitari quasi Bacchico furore.* III. ***Cn.*** Qui circa fana bacchari soleret, et quasi demens responsa daret. fr. 1. §. 10. de Aed. ed. 21. 1. Cum libera mulier, servili amore bacchata, etc. §. 1. I. de success. subl. 3. 13.

Baetica. *Hispaniae ulterioris pars.* III. ***Cn.*** Vrbe, Italia, provinciae Baeticae — interdixit. Coll. LL. M. I. 11. Procos. v. Praeses, Baeticae. Ib. l. l. fr. 4. §. 1. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Th. C. XI. 9. c. 2. de distr. pign.

Baiulare. §. 1. *Corpore suo portare.* I. ***Sy.*** Ferre. Corpore suo baiulare. fr. 235. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Suscipere, Subire.* III. ***Cn.*** Vnumquemque tributarium adiectionem alieni debiti baiulare. Th. C. V. 15. c. 3. (Wck.)

Baiulus. *Gerulus.* I. ***Sy.*** Portitor. Ib. II. 27. c. 1. §. 2. si cert. petat. de chir.

Balanus. *Glandis, vel nuclei, genus.* III. ***Cn.*** Virgae, carbones, nuclei olivarum, — et balani, vel si qui alii nuclei. fr. 55. §. 1. de legat. III. (32.)

Balbus. *Cui lingua impedita est loquenti.* III. ***Cn.*** An balbus, et blaesus, et atypus, isque qui tardius loquitur, sanus sit? fr. 10. §. 5. cf. fr. 1. §. 7. de Aed. edict. 21. 1.

Balbutire. *Trepidante lingua eloqui.* III. ***Cn.*** Momenta verborum, quae forte seminecis et balbutiens lingua profudit. c. 15. de testam. 6. 23.

Balineum. Cf. v. Balneum.

Ballistarius. *Ballistarum artifex.* III. ***Cn.*** Architectus, gubernatores, naupegi, ballistarii, [al. ballistrarii], specularii. fabri sagittarii etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Cf. Iuliani epit. nov. c. 79. §. 302.

Balluca. *Arena aurosa.* III. ***Cn.*** Octonos scripulos in balluca cogat exsolvere; quidquid autem amplius colligere potuerint etc. Th. C. X. 19. c. 3. cf. c. 4. de metall.

Balnea. Cf. v. Balneum.

Balnearis. (Adiect.) *Ad balneum spectans.* I. ***Sy.*** Quo in balineo uti consuevit, Balneare (argentum etc.). fr. 32. §. 7. fr. 40. §. 1. de auro arg. 34. 2. cf. Paul. III. 6. c. 83.

Balnearium. (Subst.) *Balneum.* III. ***Cn.*** Qui habet post horrea mea insulam, balnearia [al. balneariam] fecit secundum parietem communem. fr. 13. pr. de S. P. V. 8. 2.

Balnearius. (Adiect.) Idem quod: *Balnearis.* I. ***Sy.*** Balnearum, Balnearii (fures, v. raptores). Paul.

V. 3. §. 5. Coll. LL. M. VII. 4. fr. 3. de fur. balnear. 47. 17. III. *Cn.* Instrumentum balnearium. fr. 13. §. 1. fr. 17. §. 2. de instr. leg. 33. 7. Vapores balnearii. fr. 3. §. 6. de rivis. 43. 21.

Balneator. §. 1. *Balneorum publicorum redemtor.* III. *Cn.* Aedilis in municipio balneas conduxerat, — posse agi cum balneatore ex conducto. fr. 30. §. 1. locat. 19. 2. Si caupo fuit, vel stabularius, — sive balneator fuerit. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Aedificiorum artifices, vel ergolabi, — et balneatores. c. 1. de monopol. 4. 60. — §. 2. *Servus in balneis ministrans.* III. *Cn.* Cum balneae sine balneatoribus usum suum praebere non possint. fr. 17. §. 2. cf. fr. 13. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Si librarium rus mittat, — histrionem balneatorem faciat etc. fr. 15. §. 1. de usuf. 7. 1.

Balneatorius. (Adiect.) Idem quod: *Balnearis.* I. *Sy.* Balnearium, Balneatorium (instrumentum). fr. 13. §. 1. fr. 17. §. 2. de instrum. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 65.

Balneum, s. **Balineum,** v. **Balnea,** (ae). *Locus, v. Aedificium, in quo corpora lavantur.* III. *Cn.* Non tantum ad aedes, sed et ad balinea, vel aliud quod aedificium, vel porticus sine aedibus, vel tabernas, vel popinas, (extendi S. C.). fr. 41. §. 8. de legat. I. (30.) In campo publico ludere, vel in publico balineo lavare, aut in theatro spectare (arceri). fr. 2. §. 9. ne qu. in loco pub. 43. 8. fr. 5. §. 15. commod. 13. 6. A vinea, et balneo, et theatro (in ius vocari). fr. 20. de in ius voc. 2. 4. cf. Gai. I. 20. Aedilis in municipio balneas conduxerat, ut eo anno municipes gratis lavarentur. fr. 30. §. 1. cf. fr. 58. §. 2. locat. 19. 2. Balneas legatae domus — si eas publice praebuit, ita domus esse portionem etc. fr. 91. §. 4. cf. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §. 57. Sive ad balnei calefactionem, sive diaetarum hypocaustarum. fr. 55. §. 3. l. l. (32.) Diurnos tremisses pro lignis et balneis exegisse. Th. C. VII. 11. c. 2. cf. c. 1. ne comit. et tribun.

Balteus. *Cingulum.* III. *Cn.* In frenis, et equestribus sellis, vel in balteis suis, (margaritas etc. — aptare, vel inserere). c. 1. nulli lic. in fren. 11. 11.

Baphium. *Officina tinctorum, inprimis purpurariorum.* III. *Cn.* Baphiorum ac textrinorum procuratores. c. 14. cf. c. 2. de murileg. 11. 7. Publicani et telonarii, praepositi thesaurorum atque baphiorum, procuratores gynaeciariorum ac monetariorum. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debitor.

Baphius. (Substant.) *Minister in officina tinctoria constitutus.* III. *Cn.* Baphii et gynaecii, per quos — species gynaecii confectae corrumpuntur. c. 2. de murileg. 11. 7.

Baptisma, s. **Baptismus.** *Ablutio sacra, qua novae legis sacramentum contrahitur apud Christianos.* III. *Cn.* Apostolicam fidem, sine intermutatione baptismatis, probare. Th. C. XVI. 6. c. 2. pr. ne S. baptism. cf. XVI. 7. c. 4. pr. de apostat. Sanctitatem baptismi geminare. Ib. XVI. 6. c. 1.

Baptizare. *Baptismum celebrare.* III. *Cn.* Ordinare episcopos, vel clericos, aut baptizare quascunque personas. Nov. 37. c. 1.

Barba. *Pilorum copia in maxilla utraque.* III. *Cn.* Si barbam demittat, vel capillos submittat. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10.

Barbaricarius. *Faber, armorum auro argentoque decorandorum peritus.* III. *Cn.* Aurifices, — argentarii, — barbaricarii. c. 7. §. 1. de Palatin. S. largitt. 12. 24. cf. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. A singulis barbaricariis — cassides (tot) totidemque bucculas, — tegi argento et deaurari. Ib. X. 22. c. 1. de fabricens.

Barbaricum. (Subst.) *Terra hostium.* III. *Cn.* Sive in barbarico, sive in romano solo. c. 2. de eunuch. 4. 42. Ad barbaricum transferri. c. 2. de commerc. 4. 63.

Barbaricus. (Adiect.) *Barbarus.* III. *Cn.* Gentes barbaricae. c. 2. §. 3. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Prooem. I. §. 1. Excursio barbarica. Incursus barbarici. Nov. Th. II. ne ducian. v. lim. I. 2. c. 1. pr. Nov. Valent. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 9. Tyrannici furoris, et barbaricae feritatis occasio. Th. C. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust.

Barbaries. *Gentes barbarae.* III. *Cn.* Qui suas opes praedoni publico — dederunt, — quibus ille usus est ad omnem ditandam inquietandamque barbariem. Ib. IX. 42. c. 22. de bon. proscr. Cf. Nov. Valent. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §§. 1. 3. 4.

Barbarus. (Subst.) *Qui nationi peregrinae, extra imperii Romanorum fines constitutae, adscriptus est.* III. *Cn.* Cum non redemtum ab hostibus filium, sed sine (ullo) contractu traditum a barbaris praefecto legionis dicas. c. 5. de postlim. rev. 8. 51. A barbaris remissi milites. fr. 5. §. 6. de R. M. 49. 16. Barbari — venientes ad se, vel legationis vel alterius rei causa. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. Alienigenae barbari, cuiuscunque gentis. c. 2. Qu. res export. 4. 41.

Barbarus. (Adiect.) *Ad barbaros spectans.* III. *Cn.* Nimis barbara est et vesana crudelitas. Nov. Valent. III. de sepulcr. viol. II. 23. c. 1. pr. Hoc non solum in barbaris, sed etiam in provincialibus servis iure praescriptum est. Th. C. III. 4. c. 1. de aedilit. act. cf. III. 14. c. 1. de nupt. gentil. Gentes et nationes barbarae. fr. 1. §. 5. de censib. 50. 15. Si barbaro habitu processeris. Paul. III. 4. B. §. 2.

Barcinonensis. *Civis Barcinonis, oppidi maritimi nobilissimi in Hispania citeriore.* III. *Cn.* Barcinonenses quoque ibidem immunes sunt. fr. 8. pr. de censib. 50. 15.

Barsatores. *Latro quidam, qui Gordiani Imp. temporibus innotuit.* III. *Cn.* Si Barsatorem latronem — inventurum se spopondisset (decurio). c. 13. de fideiuss. 8. 41.

Basilica. *Aedes ampla, negotiis publicis agendis patens.* III. *Cn.* Sacra vel religiosa res, vel usibus publicis in perpetuum relicta, ut forum, aut basilica. fr. 83. §. 1. fr. 137. §. 6. de V. O. 45. 1. §. 4. I. de legat. 2. 20. §. 5. I. de emt. vend. 3. 24. Testamenta in municipiis — facta, in foro, vel basilica, — recitari debebunt. Paul. IV. 6. §. 2. Sedere iu-

iudices volumus in basilica etc. Iuliani epit. nov. c. 76. §. 285.

Basis. *Fulcrum.* III. **Cn.** Statuae adfixae basibus structilibus. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16.

Bastaga. *Transvectionis onus.* III. **Cn.** Non ad sollicitudinem bastagae, non ad functionem navicularium devocari. Th. C. VIII. 4. c. 11. de cohortal. Si commeatus et bastagas [al. cunctatus et pastacas], et paraveredos, et species — dependant. Nov. Th. II. de patrimon. l. 3. c. 3. §. 1.

Bastagarius. *Agitator animalium, quibus species fiscales transvehebantur.* III. **Cn.** Decimum animal bastagariis pro reparatione praebeatur. Th. C. X. 20. c. 4. cf. c. 11. de murileg.

Batrachitae. *Haereticorum species.* III. **Cn.** Ariani et Macedoniani, — Tascodrogitae, Batrachitae [al. Hieracitae], Hermogeniani etc. c. 5. de haeretic. 1. 5.

Beare. *Opitulari.* I. **Sy.** Prodesse. Beatos facere. fr. 49. de V. S. 50. 16.

Beate. (Advb.) *Feliciter.* III. **Cn.** Cum instituerет (Plato), quemadmodum civitas bene beate habitari possit. fr. 20. de nundin. 50. 11.

Beatitudo. §. 1. *Salus, Integritas.* III. **Cn.** Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. Id ad beatitudinem nostri imperii et ad nostram gloriam redundare. c. 8. de LL. 1. 14. cf. c. 17. de h. qu. acc. non p. 9. 1. — §. 2. *Honoris titulus, clericis superiorum graduum adtributus.* III. **Cn.** Episcopos, vel presbyteros, caeterosque clericos — pulsare — in tuae sublimitatis dumtaxat examine, ubi eis et beatitudinis honor debitus reservetur. c. 33. §. 1. de episc. et cler. 1. 3.

Beatus. (Adiect.) §. 1. *Felix.* III. **Cn.** Beatos facere. fr. 49. de V. S. 50. 16. Stirpitus amputari nequitiam de saeculo beatissimo nostro. Coll. LL. M. XV. 3. — §. 2. *Religiosus.* I. **Sy.** Sanctae, Beatae (recordationis, v. memoriae). c. 8. pr. de haeretic. 1. 5. Sacrosancta et religiosa, Beatissima (ecclesia). c. 14. pr. de SS. eccl. 1. 2. Religiosus, Beatissimus (archiepiscopus, v. episcopus). c. 13. de episc. aud. 1. 4. Iuliani epit. nov. c. 7. §. 34. c. 51. §. 193. c. 52. §. 194. II. **Op.** Saecularis (permixtio). — Beata (vita). Nov. Maiorian. de sanctim. IV. 6. c. 1. §. 1.

Belabitenus. (Adiect.) *Ad certam Armeniae regionem spectans.* III. **Cn.** Magnam Armeniam, — et gentes: — Belabitenam, et primam et secundam Armeniam, et Pontum Polemoniacum. c. 5. de off. mag. milit. 1. 29.

Belgica. *Belgium, Galliae pars.* III. **Cn.** Epistola D. Hadriani, quam scripsit Claud. Saturnino, legato Belgicae. Vatic. §. 223.

Bellare. *Arma ferre, Pugnare.* III. **Cn.** Qui in sudore bellandi, stipendiorum gradus usque ad protectores meruerunt. Th. C. XIII. 1. c. 7. de lustr. collat.

Belle. (Advb.) *Eleganter.* III. **Cn.** Belle dictum est, posse etc. — absurdum enim est etc. fr. 3. §. 8. de rivis. 43. 21. Et belle definivit. fr. 5. §. 9. de O. N. N. 39. 1. Notat, non belle dici etc. fr. 4. pr. de usu et habit. 7. 8. Bellissime putari, v. quaeri etc. fr. 1. §. 13. ut legat. serv. c. 36. 3. fr. 20. de fideic. libb. 40. 5. fr. 7. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Bellicus. (Adiect.) *Militaris.* III. **Cn.** In virtute bellica magis, quam in pace, (civibus spem revertendi esse). fr. 12. pr. de captiv. 49. 15. Provincia, in qua bellica opera peragunt. fr. 13. pr. de R. M. 49. 16. Adsidue militasse, et neque bellicis necessitatibus, neque muneribus militaribus defuisse. Th. C. XII. 1. c. 95. de decurion. Armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse. Ib. VI. 24. c. 2. c. 6. de domest. et protect. Sudores bellici. Ib. VII. 13. c. 16. de tiron. Prooem. Inst. §. 1.

Bellovaci. *Natio Galliae Belgicae.* III. **Cn.** In civitate Bellovacorum [al. Vellevocorum]. Th. C. VII. 20. c. 2. de veteran. cf. c. 1. Iust. C. eod. 12. 47.

Bellum. §. 1. *Expeditio bellica, Pugna, Hostilitas.* III. **Cn.** Qui iniussu Principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit. fr. 3. ad L. Iul. maiest. 48. 4. Paul. V. 29. §. 1. In procinctu, i. e. cum belli causa ad pugnam ibant. Gai. II. 101. Si a latronibus, vel in bello occisi sunt. Paul. II. 4. §. 3. Quae (sc. donatio) impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli. Ib. II. 23. §. 1. III. 7. §. 1. Vtrum in acie dumtaxat amissus, an tempore belli amissus, prosit? Vatic. §. 199. fr. 18. de excusat. 27. 1. Ad belli aleam praeparatis (navibus). Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. Non ex stipulatu agitur, sed iure belli res vindicatur. Gai. III. 94. Iure belli recipimus (transfugam). fr. 51. pr. de A. R. D. 41. 1. — §. 2. *Militia sub signis.* III. **Cn.** Ipsos una cum dominis — bella tractare. Th. C. VII. 13. c. 16. de tiron. Ob belli vulnera dimitti. Ib. VII. 20. c. 4. §. 3. de veteran.

Bellus. (Adiect.) *Idoneus, Congruens.* III. **Cn.** Bellissimam repletionem praefatae constitutioni donantes. c. 15. §. 4. de testam. man. 7. 2. Per bellissimam machinationem introduci. Const. Omnem reipub. §. 4. Bellissimum nobis videtur etc. c. 11. de h. qu. ut indig. 6. 35.

Bene. (Advb.) *Commode, Praeclare.* II. **Op.** Imperite (secare). fr. 7. §. 8. fr. 8. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Inaniter (provocare). Th. C. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec. III. **Cn.** Bene et ex fide, v. B. et diligenter (administrare, v. gerere). fr. 67. §. 6. de R. N. 23. 2. fr. 3. §. 7. de contrar. tut. 27. 4. Perperam, et non bene merentes. c. 27. de inoff. testam. 3. 28. Bene latas sententias in peius reformare. fr. 1. pr. de adp. et relat. 49. 1. Scio enim, quia valde me bene ames. fr. 61. §. 1. de O. et A. 44. 7. Maritus et uxor, qui non bene secum vivunt. c. 22. §. 4. de furt. 6. 2. Bene concordatum, s. concordans, matrimonium. fr. 1. §. 5. de liber. exhib. 43. 30. fr. 11. §. 11. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Parum bene facienti, quod demonstraverat, (cervicem percussit). fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Bene credere, v. pecunias accipere. fr. 12. §. 13. mand. 17. 1. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3.

Benedicta. *Praeclare, v. Facete, enunciata, s. responsa.* III. **Cn.** Cascellii — unus liber benedictorum. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2.

Benefacere. *Beneficia conferre.* III. **Cn.** Plenam voluntatem defuncti contineri circa benefaciendum coniunctis personis. fr. 39. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Conscientia largitatis et benefaciendi provincia. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. pr.

Beneficiarius. *Adparitor magistratus, satelles.* III. **Cn.** Beneficiarii, vel officiales rationalis. Th. C. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Beneficiarios in eodem obsequio perseverare. Ib. l. l. c. 5.

Beneficium. §. **1.** *Indulgentia, Gratia.* I. **Sy.** Permissus (Principis). fr. 38. pr. ex qu. c. maior. 4. 6. Officium. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Indulgentia, Indultum. Paul. IV. 8. §. 24. IV. 9. §. 9. Th. C. II. 16. c. 2. §. 1. de integri rest. VI. 23. c. 3. de decur. et silent. III. **Cn.** Magis ad donationes et beneficii causam, quam ad negotii contracti, (spectat precarii conditio). fr. 14. de precar. 43. 26. cf. fr. 1. pr. si mensor. 11. 6. Vt adpareat, quod principio beneficii ac nudae voluntatis fuerat, converti in mutuas praestationes actionesque civiles. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Sive ex peculio, sive ex adventitio lucro, sive etiam amici beneficio vel liberalitate. fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. cf. Vatic. §. 272. Servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis. fr. 4. de I. et I. 1. 1. cf. fr. 1. pr. de bon. libert. 38. 1. Beneficia quidem Principalia ipsi Principes solent interpretari. fr. 43. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Si cui Princeps speciali beneficio permiserit. fr. 38. pr. ex qu. c. maior. 4. 6. cf. §. 6. I. de hered. qual. 2. 19. Augusti beneficiis gratiosa (colonia). fr. 1. §. 1. de censib. 50. 15. — §. **2.** *Privilegium, Adiutorium, Praerogativa.* I. **Sy.** Auxilium (Praetoris). Adiutorium. Gai. III. 56. fr. 24. §. 2. fr. 26. ad S. C. Velleian. 16. 1. fr. 68. de R. I. 50. 17. Privilegium, Ius. Vatic. §§. 151. 154. 272. fr. 3. sq. fr. 7. fr. 24. de milit. testam. 29. 1. fr. 42. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Valet testamentum — iure postliminii, aut — beneficio legis Corneliae. Paul. III. 4. A. §. 8. Vti prisco beneficio iuris ac legum. Th. C. VIII. 18. c. 9. pr. de matern. bon. Quaeritur, an post legem Furiam adhuc supersit beneficium legis (Apuleiae). Gai. III. 122. cf. 124. Habere hoc legis beneficium. fr. 48. §. 1. de R. N. 23. 2. Intervenire, s. Locum habere, benef. S. Cti, s. Orationis. — Non pertinere ad benef. S. Cti. fr. 64. §. 2. ad S. C. Vellei. 16. 1. fr. 32. §. 9. de donat. int. V. 24. 1. Paul. II. 11. §. 2. A Principe non pro modico beneficio datur. Peti pro beneficio coepit. fr. 4. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Imperatoris beneficium, quod a divina scilicet eius indulgentia proficiscitur. fr. 3. de const. Princ. 1. 4. Principalium constitutionum benef. fr. 18. pr. de stipul. servor. 45. 3. Praetoris, v. Praetorii iuris, benef. Vlp. XXVIII. 12. c. 3. de legit. hered. 6. 58. Aetas, aut religionis benef. fr. 17. §. 2. fr. 18. de procur. 3. 3. — §. **3.** *Immunitas.* III. **Cn.** Extraordinariorum munerum beneficiis nullum omnino potiri iubemus. Th. C. XI. 16. c. 18. de extr. s. sord. Benef. quibusdam datum plebis iniuria est. Ib. XIII. 1. c. 9. de lustr. collat. — §. **4.** *Interventio, Factum.* I. **Sy.** Propter alios. Beneficio aliorum. fr. 10. §. 6. de B. P. c. t. 37. 4. III. **Cn.** Cum beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi. fr. 10. §. 6. cf. fr. 8. §. 13. l. l. 37. 4. Detrimentum hoc, quod beneficio eius contingit. fr. 40. §. 1. de damn. infect. 39. 2. Quia numquam beneficio furis abfuerit. fr. 46. pr. de furt. 47. 2. Beneficio liberorum, vel aetatis, aut privilegii (se excusare). fr. 1. §. 2. Qu. sent. sine app. 49. 8.

Beneventanus. *Ad Beneventum, Italiae civitatem, pertinens.* III. **Cn.** Restituant patriae meae, coloniae Beneventanorum. fr. 57. pr. ad S. C. Treb. 36. 1.

Benevolentia. *Humanitas, Clementia.* III. **Cn.** Tantum mihi curae est eorum, qui reguntur, libertas, quantum et eorum benevolentia et obedientia. fr. 25. de adpell. et relat. 49. 1. Interponere se suam benevolentiam, (D. Pius rescripsit). fr. 52. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant. §. 23. I. de legat. 2. 20. Benevolentiae est, (posse etc.). fr. 62. pr. de hered. inst. 28. 5.

Benevolus. (Adiect.) *Amicus.* II. **Op.** Audaces et feroces. — Mites et benevoli. c. 2. §. 11. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Benigne. (Advb.) *Cum gratia et favore.* II. **Op.** Quantum ad iuris (v. verborum) subtilitatem. — Sed benignius est. fr. 20. de R. C. 12. 1. fr. 25. de donation. 39. 5. Ne, quod benigne contulerit, fraudis consilio revocet. fr. 62. de Aed. edict. 21. 1. III. **Cn.** Benigne, atque naturalis iuris moderamine, temperare. c. 5. de bon. qu. liber. 6. 61. Tam benignius, quam utilius est. fr. 53. de condict. indeb. 12. 6. Dubitari potest. — Benigne tamen dicendum est. fr. 10. pr. de cond. et dem. 35. 1. Placet, — sed benignius est etc. fr. 15. §. 6. de L. Cor. de fals. 48. 10. Meruerat capitis poenam, benignius autem punitus est. fr. 15. de bon. libertor. 38. 2. Benignius receptum esse (Trebatius ait). fr. 56. §. 6. de eviction. 21. 2.

Benignitas. *Clementia, Lenitas.* III. **Cn.** Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur. fr. 25. de LL. 1. 3. Severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. Prona benignitate clementiae nostrae relaxat humanitas. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. pr.

Benignus. (Adiect.) *Clemens, Humanus.* III. **Cn.** Non acerbum se exactorem nec contumeliosum praebeat, sed moderatum et cum efficacia benignum, et cum instantia humanum. fr. 33. pr. de usur. 22. 1. Neque facultates, neque dignitas, ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio, vel voluntas, et benigni mores. fr. 21. §. 5. de tut. et cur. dat. 26. 5. Posse benigna voluntatis interpretatione dici. fr. 20. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Per utilitatem benignior iuris interpretatio facta. Gai. III. 109. Benigna est opinio dicentium. fr. 4. §. 7. de manum. 40. 1. Responsum benignius praebere. fr. 168. pr. de R. I. 50. 17. Benigniorem esse Praetorem in hac parte oportebit, ne etc. fr. 1. §. 9. de ventre in poss. 37. 9.

Bersabinus. (Adiect.) *Ad Bersaben, civitatem Iudaeae, pertinens.* III. **Cn.** Ducianum officium, sub Bersabini [al. Versamini] et Maenaeni

castri nomine. Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. annon.

Beryllus. *Gemmarum species.* III. **Cn.** Margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus, adamas, — beryllus etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Berytensis, s. Berutiensis. (Adiect.) *Ad civitatem Beryti pertinens.* III. **Cn.** Berytensis colonia in eadem provincia (sc. Syria — Phoenice). fr. 1. §. 1. de censib. 50. 15. Apud Berutienses, s. In Berutiensium splendidissima civitate. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17.

Berytius. (Adiect.) Idem, quod: *Berytensis.* III. **Cn.** Incola apud Berytios. c. 1. de municip. 10. 38. In civitate Berytiorum provinciae Phoeniciae. c. 1. Qui aet. v. profess. 10. 49.

Berytus. *Civitas amplissima in provincia Syria — Phoenice.* III. **Cn.** Laodicia in Syria, et Berytus in Phoenice. fr. 8. §. 3. de censib. 50. 15. In provincia Syria civitate Beryto, usque Brundisium, (mutuam pecuniam nauticam accepit). fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1.

Bes, v. **Bessis.** *Triens duplex.* III. **Cn.** Vt tu ex triente socius esses, ego ex besse. fr. 76. pro soc. 17. 2. Non semissis a fisco, sed bessis patrimonii vindicetur, triens residuus etc. Th. C. IX. 42. c. 8. §. 1. de bon. proscr. Vsque ad bessem centesimae (moderari stipulationem). c. 26. de usur. 4. 32. Pretii bessem exsolvere. fr. 12. §. 8. mand. 17. 1.

Bestia. *Animal natura ferum.* III. **Cn.** Bestias accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. cf. fr. 1. §. 10. si quadr. paup. 9. 1. Quadrupedes, quae collo dorsove domantur, nec bestiarum numero sunt. Vlp. XIX. 1. Gai. I. 120. sq. Bestiae, veluti ursi, leones, pantherae, — elephanti autem et cameli quasi mixti sunt, etc. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Gai. II. 16. III. 217. Si feram bestiam, aut volucrem, aut piscem — captum etc. Ib. II. 67. Ex bonis nostris capta a bestiis marinis et terrestribus. fr. 44. de A. R. D. 41. 1. Qui depugnandi causa auctoratus erit, quive ad bestias depugnare se locavit. Coll. LL. M. IX. 2. cf. IV. 3. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Qui, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, traditi sint, inve ludum custodiamve coniecti fuerint. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. Qui ad ferrum (s. gladium) aut ad bestias, aut in metallum damnantur. fr. 8. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 25. §. 3. de A. v. O. H. 29. 2. Bestiis primo quoque munere obiiciatur. Th. C. IX. 18. c. 1. ad L. Fab. cf. Coll. LL. M. XI. 8. Paul. V. 29. §. 1.

Biarchia. *Munus biarchi.* III. **Cn.** Ad ducenam etiam et centenam, et biarchiam, nemo suffragio — perveniat. Th. C. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. offic.

Biarchus. *Praefectus commeatibus militum.* III. **Cn.** Ne ducenarii plus quam XLVIII. in singulis habeantur, — parique modo biarchorum nomen meritumque CCL. viri dumtaxat — impleant. c. 3. de agent. in reb. 12. 20. cf. c. 2. §. 20. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Bibere. *Humorem ore ducere, Humida deglutire.* III. **Cn.** Qui iumenta vendidit, solet ita promittere: Esse, bibere, ut oportet. fr. 11. §. 4. de A. E. V. 19. 1. Vasa, quae aliquid in se recipiant, edendi bibendique causa paratum. fr. 19. §. 10. cf. fr. 21. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 11. de supell. leg. 33. 10. Non omne, quod bibetur, in penu habetur, — Itaque ea demum penoris esse, quae alendi causa biberentur. fr. 5. pr. de penu leg. 33. 9.

Bibliotheca. §. 1. *Theca, v. Repositorium, librorum.* III. **Cn.** Libri et bibliothecae. Paul. III. 6. §. 51. fr. 12. §. 34. de instr. leg. 33. 7. Bibliothecae parietibus inhaerentes. fr. 41. §. 9. de legat. I. (30.) — §. 2. *Vniversitas librorum, in dominio singuli constitutorum.* III. **Cn.** Si mihi bibliothecam ita vendideris, si decuriones — locum mihi vendidissent, in quo eam ponerem. fr. 50. de contr. emt. 18. 1. fr. 52. §. 7. de legat. III. (32.) Antiquarii ad bibliothecae codices componendos. Th. C. XIV. 9. c. 2. de stud. liberal. urb. Rom.

Bidens. *Instrumentum fossorium, vel aratorium.* III. **Cn.** Aratra, ligones, sarculi, falces putatoriae, bidentes. fr. 8. pr. de instrum. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 35.

Biduum. *Tempus binorum dierum.* I. **Sy.** Prior et posterior dies. Alius, v. Altera, (dies). fr. 3. §. 3. de min. 4. 4. fr. 1. §§. 5. sq. 11. sq. Qu. appell. 49. 4. fr. 3. pr. de V. S. 50. 16. In diebus. In biduo. fr. 217. §. 1. l. l. 50. 16.

Biennalis. (Adiect.) *Biennii metas comprehendens.* III. **Cn.** Pensione biennali adiuvari. Th. C. XI. 20. c. 4. §. 1. de collat. donat. In quo biennalis culpa deprehenditur. c. 3. de commeat. 12. 43.

Biennium. *Duorum annorum spatium.* III. **Cn.** Post biennium. Si emensum fuerit tempus biennii. c. 5. de naufrag. 11. 5. c. 7. sq. de omn. agro des. 11. 58. Continuatio possessionis biennii. Vlp. XIX. 8. Biennio compleri usucapionem, — v. usurecipi (praedium). Gai. II. 42. 61. 204. Paul. I. 17. §. 2. Vacatio biennii. Vlp. XIV. 1.

Bifariam. (Advb.) *Dupliciter.* I. **Sy.** Duplici modo, Dupliciter (intelligi, v. numerari). fr. 4. §. 2. fr. 10. §. 15. de grad. et adfin. 38. 10.

Biiugus. (Adiect.) *Binis iumentis aptus.* III. **Cn.** Carrucis biiugis uti. Th. C. XIV. 12. c. 1. de honorator. vehic.

Bimenstruus. Cf. v. Dimenstruus.

Bimus. (Adiect.) *Biennalis.* I. **Sy.** Post biennium. Bima die. fr. 49. §. 1. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Annua, bima, trima die. Vlp. VI. 8. fr. 19. pr. fr. 49. §§. 1. 3. l. l. (30.) fr. 3. pr. §§. 1. sqq. de ann. legat. 33. 1. Aestimatio bima facienda (ususfr. in biennium continuum relicti). fr. 6. de usu et usufr. leg. 33. 2.

Bini. (Adiect.) §. 1. *Duo.* III. **Cn.** Si binae tabulae proferantur, diversis temporibus factae, unae prius, aliae postea. fr. 11. de iniusto rupt. 28. 3. Binas aedes, una contignatione tectas (habebat), utrasque diversis legavit. fr. 36. cf. fr. 10. fr. 35. de S. P. V. 8. 2. — §. 2. *Plures uno.* III. **Cn.** Bina sponsalia, binasve nuptias in eodem tempore constitutas habere. fr. 1. fr. 13. §§. 1. sqq. de h. qu. not. infam. 3. 2. Binas uxores habere. c. 2. de incest. nupt. 5. 5.

Biocolyta. *Officialis, qui violentiis arcendis prospicit.* I. **Sy.** Qui violentias prohibet. Iuliani epit. nov. c. 15. §. 60. III. **Cn.** Latrunculatores, vel biocolytas, vel aphoplistas, vel alios similes eis, in provincias mittere. Ib. c. 15. §. 60.

Birota. *Carruca binis rotis.* III. **Cn.** Rhedae (M. pondo superponi), — birotae (CC.) — veredo (XXX.) Th. C. VIII. 5. c. 8. §§. 1. sq. de cursu pub. Nec passim rhedarum tractorias, vel evectiones birotûm, faciat. Ib. l. l. c. 9. cf. VI. 29. c. 2. §. 2. de curios.

Birrus. Cf. Byrrhus.

Bis. (Advb.) *Amplius quam semel.* III. **Cn.** Semel, et bis, et ter, et saepius. Gai. I. 152. sq. Bis, aut saepius. Th. C. IX. 10. c. 4. pr. ad L. Iul. de vi pub. Bis in anno, v. mense. Gai. II. 101. fr. 15. de Aed. edict. 21. 1. Idem bis exigere, v. praestare. fr. 22. §. 6. rat. rem. hab. 46. 8. fr. 57. de R. I. 50. 17.

Bisextum. *Intercalaris dies.* I. **Sy.** Prior, posterior (dies Calendarum). fr. 98. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 3. §. 3. de minor. 4. 4.

Bismenstruus. Cf. v. Dimenstruus.

Bispellio. Cf. v. Vispellio.

Bithynia. *Asiae regio, Ponto finitima.* III. **Cn.** Est et in Bithynia colonia Apamena, et in Ponto Sinopensis. fr. 1. §. 10. de censib. 50. 15. Commune eorum, qui in Bithynia sunt, Graecorum. fr. 25. de adpell. et rel. 49. 1. Per Bithyniam, Lydiam, Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam etc. Th. C. I. 6. c. 1. c. 10. (Wck.) de off. Prf. Vr. XV. 3. c. 5. de itin. mun.

Bithynus. (Subst.) *Incola Bithyniae provinciae.* III. **Cn.** Lex Bithynorum. Gai. I. 193. Ad Bithynos. Th. C. VIII. 4. c. 3. de cohortal.

Blaesus. (Adiect.) *Qui lingua impedita utitur.* III. **Cn.** An balbus, et blaesus, et atypus, isque qui tardius loquitur, (sanus sit?) fr. 10. §. 5. de Aed. edict. 21. 1.

Blandiri. *Vanum aliquod persuadere.* III. **Cn.** Blandiuntur sibi, qui putant — non teneri, tenentur enim. fr. 3. §. 2. de admin. et per. 26. 7. cf. Vatic. §. 273. Blanditus tibi est, qui persuasit etc. c. 12. de fideiuss. et mand. 8. 41. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur. Th. C. XVI. 10. c. 15. de pagan. Ne eis — spes improba blandiatur etc. Ib. X. 19. c. 9. de metall. Nemo sibi obiectu cuiuslibet criminis blandiatur, — veniam sperans. Ib. IX. 1. c. 19. §. 1. de accus. et inscr.

Blanditiae. *Favoris aucupatio.* III. **Cn.** Quorum fallaces plerumque blanditiae vix etiam opposito iuris rigore cohibentur. Ib. VIII. 16. c. 1. §. 2. de infirm. poen. caelibat.

Blandus. (Adiect.) *Suavis, Placidus.* III. **Cn.** Adpellare est, blanda oratione alterius pudicitiam adtentare. fr. 15. §. 20. de iniur. 47. 10. Cuius se honestati per blandum ministerium iniustae delationis immersit. Th. C. X. 10. c. 12. §. 1. de petit. et ultro dat.

Blasphemia. *Convicium.* III. **Cn.** Qui in blasphemiam alterius canticum composuerit. Interpr. ad Paul. V. 4. §. 15. Blasphemia contra deum uti. Iuliani epit. nov. c. 71. §. 257.

Blatta. *Cruor purpureus, Purpura.* III. **Cn.** Lotas in posterum sericas blattae, ac metaxae huiusmodi species inferri. Th. C. X. 20. c. 13. cf. c. 18. de murileg. Fucandae — purpurae, vel in serico, vel in lana, quae blatta, vel oxyblatta, atque hyacinthina dicitur. c. 1. Qu. res ven. n. poss. 4. 40.

Blattiarius. (Subst.) *Fucator purpurae.* III. **Cn.** Artifices artium, — deauratores, fusores, blattiarii, tessellarii, aurifices etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Boa. *Insula Adriatici maris, prope Dalmatiam.* III. **Cn.** In insulam Boam deduci. Ib. XVI. 5. c. 53. de haeretic.

Boarius. (Subst.) *Qui bubus negotiatur.* III. **Cn.** Boariorum, vel pecuariorum, praestatio. Nov. Valent. III. de suar. boar. II. 36. c. 1. §. 2.

Boarius. (Adiect.) *Ad venditionem boum spectans.* III. **Cn.** Obnoxiae suario, boario, et pecuario corpori personae. Ib. l. l. c. 1. §. 8.

Boëthus. *Adiutor.* Cf. h. v.

Bombycinus. (Adiect.) *Ex bombyce confectus.* III. **Cn.** Lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina (vestimenta). fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 79.

Bona. (Subst.) **§. 1.** *Facultates.* I. **Sy.** Familia, Patrimonium, Substantia, Facultates. fr. 14. §. 7. — fr. 16. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 2. §. 22. vi bon. rapt. 47. 8. §. 3. I. Qui et qu. ex c. 1. 6. Res, Pecunia. Gai. III. 40. 56. fr. 1. pr. fr. 6. de pign. 20. 1. fr. 43. de usu et usuf. 33. 2. III. **Cn.** Ipsi, bonaque eorum (publice venire iubentur). Gai. I. 27. Bona eius et hereditas. Et bona, et tutela. Ib. I. 167. Curator ventri bonisque datus. fr. 67. §. 4. de R. N. 23. 2. fr. 1. §. 17. de ventre in poss. 37. 9. Bona, ex quibus heres institutus est. Bonorum omnium hereditas. fr. 1. §. 2. fr. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 41. §. 8. de vulg. et pup. 28. 6. Bona, si quae propria habet. fr. 11. de iure fisci. 49. 14. Quae ex bonis defuncti non fuerunt. fr. 29. pr. de pignor. 20. 1. cf. fr. 2. §. 22. vi bon. rapt. 47. 8. Omnibus bonis, quae habet, quaeque habiturus est, obligatis. Paul. V. 6. §. 16. fr. 1. pr. de pign. 20. 1. Res bonorum, quae postea — quaesiisti. c. 5. an serv. pro suo fact. 4. 14. Qui bona invasissent, cum scirent ad se non pertinere. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Quoties, sine auctoritate iudicati, officiales alicuius bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt. Paul. V. 12. §. 6. Si publice aut privatim venierint bona. Gai. III. 154. cf. 79. Cuius bona a creditoribus possessa, proscriptave sunt. Ib. IV. 102. cf. III. 220. Bona alicuius ab aliquo capienda. — Nihil in bonis alicuius iuris esse. Repellere a bonis. Ib. III. 14. 40. 42. sq. Vlp. XV. 1. XVI. 1. — **§. 2.** *Res, quae dominii nostri sunt.* I. **Sy.** Dominium. fr. 7. §. 1. fr. 9. §. 3. Qu. potior. 20. 4. fr. 75. de iure dot. 23. 3. Alicuius esse, v. fieri. In bonis eius esse. Gai. II. 9. sqq. fr. 16. §. 2. de eviction. 21. 2. fr. 7. §. 3. fr. 75. de iure dot. 23. 3. fr. 15. fr. 17. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Bona et obligationes. fr. 21. l. l. 50. 16. Publica bona emere, v. mercari. Gai. IV. 146. Sive in bonis sit, sive non sit, si tamen ex bonis sit. — Neque ex bonis,

neque extra bona esse. fr. 2. §. 22. vi bonor. rapt. 47. 8. fr. 25. §. 4. Qu. in fraud. cred. 42. 8. fr. 1. de usu et usuf. leg. 33. 2. — **§. 3.** *Res, quae Praetorio dumtaxat iure ad nos pertinent.* II. **Op.** Pleno iure fieri, — In bonis effici (alicuius). Gai. III. 80. Vel in bonis, vel ex iure Quiritium, vel ex utroque iure (cuiusquam esse). Ib. I. 54. cf. 167. II. 222. Vlp. XIX. 20. III. **Cn.** Si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure Quiritium eiusdem non sit. Gai. I. 54. cf. 15. 35. 167. II. 41. III. 80. Vlp. I. 16. XXII. 8. Alterius in bonis, alterius ex iure Quiritium esse. Gai. l. l. cf. II. 40. sq. 88. Vlp. I. 16. XIX. 20. Qui (sc. servus) tantum in bonis noster est. Vlp. XXII. 8.

Bonitas. *Integritas, Praestantia.* III. **Cn.** Praedia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo. fr. 86. de V. S. 50. 16. cf. fr. 25. de S. P. R. 8. 3. Si quis in alienum vinum aut oleum id immiserit, quo naturalis bonitas vini vel olei corrumperetur. §. 13. I. de L. Aqu. 4. 3. cf. fr. 15. de peric. et comm. 18. 6. Eiusdem generis et eadem bonitate solvi, (qua datum sit). fr. 3. de R. C. 12. 1. Bonitatis aestimationem fieri. Pro bonitate eius aestimari etc. fr. 36. de Aed. edict. 21. 1. fr. 1. fr. 13. fr. 15. §. 1. fr. 45. fr. 64. §. 3. de eviction. 21. 2. Cum optimum quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1.

Bonum. (Subst.) *Commodum, Vtilitas.* III. **Cn.** Bono (domini etc.) cedere. fr. 3. §. 6. de in rem verso. 15. 3. Bono publico introductum. fr. 1. de usurp. 41. 3. Bonis publicis frui. Vatic. §. 131. Acclamatum est: — Bono generis humani, bono Senatus, bono reip., bono omnium. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 5.)

Bonus. (Adiect.) **§. 1.** *Iustus, Probus, Integer.* I. **Sy.** Honesti, Boni. Th. C. XVI. 5. c. 13. sq. de haeretic. Iusta, Bona (ratio). fr. 12. §. 3. de liberali c. 40. 12. fr. 3. §. 5. de lib. hom. exhib. 43. 29. III. **Cn.** Bonorum adtestatio et consensus. Th. C. VI. 27. c. 4. §. 1. de agent. in reb. Bonos, non solum metu poenarum — efficere cupientes. fr. 1. §. 1. de I. et I. 1. 1. Bono et gravi Praesidi congruit. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Bonus et innocens (vir). fr. 4. §. 1. fam. erciso. 10. 2. Si alius vir bonus, et non infestus (potuit admittere). fr. 11. §. 8. de legat. III. (32.) Tamquam vir bonus et diligens paterfam. fr. 20. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Si te meruerit, v. non offenderit, quasi virum bonum. fr. 46. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Arbitrio, v. Arbitratu, boni viri (defendi, v. dirimi etc.). fr. 77. sq. de procur. 3. 3. fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Boni iudicis arbitrio convenit. fr. 3. §. 3. commod. 13. 6. Bonum et aequum. (Cf. v. Aequus.) Bona (v. probabili) ratione. fr. 38. de N. G. 3. 5. fr. 3. §. 5. de hom. lib. exhib. 43. 29. Ad bonam vitae consuetudinem reverti. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. Contra bonos mores (fieri etc.). Gai. III. 157. fr. 5. de usur. 22. 1. fr. 14. sq. de cond. inst. 28. 7. — **§. 2.** *Idoneus, Vtilis, Opportunus.* I. **Sy.** Aptus, Idoneus. fr. 35. sqq. de damn. infect. 39. 2. Eadem bonitate, Aeque bonum. fr. 3. de R. C. 12. 1. III. **Cn.** Cum id, quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1. Pro bono aestimare. fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Quo bonum est, v. fuit? Coll. LL. M. IV. 8. fr. 13. §. 2. ad S. C. Vellei. 16. 1. fr. 3. §. 11. fr. 10. §. 4. de B. P. c. t. 37. 3. Occasio bona. fr. 13. de LL. 1. 3. Conditionibus bonis (emere, v. distrahere). fr. 54. de Aed. edict. 21. 1. §. 2. I. de h. qu. sui. 1. 8. — **§. 3.** *Innocuus, Proficuus.* II. **Op.** Ea, quae nocent. Malum, — Bonum (venenum, v. medicamentum). fr. 4. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. fr. 3. §. 2. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. Bonus, — Malus (dolus). fr. 1. §. 3. de d. m. 4. 3.

Bonuscula. *Patrimonium exiguum.* I. **Sy.** Facultates. Th. C. X. 10. c. 29. pr. §. 1. de petition. et ultro dat.

Borboriani, et **Borboritae.** *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Eunomiani, Valentiniani, Montanistae, Phryges, Marcianistae, Borboriani. Ib. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeretic. Manichaei, Eunomiani, — Hydroparastatae, Borboritae, Ophitae. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 9. cf. Iust. C. c. 19. §. 1. c. 21. de haeretic. 1. 5.

Bos. *Taurus, vel vacca.* III. **Cn.** Quadrupedes, quae pecudum numero sunt, et gregatim habentur, veluti oves, caprae, boves, equi, muli, asini. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. cf. Gai. I. 120. sq. Vlp. XIX. 1. Bobus iumentisve (iuncta, sc. plostra). Tab. Heracl. 67. aer. Br. cf. Paul. III. 6. §. 74. fr. 89. pr. de V. S. 50. 16. Equas de grege, vel boves de armentis abducere. Coll. LL. M. XI. 8. Veredum, mulamve, aut bovem, superducendum esse credere. Th. C. VIII. 5. c. 53. de cursu pub. Boves domiti, et pecora stercorandi causa parata. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Boves, per quos fundus colitur. Aratorii boves. fr. 3. pr. de S. P. R. 8. 3. Paul. III. 6. §. 35. c. 7. Qu. res pign. 8. 17. Si bos apud furem concepit, — pariatque apud furis heredem. fr. 10. §. 2. de usurp. 41. 3.

Botrianus. (Adiect.) *Quod ad personam eiusdem nominis pertinet.* III. **Cn.** Venditor fundi Geroniani fundo Botriano [al. Botroiano], quem retinebat, legem dederat. fr. 13. pr. comm. praed. 8. 4.

Bracca. *Vestis barbarorum, femorum et crurum indumentum.* III. **Cn.** Vsum tzangarum atque braccarum intra urbem — nemini liceat usurpare. Th. C. XIV. 10. c. 2. de habitu quo uti op.

Brachium. *Corporis humani membrum, cubitum et manum copulans.* III. **Cn.** Inaequalitatem maxillarum, oculorum, brachiorum, — extra redhibitionem esse. fr. 12. §. 1. de Aed. edict. 21. 1. Auro sine gemmis, collo, brachiis, cingulo (uti). Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic. Statuae suae brachium, aut pedem alienum adiicere. fr. 23. §§. 2. 5. de R. V. 6. 1. fr. 7. §. 2. ad exhib. 10. 4.

Brephotrophium. *Aedes, in quibus infantes aluntur.* III. **Cn.** Xenodochium, nosocomium, orphanotrophium, ptochotrophium, gerontocomium, brephotrophium etc. c. 19. c. 22. de SS. eccl. 1. 2. Iuliani epit. nov. c. 7. §. 32. c. 13. §. 49.

Breve, v. **Brevis.** (Subst.) **§. 1.** *Proscriptio brevis, Tabella succincti carminis.* III.

Cn. Paulus lib. 23. ad edictum de brevibus. Vatic. §. 310. — **§. 2.** *Inventarium, Codicillus.* III. **Cn.** Inter chartulas deportati brevis quidam adseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum. Th. C. X. 16. c. 3. de fisci debitor. A tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum. Ib. XI. 7. c. 1. de exaction. Breves omnium negotiorum ab officio tuo descripti commeent ad scrinia eminentiss. praefecturae. Ib. I. 16. c. 3. (Wck.) de off. Rect. Pr. cf. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. Professionis modus, qui brevibus sedit. Ib. XI. 28. c. 13. de indulg. debitor. cf. XIII. 5. c. 14. §. 2. de navicular. Nominatorios breves a tabulario postulare. Ib. I. 10. c. 8. l. cf. XI. 28. c. 3. Quadrimenstrui breves (ab adparitoribus ducianis ad sedem vestrae celsitudinis destinandi). Ib. XI. 25. c. 1. de quadrim. brevib. XII. 1. c. 173. §. 2. de decurion. XII. 6. c. 27. §. 1. de susceptor. praepos.

Breviarius. (Adiect.) *Succinctus, In compendium redactus.* I. **Sy.** Ratiuncula, vel logarium. Rationes breviariae. fr. 26. de pecul. leg. 33. 8. fr. 3. §. 10. de penu leg. 33. 9.

Brevis. (Adiect.) *Exiguus, Modicus.* III. **Cn.** Tolerabile tempus visum est C. dierum, potest tamen — aut longius, aut brevius tempus dari. Gai. II. 170. Tempore aliquo, licet brevissimo. fr. 14. de tutel. et ration. 27. 3. Vsuras exinde petit fiscales, etsi breviores debeantur. fr. 6. pr. de iure fisci. 49. 14. Si dilatetur (sc. flumen), aut diffusa brevem aquam faciat. fr. 1. §. 15. de fluminib. 43. 12. Supellex brevis. fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. In breve coactio (causae). Gai. IV. 15.

Brevitas. *Contractio.* III. **Cn.** Quod, ut brevitate constrictum, claritate luceat. Th. C. I. 1. c. 6. §. 1. (Wck.) de const. Pr. cf. Const. Th. II. de Th. C. auct. §§. 1. 3. (Wck. p. 9. sq.) Brevitas chartulae — donationi — nihil quidquam derogat. c. 13. de donat. 8. 54.

Breviter. (Advb.) *Succincte.* I. **Sy.** Simpliciter (spondere, v. respondere). §§. 5. 18. I. de inutil. stipul. 3. 19. III. **Cn.** Breviter, et quasi per indicem, (rem exponere). Gai. IV. 15. Vt brev. videretur testator — instituisse heredes, et invicem eos substituisse. fr. 37. §. 1. de hered. inst. 28. 5.

Britannia. *Insula maxima in oceano septentrionali.* III. **Cn.** Praeses Britanniae. fr. 2. §. 4. de vulg. et pup. 28. 6. Vicarius Britanniarum. Th. C. XI. 7. c. 2. de exaction.

Britannicus. (Adiect.) *Ad Britanniam pertinens.* III. **Cn.** Archigubernus ex classe Britannica. fr. 46. ad S. C. Treb. 36. 1.

Brundisium. *Calabriae portus.* III. **Cn.** Naves, quae Brundisium a Cassiopa, vel a Durrachio, vectores traiiciunt. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Mutuam pecuniam nauticam accepit — in provincia Syria, civitate Beryto, usque Brundisium. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1.

Bruttius. *Regionis Italiae, inter Lucaniam et fretum Siculum, incola.* III. **Cn.** Campania, Tuscia, Piceno, Samnio, Apuliae, Calabriae, sed et Bruttiis et Lucaniae. Th. C. XI. 28. c. 7. de indulg. debitor. cf. IX. 30. c. 1. Quib. equor. us. XI. 30. c. 27. de app. et poen. Corrector Lucaniae et Bruttiorum. Ib. VIII. 5. c. 25. de cursu pub. Lucanus possessor et Bruttius. Ib. XIV. 4. c. 4. §. 1. de suar.

Brutus. *Iurisconsulti veteris nomen.* III. **Cn.** Acria et severa iudicia de furtis habita esse apud veteres, idque Brutum solitum dicere etc. Fr. Labeonis ap. Gellium N. A. VII. 15. Inter Brutum et Scaevolam varie tractatum est. fr. 4. de captiv. 49. 15. Cf. fr. 2. §. 39. de O. I. 1. 2.

Bubrostis. Cf. Buprestis.

Bubulcus. *Qui boves curat et agit.* I. **Sy.** Qui bubus arat. Qui boves fundi aratores pascit. fr. 18. §. 6. de instr. leg. 33. 7.

Buccella. *Panis bis coctus.* II. **Op.** Panes sordidi. — Buccellae mundae. Th. C. XIV. 17. c. 5. de annon civ.

Buccellarius. *Stationarius miles.* III. **Cn.** Per civitates et agros habendi buccellarios, vel Isauros, armatosque servos. c. 10. ad L. Iul. de vi pub. 9. 12.

Buccellatum. *Panis militaris, ad usus diuturnitatem excoctus.* III. **Cn.** Excoctio buccellati, quod — militibus convenit praeparari. Th. C. VII. 5. c. 2. de excoct. et transl. cf. VII. 4. c. 6. de erog. mil. annon.

Buccula. *Ornamentum cassidis, vel clypei.* III. **Cn.** Qui (sc. barbaricarii) cassides, totidemque bucculas, per dies XXX., et tegerent argento, et deaurarent. Ib. X. 22. c. 1. de fabricens.

Buccularius. *Bucculárum artifex.* III. **Cn.** Fabri sagittarii, aerarii, bucccularii, structores etc. [al. buccularum structores]. fr. 6. de iure immun. 50. 6.

Bucinator. *Tubicen.* III. **Cn.** Adiutores cornicúlariorum, et stratores, et polliones, et custodes armorum, et praeco, et bucinator. fr. 6. l. 50. 6.

Bucinum. *Nomen certae regionis in urbe Roma.* II. **Op.** Ad bucinum. — Trans Tiberim. fr. 5. §. 16. de tribut. act. 14. 4.

Buprestis. *Scarabaeus venenosus.* III. **Cn.** Pigmentarii si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas, aut buprestim [al. bubrostim] — dederint. fr. 3. §. 3. ad L. Cor. de sic. 48. 8.

Burdo. *Iumentum ex equo et asina prognatum.* III. **Cn.** Lecticarii, — item iumenta, — vel burdones. fr. 49. pr. de legat. III. (32.)

Burgarius. (Subst.) *Qui ex burgo est, vel castris.* III. **Cn.** In burgariis eadem volumus observari, quae de mulionibus lex nostra praecepit. Th. C. VII. 14. c. 1. de burgar. Qui intra Hispanias — ausi fuerint burgarios vel sollicitare, vel receptare. Ib. c. 1. l.

Burgus. *Castellum parvum.* III. **Cn** Qui curiae, vel collegio, vel burgis, caeterisque corporibus, — servierit. Ib. XII. 19. c. 2. de h. qu. cond. propr. Vbi resp. R. fines habuerat, et ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris et burgis ostenditur. c. 2. §. 4. de off. Prf. Pr. Afr. I. 27.

Bustum. *Locus, in quo mortuus comburitur et sepelitur.* III. **Cn.** Rogum, bustumve novum — adiicere. L. XII. Tabb. X. 10. Forum, bustumve, usucapi vetat. Ib. X. 11. Pergit audacia ad

busta diem functorum, et aggeres consecratos. Th. C. IX. 17. c. 5. pr. de sepulc. viol.

Buxeus. (Adiect.) *E buxo confectus.* III. **Cn.** In Praetor sorticolam unam buxeam, longam digitos IV. etc. Fr. Legis Serviliae. c. 13.

Buxis. *Pyxis.* III. **Cn.** Mundo muliebri legato — cedunt: — speculum, conchae, situli, item buxides [al. pixides], unguenta, et vasa. Paul. III. 6. §. 83.

Byblius. *Ad Byblum, civitatem Syriae, pertinens.* III. **Cn.** Cum te Byblium origine, incolam autem apud Berytios esse proponas. c. 1. de municip. 10. 38.

Byrrhus. *Lacerna fusci coloris.* III. **Cn.** Servos — aut byrrhis uti permittimus, aut cucullis. Th. C. XIV. 10. c. 1. de habitu quo uti op.

Byssicus. (Adiect.) *Ex bysso factus.* III. **Cn.** Opus byssicum, pelles Babylonicae, — carbasum, — vestis serica. fr. 16. §. 7. de public. 39. 4.

Byssinus. (Adiect.) *Ad materiam pretiosam vasorum spectans.* III. **Cn.** Supellectile legata, — et byssina [al. buxina, al. myrrina], et crystallina, et argentea, et vitrea vasa — cedunt. Paul. III. 6. §. 67.

Byzacenus. *Ad Byzacium pertinens.* III. **Cn.** Per consulares Byzacenam et Tripolitanam provincias. Th. C. VIII. 7. c. 12. de div. offic. cf. XI. 20. c. 1. de collat. donatar. XI. 28. c. 13. de indulg. debit. Byzaceni Tripolitanique cognoscant. Ib. XI. 1. c. 29. de annon. et tribut.

Byzacium. *Regio Africae.* III. **Cn.** Carthago, et Byzacium, ac Tripolis, (rectores habeant consulares). c. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Byzantius. (Adiect.) *Constantinopolitanus.* III. **Cn.** Sin autem parens naturalis vel Romanus sit, vel Byzantius. Iuliani epit. nov. c. 82. §. 309.

Caballatio. *Pastura animalium publicorum.* III. **Cn.** Caballationis rationem, pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora praeberi oportet. Th. C. VII. 4. c. 34. de erog. milit. annon.

Caballus. *Equus onerarius.* III. **Cn.** Si quis caballum, quodve aliud animal habens scabidum, ita ambulare permiserit. Paul. I. 15. (in L. Rom. Burg. XIII.) Caballi, qui in pistrinis essent, et pistores, et in cauponio institores, et focaria. fr. 15. pr. de instr. leg. 33. 7.

Caccabus. *Vas pulmentarium.* III. **Cn.** Caccabos et patinas in instrumento fundi esse dicimus, quia sine his pulmentarium coqui non potest. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 19. §. 12. de auro arg. 34. 2.

Cadaver. *Corpus hominis mortui.* III. **Cn.** Funus ducens familiare, iustave mortuo faciens, vel qui cadaver prosequuntur. fr. 2. sq. de in ius voc. 2. 4. Quotiens funeri testatoris, vel cadaveri, fit iniuria. fr. 1. §. 6. cf. §. 4. de iniur. 47. 10. fr. 3. §. 7. de sepulc. viol. 47. 12.

Cadere. **§. 1.** *Decidere, Procidere.* III. **Cn.** Quod ex alto cadet, lenius et interdum direptum, nec perveniat ad locum servientem. fr. 20. §. 5. cf. §. 6. de S. P. V. 8. 2. Glans caduca est, quae ex arbore cecidit. fr. 30. §. 4. de V. S. 50. 16. fr. 80. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Si aedes ceciderint. fr. 22. pr. de damn. inf. 39. 2. Quod ex cuiuscunque patrimonio ceciderit in casum. Th. C. X. 10. c. 3. de petition. Cf. Vlp. XVII. 1. — **§. 2.** *Succumbere, Occumbere.* III. **Cn.** In bello, s. acie, v. Pro repub., cadere. fr. 25. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 35. §. 6. ex qu. c. maior. 4. 6. fr. 18. de excusat. 27. 1. Causa cadere, (et ob id rem perdere). [Gai. IV. 68. Paul. I. 10. §. 1. II. 5. §. 3. Vatic. §. 53. fr. 71. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 3.** *Excidere, Privari.* I. **Sy.** Amittere (dignitates, s. honorem, v. locum). Cadere (ordine). Iuliani epit. nov. c. 26. §. 97. c. 36. §. 159. c. 54. §. 197. Eiici, Carere, (magistratu, v. militia). Ib. c. 15. §. 54. c. 22. §. 82. c. 45. §. 179. c. 54. §. 197. c. 63. §. 215. c. 79. §. 303. — **§. 4.** *Redigi, Subiici.* I. **Sy.** Recidere (in potestatem patris). Gai. I. 127. 135. Cf. Pr. I. Qu. mod. ius pot. solv. 1. 12. — **§. 5.** *Incidere, Conferri.* I. **Sy.** Vindicari (commisso). Incidere (in commissum). fr. 11. §. 4. fr. 16. pr. §§. 1. sq. 4. sq. 8. 10. 12. de publican. 39. 4. Contineri, Colligi (sub adpellatione etc.). fr. 10. §§. 15. sq. de grad. et adfin. 38. 10. III. **Cn.** In hoc edictum cadere, duplarive. fr. 20. §. 1. de liberali c. 40. 12. Cad. in speciem, v. rationem, v. causam. fr. 5. pr. de naut. foen. 22. 2. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. fr. 29. §. 1. de pignor. 20. 1. Cad. in vitium, v. crimen. §. 4. I. de usucap. 2. 6. Metus non vani hominis, sed qui merito et in hominem constantissimum [al. homine constantissimo] cadat. fr. 6. Qu. met. c. 4. 2. Scientia, — non quae cadit in iurisprudentes, sed quam quis aut per se, aut per alios adsequi potuit. fr. 2. §. 5. Qu. ordo in B. P. 38. 15. cf. fr. 15. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Caducarius. (Adiect.) *Ad bona caduca spectans.* III. **Cn.** Ex lege Iulia caducaria (populo bona deferuntur). Vlp. XXVIII. 7. cf. Gai. II. 150.

Caducus. (Adiect.) **§. 1.** *Cadens, Decumbens.* III. **Cn.** Glans caduca est, quae ex arbore cecidit. fr. 30. §. 4. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Vacans res, v. Dominum non habens, Vindicandum fisco.* I. **Sy.** Auferri. Caducum fieri. fr. 38. §. 1. fr. 52. fr. 61. fr. 63. de R. N. 23. 2. fr. 32. §. 28. de donat. int. V. 24. 1. Ad fiscum pertinere. Th. C. X. 8. c. 4. de bon. vac. cf. XVI. 5. c. 7. pr. de haeret. III. **Cn.** Cum fisco caduca bona defuncti addicantur. fr. 9. de S. C. Silan. 29. 5. cf. fr. 3. de h. qu. in testam. 28. 4. Horreorum librarii et depositorum, et librarii caducorum. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Caduca mortuorum bona ad competitores — transferri. Th. C. X. 10. c. 30. pr. cf. 27. pr. c. 34. de petition. Quae ita caducae fuerint (sc. mensae oleariae), ut nullius possint adhaerere dominio. Ib. XIV. 24. c. 1. de mens. olear. Quibus de caducis popularibus — competentes impertiantur annonae. Ib. XIV. 9. c. 2. de stud. liberal. urb. R. cf. XIV. 17. c. 1. de annon. civ. — **§. 3.** *Quod testamento relictum, a certa persona capi non potest.* III. **Cn.** Quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum adpellatur. Vlp. XVII. 1. Bona va-

cantia, et caduca, et ea quae indignis, legibus cogentibus, auferuntur. Th. C. XI. 30. c. 26. de app. et poen. cf. Vlp. XIX. 17. Caducae, vacantesve facultates. Th. C. X. 9. c. 2. de incorp. cf. X. 8. c. 5. de bon. vac. X. 10. c. 11. c. 12. pr. c. 20. c. 31. de petition. Quod veteres adpellabant „In causa caduci". — Quod aperta voce Caducum nuncupatur. c. 1. §§. 2. 9. de caduc. toll. 6. 51. Post legem Papiam deficientis portio caduca fit, et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent. Gai. II. 206. cf. Vlp. I. 21. XXIV. 12. Prima causa sit in caducis vindicandis heredum liberos habentium. Gai. II. 207. Vlp. XXV. 17. Fr. de I. F. §. 3. Ex filia nepotes (non) prodesse ad tutelae liberationem, sicuti nec ad caducorum vindicationem, palam est. Vatic. §. 195.

Cadus. *Vas vinarium, condendo servandoque vino aptum.* III. ***Cn.*** Vinum in amphoras et cados hac mente diffundimus, ut in his sit, donec usus causa probetur. fr. 15. cf. fr. 6. de trit. vino. 33. 6. Vtputa doliis. — Idem et in seriis, et cupis, et cadis, et amphoris putant. fr. 15. §. 6. de usuf. 7. 1.

Caecare. *Lumina adimere, Caligine obducere.* III. ***Cn.*** Fide devii, et mente caecati. Th. C. XVI. 7. c. 5. de apostat.

Caecitas. §. 1. *Privatio visus.* III. ***Cn.*** Si ea caecitate — oppressus est, ut utriusque oculi aciem prorsus amiserit. c. 1. Qui morbo se excus. 10. 50. cf. fr. 1. §. 7. de Aed. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Obcaecatio.* III. ***Cn.*** Cum caecitate praepropera, et rei inquisitione neglecta, luce veritatis omissa, — ad rei comparationem accedunt. Vatic. §. 35. Avaritiae caecitas. c. 3. de vet. num. pot. 11. 10.

Caecus. (Adiect.) **§. 1.** *Luminibus captus.* III. ***Cn.*** Caecus, utrisque luminibus orbatus. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Caecus testamentum potest facere etc. Paul. III. 4. A. § 4. — **§. 2.** *Obcaecatus.* III. ***Cn.*** Qui venerandum cognati sanguinis vinculum profano caecus violavit incestu. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Caedere. §. 1. *Excidere, Succidere.* III. ***Cn.*** Redemtor silvam ne caedito, neve cingito, neve deurito, neve quem cingere, caedere, urere sinito. fr. 29. locat. 19. 2. cf. fr. 5. pr. fr. 7. §§. 2. 4. arbor. furt. caes. 47. 7. Qui silvam infindunt, qui carbonem caedunt ac torrent. fr. 6. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 17. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Ruta et caesa. fr. 17. §. 6. l. 19. 1. fr. 66. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Marmor, quod caesum, neque exportatum. fr. 7. §. 13. solut. matrim. 24. 3. cf. fr. 18. pr. de fundo dot. 23. 5. Caesae arundinis, vel pali compendium. fr. 59. §. 2. cf. fr. 9. §. 7. de usuf. 7. 1. Sive segetes per furtum, sive quaelibet arbores caesae sint. Paul. II. 31. §. 25. cf. V. 20. §. 6. — **§. 2.** *Occidere, Mactare.* III. ***Cn.*** Tracta videlicet interpretatione vocis (sc. Occidisse), a caedendo et a caede. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Si im occisit, iure caesus esto! L. XII. Tabb. VIII. 12. cf. c. 4. ad L. Cor. de sicar. 9. 16. Nemo se hostiis polluat, nemo insontem victimam caedat. Th. C. XVI. 10. c. 10. c. 12. pr. de pagan. — **§. 3.** *Verberare.* I. ***Sy.*** Verberare, Pulsare. fr. 4. §. 13. vi bonor. rapt. 47. 8. Decidere verberibus. fr. 2. de term. mot. 47. 21. III. ***Cn.*** Si quis ab aliquo vulneratus, aut verberatus, fustibusve caesus fuerit. Gai. III. 225. cf. Coll. LL. M. II. 4. sq. 7. Vi neque torqueat, neque flagellis caedat. fr. 23. §. 1. de usuf. 7. 1. Flagellis caesum, sub poena vinculorum temporalium, domino restitui. Paul. V. 4. §. 22. Si statua patris tui — saxis caesa est. fr. 27. de iniur. 47. 10.

Caedes. *Obtruncatio.* III. ***Cn.*** Qui per vim, aut per caedem interfectus est, (velut iugulatus, aut praecipitatus). Paul. III. 5. §. 2. Recens a caede, madenteque adhuc filiae cruore. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Verbera, caedesque. Caedis atque vulnerum crimina. c. 1. de h. qu. accus. n. poss. 9. 1. c. 6. ad L. Iul. de vi pub. 9. 12. Qui latronem caedem sibi inferentem — occiderit. Paul. V. 23. §. 8. Percussor, v. Homicida. — Caedis mandator. Ib. III. 5. §. 12. V. 23. §. 11.

Caeduus. (Adiect.) *Ad caedendum aptus.* III. ***Cn.*** Si arbores caeduae fuerunt, vel cremiales. fr. 7. §. 12. sol. matrim. 24. 3. Ex silva caedua, — Ex non caedua (sumere). fr. 10. de usuf. 7. 1. Et arundinem caeduam, et silvam, in fructum [al. fructu] esse. fr. 40. §. 4. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 9. §. 7. de usuf. 7. 1.

Caelare. *Insculpere, Sculptura ornare.* II. ***Op.*** Pura, — Caelata (lanx, v. vasa). fr. 6. de R. V. 6. 1. III. ***Cn.*** Si iam erat factum (sc. argentum), sed caelabatur, — an et caelati continebitur, quod caelari coepit? fr. 19. §. 11. de auro arg. 34. 2.

Caelatura. *Sculptura metalli.* III. ***Cn.*** In condictione poculorum, etiam caelaturae aestimatio fiet. fr. 13. de cond. furt. 13. 1.

Caelebs. *Qui est sine coniugio.* III. ***Cn.*** Qui generare non possunt, velut spado. — Idem iuris est in persona caelibis. Vlp. VIII. 6. Caelibes, (qui per legem Iuliam hereditates legataque capere prohibentur), — Item orbi. Gai. II. 286. cf. 111. Vlp. XVII. 1. XXII. 3.

Caelestis. (Subst.) *Dea Afrorum.* III. ***Cn.*** Deos heredes instituere non possumus, praeter — Dianam Ephesiam, Matrem deorum Sipelensim, quae Smyrnae colitur, et Caelestem [al. Caelestum] Salinensem Carthaginis. Vlp. XXII. 6.

Caelestis. (Adiect.) **§. 1.** *Aëreus, Divinus.* III. ***Cn.*** Aqua caelestis. fr. 1. pr. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Facies, quae ad similitudinem pulchritudinis est caelestis figurata. c. 17. de poen. 9. 47. Poenasque non solum legitimas, sed etiam caelestes expectet. c. 35. §. 5. de donat. 8. 54. Cogitatio caelestis iudicii. Iuliani epit. nov. c. 65. §. 226. — **§. 2.** *Imperatorius, Principalis.* III. ***Cn.*** Caelestis recordationis (Valentinianus). Th. C. VI. 5. c. 2. ut dignit. ordo. Oraculum caeleste. Litterae caelestes. Ib. II. 1. c. 9. de iurisd. IX. 19. c. 3. ad L. Cor. de fals.

Caelibatus. *Conditio caelibis.* III. ***Cn.*** Vt permaneant, vel feminae in viduitate, vel masculi in caelibatu. c. 3. de indict. viduit. 6. 40. Si amiserint uxores, vel: Quando ad caelibatum pervenerint. c. 3. l. l. 6. 40. Perpetuo caelibatu insolentis divortii poenam sustinere. Th. C. III. 16. c. 2. §. 1. de repud.

Pro-

Propter caelibatum ex lege Iulia submotus a hereditate. Gai. II. 144.

Caelicolae, s. Coelicolae. *Haereticorum secta.* III. **Cn.** Coelicolarum nomen, inauditum quodammodo, novum crimen superstitionis vindicavit. Th. C. XVI. 8. c. 19. de Iud. Manichaeorum, sive Priscillianistarum, vel Coelicolarum etiam, quae nescio cuius dogmatis novi conventus habent. Ib. XVI. 5. c. 43. de haeretic.

Caelitus. (Advb.) **§. 1.** *Deo iuvante.* III. **Cn.** Omnes homines — infusae caelitus sanctitatis esse custodes. Ib. XVI. 6. c. 4. §. 2. ne S. baptism. — **§. 2.** *Adnuente Principe.* III. **Cn.** Iuxta formam caelitus datam, beneficio Principali absolvi. Ib. X. 20. c. 16. de murileg. Cael. impetrare (gradum). Ib. VI. 32. c. 2. de castrensian. Iust. C. c. 10. de metat. 12. 41.

Caelum. **§. 1.** *Orbis, astrorum sedem constituens.* III. **Cn.** Si in caelum non adscenderit. Si digito caelum non tetigerit. fr. 7. sq. de V. O. 45. 1. — **§. 2.** *Aër, Regio aëris.* III. **Cn.** Quae in caelo, quae in terra, quae in mari (nascuntur, v. capiuntur). Gai. II. 66. fr. 2. pro suo. 41. 10. fr. 26. pr. de furt. 47. 2. Caelum, quod supra id solum intercedit. fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. fr. 21. §. 2. fr. 22. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Et caelum pestilens, et ruinas minantur (immunditiae cloacarum). fr. 1. §. 2. de cloac. 43. 23. cf. fr. 13. §. 6. de usuf. 7. 1.

Caementitius. (Adiect.) *Ex caemento factus.* I. **Sy.** Structilis (rivus). fr. 3. §. 1. de rivis. 43. 21. III. **Cn.** Fundamenta caementitia. fr. 57. locat. 19. 2.

Caementum. *Lapis rudis caesus, aedificiis exstruendis aptus.* III. **Cn.** Neque enim magis de materia caesa, aut de caementis, aut de arena cavendum est venditori, quam de caeteris quae sunt pretiosiora. fr. 17. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Redemtores, qui suis caementis aedificant. fr. 39. pr. de R. V. 6. 1. Si quis ex alienis caementis in solo suo aedificaverit. fr. 23. §. 7. ib. 6. 1. Qui insulam petit, si caementa, vel tigna, vel quid aliud suum petat. fr. 7. §. 2. de exc. rei iud. 44. 2.

Caerimoniae. *Ritus sacri.* III. **Cn.** Ad posteros usque perennitatis iure fundare decrevimus caerimonias sanctitatis. Nov. Th. II. de Iud. Iudaei sint obstricti caerimoniis suis. Th. C. XVI. 8. c. 13. eod. XL. dies, qui auspicio caerimoniarum paschale tempus anticipant. c. 6. de feriis. 3. 12.

Caesar. *Cognomen romanum in gente Iulia.* III. **Cn.** C. Caesar. fr. 2. §§. 44. 46. de O. I. 1. 2. D. Iulius Caesar. fr. 1. pr. de testam. mil. 29. 1.

Caesar. **§. 1.** *Imperator, v. Princeps, ipse.* II. **Op.** Populus. Gai. I. 6. II. 7. 21. III. **Cn.** Et Caesaris ratio, et Augustae. fr. 6. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Domini Imperatores et Caesares. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 7.) Exemplum edicti — nobilissimorum Caesarum. Coll. LL. M. VI. 4. Caesar noster (rescripsit etc.). fr. 13. de probat. 22. 3. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. Qui imaginem Caesaris in invidiam alterius praetulisset. fr. 28. §. 7. de poen. 48. 19. Provinciae Caesaris (propriae). Gai. I. 6. II. 21. Procurator, v. Curator, Legatus etc. Caesaris. fr. 1. pr. §. 1. fr. 3. pr. de off. Proc. Caes. 1. 19. Colonus, Servus, Libertus (Caesaris). Fr. de I. F. §§. 6. 11. sqq. Vlp. I. 12. fr. 3. §. 1. cf. fr. 1. §. 2. l. l. 1. 19. fr. 3. pr. de h. qu. pro non scr. 34. 8. — **§. 2.** *Collega Principis in partibus imperii.* III. **Cn.** Qui — in comitatu meo, vel Caesaris, fuerit deprehensus. Th. C. IX. 16. c. 6. de malefic.

Caesareus. (Adiect.) *A Caesare cognominatus.* III. **Cn.** In Caesarea Palaestina. — Secunda Palaestina. Iuliani epit. nov. c. 96. §. 357.

Caesariani. *Officiales Procuratoris Caesaris.* III. **Cn.** Exceptis dumtaxat Caesarianis, vel catholicianis. c. 9. §. 2. de bon. proscr. 9. 49. Cf. Th. C. IX. 42. c. 1. §. 4. eod. Caesarianos, in actu dumtaxat constitutos, ad perfectissimatus — dignitatem non oportet admitti. Ib. X. 7. c. 1. de Caesarian. Quotiens — aliquorum bona ex officio tuo fuerint occupata, — ne fraudibus Caesarianorum minuantur. Ib. X. 8. c. 2. de bon. vacant.

Caesarianus. (Adiect.) *Imperatorius, Principalis.* III. **Cn.** Arcarii Caesariani. Vatic. §. 134. Praedia, v. Metalla etc. Caesariana. fr. 3. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 6. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Caesariensis. (Adiect.) **§. 1.** *Caesarianus.* I. **Sy.** Caesariana (advocatio). c. 30. de pact. 2. 3. c. 12. de legit. hered. 6. 58. — **§. 2.** *Ad Caesaream civitatem pertinens.* III. **Cn.** In Palaestina duae fuerunt coloniae, et Caesariensis, et Aelia Capitolina. fr. 1. §. 6. cf. fr. 8. §. 7. de censib. 50. 15. Et in Sitifensi et in Caesariensi provincia (Mauritania et Numidia). Nov. Valent. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 3. cf. c. 2. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Caespes. **§. 1.** *Terra cum herba, in modum lateris caesa.* III. **Cn.** Vel redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara caespitibus, vanas imagines — honorare. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan. cf. IX. 17. c. 5. pr. de sepulc. viol. — **§. 2.** *Territorium, Possessio.* III. **Cn.** Si quod praedium, in quolibet Africani caespitis loco. Ib. XIII. 6. c. 10. de praed. navicul. Ieiuni caespitis onerosa professio. Nov. Valent. III. de conf. h. qu. adm. II. 32. c. 1. §. 6. Vt ab exsolvendis — nuper indictis caespes formensis, aeriensis, calcarius et vecturarius habeatur immunis. Ib. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 4.

Caetera. Caeterum. (Adiect.) **§. 1.** *Reliquum, Aliud.* II. **Op.** Totum. — Caetera pars. fr. 2. de h. qu. in testam. 28. 4. Quaedam. — Caetera. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Hi dumtaxat quidem. — Caeteri. Gai. II. 54. 196. III. 93. 217. 223. IV. 45. sq. Vlp. XIII. 2. Inter virum et uxorem. — Inter caeteros. fr. 38. de contr. emt. 18. 1. Iumenta. — Caeterum pecus. fr. 38. §§. 4. sq. cf. fr. 14. §. 9. de Aed. edict. 21. 1. III. **Cn.** Non solum caetera, praeter institutionem heredis, sed et ipsam institutionem. fr. 19. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Non solum ob sortem, — sed ob caetera quoque, veluti usuras, et quae in id impensa sunt. fr. 8. §. 5. de pign. act. 13. 7. Et fructus, et caetera. Sumtus litis, caeteraque. fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 5. §. 12. commod. 13. 6. Caetera cognitionis, v. negotii. fr. 39.

pr. de minor. 4. 4. Caetera venditionis (perficere). fr. 5. §. 7. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Et caetera, quaecunque sint. fr. 14. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 16. de donation. 39. 5. Si heredis mentio, vel caeterorum, (facta non fuerit). fr. 27. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 23. §. 8. ad L. Aqu. 9. 2. A vobis quoque, caeteri heredes, peto. fr. 5. de ann. legat. 33. 1. Et deinceps caeteri. fr. 4. de h. qu. sui. 1. 6. Exceptis, s. Detractis, quibusdam, caeteri etc. Gai. II. 171. 225. Caeteri, sine v. praeter etc. Ib. I. 3. 132. Vlp. X. 1. XXII. 22. Qui magis quam caeteri (praestare debent). fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Et mihi, et caeteris. fr. 13. de N. G. 3. 5. Inter caeteros (signasse et C. Seium, sc. testamentum). fr. 39. de pign. act. 13. 7. Inter caetera (accepisse etc.). Vatic. §§. 111. 120. — **§. 2.** *Inter caeteros*, pro: *Indistincte*. II. ***Op.*** Nominatim (exheredare, etc.). Gai. II. 134. sq. III. 66. Vlp. XXII. 20. sqq. — **§. 3.** *De caetero*, pro: *In futurum*, *In posterum*. I. ***Sy.*** De futuro. Th. C. VI. 27. c. 14. de agent. in reb. XI. 1. c. 8. de annon. et tribut. Deinceps. Ib. I. 8. c. 1. sqq. (Wck.) de off. Qu. III. ***Cn.*** Non indifferenter de caetero facient. fr. 10. de cust. et exh. 48. 3. Iubemus, ut minime de caetero etc. Placet, nullum omnino de caetero etc. Th. C. VIII. 7. c. 4. de div. offic. XI. 16. c. 8. de extr. s. sord. Si quis de caetero voluerit. Ib. XV. 2. c. 4. de aquaed. Hoc de caetero fieri non potest. Ib. VII. 4. c. 3. de erog. mil. ann.

Caeteroquin. (Advb.) **§. 1.** *In universum.* III. ***Cn.*** Haec poena magis est, ut adversus ipsum locum habeat; — caeteroquin adversus heredem eius transire non debet. fr. 29. pr. de iure fisci. 49. 14. — **§. 2.** *Alioquin*, *Alias*. III. ***Cn.*** Verum tamen hoc intelligendum erit, etc. — Caeteroquin si, — dubium non est. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5.

Caeterum. (Advb.) **§. 1.** *Quod superest.* III. ***Cn.*** Caeterum potest esse, v. locum habet, v. oportet etc. Gai. I. 54. III. 112. IV. 91. 109. Caet. in usu est, v. dubium non est. Ib. II. 181. IV. 74. Caeterum omnibus — edi iubet. fr. 9. §. 3. de edendo. 2. 13. — **§. 2.** *Alioquin.* III. ***Cn.*** Haec ita, v. Vtique, si etc. — Caeterum. Vatic. §§. 161. 165. fr. 25. de R. V. 6. 1. fr. 6. pr. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 61. §. 7. de furt. 47. 2. Si modo, s. Dummodo, v. Ita demum. — Caeterum si etc. fr. 27. pr. de procur. 3. 3. fr. 3. §. 6. de donat. int. V. 24. 1. fr. 20. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Nec enim esse. — Caet. si esset etc. fr. 10. §. 2. de usurp. 41. 3. Quamdiu ambo vivunt; caet. ubi alter decessit etc. fr. 2. §. 3. de eo qu. c. loco. 13. 4. Deferre autem iusiurandum iudicem oportet. Caeterum si alius detulerit etc. fr. 4. §. 1. de in lit. iur. 12. 3. Idem scribit. — Caet. aliter observantibus, futurum etc. fr. 2. §. 28. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Caia. *Praenomen femininum.* III. ***Cn.*** Caia Seia fundum a L. Titio emerat. fr. 63. §. 1. de eviction. 21. 2.

Caius. **§. 1.** *Nomen hominis fictitium.* III. ***Cn.*** Titius, et Caius, et Seius. fr. 26. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Praenomen virile.* III. ***Cn.*** Caius Seius. Cf. v. Seius.

Calabria. *Italiae inferioris regio.* III. ***Cn.*** Apulia et Calabria (Bruttii, et Lucania etc.). Th. C. IX. 30. c. 1. sq. Quib. equor. us. XII. 1. c. 158. de decurion. Sardinia, Sicilia, Campania, Calabria etc. Ib. XI. 30. c. 27. de app. et poen.

Calamitas. **§. 1.** *Devastatio*, *Damnum.* III. ***Cn.*** Hi, quos religio, aut honestior causa, vel calamitas aliqua, vel maior res familiaris, — moretur. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5. Cum loca capta sunt ab hostibus. — Quodsi ab hac calamitate fuerint liberata. fr. 36. de relig. 11. 7. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. — **§. 2.** *Status calamitosus.* III. ***Cn.*** Non debet calamitas matris nocere (ei, qui in ventre est). fr. 5. §. 2. de statu hom. 1. 5. Vsumfr. — apud eum remanere, etiam post patris calamitatem. c. 17. de usuf. 3. 33. Antequam fiat calamitati obnoxius, adiuvetur. Th. C. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop.

Calamitosus. (Adiect.) **§. 1.** *Calamitatem inferens*, *Perniciosus.* III. ***Cn.*** Si vis tempestatis calamitosae contigerit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Calamitate depressus*, *Aerumnosus.* III. ***Cn.*** Precibus calamitosorum illacrimari. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18.

Calantica. *Ornamentum capitis muliebre.* III. ***Cn.*** Vittae, mitrae, semimitrae, calantica, [al. calautica, al. calvatica], acus cum margarita, quam mulieres habere solent. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Calatus. (Partic.) *Praeconis voce convocatus.* III. ***Cn.*** Calata comitia esse, quae pro collegio pontificum habentur. — Eorum autem alia esse curiata, alia centuriata. Fr. Labeonis I. Cti. Ap. Gell. N. A. XV. 27. Aut calatis comitiis faciebant (sc. testamenta), — aut in procinctu. Gai. II. 101. sq. Vlp. XX. 2.

Calcare. **§. 1.** *Calce et pedibus premere.* III. ***Cn.*** Sive lectam uvam calcare, sive mustum evehere prohibeatur. fr. 25. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Reprimere*, *Abolere.* III. ***Cn.*** Extrema pars legis istius ideo non habetur scripta, vel exposita, quia novella lege calcatur. Interpr. ad Th. C. IV. 4. c. 7. de testam. et codic. — **§. 3.** *Proculcare*, *Contemnere.* III. ***Cn.*** Illicitis ausibus — salubriter constituta calcari. Nov. Valent. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 2. Graduum seriem conturbare, et temporum ratione calcata dudum militantibus anteferri. c. 2. de primicer. 12. 7. Ideo calcatam legem — repetere — compellimur. Nov. Th. II. de navib. I. 7. c. 1. pr.

Calcaria. *Fabrica excoquendae calcis.* III. ***Cn.*** In calcariam, vel sulphurariam damnari. fr. 8. §. 10. de poen. 48. 19.

Calcariensis. *Coquendae calcis ministerio addictus.* III. ***Cn.*** Hoc et in calcariensibus, et fabricensibus, et argentariis observetur. Th. C. XII. 1. c. 37. de decurion.

Calcarius. (Adiect.) *Ad calcis excoctionem spectans.* III. ***Cn.*** Vt ab — exsolvendis — nuper indictis caespes formensis, aeriensis, calcarius, et vecturarius, habeatur immunis. Nov. Valent. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 4.

Calceamentum. Cf. Calciamentum.

Calceatus. (Partic.) *Calceis indutus.* III. **Cn.** Praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere, et coërrare calceatum [al. falciatum], cum hamis et dolabris. fr. 3. §. 3. de off. Praef. Vigg. 1. 15.

Calceus. *Indumentum pedis.* III. **Cn.** Sutor puero discenti — forma calcei cervicem percussit. fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 13. §. 4. locat. 19. 2.

Calciamentum. *Calceus.* III. **Cn.** Fasciae crurales, pedulesque. — Alia causa est udonum, quia usum calciamentorum praestant. fr. 25. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Calciarium. *Sumtus in calceatum faciendus.* III. **Cn.** Diariis relictis, — neque habitationem, neque vestiarium, neque calciarium deberi. fr. 21. de alim. v. cibar. 34. 1. fr. 8. §§. 12. 14. de transact. 2. 15.

Calcitrosus. *Qui calce petit.* III. **Cn.** Si equus calcitrosus calce percusserit. fr. 1. §. 4. si quadr. paup. 9. 1. Iumenta pavida et calcitrosa. fr. 4. §. 3. de Aed. edict. 21. 1.

Calculator. *Exceptor rationum.* III. **Cn.** Ludi litterarii magistri, — et librarii, et notarii, et calculatores, sive tabularii. fr. 1. §. 6. de extr. cognit. 50. 13. fr. 7. §. 5. de oper. libert. 38. 1. Liberalium studiorum professores, non etiam calculatores. c. 4. de profess. et med. 10. 52.

Calculus. **§. 1.** *Supputatio.* III. **Cn.** Calculi ratione potius, quam maleficii, — conveniri. fr. 29. de d. m. 4. 3. cf. fr. 6. §. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. Nullam fieri posse separationem, cum communi calculo subiiciantur, et invicem inducant contributionem. fr. 11. §. 7. ad L. Falc. 35. 2. Deducto eo, bonorum calculus subduci solet. fr. 8. depos. 16. 3. Confusio, Error, calculi. fr. 11. §. 6. ad L. Falc. 35. 2. fr. 8. pr. de adm. rer. ad civit. 50. 8. In calculis superiorum temporum, v. in publicis calculis, residere. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. Nov. Marcian. eod. III. 2. c. 1. §. 1. Aerarii nostri calculis adiunximus. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen. — **§. 2.** *Sententia, Suffragium.* I. **Sy.** Forma, Sententia (arbitralis). c. 4. §. 5. c. 5. pr. de rec. arbitr. 2. 56. III. **Cn.** Si calculum meliorem, et victricem sententiam reportarit. Nov. Th. II. ne ducian. vel limit. I. 2. c. 1. §. 2. Audire militares causas militum, et legitimo calculo dirimere. Iuliani epit. nov. c. 39. §. 168. Cuiuscunque iudicii calculos vel iussiones habeant. Ib. c. 15. §. 56. Quodsi — iudex datus sit, tam ex divina iussione, quam ex calculo maximi magistratus. Ib. c. 22. §. 87.

Caldus, s. **Calidus.** (Adiect.) *Calore impraegnatus.* III. **Cn.** Aenum, in quo olea calda aqua lavatur. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. Frigidae, — Calidae, aquae. fr. 1. §. 13. de aqua quot. 43. 20. fr. 3. §. 5. de riv. 43. 21.

Calefacere. *Calidum facere.* III. **Cn.** Hic aqua ad potandum calefit. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. In calefaciendis apud Antiochiam thermis. Th. C. XII. 1. c. 131. de decurion.

Calefactio. *Actus calefaciendi.* III. **Cn.** Calefactionis et praebitionis (sc. balinearum) onus. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) cf. fr. 1. §. 2. fr. 18. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. Balinei calefactio, sive diaetarum hypocaustarum. fr. 55. §. 3. de legat. III. (32.)

Calendae. *Dies primus cuiusque mensis.* III. **Cn.** Si „ipsa die Calendarum" quis stipulationem interponat, — puto actum videri de sequentibus Calendis. fr. 41. pr. de V. O. 45. 1. Ex Calendis Ianuariis, vel usque ad Calend. Ianuarias decimas. Vatic. §. 50. „Centesimis Calendis dari," utiliter stipulamur. fr. 46. pr. de V. O. 45. 1. Secundis, vel tertiis (Calendis), vel quibus aliis. fr. 41. pr. ib. 45. 1. Ante, v. Post, diem X. Calendarum. fr. 132. pr. de V. S. 50. 16. Sexto Calendas. — Bisextum Calendis. fr. 98. pr. ib. 50. 16. Post Cal. Ianuar. die tertio. fr. 233. §. 1. ib. 50. 16.

Calendarium. *Liber pecuniae creditae foenebris, Index nominum et usurarum debitarum.* III. **Cn.** Praediorum, tam rusticorum, quam urbanorum, et mancipiorum, et supellectilis, itemque calendarii ususfr. fr. 37. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 6. de instr. leg. 33. 7. Hi servi domino debitores fuerunt, tam ex aliis causis, quam ex ratione calendarii. fr. 58. de pecul. 15. 1. Filio meo nomina ex calendario, quae elegerit filius meus sibi, XX. dare damnas sunto sine d. m. fr. 34. §. 1. de legat. III. (32.) Qui in provincia Stichum servum calendario praeposuerat. fr. 41. de R. C. 12. 1. fr. 23. pr. de pecul. leg. 33. 8. Calendarii curatio, et Quaestura in aliqua civitate. fr. 18. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. cf. Vatic. §§. 128. 184. Th. C. XII. 11. c. 1. pr. §§. 1. 3. de cur. calendar. Si neque ex calendario, neque ex vectigalibus, neque ex frumenti vel olei publici pecunia, — civitatis debitor sis. c. 3. de compensat. 4. 31. Th. C. 1. 1. c. 2.

Calere. *Calore incitari, Fervere.* III. **Cn.** Qui castrorum expertes habentur, nec in hostem Martio aere caluerunt. Th. C. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron. Sanctimonialem puellam, aliis adulti sexus sui votis calentem, — velari facere. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 2.

Caletanus. (Adiect.) *Calenus.* III. **Cn.** Hoc amplius eidem alumno meo hominem Caletanum [al. collactaneum], et vernam sutorem etc. fr. 78. §. 12. ad S. C. Treb. 36. 1.

Calidus. Cf. Caldus.

Caligatus. *Manipularis, v. Gregarius, miles.* III. **Cn.** Miles caligatus, vel si quis alius usque ad centurionem, vel praefectum cohortis, vel alae, vel legionis. fr. 2. pr. cf. fr. 1. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. c. 21. de nupt. 5. 4. Qui exercitum accipit, etiam ius animadvertendi in milites caligatos habet. fr. 9. de cust. et exh. reor. 48. 3.

Caligo. *Tenebrae.* III. **Cn.** Moles constitutionum, — quae velut sub crassae demersae caliginis et obscuritatis vallo. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 1. (Wck. p. 9.) Ne qua liberalitatem nostram caligo fraudis possit impedire. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 2.

Calix. *Genus poculi.* III. **Cn.** Omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, — veluti paterae, cali-

ces, scyphi, urceoli, oenophoria et conchae. Paul. III. 6. §. 90. cf. §. 86. Dolia, vasa, ancones, calices, trullae, quae circa coenam solent traiici. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. Calicem diatretum faciendum dare. fr. 27. §. 29. ad L. Aqu. 9. 2.

Callainus. *Colore callaidis gemmae.* III. ***Cn.*** Lapis universus, margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus, adamas, saffirinus, callainus, beryllus etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Callide. (Advb.) *Astute, Improbe.* I. ***Sy.*** Dolose (versati, v. circumvenire). fr. 32. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 2. §. 3. ad S. C. Vellei. 16. 1. Mala fide. fr. 5. §. 4. de auct. et cons. 26. 8. III. ***Cn.*** Si et imperite et callide — (habeat mentionem). Th. C. III. 5. c. 8. pr. de sponsal. Et sine vi, si quid callide admissum est. fr. 2. §. 8. vi bonor. rapt. 47. 8. Si arbitrum quis corrupit, — vel si adversarium call. circumvenit. fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. Si autem mihi persuaseris, ut repudiem, — dico de dolo dandam, si call. hoc feceris. fr. 9. §. 1. de d. m. 4. 3.

Calliditas. *Improbitas, Malitiosa sollertia.* I. ***Sy.*** Malitia, Fallacia. fr. 1. pr. de d. m. 4. 3. fr. 1. §. 2. de Aed. edict. 21. 1. Dolus et machinatio. c. 3. de plus petit. 3. 10. Commenta. c. 3. de repud. 5. 17. Circumscriptio. Th. C. X. 15. c. 4. de advoc. fisci. III. ***Cn.*** Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. cf. fr. 7. §. 9. de pact. 2. 14. Calliditas atque insidiae. Dolus et calliditas. c. 8. de resc. vend. 4. 44. fr. 2. de proxenet. 50. 14. Calliditatem et protervitatem (horum, qui hereditates depopulantur, — coërcere). fr. 1. §. 1. si is qu. testam. lib. 47. 4. Infirmitas feminarum, non calliditas, auxilium meruit. fr. 2. §. 3. ad S. C. Vellei. 16. 1. Sive metu, sive calliditate, sive aetate, sive absentia (inciderint in captionem). fr. 1. fr. 2. de I. I. R. 4. 1. Praetorem adversus calliditatem eius subvenire, qui talem fraudem commentus est. fr. 1. §. 5. de separat. 42. 6. Ipse stellionatus crimine, propter suam calliditatem, plectetur. fr. 29. §. 5. mand. 17. 1. Vt cuiuslibet artis astutia, cuiuscunque occasionis excogitata calliditas, excludatur. c. 1. pr. ut omn. iudic. 1. 49. cf. Th. C. XII. 1. c. 105. de decurion.

Callidus. (Adiect.) *Improbus, Malitiosus.* III. ***Cn.*** Qui non callido animo, nec maligno, reposuit rem. fr. 71. §. 8. de A. v. O. H. 29. 2. Si quidem tutorem non facultates, sed fraudulenta in rebus pupillaribus, sed callida conversatio suspectum commendet. fr. 31. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. Callida impostura et obstinata persuasio (mathematicorum). Coll. LL. M. XV. 2. Callida arte, aut probrosa cuiuspiam conniventia (deferri). Th. C. XVI. 2. c. 27. de episcop. Aestimabit, quatenus tam callidum commentum etiam in exemplum coërcere debeat. fr. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. fr. 20. de h. qu. not. infam. 3. 2.

Callinicum. *Munimentum in regione Persarum.* III. ***Cn.*** Nullus posthac (sc. mercator) — ultra Nisibin, Callinicum, et Artaxatam, emendi seu vendendi species causa, proficisci audeat. c. 4. de commerc. et merc. 4. 63.

Callis. *Semita angustior.* III. ***Cn.*** Neive quis quoi ob eam rem vectigal, neive scripturam (dare) debeto, quot quisque pecudes in calleis, viasve publicas, itineris causa induxerit. Fr. Legis Thoriae.

Calor. *Impetus, Fervor.* III. ***Cn.*** Ne ex sua imperitia, vel iuvenili calore, aliquid vel dicant vel taceant. c. 4. de auct. praest. 5. 59. cf. c. 8. §. 5. de bon. qu. lib. 6. 61. Si per errorem, seu temeritatem, seu calorem ad accusationem prosiluerit. c. 2. de abolition. 9. 42. Temeritatem facilitatis veniam continere, et inconsultum calorem calumniae vitio carere. fr. 1. §. 5. ad S. C. Turp. 48. 16. Mariti calor et impetus facile decernentis fuit refrenandus. fr. 22. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Quidquid in calore iracundiae vel fit, vel dicitur. fr. 3. de divort. 24. 2. Locatio vectigalium, quae calor licitantis ultra modum solitae conductionis inflavit. fr. 9. pr. de publican. 39. 4.

Calpurnia. *Nomen legis.* III. ***Cn.*** Haec autem legis actio (sc. per condictionem) constituta est per legem Siliam et Calpurniam; lege quidem Silia certae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re. Gai. IV. 19.

Calvisiana. *Actionis nomen.* III. ***Cn.*** Quasi per Calvisianam, vel Fabianam actionem revocandum (in fraudem eius, sc. patroni, alienatum). fr. 13. cf. fr. 1. §. 11. fr. 2. fr. 3. §§. 3. sq. si qu. in fr. patron. 38. 5. fr. 16. pr. de iure patron. 37. 14. fr. 16. §. 6. de hered. pet. 5. 3.

Calvisianum. *S. Cti nomen.* III. ***Cn.*** Quodsi maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar matrimonium adpellatur, et S. Cto Calvisiano [al. Calvitiano] iubetur non proficere ad capiendas hereditates, et legata, et dotes. Vlp. XVI. 4.

Calvitur. Cf. v. Calvor.

Calumnia. **§. 1.** *Fraus, Malitia.* II. ***Op.*** Per errorem, v. Falsa existimatione deceptus, — Per calumniam (petere). fr. 15. fr. 18. sq. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 43. de hered. pet. 5. 3. III. ***Cn.*** Procul universas calumnias, sive nominationes, iubemus esse submotas. Th. C. VI. 35. c. 1. cf. c. 3. sq. de priv. eor. qu. in S. palat. Propter immoderatam castigationem calumniae accusationem innocentiae ratio — non permittit. Coll. LL. M. III. 4. Quae per calumniam (v. calumniae causa) ventris nomine in possessionem missa est. fr. 15. fr. 18. sq. de h. qu. not. infam. 3. 2. — **§. 2.** ***Dolus, circa movendum vanum vel falsum iudicium, tam publicum quam privatum, commissus.*** III. ***Cn.*** Qui in iudicio publico calumniae praevaricationisve causa quid fecisse iudicatus erit. fr. 1. fr. 4. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 4. de accus. 48. 2. Crimen, quod vindictae aut calumniae iudicium exspectat. Paul. V. 4. §. 12. Delicti veniam, i. e. calumniae, deprecari. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. cf. fr. 9. de calumn. 3. 6. De calumnia eius, qui temere controversiam movit, — ferre sententiam. fr. 39. §. 1. de liberali c. 40. 12. Calumniae iudicio X. partis nemo damnatur, nisi qui intelligit non recte se agere, sed vexandi adversarii gratia actionem instituit. Gai. IV. 178. Qui, ut calumniae causa negotium faceret, vel non faceret,

pecuniam accepisse dicetur. fr. 1. pr. cf. §. 1. de calumn. 3. 6. Actoris quoque calumnia coërcetur, modo calumniae iudicio, modo contrario, modo iureiurando, modo restipulatione. Gai. IV. 174. sqq. cf. 163. 179. 181. 186. Quae aboleri ante censuimus, novis calumniarum fascibus (ne) inardescant, etc. Th. C. XII. 11. c. 2. de curat. calendar. cf. X. 10. c. 29. §. 3. de petit. et ultro dat.

Calumniari. **§. 1.** *Invidiam conflare, Insidias struere.* III. **Cn.** Non oportere ius civile calumniari, neque verba captari etc. fr. 19. ad exhib. 10. 4. Qui id calumniatur et reprobat, quod ad compendium simplicis satisfactionis inventum est. Th. C. XII. 6. c. 12. de susceptor. Princeps — per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens. Prooem. I. in pr. — **§. 2.** *Falsa iudicia, vel crimina, intendere.* III. **Cn.** Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, — aut enim calumniantur, aut praevaricantur, aut tergiversantur. fr. 1. pr. cf. §. 1. ad S. C. Turpil. 48. 16. Colludere, vel calumniari. fr. 3. §. 10. de lib. hom. exhib. 43. 29. Calumniator ita demum notatur, si fuerit calumniae causa damnatus; neque enim sufficit, calumniatum. fr. 4. §. 4. de h. qu. not. inf̄am. 3. 2. cf. fr. 1. §§. 3. sq. ad S. C. Turp. 48 16. V. 3. de calumn. 9. 46. Si tamen alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est. fr. 7. §. 3. de accusat. 48. 2.

Calumniator. Calumniatrix. *Qui, quaeve, calumniam exercet.* III. **Cn.** Si — is, qui controversiam facit, humilis, calumniator, notae nequitiae. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Cum neque in delictis, neque in calumniatoribus Praetorem succurrere oportere certi iuris sit. fr. 37. §. 1. de min. 4. 4. Calumniatoribus poena lege Remmia irrogatur. fr. 1. §. 2. ad S. C. Turp. 48. 16. cf. Paul. V. 4. §. 11. Si manifesta sit calumniatrix. fr. 1. §. 14. de ventre in poss. 37. 9.

Calumniose. (Advb.) *Fraudulenter.* I. **Sy.** Per calumniam. fr. 43. de hered. pet. 5. 3. fr. 3. §. 1. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 1. §. 9. fr. 8. pr. de stipul. Praet. 46. 5.

Calumniosus. (Subst.) *Calumniator.* I. **Sy.** Qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. Paul. I. 5. §§. 1. sq. fr. 3. ad S. C. Turp. 48. 16.

Calumniosus. (Adiect.) *Calumnians, Commentitius.* III. **Cn.** Apud eundem iudicem agendum est, — ne in potestate calumniosa adversarii mei sit, an etc. fr. 11. §. 1. de iurisd. 2. 1. Calumniosa est enim illa adnotatio, posse etc. fr. 82. §. 2. de legat. II. (31.) Calumniosam inofficiosi actionem adversus iustum iudicium testatoris instituere. c. 12. de inoff. testam. 3. 28. Neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes. fr. 6. §. 2. de off. Praes. 1. 18.

Calvor. *Frustror.* I. **Sy.** Si moretur et frustretur. Si calvitur, (pedemve struit). fr. 233. pr. de V. S. 50. 16. Fr. L. XII. Tabb. I. 2.

Calx. **§. 1.** *Ima pars pedis.* III. **Cn.** Qui adseverat, homicidium se non voluntate sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praebita videatur. Coll. LL. M. I. 10. Si equus calcitrosus calce percusserit. fr. 1. §. 4. si quadr. 9. 1. — **§. 2.** *Terminus extremus, Exitus.* III. **Cn.** Qui — inculpatim ad calcem terminumque militiae pervenerint. Th. C. VI. 30. c. 20. de Palatin. S. largg. Si intra praedicti temporis calcem suis partibus adfuisset. Ib. XII. 1. c. 64. de decurion.

Calx. *Lapis excoctus, ad aedificiorum materiam aptus.* III. **Cn.** Ius calcis coquendae, et lapidis eximendi, et arenae fodiendae, aedificandi eius gratia, quod in fundo est. fr. 6. §. 1. cf. fr. 1. §. 1. fr. 5. §. 1. de S. P. R. 8. 3. fr. 12. pr. de usuf. 7. 1. Tegulam quoque, et lapidem, et testam, — hoc amplius et calcem, et arenam, tignorum adpellatione contineri. fr. 1. §. 1. de tigno iunct. 47. 3. Si librarium rus mittat, et qualum et calcem portare cogat. fr. 15. §. 1. de usuf. 7. 1. Quod comburendi causa paratum est, — sive ad calcem, vel ad aliam rem coquendam solebat uti. fr. 55. §. 3. de legat. III. (32.) Ex omnibus praediis, quae iam dudum praestationi calcis coeperunt obnoxia adtineri, coctoribus calcis per ternas vehes singulae amphorae vini praebeantur. Th. C. XIV. 6. c. 1. cf. c. 2. sq. c. 5. de calc. coctor.

Camelarius. *Cui camelorum publicorum cura commissa est.* III. **Cn.** Ratione habita et alimentorum et camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, ut solo corporis ministerio obligentur. fr. 18. §. 11. de mun. et hon. 50. 4.

Camelasia. *Camelorum praefectura.* III. **Cn.** Personalia civilia sunt munera: defensio civitatis, camelasia etc. fr. 1. §. 2. fr. 18. §. 11. l. l. 50. 4.

Camelus. *Bestiarum species.* III. **Cn.** Longe magis bestiae in eo (sc. pecudum) numero non sunt, veluti ursi, leones, pantherae: elephanti autem et cameli quasi mixti sunt, nam et iumentorum operam praestant, et natura eorum fera est. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. cf. Gai. II. 16. Vlp. XIX. 1.

Camera. *Tectum in curvitatem formatum.* III. **Cn.** Iuxta communem parietem cameram ex figlino opere factam, si ita retineatur etc. fr. 19. §. 1. de S. P. V. 8. 2.

Cameratus. Cf. v. Aeratus.

Campania. *Italiae inferioris regio felicissima.* III. **Cn.** De vicinis provinciis, i. e. de Lucania, — Samnio, — Campania. Nov. Valent. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 1. cf. Th. C. XI. 28. c. 12. de indulg. debitor. Campania, Tuscia, Picenum, Samnium, Apulia etc. Ib. l. l. c. 7. Consularis Campaniae. Ib. VIII. 5. c. 24. de cursu pub. IX. 40. c. 12. de poen.

Campanus. *Ad Campaniam, vel ad Capuam civitatem, pertinens.* III. **Cn.** Municipes, — suae cuiusque civitatis cives, utputa Campanos, Puteolanos. fr. 1. §. 1. cf. §. 2. ad municip. 50. 1. Decuriones Campani. fr. 50. de contr. emt. 18. 1. Campanorum populus. Th. C. XV. 10. c. 2. de equ. curul. Vini Campani optimi amphorae C. fr. 74. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1.

Campus. *Planities.* III. **Cn.** Vsum balnei, vel porticus, vel campi, uniuscuiusque in solidum esse. fr. 5. §. 15. commod. 13. 6. fr. 2. §. 9. ne qu. in loco pub. 43. 8. Campum Martium, aut forum romanum, vel

aedem sacram, legari non posse. fr. 39. §. 9. de legat. I. (30.) cf. fr. 6. pr. de contr. emt. 18. 1.

Camum. *Potionis genus ex hordeo.* III. **Cn.** Si quis vinum legaverit, — certe zythum — non continebitur. Simili modo nec camum, nec cerevisia continebitur, nec hydromeli. fr. 9. pr. de tritico vino. 33. 6.

Canalis. §. 1. *Ductus excavatus, ad humorem emittendum.* III. **Cn.** Lines, labra, salientes, fistulae, — item canales. fr. 15. de A. E. V. 19. 1. Si quis novum canalem, vel fistulas, in rivo velit collocare. fr. 3. §. 2. de rivis. 43. 21. — §. 2. *Via publica.* III. **Cn.** Qui parangarias aut paraveredos in civitatibus ad canalem audeat commovere. Th. C. VIII. 5. c. 15. de cursu pub. cf. VI. 29. c. 2. §. 1. de curios.

Cancellare. *Scripturam calami ductibus, in formam cancellorum exaratis, delere.* III. **Cn.** Cancellare, vel inducere. Canc. vel incidere (sc. testamentum). fr. 2. de h. qu. in testam. del. 28. 4. fr. 15. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Si quis — testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suae formae parte vitiatum. c. 3. de edict. D. Hadr. 6. 33. Omnes cautiones, ex quocunque contractu, vanae et pro cancellato ut haberentur. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14.

Cancellarius. §. 1. *Species officialium in scriniis Principis, vel iudicum.* III. **Cn.** Quod et circa scrinia nostra, et cancellarios, et largitionales, et officiales Comitum rerum privatarum, volumus observari. Th. C. VI. 27. c. 1. de agent. in reb. Consiliarii iudicum, et cancellarii, et qui domesticorum funguntur officio. c. 3. cf. c. 5. c. 8. de adsessor. Th. C. I. 12. c. 3. eod. — §. 2. *Scriba.* I. **Sy.** Tabellio, Amanuensis. Interpr. ad Th. C. IX. 19. c. 1. ad L. Cor. de falso.

Cancelli, v. **Cancellus.** §. 1. *Septum in aedibus, levi opera tollendum.* III. **Cn.** Si sera, vel clavis, vel cancellus, vel specularium sit ablatum. fr. 9. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. Vt aedibus detrahatur, — marmora, vel columnae, — si cancelli sint, vel vela. fr. 41. §§. 9. sq. de legat. I. (30.) — §. 2. *Modus, Fines.* III. **Cn.** Pravam licentiam iudicum his cancellis severitatis includimus. Th. C. I. 12. c. 8. (Wck.) de off. Proc. et Leg.

Candelabrum. *Instrumentum, in quo candelae infiguntur.* III. **Cn.** Instructa domo legata, ea legato continentur: — delphicae, pelves, conchae, aquiminalia, candelabra, lucernae etc. Paul. III. 6. §. 56. cf. fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10. Gemma, inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro. fr. 6. ad exhib. 10. 4. cf. fr. 23. §. 2. de R. V. 6. 1.

Candidatus. [Candidati.] (Subst.) *Homo munera publica ambiens.* III. **Cn.** Vt duo vel tres de his, qui nominantur candidati, arcae — possint sociari. Th. C. VI. 4. c. 21. §. 5. de Praet. et Qu. Non omnes Quaestores provincias sortiebantur, verum excepti erant candidati Principis. fr. 1. §§. 2. 4. de off. Quaestor. 1. 13.

Candidatus, [us]. *Candidatura.* III. **Cn.** Qui per annos singulos ad candidatum atque honores certos (nominati) noscuntur. Th. C. I. 1. c. 21. §. 1.

Candidatus. (Adiect.) *Iure togae candidae praeditus.* III. **Cn.** Cum praefecto urbi electi ex ordine candidato. Ib. l. l. c. 22. §. 2. Cum conventus ordinis candidati coeperit agitari. Ib. XIV. 10. c. 1. pr. de habitu quo uti op.

Caninia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Lege Furia Caninia certus modus constitutus est in servis testamento manumittendis. Gai. I. 42. sqq. 139. II. 228. 239. Vlp. I. 24.

Canis. *Animal latrans.* III. **Cn.** Ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem, aliudve quod noceret animal etc. fr. 40. §. 1. fr. 41. de Aedil. edict. 21. 1. Si quis servum, vel eam quadrupedem, quae pecudum numero non est, velut canem, aut feram bestiam, — vulneraverit. Gai. III. 217. cf. fr. 2. §. 2. fr. 29. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. Venatores, et vestigatores, et canes, et caetera quae ad venationem sunt necessaria. fr. 12. §. 12. de instr. leg. 33. 7. Vt parricida — culeo insuatur, cum cane, gallo gallinaceo, vipera et simia. fr. 9. pr. de L. Pomp. de parricid. 48. 9.

Cannabis. *Herba funibus torquendis apta.* III. **Cn.** Vt certis mercibus eam (sc. navem) locet, — puta legumini, cannabi [al. cannabae]. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1.

Canon. §. 1. *Regula, Sanctio (ecclesiae christianae).* III. **Cn.** Secundum divinas regulas et sacros canones. Iuliani epit. nov. c. 115. §§. 430. 447. Legibus et canonibus consentaneam sententiam proferre. Ib. c. 73. §. 264. cf. c. 115. §§. 429. 460. sq. Canones patrum. Ib. c. 6. §. 24. Pragmaticae sanctiones, quae contra canones ecclesiasticos — elicitae sunt. c. 12. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. — §. 2. *Solemnis et antiqua pensitatio publica anniversaria, Pensio ordinaria.* I. **Sy.** Vectigal (certum annuum). Th. C. V. 13. c. 15. sqq. (Wck.) Pensio. XV. 1. c. 18. de opp. pub. XI. 16. c. 13. de extr. s. sord. II. **Op.** Superindictum. Ib. XI. 5. c. 2. de indiction. III. **Cn.** Quod in canonem cecidit, et anniversaria debet pensitatione persolvi. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §. 1. Nihil prius ex horreis consequantur, quam omnis canon, qui antiquitus est institutus, fuerit completus. Th. C. XI. 14. c. 2. de condit. in pub. horr. Nihil extra ordinem praedia iure perpetuo consignata sustineant, neque adiectis saepius, ac praeter primum delegationis canonem postulatis, adficiantur impendiis. Ib. XI. 16. c. 13. de extr. s. sord. Antiquam exigendi consuetudinem in omni annonario ac superindicto canone servandam esse censemus. Ib. I. 12. c. 7. (Wck.) de off. Proc. et Leg. cf. I. 10. c. 1. (Wck.) de off. Com. S. largg. Qui scrinium canonum tractant. Ib. X. 20. c. 13. c. 18. de murileg. Defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tributa et canonem soluturus. Ib. V. 13. c. 30. cf. c. 35. (Wck.) Praedia demto civili canone consecuti. Nov. Marcian. de praed. civit. omn. III. 3. c. 1. pr. cf. §. 1. Quidquid mancipiorum vel pecoris adcreverit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur. Th. C. V. 14. c. 4. cf. c. 5. (Wck.) — §. 3. *Pensio per-*

petua qualiscunque, praediis imposita. III. **Cn.** Tertia portio eius canonis, qui ex locis fundisque reipub. quotannis conferri solet. Ib. XV. 1. c. 33. de opp. pub. cf. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. Personae non prohibitae, sed concessae et idoneae ad solvendum emphyteuticum canonem. c. 3. de iure emph. 4. 66.

Canonicarius. (Subst.) *Canoni exigendo praefectus.* III. **Cn.** Sive iudex sit, sive curialis, sive vindices, vel canonicarii, sive alii fuerint, ad quos publicae exactionis periculum respicit. Iuliani epit. nov. c. 124. §§. 545. sq. Nullus ad provinciam magnificentiae tuae canonicarius, nullus palatinus, nullus armatae potestatis minister accedat. Nov. Maiorian. de indulg. reliquor. IV. 3. c. 1. §. 2. cf. §. 1. Iust. C. c. 9. pr. de exactor. tribut. 10. 19.

Canonicus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad canones, v. sanctiones ecclesiae, spectans.* III. **Cn.** Si quid canonicum acciderit, hoc Praeses cum metropolitano provinciae disponere debet. Iulian. l. l. c. 21. §. 76. Poenis canonicis subiici. Ib. c. 115. §. 457. — **§. 2.** *Ad canonem ordinarium pertinens.* I. **Sy.** Collatio annua (vestium). Canon. Canonicae (vestes). Th. C. XI. 9. c. 1. sq. de distr. pignor. VII. 6. c. 2. de militar. veste. II. **Op.** Extraordinarium, superindictitiumve. — Canonica (et consueta) illatio. Ib. XI. 16. c. 2. de extr. s. sord. XVI. 2. c. 40. de episcop. eccl. III. **Cn.** Praeter solemnes et canonicas pensitationes. Ib. VIII. 10. c. 2. de concuss. cf. XI. 11. c. 1. ne damn. provinc. Canonicae indictionis tributum. Ib. VI. 26. c. 14. pr. de proxim. Comit. Vestes atque equi, caeteraeque canonicae species. Ib. XIII. 5. c. 14. pr. de navicular.

Cantabrarius. *Portitor cantabrorum, s. vexillorum.* III. **Cn.** Collegiatos, — signiferos, cantabrarios, et singularum urbium corporatos — revocari. Ib. XIV. 7. c. 2. de collegiat.

Cantamen. *Canticum, Incantamentum.* III. **Cn.** Si quis magus, vel magicis cantaminibus [al. contaminibus] adsuetus, — aut haruspex etc. Ib. IX. 16. c. 6. de malefic.

Cantare. **§. 1.** *Palam recitare, Pronunciare.* III. **Cn.** Saltandi, cantandive causa in scaenam prodire. fr. 24. pr. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Psalterium — in alterius infamiam compositum, et publice cantatum. Paul. V. 4. §. 16. cf. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Iterum iterumque praedicare.* III. **Cn.** Hoc enim toto iure cantatum est, (ut scripturam prolator adfirmet). Th. C. II. 27. c. 1. §. 1. si cert. pet. de chirogr.

Cantharis. *Scarabaeus, ex quo medicamentum ducitur.* III. **Cn.** Pigmentarii si cui temere cicutam, salamandram, — et id quod lustramenti causa dederint, cantharidas. fr. 3. §. 3. ad L. Cor. de sic. 48. 8.

Cantharus. *Fistula personis ornata, salientibus emittendis apta.* III. **Cn.** Automataria, aut si qui canthari, per quos aquae saliunt — maxime si impostitii sint. fr. 41. §. 11. de legat. I. (30.).

Canticum. *Cantilena.* III. **Cn.** Qui carmen famosum in iniuriam alicuius, vel alia quaelibet cantica, quo adgnosci possit, composuerit. Paul. V. 4. §. 15. Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, et publice cantatum. Ib. l. l. §. 16.

Cantor. *Qui scholae cantatorum praeest in ecclesia.* III. **Cn.** Cuius (sc. gradus) clericus non prohibetur uxorem habere, qualis est gradus cantorum et lectorum. Iuliani epit. nov. c. 4. §. 20. cf. c. 36. §. 159. c. 115. §. 458.

Capacitas. **§. 1.** *Destinatio et habilitas ad aliquid recipiendum.* III. **Cn.** Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur, quae capacitati alicui parata sunt. Paul. III. 6. §. 86. In quibus (sc. exedris) tantum amplitudinis et decoris esse monstratur, ut publicis commodis possint capacitatis et pulchritudinis suae admiratione sufficere. Th. C. XV. 1. c. 53. de oper. pub. Navem nec facere novam, nec instaurare, intra capacitatem XL. cuparum. — Privatorum naves legitimae capacitatis. Nov. Valent. III. de navicul. amnic. II. 29. c. 1. §. 2. cf. Th. C. XIII. 9. c. 2. de naufrag. XIII. 5. c. 28. de navicular. — **§. 2.** *Facultas et ius capiendi* (ex alterius testamento etc.). III. **Cn.** Si eo herede instituto, qui vel nihil vel non totum capere potest, servo hereditario legatum fuerit, tractantibus nobis de capacitate, videndum etc. fr. 55. §. 1. de legat. II. (31.) Capacitatis privilegio videlicet et modo inspecto, ut consideretur quid capere potuit. Th. C. IX. 42. c. 1. pr. de bon. proscr. cf. Vlp. XVI. (Rubr.) — **§. 3.** *Intellectus.* III. **Cn.** Reperimus omnem legum tramitem — ita esse confusum, ut in infinitum extendatur, et nullius humanae naturae capacitate concludatur. c. 1. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17.

Capax. **§. 1.** *Potens, Recipiens, Patiens.* I. **Sy.** Dolo non carere. Doli capacem esse. fr. 4. §. 26. de d. m. exc. 44. 4. Si hac sint aetate, cui crimen possit opponi. Per aetatem criminis capax. Th. C. XVI. 6. c. 6. sq. ne S. baptism. III. **Cn.** Quaedam (sc. naves) fluvii capaces, ad mare non sufficientes. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Si auditus capaces sunt (sc. muti). fr. 65. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Licet consilii capax non fuerit (impubes). fr. 88. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Si sit iam iniuriae capax (impubes). fr. 5. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse et furandi, et iniuriae faciendae. fr. 111. pr. de R. I. 50. 17. Cum uterque obligationis capax sit. fr. 12. de stipul. servor. 45. 3. Tantum solutionis capax est fructuarius hoc casu, non etiam obligationis. fr. 98. §. 7. de solut. 46. 3. — **§. 2.** *Facultate capiendi ex alterius testamento praeditus.* I. **Sy.** Qui capere potest, s. capit. Cui hoc commodum lege competit. fr. 78. §. 3. fr. 80. de hered. inst. 28. 5. fr. 29. de liberat. leg. 34. 3. III. **Cn.** Scriptus heres, cuiuscunque portionis capax. c. 8. comm. de succ. 6. 59. cf. c. 10. de testam. et quemad. 6. 23. Filiam — specie dotis, cuius capax fuisset, defendi. fr. 35. famil. erc isc. 10. 2.

Capenas. (Adiect.) *Ad Capenam, Tusciae oppidum, pertinens.* III. **Cn.** Idque et D. Pius piscatoribus Formianis et Capenatis [al. Capenatibus] rescripsit. fr. 4. pr. de R. D. 1. 8.

Capere. **§. 1.** *Manibus contrectare, Occupare.* I. **Sy.** Adprehendere. Manu capere. Gai. I. 119. 121. Occupare. fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Ablatum, captum, coactum, conciliatum, aversomve siet. Fr. legis Serviliae. c. 1. Qui ex naufragio, vel incendio, cepisse vel in his rebus damni quid dedisse dicitur. c. 18. de furt. 6. 2. Qui ab hostibus capiuntur, vel hostibus deduntur. fr. 4. de captiv. 49. 15. Si in bello captus, pace facta domum refugit. fr. 28. ib. 49. 15. Mancipia dicta, quod ab hostibus manu capiantur. fr. 4. §. 3. de statu hom. 1. 5. Quae ex hostibus capiuntur. Gai. II. 69. IV. 16. Quae terra, mari, caelo capiuntur. Ib. II. 66. sq. fr. 1. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Si in ius vocat, ni it, antestator: igitur em capito. L. XII. Tabb. I. 1. Si flamines Diales inaugurentur; — si virgines Vestales capiantur. Gai. I. 130. Vlp. X. 5. — **§. 2.** *Vindicare, Auferre.* III. **Cn.** Pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo. fr. 9. §. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. Paul. V. 5. A. §. 4. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. 1. Quod vero nec uxor nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum et incorporatum ita ad me referri etc. Th. C. IX. 42. c. 1. §. 2. de bon. proscr. Ex omnibus autem istis causis certis verbis pignus capiebatur. Gai. IV. 29. cf. 27. 32. Res, quae pignoris iure captae sunt. fr. 15. §. 4. de re iud. 42. 1. — **§. 3.** *Adquirere cum effectu. Bonorum suorum facere, pleno dumtaxat iure.* I. **Sy.** Percipere. fr. 11. sq. de alim. v. cibar. 34. 1. §. 2. I. de B. P. 3. 9. Accipere. Vlp. XV. 1. Vatic. §§. 307. 309. fr. 1. pr. §. 4. fr. 2. de calumn. 3. 6. fr. 20. §§. 4. sq. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 13. fr. 115. pr. §. 1. de R. I. 50. 17. Qui heres institui, et cui legari potest. Qui legata hereditatesque capere potest. Gai. II. 286. sq. III. **Cn.** Quoties de iure capiendi, vel de iure dominii, vel de aliqua causa simili, re nummaria quaeratur. fr. 2. §. 2. de iure fisci. 49. 14. Vbicunque lex, vel Senatus, vel constitutio capere hereditatem prohibet. fr. 12. §. 1. de B. P. 37. 1. fr. 35. pr. de m. c. donat. 39. 6. Si quis solidum a lege capere non possit. fr. 72. de hered. inst. 28. 5. Cognati manumissoris, quibus per legem Furiam plus M. asses capere licet. Vlp. XXVIII. 7. cf. I. 2. Gai. II. 225. sq. Quod amplius per legem Falcidiam ceperit. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 1. §. 12. ad L. Falc. 35. 2. Mortis causa capitur, cum propter mortem alicuius capiendi occasio obvenit; exceptis his capiendi figuris, quae proprio nomine adpellantur. fr. 31. pr. de m. c. donat. 39. 6. Eis omnibus inter se donare, capere liceto. Vatic. §. 298. cf. §. 259. Per vindicationem his verbis legamus: Do lego, capito, sumito, sibi habeto. Vlp. XXIV. 3. Gai. II. 193. 221. Testamentum facere posse, et ex testamento capere. Paul. III. 4. A. §. 9. Vt ab eo, cuius in mancipio sunt, neque hereditatem neque legata aliter capere possint etc. Gai. I. 123. cf. 23. sq. II. 110. sq. 275. 286. Vlp. XXII. 3. 8. XXV. 7. Qui testamentum faciebat, ei, qui usque ad certum modum capere potuerat, legavit licitam quantitatem. fr. 27. de probat. 22. 3. Quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit. Vlp. XVII. 1. XVIII. 1. Qui tacitam fidem accommodaverat, ut non capienti partem — daret. fr. 43. §. 3. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 7. de cond. inst. 28. 7. fr. 59. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Ne quis Praesidum munus, donum caperet, nisi etc. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quive, ob caput civis R. referundum, pecuniam, praemium, aliudve quid, cepit, ceperit. Tab. Heracl. lin. 48. aer. Neap. Et possideri, et per longam possessionem capi. — Nec tradi, nec capi posse. fr. 26. de A. v. A. P. 41. 2. Per diutinam possessionem capere. fr. 36. ib. 41. 2. Possidendo dominium cap. fr. 44. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Cap. usu. Cf. v. Vsucapere. — **§. 4.** *Consequi, Accipere.* I. **Sy.** Lucrari (partem). Cap. (lucrum, v. lucri partem). Gai. III. 149. Percipere (mercedem, v. fructum etc.). Ib. III. 206. fr. 31. de V. S. 50. 16. Accipere (iudicem, v. fideiussores). Gai. IV. 15. 18. fr. 41. fr. 44. de fideiuss. 46. 1. Adipisci (magistratum etc.). fr. 6. pr. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** Ne quis eorum — magistratum petito, neve capito, neve gerito, neve habeto, neve ibi senator — esto. Tab. Heracl. lin. 21. sq. aer. Neap. Municipes dici, quod munera civilia capiant. fr. 18. de V. S. 50. 16. Directam libertatem iure militiae cepisse. fr. 49. de manum. testam. 40. 4. Ex quibus vectigal fiscus capit. fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16. Mutuam pecuniam dedit, et usuras semper cepit, et instrumenta debitorum — recepit. fr. 35. §. 2. de donat. 39. 5. Ex quibus agris paterfam. fructus caperet, quibus se toleraret. fr. 203. de V. S. 50. 16. Postea captos fructus, partumque editum, restitui oportere. fr. 2. fr. 4. pr. de usur. 22. 1. — **§. 5.** *Subire, Excipere, Pati.* II. **Op.** Capere intellectum. — Captu carere. Paul. V. 4. §. 2. fr. 1. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Si vas aliquod mihi vendideris, et dixeris: „certam mensuram capere, vel certum pondus habere." fr. 6. §. 4. de A. E. V. 19. 1. Dummodo eius aetatis sit, ut dolum capiat. fr. 15. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 3. §. 2. de tribut. act. 14. 4. Quae omnes (sc. exceptiones) vel ex legibus, vel ex his quae legis vicem obtinent, substantiam capiunt. Gai. IV. 118. Omnia, quae ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint. fr. 201. cf. fr. 85. §. 1. de R. I. 50. 17. Est eius rei exemplum capere ex (rescripto D. Pii). fr. 11. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Res nec capit restitutionem. fr. 9. §. 4. de minor. 4. 4. Si servo occiso plus dominus capiat damni, quam pretium servi. Gai. III. 212. — **§. 6.** *Capi,* pro: *Orbari, Destitui.* I. **Sy.** Orbatus, Captus (luminibus). fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 17. pr. ad municip. 50. 1. c. 3. Qui dare tut. 5. 34. Compos non esse (mentis). Captus esse (mente). c. 2. sq. de cur. fur. 5. 70. cf. fr. 17. Qu. testam. fac. p. 28. 1. — **§. 7.** *Capi,* pro: *Implicari.* III. **Cn.** Captumque amore virginis, omne fas ac nefas miscuisse. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Fungantur officiis curialibus, ac municipalium munerum cura — capiantur. Th. C. XII. 1. c. 42. pr. de decurion. — **§. 8.** *Capi,* pro: *Decipi, Fraudari.* III. **Cn.** Et si quid dolo malo domini captus fraudatusque actor est. fr. 36. de pecul. 15.

15. 1. fr. 1. §. 42. depos. 16. 3. Vtrum in contractibus captis dumtaxat subveniatur, an etiam delinquentibus? fr. 9. §. 2. de minor. 4. 4. cf. fr. 21. pr. ex qu. c. maior. 4. 6. Iusto errore te ductum, vel fraude adversarii captum, — pepigisse. c. 2. de A. E. V. 4. 49. cf. c. 5. de I. I. R. min. 2. 22. Cessare in integrum restitutionem, neque enim aetatis lubrico captus est etc. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4.

Capessere. *Capere, Adserere sibi.* III. ***Cn.*** Sitque omnibus aequa conditio capessendi, quod quisque mereatur. Th. C. VIII. 16. c. 1. de infirm. poen. caelibat. Si — ad capessendum honorem errore lapsus processit (sc. servus). c. 2. si serv. aut libert. 10. 32.

Capillus. ***Pilus capitis humani, vel animalium.*** III. ***Cn.*** Barbam demittere, vel capillos submittere. fr. 15. §. 27. cf. fr. 39. de iniur. 47. 10. Species pertinentes ad vectigal: — pelles Babylonicae, pelles Parthicae, — Indici leones, — capilli Indici. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Capio. §. 1. ***Adquisitio*** (dominii). I. ***Sy.*** Vsucapio. Longa possessione (s. per longum tempus) capio. fr. 48. §. 1. de A. R. D. 41. 1. fr. 36. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 21. de usurp. 41. 3. III. ***Cn.*** Dominii capio. fr. 18. §. 1. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** ***Captio, Adsertio, Vindicatio.*** I. ***Sy.*** Captio (pignorum). Gai. IV. 26. 28. sqq. III. ***Cn.*** Si rerum, quae pignoris iure captae sunt, controversia fiat, — sic evenit, ut omnibus integris tantum capioni res iudicata proficiat. fr. 15. §. 4. de re iud. 42. 1. Debitorem ad solvendi necessitatem capione pignorum conveniri. Th. C. XI. 7. c. 7. de exaction. cf. XI. 9. c. 2. de distrah. pign.

Capistrum. ***Capitis vinculum, iumentis aptandum.*** III. ***Cn.*** Si homo vestitus deponatur, — nec si equus cum capistro. fr. 1. §. 5. depos. 16. 3.

Capital. ***Facinus, poena capitis luendum.*** III. ***Cn.*** Alia quoque lege agraria — cavetur, ut si servus servave — dolo malo fecerit, ei capital esse. fr. 3. §. 1. de term. mot. 47. 21. Ac si quis adversus edictum meum fecerit, — capital erit. fr. 4. §. 2. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Si quis commilitonem vulneravit, — si gladio capital admittit. fr. 6. §. 6. de R. M. 49. 16.

Capitalis. (Adiect.) **§. 1.** ***Capiti hominis, i. e. vitae eius, vel libertati, vel civitati atque existimationi, exitium parans.*** I. ***Sy.*** Capitalia iudicia. Iudiciorum poenae, per quas eximitur caput de civitate. Iudicia, ex quibus poena mors, aut exsilium est. fr. 2. de publ. iud. 48. 1. cf. fr. 2. pr. de poen. 48. 19. fr. 13. de B. P. 37. 1. Vltimum, Capitale (supplicium). c. 5. de h. qu. ad eccl. 1. 12. c. 4. Qu. res ven. 4 40. c. 30. de app. et consult. 7. 62. II. ***Op.*** Pecuniaria, s. Nummaria (causa, v. res, v. quaestio etc.). Gai. III. 189. IV. 111. Paul. V. 16. §. 5. fr. 12. §. 4. de accusat. 48. 2. fr. 2. de publ. iud. 48. 1. fr. 18. §. 2. ad S. C. Turpil. 48. 16. fr. 2. §. 2. de iure fisci. 49. 14. Capitale crimen. — Alia publica crimina, quae sanguinis poenam non ingerunt. c. 18. de transact. 2. 6. III. ***Cn.*** Capitalia et atrociora maleficia. fr. 8. pr. de quaestion. 48. 18. Capitalem fraudem admisisse. Rem capitalem fecisse videri. fr. 1. §. 1. fr. 23. §. 2. de Aed. edict. 21. 1. Th. C. VIII. 5. c. 14. pr. de cursu pub. Liberum arbitrium habet, vel capitali crimine reum facere eum, qui occiderit, vel hac lege (sc. Aquilia) damnum persequi. Gai. III. 213. Quive falsum testimonium d. m. dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur. fr. 1. §. 1. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desiit. fr. 8. de publ. iud. 48. 1. Quaestores, qui capitalibus rebus praeessent. Triumviri capitales. fr. 2. §§. 23. 30. de O. I. 1. 2. Capitalem in quemquam promere severamque sententiam. Th. C. IX. 40. c. 1. de poen. Noxae, quae publicam exercitionem [al. exsecutionem] et coercitionem capitalem habent. fr. 200. de V. S. 50. 16. Si qui — latrocinium fecerint, aliudve quod facinus, ut capitalem poenam meruisse videantur, commiserint. fr. 27. §. 2. de poen. 48. 19. Capitalem poenam, deportationemve sustinere. c. 10. de bon. proscr. 9. 49. cf. fr. 1. §. 1. de requir. v. absent. damn. 48. 17. — **§. 2.** ***Internecinus. Valde perniciosus.*** II. ***Op.*** Capitales, vel gravissimae inimicitiae. — Levis offensa. fr. 3. §. 11. de adim. legat. 34. 4. III. ***Cn.*** Si valetudinis adversae, vel capitalium inimicitiarum, seu ob aliam iustam causam, excusationes adleget. fr. 23. fr. 25. mand. 17. 1. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. Inimicitiae capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit. Paul. II. 27. §. 1. Metu mortis vel cruciatu corporis extortum, vel capitales minas pertimescendo. c. 7. de h. qu. vi. 2. 20.

Capitaliter. (Advb.) ***Sub capitis poena.*** III. ***Cn.*** Cap. se fecisse cognoscat. Th. C. IX. 21. c. 6. de fals. monet. Cap. expietur, s. vindicetur. Ib. III. 14. c. 1. de nupt. gentil. VII. 18. c. 4. §. 4. de desertor.

Capitatio. §. 1. ***Census, ac tributum capitis, tam humani quam animalis.*** I. ***Sy.*** Caput, s. Capitum. Ib. VII. 13. c. 6. c. 7. §. 3. de tiron. VIII. 1. c. 3. c. 10. de numerar. Census capitis, s. pro capite. Ib. l. l. c. 7. sq. de tiron. Exactio (plebis, s. plebeia). Ib. XIII. 10. c. 4. c. 6. de censu s. adscr. Descriptio (terrena, sive animarum). Capitatio (humana atque animalium). Ib. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. III. ***Cn.*** Neque ab annona, neque ab angariis, neque a veredo, neque ab hospite recipiendo, neque a nave, neque capitatione — excusari possunt. fr. 18. §. 29. de mun. et hon. 50. 4. Capitationis aut canonis augmenta non patiatur. c. 2. de fund. rei priv. 11. 65. Th. C. V. 14. c. 4. (Wck.) Ne scilicet, descriptione facta, pro capitatione aut iugatione quidquam iisdem, veluti legitimi muneris, exprimatur. Ib. VIII. 11. c. 1. ne qu. pub. laetit. cf. XI. 7. c. 11. de exaction. XI. 12. c. 1. de immun. conc. Nec cuiusquam alterius iuga aut capita Senatorum censibus adgregentur. Ib. XI. 23. c. 1. de protostas. Proprii census caput excuset, ac — uxoriam quoque capitationem merito laborum praestet immunem. Ib. VII. 13. c. 6. pr. c. 7. §. 3. de tiron. — **§. 2.** ***Annona, v. Pabulum, animalibus publicis erogandum.*** I. ***Sy.*** Capitum. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Nec prius de horreis species proferantur, et maxime capitationis, quam etc.

Ib. VII. 4. c. 11. de erog. mil. annon. **Militibus ad** Cal. Aug. capitatio denegetur, ex Cal. Aug. praebeatur. Ib. l. l. c. 8.

Capitium. *Pectoris muliebris tegumentum.* III. **Cn.** Muliebria sunt (sc. vestimenta), — veluti stolae, pallia, tunicae, capitia, zonae etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Capitolina. Cf. v. Aelia Capitolina.

Capitolinus. (Adiect.) *Ad Capitolium pertinens.* III. **Cn.** In clivo Capitolino duo plostra onusta mulae ducebant. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Capitolium. **§. 1.** *Summum urbis Romae templum, in arce constitutum.* III. **Cn.** Haec conditio: Si in capitolium adscenderit. fr. 29. cf. fr. 7. pr. de cond. et dem. 35. 1. fr. 28. de cond. instit. 28. 7. Si iurasset: Se capitolium non adscendisse. fr. 39. de iureiur. 12. 2. fr. 10. pr. de reb. dub. 34. 5. — **§. 2.** *Arx cuiuscunque urbis, depositorium thesauri publici.* III. **Cn.** Aurum a possessore capitolio — sancimus inferri. Th. C. XI. 1. c. 34. de annon. et tribut.

Capitularius. (Subst.) *Qui functioni turmariorum obnoxius est.* III. **Cn.** Ne exactorum, vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant, vel obsequium temonariorum, vel prototypiae. Ib. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. palat.

Capitularius. (Adiect.) *Ad exactionem tironum praebendorum spectans.* III. **Cn.** Omnium vilium munerum, ac totius capitulariae, sive, ut rem quam volumus intelligi communi denunciatione signemus, temonariae functionis fieri iubemus exsortes. Ib. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord.

Capitulenses. *Cives certae alicuius coloniae, iure Italico praeditae.* III. **Cn.** D. Vespasianus Caesarienses colonos fecit. — Similes eis Capitulenses esse videntur. fr. 8. §. 7. de censib. 50. 15.

Capitulum. **§. 1.** *Caput, Pars.* I. **Sy.** Caput (legis etc.). fr. 2. pr. fr. 27. §§. 4. sq. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. c. 1. §. 3. de raptu virgg. 9. 13. Pars. c. 42. de transact. 2. 4. III. **Cn.** Stipulatio de dote, ex capitulo: „Si in matrimonio mulier decessisset," habebit locum. fr. 9. §. 3. de reb. dub. 34. 5. Si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. Si de pluribus causis, vel capitulis, eaedem pactiones seu transactiones initae fuerint. c. 42. de transact. 2. 4. c. 12. §§. 1. 4. de R. C. 4. 1. Quibus ita emendatis, omnibus capitulis lex pridem lata servabitur. Th. C. IX. 24. c. 4. §. 1. de fals. monet. — **§. 2.** *Statio.* III. **Cn.** Antea in unoquoque capitulo litis — iurare cogebatur. Iuliani epit. nov. c. 44. §. 178. — **§. 3.** *Capitularia functio.* III. **Cn.** Sordidorum vero munerum talis exceptio sit: — viarum et pontium talis sollicitudo non oneret, capituli atque temonis necessitas nulla mandetur. Th. C. XI. 16. c. 15. cf. c. 18. de extr. s. sordid.

Capitum. *Capitatio, Pabulum animalium publicorum.* I. **Sy.** Capitatio. Ib. VI. 24. c. 1. de domest. et protect. VII. 4. c. 7. sq. c. 11. c. 13. c. 16. sq. de erog. mil. annon. Caput. c. 6. c. 8. eod. 12. 38. III. **Cn.** Species capitum annonarumve (ex horreis proferantur). Th. C. VII. 4. c. 13. Militares annonas (1200) et ducentum capitum (Numida provincialis exsolvat). Nov. Valent. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. pr. §. 5. Annonas et capita habeat (magistratus). Iuliani epit. nov. c. 15. §. 52.

Cappadocia. *Regio Asiae minoris, Ciliciae et Armeniae finitima.* III. **Cn.** Cum in eodem confinio praediorum unum sit praedium, non Galatiae, sed Cappadociae finibus. fr. 35. §. 1. de legat. III. (32.) Per provincias Mesopotamiam, — Phoenicam Libanensem, Ciliciam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. Moderator Helenoponti, et Ponti Polemoniaci, et Procos. primae Cappadociae, et Procos. Armeniae, et Praetor Lycaoniae etc. Iuliani epit. nov. c. 25. §. 96. cf. c. 120. §. 525.

Capra. *Animal notum, ex pecudum genere.* III. **Cn.** Ex grege vel una ovis, aut capra in ius adducebatur, vel etiam pilus inde sumebatur. Gai. IV. 17. Porcam, vel capram, vel vervecem abducere. — Maiora animalia abigere. fr. 1. §. 2. de abig. 47. 14. fr. 9. §. 4. locat. 19. 2. Quadrupedes, quae pecudum numero sunt, et gregatim habentur, veluti oves, caprae, boves, equi, muli, asini. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Caprinus. (Adiect.) *Ad capras pertinens.* III. **Cn.** Pelles caprinae et agninae. fr. 25. §. 8. de auro arg. 34. 2. Leporina lana, et anserina, et caprina. fr. 70. §. 9. de legat. III. (32.)

Capsa. *Civitas Africae, in provincia Byzacena.* III. **Cn.** Dux Byzacenae provinciae in Capsa et altera Lepte civitatibus interim sedeat. c. 2. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Capsa. *Theca, Arca.* III. **Cn.** Supellectile legata, capsae, armaria, non solum librorum, — debebuntur. Paul. III. 6. §. 67.

Capsarius. **§. 1.** *Capsellarum opifex.* III. **Cn.** Mensores, optio, valetudinarii, medici, capsarii artifices. fr. 6. de iure immun. 50. 6. — **§. 2.** *Qui vestimenta, vel libros, capsellis custodit.* III. **Cn.** Capsarii, qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiunt. fr. 3. §. 5. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Si collactaneus, si educator, si paedagogus ipsius, — vel capsarius, qui portat libros. fr. 13. de manum. vind. 40. 2.

Capsella. *Arca.* I. **Sy.** Arculae. Frumenti, vel leguminum, thecae. Capsellae, in quibus fructus componuntur. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7.

Captare. *Studiose, et per artes, quaerere.* III. **Cn.** Non oportere ius civile calumniari, neque verba captari. fr. 19. ad exhib. 10. 4. Si quid aliud lucrifecerit, quod non captaverit. Gai. III. 151. Si lucrum captet pupillus ex damno alieno. fr. 13. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. c. 1. de hered. tut. 5. 54. Qui, dum captat hereditatem, — prohibuit testamentarium introire. fr. 1. pr. si qu. aliqu. test. 29. 6. Prodere eos solent, scilicet impunitatem sibi captantes. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. Hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli captati [al. captantes] aliquorum momentarias necessitates, sub hac conditione fundos opimos comparent etc. Th. C. XI. 3. c. 1. sine censu v. reliqu.

Captator. *Aucupans.* III. ***Cn.*** Favore callidi captatores adplaudunt. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5. cf. §. 11.

Captatorius. (Adiect.) *Ad captandum lucrum comparatus.* III. ***Cn.*** Captatorias institutiones — Senatus improbavit, — quarum conditio confertur ad secretum alienae voluntatis. fr. 70. cf. fr. 71. pr. fr. 81. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Captatoriae scripturae simili modo neque in hereditatibus, neque in legatis valent. fr. 64. de legat. I. (30.)

Captio. **§. 1.** *Actus capiendi.* I. ***Sy.*** Capio. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Lege autem agebatur — per pignoris captionem. Gai. IV. 12. Pignoris captio extra ius peragebatur, — plerumque etiam absente adversario. Ib. §. 29. — **§. 2.** *Captatio.* III. ***Cn.*** An idem servandum sit, — etiam si in aliam personam captionem direxerit? fr. 71. §. 1. de hered. inst. 28. 5. — **§. 3.** *Circumventio, Fraus, Dispendium iniquum.* III. ***Cn.*** Ne quid ei, qui de ea re aget, petetve, captioni ob eam rem, aut eo nomine esse possit. L. Gall. Cisalp. I. 45. Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat. Paul. V. 33. §. 2. cf. fr. 14. de probat. 22. 3. Fragile esse et infirmum huiusmodi aetatium consilium, et multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum. fr. 1. pr. de minor. 4. 4. Hominis vel lapsi, vel circumscripti, sive metu, sive calliditate, sive aetate, sive absentia inciderint in captionem. fr. 1. sq. de I. I. R. 4. 1. Ea tantummodo deberi — responderunt, — aliter enim interpretantibus, summam fore captionem. fr. 39. pr. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 43. ad L. Aqu. 9. 2. Quoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis. fr. 200. de R. I. 50. 17. Quoniam inter alias captiones praecipue commissoriae (pignorum) legis crescit asperitas. Th. C. III. 2. c. 1. de commiss. rescind.

Captiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Exitiosus. Damnum iniustum parans.* I. ***Sy.*** Iniuriosus. fr. 41. de usurpat. 41. 3. fr. 19. §. 5. de captiv. 49. 15. II. ***Op.*** Lucrosus. fr. 6. §. 10. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. ***Cn.*** Vix bonae fidei convenire, eo pacto stari, quod alteri captiosum sit. fr. 7. §. 1. de rescind. vend. 18. 5. Praetor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum. fr. 8. pr. de stipul. Praet. 46. 5. cf. fr. 41. de usurp. 41. 3. Liberalitatem captiosam interpretatio prudentium fregit. fr. 5. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Captatorius, Calumniosus, Dolosus.* III. ***Cn.*** Dum minutias iuris et captiosa verba sectantur. Nov. Valent. III. de XXX. ann. proscr. II. 27. c. 1. §. 3. Captiosa atque occulta conscriptione alterius vitam in iudicium devocare. Th. C. IX. 34. c. 4. de famos. libell. Quodsi quis contra hanc — legem captiosum aliquid putaverit perpetrandum. Ib. XI. 2. c. 5. tribut. in ips. spec.

Captivare. *Subiugare, Servitutis iugo premere.* III. ***Cn.*** Africa — antea 95. annos a Vandalis captivata. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Captivitas. *Servitus eius, qui in potestatem hostium pervenit.* III. ***Cn.*** Inter quos iura captivitatum aut postliminiorum fuerunt. fr. 21. §. 1. de captiv. 49. 15. Morte, captivitate, vel alia contingente servitute. fr. 1. de divort. 24. 2. cf. fr. 6. §. 4. de iniust. rupt. 28. 3. Fiunt (sc. servi) aut iure gentium, i. e. ex captivitate, aut iure civili. §. 4. I. de iure person. 1. 3. Si vel nasci consanguineus, vel de captivitate reverti potest. fr. 2. pr. de suis et legit. 38. 16. Qui ab hostibus captus est, — valet testamentum id, quod ante captivitatem factum est. Paul. III. 4. A. §. 8.

Captivus. (Subst.) *Servus hostium factus.* III. ***Cn.*** Si captivus, de quo in pace cautum fuerat ut rediret, sua voluntate apud hostes mansit. fr. 20. pr. de captiv. 49. 15. Captivus si a nobis manumissus fuerit, et pervenerit ad suos. fr. 5. §. 3. ib. 49. 15. Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent. fr. 4. §. 2. de statu hom. 1. 5. fr. 239. §. 1. de V. S. 50. 16.

Captivus. (Adiect.) *Ad captivitatem spectans.* I. ***Sy.*** Captivitatis, Captiva (necessitas). Th. C. V. 5. c. 1. sq. de postlim.

Captus. (Subst.) **§. 1.** *Quod capitur, Res capienda.* I. ***Sy.*** Quod captum est, v. erit. fr. 8. §. 1. de contr. emt. 18. 1. III. ***Cn.*** Cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. fr. 8. §. 1. l. 18. 1 — **§. 2.** *Facultas capiendi, v. intelligendi.* III. ***Cn.*** Adfectu doli, et captu contumeliae, carere. Paul. V. 4. §. 2. Pro virili captu, s. Pro captu virium. Th. C. VI. 4. c. 21. §. 5. de Praet. et Qu. VIII. 4. c. 8. pr. §. 2. de cohortal.

Capua. *Campaniae civitas nobilissima.* III. ***Cn.*** Ephesi, aut Capuae (dari stipulari). fr. 2. §§. 2. sq. fr. 8. fr. 10. de eo qu. c. loco. 13. 4. Qui insulam Capuae fieri certo tempore stipulatus est. fr. 43. de indic. 5. 1.

Caput. **§. 1.** *Corporis animalis, et inprimis humani, membrum primarium, quod collo sustentatur.* III. ***Cn.*** Anuli, catenae, reticuli, et caetera quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur. Paul. III. 6. §. 84. Vbi, quod est principale, conditum est, i. e. caput, cuius imago sit, unde cognoscimur. fr. 44. pr. de religios. 11. 7. Iurare per caput tuum, vel filiorum tuorum. fr. 3. §. 4. fr. 4. de iureiur. 12. 2. Aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet. Th. C. I. 7. c. 1. de off. Rect. Pr. Summum supplicium esse videtur: — capitis amputatio. fr. 28. pr. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Persona ipsa.* I. ***Sy.*** Corpora, Capita (libera). fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Servus, s. Mancipium. Caput (servile, s. servi). fr. 3. §. 1. de capit. demin. 4. 5. fr. 34. pr. de legat. II. (31.) Singuli, Singula capita, Quotquot capita. fr. 34. pr. §. 1. de Aed. edict. 21. 1. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Viritim, In capita (distribuere hereditatem). Paul. IV. 8. §. 19. II. ***Op.*** In universos, — In singula capita (pretium constituere). fr. 34. pr. §. 1. l. 21. 1. In stirpes, — In capita (dividere hereditatem). Gai. III. 8. 16. 61. Coll. LL. M. XVI. 2. 3. Vlp. XXVI. 2. 4. XXVII. 4. III. ***Cn.*** Calumniosissimum caput, et persona — infamis. Th. C. IX. 39. c. 2. de calumniator. Liberum caput, mancipatum nobis, vel a parente vel a coemtionatore. Gai. I. 166. cf. Vlp. XI. 5. Vis ac potestas in capite libero. fr. 1. pr. de tutel. 26. 1.

Noxam caput (nocentis) sequi. Gai. IV. 77. Paul. II. 31. §§. 8. sq. fr. 18. de furt. 47. 2. Iniuriarum actiones — cum capite ambulant. fr. 7. §. 1. de capit. minut. 4. 5. — **§. 3.** *Singulum animal, vel mancipium.* I. **Sy.** Animalia, v. Pecora. Capita. fr. 10. §. 3. de iure dot. 23. 3. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 4. c. 6. de curios. Res (singulae). Corpora, v. Capita (singula). fr. 1. §. 3. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Qui gregem habebat capitum CCC., amissis C., redemit totidem capita aliena. fr. 3. pr. de R. V. 6. 1. Ex adgnatis gregem supplere, in locum capitum defunctorum. fr. 68. §. 2. cf. fr. 70. §§. 1. sqq. de usuf. 7. 1. Cum in ministerio tuo tot capita servorum tibi his codicillis legavero. fr. 34. pr. de legat. II. (31.) — **§. 4.** *Ius hominis circa vitam suam.* I. **Sy.** Animadverti in aliquem. Capitis poenas luere. fr. 6. §§. 4. 7. 9. de R. M. 49. 16. Summo supplicio adfici, s. Summum supplicium sumi. Capite, s. Poena capitis, puniri etc. Paul. V. 3. §§. 3. 6. V. 4. §§. 4. 14. V. 21. §§. 2. sq. fr. 38. §§. 5. 11. sq. de poen. 48. 19. II. **Op.** Vel capite luendum, vel minore supplicio. fr. 16. §. 4. ib. 48. 19. Ad existimationem, non ad capitis periculum (pertinentes poenae). fr. 28. pr. §. 1. ib. 48. 19. Exsilio puniendi. — Nonnunquam capite plectendi. fr. 28. §. 3. ib. 48. 19. III. **Cn.** Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit. Paul. V. 23. §. 10. Capite ac sanguine sint supplicia luituri. Th. C. XVI. 1. c. 4. de fide cathol. XVI. 4. c. 1. de h. qu. sup. relig. Crimina, quae capite vindicantur. Ib. IX. 38. c. 2. de indulg. crim. Meruerat capitis poenam, benignius autem punitus est. fr. 15. de bon. libert. 38. 2. In caput civis R. animadvertere. fr. 2. §§. 16. 18. de O. I. 1. 2. — **§. 5.** *Iura hominis circa libertatem et civitatem.* I. **Sy.** Status. fr. 3. §. 1. fr. 4. de cap. minut. 4. 5. fr. 6. §. 2. de usuf. adcr. 7. 2. Pro capite suo, Pro libertate (dare. Pactio libertatis). fr. 11. §. 1. de pecul. 15. 1. fr. 16. pr. de pecul. leg. 33. 8. fr. 2. §. 14. fr. 9. sq. pro emt. 41. 6. Poenae, per quas eximitur caput de civitate. Capitales poenae. fr. 2. de publ. iudic. 48. 1. III. **Cn.** In eam causam alienata, quae pro capite servi facta proponeretur. fr. 50. §. 3. de pecul. 15. 1. Mori, s. Decedere, vel capite deminui. Gai. I. 170. Vlp. XI. 7. fr. 1. de usu et usuf. leg. 33. 2. Civili ratione capitis deminutio morti (aequiparatur). Gai. III. 153. cf. 100. sq. Sive amissione civitatis, sive libertatis, — contingat capitis deminutio. fr. 2. pr. fr. 5. pr. §. 1. fr. 7. §. 2. de cap. minut. 4. 5. Maxima, — Media, capitis deminutio. Vlp. XI. 11. sq. Gai. I. 159. sqq. fr. 11. l. l. 4. 5. Quotiens magna capitis minutio intervenit, i. e. cum libertas adimitur. fr. 5. §. 3. de extr. cogn. 50. 13. Iudicium capitis, pecuniaeve. fr. 7. pr. de L. Iul. repet. 48. 11. Capitis poena plecti, aut ultimo supplicio mactari. fr. 9. §. 1. de L. Pomp. de parric. 48. 9. cf. Th. C. IX. 27. c. 5. ad L. Iul. repet. Rei capitalis condemnatum accipere debemus, qui morte exsiliove coërcitus est. fr. 4. pr. si qu. cautt. 2. 11. Cuiuscunque caput accusatione pulsare. Th. C. IX. 1. c. 14. c. 19. pr. de accus. et inscr. Capitis accusari, s. postulari. Capitis reum fieri. fr. 4. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 33. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. fr. 53. de fideiuss. 46. 1. — **§. 6.** *Vniversitas iurium circa familiam liberi hominis.* III. **Cn.** Capitis minutio, quae privata hominis et familiae eius iura, non civitatis, amittit. fr. 6. cf. fr. 2. pr. §. 1. fr. 5. §. 2. de capit. minut. 4. 5. Vlp. XI. 13. Gai. I. 162. sq. Dando se adrogandum, testator cum capite fortunas quoque suas in familiam et domum alienam transfert. fr. 11. §. 2. de B. P. s. t. 37. 11. cf. fr. 3. pr. §. 1. de capit. minut. 4. 5. Filius — si capitis deminutione, vel magna vel minore, exiit de potestate. fr. 1. §. 4. de suis et legit. 38. 16. Sive morte patris, vel alias sui iuris sine capitis deminutione fuerit effectus. fr. 3. §. 4. de S. C. Maced. 14. 6. Gai. III. 114. Filius ac nepotes, qui ab intestato successuri defuncto, vel ex XII. Tabulis, vel per rescissionem capitis praetorio vocabuntur edicto. Th. C. IX. 42. c. 9. pr. de bon. proscr. — **§. 7.** *Capitum, Capitatio.* I. **Sy.** Capitatio. Capitum: Cf. hh. vv. Annona et caput. Ann. et capitum. c. 1. §. 8. c. 2. §§. 19. 23. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. c. 1. de annon. et capit. 1. 52. — **§. 8.** *Principium, s. Praecipua pars, rei cuiusque.* III. **Cn.** Velut caput et fundamentum intelligitur totius testamenti (heredis institutio). Gai. II. 229. Servitus aquae ducendae, vel hauriendae, nisi ex capite vel ex fonte constitui non potest; hodie tamen ex quocunque loco constitui solet. fr. 9. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 16. Quemad. serv. 8. 6. fr. 1. §. 39. de aqua quot. 43. 20. Edi ratio ita intelligitur, si a capite edatur. fr. 10. §. 2. de edendo. 2. 13. cf. fr. 19. §. 1. de N. G. 3. 5. Si in aliam quam celebrem civitatem, vel provinciae caput, advenerit. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Vrbs Roma, quam merito caput nostri veneramur imperii. Nov. Valentin. III. de pantapol. II. 5. c. 1. pr. — **§. 9.** *Praepositus, Praefectus.* III. **Cn.** Scituris vel principe, vel corniculario, vel capitibus, ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas etc. Th. C. VI. 26. c. 5. de proxim. comit. disp. Qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatum. Ib. c. 11. l. l. — **§. 10.** *Substantia debiti ipsius.* I. **Sy.** Sors. Ib. IV. 19. c. 1. §. 2. de usur. rei iud. II. **Op.** Vsurae. Ib. l. l. — **§. 11.** *Singulum rei cuiuscunque membrum. Articulus.* I. **Sy.** Pars (legis, v. testamenti). Gai. II. 215. sqq. fr. 29. §§. 12. sqq. de lib. et posthum. 28. 2. Scriptura, Verba (testamenti). fr. 13. de inoff. testam. 5. 2. fr. 40. §. 2. de milit. testam. 29. 1. Capitulum. cf. h. v. Edictum (successorium). cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Generali capite praeposito, quidam in testamento suo ita adiecit. fr. 32. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. cf. fr. 34. §. 6. de legat. II. (31.) fr. 20. pr. de alim. leg. 34. 1. fr. 40. §. 7. de statulib. 40. 7. Quodsi liberos non habebit, tum capite secundo pater ac mater in trientem dumtaxat vocetur. — Tertii capitis haec erit regula. Th. C. IX. 42. c. 9. §§. 1. sqq. de bon. proscr. Neque compellatur unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere. c. 15. de sent. et interloc. 7. 45. Brevem interpretationem — facturus, per ipsa capita ire malui, ordinemque legis servare. Coll. LL. M. IV. 2. Tres ordines Praetor fecit non postulantium, quorum hic tertius est, — quasi minus deliquerint quam hi, qui superioribus capitibus notan-

tur. fr. 1. §. 7. cf. §§. 3. sqq. de postul. 3. 1. Propter id caput edicti, quod a Iuliano introductum est. fr. 3. de coniung. c. emanc. 37. 8. Caput ex rescripto (Principis). Cap. ex mandatis etc. fr. 1. pr. de testam. milit. 29. 1. fr. 27. §. 2. de poen. 48. 19. fr. 1. de interd. et releg. 48. 22.

Carbo. *Ligni frustum igne percoctum.* III. *Cn.* Ligna et carbones, caeteraque per quae penus conficeretur. fr. 3. §. 9. de penu leg. 33. 9. Virgae, carbones, nuclei olivarum, quibus ad nullam aliam rem nisi ad comburendum possit uti. fr. 55. §. 1. de legat. III. (32.) Qui silvam infindunt, qui carbonem caedunt ac torrent. fr. 6. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 17. §. 6. de A. E. V. 19. 1. fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.) Sordidorum munerum talis exceptio sit, — materiam, lignum non praebeant, — carbonis quoque — praebitio desistat. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord.

Carbonarius. Cf. v. Charonarius.

Carbonianus. (Adiect.) *Ad singulum Edicti perpetui caput spectans, quod a Carbone quodam nomen accepit.* III. *Cn.* Secundum formam edicti Carboniani data B. P. c. 1. sq. de Carbon. edict. 6. 17. fr. 1. §§. 2. sqq. 7. sqq. fr. 2. fr. 3. pr. §§. 2. sqq. fr. 7. §. 1. fr. 11. eod. 37. 10. B. P. ad exemplum Carboniani. fr. 4. ib. 37. 10. Carbonianam solam accepisse. fr. 2. §. 12. ad S. C. Tertull. 38. 17. Carboniani commodum habere. fr. 1. §. 2. ib. 37. 10. Decretum Carbonianum, v. ad exemplum Carboniani edicti. fr. 7. pr. §§. 4. 6. sq. ib. 37. 10. fr. 2. pr. de inspic. ventre. 25. 4. fr. 1. §. 14. de ventre in poss. 37. 9.

Carcer. *Locus ad continendos noxios.* I. *Sy.* In vincula (publica) coniici, v. duci iubere. Carceris poenam sustinere. Paul. V. 26. §§. 1. sq. fr. 3. de cust. et exhib. reor. 48. 3. Vinctos custodire. In carcere esse iubere. fr. 27. §. 2. de poen. 48. 19. fr. 6. §. 1. de interd. et releg. 48. 22. III. *Cn.* De custodia reorum Procos. aestimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. fr. 1. de cust. et exh. 48. 3. cf. fr. 13. §. 5. de R. M. 48. 16. Solent Praesides in carcere continendos damnare, aut ut in vinculis contineantur. fr. 8. §. 9. de poen. 48. 19. Magistratus qui imperium habent, qui coërcere aliquem possunt, et iubere in carcerem duci. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Eum, qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita. fr. 216. de V. S. 50. 16. Quod (sc. crimen) dignum claustris carceris, et custodiae squalore videtur. Th. C. IX. 3. c. 2. de cust. reor. Privati carceris exercere custodiam. c. 1. de priv. carcer. 9. 5. Carcer, plumbatarumque verbera, aut pondera. c. 2. de custod. reor. 10. 19. Populi consensu partim in carcere necati. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Triumviri capitales, qui carceris custodiam haberent. fr. 2. §. 30. ib. 1. 2. Carceri praepositus, — sine vinculis agere custodiam — passus est. fr. 8. fr. 10. de cust. reor. 48. 3. Qui, cum recepti essent in carcerem, conspiraverint ut ruptis vinculis et effracto carcere evadant. fr. 13. ib. 48. 3.

Carceralis. (Adiect.) *Ad carcerem pertinens.* I. *Sy.* Carcer, Custodia carceralis, Claustra carceralia. Th. C. IX. 3. c. 6 sq. de custod. reor. IX. 40. c. 23. de poen. Iust. C. c. 16. de dignitatt. 12. 1. III. *Cn.* Sub carceralibus vinculis observandus, vel moderatori provinciae sub arctissima custodia transmittendus. Nov. Th. II. de competition. I. 17. c. 1. §. 2.

Cardamomum. *Frutex odoratus, amomo similis.* III. *Cn.* Cinnamomum, piper longum, — costum, costamomum, — amomum, — cardamomum. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Care. (Advb.) Cf. v. Caro.

Carere. **§. 1.** *Vacuum, Immune, esse.* I. *Sy.* Agere, ut malis hominibus provincia careat. Curare, malis hominibus provinciam purgare. fr. 3. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Nihil delinquere. Fraude carere. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5. III. *Cn.* In caeteris quoque animalibus, item in omnibus rebus quae anima carent. Gai. III. 217. Si subiecit delatorem sibi, ut ei hereditas abiudicetur, et oneribus careret. fr. 50. §. 2. de legat. I. (30.) Adfectu doli et captu contumeliae carent. Paul. V. 4. §. 2. In eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Et si fraudibus eam (sc. divisionem) non caruisse perspexerit. Consult. vet. I. Cti. c. 2. Ex hac re eum, qui convenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse. fr. 14. §. 3. Qu met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Destitui, v. Privari (re). Deiici iure suo.* I. *Sy.* Amittere rem. Car. re sua. fr. 50. de A. E. V. 19. 1. Vt bona ipsi adimerentur. Vt bonis careat. fr. 2. §. 1. fr. 3. pr. §§. 2. sq. 5. 7. sq. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. III. *Cn.* Adversus possessorem restitui, ne rem suam perdat, vel re sua careat. fr. 13. §. 1. de minor. 4. 4. Si — tutores adlegent, expedire haec praedia vendere, et alia comparare, vel certe istis carere. fr. 5. §. 14. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Finge pauperem, qui, si reddere id cogatur, laribus, sepulchris avitis, carendum habeat. fr. 38. de R. V. 6. 1. Si vel usus tam necessarius esset, ut eo carere non expediret. fr. 35. de fideic. libb. 40. 5. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Mercedes medicis praestitas, caeteraque impendia, quae in curatione facta sunt, praeterea operarum, quibus caruit aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. fr. 7. de h. qu. effud. 9. 3. Carere omnium dominio potest, si eos non defendat. fr. 43. cf. fr. 33. de nox. act. 9. 4. fr. 9. pr. de damn. inf. 39. 2. Quasi indignum, carere (legato). fr. 1. de h. qu. ut ind. 34. 9.

Careum. *Oleris odoriferi genus.* III. *Cn.* Piper et ligusticum, et careum, et laser, et caetera huiusmodi in penu non esse. fr. 5. §. 1. de penu leg. 33. 9.

Carfania. *Nomen mulieris.* III. *Cn.* Carfania, [al. Afrania, s. Calphurnia etc.] improbissima femina, inverecunde postulans et magistratum inquietans. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1.

Caria. *Asiae minoris regio.* III. *Cn.* Subiecit ei (sc. Quaestori exercitus), et V. provincias, i. e. Scythiam, et Mysiam, et Cariam, et omnes Cy-

cladas insulas, et Cyprum totam. Iuliani epit. nov. c. 38. §. 166.

Carica. *Genus fici.* III. *Cn.* Cui dulcia legata essent, — mulsum, passum, defrutum, — item uvas, ficos, palmas, caricas. fr. 16. §. 1. de tritico vin. 33. 6. Paul. III. 6. §. 77.

Carina. *Navis ima pars, s. fundus.* III. *Cn.* Proprietas totius navis, carinae causam sequitur. fr. 61. de R. V. 6. 1. cf. fr. 24. §. 4. de legat. I. (30.)

Caritas. **§. 1.** *Penuria cibariorum, v. annonae.* III. *Cn.* Non ex momentis temporum, nec ex ea, quae raro accidat, caritate pretia constituantur. fr. 63. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 2.** *Dilectus, Voluntas erga aliquem.* III. *Cn.* Propter votum parentium, et naturalem erga filios caritatem. fr. 15. pr. de inoff. testam. 5. 2. Sed et mens patrisfam. (sc. exquirenda est), et legatarii dignitas, vel caritas, et necessitudo. fr. 50. §. 3. de legat. I. (30.) fr. 22. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Cognati, vel adfines, et si qui alii forte sunt, quos verisimile est defensionem — non omissuros, vel propter necessitudinem, vel propter caritatem, vel qua alia ratione. fr. 5. §. 1. ex qu. c. in poss. 42. 4. Nisi commilitium caritatem auxisset. fr. 19. pr. de castr. pecul. 49. 17. Qui frater non est, si fraterna caritate diligitur. fr. 58. §. 1. de hered. inst. 28. 5. — **§. 3.** *Honoris titulus.* I. *Sy.* Magnitudo, Sublimitas (tua). Nov. 33. c. 1. Nov. 34. epilog.

Carmen. *Versus, Imprecatio.* III. *Cn.* Qui malum carmen incantasset. L. XII. Tabb. VIII. 25. Diris carminibus profanare deum. Th. C. XVI. 10. c. 7. de pagan. Si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri. L. XII. Tabb. VIII. 1. Paul. V. 4. §. 6. Qui carmen famosum in iniuriam alicuius, vel alia quaelibet cantica, quo adgnosci possit, composuerit. Id. l. l. §. 15. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. Gai. III. 220. Si in chartis, membranisve tuis, carmen, vel historiam, vel orationem scripsero. fr. 9. §. 1. de A. R. D. 41. 1.

Caro. (Subst.) *Animalis corporis mollior pars, ossibus nervisque superstructa.* III. *Cn.* Si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem praestet, vel caetera λείψανα, sed ut praestet pretium. fr. 53. §. 5. de legat. I. (30.) cf. fr. 14. §. 2. de condict. furt. 13. 1. fr. 30. Qu. mod. ususf. 7. 4. Non enim carnem, aut aves ferasve, aut poma „fruges“ dici. fr. 77. de V. S. 50. 16. Praebere carnem iusto pretio. Praebitio carnis (omnis). fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Cum militibus laridum, vel recens forsitan caro, deinceps erogabitur. Th. C. VII. 4. c. 2. cf. c. 6. de erog. mil. annon.

Caro, v. **Care.** (Advb.) *Gravi pretio constans.* III. *Cn.* Si — adseveravit bonae frugi et fidum, et caro vendidit. fr. 13. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Ne — carioris cuiquam vendere liceat pretia necessariarum rerum. Nov. Valent. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. §. 4. cf. c. 8. de resc. vend. 4. 44.

Carpasum. *Planta succulenta narcotica.* III. *Cn.* Species pertinentes ad vectigal: — aroma Indicum, — ferrum Indicum, carpasum etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Carpathius. (Adiect.) *Ad Carpathum pertinens, insulam inter Aegyptum et Rhodum sitam.* III. *Cn.* Alexandrinae et Carpathiae classis summates. Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicular.

Carpentarius. *Carpentorum, s. Vehiculorum, operarius.* III. *Cn.* Naupegi, — fabri sagittarii, aerarii, — carpentarii, scandularii etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. cf. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Nec mulionibus, nec carpentariis, nec mulomedicis cursui publico deputatis, mercedem ministrari. Ib. VIII. 5. c. 31. de cursu pub.

Carpentum. *Genus vehiculi.* I. *Sy.* Vehicula publica. Carpenta. Th. C. VIII. 5. c. 18. §. 1. c. 30. de cursu pub.

Carpocratitae. Cf. v. Apotactitae.

Carptim. (Advb.) *Minutatim, Singulatim.* II. *Op.* Si carptim poscentur (vacantia). — Generalis bonorum petitio. Th. C. X. 10. c. 12. pr. c. 13. de petit. et ultro dat.

Carruca. *Rheda.* III. *Cn.* Qui carrucam puta, vel lecticam commodavit. fr. 17. §. 4. commod. 13. 6. Carruca dormitoria, cum mulis. fr. 13. de auro arg. 34. 2. Carruca, cum iunctura, legata. Paul. III. 6. §. 91. Omnes honorati — vehiculis dignitatis suae, i. e. carrucis biiugis, intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. Th. C. XIV. 12. c. 1. de honorator. vehic. Procos. Cappadociae habeat carrucam argenteam, et securem, et fasces, et omnia vetera Proconsularia insignia. Iuliani epit. nov. c. 22. §. 82. cf. c. 15. §. 62. c. 18. §. 64.

Carrucarius. (Subst.) *Qui carrucam regit.* I. *Sy.* Cisiarius. fr. 13. pr. locat. 19. 2.

Carrucarius. (Adiect.) *Ad carrucam pertinens.* III. *Cn.* Si mula talis sit, ut transiungi non possit, — sanam esse; plerasque denique carrucarias tales esse, ut non possint transiungi. fr. 38. §. 8. de Aed. edict. 21. 1.

Carrulus. *Parvus carrus.* III. *Cn.* Viatica, et meritoriorum, et stabulorum, iumentorum, carrulorum, [al. curriculorum], vecturas, vel sui vel sarcinarum suarum gratia. fr. 52. §. 15. pro soc. 17. 2.

Carrus, v. **Carrum.** *Plostrum.* III. *Cn.* Rhedae M. librarum onus imponi debet, carro DC. Th. C. VIII. 5. c. 47. pr. Vbi carpenta, vel carra conversari possunt. L. Rom. Burg. Tit. 17. (al. 18.)

Carthaginiensis. (Adiect.) *Ad Carthaginem pertinens.* III. *Cn.* Ad Carthaginienses missus legatus. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. cf. fr. 5. §. 3. de captiv. 49. 15. Ordo civitatis Carthaginiensium. Th. C. XI. 36. c. 15. Quor. adpell. n. rec. Possessores in Carthaginiensi urbe. Ib. XI. 1. c. 32. de annon. et tribut. Classis de Carthaginiensi portu. Nov. Valent. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1.

Carthago. *Vrbs Africae, in ora litorali.* III. *Cn.* In Africa Carthago, Vticea, Leptis magna, — iuris Italici factae sunt. fr. 8. §. 11. de censib. 50. 15. Tingi, et — Carthago, et Byzacium, ac Tripolis. c. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Deos heredes instituere non possumus, praeter — Dianam Ephesiam, — — Caelestem Salinensem Carthaginis. Vlp. XXII. 6. Qui Romae stipulatur, „hodie Carthagine dari.“ fr. 2. §. 6. de eo qu. c. loco. 13. 4. Per provinciam Car-

thaginem muneribus civicis adgregari. Th. C. XII. 1. c. 7. de decurion.

Carus. (Adiect.) **§. 1.** *Gravi pretio vendibilis.* II. ***Op.*** Vilius vendere (frumentum). — Facere, quo carior fiat (annona). fr. 2. pr. fr. 3. pr. ad L. Iul. de annon. 48. 12. Viliore — Cariore (pretio, sc. distrahere, v. comparare). Th. C. XIV. 4. c. 2. de suar. Iust. C. c. 8. de rescind. vend. 4. 44. — **§. 2.** *Gratus, Dilectus.* III. ***Cn.*** Quam ambo parentes dicuntur caram filiam habuisse. fr. 1. §. 3. de quaestion. 48. 18. cf. fr. 34. pr. de legat. II. (31.) fr. 57. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Omnibus libertis nostris, — quos ex his caros habuerim. fr. 5. de alim. v. cibar. 34. 1. Vir, carissime nobis! Coll. LL. M. V. 3. cf. I. 10. Acclamatum est: — Liberis cariores, parentibus cariores! Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 5.)

Casa. *Angusta et vilis habitatio (rurestris). Mapale.* II. ***Op.*** Qui incenderint intra oppidum. — Qui casam aut villam incenderint. Paul. V. 20. §§. 1. sq. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. III. ***Cn.*** Qui in campo Martio casas, seu tuguria, collocare tentaverint. Th. C. XIV. 14. c. 1. de camp. Mart. urb. Rom. Fundum — legavit, cum casa. fr. 41. §. 3. de legat. III. (32.) cf. fr. 20. pr. si servit. 8. 5. In mare piscantibus liberum est casam in litore ponere, qua se recipiant. fr. 5. §. 1. fr. 6. de D. R. 1. 8.

Casarius. *Terrae cultor, qui in casa habitat.* III. ***Cn.*** Quod spatium, et quod sit ruris ingenium, — quotve mancipia in praediis occupatis, — quot sint casarii, [al. censuarii, c. 7. Iust. C. eod. tit. 9. 49.] vel coloni. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr.

Cascellianum. (Adiect.) *Quod a Cascellio nomen accepit.* III. ***Cn.*** Si apud adversarium meum possessio est, quia is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano sive secutorio judicio condemnatur. Gai. IV. 166. cf. 169.

Cascellius. *Nomen iurisconsulti.* III. ***Cn.*** Fuit eodem tempore et Trebatius, — fuit A. Cascellius, Qu. Mucius Volusii auditor. — Ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2. Ofilius, Cascellius, Tubero — putant. fr. 7. pr. de trit. vino. 33. 6. Cascellius, Trebatius negant. — Labeo id non probat. fr. 29. pr. de legat. III. (32.)

Casearius. (Adiect.) *Ad casei fabricam spectans.* III. ***Cn.*** Eum, qui tabernam caseariam a Minturnensibus conduxit, a superiore prohiberi posse fumum immittere. fr. 8. §. 5. si servit. 8. 5.

Casitare. *Guttatim, et saepius, cadere.* III. ***Cn.*** Si antea ex tegula casitaverit stillicidium, postea ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest. fr. 20. §. 4. cf. §. 3. de S. P. V. 8. 2.

Cassandrensis. (Adiect.) *Ad Cassandream pertinens, Macedoniae urbem.* III. ***Cn.*** In provincia Macedonia, Dyrracheni, Cassandrenses, [al. Cassadrenses], Philippenses, Dienses, Stovenses, iuris Italici sunt. fr. 8. §. 8. de censib. 50. 15.

Cassare. *Abrogare.* I. ***Sy.*** Submovere. Viribus vacuare. Th. C. XI. 1. c. 3. de annon. et tribut. XIV. 4. c. 8. pr. de suar. Antiquare, Abrogare. Nov. Th. II. de tutor. I. 11. c. 1. pr. de repud. I. 12. c. 1. §. 1. contra sent. praefect. I. 13. c. 1. §. 2. III. ***Cn.*** Quolibet genere fuerint elicita, vel emendicata, cassentur. Th. C. XIV. 4. c. 8. pr. 1. Cassata viribus (sc. pacta), esse respuenda. Consult. vet. Icti. c. 9.

Cassiani. (Subst.) *Adseclae Cassii Longini, Iurisconsulti.* III. ***Cn.*** Adpellatique sunt partim Cassiani, partim Proculeiani; quae origo a Capitone et Labeone coeperat. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui etc. — Proculeiani autem eum, qui etc. Vlp. XI. 28. Nec dubitaverunt Cassiani, quin etc. fr. 35. §. 3. de mort. c. don. 39. 6.

Cassianus. (Adiect.) *Ad Avidium Cassium spectans.* III. ***Cn.*** D. Marcus eum, qui motu Cassiano vaticinatus erat, — in insulam Syrum relegavit. Coll. LL. M. XV. 2. cf. c. 7. pr. ad L. Iul. maiest. 9. 8.

Cassiopa. *Vrbs Corcyrae, cum portu.* III. ***Cn.*** Sunt naves, quae Brundusium a Cassiopa, vel a Dyrrachio, vectores traiiciunt, oneribus inhabiles. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1.

Cassis. *Armatura capitis, in modum galeae.* III. ***Cn.*** Cum senae per tricenos dies — a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculae tegerentur. Th. C. X. 22. c. 1. de fabricens.

Cassius. *C. Cassius Longinus, iurisconsultus celeberrimus.* II. ***Op.*** Sabinus et Cassius. — Proculus et Nerva. fr. 26. §. 2. de legat. I. (30.) Cassio et Pegaso, — Ofilio et Proculo (placet). fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. III. ***Cn.*** Ateio Capitoni Masur. Sabinus successit. — Huic successit C. Cassius Longinus. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Et Sabinus quidem putavit, posse. Cassius sententiam magistri sui bene excusat. fr. 19. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 3. §. 1. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 24. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Quod* Sabinum et Cassium respondisse aiunt, Proculo dissentiente. fr. 14. pr. de iure codic. 29. 7. Sabinus et Cassius, caeterique nostri praeceptores, (v. scholae nostrae auctores). Gai. II. 79. 195. 244. III. 133. 161. IV. 79. 114. Labeo negavit, — (quam sententiam) Cass. probat. Ofilius — putat, cuius opinionem Proculus secutus est. Ib. III. 71. Labeo, Sabinus, et Celsus, et Cassius, et Iulianus — hoc probaverunt. fr. 12. §. 1. Qu. dies legat. 36. 2. cf. fr. 3. §. 6. de lib. et posthum. 28. 2.

Cassus. (Adiect.) *Inanis, Irritus.* I. ***Sy.*** Vmbra nominis. — Inanes umbrae, et cassae imagines (dignitatum). Th. C. XII. 1. c. 57. c. 74. §§. 3. sq. de decurion. II. ***Op.*** Firmum atque robustum, Ratum, — Cassum (esse). Ib. XI. 12. c. 3. de immun. concess. XVI. 2. c. 4. de episc. eccl. III. ***Cn.*** Illud quoque cassum atque inutile esse praecipimus. c. 5. pr. de LL. 1. 14.

Caste. (Advb.) *Pudice, Honeste.* II. ***Op.*** Inceste. Coll. LL. M. VI. 4. III. ***Cn.*** Quae romanis legibus caste sancteque sunt constituta. Ib. 1. 1.

Castellanus. (Adiect.) *Castello adtributus.* III. ***Cn.*** His tantum fas est possidere castellorum territoria, quibus adscripta sunt. — Quodsi ulterius, vel privatae conditionis quispiam in his locis,

vel non castellanus miles fuerit detentator inventus etc. Th. C. VII. 15. c. 2. de terr. limitan.

Castellum. **§. 1.** *Locus, pluribus habitationibus constans, in modum castri munitus.* III. **Cn.** In municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo. Paul. IV. 6. §. 2. cf. Tab. Heracl. lin. 9. aer. Neap. L. Gall. Cisalp. II. 2. sq. 26. 56. Per omnes civitates, municipia, vicos, castella. Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. XVI. 2. c. 16. de episc. eccl. Quod ad notitiam primatium urbium, vicorum, castellorumque deveniat. Ib. VII. 18. c. 13. de desertor. — **§. 2.** *Receptaculum aquae profluentis.* I. **Sy.** Conceptaculum. Ib. XV. 2. c. 2. c. 5. de aquaed. Receptaculum, (quod aquam publicam suscipit). fr. 1. §. 39. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Permittitur aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quo alio loco publico, ducere. fr. 1. §. 41. cf. §. 38. ib. 43. 20. Si de plumbeo castello fistulae, sub terram missae, aquam ducerent in aënum. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 78. de contr. emt. 18. 1. Fistula, — quae aut ex castello, aut ex caelo aquam capit. fr. 19. pr. de S. P. V. 8. 2. Castella plumbea, putea, opercula puteorum etc. fr. 17. §. 8. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1.

Castigare. *Coërcere, Punire.* III. **Cn.** Pro modo querelae, corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 6. de accusat. 48. 2. Pro modo delicti, aut castigatur, aut gradu militiae deiicitur. fr. 3. §. 5. cf. §. 1. fr. 13. §. 4. de R. M. 49. 16. Quantum pertinet ne fustibus castigetur (sc. decurionis filius), et ne in metallum detur. fr. 2. §. 2. de decurion. 50. 2. Si pietatem patri debitam non adgnoscit, castigare iure patriae potestatis non prohiberis, acriore remedio usurus, si etc. c. 3. de P. P. 8. 47. Modum castigandi et in servorum coërcitione placuit temperari. Paul. V. 23. §. 6.

Castigatio. *Actus castigandi, Coërcitio.* III. **Cn.** Poenae, quae — coërcitionem corporis contineant. Veluti fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum, verberatio. fr. 6. §. 2. fr. 7. de poen. 48. 19. cf. fr. 3. §. 1. de R. M. 49. 16. Libertum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione. fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Supplicium a servo sumere non licet, modo autem castigatio eis (sc. magistratibus municip.) non est deneganda. fr. 12. de iurisd. 2. 1. Levis dumtaxat castigatio permissa est docenti. fr. 5. §. 3. ad L. Aquil. 9. 2. Castigatione competenti corrigere. c. 1. de S. C. Claud. 7. 24.

Castimonia. *Abstinentia a venereis corporis voluptatibus.* I. **Sy.** Pudor. Th. C. IX. 25. c. 1. de raptu v. matrim. sanctimon.

Castitas. Idem, quod: *Castimonia.* II. **Op.** Castitas (filiae suae). — Contumelia stupri. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Intemerata virginitas. — Violata castitas. Th. C. IX. 8. c. 1. si qu. eam cui. tut. III. **Cn.** Illas etiam non relinqui castitatis hortatur adfectio, etc. Ib. XVI. 2. c. 44. §. 1. de episc. eccl. Tales homines cum castitate vivere decet. Iuliani epit. nov. c. 6. §. 28. Dignum esse castitati temporum nostrorum bene putavit. Pr. I. Qu. mod. tut. finit. 1. 22.

Castrare. *Testiculos amputare, Evirare.* I. **Sy.** Excidere. fr. 4. §. 2. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Eunuchum facere. c. 1. sq. de eunuch. 4. 42. III. **Cn.** Qui hominem invitum, libidinis aut promercii causa, castraverit, castrandumve curaverit. Paul. V. 23. §. 13. fr. 3. §. 4. cf. fr. 4. §. 2. fr. 6. l. l. 48. 8. In non eiusdem religionis qui hoc fecerit (sc. circumcidere), castrantis poena irrogatur. fr. 11. pr. ib. 48. 8.

Castratio. *Actus castrandi.* III. **Cn.** Non omnia animalia castrata ob id ipsum vitiosa esse, nisi propter ipsam castrationem facta sunt imbecilliora. fr. 38. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1.

Castratus. (Particip.) *Testiculis privatus, Exsectus.* III. **Cn.** Si spadoni mulier nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit nec ne. fr. 39. §. 1. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 2. §. 1. de adopt. 1. 7. fr. 6. pr. §. 1. de liber. et posth. 28. 2. fr. 14. §. 1. de man. vind. 40. 2. Si mulus castratus est. Equus castratus. fr. 38. §. 7. de Aed. edict. 21. 1.

Castrensiani. (Cf. inf. v. Castriciani.) *Ministri Castrensis S. palatii.* I. **Sy.** Qui sub Castrensi militant. Th. C. VI. 32. (Rubr.) de castrensian. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. palat.

Castrensis. (Subst.) *Comes palatinus, qui inter superiores ordines in aula Constantinopolitana munere fungebatur.* III. **Cn.** Vir spectab. Comes et Castrensis S. palatii. Ib. VI. 32. c. 1. sq. de castrensian. Comes domesticorum, nec non etiam S. largitionum comes, et magister officiorum, et castrensis. Ib. XII. 1. c. 38. de decurion. XI. 18. c. 1. si a praeb. tiron. Largitionales urbium singularum, quique sub castrensi militant. Ib. VI. 35. c. 3. pr. de privil. eor. qu. in S. palat.

Castrensis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad militiam armatam pertinens.* I. **Sy.** Quod in castris, v. militia, adquisivit, Quod iure militiae tenuit, Castrense (peculium filiifam.). Gai. II. 106. Paul. III. 4. A. §. 3. Fr. de I. F. §. 10. Vlp. XX. 10. fr. 4. §§. 1. sq. fr. 11. sq. fr. 18. §. 5. de castr. pecul. 49. 17. Ex castris notus. Castrensis notitia. fr. 8. ib. 49. 17. Militaris (prosapia, s. stirps). Th. C. VII. 22. c. 7. de fil. militar. II. **Op.** Castrensia, — Paterna (bona filii). fr. 19. §. 2. l. l. 49. 17. Cohortalina in provinciis, — Castrensis (militia). Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 3. de haeretic. III. **Cn.** Si mulier filio viri militi, ad castrenses vel militares forte res comparandas, reliquerit pecuniam. fr. 3. l. l. 49. 17. cf. fr. 23. de milit. testam. 29. 1. Castrensis peculii non facere, sed alterius peculii, perinde ac si filius nunquam militasset. fr. 15. pr. de castr. pecul. 49. 17. Qui habent castr. peculium, vel quasi castr. fr. 7. §. 6. de donation. 39. 5. fr. 3. §. 5. de B. P. 37. 1. Non solum si castr. peculium habeat, sed et quivis filiusfam. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. Si filiusfam. ex castrensi peculio post missionem faciat testamentum. Gai. II. 106. Etiam non castrensibus creditoribus ex eo peculio — eum cogi respondere. fr. 7. de castr. pecul. 49. 17. Servus castrensis, v. qui peculii castrensis est. fr. 9. fr. 15. §. 3. fr.

fr. 18. pr. §. 3. fr. 19. §§. 1. 3. ib. 49. 17. Qui ex castrensibus muniis absoluti, ad domum redeunt post labores. Th. C. VIII. 6. c. 1. de tractor. et stativ. — §. 2. *Castrensianus*. III. **Cn.** Qui sub castrensi officio, sive comitatensibus, sive privatis largitionibus obsecundant. Ib. VI. 35. c. 7. de privil. eor. qu. in S. palat.

Castricianus. (Adiect.) *In castris constitutus*. III. **Cn.** Non solum de comitatensibus ac palatinis numeris ad alios numeros militem transferri non licere, sed ne ipsis quidem, seu de comitatensibus legionibus, seu de riparensibus, castricianis [al. castrensianis, Iust. C. c. 14. de R. M. 12. 36.] caeterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam adtributam. Th. C. VII. 1. c. 18. de R. M.

Castrum. §. 1. *Munitus locus, quem militum praesidium defendat*. III. **Cn.** In omnibus civitatibus et in castris orbis R. c. 31. de testam. et quemad. 6. 23. Milites limitanei, — qui possint et castra et civitatis limites defendere, et terras colere. c. 2. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Inquilini castrorum. fr. 17. §. 7. de excusatt. 27. 1. Si vallum quis transcendat, aut per murum castra ingrediatur. fr. 3. §. 17. de R. M. 49. 16. Qui in vigilibus, vel urbanis castris militat. fr. 15. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Secundum orationem D. Marci, quam in castris praetoriis recitavit. Vatic. §. 195. — §. 2. *Castra*, pro: *Militia sub signis*. I. **Sy.** Militia, Sacramenta militiae. fr. 4. §§. 1. sq. fr. 11. sq. de castr. pecul. 49. 17. Th. C. VII. 13. c. 4. sq. de tiron. Arma gerenda. Armata militia. Ib. VII. 1. c. 5. c. 10. sq. de R. M. II. **Op.** In castris, inve provincia (stipendia facere). Tab. Heracl. lin. 16. sqq. aer. Neap. Si vel in castris mortuus sit miles, vel post missionem intra annum. Vlp. XXIII. 10. III. **Cn.** Ne cui liceat — cuiquam de militibus a castris atque signis — discedendi commeatum dare. — Tunc, cum praesentes in castris atque apud signa milites esse debeant. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeat. Quos debilitas fortuita — ita enervaverit, ut ad usum castrorum militiaeque idonei esse non possint. Ib. VII. 1. c. 5. de R. M. Ad usum bellicum et castra revocare. Ib. c. 5. l. Nec alieni sunt a pulvere et labore castrorum, qui signa nostra comitantur. Ib. VI. 35. c. 15. de privil. eor. qu. in S. palat. Peculium, quod (v. Res, quas) in castris adquisivit filiusfam. miles. Vlp. XX. 10. Paul. III. 4. A. §. 3. fr. 4. §. 2. de castr. pecul. 49. 17. Manere in castris. In castris facere (codicillos). fr. 20. pr. de milit. testam. 29. 1.

Castus. (Adiect.) *A turpi libidine immunis, Integer, Purus*. III. **Cn.** Piam religiosamque, quietam et castam in omnibus more colere — vitam. Coll. LL. M. VI. 4. Quidam probatae fidei et propositi castioris. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 3. de haeretic. Castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus. c. 31. de episcop. et cler. 1. 3. Vt servetur honestas, et verecundia castis moribus perseveret. Th. C. XV. 6. c. 1. de maiuma. Castis precibus, non diris carminibus, (deum excolendum). Ib. XVI. 10. c. 7. de pagan. sacrif. Gerulum iubemus esse castissimum, iudices nummarios esse prohibemus. Ib. VIII. 11. c. 4. ne qu. publ. laetit.

Casualis. (Adiect.) *Ex eventu fortuito pendens*. II. **Op.** In potestate posita (conditio). c. 6. de necess. hered. 6. 27. III. **Cn.** Sub conditione relinquatur vel casuali, vel potestativa, vel mixta. c. 1. §. 7. de caduc. toll. 6. 51.

Casula. *Casa minima*. III. **Cn.** Praecipito sibique habeto fundos meos, illum et illum, cum casulis et custodibus omnium horum fundorum. fr. 92. pr. de legat. III. (32.)

Casus. §. 1. *Actus cadendi*. III. **Cn.** Ne quis — id positum habeat, cuius casus nocere cui possit. fr. 5. §. 6. de h. qu. effud. 9. 3. §. 2. I. de obl. qu. quasi ex del. 4. 5. — §. 2. *Eventus qualiscunque. Exitus, v. Conditio, rerum*. I. **Sy.** In eventum, In casum (utrumque, substituere). fr. 4. pr. §§. 1. sq. de vulg. et pup. 28. 6. III. **Cn.** Trahendos se abstrahendosque esse cognoscant, et omnibus casibus esse subdendos. Th. C. IX. 45. c. 4. §. 3. de h. qu. ad. eccl. Quod togatis quolibet casu, quolibet adquiritur titulo. c. 8. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Servos nec torquere, neque flagellis caedere, neque in eum casum facto suo perducere, — quo deteriores fiant. Paul. III. 6. §. 23. Intercidere actionem, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuerit. Gai. IV. 78. fr. 16. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 85. §. 1. de R. I. 50. 17. Stipulari in omnem casum, quo solvi posset matrimonium. fr. 37. §. 4. de legat. III. (32.) cf. fr. 29. §. 1. de pact. dot. 23. 4. Committi ex uno casu, vel alio. fr. 5. §. 2. indicat. solvi. 46. 7. In eadem causa sisti videtur (sc. statuliber), quamvis liber sistatur; quod implicitus ei casus libertatis fuerit. fr. 6. si ex nox. c. 2. 9. — §. 3. *Fortuitus eventus. Damnum, praeter dolum vel culpam debitoris, emergens*. I. **Sy.** Damnum fatale. fr. 6. §§. 8. sqq. fr. 7. pr. de edendo. 2. 13. fr. 5. §. 4. commod. 13. 6. Fatum. Coll. LL. M. I. 9. sq. fr. 11. §§. 4. sq. de minor. 4. 4. fr. 41. §. 7. de fideic. libb. 40. 5. c. 1. ad L. Cor. de sicar. 9. 16. Vis, cui resisti non potest. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. II. **Op.** Consulto, v. Data opera, — Casu (accidere etc.). Coll. LL. M. I. 11. XII. 5. sq. Non voluntate, sed casu fortuito (fecisse). Ib. I. 6. 10. c. 5. ad L. Cor. de sic. 9. 16. Aut proposito, aut impetu, aut casu (delinquitur). fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. Dolo malo, — Per imperitiam, vel rusticitatem, vel ab ipso Praetore iussus, vel casu (facere). fr. 7. §. 4. de iurisd. 2. 1. Cuius dolo aut culpa id acciderit. — Qui sine culpa et dolo malo, casu quodam damnum committit. Gai. III. 211. Non solum dolum, sed etiam culpam et custodiam praestet, non tamen casus fortuitos. fr. 1. §. 35. depos. 16. 3. fr. 11. de N. G. 3. 5. Coll. LL. M. X. 3. c. 28. de locat. 4. 65. III. **Cn.** Nec refert, in dando, an in faciendo, an in aliquo casu conditio consistat. fr. 33. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. In quo edicto aut pueritiam, aut casum excusavit, (v. excepit, sc. Praetor, sexum et casum). fr. 1. §§. 1. 3. 5. 7. de postul. 3. 1. Per id tempus, quo quis reip. operam dabat, vel adverso casu laborabat. fr. 1. pr. ex qu. c. maior. 4. 6. Si facto incendio, ruina, naufragio, aut quo alio simili casu, res commodata amissa sit. Paul. II. 4. §. 2. fr. 22. de N. G. 3. 5. Animalium casus mortesque, quae(que) sine

culpa accidunt. fr. 23. de R. I. 50. 17. cf. fr. 12. pr. de usuf. 7. 1. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. Quia fortuitos casus nullum humanum consilium providere potest, — hoc nomine nihil praestare debet. fr. 2. §. 7. de adm. rer. ad civit. 50. 8. cf. c. 6. de pign. act. 4. 24. c. 4. de peric. tut. 5. 38. Si fortuitus casus incendii causam intulerit. fr. 9. §. 3. cf. fr. 30. §. 4. locat. 19. 2. Casus, cui ignosci debeat. fr. 7. pr. de edendo. 2. 13. Maiore casu, cui humana in firmitas resistere non potest, — amisisse rem. fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 18. pr. commod. 13. 6. c. 28. de locat. 4. 65. Propter maiorem vim, maioresve casus non tenetur, si modo non huius culpa is casus intervenerit. §. 2. I. Qu. mod. re contr. 3. 14. (fr. 1. §. 4. l. 44. 7.) Damna, quae casu ita acciderint, ut servo nihil possit imputari. fr. 41. §. 7. de fideic. libb. 40. 5. — **§. 4.** *Mors, Interitus.* III. **Cn.** Cum eam in puerperio vita decessisse proponas, repentini casus iniquitas per coniecturam maternae pietatis emendanda est. c. 3. de inoff. testam. 3. 28. Vbi aviarum successio, casu interveniente, discutitur. Th. C. V. 1. c. 6. de legit. hereditatt. — **§. 5.** *Causa, v. Species, aptandi iuris.* III. **Cn.** Quae forte uno aliquo casu accidere possunt. fr. 4. de LL. 1. 3. cf. Gai. III. 94. Nonnullos casus posse exsistere, quibus etc. fr. 1. §. 2. de tut. et ration. 27. 3. Omnes casus, qui quandoque inciderint. fr. 10. de LL. 1. 3. Sunt et alii quidam similes casus. Gai. III. 38. Inspiciendum est, quo iure civitas retro in eiusmodi casibus usa fuisset. fr. 37. l. l. 1. 3. In utroque casu (alio iure utimur). Gai. III. 179. — **§. 6.** *Forma nominum, interveniente declinatione in aliam positionem mutandorum.* III. **Cn.** Si ita scriptum sit: „Filio, filiisque meis, hosce tutores do!“ — singulari casu hoc: filio, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset. fr. 122. de V. S. 50. 16.

Catabolenses. *Qui veterina animalia sarcinis onerabant.* III. **Cn.** Ex libertinis catabolensium corpori statuimus sociari eum. Th. C. XIV. 3. c. 9. de pistorib. Pistorum corpori copulari. — Catabolensium necessitatibus obsequi. Ib. c. 10. l. l.

Catadromus. *Locus, in quo decurritur (in fune extenso).* III. **Cn.** Si periculosam rem ante venditionem facere solitus est, — puta enim eum fuisse servum, qui per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. fr. 54. pr. de A. E. V. 19. 1.

Catanensis. (Adiect.) *Ad Cataneam pertinens, Siciliae civitatem.* III. **Cn.** Siculus possessor, — Syracusanus, Catanensis, Aetnensis. Nov. Valentin. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Cataphrygae. *Haereticorum genus.* I. **Sy.** Phryges. Cf. h. v.

Catechumenus. *Auditor, Candidatus christianae religionis.* III. **Cn.** Christiani, et catechumeni. Th. C. XVI. 7. c. 2. §. 1. de apostat. Servi orthodoxae religionis. — Catechumeni. Nov. 37.

Catena. **§. 1.** *Vinculum ex anulis ferreis.* I. **Sy.** Nexus ferrei, Vincula, Catenae. Th. C. VIII. 8. c. 9. de executor. IX. 40. c. 22. de poen. III. **Cn.** Si vel carcerem sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas. Ib. IX. 37. c. 2. de abolition. Non ferreas manicas, et inhaerentes ossibus, mitti oportet, sed prolixiores catenas. Ib. IX. 3. c. 1. de custod. reor. Statuae adfixae basibus structilibus, aut tabulae religatae catenis, aut erga parietem adfixae. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Ornamentum muliebre.* III. **Cn.** Anuli, catenae, reticuli, et caetera quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur. Paul. III. 6. §. 84.

Caterva. *Multitudo, Corona populi.* III. **Cn.** Videtis agmina, videtis catervas adeuntium infinitas. Nov. Marcian. nemin. exhib. de provinc. III. 1. c. 1. pr. Magna stipatus barbarorum caterva, — irrupit. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1.

Cathedra. *Sedile, Sella delicatior.* III. **Cn.** Instructa domo legata, ea legato continentur: — aeramenta, lecti, culcitae, pulvini, subsellia, cathedrae, mensae, armaria etc. Paul. III. 6. §. 56.

Cathedrarius. (Adiect.) *Ad cathedram pertinens.* III. **Cn.** De tapetis — subsellia cathedraria, quibus insterni solent. fr. 5. pr. de supell. leg. 33. 10.

Cathedraticum. *Pensio pro auspicatione sedis episcopalis.* I. **Sy.** Ἐνθρονιστικὸν. Iuliani epit. nov. c. 115. §. 431. III. **Cn.** Statuta a nobis quantitas pro cathedratico, vel consuetudine. Ib. l. l.

Cathetus. *Linea perpendicularis.* I. **Sy.** Ad perpendiculum, Ad cathetum (stent columnae). c. 12. §. 5. de aedif. priv. 8. 10.

Catholiciani. *Adparitores magistratuum, qui fisci utilitatibus in provinciis prospiciebant, Catholici nuncupati.* III. **Cn.** Qui fiscalibus actibus nexi sunt, et pro ratiociniis proscribuntur et condemnantur, — exceptis dumtaxat Caesarianis vel Catholicianis. c. 9. §. 2. de bon. proscr. 9. 49.

Catholicus. (Adiect.) *Purae christianorum fidei addictus.* I. **Sy.** Recta, Catholica (observantia). Th. C. XVI. 5. c. 11. sq. de haeretic. II. **Op.** Catholici, s. Catholicae legis observatores. — Haeretici atque schismatici. Ib. XVI. 1. c. 1. §. 1. c. 2. §. 1. de fide cathol. XVI. 5. c. 1. c. 62. de haeretic. III. **Cn.** Sancti Patres, catholicam fidem in Nicaena civitate fundantes. c. 8. pr. eod. 1. 5. Iuliani epit. nov. c. 107. §. 373. Qui — catholicorum communionem refugerint. Th. C. XVI. 5. c. 43. Quo omnibus innotescat et catholicae confidentiae stabilita constantia. Ib. c. 37. l. l. Catholicae legis antistites et clerici. Ib. XVI. 2. c. 11. de episc. eccl. Catholica sacrosancta ecclesia. Ib. XVI. 5. c. 47.

Catilina. *Patricius R., qui contra remp. coniuravit.* III. **Cn.** Coniurationem Sergii Catilinae (Iulia) mulier detexit, et M. Tullium Cos. indicium eius [indicio suo] instruxit. fr. 8. ad L. Iul. maiest. 48. 4.

Catillus. *Molae molendariae pars superior.* III. **Cn.** Est autem meta inferior pars molae; catillus, superior. fr. 18. §. 5. de instr. leg. 33. 7.

Cato. *Nomen duorum I.Ctorum R., ex Porcia gente.* III. **Cn.** Hos sectatus ad aliquid est M. Cato, princeps Porciae familiae, cuius et libri exstant; sed plurimi filii eius. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas. §. 12. I. de adopt. 1. 11. Cato putat, — et Qu. Mucius adtribuit etc.

fr. 98. §. 1. de V. S. 50. 16. Nerva et Cato responderunt. fr. 44. pr. solut. matrim. 24. 3.

Catonianus. (Adiect.) *Ad Catonem I. Ctum spectans.* I. **Sy.** Catonis, Catoniana (regula, v. sententia). Catoniana (p. se). fr. 1. pr. fr. 3. sqq. de regul. Caton. 34. 7. fr. 41. §. 2. de legat. I. (30.) fr. 13. pr. de opt. leg. 33. 5. fr. 86. de condit. et dem. 35. 1.

Caudicarius. *Qui caudicibus, s. caudicariis navibus, a portu urbis Romae per Tiberim subvehebat annonam publicam.* III. **Cn.** Patronorum caudicariorum fraudes, et portuensium furta mensorum. Th. C. XIV. 4. c. 9. de suar. Sola 200,000 modiorum frumenti integri atque intemerati, iuxta priscum morem, mensores et caudicarii levioribus pretiis pistoribus venumdare cogantur. Ib. XIV. 15. c. 1. de can. frum. urb. Rom. Patronos pistoribus constitutos — caudicariorum corpori minime de caetero copulandos. Ib. XIV. 3. c. 2. de pistor. et catab.

Cavea. **§. 1.** *Locus septus, ad feras bestias continendas.* III. **Cn.** Eos, qui transductione ferarum a duciano officio deputantur, — etiam caveas exigere. Ib. XV. 11. c. 2. de venat. ferar. — **§. 2.** *Consessus populi in theatro.* III. **Cn.** Qui in publicum lavare, vel in cavea publica sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari non patiatur. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10.

Cavere. **§. 1.** *Evitare, Declinare.* III. **Cn.** Quibus (sc. limitibus) gentes, quae maxime cavendae sunt, adpropinquant. Nov. Th. II. de ambit. et loc. limit. I. 24. c. 1. §. 1. Cavendum est, ne inficiandi fomitem ministremus obnoxiis. Th. C. II. 27. c. 1. §. 3. si cert. pet. de chirogr. — **§. 2.** *Prospicere, s. Consulere, sibi vel aliis, obnoxium faciendo alterum.* I. **Sy.** Scribere (chirographum etc.) fr. 5. §. 8. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Legem dicere, s. Ea lege dare. fr. 3. sq. fr. 6. pr. comm. praed. 8. 4. fr. 6. pr. §. 1. de serv. export. 18. 7. Excipere. fr. 6. pr. l. 18. 7. III. **Cn.** Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest. fr. 73. §. 4. de R. I. 50. 17. Si eum fundum vendidisti, nec nominatim tibi excepisti (sepulchrum), parum habes eo nomine cautum. fr. 53. §§. 1. sq. de A. E. V. 19. 1. Si tibi codicem commodavero, et in eo chirographum debitorem tuum cavere feceris. fr. 5. §. 8. cf. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Qui deberi sibi cavit, in eadem epistola, X. fr. 26. §. 2. depos. 16. 3. Fideiusserat, — mercedem pactus ob suam fideiussionem; et sub nomine alterius ex eventu litis caverat, sibi certam quantitatem dari. fr. 6. §. 7. mand. 17. 1. Qui in transactione hereditatis aut cavit sibi pro oneribus hereditatis, aut si non cavit etc. fr. 3. pr. de transact. 2. 15. cf. fr. 21. ad S. C. Treb. 36. 1. Si maritus pro muliere se obligaverit, — divortio facto, eo nomine cavere sibi solet stipulatione tribunitia. Vlp. VII. 3. Si venditor ab emtore caverit, ne etc. fr. 6. pr. de serv. export. 18. 7. cf. fr. 44. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Si, partem fundi vendendo, lege caverim, uti etc. fr. 19. pr. Quemad. servit. 8. 6. cf. fr. 6. §. 1. de serv. export. 18. 7. — **§. 3.** *Praecipere, Exprimere, Sancire.* I. **Sy.** Iubere. Gai. II. 42. 54. Vlp. I. 24. sq. fr. 1. sq. in ius voc. ut eant. 2. 6. Scribere, Praecipere (testamento etc.). fr. 123. pr. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 37. §§. 1. sq. 5. sq. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Cunctis ex more facias divulgari, et invicem mihi — cavenda observandaque — transmitti. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §. 3. Legis Iuniae lator, cum intelligeret futurum, — necessarium (existimavit), — cavere etc. Gai. III. 56. Qua et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est, sed id caveri non fuit necessarium. Ib. III. 216. Nihil in hac parte edicti cavit Praetor, ut etc. fr. 2. de coni. c. emanc. lib. 37. 8. Mandatis plenissime cautum est. fr. 15. cf. fr. 27. §. 2. de poen. 48. 19. Cautum legibus supplicium delator excipiat. Th. C. X. 10. c. 12. pr. de petit. et ultro dat. Idque ut ita fiat, — S. Cto cautum. Vlp. XXV. 16. cf. Gai. I. 68. Illam substitutionem — separatim in inferioribus tabulis scribimus, — et in prioribus tabulis cavemus, ne etc. Ib. II. 181. Heredem scripsit, v. Legavit, et ita cavit. fr. 12. fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. fr. 14. de dote praeleg. 33. 4. — **§. 4.** *Cautionem praestare alteri, inprimis promissoriam. Securum eum facere (nuda promissione).* I. **Sy.** Promittere (cautum). fr. 17. de in ius voc. 2. 4. fr. 4. fr. 6. fr. 13. §. 1. fr. 14. rat. rem hab. 46. 8. Stipulatione, v. Satisdatione, cavere. Cavere (per s. pos.). fr. 18. sqq. de adopt. 1. 7. fr. 35. §. 2. fr. 39. §§. 2. sqq. fr. 43. §§. 3. 6. fr. 45. §. 2. fr. 46. pr. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 2. §§. 1. 4. Quod legator. 43. 3. Fideiubere, s. Fideiussorem exsistere, pro aliquo. fr. 8. §§. 2. sq. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 38. §. 4. ad municip. 50. 1. II. **Op.** Satisdare. fr. 6. sqq. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 57. de R. V. 6. 1. fr. 1. pr. §. 3. de ripa mun. 43. 15. III. **Cn.** XX caverat se soluturum, et stipulanti spoponderat. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. Si quid tibi debitum adprobatum erit me tibi cauturum, et soluturum sine controversia. fr. 5. §. 3. de const. pecun. 13. 5. Maiorem partem solvit, residuam cavit. fr. 122. §. 5. de V. O. 45. 1. Cui rei neque consensit, neque pecuniam accepit, neque in eam cavit. fr. 21. pr. ad munic. 50. 1. Ipse Praetor debet super ea re summatim cognoscere, et cautum iubere aut denegare. fr. 1. §. 9. de stipul. Praet. 46. 5. cf. fr. 4. de iurisd. 2. 1. Tanto venditor emtori condemnandus est, quanto si stipulatione pro evictione cavisset. Paul. II. 17. §. 2. Sive pignoribus, sive fideiussoribus, cavere. fr. 9. §. 3. de pign. act. 13. 7. Et reis et pignoribus recte caveri. fr. 1. §. 9. de collat. bon. 37. 6. fr. 188. §. 1. de V. S. 50. 16. Etsi satisdatum sit, cautum tamen non perseveret. fr. 20. §. 14. de O. N. N. 39. 1. cf. fr. 7. §. 1. de usuf. 7. 1. Ita fieri collationem, ut recte caveatur. fr. 1. §. 9. de collat. bon. 37. 6. Qui aut omnino — satisdari non curaverunt, aut non idonee passi sunt caveri. §. 2. I. de satisd. tutor. 1. 24. Quoties vitiose cautum vel satisdatum est, non videri cautum. fr. 6. Qu. satisd. cog. 2. 8.

Cavillari. *Callide interpretari.* III. **Cn.** Nisi forte quis putet, — aut, verba cavillatus, imputaverit etc. fr. 2. §. 44. ad S. C. Tertull. 38. 17. Sophistice legem interpretari et cavillari. c. 12. §. 3. de aedif. priv. 8. 10.

Cavillatio. *Sophisma, Subtilitas.* III. ***Cn.*** Si calvitur, — inde et cavillatio dicta est. fr. 233. pr. de V. S. 50. 16. Restituere, sine ulla iuris cavillatione. fr. 85. de cond. et dem. 35. 1. Cavillatione submota, — obsecundent. Th. C. XI. 31. c. 4. de repar. appell.

Caupo. *Praefectus cauponae.* I. ***Sy.*** Qui cauponam exercet. fr. 1. §. 5. naut. caupon. 4. 9. III. ***Cn.*** Nautae, caupones, stabularii, quod cuiusque salvum fore receperint. fr. 1. pr. l. l. 4. 9. cf. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Caupo (sc. mercedem accipit), ut viatores manere in caupona patiatur. fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9. Quae in cauponis usum parata sunt. Paul. III. 6. §. 61.

Caupona. *Taberna esculentorum potulentorumque vendibilium. Hospitium mercenarium.* III. ***Cn.*** Quaecunque in caupona, vel in meritorio stabulo, diversoriove perierint. Paul. II. 31. §. 16. Qui caupona, vel propola, vel tabernaria, lucrum familiare sectetur. Th. C. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat. Quae tabernarum exercendarum, instruendarum, pistrini, cauponae causa, facta parataque sunt. fr. 15. pr. cf. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. Inter optimas lectissimorum militum turmas neminem e numero servorum dandum esse decernimus, neve ex caupona ductum, vel ex famosarum ministeriis tabernarum. Th. C. VII. 13. c. 8. de tiron. Viatores manere in caupona pati. — Gratis in caupona devertere. fr. 5. pr. fr. 6. pr. naut. caup. 4. 9.

Cauponius. (Adiect.) *Ad cauponam pertinens. Cauponarius.* I. ***Sy.*** Cauponae, Cauponium (instrumentum). Paul. III. 6. §. 61. fr. 13. pr. fr. 15. pr. fr. 17. §. 2. de instr. legat. 33. 7. III. ***Cn.*** Quae in lupanario se prostituit. — Si qua, ut adsolet, in taberna cauponia, vel qua alia, pudori suo non parcit. fr. 43. pr. de R. N. 23. 2. Pistores, et in cauponio institores, et focaria, mercesque. fr. 15. pr. de instr. leg. 33. 7. Tabernae cauponiae, Cauponium (instrumentum). fr. 13. pr. fr. 15. pr. fr. 17. §. 2. ib. 33. 7. fr. 43. §. 9. de R. N. 23. 2.

Causa. **§. 1.** *Ratio, Fundamentum.* III. ***Cn.*** Et rei aequitas, et causa edicti efficit etc. fr. 6. si tabul. testam. null. 38. 6. fr. 1. pr. ex qu. c. maior. 4. 6. Saepe iustae ac necessariae causae — trahunt sponsalia. fr. 17. de sponsal. 23. 1. Si magna causa alienandarum rerum mancipi, obligationisque suscipiendae, interveniat. Gai. I. 192. Supra modum, et sine causa, in servos suos saevire. Sine causa servum suum occidere. Ib. I. 53. fr. 1. §. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Hoc enim nequaquam servo permittendum est, nisi ex causis receptis. fr. 1. §. 8. cf. §. 1. de off. Prf. Vr. 1. 12. Ex concessa causa (iudicium deserere). fr. 16. Qu. satisd. cog. 2. 8. Si iustas causas habeat, cur nolit etc. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. Quod reip. c. afuit, vel ex alia iusta causa impeditus etc. fr. 17. §. 3. de usur. 22. 1. Apud Praetorem — quaeri — de causa transactionis. fr. 8. §. 8. cf. §. 17. de transact. 2. 15. Si quas habere se causas excusationis arbitrabitur, adeat ex more. Vatic. §. 155. Causae fere huiusmodi solent adlegari. fr. 8. §§. 8. sq. l. l. 2. 15. cf. fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. Concilii causam examinare, — probare. fr. 1. §. 2. de off. Cos. 1. 10. Si vindicta, apud concilium, iusta causa manumissionis adprobata fuerit. Gai. I. 38. sq. cf. 18. 29. 32. Vlp. I. 12. sq. Coll. LL. M. XVI. 2. sq. Ex S. C. permittitur, causam erroris probare. Gai. I. 67. sq. II. 141. sqq. III. 5. 73. Vlp. III. 3. VII. 4. Certis ex causis Praetor auctoritatem suam praeponit. Gai. IV. 139. Ex quibus causis in integrum restitui possit. fr. 51. pr. de procur. 3. 3. cf. fr. 3. de in int. rest. 4. 1. — **§. 2.** *Occasio.* I. ***Sy.*** Origo introducta est a. Causam edicto dedit. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Occasio (mortis). Coll. LL. M. I. 10. sq. II. ***Op.*** Qui in rixa, causa magis quam voluntate, homicidium admisit. fr. 1. §. 3. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Si ipse hoc adfectavit, vel causam praestitit. — Sine dolo malo ipsius. fr. 2. §. 9. si qu. cautt. 2. 11. III. ***Cn.*** Causa magis donationis, quam conditio dandae pecuniae existimari debebit. fr. 2. §. 7. de donation. 39. 5. Et sane haec causa est; nam causa in praeteritum, poena in futurum confertur. fr. 12. de cond. et dem. 35. 1. Quod iuris est in falsa demonstratione, hoc vel magis est in falsa causa. fr. 17. §. 2. ib. 35. 1. cf. Vlp. XXIV. 19. Hoc, ut immissum habeam, per causam tigni possideo habendi consuetudine [al. consuetudinem]. fr. 20. pr. de S. P. V. 8. 2. Quod metus causa gestum erit. — Quod vi, metusve causa. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. Discidii, v. Repudii, causam praestare. fr. 6. de divort. 24. 2. fr. 11. §. 13. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui mortis causam quolibet modo praebuit. — Qui adhibita vi, et quasi manu, causam mortis praebuisset. fr. 51 pr. cf. fr. 7. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. Qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisve causam praestitit. Paul. V. 23. §. 2. cf. §. 1. fr. 4. §. 1. fr. 15. pr. ad L. Cor. de sic. 48. 8. — **§. 3.** *Culpa.* III. ***Cn.*** Quodsi neque mulae neque homines in causa essent, sed mulae retinere onus nequissent. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Nisi forte morbus aut valetudo in causa sit, aut alia iusta causa adrogandi. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. Vt doceat, metum in causa fuisse, ut etc. fr. 14. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 4.** *Gratia, Favore, Ratione habita.* I. ***Sy.*** Gratia. Gai. I. 19. Vlp. VII. 1. Nomine. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. fr. 4. §. 1. de off. eius cui mand. 1. 21. fr. 2. de feriis 2. 12. II. ***Op.*** Eius causa. — In odium eius, s. Contra ipsum. fr. 40. pr. de condict. indeb. 12. 6. fr. 30. §. 7. ad L. Falc. 35. 2. III. ***Cn.*** Venditionis, vel donationis, vel transactionis causa quid agere. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Paratum, v. Constitutum, alicuius rei causa. fr. 195. §. 3. fr. 239. §. 7. de V. S. 50. 16. Id, quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi. fr. 4. §. 1. de edendo. 2. 13. — **§. 5.** *Finis, Propositum, Modus.* III. ***Cn.*** Dedisti (sc. servum in quaestionem), sub ea causa, ut, si repertum in eo non esset, redderetur tibi. fr. 15. de condict. c. dat. 12. 4. Ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur, quia non in eam causam videntur accepta. Paul. II. 31. §. 29. Quia ob causam accepit, nec improbam causam, non timet condictionem. fr. 15. de praescr. vv. 19. 5. cf. fr 1. §. 2. fr. 6. de cond. ob turp. c. 12. 5. Omne, quod datur, aut ob rem datur, aut ob causam. fr. 1. pr. ib. 12. 5. cf. fr. 52. fr. 65.

pr. §§. 1. sq. de condict. indeb. 12. 6. Dotis causa perpetua est. fr. 1. de iure dot. 23. 3. — **§. 6.** *Conditio, Status.* I. **Sy.** Talis esse, ut etc. In ea causa esse. fr. 21. de R. V. 6. 1. Conditio. Gai. III. 126. sq. fr. 8. §§. 7. sq. fr. 34. fr. 49. §. 2. de fideiuss. 46. 1. fr. 86. sq. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Plurimum interest, utrum quis de alterius causa et facto non sciret, an de iure suo ignorat. fr. 3. pr. de iur. et facti ign. 22. 6. cf. fr. 10. de tut. et cur. dat. 26. 5. Plerumque robur hominis, aetas temporis, — mutat causam operarum. fr. 26. §. 12. de condict. indeb. 12. 6. Vt praeterita causa, et damnum praeteritum sarciatur. fr. 3. §. 17. de vi et vi arm. 43. 16. cf. fr. 1. §. 31. ib. Quasi iure postliminii, revertitur locus in pristinam causam. fr. 6. pr. de D. R. 1. 8. Cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus. fr. 3. §. 1. de capit. minut. 4. 5. In causa mancipii esse. Gai. I. 138. Secundum suam causam (hunc ego hominem ex iure Quir. meum esse aio!) Ib. IV. 16. In ea causa esse, qua futuri essent, si etc. Ib. II. 137. cf. I. 147. Antequam nunciatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet. fr. 20. pr. de O. N. N. 39. 1. Ac, nisi id fecerint, in ea causa fore, in qua sunt etc. Vatic. §. 155. In ea causa esse, ut redhiberi debeat, s. In causa redhibitionis esse. fr. 10. §. 2. fr. 38. pr. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 61. §. 1. de furt. 47. 2. Nancisci, s. Adprehendere, causam statuliberi. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. In eo par omnium causa, quod etc. Gai. III. 126. In eadem causa durare, s. permanere. Ib. II. 188. sq. Vlp. XXII. 11. 13. Sed istius diversa causa est, qui etc. fr. 38. de N. G. 3. 5. Quarum satisdationum duplex causa est. Gai. IV. 102. Perpetua causa (servitutis). fr. 28. de S. P. V. 8. 2. fr. 1. §. 4. de fonte. 43. 22. In meliorem causam pervenire. — Deteriorem causam fieri. fr. 5. si ex nox. c. 2. 9. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. — **§. 7.** *Ius, Substantia iuris.* I. **Sy.** Ius. fr. 29. §§. 1. sq. de pign. 20. 1. fr. 24. §. 21. de fideic. libb. 40. 5. fr. 36. de statulib. 40. 7. Vis, Potestas. fr. 19. pr. de milit. testam. 29. 1. Titulus. fr. 32. de reb. auct. iud. 42. 5. Cum sua conditione, Cum sua causa (publicari, v. usucapi etc.). fr. 23. §. 2. de S. P. R. 8. 3. fr. 18. §. 2. de pign. act. 13. 7. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. II. **Op.** Causae magis, quam personae (beneficium, v. privilegium). fr. 29. de re iud. 42. 1. fr. 196. de R. I. 50. 17. cf. fr. 42. de admin. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Compensatio debiti ex pari specie et causa dispari. Paul. II. 5. §. 3. Vniuscuiusque contractus initium spectandum et causam. fr. 8. pr. mand. 17. 1. Pignoris causam nec usucapione perimi placuit. fr. 1. §. 2. de pignor. 20. 1. „Facere," omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi etc. fr. 218. de V. S. 50. 16. In totam causam spondere, In omnem causam se obligare. fr. 91. §. 4. de V. O. 45. 1. fr. 54. pr. locat. 19. 2. Certi condictio competit ex omni causa, ex omni obligatione, ex qua certum petitur. fr. 9. pr. de R. C. 12. 1. Honorariae actiones transeunt, — imo et causa naturalium obligationum transit. fr. 40. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Superesse naturalem causam, quae inhibet repetitionem. fr. 3. §. 7. Qu. quisq. iur. 2. 2. Valere (sc. transactionem), quasi omni causa et adversus reum et adversus fideiussorem dissoluta. fr. 7. §. 1. de transact. 2. 15. In pendenti puto esse causam obligationis, donec etc. fr. 20. de don. int. V. 24. 1. Posse condicere, causa debiti integra mulieri ad hoc solum manente, ut etc. fr. 7. pr. de condict. c. dat. 12. 4. Si in alium contractum res non transeat, subsit tamen causa. fr. 7. §. 2. cf. §. 4. de pact. 2. 14. Sive ab initio sine causa promissum est, sive fuit causa promittendi etc. fr. 1. §. 2. cf. pr. §. 1. fr. 4. de condict. sine c. 12. 7. Cum causa donum. fr. 194. de V. S. 50. 16. Mutari causa praecedentis legati, vel die, vel conditione, vel in totum ademtione, potest. fr. 12. §. 3. de legat. I. (30.) Permisceri causas possessionis et ususfr. non oportet. fr. 52. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Ex una dumtaxat causa possidere etc. fr. 3. §. 4. ib. 41. 2. A veteribus praeceptum est, neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse. fr. 3. §§. 19. sq. fr. 19. §. 1. ib. 41. 2. fr. 33. §. 1. de usurp. 41. 3. Cum quis utitur adminiculo ex persona auctoris, uti debet cum sua causa suisque vitiis. fr. 13. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Cum sua causa dominium ad alium transferre. fr. 67. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 18. §. 2. de pign. act. 13. 7. Cum etiam bona cum sua quodammodo causa fisco sint vindicanda. fr. 17. §. 5. ad S. C. Treb. 36. 1. Computari extra causam bonorum. fr. 68. de legat. II. (31.) Ad causam testamenti pertinere videri. fr. 2. §. 2. testam. quemad. aper. 29. 3. fr. 1. §§. 2. 6. de tabul. exhib. 43. 5. Qui, omissa causa testamenti, possident hereditatem. fr. 1. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. fr. 23. pr. de manum. testam. 40. 4. — **§. 8.** *Accessio rei, vel iuris.* II. **Op.** Res (nuda). fr. 1. §. 24. depos. 16. 3. fr. 35. de V. S. 50. 16. Corpus ipsum. — Causa rei. fr. 20. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Vt res dumtaxat, — et causae ex his rebus pendentes, in iudicium veniant. fr. 44. pr. fam. ercisc. 10. 2. Vt causa omnis restituenda sit, i. e. omne, quod habiturus esset actor, si litis contestandae tempore solutus fuisset. fr. 31. pr. de R. C. 12. 1. cf. fr. 20. de R. V. 6. 1. Et partus ancillarum, et foetus pecorum, et fructus, et omnem causam (restitui oportere). fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 1. §. 24. depos. 16. 3. Qui omnem rem conditionemque, reddita causa, praestet. fr. 246. §. 1. de V. S. 50. 16. Rei adpellatione et causae et iura continentur. fr. 23. ib. 50. 16. Post interdictum editum oportebit et dolum, et culpam, et omnem causam venire. fr. 8. §. 6. de precar. 43. 26. — **§. 9.** *Forma, Species, Casus.* I. **Sy.** Articulus, Res, Casus. fr. 4. fr. 10. fr. 12. sq. fr. 32. pr. de LL. 1. 3. Species. fr. 85. pr. §§. 1. sq. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Obligationum fere quatuor causae sunt, aut enim dies in his est, aut conditio etc. fr. 44. pr. de O. et A. 44. 7. Commodius erat, singulas causas singulis adpellationibus distingui. Gai. II. 146. In paucissimis causis dari solet (hoc genus actionis). Ib. IV. 54. Si specialiter causae exceptionum expressae sint, quibus a promissore sponte renunciatum est. fr. 4. §. 4. si qu. cautt. 2. 11. Respondi, in causa ius esse positum. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 10.** *Quaestio, Controversia, Lis.* I. **Sy.** Quaestio, Res. fr. 14. de procur. 3. 3.

fr. 3. fr. 5. fr. 7. §§. 1. sq. fr. 11. de exc. rei iud. 44. 2. Lis. Gai. IV. 30. 60. Paul. I. 10. §. 1. fr. 65. fr. 69. de procur. 3. 3. Iudicium. fr. 104. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Omnes causae, de quibus — Coss., et Praetores, caeterique Romae cognoscunt. fr. 10. sqq. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 7. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Vt in iure interrogatus ex omnibus causis respondeat. fr. 39. pr. de procur. 3. 3. Neque in interdicto, neque in caeteris causis. fr. 198. de R. I. 50. 17. In publicis, vel privatis, vel fiscalibus causis. fr. 1. §. 3. de calumn. 3. 6. Omnis causa existimationis. fr. 103. de V. S. 50. 16. Causae, ex quibus adversus inficiantem in duplum agimus. Gai. IV. 9. Apud iudicem causam perorare. Ib. IV. 15. Vindicem dabat (iudicatus), qui pro se causam agere solebat. Ib. IV. 21. Quaecunque causae cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. fr. 9. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Citra causae cognitionem (aditus Praetor). fr. 8. §. 17. cf. §. 8. de transact. 2. 15. Exceptiones alias in edicto Praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat. Gai. IV. 118. Causa ad eum, qui adpellatus est, dimittitur. fr. 106. de V. S. 50. 16. Coniectio causae. Gai. IV. 15. Si malam causam adversarius habuit, aut litigante herede vinci debuerit. fr. 30. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 63. §. 2. de eviction. 21. 2. Omnimodo damnatur actor, si causam non tenuerit. Gai. IV. 178. 180. Quo fit ut causa cadat, et ob id rem perdat. Ib. IV. 68. Paul. I. 10. §. 1. — **§. 11.** *Actus, Negotium.* III. **Cn.** Qui equo publico, in causa publica, transvehatur. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Filiusfam. in publicis causis loco patrisfam. habetur. fr. 9. de h. qu. sui. 1. 6. Certarum rerum, vel causarum, testamento tutor dari non potest. fr. 12. de testam. tut. 26. 2. Causae, ex quibus obligationes mutuae nascuntur. Pr. I. de auct. tut. 1. 21. Obligationes — nascuntur — proprio quodam iure, ex variis causarum figuris. fr. 1. pr. de O. et A. 44. 7. Nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit, causas explanavit, pro quibus eandem conscripsit. fr. 25. §. 4. de probatt. 22. 3. Ex causa lucrativa (meum factum). fr. 82. pr. de legat. I. (30.)

Causari. *Excusare, Cavillari.* III. **Cn.** Si noluit praestare, causatus, quod semel ignarus vendiderit. fr. 3. depos. 16. 3. Causari quid non poterit, ne conditio deficiat, et haereat actionibus. fr. 13. pr. ad S. C. Trebell. 36. 1. Non est ferendus, — si postea causetur, de eo solo cogitasse etc. fr. 12. de transact. 2. 15. cf. fr. 24. §. 14. de fideic. libb. 40. 5. fr. 1. §. 12. de separat. 42. 6. Nec enim tam improbe causari potest etc. fr. 50. §. 1. de legat. I. (30.) Si venditor nihil horum sustineat, — sed callida refragatione causetur etc. Nov. Valent. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 2. Quodsi se forsitan causetur absentem. Th. C. II. 27. c. 1. §. 2. si cert. pet. de chir.

Causarius. (Adiect.) *Valetudinis excusationem habens.* II. **Op.** Honesta, — Causaria, — Ignominiosa (missio). fr. 2. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 26. pr. de milit. testam. 29. 1. fr. 4. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. III. **Cn.** Qui honestam, vel causariam missionem meruerunt. fr. 26. pr. l. 29. 1. Qui causaria missione sacramento — solvuntur, et integram famam retinent. c. 1. de excus. veteran. 5. 65.

Causatio. *Cavillatio, Excusatio.* I. **Sy.** Querela. Nov. Valent. III. de episcop. iudic. II. 35. c. 1. pr. III. **Cn.** Nullum penitus cuiuslibet litis aut causationis fomitem dereliquit. Ib. de XXX ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 3. Cum, universis causationibus pulsis, nihil amplius constare debeat, nisi ut adpareat etc. Th. C. III. 5. c. 2. §. 2. de sponsal. Praebitionem sine ulla causatione singulis annis a se noverint procurandam. Nov. Valent. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 2.

Causidicina. *Professio causidicorum, Patrocinium causarum.* III. **Cn.** Si qui causidicinam in foro ampliss. — profitetur. Th. C. VIII. 4. c. 30. §. 1. de cohortal. (XII. 1. c. 188. de decurion.)

Causidicus. *Causarum patronus.* I. **Sy.** Advocatus, Patronus. Th. C. II. 10. c. 1. sq. de postul. Nov. Valent. III. eod. II. 11. c. 1. pr. §§. 1. sqq. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 5. III. **Cn.** In quibusdam regionibus (sc. Italiae) et causidicos et iudices defuisse, hodieque gnaros iuris et legum aut raro aut minime reperiri. Ib. l. l. II. 32. c. 1. §. 5. Quisquis vult esse causidicus, ipsam solam sumat in causis agendis personam. Th. C. II. 10. c. 2. c. 5. (Wck.) de postul.

Caute. (Advb.) *Provide, Diligenter.* III. **Cn.** Caute atque sollerter (munus acturi). Ib. VI. 29. c. 6. de curios. Cum cautius et melius sit. c. 4. de auctor. praest. 5. 59. Curate igitur cautius negotiari etc. c. 2. de furt. 6. 2.

Cautela. *Cautio.* III. **Cn.** Post litem contestatam, et post solitas iudiciales cautelas iam praestitas. c. 2. §. 9. de iureiur. pr. calumn. 2. 59. Pro litis instructione consuetam cautelam exponere. c. 28. §. 1. de admin. tut. 5. 37. Creatione tutorum et curatorum cum omni praecedente cautela. c. 25. ib. 5. 37. §. 5. I. de Atil. tut. 1. 20. Audiendum eum, dandumque diem cum competenti cautela ad solvendam pecuniam. fr. 21. de iudic. 5. 1. Ostendere, rem pignoratam, — prius idonea cautela a debitore pro indemnitate ei praestanda. fr. 6. de pign. act. 13. 7.

Cauterium. *Instrumentum ad inurendos ceris colores.* III. **Cn.** Pictoris instrumento legato, cera, colores, similiaque horum legato cedunt, item peniculi, et cauteria, et conchae. fr. 17. pr. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 63.

Cautes. *Saxa dura.* I. **Sy.** Saxa. Th. C. X. 19. c. 14. de metall.

Cautio. §. 1. *Providentia, Provisio.* III. **Cn.** Privilegia, quibus — varia corpora hominum vel priscarum legum cautio, vel antecedentium Principum fovit humanitas. Th. C. XIV. 2. c. 1. de privil. corporator. Maiore cautione disquirat etc. Ib. I. 15. c. 17. (Wck.) de off. Vicar. — **§. 2.** *Securitas creditori praestanda, tam fideiussoribus etc. quam promissione nuda.* I. **Sy.** Stipulatio. Gai. II. 252. sq. fr. 17. de hered. pet. 5. 3. fr. 1. sqq. fr. 6. fr. 10. fr. 12. §§. 2. sq. fr. 13. rat. rem. hab. 46. 8. Promissio (sola). fr. 2. §. 6. de iudic. 5. 1. fr. 63. §. 4. pro soc. 17. 2. II. **Op.** Re, — Cautione (facienda collatio). fr. 1.

§. 11. de collat. 37. 6. Satisdatio, s. Fideiussio. fr. 57. de hered. pet. 5. 3. c. 3. de V. S. 6. 38. III. **Cn.** Illicitas exactiones, et violentia factas, et extortas metu venditiones, et cautiones, — prohibeat. fr. 6. pr. de off. Praes. 1. 18. Quod per errorem solutio facta est, vel cautio de solvendo interposita. fr. 11. de exec. 44. 1. cf. c. 2. de comm. rer. alien. 4. 52. Quod si quis aurum, — aut cautionis aut sponsionis fide, ut debitor redditurus acceperit. Th. C. X. 24. c. 2. de h. qu. c. disp. Minor — caverat id se accepisse, et cautionem eidem debitor, quasi creditae pecuniae, fecerat. fr. 40. pr. de minor. 4. 4. Melius dicitur, rem suam restitui pupillo, quam incertum cautionis eventum spectare. fr. 6. Qu. falso tut. 27. 6. Cautio, quae fideiussorum habet praestationem. fr. 3. §. 1. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 2. cf. fr. 72. pr. de contr. emt. 18. 1. Si sic satisdatum sit, ut — adquisita sit idonea cautio. fr. 1. §. 17. Qu. legator. 43. 3. Vt idonea cautio a debitore exigeretur. fr. 59. §. 6. mand. 17. 1. Legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis etc. Vlp. XXIV. 27. Ei cautionem indemnitatis officio iudicis praeberi necesse est adversus Titium, cui datur actio. fr. 31. §. 1. de N. G. 3. 5. Puto interponendam et de rato cautionem. fr. 6. §. 3. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. — **§. 3.** *Instrumentum securitatis, Chirographum, Apocha.* I. **Sy.** Epistola. fr. 40. pr. de R. C. 12. 1. fr. 24. de const. pecun. 13. 5. Chirographum, Scriptura, Documentum. Th. C. II. 27. c. 1. pr. §§. 1. sqq. si cert. petat. de chir. III. **Cn.** Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens d. m. — deleverit. Paul. V. 25. §. 5. cf. III. 6. §. 59. Qui tabulas, cautionesve subripuit. Ib. II. 31. §. 32. Si cautiones, instrumentaque omnia actus sui exhibuerit heredi. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. Domestica cautione, vel chirographo, obligare se. fr. 103. de legat. I. (30.) Si cautionem, quae tibi super eo exposita est, tabularius non subnotavit. c. 2. de conven. fisci deb. 10. 2. Cautio, quam debitor creditori pignori dedit. fr. 20. de pignor. 20. 1. Damnum si quod accidit eo, quia cautiones soluti vectigalis inventae non sunt. fr. 32. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. Frumenta, — pro illationis modo, illico apocharum cautionibus adnotentur. Th. C. XII. 6. c. 16. de susceptor.

Cautionalis. (Adiect.) *Cautionem parans, Securitati prospiciens.* III. **Cn.** Praetoriarum stipulationum tres videntur esse species: iudiciales, cautionales, communes. — Cautionales sunt autem, quae instar actionis habent, et, ut sit nova actio, intercedunt. fr. 1. pr. §. 2. de stipul. Praetor. 46. 5.

Cautus. (Adiect.) *Providus, Circumspectus.* III. **Cn.** Nisi quem penitus liberum — inquisitio tam cauta deprehenderit. Th. C. VII. 2. c. 1. Qu. prob. deb. ad qu. mil. Studio cautae celeritatis — noverint explicandum. Ib. XV. 1. c. 21. de opp. pub.

Cautus, [a, um]. (Partic.) *Cautione munitum, v. promissum.* III. **Cn.** Hoc enim agitur in stipulationibus, ut quis cautior sit et securior interposita stipulatione. fr. 1. §. 4. de stipul. Praet. 46. 5. Si post causam actam cauta est honoraria summa. fr. 1. §. 12. de extraord. cogn. 50. 13. Cum te proponas — certam pecuniam ei te debere, cavisse — pecunia recte cauta intelligitur. c. 2. de transact. 2. 4. Quoties vitiose cautum vel satisdatum est. fr. 6. cf. fr. 7. pr. fr. 8. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Cum sine culpa stipulatoris cautum esse desiit. fr. 4. de stipul. Pr. 46. 5. Cf. v. Cavere. §. 4.

Cavus. (Adiect.) *Excavatus.* III. **Cn.** Cloaca est locus cavus, per quem colluvies quaedam fluat. fr. 1. §. 4. de cloac. 43. 23.

Cedere. §. 1. *Locum praestare, Recedere.* I. **Sy.** Amittere (possessionem). Cedere (possessione etc.). fr. 13. §. 11. fr. 16. de damn. inf. 39. 2. Derelinquere (usumfr.). Ced. (usufr.). fr. 64. de usuf. 7. 1. fr. 17. §. 1. de nox. act. 9. 4. II. **Op.** Resistere. Vltra contendere. fr. 1. pr. de edendo. 2. 13. fr. 10. de interr. in iure. 11. 1. Praecedere, Vincere, Praevenire. Th. C. I. 4. c. 3. de respons. prud. VI. 28. c. 2. de Princip. agent. in reb. III. **Cn.** Si cedentem vulneraverit, (erit Aquiliae locus). fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Ne forte, dum honori postulantium datur, vel improbitati ceditur, mediocres desideria sua non proferant. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Controversiam passus victus sit, aut lite cesserit. fr. 63. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Quoties foro cedunt nummularii. fr. 7. §. 2. depos. 16. 3. Licet cedere loco paratus sit. fr. 7. pr. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Qui, violentiae opinione comperta, possessione cessit. Paul. V. 6. §. 4. Cedere adversarium, et vacuam relinquere possessionem iubet. fr. 52. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 2.** *Concedere, Largiri.* I. **Sy.** Restituere (portionem). Ced. (portione). fr. 11. §. 3. de legat. III. (32.) Mandare (actionem). fr. 1. §. 16. si quadrup. 9. 1. fr. 76. de solut. 46. 3. Praestare (actiones). fr. 36. fr. 39. de fideiuss. 46. 1. fr. 95. §§. 10. sq. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Qui ex lege Iulia bonis cedunt. Gai. III. 78. cf. fr. 3. fr. 4. pr. fr. 5. fr. 6. de cess. bonor. 42. 3. c. 5. Qu. bon. ced. poss. 7. 71. Legis Iuliae de bonis cedendis beneficium. c. 4. ib. 7. 71. Quodsi non bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedisse monstretur. c. 4. ib. 7. 71. Si dominus tribuere nolit, — sed peculio, vel mercibus cedere paratus sit. fr. 7. §. 1. de tribut. act. 14. 4. Sin autem ab alio prohibeatur, praestare ei actiones suas debet dominus, et cedere. fr. 1. §. 1. de superfic. 43. 18. Ei, cui debet fideicommissum, actionibus suis posse cedere, nec id cogendum solvere. fr. 70. pr. de legat. II. (31.) — **§. 3.** *Iure suo se abdicare, et illud transferre in alium.* I. **Sy.** Constituere per in iure cessionem. In iure cedere. Gai. II. 29. sqq. 38. Vlp. XIX. 11. Concedere (servitutem etc.). fr. 20. §. 1. fr. 21. de S. P. V. 8. 2. fr. 2. §. 2. fr. 3. §. 3. fr. 14. fr. 20. pr. de S. P. R. 8. 3. II. **Op.** Vindicare (in iure). Gai. II. 24. 96. III. **Cn.** Et in iure cedi, et legari, et officio iudicis constitui posse (sc. usumfr.). Vatic. §§. 48. sq. 54. (Rem), si mancipi sit, mancipio dare, aut in iure cedere, possessionemque tradere debet. Gai. II. 204. cf. 26. 41. 213. sq. Si — servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Vlp. I. 16. Quae (sc. in iure cessio) fit per tres personas, in iure ce-

dentis, vindicantis, addicentis. Vlp. XIX. 9. sq. Gai. II. 24. Dominus proprietatis alii usumfr. in iure cedere potest, ut ille usumfr. habeat, et ipse nudam proprietatem retineat. Ib. II. 30. Vt habenti mulieri fundum ususfr. cedatur, et ita cum proprietate consolidetur. fr. 78. §. 2. de iure dot. 23. 3. Vicino — posse te cedere, ius ei esse, terram etc. — iacere, posita habere. fr. 3. §. 2. cf. fr. 10. sq. de S. P. R. 8. 3. — **§. 4.** *Accenseri, Accedere.* I. **Sy.** Imputari. fr. 8. §. 22. de transact. 2. 15. Computari, Venire in computationem. fr. 51. de contr. emt. 18. 1. fr. 7. §. 12. solut. matrim. 24. 3. fr. 30. §§. 8. sq. ad L. Falc. 35. 2. Pertinere ad. Contineri. Deberi. Paul. III. 6. §§. 22. sqq. 34. sqq. 55. sqq. 67. sqq. Accedere (emtori etc.). fr. 68. pr. fr. 76. pr. 78. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 53. pr. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** In publicum cedere. Gai. IV. 13. 16. Ad utilitates, v. Commodo, alicuius ced. fr. 17. pr. de legat. II. (31.) c. 16. de praed. et al. reb. minor. 5. 71. Lucro cedere (creditoris etc.). Gai. IV. 13. Paul. II. 22. §. 1. fr. 35. §. 1. de R. V. 6. 1. Pars (sc. thesauri), quae inventori, v. qui domino, cedit. fr. 63. §§. 1. sq. de A. R. D. 41. 1. Ced. in numerum, v. vicem, (causarum etc.). fr. 5. §. 21. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 6. §. 3. ad. L. Iul. de adult. 48. 5. Solo cedit (superficies). Gai. II. 73. Litteras chartulis, v. Tabulam picturae, cedere. Ib. II. 77. sq. — **§. 5.** *Incipere (valere, s. durare). Ad computationem ineundam proficere.* I. **Sy.** Numerari debere. Computari. fr. 6. de calumn. 3. 6. fr. 28. §§. 3. sq. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 15. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Diem cedere. Incipere deberi pecuniam. fr. 213. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Venire (diem). fr. 1. §. 3. Qu. dies ususf. 7. 3. fr. 213. pr. l. 50. 16. Statim cedere. — Suspendi. Vatic. §. 55. III. **Cn.** Praeterire operae non possunt, antequam incipiant cedere; et incipiunt, posteaquam fuerint indictae. fr. 13. §. 2. cf. fr. 23. §. 1. de oper. libertor. 38. 1. Dum languet libertus, patrono operae, quae iam cedere coeperunt, pereunt. fr. 34. ib. 38. 1. Cum tempus luctus continuum est, merito et ignoranti cedit ex die mortis mariti. fr. 8. de h. qu. not. infam. 3. 2. Quo tempore dies legatorum cedere solet. Gai. II. 244. cf. 190. Quia in unum concurrit, ut et heres exsistat, et dies legati cedat. fr. 68. §. 1. de legat. I. (30.) Semel cedit, — Per dies singulos, v. menses, v. annos, cedit (dies legati). fr. 1. pr. Qu. dies ususf. 7. 3.

Celare. *Abscondere, Occultare.* I. **Sy.** Clam facere. fr. 3. §§. 7. sq. Qu. vi aut cl. 43. 24. Suscipere, Abscondere. Paul. V. 3. §. 2. fr. 1. §. 2. fr. 11. §. 2. de servo corr. 11. 3. Occultare. fr. 25. de iniur. 47. 10. c. 2. c. 9. ad L. Fab. de plag. 9. 20. III. **Cn.** Qui — falsum fecerunt, vel, ut verum non adpareat, quid celaverunt, subripuerunt, subiecerunt, resignaverunt. fr. 16. §. 2. de L. Cor. de fals. 48. 10. Qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subiecerit, resignaverit. fr. 2. ib. 48. 10. cf. fr. 3. §. 6. de tabul. exhib. 43. 5. Si per fallaciam, dolove malo, amovit, vel rem communem celandi animo contrectet. fr. 45. pro soc. 17. 2. cf. Paul. V. 3. §. 2. Si celavit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit. fr. 25. de iniur. 47. 10. cf. Gai. III. 200. Qui servum recepit, et celavit, et deteriorem fecit. fr. 11. §. 2. de servo corr. 11. 3. Qui civem R. ingenuum, libertinum, servumve alienum, celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Coll. LL. M. XIV. 2. cf. 3. fr. 6. §. 2. de L. Fab. de plag. 48. 15. Si arbiter sese celare tentaverit, Praetor eum investigare debet, et si diu non paruerit. fr. 32. §. 12. de rec. qu. arb. 4. 8. Non videtur esse celatus, qui scit; neque certiorari debuit, qui non ignoravit. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Si — morum ante celata, vel ignorata, emersit improbitas. fr. 8. de confirm. tut. 26. 3.

Celeber. Cf. v. Celebris.

Celebrare. **§. 1.** *Frequentare, Perpetuum constituere.* I. **Sy.** Vsurpare, Coire, Habere (collegium). fr. 1. §. 14. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 1. pr. §§. 1. sq. fr. 2. fr. 3. §. 1. de colleg. et corp. 47. 22. III. **Cn.** Viae, pontes, per quos itinera celebrantur. Th. C. XV. 1. c. 36. de opp. pub. Nova ac tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes. Ib. XVI. 2. c. 37. de episc. eccl. Per quorum terras idem murus — ex nostrae serenitatis arbitrio celebratur. Ib. XV. 1. c. 51. — **§. 2.** *Peragere, Exsequi, Administrare.* I. **Sy.** Edere (spectaculum). fr. 16. de usu et usuf. leg. 33. 2. Dare, Praestare (aestimationem). c. 35. §. 3. de donat. 8. 54. III. **Cn.** Rerum venditione celebrata, dotem constituere. fr. 61. §. 1. de iure dot. 23. 3. Contractus sine ulla culpa celebratus. Th. C. III. 1. c. 1. cf. c. 2. sq. de contr. emt. Nominatio magistratuum celebranda. Ib. XII. 1. c. 84. de decurion. XII. 5. c. 1. Quemad. mun. civ. Modicum tempus statuendum est, — ut exactio celebretur. fr. 21. §. 1. de constit. pecun. 13. 5. Formam ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari. Vatic. §. 156. Alioquin haec omnia officio iudicis celebrari oportet. fr. 7. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24. De omnibus rebus hereditariis iudex cognoscere debet, celebrata divisione, ut etc. — **§. 3.** *Cum laudibus recitare, v. nuncupare.* III. **Cn.** Ad sarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent. fr. 18. §. 5. de alim. v. cibar. 34. 1. Recepta auctoritate firmanda sunt, et omni veneratione celebranda, (sc. quae scriptura Pauli continentur). Th. C. I. 4. c. 2. de respons. prud. Vt Scaevolae etc. — omniumque quos illi celebrarunt, — codicum collatione firmentur. Ib. c. 3. l. l.

Celebratio. *Exsecutio solemnis.* III. **Cn.** Quos sine honesta celebratione matrimonii procreatos etc. Ib. IV. 6. c. 7. (Wck.) de natur. fil. Ideo enim et decreti celebratio permissa est, ut etc. Iuliani epit. nov. c. 14. §. 50.

Celebris. (Adiect.) *Clarus, Notus.* III. **Cn.** Si in aliam quam celebrem civitatem, vel provinciae caput, advenerit. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Celeberrimi iuris est, etc. c. 2. si qu. aliqu. test. prohib. 6. 34.

Celebritas. **§. 1.** *Conversatio frequens.* III. **Cn.** Quive, iis praesentibus, — in hominum erit celebritate versatus. Th. C. IV. 8. c. 9. (Wck.) de liberal. c. — **§. 2.** *Caerimonia, Solemnitas.* I. **Sy.** Laetitia, Caerimoniae (Paschae). Ib. IX. 35.

c.

c. 4. de quaestion. IX. 38. c. 4. c. 6. de indulg. crim. III. **Cn.** Pompa, aliaque nuptiarum celebritas. Ib. III. 7. c. 3. de nupt. Nec celebritatem perfidiae suae, vel solemnitatem dirae communionis exerceat. Ib. XVI. 5. c. 12. de haeretic.

Celer. (Adiect.) *Promtus, Expeditus.* III. **Cn.** Celeri redhibitione consulere, v. exsecutione revocari. Ib. IV. 22. c. 4. unde vi. V. 10. c. 1. §. 2. de inquilin. et colon. Celeri reformatione succurri. Ib. IV. 23. c. 1. utrum vi.

Celeres. *Equites, ad custodiam corporis regis R. constituti.* III. **Cn.** Tribunus Celerum, — qui equitibus praeerat, et veluti secundum locum a regibus obtinebat. fr. 2. §. 15. cf. §. 19. de O. I. 1. 2.

Celeritas. *Acceleratio, Continuitas.* III. **Cn.** Cum res damni infecti celeritatem desiderat, et periculosa dilatio Praetori videtur. fr. 1. de damn. inf. 39. 2. Compensanda etenim est heredi libertatis celeritas praematurae pecuniarum solutioni. fr. 41. §. 1. de manum. testam. 40. 4. Celeritate coniungendarum inter se actionum unam actionem occultari. fr. 3. §. 12. de donat. int. V. 24. 1. Studio cautae celeritatis, — quasi a se coeptum, noverint explicandum. Th. C. XV. 1. c. 21. de opp. pub.

Cella. §. 1. *Cubiculum secretum.* III. **Cn.** Si — in ea cella libertus habitavit, cui commune et promiscuum plurium cellarum iter est. fr. 17. §. 15. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Cavea, Apotheca.* III. **Cn.** Cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Cella penuaria, et horreum penuarium. fr. 3. §. 11. cf. §. 8. de penu leg. 33. 9. Cella vinaria et olearia, s. Cella olei et vini. fr. 4. §. 2. ib. 33. 9. fr. 10. §. 4. de usu et habit. 7. 8. Et vina tradita videri, cum claves cellae vinariae emtori traditae fuerint. fr. 1. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2.

Cellararius, s. **Cellarius.** (Subst.) *Servus cellae praepositus.* III. **Cn.** Muliones et institores inter urbana ministeria continentur, — item obsonatores, et vestiarii, et cellararii, et cubicularii etc. Paul. III. 6. §. 72. cf. fr. 12. §. 9. de instr. leg. 33. 7. Qui vel ex artificio, vel officio, — denotati essent; veluti: „dispensator meus, cellarius meus, cocus meus." fr. 24. de manum. testam. 40. 4.

Cellariensis. (Adiect.) *Ad cellam pertinens.* I. **Sy.** Cellaria, Species cellarienses. Th. C. XI. 28. c. 9. c. 16. de indulg. debitor. III. **Cn.** Annonae et cellarienses species. VII. 4. c. 32. de erog. mil. annon. cf. I. 10. c. 3. §. 1. de off. iudicum omn.

Cellarium. §. 1. *Cella.* III. **Cn.** Ex domu mea — diaetam, in qua habitabam, item cellarium iunctum eidem diaetae, ab herede meo concedi volo. fr. 41. §. 1. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Esculenta et potulenta, quae in cellis servantur.* I. **Sy.** Species cellarienses. Cf. v. Cellariensis. III. **Cn.** Annonae, seu cellaria. Th. C. I. 10. c. 3. §. 1. de off. iudicum omn. cf. XI. 28. c. 9. de indulg. debitor. Vinum, quod ad cellarii usus ministrari solet. Ib. XI. 1. c. 6. de annon. et tribut.

Cellarius. Cf. v. Cellararius.

Cellula. *Cella minuta.* III. **Cn.** Quidquid fuerit interiacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus. Ib. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. Qui in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque discipulos circumferre consueverunt. Ib. XIV. 9. c. 3. de stud. liberal. urb. R. Qui aliquid ex his horreis, cellulisve — ausi fuerint vindicare. Ib. XIV. 15. c. 4. §. 1. de can. frum. urb. R.

Celsitudo. *Titulus, tam Imperatori ipsi, quam superioribus magistratibus, adtributus.* III. **Cn.** Quis enim patiatur, — Imperatoriam celsitudinem — non valere etc. §. 4. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. c. 5. de Coss. 2. 3. Continuo alium idoneum, vel tuae celsitudinis testimonio, vel nostro dirigamus arbitrio. Th. C. I. 6. c. 6. (Wck.) de off. Prf. Vr. Illustris et magnificae celsitudinis tuae adeundam potestatem. Ib. IX. 1. c. 15. de accus. et inscr.

Celsus. (Subst.) *Nomen duorum I. Ctorum, patris et filii.* III. **Cn.** Pegaso (sc. successit) Celsus; patri Celso, Celsus filius. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Et Aristoni, et Celso patri placuit. fr. 39. mand. 17. 1. Sed Celsus filius ait etc. fr. 6. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 29. pr. de evict. 21. 2. Et Celsus adolescens scribit, — quam quidem (sc. sententiam) et Iulianus sequitur. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. Celsus scribit. — Et refert, patrem suum Celsum existimasse etc. fr. 3. §§. 6. sq. de condict. caus. dat. 12. 4. cf. fr. 20. fr. 29. pr. de legat. I. (30.)

Celsus. (Adiect.) *Excelsus, Praecellens.* I. **Sy.** Honorati, Celsiores (viri). c. 2. sq. de off. div. iudicum. 1. 48. III. **Cn.** Celsioris militiae ac fastigii viri. Th. C. XI. 27. c. 8. §. 1. de agent. in reb. XII. 1. c. 88. de decurion. Celsiores viri, et hi quorum nonnumquam iudicio provehuntur. c. 2. de off. div. iudicum. 1. 48.

Cementum. Cf. v. Caementum.

Cenaticum. Cf. v. Coenaticum.

Cenotaphium. *Monumentum, vacuum cadavere.* I. **Sy.** Monumentum memoriae causa factum, (vel ubi nihil reliquarum defuncti inferatur). fr. 42. de religios. 11. 7. II. **Op.** Monumentum (p. se pos.) fr. 2. §. 6. fr. 6. pr. §. 1. fr. 42. ib. 11. 7.

Censere. §. 1. *Opinari, Arbitrari.* I. **Sy.** Existimare. c. 2. Qui et adv. quos. 2. 42. III. **Cn.** Hoc bene censuit Scaevola. fr. 48. pr. mand. 17. 1. Censeo hoc facias. Semet aliquid censuisse. fr. 111. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Constituere, Decernere.* I. **Sy.** Constituere, Praecipere. fr. 111. l. 50. 16. Th. C. XII. 1. c. 171. pr. §. 1. c. 172. §. 1. de decurion. Decernere, Iubere. Ib. l. l. c. 176. III. 17. c. 3. §§. 1. sq. de tut. et cur. III. **Cn.** Efficacissimas eas (sc. quaestiones) ad requirendam veritatem existimo, et habendas censeo. fr. 8. pr. de quaestion. 48. 18. Calliditates amputare properantes, censemus etc. c. 3. de plus petit. 3. 10. Generali lege censemus. Th. C. VIII. 1. c. 15. de numerar. Hac lege censitum est, ut etc. Interpr. ad Nov. Th. II. de alluv. I. 20. c. 1. Ampliss. Ordo censuit, (auctore D. Marco). c. 5. de excusat. 5. 62. Senatum Coss. illis censuisse etc. fr. 4. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 20. §. 6. de

hered. pet. 5. 3. Senatus ita censuit, ex auctoritate (D. Hadriani etc.). Gai. I. 47. 177. 182. II. 254. III. 63. Vlp. XI. 20. 23. XXV. 17. — **§. 3.** *Tractare, Iudicare.* III. **Cn.** Ius, cuius peritia censeri videmus (animalia). fr. 1. §. 3. de I. et I. 1. 1. Manumissoris iure censeri (libertos). fr. 8. de adsign. libert. 38. 4. Legum auctoritate non censeri (privatorum cautionem). fr. 16. de suis et legit. 38. 16. c. 8. de transact. 2. 4. Huiusmodi conventio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus propriis dictae legis substantia muniatur. c. 8. de rer. permut. 4. 64. — **§. 4.** *Exercere, Celebrare, censum.* I. **Sy.** Censum agere, s. agitare. Tab. Heracl. lin. 70. sqq. aer. Neap. Th. C. XIII. 10. c. 5. de cens. s. adscript. Qui libris censualibus detinentur. Quos censos esse constabit. Ib. XI. 1. c. 14. de ann. et trib. III. **Cn.** Mulier, quae ab eo, qui centum millia aeris census est, per legem Voconiam heres institui non potest. Gai. II. 274. Aetatem in censendo significare necesse est. Aetas autem spectatur censendi tempore. fr. 3. pr. de censib. 50. 15. Nec ea quidem — vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus. c. 3. de alluvion. 7. 41. Ad antiquos penates, ubi censiti, atque educati, natique sunt, — redire compellant. c. 6. de agricol. 11. 47.

Censio. **§. 1.** *Census.* III. **Cn.** Neque sui capitis censione, neque uxorum aut etiam liberorum nomine, tributis esse munificos. Th. C. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. — **§. 2.** *Animadversio, Censura.* III. **Cn.** Doctoribus gravi censione multatis etc. Ib. XVI. 5. c. 3. de haeret.

Censitor. *Aestimator praediorum, tributi describendi gratia.* III. **Cn.** Flumina censitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant etc. fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Illam aequitatem debet admittere censitor, ut officio eius congruat relevari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex causis non possit. fr. 4. §. 1. de censib. 50. 15. Si curia sibi censitorem, vel peraequatorem voluerit postulare. Th. C. VI. 3. c. 2. sq. de praed. Senator. cf. XIII. 10. c. 8. §. 1. de censu s. adscr.

Censitus. (Partic.) *Glebae addictus, Censibus adscriptus.* I. **Sy.** Adscripticius, Capite censitus. Iuliani epit. nov. c. 21. §. 79. Censibus adscriptus (colonus). c. 6. de agricol. 11. 47. c. 2. in qu. c. coloni. 11. 49. III. **Cn.** Quemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitosque servos vendi omnifariam non licebit. c. 7. de agric. 11. 47. Coloni originales, quos in locis eisdem censitos esse constabit. c. 4. cf. c. 6. ib. 11. 47.

Censor. **§. 1.** *Magistratus, qui censum populi agebat.* III. **Cn.** Tum, cum censor, aliusve quis magistratus, Romae populi censum aget. Tab. Heracl. lin. 69. sq. 73. aer. Neap. (A) Cens. redemtum habent, Censores queicunque posthac facti erunt etc. Fr. legis Thoriae. Cum census iam maiore tempore agendus esset, — Censores constituti. fr. 2. §. 17. de O. I. 1. 2. fr. 111. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Censitor.* I. **Sy.** Censitor. Th. C. XIII. 10. c. 8. pr. §. 1. de censu s. adscr. III. **Cn.** Censores et peraequatores. Ib. l. l. c. 8. pr.

Censorius. (Adiect.) *Ad locationem vectigalium publicorum, a Censore procurandam, spectans.* I. **Sy.** Vectigalis, Censoria (lex). Fr. de I. F. §. 18. Gai. IV. 28. fr. 15. de publican. 39. 4. fr. 2. §. 20. vi bon. rapt. 47. 8. fr. 203. de V. S. 50. 16.

Censualis. (Subst.) *Tabularum censualium exceptor.* III. **Cn.** Tributorum exactor, vel censualis, vel logographi, vel alii qui publicis functionibus ministeria praebent. Iuliani epit. c. 124. §. 553. Subscribendarii, tabularii, diurnarii, logographi, censuales. Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 1. de cohortal. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. Rom. Censuales, quibus onerosa glebae adfirmatur exactio. Ib. VI. 2. c. 6. cf. c. 5. de Senator. X. 25. c. 1. de privil. dom. Aug.

Censualis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad censum pertinens.* III. **Cn.** Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur etc. fr. 4. pr. de censib. 50. 15. Vinculis censualibus teneri. fr. 4. §. 8. ib. 50. 15. Censualibus paginis adnotari. Professionibus censualibus inseri. Th. C. VI. 35. c. 3. §. 1. de priv. eor. qu. in S. palat. XI. 3. c. 5. sine censu et reliqu. Quibus vel discussionis indago, vel negotium censuale mandatur. Ib. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. administr. Qui acceptandis, sive suscipiendis censualibus professionibus destinantur. fr. 18. §. 16. de mun. et hon. 50. 4. Functiones censuales. Th. C. XI. 28. c. 12. de indulg. debitor. — **§. 2.** *Ad Censuales spectans.* III. **Cn.** Quicunque se — censuali ministerio manciparit. Ib. VIII. 2. c. 4. de tabul. logogr. Censualis adparitio. Officium censuale. Ib. IV. 4. c. 4. de testam. et codic. VI. 4. c. 26. sq. de Praet. et Qu. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R.

Censuarius. Cf. v. Casarius.

Censura. **§. 1.** *Recensio, Inspectio.* III. **Cn.** Omnes omnino iudices, tuae censurae subditos, admonebis. Ib. XII. 1. c. 108. de decurion. Censura tua hanc iudicibus licentiam penitus amputabit, ne aliquid novellum adgrediatur opus. Ib. XV. 1. c. 16. de opp. pub. — **§. 2.** *Magisterium, Principatus.* III. **Cn.** Cum is Quaestor iam gubernatam S. scrinii memoriae, quam epistolarum gubernabat censuram. Nov. 35. c. 1. — **§. 3.** *Sententia recensionis, Nota animadversionis.* I. **Sy.** Coërcitio, Animadversio. Th. C. XVI. 10. c. 20. pr. de pagan. III. **Cn.** Placuit, tam severam animadvertendi esse censuram, ut etc. Ib. IX. 28. c. 1. de crim. pecul. Dignam commotionis subire censuram. Ib. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar. Accelerari exactionem iubebit, aut censurae legum veterum subiacebit. Ib. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. XVI. 6. c. 5. ne S. bapt. Aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet. Ib. I. 7. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. Reddi urbibus debita censura praecipimus (eos curiales, qui etc.). Ib. XII. 1. c. 170. de decurion.

Census. **§. 1.** *Descriptio et aestimatio, tam bonorum quam personarum, solemniter a Censoribus instituenda.* III. **Cn.** Cum Censor, aliusve quis magistratus, Romae populi censum aget. Tab. Heracl. lin. 69. sq. aer. Neap. cf. fr. 2. §. 17. de O. I. 1. 2. Ex formula census, quae Romae — proposita erit. Tab. Heracl. lin. 73. ib. Vindicta, aut censu, aut testamento, manumissione liberari. Gai. I.

17. 44. 138. 140. Vlp. I. 6. Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu Romae iussu dominorum inter cives R. censum profitebantur. Ib. I. 8. — **§. 2.** *Recensio et descriptio tributorum, praesertim agris impositorum.* I. **Sy.** Professio. Th. C. XI. 22. c. 2. ne collat. translat. XI. 28. c. 12. de indulg. debitor. Norma censa. c. 10. de agricol. 11. 47. Collatio. Th. C. XI. 3. c. 1. c. 3. sine censu v. reliqu. Fiscalia. Vatic. §. 35. III. **Cn.** Census et monumenta publica (potiora testibus esse). fr. 10. de probat. 22. 3. Personalia civilia sunt munera: — ad census accipiendos, [al. accipiendum]. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Census et falsae monetae criminis rei. fr. 53. de iudic. 5. 1. Quae post censum edictum nata, aut postea quaesita sunt. fr. 4. §. 9. de censib. 50. 15. Vitia priorum censuum, editis novis professionibus, evanescunt. fr. 2. cf. fr. 4. §. 10. ib. 50. 15. Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur etc. fr. 4. pr. cf. fr. 3. pr. ib. 50. 15. Exaequationes censuum, quas — censorum et peraequatorum officia — probaverant. Th. C. XIII. 10. c. 8. de censu s. adscr. Declinare fidem censuum, et mentiri callide paupertatis ingenium. Ib. XIII. 11. c. 1. de censitor. Qui indigenas, atque ipsius provinciae finibus innutritos, vel adfixos censibus, vel adcrescentibus suis obtulerint iuniores. Ib. VII. 13. c. 6. §. 1. cf. pr. de tiron. Nulli subacta peraequationi, vel censui subiaceant. Ib. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. Vt omnino, qui comparat, rei comparatae ius cognoscat et censum. Vatic. §. 35. Neque liceat alicui rem sine censu comparare, vel vendere. Ib. 1. 1. Descriptionis onus siliquarum IV., quas lucrativis iugationibus tantum, non humanis, vel animalium censibus, neque mobilibus rebus iubemus indici. Nov. Th. II. de h. qu. sponte mun. I. 22. c. 2. §. 12. Nec cuiusquam alterius iuga aut capita Senatorum censibus adgregentur. Th. C. XI. 23. c. 1. de protostas. — **§. 3.** *Modus facultatum.* I. **Sy.** Substantiae. c. 27. de episcop. aud. 1. 4. c. 7. Qu. bon. ced. poss. 7. 71. Facultates, Fortunae. Th. C. X. 10. c. 29. pr. — §. 2. de petition. et ultro dat. Sors censualis. Ib. XI. 23. c. 1. de protostas. III. **Cn.** Addicti censu facultatibusque potiatur. Nov. Maiorian. de sanctimonial. IV. 6. c. 1. §. 4. Pro captu virium, et mediocritate censuum. Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 2. de cohortal. Vt inter reos adnotato non tam censum debeat transferre, sed famam. Ib. X. 10. c. 29. §. 2. de petit. et ultro dat. Omnes, quibus est census angustia. Ib. VI. 2. c. 4. de Senator. Si exiguus sit census hereditatis. c. 22. §. 14. de iure delib. 6. 30.

Centena. *Gradus et dignitatis nomen (in schola agentium in rebus).* I. **Sy.** Dignitas centena. Ib. VI. 27. c. 7. de agent. in reb. III. **Cn.** Perfectissimatus, vel ducenae, vel centenae, vel egregiatus dignitates. Ib. X. 7. c. 1. de Caesarian. VIII. 4. c. 3. de cohortal. Ducena, centena, biarchia. Ib. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. Mag. offic. [al. Ducenaria, centenaria, biarchia. Iust. C. c. 1. eod. 1. 31.]

Centenaria. *Centena.* Cf. h. v. in f.

Centenarius. (Subst.) **§. 1.** *Qui non minus 100,000 HS. in bonis habet.* I. **Sy.** Qui HS. centum millium patrimonium reliquerat. Qui non minus C. aureis habeat substantiam. §§. 2. sq. I. de succ. libertor. 3. 8. III. **Cn.** Si libertus minorem se centenario in fraudem legis fecerit. — Si qua alienaverit in fraudem patroni, adhuc tamen post alienationem maior centenario remaneat. fr. 16. pr. §. 1. de iure patron. 37. 14. — **§. 2.** *Qui centenae dignitate praeditus est.* I. **Sy.** Cui centena dignitas delata. Th. C. VI. 27. c. 7. de agent. in reb. cf. c. 2. §. 19. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. III. **Cn.** Ducenarii, et centenarii, sive sexagenarii. Th. C. XI. 7. c. 1. de exaction. VIII. 10. c. 1. de concuss.

Centenarius. (Adiect.) *Numerum centorum, vel libras C. continens.* III. **Cn.** Qui, intra numerum constituti centenarium, pistrinum — exercent. Vatic. §. 233. Vt magis aut ipsam speciem, — aut aurum, — pro centenario aeris — exsolvat. Th. C. XI. 21. c. 3. de collat. aer.

Centenionalis. *Nummorum species.* III. **Cn.** Praeter pecunias, quas more solito maiorinas, vel centenionales communes adpellant, vel caeteras quas vetitas esse cognoscunt. Ib. IX. 23. c. 1. §. 3. cf. c. 2. si qu. pecun. conflav.

Centenus. (Adiect.) *Numerum centorum HS. explens.* III. **Cn.** De fisco ideo numerari decies centena dotis nomine iussit. fr. 6. §. 1. de usur. 22. 1.

Centesima. (Subst.) **§. 1.** *Vsurarum modus gravissimus, duodecimam sortis partem comprehendens.* III. **Cn.** Vsurae supra centesimam solutae, v. quae centesimam excedunt. Paul. II. 14. §§. 2. 4. Ad finem centesimae, non ultra duplum, debetur. fr. 4. §. 1. de naut. foen. 22. 2. Vsurarum centesima. Vsura centesima, v. centesimae. Vatic. §. 11. c. 8. si cert. petat. 4. 2. c. 1. sq. de usur. rei iud. 7. 54. In duplicium centesimarum usuras conveniri. Th. C. IV. 19. c. 1. pr. eod. Cum centesimis nummus erogatus. c. 4. de aedif. priv. 8. 10. Vsuras usque ad tertiam centesimae pendere. — Data pecunia cum usuris, ex quarta centesimae parte currentibus. — Vsque ad bessem centesimae (stipulationem moderari). fr. 17. §. 1. de usur. 22. 1. c. 12. pr. de petit. hered. 3. 31. c. 26. de usur. 4. 32. — **§. 2.** *Additamentum in metiendo, Epimetrum.* III. **Cn.** Singulas tantum dependant (sc. coloni) centesimas, qui reditus domui nostrae debitos quotannis iuxta consuetudinem arcariis tradunt. Th. C. X. 1. c. 11. de iure fisci.

Centesimus. (Adiect.) *Vltimus ex centum.* III. **Cn.** Ipso die centesimo. — Post diem centesimum, (B. Pnem petere). fr. 1. §. 9. de success. edict. 38. 9. Vlp. XVII. 1. XXVIII. 10. Fr. de I. F. §. 3. fr. 3. unde cogn. 38. 8. Centesimis Calendis dari. fr. 46. pr. de V. O. 45. 1. fr. 21. pr. Qu. dies legat. 36. 2. Vltra centesimum miliarium ab urbe, v. lapidem urbis. fr. 21. §§. 2. sq. fr. 42. de excusatt. 27. 1. Qui Romae, vel intra centesimum, fuerint. Vatic. §. 155. fr. 1. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12.

Centies. *Centum vicibus.* III. **Cn.** Centies aureorum (habere, v. in condito esse). fr. 97. de legat. III. (32.) fr. 88. de V. S. 50. 16.

Cento. *Consuti species, ad incendia restinguenda paratum.* III. **Cn.** Acetum quoque, quod exstinguendi incendii causa paratur, item cen-

tones, perticae, etc. fr. 12. §. 18. de instr. leg. 33. 7.

Centonarii. *Artificum, vel fabrorum, genus.* III. ***Cn.*** In quibuscunque oppidis dendrophori fuerint, centonariorum atque fabrorum adnectantur, quoniam haec corpora frequentia hominum multiplicari expediet. Th. C. XIV. 8. c. 1. cf. c. 2. de centonar. Chiliarchos et centonarios, vel qui sibi plebis distributionem usurpare dicuntur etc. Ib. XVI. 10. c. 20. §. 4. de pagan.

Centum. *Nomen numerale, decies denarium numerum continens.* III. ***Cn.*** Lex Furia Can. iubet testamento a XXX. servis usque ad C. quartam partem liberari posse, a C. usque ad D. partem quintam. Vlp. I. 24. Gai. I. 43. Intra C. dies legi parere. Vlp. XXVII. 1. Intra annum, — Intra C. dies (B. Pnem dari). Ib. XXVIII. 10. Heres esto, cernitoque in C. diebus proximis, quibus scieris poterisque. Ib. XXII. 27. 33. Gai. II. 170. 174. Qui centum millia aeris census est. Ib. II. 274.

Centumviralis. (Adiect.) *Ad Centumviros spectans.* III. ***Cn.*** In centumviralibus iudiciis hasta praeponitur. Ib. IV. 16. Lege agere, — si centumvirale iudicium fit. Ib. IV. 31. Magnitudo et auctoritas centumviralis iudicii. c. 12. pr. de petit. hered. 3. 31. Damnare heredem suum, ne C.virale iudicium exerceat. fr. 30. de liberat. leg. 34. 3.

Centumviri. *Concilium iudicum Romae consistentium, ad privata iudicia certi generis exercenda.* I. ***Sy.*** Centumvirale iudicium. Gai. IV. 31. fr. 13. fr. 17. pr. de inoff. testam. 5. 2. III. ***Cn.*** Iudex tutelaris, itemque C.viri, si aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis instrui non possunt, etc. Paul. V. 16. §. 2. Cum ad C.viros itur. — Si apud C.viros agitur. Gai. IV. 31. 95.

Centuria. *Corpus centum personarum, vel multitudo centum particularum rei in mensuram redactae.* III. ***Cn.*** Qui praefectum centuriae, a latronibus circumventum, deseruerunt. fr. 6. §. 9. de R. M. 49. 16. Qui (in) centuria accensorum velatorum sunt. Vatic. §. 138. Per provinciam proconsularem 9002 centurias, iugera 141 in solvendo, et 5700 centurias, iugera 144½ in removendis etc. Th. C. XI. 28. c. 13. de indulg. debitor. Quae in specie eorum, vel in aere pensitanda sunt ab unaquaque provincia, sive civitate, pro singulis iugeribus sive centuriis. Iuliani epit. nov. c. 124. §. 541.

Centurio. **§. 1.** *Militibus C. praepositus.* III. ***Cn.*** Miles caligatus, vel si quis alius, usque ad centurionem, vel praefectum cohortis, vel alae, vel legionis. fr. 2. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. cf. c. 9. de inoff. testam. 3. 28. — **§. 2.** *Corpori certo municipum adscriptus.* III. ***Cn.*** Quicunque centurionum corpus deseruit, — debitum munus subire cogatur. Th. C. XII. 15. c. 1. de centurion. — **§. 3.** *Centuriae officialium praefectus.* III. ***Cn.*** Centurionum, aliorumque officialium, parva magnaque poscentium, intolerandi impetus oblidantur. Ib. I. 7. c. 1. (Wck.) de off. Rect. Pr. Istos culeos — missus ex officio annonae centurio ad annonam sustulit. fr. 43. §. 1. de pign. act. 13. 7.

Cephalaeota. *Exactor capitationis.* III. ***Cn.*** Cephalaeotae, irenarchae, logographi chomatum, et caeteri liturgi. Th. C. XI. 24. c. 6. §. 7. de patrocin. vicor.

Cera. **§. 1.** *Massa rudis ex favis depressa.* III. ***Cn.*** Pictoris instrumento legato, cera, colores, similiaque horum legato cedunt. fr. 17. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Cerae,* pro: *Tabulae ceratae.* III. ***Cn.*** Vti in his tabulis cerisque [al. cerisve] scripta sunt. Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. Qui in rationibus, tabulis, cerisve [al. cereisve], vel alia qua re, sine consignatione falsum fecerint. fr. 1. §. 4. de L. Cor. de fals. 48. 10. — **§. 3.** *Sigillum caereum.* III. ***Cn.*** Tabulas proprio lino propriaque cera consignare. Gai. II. 181. Supra linum cerae signa imprimere. Paul. V. 25. §. 6.

Ceratus. (Adiect.) *Cera obductus.* III. ***Cn.*** In codicibus membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiae, vel in ceratis codicillis. fr. 52. pr. de legat. III. (32.)

Ceraunium. *Species lapillorum pretiosiorum.* III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: — lapis universus, margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Cercina. *Insula parva, ad promontorium minoris Syrtis sita.* III. ***Cn.*** Instructus (sc. Servius Sulpicius) maxime a Gallo Aquilio, qui fuit Cercinae; itaque libri complures eius exstant Cercinae confecti. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2.

Cerdo. *Nomen proprium servi.* III. ***Cn.*** Cerdonem, servum meum, manumitti. fr. 42. de oper. libertor. 38. 1.

Cerealis. (Adiect.) *Ad Cererem spectans.* III. ***Cn.*** C. Iul. Caesar duos Praetores, et duos Aediles, qui frumento praeessent, et a Cerere Cereales, constituit. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2.

Cerebrum. *Suprema capitis humani pars.* III. ***Cn.*** Nullum — esse, qui penitus non exaudiat, si quis supra cerebrum illius loquatur. c. 10. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

Ceres. *Saturni et Opis filia.* Cf. v. Cerealis.

Cerevisia. Cf. v. Cervisia.

Cereus. (Subst.) *Fax e cera.* I. ***Sy.*** Cerae. Cerei. fr. 3. §. 9. de penu leg. 33. 9. III. ***Cn.*** Etiam thus, et cereos in domesticum usum paratos, (contineri legato). fr. 3. §. 9. l. 33. 9.

Cernere. **§. 1.** *Conspicere, Videre.* III. ***Cn.*** Quod facinus — si contra vetitum cernat admitti. Th. C. VIII. 5. c. 35. §. 2. de cursu pub. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 5. — **§. 2.** *Constituere apud animum suum (de hereditate adeunda).* I. ***Sy.*** Decernere et constituere. Gai. II. 164. Verba cretionis, s. Cretionem, dicere. Vlp. XXII. 28. Th. C. VIII. 18. c. 5. de matern. bon. III. ***Cn.*** Cernendo, aut pro herede gerendo, vel etiam nuda voluntate suscipiendae hereditatis heres fieri. Gai. II. 167. sq. 176. sq. III. 87. Vlp. XXII. 34. cf. 5. Consultat. vet. I. Cti. c. 6. Heres — esto, — cernitoque in C. diebus proximis, — quod ni ita creveris, exheres esto! Gai. II. 165. 172.

174. Vlp. XXII. 27. Quod me P. Titius testamento suo heredem instituit, eam hereditatem adeo cernoque. Gai. II. 166. Vlp. XXII. 28.

Certamen. **§. 1.** *Depugnatio in arena, vel certatio in circo.* III. **Cn.** Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, si quidem in publico certamine etc. fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Inciviliter custodire athletam, et a certaminibus prohibere. fr. 23. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. fr. 6. §. 13. de excusatt. 27. 1. c. 1. de athlet. 10. 53. In scaenam prodire. — In certamina descendere. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Neque thymelici, neque xystici, neque agitatores, nec qui aquam equis spargunt, caeteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deserviunt. fr. 4. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Theatralibus ludis, aut circensium certaminibus, aut ferarum cursibus (vacare). Th. C. XV. 5. c. 2. pr. de spectacul. cf. II. 8. c. 20. c. 23. (Wck.) de feriis. Certamen patriae suae polliceri. fr. 10. de pollicit. 50. 12. cf. fr. 21. §. 3. fr. 24. de ann. legat. 33. 1. Editio certaminis. — Praesidere certamini. fr. 10. l. 50. 12. c. 1. de expens. ludor. 11. 41. — **§. 2.** *Controversiae disceptatio. Lis.* I. **Sy.** Causa. c. 6. de h. qu. ut indign. 6. 35. Disceptatio, Lis. Th. C. X. 10. c. 27. §§. 1. sq. 4. de petit. et ultro dat. III. **Cn.** Omnia litis certamina implere. c. 5. §. 4. de temp. et repar. 7. 63.

Certare. **§. 1.** *Contendere, Pugnare.* I. **Sy.** Exerceri (inter se). fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Desultor currere in equis. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5. fr. 20. pr. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando, quod virtutis causa fiat. fr. 2. §. 1. de aleat. 11. 5. cf. fr. 3. §. 3. de iniur. 47. 10. Athletae, si per omnem aetatem certasse — probentur. c. 1. de athlet. 10. 53. Praemia certantium. fr. 10. de pollicit. 50. 12. Certantibus studiis devotionis exsolvant. Th. C. XI. 7. c. 11. de exaction. — **§. 2.** *Disceptare, Vtrimque tractare.* I. **Sy.** Quaerere, Agitare, Varie tractare. c. 23. §. 1. c. 24. de legat. 6. 37. III. **Cn.** Quod certatum est apud veteres, nos decidimus. c. 3. de posth. hered. 6. 29. Praeiudicio certare. fr. 5. §. 18. de agnosc. et alend. 25. 3. Ipse, de cuius proprietate certatur. Th. C. V. 10. c. 1. §. 2. de inquilin. et colon.

Certatim. (Advb.) *Cum aemulatione.* III. **Cn.** Omnes certatim facta operarum collatione instare debent etc. Ib. XV. 1. c. 23. de opp. pub. XV. 3. c. 4. de itin. mun. Dispositionem — certatim debet omnium praevenire devotio. Nov. Valent. III. de tiron. II. 6. c. 2. pr.

Certatio. *Actus certandi, Contentio.* III. **Cn.** Quod nomen (sc. praevaricatoris) Labeo a varia certatione tractum ait. fr. 4. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 1. pr. de praevaricat. 47. 15.

Certe. (Advb.) **§. 1.** *Profecto, Scilicet.* III. **Cn.** Certe non dubitatur etc. Gai. III. 193. Duo quodammodo sunt testamenta, — aut certe unum est testamentum duarum hereditatum. Ib. II. 180. Feminae certe adgnatae, quae consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu vocantur. Ib. III. 29. Quod puto verius. Certe si quid etc. fr. 6. §. 12. fr. 8. pr. de N. G. 3. 5. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. — **§. 2.** *Saltem.* III. **Cn.** Vel ipso iure, vel certe doli mali exceptione. fr. 29. §. 1. de eviction. 21. 2. Statim, vel certe intra annum. Coll. LL. M. XI. 7. Vel interpretatione, vel certe iurisdictione suppleri. fr. 13. cf. fr. 11. sq. de LL. 1. 3. Cum gratuitam, certe integram et abstinentem omni lucro, praestare fidem deberent. fr. 38. de N. G. 3. 5. Etiam caeteri edere debent, aut certe unius editioni subscribere. fr. 6. §. 1. de edendo. 2. 13. Licet capitis deminutione ius legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent. Gai. III. 27. — **§. 3.** *Certo. Definito modo.* I. **Sy.** Indubitabili signo (demonstrare). fr. 9. §§. 8. sq. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Illud quidem certe, quoquomodo res se haberet, cum domino — agi non posse. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Certiorare. *Certiorem facere aliquem.* I. **Sy.** Manifestum facere. fr. 5. §§. 1. sq. de condict. c. dat. 12. 4. Notum facere. Nunciare. fr. 29. pr. §§. 2. sq. mand. 17. 1. Certiorem facere. Gai. II. 190. fr. 5. §. 8. commod. 13. 6. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. fr. 1. §. 1. de Aed. edict. 21. 1. III. **Cn.** Licet ad aliam rem sint rogati, vel collecti, si tamen ante testimonium certiorentur, ad testamentum se adhibitos. fr. 21. §. 2. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Is, qui nescit, etc. — Sed ubi certioratus retinet etc. fr. 3. §. 6. de hom. lib. exhib. 43. 29. Si poenituerit eum qui tradiderit, et super hoc eum certioraverit. fr. 5. §. 1. de condict. caus. dat. 12. 4. Sin autem nec certioratus est dominus a servo, — nisi si fingit ignorantiam. fr. 1. §. 4. si qu. om. caus. testam. 29. 4. Qui fortasse, si hoc cognovisset, — minoris emturus esset, si certioratus de loco certo fuisset. fr. 39. de A. E. V. 19. 1.

Certus. (Adiect.) **§. 1.** *Exploratus, Indubitatus, Firmus.* I. **Sy.** Palam est. Certo certius est. fr. 17. pr. de testam. tut. 26. 2. fr. 38. §§. 3. 5. de V. O. 45. 1. Indubitatum, Certum. fr. 18. sq. de in ius voc. 2. 4. fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Finitum, Certum (ius). fr. 2. de iur. et fact. ignor. 22. 6. II. **Op.** Incerta opinio. — Consilium certum. Gai. II. 238. Vlp. XXII. 4. Certa, — Dubia (libertas). fr. 24. §. 4. de liberali c. 40. 12. Quaestionis est. — Certum est. fr. 164. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 3. §. 7. de hom. lib. exhib. 43. 29. III. **Cn.** Res certa et indubitata. fr. 1. de transact. 2. 15. In re dubia certius et modestius est, — abstinere. fr. 14. §. 3. de R. N. 23. 2. Vera et certa scientia perfici posse. fr. 76. de R. I. 50. 17. Quae interpretationem certam semper habuerunt. fr. 23. de LL. 1. 3. Eaque (sc. controversia) transactione facta, certa lege finita est. fr. 14. de transact. 2. 15. Populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit. fr. 2. §. 1. de O. I. 1. 2. Certo iure utimur, (et ita Imperatorem decrevisse). fr. 10. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 49. pr. de legat. I. (30.) fr. 1. §. 5. de lib. exhib. 43. 30. Ius certissimum est. Certissimi iuris est. c. 2. de in ius voc. 2. 2. c. 2. de condict. ex c. furt. 4. 8. Quotiens evidens res est, ut certum sit etc. fr. 14. §. 1. ut legat. serv. c. 36. 3. cf. fr. 12. §. 1. de distr. pign.

20. 5. Pecunia, quam tunc, cum contrahitur obligatio, certum est debitum iri. Gai. III. 124. Tunc, cum certum esse coeperit. Eo tempore, quo certum est etc. Ib. III. 11. 13. Paul. IV. 8. §. 11. Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quaestio est. Ib. III. 5. §. 12. — **§. 2.** *Gnarus, Expertus.* II. ***Op.*** Ignorare. — Certus esse. fr. 16. §§. 3. sq. de testam. tut. 26. 2. fr. 42. de R. I. 50. 17. III. ***Cn.*** Si certus sum, non esse, — licet dicatur esse. fr. 30. §. 8. de A. v. O. H. 29. 2. Si ipse servus scierit, — nec ullum impedimentum sit, quominus certiorem dominum faceret. Gai. II. 190. cf. fr. 4. pr. pro suo. 41. 10. Tempore, quo quis — iam de poena sua certus esse poterat. fr. 15. pr. Qui et a qu. man. 40. 9. Qui nondum certus, ad se querelam — pertinere, de aliis causis cum adversariis pacto transegit. fr. 9. §. 3. de transact. 2. 15. Quem pretio recepto certum habemus libenter tali servo cariturum. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Certa autem sum, te pro tua pietate petiturum etc. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. Velim certus sis etc. fr. 60. pr. mand. 17. 1. — **§. 3.** *Singulus, Discretus.* I. ***Sy.*** Singuli. Certi homines. fr. 20. de reb. dub. 34. 7. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Certa, — Vniversa (familia). fr. 65. pr. de legat. II. (31.) Vt non semper, sed ad certum usum, certis temporibus, eo uteretur. fr. 25. de pecul. 15. 1. III. ***Cn.*** Non omnes, sed certi ex his. fr. 8. pr. comm. divid. 10. 3. Non certas personas enumeravit, — sed adiecit clausulam, qua omnes — complexus est. fr. 21. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. c. 5. de. V. S. 6. 38. Ad genus personarum, non ad certas et notas personas pertineat. fr. 39. pr. de cond. et dem. 35. 1. Certarum rerum, vel causarum, testamento tutor dari non potest. fr. 12. de testam. tut. 26. 2. Certis in causis receptum. Gai. III. 173. Nisi certis ex causis, (non valere). Vlp. VII. 1. Legibus certis (permitti). c. 13. de testam. et quemad. 6. 23. Nullius certae civitatis civis. Vlp. XX. 14. — **§. 4.** *Definitus, Descriptus.* I. ***Sy.*** Id, cuius species, vel quantitas, qualis quantaque sit ostenditur. Certum. fr. 6. de R. C. 12. 1. fr. 74. sq. de V. O. 45. 1. Locus, in quem daturum se promisisset. Certus locus. fr. 1. de eo qu. certo loc. 13. 4. II. ***Op.*** Certum, — Infinitum (tempus). fr. 91. de cond. et dem. 35. 1. Alieno arbitrio promissa, — Certa statuta (merces). Gai. III. 142. sq. Certum, — Sub alternatione (dicere). fr. 7. pr. §. 4. de iniur. 47. 10. Pars pro indiviso. — Certus locus. Certis regionibus possessum. fr. 8. de R. V. 6. 1. fr. 25. Qu. mod. ususf. 7. 4. fr. 1. de evict. 21. 2. Certa, — Incerta (pecunia, v. stipulatio etc.). Gai. IV. 49. sq. fr. 28. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 74. sq. fr. 118. §. 2. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Tales sunt servitutes, ut non habeant certam continuamque possessionem. fr. 14. §. 1. de servit. 8. 1. Certus ac finitus viae locus. fr. 6. §. 1. Quemadm. serv. 8. 6. Certa est et utilis (stipulatio). fr. 68. de V. O. 45. 1. Certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum. fr. 18. §. 3. de iniur. 47. 10. Sub certa demonstratione incertae personae legari posse. Gai. II. 238. Vlp. XXIV. 18. Quod pondere, numero constat, et ita si certum sit. Gai. III. 175. Sponsio, v. Actio, s. Condictio, certae creditae pecuniae. Ib. IV. 13. 19. 33. Actione uti: Si certum petetur. fr. 1. pr. de interr. in iure. 11. 1. fr. 1. pr. de cond. tritic. 13. 3. Cum certis et quasi solemnibus verbis. Gai. IV. 97. cf. 83. I. 112. Vlp. IX. 1. XIX. 3. Nullis certis verbis, sed ex solo mandato, (in litem constituitur procurator). Gai. IV. 84. Certae solemnesque actiones. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Certo loci [al. loco] administrare. fr. 19. §. 1. de iudic. 5. 1. Si, ut certo loco vel tempore reddatur commodatum, convenit. fr. 5. pr. commod. 13. 6. In diem certum (legata relinquere, v. dari stipulari). Vlp. XXIV. 31. Gai. III. 124. Certorum dierum, v. Certis diebus, constricta cretio. Ib. II. 171. sq. Vlp. XXII. 27. Certi ponderis, certaeque formae (anulos facere). Gai. III. 147. Pretium certum. Certa merces statuta. Ib. III. 140. 142. sq. 205. Certus modus (manumittendi). Ib. I. 40. 42. Paul. IV. 14. §. 4. Certo generi agrorum (adquiri). fr. 13. pr. de S. P. R. 8. 3.

Cervical. *Pulvinar cervicis.* III. ***Cn.*** Cervicalia quoque vestis nomine continentur. fr. 25. §. 5. de auro arg. 34. 2.

Cervisia. *Potus factus ex variis frugibus, praecipue ex hordeo.* III. ***Cn.*** Certe zythum — non continebitur (sc. vini adpellatione). Simili modo nec camum, nec cervisia continebitur, nec hydromeli. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6.

Cervix. *Colli pars, ab occipitio ad dorsum.* III. ***Cn.*** Si sutor puero — forma calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur. fr. 13. §. 4. locat. 19. 2. cf. fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Earumque (sc. feminarum) cervicibus imposita iuris imperia, velut quaedam iuga, solvimus promiscue omnibus. Th. C. VIII. 16. c. 1. §. 1. de infirm. poen. caelibat. Liberti ingrati — si quadam iactantia, vel contumacia, cervices erexerint. Ib. IV. 11. c. 1. de libert. et eor. liber. Aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet. Ib. I. 7. c. 1. de off. Rect. Pr. cf. IX. 34. c. 10. de famos. libell.

Cerussa. *Plumbum aceto solutum.* III. ***Cn.*** Quae scribendi tabulis, vel encauto et cerussa conscribere detur eis licentia. Ib. VII. 20. c. 1. de veteran.

Cerussatus. (Adiect.) *Cerussa tinctus.* III. ***Cn.*** Aereis tabulis, vel cerussatis, aut linteis mappis scripta — lex. Ib. XI. 27. c. 1. de aliment. qu. inop. par.

Cervus. *Animal notissimum, mirae velocitatis.* III. ***Cn.*** Aprum, aut cervum capere. Foveae ursorum, cervorumque. fr. 62. pr. de usuf. 7. 1. fr. 28. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Cervi mansueti. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Gai. II. 68.

Cerycia. *Insignia pacis, quae praeferuntur a caduceatoribus.* III. ***Cn.*** Sunt sagmina quaedam herbae, quas legati P. R. ferre solent, — sicuti legati Graecorum ferunt ea, quae vocantur cerycia. fr. 8. §. 1. de R. D. 1. 8.

Cespes. Cf. v. Caespes.

Cessans. (Partic.) **§. 1.** *Morosus.* III. ***Cn.*** Herede vel cessante, vel absente, vel verente ne pro herede gerere videatur. fr. 4. de relig. 11. 7. c. 4. de

accus. 9. 2. Si cessante eo, qui pupillus fuit, solvendo esse desierit. fr. 41. pr. de fideiuss. 46. 1. Vnus ex pluribus, — alio cessante, suscipere potest (defensionem). fr. 5. §. 1. iudicat. solvi. 46. 7. fr. 21. de bon. libertor. 38. 2. fr. 4. §. 3. de app. et relat. 49. 1. Filiumfam. suo nomine agere, cum patre cessante Praetor ei agere permittat. fr. 17. §. 20. de iniur. 47. 10. Vt tutores aut curatores dentur, ut officii admoneantur cessantes, excusationes adlegentur etc. fr. 2. de feriis. 2. 12. cf. fr. 5. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Otiosus.* III. **Cn.** Cessantes homines, et egentes, et forte mendicando satis non adquirunt. Iuliani epit. nov. c. 74. §. 271. — **§. 3.** *Deficiens.* III. **Cn.** Cum, cessante dominio, furti actio nascitur. fr. 80. §. 1. de furt. 47. 2. Privilegiis cessantibus caeteris, eorum causa potior habetur etc. fr. 6. §. 5. de decurion. 50. 2. cf. fr. 97. de solut. 46. 3. Cum, cessante cautione, repetitio datur. fr. 17. de petit. hered. 5. 3.

Cessare. **§. 1.** *Quiescere.* I. **Sy.** Vacare (pupillarem pecuniam). fr. 12. §. 4. fr. 13. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Novalis est terra praecisa, quae anno cessavit. fr. 30. §. 2. de V. S. 50. 16. Cessante valetudine, et secuta sanitate. Paul. III. 7. §. 2. Nullam esse (sc. societatem), et ideo cessare partes Praetoris. fr. 16. §. 1. de minor. 4. 4. cf. fr. 10. de eo qu. certo loco. 13. 4. Cessant partes eorum, qui etc. fr. 5. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Moras nectere, Frustrari.* I. **Sy.** Non parere (legi venditionis). fr. 38. pr. de minor. 4. 4. Moram facere. fr. 72. §. 1. de solution. 46. 3. Cessatum. Frustratio. fr. 5. §§. 16. 20. ut in poss. legat. 36. 4. II. **Op.** Paratum esse. fr. 47. de usur. 22. 1. Confestim officio suo, v. partibus suis, fungi. fr. 7. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Si nolit suscipere (pecuniam), vel in suscipienda ea cessaverit. fr. 15. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Si diu in solutione reus cessabit, aut certe bona sua dissipabit. fr. 38. §. 1. mand. 17. 1. Si palam dolo tutoris, vel manifesta negligentia cessatum est. c. 2. arbitr. tut. 5. 51. Ad magistratus officium pertinere, et si cessaverint, ipsos — conveniri. fr. 38. §. 2. ad municipal. 50. 1. Non enim e vestigio in officio deliquit, — praeterire denique aliquid temporis debebit, quo cessasse videatur. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. c. 1. de peric. tut. 5. 38. Ex quo scit, se tutorem datum, si cesset tutor, suo periculo cessat. fr. 1. §. 1. fr. 17. de admin. et peric. 26. 7. Vatic. §. 155. Quoties delator adesse iussus cessat. fr. 2. §. 4. de iure fisci. 49. 14. — **§. 3.** *Deficere, Deesse.* II. **Op.** Esse (in integr. restitutionem). fr. 9. §. 5. de minor. 4. 4. Valere. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Competere (actionem). fr. 40. de nox. act. 9. 4. fr. 17. pr. de act. rer. amot. 25. 2. fr. 1. §§. 3. 10. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Locum esse, s. habere. fr. 9. pr. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 2. §§. 9. sq. ad S. C. Tertull. 38. 17. fr. 10. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Edicto locum non esse, et Vnde Vi interdictum cessare. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Cessat edictum de operis novi nunciatione, et erit transeundum ad interdictum Quod vi aut clam. fr. 1. §. 1. de O. N. N. 39. 1. Sufficit: „vi", quamvis dolus malus cesset. fr. 3. §. 2. fr. 4. §. 2. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. Nulli permittetur, — nisi ei, cui lex permittit, aut lege cessante, Ordo dedit. fr. 3. Qu. cui. univ. nom. 3. 4.

Cessatio. **§. 1.** *Quies, Intermissio, Desertio.* III. **Cn.** Quae ad quotidianam tutelam pertineant, quibus balineae aut instruuntur, aut denique inter solitas cessationum vices parari purgarique — sunt solitae. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) Quae (sc. criminatio), contumacia vel cessatione accusatorum non interveniente, auferri non potuit. c. 4. de accusat. 9. 2. cf. Iuliani epit. nov. c. 74. §. 278. — **§. 2.** *Mora, Frustratio.* I. **Sy.** Cunctatio moratoria. fr. 7. §. 1. fr. 53. de admin. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Si quidem negligentia et nimia cessatio (in administratione tutoris) obiiciatur. fr. 6. ubi pup. 27. 2. Cessationis nomine, in qua quoad vivit moratus est, heredes suos obligatos reliquit. fr. 1. pr. de opp. pub. 50. 10. Nec enim mutuo cessationis periculo, qui nihil gessit, teneri potest. Vatic. §. 228. cf. fr. 57. pr. de admin. et peric. 26. 7. Vt in futurum dumtaxat ex die cessationis crescat usura. fr. 17. pr. de usur. 22. 1. Sine cessatione, sine requie, (protinus ablata redhibebit). Th. C. II. 33. c. 2. eod. Si deserta praedia ob cessationem collationum, vel reliqua tributorum. c. 2. si pr. publ. pensitat. 4. 46. Th. C. XI. 9. c. 2. de distr. pign.

Cessicius. (Adiect.) *Ad cessionem spectans.* I. **Sy.** Is, cui ceditur, s. in iure cessa est (tutela). Cessicius (tutor). Gai. I. 169. sq. Vlp. XI. 7. III. **Cn.** Sed, quantum ad adgnatos pertinet, nihil hoc tempore de cessicia tutela quaeritur. Gai. I. 171. Vlp. XI. 8.

Cessim. (Advb.) *Retrorsum, Retro cedendo.* III. **Cn.** Mulae, quae cessim [al. cessum] dant. fr. 43. pr. de Aed. edict. 21. 1. Quodsi mulae retinere opus nequissent, — et ideo plostrum cessim redisset. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Cessio. **§. 1.** *Abdicatio, Amissio.* III. **Cn.** Nec cessionem metuant facultatum. Th. C. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Beneficium, s. Adiutorium, cessionis. Cessio bonorum. Bonis cedentium cessio. c. 1. sq. c. 4 — 8. Qu. bon. ced. poss. 7. 71. — **§. 2.** *Abalienatio rerum solemnis, coram magistratu P. R.* III. **Cn.** In iure cessio communis alienatio est et mancipi rerum et nec mancipi, quae fit per tres personas, in iure cedentis, vindicantis, addicentis. Vlp. XIX. 9. sq. Gai. II. 24. sqq. Mancipatione, traditione, usucapione, in iure cessione, adiudicatione, lege (singularum rerum dominia nobis adquiruntur). Vlp. XIX. 2. Vatic. §. 51. Et mancipationem et in iure cessionem (recipere etc.). Gai. II. 31. Vatic. §. 50. Per mancipationem, — per in iure cessionem, — deduci usumfr. posse. Ib. §§. 47. 50. Cum aliter quam in iure cedendo id facere (sc. mulier) non possit, nec in iure cessio sine tutoris auctoritate fieri possit. Ib. §. 45. cf. Paul. III. 6. §. 32. — **§. 3.** *Pactitia iuris nostri, vel exercitii eiusdem, in alium translatio.* III. **Cn.** Si prius nocturnae aquae servitus mihi cessa fuerit, deinde postea alia cessione diurnae quoque ductus aquae concessus mihi fuerit.

fr. 17. pr. cf. fr. 9. pr. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Vel sortem et usuras eius (eum praestare debere), — vel nomina eum eorum cessione in id facienda etc. fr. 30. de hered. pet. 5. 3. Si post solutum sine ullo pacto omne, — actiones post aliquod intervallum cessae sint, nihil ea cessione actum. fr. 76. de solut. 46. 3. c. 2. de divid. tutel. 5. 52. — **§. 4.** *Auspicatio, Initium cursus.* III. *Cn.* Heredis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit. fr. 7. pr. Qu. dies legator. 36. 2.

Cessus. (Partic.) [Cf. v. Cedere.] *Interveniente cessione in alterum translatus.* III. *Cn.* Sicut venditionis titulo cessas actiones — ad heredes transmitti permittitur, simili modo et donatas, c. 33. de donat. 8. 54. In procuratore constituendo ad movendas easdem cessas actiones. c. 33. l. 8. 54.

Ceteri. Ceteroquin. Cf. v. Caetera etc.

Chalbane. Cf. v. Galbanum.

Chalcedon. *Bithyniae civitas.* III. *Cn.* Sacerdotes, qui Chalcedone convenerunt. c. 4. de summa trinit. 1. 1. c. 23. de episc. et cler. 1. 3.

Chalcedonensis. (Adiect.) *Ad Chalcedonem spectans.* III. *Cn.* Ephesina synodus, Chalcedonensis etc. c. 8. pr. de haeretic. 1. 5. Iuliani epit. nov. c. 107. §. 373.

Chaldaeus. *Astrologus.* III. *Cn.* Mathematici, chaldaei, harioli, et caeteri qui similem quaestum fecerunt. Coll. LL. M. XV. 2. Chaldaei ac magi, et caeteri quos maleficos — vulgus adpellat. Th. C. IX. 16. c. 4. de malefic.

Charisticon. Cf. v. Chartiaticum.

Charonarius. (Adiect.) *Orcinus.* III. *Cn.* Etsi iniustum — videtur, mulieres ad laticlavum atque insignia procedere, tamen charonariam [al. carbonariam] praeturam iuxta glebam paternae substantiae cognoscere poterunt. Ib. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu.

Charta. **§. 1.** *Tabella papyracea.* III. *Cn.* Quod in albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erit. fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. Tabularum adpellatione chartae quoque et membranae continentur. Paul. IV. 7. §. 6. fr. 1. pr. cf. fr. 4. de B. P. s. t. 37. 11. Librorum adpellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia. fr. 52. pr. cf. §. 4. fr. 76. de leg. III. (32.) Paul. III. 6. §. 87. Chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartae nondum perfectae, continebuntur. fr. 52. §. 6. l. l. (32.) Chartae epistolares, s. ad ratiunculam, vel ad logarium paratae. fr. 3. §. 10. de penu leg. 33. 9. fr. 31. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. — **§. 2.** *Libellus, Scriptum.* I. *Sy.* Scriptio. Th. C. IX. 34. c. 7. c. 10. de famos. libell. — **§. 3.** *Commentarii, Rationes publicae, Monumenta publica.* III. *Cn.* Iuxta inspectorum relationem, et veterum monumenta chartarum. Ib. XI. 28. c. 2. de indulg. debitor. Quicunque ad chartas, vel tabulas, vel quodcunque aliud ministerium, cohortalis optaverit. Ib. VIII. 4. c. 20. de cohortal. Qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius. Ib. VIII. 7. c. 11. de div. offic. Freti (sc. scriniarii) potestate chartarum, rationes eorum (sc. actuariorum) pro sua voluntate perscribunt. Ib. VIII. 1. c. 15. de numerar. Qui sumserint chartarum notitiam, et eodem officio inhaeserint. Ib. c. 7. l. l. Census, qui praesentibus chartis continetur. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1. Legem — esse revocatam, ut de omnium chartis, si iam nota est, auferatur. Th. C. XVI. 2. c. 28. de episc. eccles.

Chartaceus. (Adiect.) *Ex charta factus.* III. *Cn.* Quodsi in codicibus sint (sc. libri), membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiae, vel in ceratis codicillis. fr. 52. pr. de legat. III. (32.)

Chartiaticum. *Quod pro chartis datur officialibus.* III. *Cn.* Debent (sc. pannicularia) ad ea servari, quae iure Praesidum solent erogari, utputa chartiaticum [al. charisticon] quibusdam officialibus inde subscribere, vel, si qui fortiter fecerint milites, inde eis donare. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20.

Chartoprates. *Chartarum venditor.* I. *Sy.* Corporati, ad quos chartae venditio translata est. Chartopratae. c. 1. de collegiat. et chartoprat. 11. 17. (Rubr.)

Chartula. **§. 1.** *Tabella papyracea. Scriptum in qualicunque materia.* I. *Sy.* Charta. Gai. II. 77. cf. §. 33. I. de R. D. 2. 1. Interpr. ad Th. C. IX. 34. c. 1. de famos. libell. III. *Cn.* Quod in chartulis, sive membranis, aliquis scripserit. Gai. l. l. Brevitas chartulae donationi — nihil quidquam derogat. c. 13. de donat. 8. 54. Inter chartulas deportati brevis quidam adseveratur inventus etc. Th. C. X. 16. c. 3. de fisci debitor. — **§. 2.** *Rationum libellus. Acta publica.* I. *Sy.* Chartae, Chartulae (publicae). Ib. VIII. 1. c. 6. c. 15. de numerar. VIII. 2. c. 2. de tabular. logogr. III. *Cn.* Si in officiis publicis, vel ministerio chartularum, atque observatione rationum, inveniuntur. Ib. VII. 22. c. 8. de fil. milit. adpar. cf. C. Iust. c. 1. §. 7. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Chartularius. *Qui chartas publicas tractat.* I. *Sy.* Qui chartas publicas administrat. Th. C. VIII. 1. c. 6. de numerar. III. *Cn.* Cornicularius, et chartularius, primiscrinius, et numerarius. c. 12. de numerar. 12. 50. In iisdem instrumentis solum numerarium eiusdem dioeceseos, eiusque adiutorem et chartularium subscribere. c. 10. §. 2. ib. 12. 50. Oeconomi et orphanotrophi, et caeterorum locorum administratores, et cuiuscunque loci chartularii. Iuliani epit. nov. c. 111. §. 409. sq. Priores numeri, et chartularii scrinii. Schola chartulariorum. Ib. 108. §. 387. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Chasma. *Collapsus terrae, Vorago.* I. *Sy.* Si ruant (praedia). Si chasmate perierunt. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. III. *Cn.* Cum — inundatione aquarum, aut chasmate, aliove quo casu, pars fundi interierit. fr. 10. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. cf. fr. 11. §. 5. l. 4. 4. fr. 4. §. 1. de censib. 50. 15.

Chelonia. *Oculus indicae testudinis.* III. *Cn.* Species pertinentes ad vectigal: — margarita, — hyacinthus, smaragdus, — beryllus, chelonia, [al. chelyniae], (opera) Indica. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Chersonesitanus. (Adiect.) *Ad civitatem Cher-*

Chersonesum spectans. III. **Cn.** Chersonesitanae civitatis episcopus. Th. C. IX. 40. c. 24. de poen.

Chiliarches. *Catervae mille plebeiorum praefectus.* III. **Cn.** Chiliarchas insuper, et centonarios, vel qui sibi plebis distributionem usurpare dicuntur, censuimus removendos. Ib. XVI. 10. c. 20. §. 4. de pagan.

Chirographarius. (Adiect.) *Chirographo munitus.* II. **Op.** Privilegiarius (creditor). fr. 24. §. 2. fr. 38. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. III. **Cn.** Instrumentum, Debitum, chirographarium. Pecunia chirographaria. c. 17. si cert. petat. 4. 2. c. 1. et. ob chirogr. pec. 8. 27. Adversus eum experiri pro chirographario debitore. c. 7. de novation. 8. 42. Creditor chirograph. si — per vim debitoris sui pignora, cum non habuerit obligata, ceperit. Paul. V. 26. §. 4.

Chirographum. *Scriptura, manu propria signata. Cautio privatorum.* I. **Sy.** Instrumentum. fr. 52. pr. de A. E. V. 19. 1. fr. 41. §. 2. de usur. 22. 1. fr. 26. §. 1. de pignor. 20. 1. Tabula, vel cautio. fr. 27. pr. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Proprio chirographo adnotare, quis et cuius testamentum signaverit. fr. 30. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Si tibi codicem commodavero, et in eo chirographum debitori tuo cavere feceris. fr. 5. §. 8. commod. 13. 6. Quoties quis neque testamento neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione et chirographo obligaret se ad praestandum ei, qui capere non potest. fr. 3. pr. cf. §. 3. de iure fisci. 49. 14. Mulier res, quas solet in usu habere, — in libellum solet conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, — et velut chirographum eius uxor retinet. fr. 9. §. 3. de iure dot. 23. 3. Eum, qui chirographum legat, debitum legare, non solum tabulas. fr. 44. §. 5. de legat. I. (30.) fr. 59. de legat. III. (32.) Quidquid mihi aut chirographis aut rationibus debitor est. fr. 31. §. 4. de liberat. leg. 34. 3. Sive chirographum eo nomine dederit, sive nuda pollicitatione repromiserit. fr. 10. pr. de h. qu. ut indign. 34. 9. Si quis alienum chirographum imitetur, aut libellum. fr. 23. de L. Cor. de fals. 48. 10. Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas — deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit. Paul. V. 25. §. 5. Praeterea litterarum obligatio fieri videtur chirographis et syngraphis, i. e. si quis debere se, aut daturum se scribat. Gai. III. 134. Chirographa tua, ex quibus iam nihil peti potest, et instrumenta ad eum contractum pertinentia. c. 9. ad exhib. 3. 42. cf. fr. 18. eod. 10. 4. Instrumenta, vel chirographa, acta etiam ad ius privatorum pertinentia. fr. 45. §. 4 de iure fisci. 49. 14. Chirographa tributorum a debitore retro solutorum. fr. 52. pr. de A. E. V. 19. 1. Moram facere in chirographo securitatis edendo. c. 4. de collat. fund. 11. 64.

Chius. Cf. v. Aufidius.

Chlamys. *Genus vestimenti aperti, tam militaris quam pagani.* III. **Cn.** Fortissimis militibus — pro singulis chlamydibus singulos solidos dari. Th. C. VII. 6. c. 4. de milit. veste. Nullus Senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed, chlamydis terrore deposito, quieta colobiorum ac penularum induat vestimenta. Ib. XIV. 10. c. 1. pr. de habitu quo uti op. cf. I. 15. c. 16. (Wck.) de off. Vicar. Puerilia sunt vestimenta, — veluti togae praetextae, aliculae, chlamydes, pallia. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Choma. *Agger, Moles terra adgesta, qua coërcetur aqua.* I. **Sy.** Aggeres, qui solent aquam Niloticam continere, s. Aggeres Nilotici. Chomata (et diacopi, qui in aggeribus sunt). fr. 10. de extr. crim. 47. 11. III. **Cn.** Cephalaeotae, irenarchae, logographi chomatum, et caeteri liturgi. Th. C. XI. 24. c. 6. §. 7. de patroc. vicor.

Chorus. *Corpus cantantium, vel saltatorum.* III. **Cn.** Si chorus, aut familia legetur. — Cum eiusdem generis plures res simul veniant, veluti comoedi, vel chorus. fr. 79. pr. de legat. III. (32.) fr. 34. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Christianitas. §. **1.** *Religio christiana.* I. **Sy.** Fides christianorum. Veneratio christiana. Th. C. XII. 1. c. 112. de decurion. XVI. 8. c. 19. de Iud. III. **Cn.** Qui nomen christianitatis induti, sacrificia fecerint. Ib. XVI. 7. c. 7. §. 3. de apostat. Christianitatem sectantes. Ib. l. l. c. 7. §. 1. — §. **2.** *Vniversitas christianorum.* I. **Sy.** Christiani ac fideles. Tota christianitas. Ib. XV. 5. c. 5. de spectac. III. **Cn.** Consecratio episcopi fiat ante omnem populum christianitatis. Iuliani epit. nov. c. 6. §. 24. — §. **3.** *Clericatus.* I. **Sy.** Votum christianae legis. Th. C. XVI. 2. c. 16. de episcop. III. **Cn.** Christianitatis obtentu, curialium se consortio separare. Ib. XII. 1. c. 123. pr. de decurion. cf. XVI. 8. c. 26. de Iud.

Christianus. (Subst.) §. **1.** *Fidei christianae cultor.* III. **Cn.** Hanc legem sequentes christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti. Ib. XVI. 1. c. 1. §. 1. de fide cathol. Christianus, vel cuiuslibet sectae homo. Ib. XVI. 8. c. 22. de Iud. Christiani ac fideles, qui ad paganos ritus cultusque migrarunt. Ib. XVI. 7. c. 2. pr. cf. c. 1. de apostat. — §. **2.** *Clericus.* III. **Cn.** Decuriones qui, ut christiani, declinant munia. Ib. XII. 1. c. 50. pr. de decurion. Vt facilis executio proveniat, christianos proximorum locorum volumus huius rei sollicitudinem gerere. Ib. V. 5. c. 2. §. 4. de postlimin.

Christianus. (Adiect.) *Ad doctrinam Iesu Christi spectans.* III. **Cn.** In qua (sc. regionis parte) populos christianae religionis doctrinae insinuatione moderantur (sc. episcopi). Ib. IX. 40. c. 16. §. 2. de poen. Veneranda lex christiana. Ib. XVI. 8. c. 13. de Iud. Fides christiana. Ib. l. l. c. 18. sq.

Christus. *Vnigenitus dei filius, humani generis salvator.* I. **Sy.** Omnipotens deus, et Christus filius. Pater et filius. Ib. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeretic. Iust. C. c. 1. pr. c. 2. §. 1. de summa trinit. 1. 1. III. **Cn.** Dominus et deus noster Iesus Christus. Salvator Christus. c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 1. nem. lic. sign. 1. 8.

Chrysanthianus. (Adiect.) *Secundum Chrysanthium, Sardis sacrorum praefectum, cognominatus.* III. **Cn.** Cum erat certa pecunia — reipub. Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chrysanthiani. fr. 24. de ann. legat. 33. 1.

Chrysolithus. *Gemma coloris aurei.* III. ***Cn.*** Quod gemmae essent perlucidae materiae, veluti smaragdi, chrysolithi, amethysti. fr. 19. §. 17. de auro arg. 34. 2.

Cibariae. v. **Cibarium.** *Res ad cibum, vel pabulum, necessariae.* I. ***Sy.*** Alimenta. fr. 39. §. 2. fam. ercisc. 10. 2. fr. 12. fr. 13. pr. §. 1. fr. 15. §§. 1. sq. fr. 16. pr. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Diaria. fr. 20. §§. 1. 3. fr. 21. ib. 34. 1. III. ***Cn.*** Fundo cum omni instrumento — legato, semina quoque et cibaria debebuntur. Paul. III. 6. §. 43. cf. §. 37. Frumentum et vinum ad cibaria paratum. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. Quae vir cibaria uxoris familiae, iumentisve praestiterit. fr. 31. §. 10. cf. fr. 58. §. 1. de donat. int. V. 24. 1. fr. 29. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2. Cibaria, quaeque alia praestabam. fr. 19. de alim. v. cibar. 34. 1. Si aut in opsonio, aut in unguentis, aut in cibariis familiae, donatam sibi pecuniam impenderit. fr. 31. §. 9. de donat. int. V. 24. 1. Cibaria, et vestitus, et habitatio. fr. 6. fr. 16. §. 2. de alim. v. cib. 34. 1. Et cibaria et vestiaria ab herede percipiant. fr. 4. pr. §. 1. fr. 9. §. 1. ib. 34. 1. Cibarias, v. Cibarii nomine, praestare etc. fr. 5. fr. 15. §§. 1. sq. ib. 34. 1. Coll. LL. M. X. 2. Sumtus, qui extra cibaria, in iter vel navigationem faciendi sunt. fr. 10. de R. V. 6. 1.

Cibus. *Esca, Pabulum.* I. ***Sy.*** Cibaria. Cibus et potus. fr. 1. §. 19. fr. 4. §. 1. de ventre in poss. 37. 9. II. ***Op.*** Habitatio, vestiarium, calciarium. — Cibus tantum. fr. 21. de alim. v. cibar. 34. 1. III. ***Cn.*** Cibum, potum, vestitum, tectum (praestare). fr. 1. §. 19. de ventre in poss. 37. 9. fr. 1. §. 4. de mun. et hon. 50. 4.

Cicatrix. *Vestigium vulneris, vel ulceris.* III. ***Cn.*** Cicatricibus deformare (servum). Cicatricum, aut deformitatis, aestimatio. fr. 17. §. 1. de usuf. 7. 1. fr. 7. de h. qu. effud. 9. 3. Qui cicatricem evidentem et periculosam habebat, vel in capite etc. fr. 14. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. Defessae aetatis aut corporis aegritudo, aut gloriosorum vulnerum cicatrices. Th. C. VII. 20. c. 12. §. 1. de veteran.

Cicero. *Oratorum apud Romanos celeberrimus.* I. ***Sy.*** M. Tullius. fr. 7. §. 4. Qu. ex c. in poss. 42. 4. fr. 96. pr. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Cicero in oratione pro Cluentio Avito. fr. 39. de poen. 48. 19. Oratio eius (sc. Ciceronis) pulcherrima, quae inscribitur: pro Q. Ligario. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2.

Cicuta. *Herba venenosa.* III. ***Cn.*** Vt pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum — dederint, poena teneantur huius legis. fr. 3. §. 3. ad L. Cor. de sicar. 48. 8.

Cilicia. *Regio Asiae minoris.* III. ***Cn.*** Per provincias Mesopotamiam, Osdroënam, Euphratensem, Syriam secundam, Phoeniciam Libanensem, Ciliciam secundam etc. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. Ab Aegyptiaco, vel Libyco limite, vel Orientali tractu, usque ad utrasque Cilicias numerando. c. 5. pr. de temp. et repar. 7. 63. Legatus provinciae Ciliciae. Praeses Ciliciae. fr. 3. §. 1. de testib. 22. 5. Th. C. XII. 6. c. 5. de susceptor.

Cilicium. (Adiect.) *Texturae genus, ex lana hircorum.* III. ***Cn.*** Vela Cilicia, — quae ideo parantur, ne aedificia vento vel pluvia laborent. fr. 12. §. 17. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 17. §. 4. de A. E. V. 19. 1.

Cimeliarcha. *Custos vasorum pretiosorum.* III. ***Cn.*** Viri rever. oeconomi, vel cimeliarchae S. ecclesiae, in qua pecuniae deponuntur. c. 10. §. 1. de bon. auct. iud. 7. 72.

Cimeliarchium. *Locus, in quo pretiosa supellex servatur.* III. ***Cn.*** Praesentibus tabulariis signare, et in cimeliarchio S. ecclesiae — deponere. c. 10. §. 1. l. 7. 72. c. 20. §. 1. de agricol. 11. 47.

Cincia. *Nomen legis muneralis.* III. ***Cn.*** Contra legem Cinciam facta donatio. Vatic. §. 294. cf. §. 266. In donatione rei tributariae circa exceptam et non exceptam personam legis Cinciae nulla differentia est. Ib. §. 293. cf. Th. C. VIII. 12. c. 4. de donation. Perficitur donatio in exceptis personis sola mancipatione, vel promissione, quoniam neque Cinciae legis exceptio obstat, neque in factum. Vatic. §. 310. cf. §. 266.

Cinctus. (Subst.) *Ambitus, Circuitus.* III. ***Cn.*** Vt inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, et post loca publica, et ianuas primas ecclesiae, quidquid fuerit interiacens. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl.

Cinctus. (Partic.) *Cingulo ornatus.* II. ***Op.*** Sine cingulo. c. 2. ut dignit. ord. 12. 8. Privatus. Interpr. ad Paul. I. 5. §. 2. III. ***Cn.*** Nudus quaerat, linteo cinctus, lancem habens. Gai. III. 192. Tergeminos Senatores cinctos vidimus Horatios. fr. 3. si pars hered. 5. 4. Si telis cincti, quovis ecclesiae loco etc. Th. C. l. l. c. 4. §. 3. Non ignominiae causa missus (miles) rursum cinctus est in alia militia. fr. 38. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Illustres in S. nostro consistorio cincti. c. 2. ut dignit. ordo. 12. 8.

Cingere. **§. 1.** *Circumdare, Claudere.* III. ***Cn.*** Lege Iulia de vi privata tenetur, — quive cum telo in publico fuerit, templa, portas, aliudve quid publicum, armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupaverit. Paul. V. 26. §. 3. Vrbs est Roma, quae [al. qua] muro cingeretur. fr. 87. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Circumcidere.* III. ***Cn.*** Arbores cingi, subsecari, caedi. fr. 7. §. 4. arbor. furt. caes. 47. 7. Redemtor silvam ne caedito, neve cingito, neve deurito, neve quem caedere, cingere, urere sinito. fr. 29. locat. 19. 2. Quicunque nummos aureos partim raserit, partim cinxerit, [al. tinxerit], vel finxerit. fr. 8. de L. Cor. de fals. 48. 10. — **§. 3.** *Cingulo induere, ornare.* III. ***Cn.*** Veste legata, ea cedunt, quae — induendi, operiendi, cingendi, sternendi, iniiciendique causa parata sunt. Paul. III. 6. §. 79. Filiusfam. equestri militia exornatus, et in comitatu Principum retentus, cingi confestim iussus. fr. 43. de milit. test. 29. 1. Th. C. VII. 22. c. 5. de fil. milit.

Cingulum. *Insigne militiae, vel dignitatis.* I. ***Sy.*** Ordinis nomen. Militia. Ordo et fructus militiae. c. 5. Qui milit. poss. 12. 34. Th. C. IX. 38. c. 11. de indulg. crim. Sacramentum. Ib. XII. 1.

c. 147. c. 181. §. 1. de decurion. II. **Op.** III. VV. militantes, seu sine cingulo constituti. c. 11. de iniur. 9. 34. III. **Cn.** Sumere cingulum, et militiae ordinem tenere. Th. C. VIII. 1. c. 11. de numerar. cf. VI. 30. c. 18. de palat. S. largg. Quisquis cinguli sacramenta desiderat. Ib. VII. 2. c. 2. Qu. prob. deb. ad quamc. milit. Paternam teneant sub cingulo viliore fortunam. Ib. I. 12. c. 4. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Quibus illustris dignitas cum cingulo, vel citra cingulum pro solo honore, delata est. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §. 4. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 2. Qui vetitis se infulis dignitatum, et cingulis penitus denegatis munisse dicuntur. Th. C. X. 20. c. 14. de murileg. cf. X. 26. c. 1. de cond. et hom. dom. Aug.

Cinis. *Cineres*, pro: *Reliquiae cadaverum ustorum.* III. **Cn.** Vt ossa et cineres collecta sepulturae tradi possint. fr. 1. de cadav. punit. 48. 24. Horribilem violentiam defunctorum cineribus inferri. Nov. Valent. III. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. pr. cf. §. 1.

Cinnamomum. *Frutex odoratus.* III. **Cn.** Cinnamomum, piper longum, piper album, — costum, — amomum, — aroma Indicum etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Circa. (Praeposit.) §. 1. *Iuxta, Prope, Circum.* III. **Cn.** Emit lacum, — et circa eum lacum pedes X. fr. 69. de contr. emt. 18. 1. Opus facere, ripae, agrive qui circa ripam est, tuendi causa. fr. 1. pr. de ripa mun. 43. 15. Circa fana bacchari. fr. 1. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. Circa columnas aut stationes se occultare. fr. 7. §. 13. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Dolia, vasa, ancones, calices, trullae, quae circa coenam solent traiici. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. Si zonam circa se habuerit. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. Qui provinciam regunt, quive circa eos sunt. fr. 33. de R. C. 12. 1. Qui circa Principem sunt occupati. Qui circa latus Principum agerent. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 30. pr. de excusatt. 27. 1. Vsus sui gratia, — et amicorum eius, et clientium, et universorum quos circa se habet. fr. 3. §. 6. cf. pr. de penu leg. 33. 9. fr. 14. §. 7. de bon. libert. 38. 2. — §. 2. *Intra.* I. **Sy.** Intrinsecus. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. §. 3. de h. qu. ad eccl. II. **Op.** Extra. Ib. l. l. c. 4. §. 3. — §. 3. *In, Super, Erga.* I. **Sy.** Inter. fr. 57. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. In. fr. 2. fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. fr. 32. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 20. de fideic. libb. 40. 5. fr. 1. §. 3. de iure fisci. 49. 14. Erga (aliquem facta donatio). fr. 5. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Si quid circa arbores fiat. fr. 7. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Facultas data circa etc. Licet circa etc. fr. 57. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 44. §. 1. de liberali c. 40. 12. Dicere, Spectare, circa etc. fr. 57. de cond. et dem. 35. 1. fr. 160. de V. S. 50. 16. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. fr. 32. §. 3. de usur. 22. 1. Observari, Custodiri, circa etc. Vatic. §. 125. fr. 27. §. 11. ad L. Aqu. 9. 2. c. 3. Qui legit. person. 3. 6. Iudex datus circa (compromissum). fr. 23. pr. de app. et relat. 49. 1. Occupati circa (rem rusticam). fr. 1. pr. de feriis. 2. 12. Dissentire, Errare, circa etc. fr. 36. de A. R. D. 41. 1. fr. 35. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Evenire plerumque solet circa (inofficiosi querelam). fr. 24. de inoff. testam. 5. 2. Ineptae defunctorum voluntates circa (sepulturam). fr. 113. §. 5. de legat. I. (30.) Probe se agant circa (omne negotium suum). fr. 1. §. 9. de off. Prf. Vr. 1. 12. Levis mulier, vel admodum iuvenis, vel nimia circa maritum. fr. 22. §. 7. solut. matrim. 24. 3. Terribilis circa (ministros). fr. 22. §. 7. l. Patientem, — Diligentem, esse circa etc. fr. 9. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 61. §. 5. de furt. 47. 2. Fides circa (nostras iussiones). Prooem. Inst. §. 3.

Circensis. (Adiect.) *Ad circum spectans, ludosque ibi celebrandos.* II. **Op.** Scaenici, s. Scaenicorum, Theatrales, s. Theatrorum, — Circenses, s. Circensium, (ludi, v. voluptas etc.). fr. 122. pr. de legat. I. (30.) Th. C. VI. 4. c. 2. c. 4. de Praet. et Qu. XV. 5. c. 2. c. 5. de spectac. III. **Cn.** Si forte auriga fuit, cui usus equorum relictus est, non puto eum circensibus his usurum. fr. 12. §. 4. de usu et habit. 7. 8. Equorum circensium spectacula. fr. 1. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Ludorum, vel circensium, vel agonum origo. Th. C. XVI. 10. c. 3. de pagan.

Circiter. (Praeposit.) *Circa, In, Super.* III. **Cn.** Navarchorum coetus circiter provincias Orientis. Ib. XIII. 5. c. 32. de navicular. Cesset rescriptorum irenarchas circiter inconvulsa simplicitas. Ib. XII. 14. c. 1. de irenarch.

Circitor. §. 1. *Qui circumforaneam exercet negotiationem.* I. **Sy.** Quibus vestiarii vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam. Circitores. fr. 5. §. 4. de institor. act. 14. 3. — §. 2. *Equitum genus.* III. **Cn.** Ducenarius, — centenarii, — circitores. c. 2. §. 19. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Th. C. VI. 27. c. 3. pr. de agent. in reb.

Circitorius. (Adiect.) *Ad circitores spectans.* III. **Cn.** Quodsi quis duos equos habeat, vel unum idoneum, et servum unum, cum circitoria militet dignitate etc. Ib. VII. 22. c. 2. §. 2. de fil. militar.

Circuire. (Cf. Circumire.) §. 1. *Ambire, Peragrare.* III. **Cn.** Circuire civitates, et inspicere eas. Iuliani epit. nov. c. 27. §. 99. — §. 2. *Circumvenire, Fallere.* III. **Cn.** Cum forte largitatem nostram aviditas circuit postulantium. Th. C. X. 10. c. 11. de petit. et ultro dat.

Circuitio. *Decursio.* III. **Cn.** Insecuti temporis circuitione repraesentabitur (instaurandi agonis voluptas). c. 1. de expens. ludor. 11. 41.

Circuitus. (Subst.) §. 1. *Circumcirca patens aditus.* III. **Cn.** Si amplum quid aedificari testator iusserit, veluti in circuitum [al. circum] porticationes. fr. 37. §. 1. de relig. 11. 7. — §. 2. *Ambages.* I. **Sy.** Prolixitas, Ambages. c. 7. §§. 4. 8. de curat. fur. 5. 70. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47. III. **Cn.** Nisi forte mallet legatarius, circuitu sublato, heredi caveri. fr. 5. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Non ex quibusdam machinationibus, et immodicis perversionibus, in circuitus inextricabiles redigatur. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47. Multa vitia stipulationum, multas ambages, scrupulososque circuitus correximus. c. 4. §. 6. de rec. arbitr. 2. 56. Omnem quidem obscuritatem et inextricabilem circuitum tollamus. c. 7. §§. 4. 8. de cur. fur. 5. 70.

Circulator. *Circumforaneus, Circitor.* III. *Cn.* Circulatores, qui serpentes circumferunt et proponunt. fr. 11. de extr. crim. 47. 11.

Circulus. §. 1. *Orbis.* I. *Sy.* Scriptis in orbem servis libertas data. In circulo adscripta (servorum manumissio). Gai. I. 46. cf. Epit. Inst. Gaii I. 2. §. 2. — §. 2. *Margo.* III. *Cn.* Qui mensuram circuli exterioris adraserit, ut ponderis minuat quantitatem. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circul. — §. 3. *Corona hominum, Coetus.* III. *Cn.* Nullis circulis coëant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant. Ib. XVI. 5. c. 11. sq. de haeretic.

Circum. (Praepos.) *Circa, Iuxta.* III. *Cn.* Quos paterfam. circum se ipse, sui cultus causa, haberet. fr. 60. §. 1. de legat. III. (32.)

Circumactus. (Partic.) *Transactus.* III. *Cn.* Circumacto anni tempore. Th. C. VII. 4. c. 27. de erog. milit. annon.

Circumambulare. *In circuitu ambulare.* III. *Cn.* Non utique — omnes glebas circumambulet, sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire. fr. 3. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2.

Circumcelliones. *Haereticorum species.* III. *Cn.* Omnes Donatistae, tam sacerdotes quam clerici laicique, — negotiatores, — plebeii, — circumcelliones. Th. C. XVI. 5. c. 52. pr. de haeretic.

Circumcidere. §. 1. *Circumputare.* I. *Sy.* Coërcere, Compescere (ramos arborum). Paul. V. 6. §. 13. fr. 1. §§. 7. sqq. de arbor. caed. 43. 27. — §. 2. *Praecidere, Exsecare* (praeputium). III. *Cn.* Cives R., qui se Iudaico ritu, vel servos suos, circumcidi patiuntur. Paul. V. 22. §§. 3. sq. fr. 11. pr. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. — §. 3. *Resecare, Amputare.* I. *Sy.* Praetermittere. Th. C. I. 1. c. 5. sq. (Wck.) de const. Princ.

Circumcludere. *Definire, Circumscribere.* I. *Sy.* Coarctare. c. 23. pr. de SS. eccl. 1. 2. III. *Cn.* Lex Papia, ius antiquum — suis machinationibus et angustiis circumcludens. c. 1. pr. de caduc. toll. 6. 51.

Circumcolere. *Adcolere.* I. *Sy.* Adcola. Adcolens, Circumcolens. fr. 1. §. 1. de fluminib. 43. 12. fr. 1. §. 4. ne qu. in flum. pub. 43. 13.

Circumdare. §. 1. *Includere, Cingere.* III. *Cn.* Servi, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt. Paul. III. 5. §. 8. — §. 2. *Circumvenire, Deterrere.* III. *Cn.* Cui si, per impugnantium profectionem circumdato, ad comitatum pergere aut pervenire liberum — non fuerit etc. Th. C. X. 10. c. 27. §. 3. de petit. et ultro dat.

Circumducere. §. 1. *Cingere, Circumdare.* III. *Cn.* Si proponas, vel unum linum tenere, si ter forte vel quater linum esset circumductum. fr. 1. §. 11. de B. P. s. t. 37. 11. — §. 2. *Circumferre, Celebrare.* I. *Sy.* Frequentare. §. 3. I. de libertin. 1. 5. c. 1. de dediticior. libert. 7. 5. III. *Cn.* Nec in usu esse reperimus, sed vanum nomen huius libertatis circumducitur. c. 1. l. l. 7. 5. — §. 3. *Abrogare, Insuper habere.* III. *Cn.* Electionem deferant, utrum malit cognitionem circumduci, an audita causa sententiam proferri. fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. Acta apud se habita — potest iubere ea die circumduci. fr. 45. pr. de re iud. 42. 1. fr. 22. de app. et relat. 49. 1. Tum circumducendum erit edictum peremtorium, neque causa cognoscetur. — Circumducto edicto videamus an etc. fr. 73. §§. 1. sq. de iudic. 5. 1. — §. 4. *Circumvenire, Decipere.* I. *Sy.* Circumscribere, Circumvenire. Paul. V. 5. A. §. 10. fr. 33. de re iud. 42. 1.

Circumductio. §. 1. *Facultas circumeundi, Circumlustratio.* III. *Cn.* Si eos forte adsertio defecerit, circumductio praebeatur, adsertorem quaeri titulo per litteras indicante. Th. C. IV. 8. c. 1. pr. cf. §. 1. c. 5. pr. §. 1. (Wck.) de liberali c. — §. 2. *Ambages.* III. *Cn.* In emancipationibus vanam observationem custodiri, et venditiones in liberas personas figuratas, et circumductiones inextricabiles, et iniuriosa rhapismata. c. 6. de emancipat. 6. 49.

Circumferre. *Circumportare.* III. *Cn.* Quibus vestem circumferendam et distrahendam dant. fr. 5. §. 4. cf. fr. 4. de inst. act. 14. 3. Qui circumferunt et proponunt (serpentes). fr. 11. de extr. crim. 47. 11.

Circumfluere. §. 1. *Circum adluere, Aqua circumdare.* III. *Cn.* Cum agrum, qui alvei non fuit, amnis circumfluit; alterum, cum locum, qui alvei esset, siccum relinquit, et circumfluere coepit. fr. 30. §. 2. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 3. §. 2. de aqua quot. 43. 20. — §. 2. *Abundare.* II. *Op.* Si patrimonio circumfluat. — Quodsi agrestis vitae sit, aut etiam egentis. Th. C. I. 5. c. 1. de off. Prf. Pr.

Circumiectus. (Partic.) *In circuitu constitutus, Propinquus.* III. *Cn.* Altaria, et oratorium templi circumiectum. Ib. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. Siculus possessor, cum circumiectis insulis. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Circumire. (Cf. v. Circuire.) §. 1. *In circuitu ambire, vel superare.* III. *Cn.* Si tempestas quaedam in mari fuit, terra autem iste potuit venire, vel flumen circumire. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. — §. 2. *Circumlustrare.* III. *Cn.* Aedes sacras et opera publica circumire, inspiciendi gratia etc. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Milites in castris continere, — vigilias interdum circumire. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. — §. 3. *Circumdare, Cingere.* III. *Cn.* Si amnis aliquid circumeat. fr. 1. §. 10. de fluminib. 43. 12. cf. c. 1. de alluvion. 7. 41.

Circumlustrare. *Ambulare, et omnia in circuitu examinare.* III. *Cn.* Si quis adsertore inops atque ignotus, circumlustratis provinciae populis, desertus tradatur. Th. C. IV. 8. c. 1. §. 1. de liberali c.

Circumpotatio. *Convivium.* III. *Cn.* Servilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio. L. XII. Tabb. X. 6.

Circumscribere. §. 1. *Definire, Describere.* III. *Cn.* Vt ea nec uxorum facultatibus indulta cognoscant, et suis patrimoniis cum vivendi circumscripta temporibus. Th. C. XI. 16. c. 18. de extraord. s. sord. — §. 2. *Fraudem exercere.* I. *Sy.* Decipere, Circumvenire. fr. 33. de re iud. 42. 1. fr. 7. §. 1. de exec. 44. 1. Qui incidit in captionem.

Captus. Lapsus, vel circumscriptus. Laesus (fraude alterius). fr. 1. de I. I. R. 4. 1. c. 5. c. 9. eod. 2. 22. fr. 9. §. 4. de iureiur. 12. 2. c. 2. sq. si advers. libert. 2. 31. III. **Cn.** De dolo dandum iudicium, — ne aliter observantibus lex circumscribatur. fr. 18. §. 4. de d. m. 4. 3. Dolo malo pactum fit, quoties, circumscribendi alterius causa, aliud agitur et aliud agi simulatur. fr. 7. §. 9. cf. §. 7. de pact. 2. 14. fr. 2. pr. si ventr. nom. 25. 5. Si quis pupillus a Titio, tutore auctore colludente, circumscriptus sit. fr. 5. de d. m. 4. 3. Si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est. fr. 7. pr. ib. 4. 3. cf. fr. 16. §. 1. de minor. 4. 4. Si quis — adhibitis iniquis ponderibus accepisset, ut in modo me falleret, vel emtor circumscriptus sit a venditore ponderibus minoribus. fr. 32. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 22. §. 3. locat. 19. 2. Nisi, dissimulatione marito obligante velut proprias, creditoris ignorantiam circumscripserit. c. 11. de distr. pignor. 8. 28.

Circumscriptio. *Captio, Fraus.* III. **Cn.** Haec actio perpetua est, quia initium rei non a circumscriptione, sed a suscepto negotio originem accepit. fr. 4. si mensor. 11. 6. Venditionis atque emtionis fides, nulla circumscriptionis violentia facta. Th. C. III. 1. c. 1. de contr. emt. Ad circumscriptionem legum quidquam meditari. Ib. XVI. 5. c. 65. §. 3. de haeretic.

Circumscriptor. *Fraudator.* III. **Cn.** Non illusor utilitatis alienae, nec futurae disceptationis circumscriptor occurrat. Ib. X. 10. c. 27. §. 4. de petit. et ultro dat.

Circumscriptorie. (Advb.) *Fraudulenter.* III. **Cn.** Quae male, aut circumscriptorie, in praeiudicium suum, acta sunt. L. Rom. Burgund. Tit. 36. (al. 35.)

Circumseptus. (Partic.) *Vndique clausus.* III. **Cn.** Ferae, quae in silvis circumseptis vagantur. fr. 3. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2.

Circumspecte. (Advb.) *Provide, Caute.* III. **Cn.** Quod circumspecte erit faciendum. fr. 7. §. 8. de minor. 4. 4. Diligentius atque circumspectius id fieri debebit. fr. 1. §. 18. de ventre in poss. 37. 9.

Circumspectio. *Providentia.* II. **Op.** Improvidentia. Cf. h. v. III. **Cn.** Vt omnia diligenti circumspectione quaesita, per universas successiones tuto decurrant. Vatic. §. 35.

Circumspectus. (Adiect.) *Cautus, Accuratus.* III. **Cn.** Horum omnium fideli circumspectoque delectu etc. Th. C. XIII. 3. c. 8. §. 2. de medic. et profess.

Circumstructus. (Partic.) *Vndique munitus.* III. **Cn.** Si de plumbeo castello fistulae — aquam ducerent in aënum lateribus circumstructum. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1.

Circumvenire. **§. 1.** *Circumdare, Oppugnare.* III. **Cn.** Qui praefectum centuriae a latronibus circumventum deseruerunt. fr. 6. §. 9. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Decipere, Fraudare.* I. **Sy.** Circumscribere. Cf. h. v. Decipere, Capere. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. fr. 7. §§. 3. sq. 7. de minor. 4. 4. fr. 13. pr. §§. 1. sq. 6. 28. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. Si volentem quidem retineat, non tamen sine calliditate circumventum, vel seductum, vel sollicitatum. fr. 3. §. 5. de lib. hom. exhib. 43. 29. Ne forte creditor obrepat, et ignorantiam eius circumveniat, et excutiat ei summam, in quam fideiussit. fr. 29. §. 2. mandat. 17. 1. Ab aliis circumventi, vel sua facilitate decepti. fr. 44. de minor. 4. 4. Si mulier se dicat circumventam, — si quidem circum in hoc venta est, quod etc. fr. 12. §. 1. de iure dot. 23. 3. Qui, salvis verbis (legis), sententiam eius circumvenit. fr. 29. sq. de LL. 1. 3. fr. 123. §. 1. de legat. I. (30.)

Circumventio. *Laesio insidiosa, Captio.* III. **Cn.** Erroris proprii veniae petitionem, vel adversarii circumventionis adlegationem, continet (in integr. restitutio). fr. 17. de minor. 4. 4. Careant emolumentis, quae — alternis solebant illecebris, fraude et circumventione percipere. Th. C. XVI. 5. c. 49. pr. de haeretic. Per iniuriam, vel circumventionem adversarii, — factum. c. 3. si min. se maior. 2. 43.

Circus. *Arena, aurigarum certaminibus constituta.* III. **Cn.** Si ad aemulationem alterius civitatis pertineat (sc. opus novum), — veluti circum, theatrum, vel amphitheatrum. fr. 3. pr. de opp. pub. 50. 10. Processiones — in circo, et in arena, et in theatro. Iuliani epit. nov. c. 98. §. 359.

Cirtensis. *Civis ex Cirta, Numidiae metropoli.* III. **Cn.** Pecunia ad opus aquaeductus reipub. Cirtensium relicta. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ign. 22. 6.

Cis. (Praepos.) *Citra.* II. **Op.** Vls [al. ultis, v. ultra]. fr. 2. §. 31. de O. I. 1. 2.

Cisalpinus. (Adiect.) *Cisalpicus.* I. **Sy.** Cis Alpes, Cisalpina (Gallia). L. Gall. Cisalp. II. 3. 26. 54. III. **Cn.** In eorum quo oppido, municipio etc. — quae sunt, eruntve in Gallia Cisalpina. Ib. II. 2. sq. 54. cf. I. 6.

Cisiarius. *Qui cisium regit.* I. **Sy.** Carrucarius. fr. 13. pr. locat. 19. 2.

Cisium. *Carruca, Birotum.* III. **Cn.** Si cisiarius — cisium evertit, et servum quassavit, vel occidit. fr. 13. pr. l. 19. 2.

Cista. *Arcula.* III. **Cn.** Si cista signata deposita sit, utrum cista tantum petatur, an et species comprehendendae sint? fr. 1. §. 41. depos. 16. 3.

Cisterna. *Receptaculum subterraneum, aquae vel vini.* III. **Cn.** Si cisterna vini sit, — aut aquae cisterna? quid deinde si nave vinaria etc. fr. 21. §. 5. de furt. 47. 2. Cisterna non habet perpetuam causam, nec vivam aquam. — Cisternae autem imbribus concipiuntur. fr. 1. §. 4. de fonte. 43. 22. cf. fr. 14. §. 3. de alim. v. cibar. 34. 1.

Cistiberes. *Qui regionibus urbis, in citeriore Tiberis ripa, praepositi sunt.* I. **Sy.** Quinqueviri cis Tiberim. fr. 2. §§. 31. 33. de O. I. 1. 2. II. **Op.** Quinqueviri uls (s. ultra) Tiberim. Ib. l. l.

Citare. *Palam advocare.* I. **Sy.** Denunciare testimonium. Evocare testes. Citare in testimonium. fr. 3. §. 6. fr. 4. sq. fr. 20. de testib. 22. 5. Commonefacere (ut praesentiam sui faceret). c. 8. Quom.

et qu. 7. 43. III. **Cn.** Et post edictum peremtorium impetratum, cum dies eius supervenerit, tunc absens citari debet. fr. 73. pr. de iudic. 5. 1. c. 15. eod. 3. 1. fr. 10. de pub. iud. 48. 1. Si citatus ad edictum non responderit. fr. 15. §. 2. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1.

Citatio. *Evocatio, Denunciatio.* III. **Cn.** Post edictorum solemnium citationem, — bonorum eius, sive praediorum, traditio sive venditio celebretur. c. 6. §. 4. de h. qu. ad eccl. 1. 12.

Citatorium. *Citatio.* III. **Cn.** Omnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, — ad principes specialiter revocari. Th. C. VI. 28. c. 5. de princip. agent. in reb.

Citatus. (Partic.) **§. 1.** *Commotus, Rapidus.* III. **Cn.** Si forte immittendo eam (sc. aquam) aut maiorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem. fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 2. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. — **§. 2.** *Advocatus.* Cf. v. Citare.

Citerior. *Proximior, Anterior.* I. **Sy.** Propiore, Citeriore (tempore, v. die). fr. 15. sqq. de pact. dot. 23. 4. cf. fr. 4. de pecun. const. 13. 5. II. **Op.** Citeriore, — Longiore, (die). fr. 15. sq. fr. 18. de pact. dot. 23. 4.

Citharoedicus. (Adiect.) *Ad citharoedum pertinens.* III. **Cn.** Tam virilis (sc. vestis), quam muliebris, et scaenica, etiam si tragica aut citharoedica sit. fr. 127. de V. S. 50. 16.

Citiensis. *Civis ex Citio, Cypri oppido maritimo.* III. **Cn.** Si columnas Citiensibus promisisti, et opus ea ratione sumtibus civitatis — inchoatum est. fr. 1. §. 5. de pollicitat. 50. 12.

Cito. (Advb.) *Propediem, Tempestive.* III. **Cn.** Quod non cito distraxerit haec, quae multis casibus obnoxia sunt. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. Si cito conditio exstitit. fr. 3. si is qu. testam. lib. 47. 4. Mancipia quaedam ex fundo, quo citius per hiemem operam eligeret, secum abduxit. fr. 27. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Quae (sc. ordinatio) per plurimos cito definiri solet. c. 41. de decurion. 10. 31.

Citra. (Praepos.) **§. 1.** *Intra.* III. **Cn.** Citra temporis finem (redduntur omnia stipendia). fr. 15. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Sine, Praeter.* I. **Sy.** Sine. fr. 8. §§. 2. 6. 15. 20. sqq. de transact. 2. 15. fr. 45. de donat. int. V. 24. 1. fr. 5. pr. §. 4. de app. et relat. 49. 1. cf. fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12. II. **Op.** Arbitrio Praetoris, — Citra Praetoris auctoritatem, (facta transactio). fr. 7. §. 2. fr. 8. §§. 6. 14. 16. 20. sq. de transact. 2. 15. Per inquisitionem (idonei pronunciati), Ex inquisitione (dati), — Citra inquisitionem (confirmati). fr. 5. sqq. de confirm. tut. 26. 3. Denunciatione conventam, — Citra denunciationem (ancillam effici). Paul. II. 21. A. §§. 13. sq. Salva Falcidia. — Citra Falcidiae rationem. fr. 41. §. 3. de vulg. et pup. 28. 6. III. **Cn.** Administrantes rem Principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos. fr. 41. pr. de excusatt. 27. 1. Citra indignationem Principis successor ei datus. fr. 2. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Nec adpellare necesse est, et citra provocationem corrigitur. fr. 1. §. 1. Qu. sent. sine prov. 49. 8. Sine mulieris damno, et citra metum S. Cti. fr. 45. de donat. int. V. 24. 1. Num forte possit competere (alia actio), citra in integr. restitutionem. fr. 16. pr. de minor. 4. 4. Non licet citra auctoritatem Principis etc. fr. 4. de admin. rer. ad civit. 50. 8. Evictione citra dolum emtoris et iudicis iniuriam secuta. Vatic. §. 8. Si quid citra mandatum (in voluptatem fecit). fr. 10. §. 10. mand. 17. 1. Citra noxam haberi. Paul. II. 26. §. 16. — **§. 3.** *Supra, Vltra.* III. **Cn.** Frustra distrahit, citra conventionem. fr. 1. §. 1. de pignor. 20. 1. Sed et citra pretii aestimationem quaeritur de calumnia eius. fr. 9. de calumniator. 3. 6.

Citreus. (Adiect.) *Ex citro factus.* III. **Cn.** Si mensas quasi citreas emat, quae non sunt. fr. 21. §. 2. de A. E. V. 19. 1.

Citro. (Advb.) *Cis, Citra.* I. **Sy.** Ex utroque latere. Vltro citroque. fr. 2. fr. 6. §. 4. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Rationem esse, — ultro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negotiationem. fr. 6. §. 3. de edendo. 2. 13. Vltro citroque hereditatis capiendae ius. Gai. III. 24. Vltro citroque nasci actionem, s. obligationem. fr. 2. de N. G. 3. 5. fr. 19. de V. S. 50. 16.

Citus. (Adiect.) *Expeditus, Praesens* III. **Cn.** Illico se — offerre festinet, — ut et responsum caeleste mereatur, et citam remeandi accipiat facultatem. Th. C. VII. 1. c. 17. §. 1. de R. M.

Civicus. (Adiect.) *Civilis, Popularis.* I. **Sy.** Publica, Popularis, (annona). Ib. XIV. 17. c. 7. c. 9. sqq. c. 13. de annon. civic. Civilia, Patriae suae, Civica (munera). Ib. X. 22. c. 6. de fabricens. XII. 1. c. 7. c. 27. c. 46. de decurion. XIII. 5. c. 7. de navicular. III. **Cn.** Si civico nomine, aut vinculo incolatus, oppidanea necessitas eum detinet obligatum. Ib. XII. 1. c. 46. de decurion. Cunctas functiones civicis honoribus pensitare. Ib. l. l. c. 29. cf. c. 4.

Civilis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad singulam qualemcunque civitatem, et praecipue ad romanam, pertinens.* I. **Sy.** Civicus. Cf. h. v. Proprium civitatis (nostrae), Civile (ius). Gai. I. 1. II. 65. fr. 1. pr. de A. R. D. 41. 1. Civilia, Publica (munera). Th. C. XVI. 2. c. 3. de episc. eccl. Iust. C. c. 1. c. 3. de mun. patrim. 10. 41. II. **Op.** Naturale, — Civile (ius, v. praeceptum). Gai. I. 158. II. 65. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. fr. 2. de superfic. 43. 18. Militaris (dignitas etc.). Armata (adparitio, s. militia). fr. 18. de V. S. 50. 16. Th. C. VIII. 5. c. 39. de cursu pub. XII. 1. c. 147. pr. de decurion. XVI. 2. c. 31. de episcop. eccl. Civilia, — Palatina (officia). Ib. VIII. 7. c. 16. §. 1. de div. off. III. **Cn.** Dissensiones civiles. Bella civilia. fr. 21. §. 1. de captiv. 49. 15. fr. 1. §§. 2. sq. de censib. 50. 15. c. 1. pr. de caduc. toll. 6. 51. Studia civilia. Iuris civilis professio. Sapientia civilis. Vatic. §§. 150. 204. fr. 1. §. 5. de extr. cogn. 50. 13. Qui fasces civilium partium consecuti. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron. — **§. 2.** *Ad ius rom. respiciens, idque solemne et strictum.* I. **Sy.** Legis actio. Civilis actio. Negotium civile. Vatic. §§. 47. 49. cf. 45. Vlp. XI. 27. Legitimus actus. Civilis actio. fr. 77. de R. I. 50. 17. Vatic. §§. 45. 47. sqq. Legitimum, Civile (ius). Gai. III. 71. IV. 34. 111. Legitima, Civilis (cognatio). fr. 4. §. 2. de

gradib. 38. 10. II. **Op.** Imperative, s. Civilibus verbis, — Precative (relinqui). Vlp. XXIV. 1. XXV. 1. fr. 7. de vulg. et pup. 28. 6. Civile, — Honorarium, s. Praetorium, (ius). Vlp. XXII. 24. fr. 1. §. 8. fr. 3. §. 1. de pecun. const. 13. 5. fr. 14. de testib. 22. 5. fr. 23. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Civ. ius, — Edictum Praetoris, v. Praetor. Gai. II. 136. III. 71. Vlp. XXII. 23. XXIII. 6. Civilis actio. — Interdictum. Paul. V. 6. §§. 1. 10. 16. fr. 1. §. 1. de superfic. 43. 18. III. **Cn.** Non ex rigore iuris civilis proficiscitur (sc. fideicommissum), sed ex voluntate datur relinquentis. Vlp. XXV. 1. Si lege, aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si civile negotium gerant, — si rem mancipi alienent. Ib. XI. 27. cf. fr. 1. pr. de aestimator. 19. 3. Iure civili data ac permissa (vis ac potestas). fr. 1. pr. de tutel. 26. 1. Iure civili (capere posse). Vlp. XVII. 1. (testari, v. heredes instituere). Ib. XXII. 23. Gai. II. 115. sq. Iure civili receptum est. Civilis constitutio est. fr. 24. de cond. et dem. 35. 1. fr. 1. pr. de priv. delict. 47. 1. Regula iuris civilis. Gai. II. 114. Ratio civilis, v. iuris civilis. Ib. I. 158. II. 110. III. 153. Vlp. XXIV. 16. Obligatio civilis, v. iuris civ. Gai. III. 133. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. Vt, quamvis creditoribus hereditariis iure civili teneantur, tamen in eos actio non detur. fr. 57. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Gai. IV. 116. Desinit iure civili debere nobis, nec directo intendere possumus. Ib. IV. 38. Quae intentionem iuris civilis habet (sc. formula). Ib. IV. 45. 107. Datur in eum, eamve, civilis actio. Ib. III. 84. cf. fr. 12. pr. de relig. 11. 7. Civilis actio oriri potest, i. e. praescriptis verbis. fr. 15. praescr. vv. 19. 5. Neque servi, neque liberti, matrem civilem habere intelliguntur. Paul. IV. 10. §. 2. — **§. 3.** *Ad ius Romanorum antiquius pertinens.* I. **Sy.** Antiquum, Civile (ius). Vlp. XXIV. 12. 31. XII. Tabulae. Th. C. IX. 42 c. 9. pr. §. 3. de bon. proscr. II. **Op.** Iure civili. — Nunc. Vlp. XXIV. 13. Iure civ. — Post legem Papiam Popp. Ib. XXIV. 12. cf. XXII. 19. Gai. II. 206. Ratione civili. — Per legem Iuniam. Ib. II. 110. — **§. 4.** *Ad ius privatorum spectans.* II. **Op.** Criminalis (causa etc.) fr. 2. de app. recip. 49. 5. Th. C. IX. 19. c. 2. ad L. Cor. de fals. IX. 20. c. 1. vict. civil. ag. XI. 29. c. 5. de relat. III. **Cn.** Civili disceptationi crimen adiungi. c. 1. si qu. aliqu. test. 6. 34. Cum inter servum et liberum civile iudicium consistere non possit. c. 5. de nox. act. 3. 41. Civiles causae, quae inter privatos moventur. Th. C. XI. 30. c. 5. de app. et poen. — **§. 5.** *Moderatus, Aequus.* III. **Cn.** Licere ei, civile est. fr. 78. §. 2. de iure dot. 23. 3. Civile est, quod — adversarius tuus exigit. c. 5. de furt. 6. 2. — **§. 6.** *Municipalis, Oppidaneus.* II. **Op.** Publica. — Civilia (officia). fr. 15. §. 5. ad S. C. Turpil. 49. 16. fr. 2. pr. §. 1. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Honores, aut munera, — sed munera tantum civilia. fr. 2. §. 1. de vac. et excus. 50. 5. Civilia officia, et curiae necessitates. Th. C. VIII. 4. c. 1. de cohortal. XII. 1. c. 17. c. 25. c. 36. c. 78. de decurion. Subire civilia munera. — Detrectare onera civilia. fr. 6. de cur. fur. 27. 10. fr. 13. pr. de vac. et exc. 50. 5. Episcopi, et oeconomi, et civiles magistratus. Iuliani epit. nov. c. 119. §. 512. Civiles pecuniae, quae ad opera, vel ad frumentum, — sive alias solemnes causas civitatis, deputatae sunt. Ib. c. 124. §. 556.

Civilitas. *Civitas, Respubl.* III. **Cn.** Eritque ita magis florida ac tranquilla civilitas, si etc. Nov. Anthem. de mulier. VI. 1. c. 1. pr.

Civiliter. (Advb.) **§. 1.** *Ex more, vel iure, Romanorum.* I. **Sy.** More civitatis. fr. 42. de V. S. 50. 16. Ad dies (numerare annum). fr. 134. ib. 50. 16. Iusta uxor. Quae civiliter nupta est. fr. 28. §. 3. de lib. et posth. 28. 2. II. **Op.** Natura (turpe). fr. 42. l. 50. 16. Naturaliter (adquirere). fr. 53. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Quem (sc. hominem liberum) civiliter in mea potestate non habeo. fr. 23. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 2.** *Secundum strictum atque solemne ius P. R.* I. **Sy.** Civili iure (possidere). fr. 24. l. l. 41. 2. fr. 38. §. 7. de V. O. 45. 1. II. **Op.** Iure praetorio (conveniri, v. cogi). fr. 17. pr. de castr. pecul. 49. 17. Naturaliter, s. Corporaliter, (possidere, v. tenere). fr. 3. §. 15. ad exhib. 10. 4. fr. 1. §. 9. de vi et vi arm. 43. 16. Naturaliter (obligari etc.) fr. 14. de O. et A. 44. 7. fr. 107. de solut. 46. 3. fr. 8. §. 4. de acceptil. 46. 4. fr. 12. rem pup. salv. 46. 6. — **§. 3.** *Secundum ordinem iudiciorum privatorum.* I. **Sy.** Cognitione habita. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Pecuniariter (agere). fr. 3. de priv. del. 47. 1. fr. 92. de furt. 47. 2. Iure communi (iniuriarum agere). Ad forum remitti. fr. 6. fr. 7. §. 6. de iniur. 47. 10. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. II. **Op.** Sine notione iudicis. Extra ordinem. Inciviliter. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Criminaliter. Th. C. I. 7. c. 4. de off. mag. mil. IV. 4. c. 2. pr. de testam. et codic. IX. 10. c. 3. ad L. Iul. de vi pub. IX. 19. c. 4. pr. ad L. Cor. de fals. III. **Cn.** Iniuriarum civiliter damnatus, eiusque aestimationem inferre iussus. Paul. V. 4. §. 9. Civ. exercentur (fortuita incendia). fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. Adversus eos — negot. gestor. iudicio civiliter consiste. c. 8. de N. G. 2. 19. Quamvis non extra ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Th. C. II. 30. c. 1. de pignor. — **§. 4.** *Modice, Cum aequitate.* III. **Cn.** Sed melius et civilius faciet Praetor, si etc. fr. 1. §. 2. si ventr. nom. 25. 5. In infinito ire agere licebit, civiliter modo. fr. 9. de servit. 8. 1.

Civis. **§. 1.** *Civitati qualicunque adscriptus.* III. **Cn.** Alterius civitatis cives. Gai. I. 131. cf. Vlp. XX. 14. Qui (sc. civis R.) sine connubio civem peregrinam in matrimonio habuit. Coll. LL. M. IV. 5. — **§. 2.** *Civitatis romanae particeps.* II. **Op.** Civis R. — Latinus. — Peregrinus. — Qui dediticiorum numero est. Gai. I. 15. 67. sq. 70. sq. Vlp. V. 4. III. **Cn.** Neque civibus R., nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio P. R. sunt, licet etc. Gai. I. 53. Vniversi cives, connumeratis etiam patriciis. — Caeteri cives, sine Senatoribus. Ib. I. 3. fr. 238. pr. de V. S. 50. 16. Si, accepto usu togae rom., ut cives R. semper egerint, — idem ius ei servandum, quod habent, si a legitimis civibus R. heredes instituti fuissent. fr. 32. de iure fisci. 49. 14. Qui lustrali censu Romae — inter cives R. censum profitebantur. Vlp.

I. 8. Quod ius proprium civium R. est. Gai. I. 55. II. 65. III. 93. Si modo defunctus testator, et civis, et suae potestatis mortis tempore fuerit. Ib. II. 147. Vlp. XXIII. 6. Qui manumissi, cives R. futuri essent. Gai. III. 75. cf. 56. Et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives R. et in potestate parentum fiant. Ib. I. 57. cf. 56. 68. sq. 71. 76. sq. 87. sq. — **§. 3.** ***Minori civitati adscriptus. Municeps.*** I. ***Sy.*** Suae cuiusque civitatis cives. Municipes. fr. 1. §. 1. ad municip. 50. 1. III. ***Cn.*** Libertus civitatis, — si vocet in ius aliquem ex civibus. fr. 6. §. 1. de D. R. 1. 8. Quod ad divisionem singulorum civium — relictum fuerit, — ad honorem civitatis pertinere. fr. 122. pr. de legat. I. (30.) Plebeios eiusdem oppidi cives, quos ad decurionum subeunda munera splendidior fortuna subvexit. Th. C. XII. 1. c. 53. §. 1. de decurion. cf. XV. 5. c. 4. de spectac.

Civitas. §. 1. ***Respublica quaelibet, sed praecipue romana.*** I. ***Sy.*** Populus. fr. 9. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §§. 1. sq. de O. I. 1. 2. §§. 1. 5. 11. I. de I. N. 1. 2. Peregrinae gentes. Omnes civitates. Gai. I. 189. 197. Respub. fr. 2. §§. 1. sq. 32. sqq. de O. I. 1. 2. Vrbs (Roma). fr. 1. pr. fr. 2. §§. 1. 27. 32. sqq. ib. 1. 2. II. ***Op.*** In civitate esse, v. decedere. — Apud hostes esse, v. mori. fr. 28. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 1. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. fr. 1. §. 4. de B. P. c. t. 37. 4. III. ***Cn.*** Cum et civitatis condi, et magistratus creari, et leges scribi coeperunt. §. 11. I. de R. D. 2. 1. Qui (sc. Latini) proprios populos, propriasque civitates habebant, et erant peregrinorum numero. Gai. I. 79. Apud peregrinos quid iuris sit, singularum civitatum iura requirentes etc. Ib. III. 96. cf. 120. Nec quasi peregrinus (sc. testari potest dediticius), quoniam nullius certae civitatis (civis) est, ut adversus leges civitatis suae testetur. Vlp. XX. 14. Placuit publica auctoritate X. constitui viros, per quos peterentur leges a graecis civitatibus. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. Altero modo (sc. ius dicitur), quod omnibus, aut pluribus in quaque civitate utile est, ut est ius civile. fr. 11. cf. fr. 9. de I. et I. 1. 1. Civitate pelli, s. expelli. Paul. V. 21. §. 1. fr. 5. §. 3. de statu hom. 1. 5. Si is, qui captus est, in civitatem reversus fuerit. Gai. I. 187. — **§. 2.** ***Iura civium R.*** I. ***Sy.*** Ius Quiritium. Civitatem R. (consequi). Vlp. III. 1. sqq. Civem R. facere. Ad civitatem R. eum perducere. Gai. I. 88. 92. Paul. IV. 12. §§. 1. sqq. III. ***Cn.*** Cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit. Gai. I. 160. Vlp. XI. 11. Per quam (sc. capitis deminutionem), sola civitate amissa, libertas retinetur. — Per quam, et civitate et libertate salva, status dumtaxat hominis mutatur. Gai. I. 161. sq. Vlp. XI. 12. sq. fr. 11. de capit. minut. 4. 5. Retinet civitatem, testamentum facere potest, et ex testamento capere. Paul. III. 4. A. §. 9. c. 11. de inoff. testam. 3. 28. Pessima itaque libertas eorum est, — nec ulla lege — aditus illis ad civitatem R. datur. Gai. I. 26. Si liberi cum patre civitate R. donati, nec ab Imperatore in potestatem redacti fuerint. Ib. III. 20. cf. I. 95. sq. Et ita filius quoque et maritus ad civitatem R. perveniunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. Ib. I. 67. sq. 71. Civitas R. peregrino fingitur, si eo nomine agat. Ficta civitate R. iudicium datur. Ib. IV. 37. — **§. 3.** ***Respublica minor. Municipium.*** I. ***Sy.*** Respubl. fr. 7. pr. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 1. fr. 2. §§. 4. 6. sqq. fr. 6. sqq. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Municipium, Colonia. fr. 1. fr. 4. ib. 50. 8. fr. 8. §. 10. de censib. 50. 15. cf. fr. 37. de reb. auct. iud. 42. 5. Oppidum. Coll. LL. M. XII. 5. sq. II. ***Op.*** Roma. Populus R. Ib. 1. 1. fr. 15. sq. de V. S. 50. 16. Provincia. fr. 34. de LL. 1. 3. c. 12. de praescr. l. t. 7. 33. III. ***Cn.*** A corpore aliquo, vel collegio, vel civitate, (manumitti). fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. Quod edictum etiam ad furiosos, et infantes, et civitates pertinere. fr. 22. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. Vicis legata perinde licere capere, atque civitatibus. fr. 73. §. 1. de legat. I. (30.) Civitatibus omnibus, quae sub imperio P. R. sunt, legari posse. Vlp. XXIV. 28. fr. 122. pr. l. l. (30.) fr. 26. ad S. C. Treb. 36. 1. Si in aliam quam celebrem civitatem, vel provinciae caput, advenerit (Procos.). fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. In civitate, sive in agro. fr. 9. pr. de D. R. 1. 8. fr. 15. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. In territoriis, sive in civitatibus. Th. C. XIII. 1. c. 18. de lustr. collat. Saepe in aliis civitatibus subreptas res, in alias civitates vel in alias provincias destinat fur perferre. Gai. III. 184. Decuriones, quos sedibus civitatis, ad quam pertinent, relictis in alia loca transmigrasse probabitur. fr. 1. de decurion. 50. 2. Incolatus iure ultro te eiusdem civitatis muneribus obligasti. c. 5. de incol. 10. 39. Quod ad certam speciem civitatis relinquitur. fr. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Quae in civitatibus sunt theatra, et stadia, et similia, et si qua alia sunt communia civitatum. fr. 6. §. 1. de D. R. 1. 8. fr. 15. fr. 17. pr. de V. S. 50. 16. Civibus civitatis legatum vel fideicommissum datum, civitati relictum videtur. fr. 2. de reb. dub. 34. 5. Quintam portionem reip. eius civitatis inferat. Th. C. II. 18. c. 2. de iudic. Iust. C. c. 13. de vectigal. 4. 61. — **§. 4.** ***Vrbs maioris dignationis.*** III. ***Cn.*** Civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum. Th. C. XII. 12. c. 16. de legat. et decr. Ab omnibus civitatibus, oppidis, locisque privatis ac publicis (praecipimus aboleri). Ib. IX. 40. c. 17. de poen. Per omnes civitates, municipia, vicos, castella. Ib. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Editiones, quae aut in civitatibus, aut certe in his (sc. urbibus), debent exigi, quas delegit antiquitas. Ib. XV. 5. c. 1. c. 3. de spectac. In urbe Constantinopolitana, vel alia magna civitate, conversari. Iuliani epit. nov. c. 10. §. 46.

Clabularis, seu: **Clabularius.** (Adiect.) ***Ad speciem plaustrorum publici cursus spectans, clabulis confixorum.*** III. ***Cn.*** Vt habens unius copiam rhedae, flagitet mulas duas, aut rhedam usurpet, cui birotum vel veredum postulare, vel clabulare, permissum est. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 2. de curios. Praesumendi velocis et clabularii cursus, nullus habeat potestatem. Ib. VIII. 5. c. 62. cf. c. 23. pr. c. 26. de cursu pub.

Clades. ***Calamitas.*** I. ***Sy.*** Fatalitas, Damnum. c. 1. de iure emph. 4. 66. III. ***Cn.*** Aegris provincialibus, et publica clade vexatis, — subvenire. Nov.

Nov. Valent. III. de tribut. fiscal. Pr. II. 19. c. 1. cf. Th. C. XV. 14. c. 14. de infirm. h. qu. s. tyr. Si tanta emerserit clades, quae prorsus etiam ipsius rei — faciat interitum. c. 1. de iure emph. 4. 66.

Clam. *Occulte.* I. ***Sy.*** Latenter. fr. 54. de admin. et peric. 26. 7. Furtive. fr. 6. pr. de A. v. A. P. 41. 2. II. ***Op.*** Palam. fr. 68. de R. N. 23. 2. fr. 54. de adm. et per. 26. 7. III. ***Cn.*** Quod clam, et obscuro fiat, et plerumque nocte. fr. 1. pr. de furt. 47. 2. Clam, et per quamdam machinationem, — in possessionem introducere. fr. 2. pr. si ventr. nom. 25. 5. Qui, redditi interdicti tempore, nec vi, nec clam, nec precario, ab adversario possidet. Paul. V. 6. §. 1. cf. §§. 7. 12. Gai. IV. 151. 166. fr. 1. pr. §§. 5. 9. uti possid. 43. 16. fr. 1. pr. de superfic. 43. 18. Quod vi aut clam factum est. fr. 1. pr. fr. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Qui prohibitus utitur, clam utitur. fr. 3. pr. de itin. actuq. priv. 43. 19. Sibi non consumsit, nec clam, nec quasi sua pecunia licenter abutitur, qui etc. fr. 54. de adm. et peric. 26. 7. Si clam commiserit. fr. 68. de R. N. 23. 2.

Clamare. **§. 1.** *Vociferari.* III. ***Cn.*** Si quis clamavit, ut ad auxilium conveniretur, aut terruit adgressores. fr. 1. §. 35. de S. C. Silan. 29. 5. — **§. 2.** *Evocare, Citare.* III. ***Cn.*** Qui obnoxium suum in iudicium clamaverit. c. 3. de ann. exc. 7. 40.

Clamor. *Vociferatio.* III. ***Cn.*** Si quis adventu suo turbam concitavit, vel contraxit, vel clamore, vel facto aliquo. fr. 4. §. 6. vi bon. rapt. 47. 8. Cum dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet, et armis, et manu, et clamoribus, et obiectu corporis. fr. 19. cf. fr. 1. §. 36. de S. C. Silan. 29. 5. Paul. III. 5. §. 7. Furem — deprehensum occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. fr. 4. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Clanculario. *Clanculo.* Cf. h. v.

Clanculo. (Advb.) *Clandestino modo.* I. ***Sy.*** Clanculario. Nov. Th. II. 1. 26. c. 1. §. 3. Furtim. c. 7. de repud. 5. 17. III. ***Cn.*** Qui obreptive, aut clanculo, supplicare tentaverint. Th. C. XVI. 1. c. 4. de fide cathol. Quae non temere, nec clanculo, — nupsisse firmatur. c. 7. de repud. 5. 17.

Clandestinus. (Adiect.) *Latens, Furtivus.* II. ***Op.*** Clandestinae, — Manifestae (insidiae). Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam. Precaria, — Clandestina (possessio). fr. 7. §§. 4. sq. comm. divid. 10. 3. III. ***Cn.*** Quodsi clandestinis artibus putaverint irrependum. Th. C. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Omnia ergo damna continet, et clandestina. Sed non puto clandestina, sed ea quae violentia permixta sunt. fr. 2. §. 9. vi bon. rapt. 47. 8. Quicunque clandestina fraude concusserit (pistorem). Th. C. XIV. 3. c. 22. de pistor.

Clare. (Advb.) *Perspicue, Aperte.* III. ***Cn.*** Quod etiam anterioribus (legibus etc.) — non est incognitum, licet a nobis clarius est introductum. c. 30. de pact. 2. 3.

Clarere. *Liquido adparere, Constare.* III. ***Cn.*** Licet neque mancipatio dicatur, neque traditio subsecuta, sed nuda tantum voluntas claruerit. Th. C. VIII. 12. c. 4. de donat. Constitutio nostra dilucida et compendiosa in terris clareat omnibus. c. 2. §. 8. de iureiur. pr. cal. 2. 59. Vetustissima observatio, quae nullatenus in ipsis rerum claruit documentis. c. 3. pr. de iure dom. impetr. 8. 34. Si controversiae ius claruerit. Th. C. II. 26. c. 1. (Wck.) fin. regund. Si ex evidenti claruerit. Ib. I. 5. c. 1. de off. Prf. Pr. Aperte claret. c. 5. de tut. qu. sat. non ded. 5. 42. Vnde claret. Th. C. II. 19. c. 3. de inoff. testam.

Clarescere. **§. 1.** *Manifestum fieri.* III. ***Cn.*** Vt facilius accepti expensique ratio clarescat. Ib. X. 1. c. 14. de iure fisci. Quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. §. 27. I. de legat. 2. 20. — **§. 2.** *Inclarescere.* III. ***Cn.*** Qui, participantes augusti pectoris curas, agendo claruerunt. Th. C. VII. 8. c. 3. de metat.

Clarissimatus. *Dignitas personarum clarissimarum.* I. ***Sy.*** Clarissima dignitas. c. 9. c. 11. de dignitatt. 12. 1. Clarissimorum (honor, v. dignitas). Th. C. VI. 26. c. 16. de prox. comit. Senatorius honor. Ib. XII. 1. c. 74. pr. de decurion. III. ***Cn.*** Consularem, cum ipsa loci accessione clarissimatus, sibimet vindicent dignitatem. Ib. VI. 24. c. 9. de domest. et protect. Indepti semel clarissimatus dignitatem, perpetuo manebunt in ordine Senatorum. Ib. XII. 1. c. 74. §. 5. cf. Pr. de decurion.

Clarissimus. *Ad dignitatem senatoriam, vel consularem, praetoriam etc., pertinens.* I. ***Sy.*** Senatoria, Clarissima (domus etc.) Ib. VI. 3. c. 1. c. 3. de praed. Senator. Speciosae, Clarissimae (personae). fr. 100. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Secundi ordinis (vir). c. 10. de nupt. 5. 4. Plebeius (v. alius inferioris dignitatis). fr. 8. de Senator. 1. 9. III. ***Cn.*** Illustres, — spectabiles, — Senatores, — clarissimi, — sacerdotales, — principales etc. Th. C. XVI. 5. c. 52. pr. de haeretic. Tamdiu clarissima femina erit, quamdiu Senatori nupta est, vel clarissimo. fr. 8. de Senator. 1. 9. fr. 22. §. 1. ad municip. 50. 1. Personae clarissimae, — item qui ornamentis senatoriis utuntur. fr. 100. de V. S. 50. 16. Custodias auditurum tam clarissimos viros, quam patronos causarum. fr. 12. de pub. iudic. 48. 1. Vir clarissimus et illuster (Prf. Pr. et Cos. ord.). Gesta in Senat. de recip. Th. C. (p. 3. Wck.) Clariss. V. Praef. Vr. amicus noster. Vatic. §§. 273. sq. Decretum Praetoris, clariss. viri. Ib. §. 159. Potentium tituli, et clarissimae privilegia dignitatis. Th. C. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. nom.

Claritas. **§. 1.** *Fulgor.* III. ***Cn.*** Qui — patrem, et filium, et spiritum sanctum confitentur, eiusdem gloriae, claritatis unius. Ib. XVI. 1. c. 3. de fide cathol. — **§. 2.** *Perspicuitas.* III. ***Cn.*** Quod ut, brevitate constrictum, claritate luceat etc. Ib. I. 1. c. 6. §. 1. (Wck.) de const. Pr. — **§. 3.** *Nobilitas, Clarissimatus.* III. ***Cn.*** Claritatem generis retinere. c. 1. de dignitatt. 12. 1. Claritas, quae beneficio mariti tibi parata est. c. 10. de nupt. 5. 4.

Claritudo. *Claritas, Nobilitas.* III. ***Cn.*** Civitates, quae pollent et eminent claritudine. Th. C. XIII. 3. c 11. de medic. et prof. Scelus omne gravius facit claritudo personae. Nov. Val. III. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. §. 5. cf. Th. C. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic.

Clarus. (Adiect.) **§. 1.** *Apertus, Manifestus.* III. **Cn.** Proscribere palam, — claris litteris, unde de plano recte legi possit. fr. 11. §. 3. de institor. act. 14. 3. Si vitae eius sobrietas clara sit, vel adfectio honesta, nec incognita. fr. 17. §. 4. de adopt. 1. 7. Clari et aperti iuris est. c. 19. de fideicomm. 6. 42. Nos, omnia clara esse cupientes, praecipimus. c. 10. de pact. conv. tam sup. dot. 5. 14. — **§. 2.** *Inclytus, Conspicuus.* II. **Op.** Clariores, — Minores (urbes). Th. C. XV. 1. c. 26. de opp. pub. III. **Cn.** Cum clara persona, veluti Senatoris, vel uxoris eius, in ea causa sit etc. fr. 5. de cur. fur. 27. 10. Qui claram dignitatem se habere praetendebat. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2.

Classicus. *Qui in classe militat.* III. **Cn.** Vt classicorum numerus ex incensitis, vel adcrescentibus, compleatur. Th. C. X. 23. c. 1. de classic.

Classis. **§. 1.** *Ordo, Numerus, Pars.* I. **Sy.** Regiones, Classes (urbis Constantinopolitanae). Ib. VIII. 7. c. 21. sq. de div. offic. — **§. 2.** *Copia navium armatarum.* III. **Cn.** Tribuni militum, et praefecti classium, alarumve. Paul. V. 26. §. 2. Quorum (sc. naviculariorum) classem, incuria et vetustate collapsam, praetoriana praefectura restituat. Th. C. XIII. 5. c. 27. de navicular. Alexandrinae et Carpathiae classis summates. Ib. l. l. c. 32. — **§. 3.** *Exercitus armatus.* III. **Cn.** Cuius auspicio, classe procincta, opima spolia capiuntur. LL. Numae Pomp. no. 4.

Claudere, s. **Cludere.** **§. 1.** *Intercludere, Praecludere.* II. **Op.** Revelare (aditum iudicialem). c. 15. de iudic. 3. 1. III. **Cn.** Lege Iulia de vi privata tenetur, — quive — templa, portas, aliudve quid publicum, armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupaverit. Paul. V. 26. §. 3. — **§. 2.** *Includere, Concludere.* I. **Sy.** Vincire. fr. 3. §. 6. de S. C. Silan. 29. 5. Includere, Concludere. fr. 3. §. 6. l. 29. 5. fr. 5. pr. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. III. **Cn.** Qui quem armatis hominibus possessione — deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit etc. Paul. V. 26. §. 3. Qui clausi ita fuerunt sine d. m., ut erumpere, succurrendi causa — non potuerint. fr. 3. §. 6. de S. C. Silan. 29. 5. Si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut neque clusam neque obsignatam traderet, sed adnumeraret. fr. 31. locat. 19. 2. Eum, qui in carcere clusus est, neque vinctum, neque in vinculis esse, nisi etc. fr. 216. de V. S. 50. 16. Qui naturaliter aperit (sc. tabulas), sive sint signatae, sive non sint ligatae, — sed tantum naturaliter clausae. fr. 3. §. 19. de S. C. Silan. 29. 5. — **§. 3.** *Finire, Definire.* III. **Cn.** Cum iudicatum solvi una cludatur clausula. fr. 13. pr. iudicat. solv. 46. 7. Exceptio — opponi actioni cuiusque rei solet, ad cludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est. fr. 2. pr. de excc. 44. 1. Vt imminens accusatio, nullis clausa temporibus, petitorem possessoremve deluderet. Th. C. IX. 19. c. 2. pr. ad L. Cor. de fals.

Claudia. **§ 1.** *Nomen aquaeductus.* III. **Cn.** Aquam Claudiam induxit (App. Claudius). fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. Ne quis Claudiam — sibi fraude elicita[m] existimet vindicandam. Th. C. XV. 2. c. 9. de aequaed. — **§. 2.** *Nomen legis, de perpetua feminarum tutela latae.* III. **Cn.** Feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sustulit, excepta tutela patronorum. Vlp. XI. 8. cf. Gai. I. 157. 171. c. 3. de legit. tut. 5. 30.

Claudianus. (Adi.) *Ad Claudium spectans.* III. **Cn.** Claudianis temporibus (factum S. C.). fr. 1. pr. de adsign. libert. 38. 4. fr. 3. §. 8. de incend. ruina. 47. 9. Perpetuis tamen poenis tenebitur, ex S. C. Perniciano; sed Claudiano S. Cto etc. Vlp. XVI. 3. S. C. Silanianum et Claudianum. fr. 1. §. 31. cf. Rubr. de S. C. Silan. 29. 5. Ex S. C. Claudiano ancilla facta. Gai. I. 84. 91. 160. Vlp. XI. 11. Paul. II. 21. A. §§. 16. 18.

Claudiopolis. *Bithyniae oppidum.* III. **Cn.** Claudiopolis, Prusiadis, ac Totai et Voridis oppidorum sive mansionum, per Bithyniam curiales. Th. C. XII. 1. c. 119. de decurion.

Claudius. *Imperatoris romani nomen, qui Caligulam regnantem excepit.* III. **Cn.** Cum D. Claudius Agrippinam, fratris sui filiam, uxorem duxisset. Gai. I. 62. Divine admodum constituit D. Claudius, consultissimus Princeps. c. 1. ne lic. potent. 2. 14. D. Claudius edicto praecepit, adiiciendum legi Corneliae etc. fr. 15. pr. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Ex edicto D. Claudii competere, v. accipere etc. Vlp. III. 6. fr. 2. Qu. sine man. 40. 8.

Claudus. (Adiect.) *Altero pede infirmus ac debilis.* III. **Cn.** Si claudum puta, aut luscum servum occiderit. Gai. III. 214. Item claudus morbosus est. fr. 13. de Aedil. edict. 21. 1.

Clavicarius. *Clavium fabricandarum artifex.* III. **Cn.** Architecti, — lecticarii, seu arcarii, clavicarii, quadrigarii etc. c. 1. de excus. artif. 10. 64.

Clavis. *Instrumentum, aperiendis claustris aptum.* III. **Cn.** Si clavi percussit, aut cucuma, in rixa. fr. 1. §. 3. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Aedium multa esse, — utputa seras, claves, claustra. fr. 17. pr. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 52. §. 9. de legat. III. (32.) Milites in castris continere, — claves portarum suscipere. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Liberti apud patronum habitantis sic, ut sub una clave tota eius habitatio esset. fr. 17. §. 15. de Aed. edict. 21. 1. Vina tradita videri, cum claves cellae vinariae emtori traditae fuerint. fr. 1. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2.

Claustrum. **§. 1.** *Vectis, Repagulum.* III. **Cn.** Serae, claves, claustra. Cf. v. Clavis. — **§. 2.** *Clausura.* III. **Cn.** Quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Th. C. IX. 38. c. 3. de indulg. crim. Quod (sc. crimen) dignum claustris carceris, et custodiae squalore, videtur. Ib. IX. 3. c. 2. de custod. reor. Sexum disparem diversa claustrorum habere tutamina iubeatur. Ib. l. l. c. 3.

Clausula. **§. 1.** *Caput extremum. Articulus.* I. **Sy.** Pars, Caput (edicti). Edictum. fr. 9. pr. de edendo. 2. 13. fr. 1. §§. 2. 7. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 2. sq. de coniung. c. emanc. 37. 8. III. **Cn.** Quam clausulam Praetor inseruit, — ne capiantur. fr. 21. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Restitutio facienda ex

generali clausula (sc. edicti). fr. 26. §§. 1. 9. ib. 4. 6. In possessionem mitti ex clausula de ventre in possessionem mittendo. fr. 6. pr. de inoff. testam. 5. 2. Libelli ita formandi: — deinde fine talem clausulam addat. Vatic. §. 166. — §. 2. *Formula.* I. **Sy.** Scriptura, Adiectio. fr. 30. pr. — §. 7. fr. 31. de legat. I. (30.) Stipulatio, Cautio, Cautum. fr. 25. pr. §. 1. fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 4. pr. fr. 121. pr. de V. O. 45. 1. fr. 7. fr. 19. §. 2. fr. 21. iudicat. solvi. 46. 7. III. **Cn.** Iudicatum solvi stipulatio tres clausulas in unum collatas habet. fr. 6. cf. fr. 17. fr. 19. ib. 46. 7. fr. 15. pr. de procur. 3. 3. Doli clausula, quae in ista stipulatione continetur. fr. 3. pr. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3.

Clausura. *Tutamen (limitum). Propugnaculum.* III. **Cn.** Vbi — resp. R. fines habuerat, et ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris et burgis ostenditur. c. 2. §. 4. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Civitates, quae prope clausuras et fines antea tenebantur. Ib. l. l. Vt super omni limite — castrorum ac clausurarum [al. lusoriarumque] cura procedat. c. 4. de off. mag. off. 1. 31. (cf. v. Clusura.)

Clausus, s. **Clusus.** (Partic.) *Inclusus, Conclusus.* III. **Cn.** Ne quis in iis locis, inve iis porticibus, quid inaedificatum, immolitumve habeto, neve eorum quod septum, clausumve habeto. Tab. Heracl. lin. 71. aer. Br. Nisi — commentariensis ingesserit numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem, aetatemque vinctorum. Th. C. IX. 3. c. 6. de cust. reor. Clusos accipere debemus, et si sunt vincti. fr. 3. §. 6. de S. C. Silan. 29. 5. (cf. v. Claudere. §. 2.)

Clavus. §. **1.** *Ferramenti species.* III. **Cn.** Si quis ex naufragio clavos, vel unum ex his, abstulerit. fr. 3. §. 8. de incend. ruina. 47. 9. — §. **2.** *Segmentum purpurae vel auri, tunicae adsutum.* III. **Cn.** Clavi aurei et purpurae, pars sunt vestimentorum. — Et si non sunt clavi vestimentis consuti. fr. 19. §. 5. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. In hoc donare viro suo, ut is ab Imperatore lato clavo, vel equo publico, similive honore, honoretur. Vlp. VII. 1. — §. **3.** *Tuberculum callosum.* III. **Cn.** Qui clavum habet, morbosus est. fr. 12. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Clazomenius. *Ad Clazomenas pertinens, civitatem Ioniae.* III. **Cn.** D. Hadrianus ad Clazomenios rescripsit. fr. 4. §. 5. de legation. 50. 7.

Clemens. (Adiect.) *Moderatus, Humanus.* II. **Op.** Clementior, — Severior (sententia). Paul. IV. 12. §. 5. III. **Cn.** Eventus spectetur, ut a clementissimo [al. dementissimo] quoquo facta. fr. 16. §. 8. de poen. 48. 19.

Clementer. (Advb.) *Leniter, Benigne.* II. **Op.** Severius, — Clementius (statuere). fr. 6. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. III. **Cn.** Satis clementer cum reo Praetor egit, ut daret ei restituendi facultatem etc. fr. 14. §. 1. Qu. met. c. 4. 2.

Clementia. §. **1.** *Indulgentia, Moderatio.* I. **Sy.** Lenitas. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. II. **Op.** Severitas. fr. 11. pr. l. — §. **2.** *Titulus Principis.* I. **Sy.** Mansuetudo (nostra). Th. C. XI. 28. c. 3. c. 5. de indulg. debitor. III. **Cn.** A Principali clementia impetrare (aetatis veniam). c. 2. §. 3. c. 3. de h. qu. ven. aet. 2. 45. Per indulgentiam clementiae nostrae (redintegratio praestetur). Th. C. II. 6. c. 1. de temp. curs. Cuncti populi, quos clementiae nostrae regit imperium. c. 1. pr. de summa trinit. 1. 1.

Clericalis. (Adiect.) *Ad clerum spectans.* III. **Cn.** Ad clericale munus accedere. Nov. Valent. III. de episcop. iud. II. 35. c. 1. §. 3.

Clericatus. §. **1.** *Clericorum munus.* I. **Sy.** Sacerdotium. c. 16. de episc. et cler. 1. 3. III. **Cn.** Quos a publici laboris actu, et gradus clericatus, — et sanctior vita defendit. Th. C. XVI. 2. c. 36. §. 1. de episc. eccl. Si quis monachus constitutus, clericatus honorem acceperit. Iuliani epit. nov. c. 4. §. 20. Qui ad clericatus se privilegia contulerunt. Th. C. XIV. 4. c. 8. §. 1. de suar. — §. **2.** *Collegium clericorum, Clerus.* III. **Cn.** Cum numerositas ex abundanti clericatus augetur. Nov. Valent. III. de succ. curial. II. 2. c. 1. pr. Si in eo vico — clericatus fuerit. c. 16. de episc. et cler. 1. 3.

Clericus. *Qui cultui divino in ecclesia catholica addictus est.* III. **Cn.** Qui divino cultui ministeria religionis impendunt, i. e. hi, qui clerici adpellantur. Th. C. XVI. 2. c. 2. de episc. eccles. Tam sacerdotes, quam clerici, laicique. Ib. XVI. 5. c. 52. pr. de haeretic. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, — vel cuiuslibet alterius loci clericus, aut monachus. Ib. V. 3. c. 1. de bon. clericor. XII. 1. c. 163. de decurion. Catholicae religionis clerici. Ib. XVI. 2. c. 36. pr. de episc. eccles. Si quid contra ecclesias, vel clericos, — fuerit contra leges impetratum. Ib. l. l. c. 34.

Clerus. *Clericorum ordo, v. collegium.* III. **Cn.** Ecclesiae, vel martyrio, vel clero, vel monachio, vel pauperibus, (aliquid relinquere). c. 13. de SS. eccl. 1. 2. Adesse autem decreto debet, non solum episcopus et clerus ecclesiae eius civitatis, — sed etiam metropolitanus episcopus. Iuliani epit. nov. c. 61. §. 207. cf. c. 11. §. 47. c. 14. §. 50. Eiiciatur de clero, et sit privatus. Ib. c. 4. §. 20.

Clibanarius. *Miles cataphractus.* III. **Cn.** Annonas civicas in urbe Constantinopolitana scholae scutariorum, et scutariorum clibanariorum — meruisse. Th. C. XIV. 17. c. 9. de annon. civic.

Cliens. §. **1.** *Qui personam potentioris colit, eiusque patrocinio gaudet.* III. **Cn.** Vsus sui gratia paratum, — et amicorum eius, et clientium, et universorum quos circa se habet. fr. 3. §. 6. de penu leg. 33. 9. cf. fr. 2. §. 1. fr. 3. de usu et habit. 7. 8. Si quis gratuitas habitationes dederit libertis et clientibus, vel suis vel uxoris. fr. 5. §. 1. de h. qu. effud. 9. 3. Si libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei qui conduxit, furtum fecerit. fr. 89. de furt. 47. 2. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto! L. Romuli. no. 1. L. XII. Tabb. VIII. 21. — §. **2.** *Reus, qui patronum causae invenit.* III. **Cn.** Honorariis scilicet a clientibus — disertissimis togatis omnimodo praestandis. c. 13. §. 9. de iudic. 3. 1. Pro fide atque industria erga clientes comprobata, — cla-

rissimis merito connumerentur (advocati). c. 1. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Clientela. **§. 1.** *Munus patroni.* I. **Sy.** Patrocinium. Th. C. XI. 24. c. 4. de patroc. vicor. Iust. C. c. 1. ut nemo ad suum patr. 11. 53. — **§. 2.** *Gratificatio, v. Favor, circa litigantes.* III. **Cn.** Si verae voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusae. Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Clivosus. (Adiect.) *In clivum adsurgens.* I. **Sy.** Proclivis. fr. 10. §. 10. de gradib. 38. 10. fr. 2. §. 32. ne qu. in loco pub. 43. 8. II. **Op.** Vt, cum plana fuerit (sc. via), clivosa fiat, vel ex molli aspera. fr. 2. §. 32. l. 43. 8.

Clivus. *Collis, Solum adscendens.* II. **Op.** Ex plano aditus. — Gradus, vel clivi. fr. 20. §. 1. de S. P. V. 8. 2. III. **Cn.** In clivo Capitolino duo plostra onusta mulae ducebant. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Cloaca. *Canalis, qua defluunt sordes.* I. **Sy.** Locus cavus, per quem colluvies quaedam fluat. fr. 1. §. 4. de cloac. 43. 23. III. **Cn.** Cloacae adpellatione et tubus, et fistula continetur. fr. 1. §. 6. ib. 43. 23. Si in flumen, vel in mare, vel in cloacam ceciderunt (sc. nummi). fr. 27. §. 21. ad L. Aqu. 9. 2. Cum publicae salutis et securitatis intersit, et cloacas et rivos purgari. fr. 5. §. 11. de O. N. N. 39. 1. cf. fr. 1. pr. §. 2. de cloac. 43. 23. Rusticorum praediorum servitutes sunt: — cloacam habere licere per vicini domum. fr. 2. pr. de S. P. R. 8. 3. fr. 7. de servit. 8. 1.

Cloacarium. *Tributum pro cloacarum purgatione ac refectione.* III. **Cn.** Legati praedii solvere vectigal praeteritum, vel tributum, vel solarium, vel cloacarium, vel pro aquae forma. fr. 39. §. 5. de legat. I. (30.) fr. 27. §. 3. de usuf. 7. 1.

Cludere, Clusus. Cf. v. Claudere, Clausus.

Clusura. *Custodia, Carcer.* III. **Cn.** Qui in clusura, aut in vinculis detinetur. Interpr. ad Paul. V. 6. §. 14.

Clypeus. *Discus.* III. **Cn.** Cum pictor in pergula clypeum, vel tabulam, expositam habuisset, eaque excidisset. fr. 5. §. 12. de h. qu. effud. 9. 3.

Clyster. *Instrumentum, quo medicamentum abdomini immittitur.* II. **Op.** Vel ore, vel clystere, (medicamentum alicui infundere). fr. 9. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Coacervare. *Congerere, Adcumulare.* III. **Cn.** Ita ut omnes summas, maiores et minores, coacervet. fr. 36. pr. mand. 17. 1.

Coacervatio. *Adcumulatio.* III. **Cn.** Quarum singularum (sc. actionum) quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coacervatio vero omnium excedat modum iurisdictionis eius. fr. 11. pr. de iurisd. 2. 1.

Coacescere. *Acidum fieri.* I. **Sy.** Acescere. Cf. h. v. III. **Cn.** Quodsi totum vinum, quod paterfam. habuit, coacuit. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6.

Coactilis. (Adiect.) *Ex lana coacta factus.* III. **Cn.** Etiam coactilia vesti cedere, et tegumenta subselliorum. fr. 25. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Coactio. **§. 1.** *Redactio, Comprehensio.* I. **Sy.** Collectio (causae). In breve coactio. Gai. IV. 15. — **§. 2.** *Exactio.* III. **Cn.** Vt principe loco adparitores tuos maneat et coactionis instantia, et deceptionis invidia. Th. C. I. 15. c. 10. (Wck.) de off. Vicar.

Coactor. *Exactor.* III. **Cn.** Argentarius coactor, cum paene totam fortunam in nominibus haberet etc. fr. 40. §. 8. de statulib. 40. 7.

Coactus. (Partic.) Cf. v. Cogere.

Coadunare. **§. 1.** *Aptare, Subiicere.* I. **Sy.** Coniuncti, Coadunati [al. adunati] ei per potestatem. §. 10. I. de testam. ord. 2. 10. III. **Cn.** Si — purpuram vestimento intexeris, aut brachium statuae coadunaveris. fr. 7. §. 2. de exhib. 10. 4. Codicillus, si V. testium litterae testatoris scripturae coadunentur. c. 28. §. 1. de testam. et quemad. 6. 23. — **§. 2.** *Cogere, Colligere.* III. **Cn.** Si quidem unus creditor aliis omnibus gravior in summa debiti inveniatur, ut omnibus in unum coadunatis, et debitis eorum computatis, ipse alios antecellat. c. 8. Qu. bon. ced. p. 7. 71. cf. fr. 9. §. 1. de pact. 2. 14. De fide christiana, publice turbis coadunatis, et audientibus, tractare. c. 4. de summa trinit. 1. 1. Si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. Th. C. I. 12. c. 2. de adsessor.

Coadunatio. *Consummatio, Comprehensio.* III. **Cn.** Non esse exspectandam, post singulas aestimationes, unam coadunationem totius calculi. c. 31. §. 2. de iure dot. 5. 12.

Coaestimare. *Vna aestimatione comprehendere.* III. **Cn.** Furti actione hoc quoque coaestimabitur [al. aestimabitur]. fr. 67. §. 1. de furt. 47. 2.

Coagere. *Agere, Emittere.* I. **Sy.** Concipere, Agere (radices). fr. 3. §§. 3. 4. 7. arbor. furt. caes. 47. 7.

Coalescere. **§. 1.** *Concrescere.* I. **Sy.** Radices agere. Radicibus terram complecti. Gai. II. 74. fr. 9. pr. fr. 7. §. 13. fr. 26. §. 2. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Si non coaluerit (sc. crusta), nec unitatem cum terra mea fecerit. fr. 9. §. 2. de damn. infect. 39. 2. Concha apud rubrum mare et crescit, et coalescit. fr. 19. §. 18. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Effectum capere, Augeri.* III. **Cn.** Ne deinde facinora impunita coalescant. Th. C. XIV. 15. c. 6. de can. frum. urb. Rom. I. 20. c. 3. (Wck.) de defensor. civit. Ne causa, quae — romanis increbuit calamitatibus, bello coalescens civili, nostris maneat temporibus. c. 2. §. 6. de vet. iure enucl. 1. 17.

Coangustare. **§. 1.** *Angustum efficere.* II. **Op.** Si dilatetur (sc. aqua), — vel contra si coangustetur, et rapidius flumen faciat. fr. 1. §. 15. de flumin. 43. 12. III. **Cn.** Aedium aditum coangustare. fr. 19. §. 5. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Cohibere, Circumscribere.* II. **Op.** Latissima potestas tributa. — Coangustatum interpretatione. fr. 120. de V. S. 50. 16.

Coarctare. **§. 1.** *In arctum redigere, Cohibere.* III. **Cn.** Si viae publicae exemtus commeatus sit, vel via coarctata. fr. 2. §. 25. ne qu. in loco pub. 43. 8. Hoc edictum Praetor proponit, coarctan-

dae persecutionis libertatis causa impositorum. fr. 2. pr. de oper. libert. 38. 1. — **§. 2.** *Brevius facere, Resecare.* III. **Cn.** Aut longius, aut brevius tempus dari; longius tamen interdum Praetor coarctat. Gai. II. 170. Sic et tua pars coarctabitur, ut non abundet mandati quantitatem. fr. 35. mand. 17. 1. — **§. 3.** *Cogere, Compellere.* III. **Cn.** Huiusmodi poenae subiacebunt, et reddere eam parti laesae coarctabuntur. c. 13. §. 6. de iudic. 3. 1. Coarctandus est emtor venditionem adimplere. fr. 57. pr. de contr. emt. 18. 1. Si artibus moras nectent, ad solutionem debiti coarctandi sunt. Th. C. II. 29. c. 2. pr. si cert. petat. cf. IX. 42. c. 19. de bon. proscr. XI. 7. c. 5. de exaction.

Coarguere. *Arguere.* I. **Sy.** Arguere. fr. 5. §. 14. de h. qu. ut ind. 34. 9.

Coccum. *Granum coccinei coloris.* III. **Cn.** Purpurae adpellatione — coccum non continebitur; fucinum et ianthinum continebitur. fr. 70. §. 13. cf. §. 12. fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.)

Cochleare. *Species adparatus ad coenandum.* III. **Cn.** Vasis argenteis legatis, — tam potoria, quam escaria, item ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, — cochlearia quoque, item trullae, calices etc. Paul. III. 6. §. 86.

Cocinatorius. (Adiect.) *Ad coquendum comparatus.* I. **Sy.** Ad coquendum, Cocinatorium [al. cocitatorium], (vas, v. instrumentum). fr. 6. de penu leg. 33. 9. fr. 19. §. 12. de auro arg. 34. 2.

Coctor. *Qui coquendo aliquid parat.* III. **Cn.** Calcis coctor. Cf. v. Calx.

Coctus. (Partic.) Cf. v. Coquere.

Cocus, v. **Coquus.** *Artis coquendi peritus.* III. **Cn.** Qui vel ex artificio, vel officio, — evidenter denotati essent, veluti: „dispensator meus, cellarius meus, cocus meus.“ fr. 24. de manum. testam. 40. 4. fr. 65. §. 2. de legat. III. (32.) Inter urbana ministeria continentur: — obsonatores, et vestiarii, et cellariarii, et cubicularii, et arcarii, et coqui, placentarii etc. Paul. III. 6. §. 72. fr. 203. de V. S. 50. 16. Neve ex caupona ductum, vel ex famosarum ministeriis tabernarum, aut ex cocorum aut pistorum numero. Th. C. VII. 13. c. 8. de tiron.

Codex. **§. 1.** *Exemplum scripturae. Liber (rationum etc.).* I. **Sy.** Exemplar (testamenti). fr. 1. §§. 5. sq. de B. P. s. t. 37. 11. Pugillares. fr. 5. §. 8. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. III. **Cn.** Libris legatis, chartae volumina, vel membranae, et philurae continentur. Paul. III. 6. §. 87. fr. 52. pr. de legat. III. (32.) Tradere libellum, vel codicem proferre. Totum codicem rationum, totasque membranas inspiciendi describendique potestas. fr. 6. §§. 6. sq. fr. 10. §. 2. de edendo. 2. 13. fr. 45. pr. de iudic. 5. 1. Si tabulae (sc. testamenti) in pluribus codicibus scriptae sint. fr. 3. §. 1. de tabul. exhib. 43. 5. cf. fr. 1. §. 6. de B. P. s. t. 37. 11. Nullus ante carceris custodiae mancipetur, quam ab eo, qui in accusationem eius erupit, in codice publico solemnia inscriptionis impleta sint. Th. C. IX. 3. c. 4. de custod. reor. — **§. 2.** *Collectio, Corpus (legum, vel praeceptorum doctrinae etc.).* III. **Cn.** Codices eorum, scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes, — quaeri ac prodi. Ib. XVI. 5. c. 34. §. 1. de haeretic. cf. IX. 16. c. 12. de malef. et mathem. Postquam in corpus unius codicis divorum retro Principum constitutiones, nostrasque redegimus. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. pr. Vt hic codex — per tria corpora transferatur. Gesta in Senatu de recip. Th. C. (p. 6. Wck.) Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis, cunctas colligi constitutiones decernimus. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Princ. cf. Iust. Const. de novo Cod. fac. Pr. §. 1. Duobus istis codicibus omnia gubernari, uno constitutionum, altero iuris enucleati, et in futurum codicem compositi. c. 1. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. Cum novellae nostrae, — quae post nostri codicis confectionem latae sunt, extra corpus eiusdem codicis divagabantur. Const. de emend. cod. §. 2. Sicut in Institutis et in Codice didicimus. Iul. epit. nov. c. 67. §. 241.

Codicillarius. (Adiect.) *Per codicillum, vel diploma, quaesitus.* I. **Sy.** Imaginariae atque honorariae, Codicillariae (dignitates). Th. C. VI. 22. c. 6. c. 7. pr. §. 2. de honorar. codic. II. **Op.** Administratio. Ib. l. l.

Codicillus. Codicilli. **§. 1.** *Libellus, Tabulae.* III. **Cn.** Semper plurativo numero profertur, sicut et „pugillares“, et „codicilli“. fr. 148. de V. S. 50. 16. Quodsi in ceratis codicillis (sint libri). fr. 52. pr. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Vltimae voluntatis scriptura minus solemnis.* II. **Op.** Testamentum. — Codicilli. Vlp. II. 12. XXIV. 29. Paul. III. 6. §. 92. fr. 8. §. 2. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Et suprema illius scriptura irrita sit, sive testamento, sive codicillo, sive epistola, sive quolibet genere reliquerit voluntatis. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 5. de haeretic. IV. 4. c. 2. pr. de testam. et codic. Quidquid — cuiuslibet tituli largitate contulerint, i. e. testamento, fideicommisso, legato, codicillo, donatione, vel etiam intestati successione. Ib. VIII. 18. c. 7. de matern. bon. XVI. 2. c. 27. pr. c. 40. §. 5. de episc. eccl. Si quando testium numerus defecerit, instrumentum codicilli habeatur infirmum. Ib. IV. 4. c. 1. de testam. et cod. Ad certam personam scribere, Facere, s. Conficere, codicillos. fr. 8. fr. 11. fr. 19. de codic. 29. 7. fr. 33. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 37. §. 2. de legat. III. (32.) Si testator, faciens testamentum, in eodem „pro codicillis etiam id valere“, complexus sit. c. 8. pr. §§. 1. sq. de iure codicill. 6. 36. Codicilli ad testamentum facti, s. pertinentes. fr. 36. pr. de milit. testam. 29. 1. fr. 5. §. 14. de h. qu. ut ind. 34. 9. Codicilli, qui testamento confirmati non sunt. Paul. IV. 1. §. 10. Gai. II. 270. 273. Vlp. II. 12. XXIV. 29. XXV. 8. 11. Codicillis per fideicommissum aliquid dare. fr. 2. pr. fr. 3. fr. 10. de codic. 29. 7. — **§. 3.** *Diploma.* II. **Op.** Qui codicillis vestiuntur, s. honorarios meruerunt codicillos. — Quos administratio, vel militia provexit. Th. C. VI. 22. c. 5. c. 8. pr. §. 1. de honor. codic. VII. 8. c. 16. §. 1. de metat. Qui se aut actibus subsequuntur, aut codicillorum parili imagine fulciuntur. Ib. l. l. III. **Cn.** Qui (extra palatium constituti), codicillis proconsularibus, vel epistolis vicariorum, vel insignibus consularium emen-

dicatis atque adsimulaticiis vestiuntur. Ib. VI. 22. c. 5. c. 7. §. 1. cf. XII. 1. c. 20. de decurion. Qui alios promotionis tempore, et codicillorum adeptione praecesserit. Ib. VI. 7. c. 1. de Praef. Pr. Si quis iudicio nostro se adeptum codicillos adstruxerit, et idem vel superna codicillorum impressio, vel scriptura adstipuletur interior. Ib. VI. 22. c. 1. Ablatis codicillorum insignibus, et honore exuti etc. Ib. IX. 27. c. 1. ad L. Iul. repet. Dispendia pro completione chartarum, vel codicillorum. c. 1. §. 7. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Coele-Syria. Cf. v. Syria.

Coëmere. **§. 1.** *Plura simul emere. Emendo colligere* III. **Cn.** Ne aut ab his, qui coëmtas merces supprimunt, — annona oneretur. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. Quem quis aedificio praeposuit, vel frumento coëmendo. fr. 5. §. 1. de instit. act. 14. 3. Si novum negotium — nomine eius geras, veluti venales novicios coëmendo, vel aliquam negotiationem ineundo. fr. 11. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Pretio corrumpere.* II. **Op.** Qui bonorum virorum suffragio, nulla data pecunia, illustrati etc. — Qui coëmtis procurationum administrationibus, vacationem meruerint. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic.

Coëmtio. **§. 1.** *Emtio, Comparatio.* I. **Sy.** Comparatio (frumentaria), Ib. XIV. 16. c. 1. c. 3. de frum. urb. Const. III. **Cn.** Si commeatus, et bastagas, et paraveredos, et species, nec non et coëmtiones, — et alia universa fisci calculis — dependant. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 3. §. 1. — **§. 2.** *Forma conventionis in manum mariti, mancipatione interveniente celebranda.* III. **Cn.** Olim itaque tribus modis in manum conveniebant, usu, farreo, coëmtione. Gai. I. 110. Coëmtione in manum conveniunt per mancipationem, i. e. per quamdam imaginariam venditionem. Ib. I. 113. sq. Capite deminutus, deminutave, — velut mulier per coëmtionem, masculus per adrogationem. Ib. IV. 38. Olim etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat coëmtio. Ib. I. 115. a. cf. 195.

Coëmtionator. *Extraneus, ad coëmtionem citra matrimonii causam celebrandam, adhibitus.* I. **Sy.** Is, cum quo mulier coëmtionem facit, fiduciae causa, (v. alterius rei, quam matrimonii, causa). Gai. I. 114. sq. 118. III. **Cn.** Si qua velit, quos habet tutores, reponere ut alium nanciscatur, — coëmtionem facit, deinde a coëmtionatore remancipata ei, cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa etc. Ib. I. 115. sq. 195. Liberum caput, mancipatum nobis vel a parente, vel a coëmtionatore, manumittere. Ib. I. 166. cf. 116. sqq. 123. Vlp. XI. 5. Patri adoptivo, coëmtionatorive, adquirere. Gai. III. 83. sq.

Coena. *Epulum, Convivium.* III. **Cn.** Dolia, vasa, ancones, calices, trullae, quae circa coenam solent traiici. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. Si quis argentum utendum acceperit, quasi amicos ad coenam invitaturus. Gai. III. 196. fr. 18. pr. commod. 13. 6.

Coenacularia. *Quaestus coenacularii.* II. **Op.** Gratuitas habitationes dare. — Coenaculariam exercere. fr. 5. §. 1. de h. qu. effud. 9. 3.

Coenacularius. *Coenaculorum conductor.* I. **Sy.** Qui coenaculum conduxit. fr. 11. §. 5. de pignor. act. 13. 7.

Coenaculum. *Superior domus pars, habitationes mercenarias continens* III. **Cn.** Per omnes civitates, — ex horreis, balneis, ergasteriis, tabernis, domibus, coenaculis, salinis etiam omnibus, — pensio conferatur. Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Sive in habitationis, vel coenaculi, sive etiam in horrei, vel cuius alterius aedificii. fr. 5. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 41. pr. de S. P. V. 8. 2. Si supra aedes, quas possideo, coenaculum sit. — Si coenaculum ex publico aditum habeat. fr. 3. §. 7. uti possidet. 43. 17. Tabernam cum coenaculo legaverat. fr. 7. de instr. leg. 33. 7. Insula, in qua coenaculum fuit. fr. 7. 1. 33. 7. fr. 30. pr. locat. 19. 2. Directarii, qui in aliena coenacula se dirigunt, furandi animo. fr. 7. de extr. crim. 47. 11. Si domus ususfr. legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per coenacula dividere domum. fr. 13. §. 8. de usuf. 7. 1.

Coenare. *Coenam sumere.* III. **Cn.** Vt pomum decerpere liceat, ut spatiari, ut coenare in alieno possimus. fr. 8. pr. de servit. 8. 1. Quod vestimentum servo dominus ita dedit utendum, — cum — coenanti ministrabit. fr. 25. de pecul. 15. 1.

Coenaticum. *Tributum militibus, quasi pro coena, pendendum.* III. **Cn.** In provinciis stationes militum adficere — possidentes, a quibus superstatutorum grave atque inusitatum quoddam nomen coenaticorum fuerit introductum. Th. C. VII. 4. c. 12. de erog. mil. annon.

Coenatio. *Locus ad coenandum, Triclinium.* III. **Cn.** Nemo militum in ea coenatione hospitium sibi vindicare audeat, in qua ipse paterfam. habitare solet. Iuliani epit. nov. c. 123. §. 540.

Coenatorius. (Adiect.) *Ad coenam idoneus.* III. **Cn.** Quemdam Senatorem muliebribus (sc. vestibus) coenatoriis uti solitum. fr. 33. de auro arg. 34. 2.

Coenobitae. *In sodalitio, vel consortio, viventes.* III. **Cn.** Nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam quos coenobitas vocant etc. Th. C. IX. 40. c. 16. pr. de poen.

Coenosus. (Adiect.) *Squalidus.* III. **Cn.** Erepto splendore eius, et consulatu a taetra illuvie, et a commemoratione nominis eius, et coenosis sordibus vindicato. Ib. 1. 1. c. 17.

Coenum. *Colluvies, Immunditiae.* III. **Cn.** Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto oblinuerit. Paul. V. 4. §. 13. In lutum aut coenum cecidisse (sc. lanam), atque ita pristinum colorem perdidisse. fr. 26. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Coeno profanatarum religionum, haereticorumque sordibus polluere. Th. C. XVI. 6. c. 6. pr. ne S. baptism. XVI. 9. c. 4. ne christ. manc.

Coepisse. *Incipere.* I. **Sy.** Coepit esse. Originem sumsit. fr. 4. sq. de I. et I. 1. 1. Instituere. fr. 2. §§. 1. 3. de O. I. 1. 2. Inchoare. fr. 1. §§. 2. sqq. fr. 6. §. 1. fr. 7. fr. 14. de pollicit. 50. 12. Adgredi. fr. 8. sq. ib. 50. 12. II. **Op.** Perficere. fr. 1. fr. 6. fr. 8. fr. 14. ib. 50. 12. fr. 15. §. 17. de iniur. 47. 10. Si propria esse promissoris coeperit (res). — Si perseveraverit aliena. fr. 38. §. 4. de V. O. 45. 1. cf. Gai.

II. 212. III. ***Cn.*** Magis coepisse testamentum facere, quam fecisse. fr. 25. Qu. test. fac. p. 28. 1. Primus D. Augustus — constituit, — et ex illo tempore peti hoc pro beneficio coepit. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Diutina possessio, quae prodesse coeperat defuncto, et heredi et bonorum possessori continuatur. §. 12. I. de usuc. 2. 6. Quomodo, cum semel coeperit (sc. actio), nuda voluntate tolletur? fr. 9. de N. G. 3. 5. Si vicenum merces duorum fuerunt, et alterius adspergine X. esse coeperunt. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Licet interesse desiit, vel minoris vel pluris interesse coepit. fr. 8. §. 1. de edendo. 2. 13. Si sine causa promiserit, coeperit tamen facere. fr. 1. §§. 2. sqq. fr. 6. §. 1. de pollicit. 50. 12. Donec vivat, et in ea causa esse coeperit, ut etc. fr. 7. de A. E. V. 19. 1. Postea vero per legem Iuniam eos omnes — liberos esse coepisse, et adpellatos esse Latinos Iunianos. Gai. III. 56. Quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint. Ib. I. 59. cf. 61.

Coeptum. (Subst.) *Admissum*, *Factum.* III. ***Cn.*** Quisquis aliquid tale perpetrare tentaverit, improbi coepti privetur effectu. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 2. de curios.

Coeptus. (Partic.) *Inchoatus.* I. ***Sy.*** Incoeptus. Ib. II. 24. c. 1. famil. ercisc. Inchoatus. fr. 12. Qu. ex c. mai. 4. 6. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Quae nullum effectum habuit. Coepta (iniuria). fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. II. ***Op.*** Plenus, Impletus (annus). fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Perfecti collecti (fructus). — Coepti ita percipi etc. fr. 78. de R. V. 6. 1. Coeptae — Perfectae (scripturae etc.). Th. C. II. 24. c. 1. famil. ercisc. Coeptum retinere, v. perficere. — Novum inchoare etc. fr. 42. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. III. ***Cn.*** Et si non sit petita B. P., iam tamen coepta controversia, vel praeparata. fr. 6. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. Vtrum ab initio, an coepta iam lite. c. 20. de procur. 2. 13. fr. 49. pr. de iudic. 5. 1. Quodsi criminaliter coeptum (iudicium) interventu indulgentiae sopitum est. c. 9. ad L. Cor. de fals. 9. 22. Opera publica coepta consummare. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Coërcere. **§. 1.** *Continere*, *Includere.* I. ***Sy.*** Compescere, Circumcidere (ramos, s. luxuriem ramorum). Paul. I. 6. §. 13. fr. 1. §§. 7. sqq. de arbor. caed. 43. 27. Cogere, Continere (aquam). fr. 1. §. 4. ut in flum. pub. 43. 14. fr. 1. §. 9. de fonte. 43. 22. fr. 1. §. 4. fr. 3. pr. de riv. 43. 21. II. ***Op.*** Donec nostra custodia coërceatur. — Cum evaserit custodiam nostram. Gai. II. 67. fr. 3. §. 2. de A. R. D. 41. 1. III. ***Cn.*** Quominus fontem — purges, reficias, ut aquam coërcere utique ea possis. fr. 1. §§. 6. 8. de fonte 43. 22. Hae arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur et coërcentur, et deminutiones aeque coërcentur. fr. 10. de extr. crim. 47. 11. Et publica utilitas coërcenda est, vindicandae reipub. c. fr. 1. §. 4. depos. 16. 3. — **§. 2.** *Corrigere*, *Animadvertere.* I. ***Sy.*** Punire. fr. 2. fr. 3. pr. §§. 1. 6. Qu. quisq. iur. 2. 2. Teneri, Coërceri (poena legis). Paul. IV. 7. §§. 1. sq. III. ***Cn.*** Neve possent in caput civis R. animadvertere iniussu populi; solum relictum est eis, ut coërcere possent, ut in vincula publica duci iuberent. fr. 2. §. 16. cf. §§. 18. 23. de O. I. 1. 2. Magistratus, qui imperium habent, qui coërcere aliquem possunt, et iubere in carcerem duci. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. c. 1. Qui n. poss. ad libert. perven. 7. 12. Prohibere, et deprehensa coërcere. fr. 6. §. 3. de off. Praes. Prov. 1. 18. Frumentum probare, mensorum fraudem coërcere, delicta secundum suae auctoritatis modum castigare. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Cupiditatis culpam coërcendam credidi, ut caeteri eiusdem aetatis iuvenes emendarentur. Coll. LL. M. I. 11. Noxae, quae publice coërceri solent. fr. 11. §. 1. de eviction. 21. 2. Nec sane verisimile est, delictum unum eadem lege variis aestimationibus coërceri. fr. 41. de poen. 48. 19. Congruenti poena, — v. Extraordinaria animadversione, coërceri. c. 4. de decurion. 10. 31. c. 1. de accusat. 9. 2. Vel exsilio temporali, vel interdictione certae rei coërceri. fr. 45. de iniur. 47. 10. Sufficit eos verberibus coërceri. Coll. LL. M. XIII. 3.

Coërcitio. *Vindicta*, *Castigatio.* III. ***Cn.*** Gladii potestas, vel cuius alterius coërcitionis. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Iurisdictio sine modica coërcitione nulla est. fr. 5. §. 1. cf. fr. 1. §. 1. de off. eius. 1. 21. Noxae, quae publicam exercitionem [al. exsecutionem], et coërcitionem capitalem habent. fr. 200. de V. S. 50. 16. Paul. I. 9. §. 1. Poenae, quae aut vitam adimant, — aut civitatem auferant, — aut coërcitionem corporis contineant. fr. 6. §. 2. de poen. 48. 19. cf. fr. 2. de pub. iudic. 48. 1. Erit extra ordinem plectendus, modica tamen coërcitione. fr. 8. §. 2. de relig. 11. 7. fr. 2. stellion. 47. 20. fr. 1. §. 3. de poen. 48. 19. Modum castigandi et in servorum coërcitione placuit temperari. Paul. V. 23. §. 6. Plenissimam, — Levem, coërcitionem habere (adversus etc.). fr. 17. §. 1. de usuf. 7. 1. fr. 7. §. 2. fr. 11. §. 7. de iniur. 47. 10. S. Cti non intervenit coërcitio (contra desertorem). fr. 1. §. 12. ad S. C. Turp. 48. 16.

Coërrare. *Circumire* (stipatum). III. ***Cn.*** Praefectum Vigilum per totam noctem vigilare debere, et coërrare calceatum, cum hamis etc. fr. 3. §. 3. cf. Pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Coetus. **§. 1.** *Coitio*, *Congregatio.* I. ***Sy.*** Conventus, Congregatio. Th. C. VI. 9. c. 2. de Quaest. Mag. off. XVI. 5. c. 3. sq. c. 14. sq. de haeretic. III. ***Cn.*** Coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium facere. Paul. V. 26. §. 3. fr. 5. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. fr. 4. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Turbam, multitudinis hominum esse turbationem et coetum. fr. 4. §. 3. vi bon. rapt. 47. 8. Quod non in coetu, nec vociferatione dicitur, convicium non proprie dicitur. fr. 15. §§. 11. sq. de iniur. 47. 10. In omni curiae senatoriae actu, sententia, coetu. Th. C. VI. 6. c. 1. de Coss. Solemnes festivitates et coetus, vel salutationes, vel quaelibet alia officia, frequentare. Ib. VI. 8. c. 1. de Praep. S. cubic. In coetu publico demonstrari. Ib. II. 17. c. 1. §. 1. de h. qu. ven. aet. Ab honestorum coetu, iudiciorumque conspectu segregari. Ib. II. 10. c. 4. (Wck.) de postul. — **§. 2.** *Collegium*, *Corpus.* I. ***Sy.*** Concilium. Ib. III. 17. c. 3. pr. de tut. et cur.

cr. Consortium. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 1. pr. §§. 2. sq. III. **Cn.** Coetus amplissimus, cuius consortio gratulamur. Th. C. XII. 1. c. 180. de decurion. cf. VI. 2. c. 8. de Senat. et de gleb. Splendidissimo coetui vestro, P. C., placere confidimus. Nov. Th. II. 1. 1. c. 1. pr. Quae (sc. leges) missae a nobis ad venerabilem coetum oratione conduntur. c. 3. de LL. 1. 14.

Cogere. (Cf. s. v. Coagere.) **§. 1.** *Cohibere, Coërcere.* III. **Cn.** Stagnum est, quod temporalem contineat aquam ibidem stagnantem, quae quidem aqua plerumque hieme cogitur. fr. 1. §. 4. ut in flum. pub. 43. 14. Boves alienos in angustum locum coëgisti, eoque effectum est ut deiicerentur. fr. 53. ad L. Aqu. 9. 2. Equa, cum in alieno pasceretur, in cogendo, quod praegnans erat, eiecit. fr. 39. pr. ib. 9. 2. — **§. 2.** *Compellere.* I. **Sy.** Adstringere. fr. 49. fam. ercisc. 10. 2. Compellere. Gai. I. 137. fr. 8. §. 3. fr. 10. fr. 12. fr. 14. de procur. 3. 3. fr. 13. pr. §. 3. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. Iubere, Curare ut etc. Gai. I. 53. 199. sq. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. II. **Op.** Persuadere. — Compellere atque cogere. fr. 1. §. 3. de servo corr. 11. 3. Rogatus, Invitatus. — Cogendus. c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Si liberum esset, noluissem. — Coactus volui. fr. 21. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Onerari (mulierem ignorantem, vel invitam), non oportet, ne cogatur fundo aut mancipiis carere. fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16. Qui sponte, et nulla necessitate cogente, immiscuit se negotiis alienis. fr. 3. §. 10. de N. G. 3. 5. Quod nullo iure cogente conceditur. fr. 29. pr. de donat. 39. 5. Quae (sc. alimenta), pietate cogente, de suo praestitisset. fr. 34. de N. G. 3. 5. Si adfectione coactus, ne bona mea distrahantur, negotiis te meis obtuleris. fr. 3. §. 9. ib. 3. 5. Recusantem, v. Invitum, cogere. Gai. I. 190. 192. II. 122. fr. 1. §. 2. ubi pup. educ. 27. 2. fr. 10. pr. de gradib. 38. 10. fr. 156. pr. de R. I. 50. 17. Si metu coactus adii hereditatem etc. fr. 21. §§. 5. sq. Qu. met. c. 4. 2. Commodissimum est, eo usque cogi iudices, donec consentiant. fr. 30. de liberali c. 40. 12. — **§. 3.** *Colligere, Congregare.* I. **Sy.** Colligere (homines). fr. 2. pr. §§. 2. sq. vi bon. rapt. 47. 8. Contrahere, Convocare, Concitare (turbam etc.). fr. 4. §. 6. ib. 47. 8. fr. 3. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. Imponere (in nave, merces). fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. III. **Cn.** Decreta, quae non legitimo numero decurionum coacto facta sunt. fr. 2. de decr. ab ord. 50. 9. Praetor iubebit eos convocari; aut si non coibunt, aut coacti non decernent etc. fr. 3. §. 7. de admin. et peric. 26. 7. Qui arma, tela, domi suae — coëgerit. fr. 1. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Qui aedes alienas, villasve expugnaverint, — si quidem turba cum telis coacta fecerint, etc. Paul. V. 3. §. 3. Hominibus coactis, vel armatis vel inermibus, damni quid factum. fr. 2. pr. cf. §§. 3. sq. 7. 12. vi bon. rapt. 47. 8. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. — **§. 4.** *Redigere, Exigere.* I. **Sy.** Colligere (pecuniam, v. fructus). fr. 78. de R. V. 6. 1. fr. 3. §. 8. de statulib. 40. 7. Percipere (vindemiam etc.). fr. 7. §§. 1. sqq. sol. matrim. 24. 3. fr. 27. pr. §. 2. de instr. leg. 33. 7. Vindicari (fisco). Cogi in, s. ad, (fiscum). fr. 24. de L. Cor. de fals. 48. 10. fr. 31. fr. 45. §. 2. de iure fisci. 49. 14. fr. 3. pr. §§. 1. sqq. de bon. eor. qu. mort. 49. 21. III. **Cn.** Quae (sc. impensae) quaerendorum, cogendorum, conservandorum eorum (sc. fructuum) gratia fiunt. fr. 36. §§. 4. sq. de hered. pet. 5. 3. Paul. III. 6. §§. 35. sqq. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Vt fructus in vicini villa cogantur, coactique habeantur. fr. 3. §. 1. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 50. de usuf. 7. 1. Quamvis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindemia coacta sit. fr. 13. Qu. mod. ususf. 7. 4. Cogendis obvium debitis provocationis suffugium obiectum. Th. C. XI. 30. c. 39. de appell. et relat. cf. XI. 16. c. 17. de extr. s. sord. — **§. 5.** *Computare, Subducere.* I. **Sy.** Venire cum alio in partem dimidiam. Cogi (duos) in eundem semissem. fr. 142. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Potest, coacta ratione, dici. fr. 23. ad L. Falc. 35. 2.

Cogitare. **§. 1.** *Propositum habere, Studere.* I. **Sy.** Sentire (de aliqua re). fr. 37. §. 1. de legat. I. (30.) Studere. fr. 15. §. 2. fr. 17. §. 2. de adoption. 1. 7. III. **Cn.** Ad aliquid vel faciendum, vel cogitandum improbe (servum sollicitare). fr. 1. §. 3. de servo corr. 11. 3. In latenti retinere cogitabant (ius civile). fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Sed et si constante matrimonio mulier, dum divortium cogitat, manumittat. fr. 14. §. 5. Qui et a qu. man. 40. 9. Si nihil de ea re — cogitaverunt, ut plerumque in eiusmodi rebus evenisse solet. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Causari, s. Dicere, de eo dumtaxat se cogitasse. fr. 12. de transact. 2. 15. Id, de quo cogitatum non docetur. fr. 9. §. 3. cf. fr. 5. ib. 2. 15. — **§. 2.** *Rationem habere, Spectare, Recordari.* III. **Cn.** Et sumtus in petendo — possit esse incertus, et cogitanda sit mora temporis, quae datur iudicatis. fr. 51. de pecul. 15. 1. In ea namque re non iuris effectus, — sed animi destinatio cogitatur. c. 18. ad L. Iul. de adult. 9. 9. D. Titus Ant. — cogitans, non admitti scrupulosam inquisitionem, statuit etc. Vatic. §. 314. Commoda cogitantes urbis aeternae, — statuimus. Th. C. XI. 2. c. 2. tribut. in ips. spec.

Cogitatio. **§. 1.** *Meditatio, Propositio animi, Consilium.* I. **Sy.** Mens (et cogitatio). Adfectus. fr. 8. fr. 10. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. fr. 2. §. 21. fr. 3. §§. 1. 3. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione, atque tractatu ausi fuerint tentare. c. 6. pr. de h. qu. ad eccl. 1. 12. Vt ibidem pervigili cura vallatus, nequeat suarum cogitationum rabie cuncta miscere. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen. Quod ad cogitationem animi, nocens est. fr. 22. §. 4. de L. Cor. de fals. 48. 10. Cogitationis poenam nemo patitur. fr. 18. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 1. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Recordatio, Scientia, Exspectatio.* III. **Cn.** Cum quis nullo praesentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis, donat. fr. 2. de m. c. donat. 39. 6. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Quae sub ipso divortii tempore, non quae ex cogitatione quandoque futuri divortii, fiant. fr. 12. de don. int. V. 24. 1. Tempore quo quis, propter facinorum suorum cogitationem, iam de poena sua certus esse poterat. fr. 15. pr. Qu. et a qu. man. 40. 9. Mutuare, — cum cogitatione caelestis iudicii. Iuliani epit. nov. c. 65. §.

§. 126. Cum igitur b. f. possessor domini cogitatione furem possidet. c. 21. de furt. 6. 2.

Cognatio. **§. 1.** *Vinculum, quod inter cognatos, cum naturales tum civiles, intercedit.* I. **Sy.** Adgnati. Legitima (v. Per virilem sexum) cognatione iuncti. Gai. III. 10. Vlp. VI. 2. XI. 4. III. **Cn.** Et cognationes et adfinitates omnes, quas ante habuit, amittit. fr. 4. §. 11. de grad. 38. 10. Quaedam cognationes iure civili, quaedam naturali connectentur, nonnunquam utroque iure concurrente. fr. 4. §. 2. ib. 38. 10. Cognationes legitimae, v. quae adgnatorum ius habeant. fr. 12. §. 4. de R. N. 23. 2. Gai. III. 10. Adgnati, qui nos per patris cognationem contingunt. Collat. LL. M. XVI. 7. Quod duae cognationes, quae diversae inter se sunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit. fr. 4. §. 3. de gradib. 38. 10. Personae, quae ex transverso gradu cognatione iunguntur. Gai. I. 60. — **§. 2.** *Sanguinis vinculum. Necessitudo naturalium cognatorum.* I. **Sy.** Ius sanguinis. fr. 17. §. 1. fr. 23. de adopt. 1. 7. II. **Op.** Adgnatio. Gai. I. 156. Ius legitimum. — Cognationis iura. Ib. III. 27. 51. III. **Cn.** Naturalis cognatio. fr. 4. pr. §. 2. de gradib. 38. 10. Serviles cognationes. fr. 10. §. 5. ib. 38. 10. fr. 14. §. 2. de R. N. 23. 2. Iure cognationis heres exsistere. fr. 20. Qui et a qu. man. 40. 9. — **§. 3.** *Corpus, v. Ordo certus, adgnatorum cognatorumve.* I. **Sy.** Omnes adgnati, Cognatio universa, Familia. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Superioris, v. inferioris, ordinis cognati. Superior et inferior cognatio. fr. 1. §. 1. de gradib. 38. 10. III. **Cn.** Hereditatem meam restituas filiis meis, — vel cognatis meis, si cui voles ex tota cognatione mea. fr. 57. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Matri, vel filiabus, vel sororibus eius, caeterisque mulieribus quae de cognatione sunt, vel etiam uxori. fr. 3. §. 2. de liberali c. 40. 12.

Cognatus. **§. 1.** *Cognatione, aut naturali aut civili, coniunctus.* I. **Sy.** Vna, communniterve nati. Cognati. Adgnati (per patrem). fr. 4. §. 1. fr. 10. pr. §§. 1. sq. de gradib. 38. 10. Vlp. XI. 4. XXVI. 1. Gai. I. 156. III. **Cn.** Non habens liberos, nec cognatos. fr. 39. §. 1. de legat. III. (32.) Caeteri cognati, vel adfines, amicive atque municipes. Vatic. §§. 158. 214. sqq. Ex cognatis meis, qui nunc sunt etc. Gai. II. 238. Vlp. XXIV. 18. Nostri, — Nuptarum nobis, cognati. Vatic. §. 217. cf. §. 216. Cognati proprii, qui sunt ultra fratrem. fr. 1. de inoff. testam. 5. 2. Lex XII. Tabb. nulla discretione sexus cognatos [al. adgnatos] admittit. Paul. IV. 8. §. 22. — **§. 2.** *Naturali tantum cognatione iunctus.* I. **Sy.** Qui non ex masculis descendunt. Qui per feminas coniunguntur. Cognati (tantum). fr. 5. fr. 6. pr. de inoff. testam. 5. 2. fr. 10. §. 2. de gradib. 38. 10. II. **Op.** Adgnati. fr. 10. §. 4. ib. 38. 10. fr. 7. de in ius voc. 2. 4. Paul. IV. 8. §. 14. Vlp. XXVIII. 9. III. **Cn.** Licet legitimum ius adgnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent. Ib. l. l. Cognati, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet iure civili deficiant. fr. 2. cf. fr. 1. pr. unde cognat. 38. 8. Post consanguineos, Praetor vocat cognatos. Coll. LL. M. XVI. 8. Quasi cognatus, B. Pnem eius petere. Paul. IV. 8. §. 12. Cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur. Gai. III. 24. Qui venerandum cognati sanguinis vinculum — violavit incestu. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. — **§. 3.** *Proximiorum graduum necessitudine iunctus.* III. **Cn.** Proximi cognati, quibus per legem Furiam plus M. asses capere licet. Vlp. XXVIII. 7. cf. I. 1. Gai. IV. 23. Vatic. §§. 298. sq. 306. Cognati vel adfines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt. Ib. §§. 158. 214. sqq. Sobrini, propioreve gradu cognati. fr. 1. §. 1. de L. Iul. repet. 48. 11. Sed Praetor — X. personas cognatorum ei (sc. manumissori) praetulit. Coll. LL. M. XVI. 9.

Cognitio. **§. 1.** *Perlustratio.* III. **Cn.** Solent etiam custodiarum cognitionem mandare Legatis. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 9. de feriis 2. 12. — **§. 2.** *Examinatio controversiae. Discussio causae civilis.* I. **Sy.** Notio. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. fr. 99. pr. de V. S. 50. 16. Disceptatio. Th. C. XI. 30. c. 11. pr. §. 1. de app. et poen. XI. 31. c. 3. de repar. app. Cognita causa statuere. Cognitionem suam praebere. c. 1. c. 3. de ord. cogn. 7. 19. II. **Op.** Simplex iussio. — Cognitio habita. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Cognitionem suscipere, — Iudicem dare. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. Quae (sc. B. P.) de plano peti potuit. — Quae causae cognitionem pro tribunali desiderat, vel quae decretum exposcit. fr. 2. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. III. **Cn.** Non per formulam petuntur (sc. fideicommissa), sed cognitio est, Romae quidem Consulum, aut Praetoris. Vlp. XXV. 12. Petuntur (liberi) aut praeiudiciis, aut interdictis, aut cognitione Praetoria. fr. 1. §. 2. de R. V. 6. 1. cf. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Potest desiderare interdum adversus possessorem restitui, — et hoc vel cognitione Praetoria, vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio. fr. 13. §. 1. de minor. 4. 4. Interdum ex iustis causis, et ex certis personis, sustinendae sunt cognitiones. fr. 36. pr. de iudic. 5. 1. Si ei fundus Praetoria cognitione ablatus fuerit. fr. 39. pr. de evict. 21. 2. Ad iudicis cognitionem remitti. — Ad Principem remissa cognitio. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. fr. 22. de adp. et relat. 49. 1. Supplicavit Imperatores nostros, et cognitione suscepta — putavit Imp. fr. 92. de hered. inst. 28. 5. Imperiales sententiae, in cognitionibus prolatae. fr. 240. de V. S. 50. 16. (inscr.) Sacrae cognitionis habeat potestatem, et iudicationis nostrae soleat repraesentare reverentiam. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar. Qui vice nostra huiusmodi cognitionibus praesident Ib. XI. 30. c. 28. de app. et poen. cf. I. 6. c. 2. sq. (Wck.) de off. Prf. Vr. Quod subito ad cognitionem Principalem profectus, nec rei suae providere — potuerit. fr. 6. ubi pup. educ. 27. 2. Qui (sc. magistratus) — totas cognitiones litigatorum suscipere non possunt, sed solam litis contestationem et ultimam cognitionem audire coguntur. Iuliani epit. nov. c. 54. §. 197. — **§. 3.** *Inquisitio in crimen.* I. **Sy.** Quaestio. Coll. LL. M. XIV. 2. sq. Publici iudicii exercitio. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. III. **Cn.** Numerus cognitionum in IV. fere genera dividi potest: — aut de

existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quaeritur. fr. 5. pr. de extr. cogn. 50. 13. Plurimum quoque in excutienda veritate vox ipsa, et cognitionis subtilis diligentia, adfert. fr. 10. §. 5. de quaestion. 48. 18. Translata est cognitio (sc. legis Fabiae) in Praefectos Vr., itemque Praesidis Pr. extra ordinem meruit animadversionem. Coll. LL. M. XIV. 2. sq. Stellionatus accusatio ad Praesidis cognitionem spectat. fr. 3. pr. stellionat. 47. 20. Cognitione falsi pendente. Ante eventum cognitionis. fr. 17. §. 2. de d. m. exc. 44. 4.

Cognitionalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad causae cognitionem pertinens.* I. **Sy.** In cognitionibus recitanda, Cognitionalia (instrumenta, v. gesta). c. 4. pr. de castrensian. 12. 26. c. 3. §. 2. de privil. scholar. 12. 30. III. **Cn.** Quae (sc. actiones) in iudicium deductae sunt, et cognitionalia acceperunt certamina. c. 1. §. 1. de ann. exc. 7. 40. c. 3. §. 1. de privil. scholar. 12. 30. Priusquam iure, cognitionali sententia, — petitor certissimam victoriam fuerit consecutus. Th. C. X. 10. c. 32. §. 2. de petit. et ultro dat. Contra cognitionales sedis (Praetorianae praefecturae) sententias (offerendae preces). Nov. Th. II. contra sent. Praef. I. 13. c. 1. §. 2. — **§. 2.** *Ad recognitionem peragendam spectans.* III. **Cn.** Sacrilegii poena constringit tam cognitionale officium, quam etc. Const. Valentin. ad constitutionar. (Wck. p. 8.)

Cognitionaliter. (Advb.) *Causae cognitione interveniente.* III. **Cn.** Et vel amicali compositione litigantes transire faciant, vel more παρασημειώσεως eos audiant, vel cognitionaliter. Iuliani epit. nov. c. 69. §. 248. Sive ex parte una, sive cognitionaliter, causae adpellationis imponat (sc. iudex) exordium. c. 5. §. 4. de temp. et repar. Si imperialis maiestas causam cogn. examinaverit. c. 12. pr. de LL. 1. 14.

Cognitor. **§. 1.** *Is, qui cognitionem exercet, Iudex.* I. **Sy.** Qui de iudiciis publicis extra ordinem cognoscit. fr. 15. §. 1. ad S. C. Turpil. 48. 16. Iudex. Th. C. III. 19. c. 4. pr. de adm. et peric. XI. 31. c. 4. c. 9. de repar. app. Iudicans, Disceptans. Ib. II. 1. c. 4. de iurisd. VIII. 13. c. 1. pr. c. 6. de revoc. donat. III. **Cn.** Negotiorum cognitores, ac tribunalium praesides. Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. pr. Omnes cognitores et iudices. Th. C. IX. 27. c. 5. ad L. Iul. repet. Vicarii atque ordinarii cognitores. Ib. X. 10. c. 20. de petit. et ultro dat. XVI. 11. c. 1. de relig. Vel ad nos, vel ad cognitorem S. auditorii, solemniter causa mittatur. Ib. XI. 30. c. 44. de app. et poen. Praesente annonario cognitore, — inquirere. Ib. XIII. 5. c. 38. pr. de navicul. Quisquis iudicum cognitor resederit. Ib. X. 1. c. 13. de iure fisci. Ex sententia cognitoris arbitri adtributi. Ib. II. 1. c. 10. de iurisd. — **§. 2.** *Defensor alienae litis, certis verbis coram adversario substitutus.* II. **Op.** Procurator. Gai. II. 39. IV. 55. 82. sq. 101. Vatic. §§. 317. sq. Suo, v. Proprio, nomine, — Per cognitorem, (agere). Gai. IV. 96. sqq. 102. III. **Cn.** Tam dantes, quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumque personae, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur. Paul. V. 9. §. 2. Debitores convenire non potest, neque lites pecuniae prosequi, si non sit in rem suam cognitor datus, aut nominum delegationes intervenerunt. Vatic. §. 260. cf. §. 317. Cognitor certis verbis in litem coram adversario, s. certis et quasi solemnibus verbis in locum domini, substituitur. Gai. IV. 83. 97. Sub conditione cognitor non recte datur, non magis quam mancipatur. Vatic. §. 329. cf. §§. 318. sq. Ad defendendum cognitore constituto. Ib. §. 317. Si cognitor, vel praesentis procurator, usus fuerit in iudicio prosperiore fortuna. Th. C. II. 12. c. 7. pr. de cognitor. cf. Vatic. §. 317.

Cognitorius. (Adiect.) *Ad cognitorem spectans.* I. **Sy.** Officium cognitoris. Opera cognitoria. Gai. IV. 83. Paul. I. 2. §§. 1. sqq. II. **Op.** Cognitorio, — Procuratorio, tutorio, curatorio, (nomine, agere etc.) Gai. II. 39. 252. IV. 82. III. **Cn.** Edictum cognitorium, quod pertinet ad eos qui dantur cognitores. Vatic. §. 323. cf. §. 322. Gai. IV. 124. Ex persona dilatoriae exceptiones, — quales sunt cognitoriae. Id. l. l.

Cognitura. *Munus cognitoris.* I. **Sy.** Officium cognitoris. Opera cognitoria. Gai. IV. 83. 124. Paul. I. 2. §. 2.

Cognitus. (Partic.) **§. 1.** *Exploratus, Notus.* III. **Cn.** Cogniti ac probati viri. Th. C. XIII. 11. c. 6. de censitor. Quae stupro tibi cognita est. c. 22. ad L. Iul. de adult. 9. 9. fr. 14. de h. qu. ut indign. 34. 9. — **§. 2.** *Concessus, Probatus.* III. **Cn.** Nuptiae lege cognitae. Vxor legibus cognita. Iuliani epit. nov. c. 83. §. 320. cf. c. 34. §§. 118. sq. 124. Causae legibus cognitae. Ib. c. 36. §§. 137. 156. fr. 1. §. 2. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. — **§. 3.** *Examine instituto perpensus. Cognitione celebrata discussus.* II. **Op.** Sed haec neque passim admittenda sunt, neque destricte deneganda, sed a Praetore causa cognita temperanda. fr. 13. cf. fr. 43. §. 6. de proc. 3. 3. fr. 9. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Cum non causa cognita dictum est, — sed ad postulatum patroni interlocutione iudicis responsum sit. c. 17. ex qu. c. infam. 2. 12. III. **Cn.** Ex cuiusque persona, conditione, aetate, cognita causa a iudice constituendum erit. fr. 5. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Causa cognita adrogatio permittitur, et exquiritur causa adrogationis, an honesta sit expediatque pupillo. §. 3. I. de adopt. 1. 11. Quamvis adiiciat Praetor, causa cognita se poenale iudicium daturum etc. fr. 11. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 28. §. 4. de iudic. 5. 1. fr. 22. §. 1. de re iud. 42. 1. Si — postulet suo nomine litem suscipere, causa cognita audiendus est. fr. 64. de proc. 3. 3. Si tutores vel curatores velint praedia vendere, causa cognita id Praetor vel Praeses permittat. fr. 2. §. 1. de off. eius. 1. 21. Ipse Praetor debet causa cognita statuere. fr. 2. §. 6. de iudic. 5. 1. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Quae, causa cognita, eiusmodi deprehensa sunt. fr. 44. de minor. 4. 4.

Cognomen. *Nomen addititium.* III. **Cn.** Eorumque nomina et praenomina, patres aut patronos, tribus, cognomina, et quot annos quisque eorum habet, et rationem pecuniae — ab iis iuratis accipito. Tab. Heracl. lin. 72. sqq. aer. Neap. cf. Fr. L. Servil. c. 6.

sq. Cum — nomini cognomen, quo liberi dumtaxat nuncupantur, addiderit. c. 9. de liberali c. 7. 16. Erraverat in nomine, vel cognomine, cum in corpore non errasset. fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1.

Cognominare. *Peculiari nomine, vel forma, instruere.* III. *Cn.* Quin etiam ipsi „magistratus" per derivationem a „magistris" cognominantur. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Donatio sive directa sit, sive mortis causa instituta, — sive animo dantium, accipientiumve sententiis — cognominata. c. 25. de donat. 8. 54.

Cognoscens. (Partic.) *Causae cognitionem exercens.* I. *Sy.* Iudicans. cf. h. v. Iudex (finium regundorum). Cognoscens (de finibus). fr. 2. §. 1. fr. 8. §. 1. fin. regund. 10. 1. II. *Op.* Accusans. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turpil. 48. 16. III. *Cn.* Si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. fr. 1. §. 17. de quaestion. 48. 18.

Cognoscere. §. 1. *Certiorem fieri, Comperire.* III. *Cn.* Videamus itaque de his, — nam si cognoverimus etc. — simul intelligemus etc. fr. 1. pr. de h. qu. sui. 1. 6. Veniat instructus ad agendum, cognita actione, qua conveniatur. fr. 1. pr. de edendo. 2. 13. Qui cognoverat tantum, nec indicaverat. fr. 2. de L. Pomp. de parricid. 48. 9. Ne alioquin emtor capiatur, qui fortasse, si hoc cognovisset, vel emturus non esset, vel minoris emturus esset, si certioratus de loco certo fuisset. fr. 39. de A. E. V. 19. 1. Si quis, cognita rei veritate, suum negotium deseruerit. fr. 10. de iudic. 5. 1., fr. 11. de exc. 44. 1. Si, antequam usucapias, cognoscas rem meam esse. fr. 19. §. 3. de N. G. 3. 5. Intra dies 50 continuos, ex quo cognoverunt. §. 16. I. de excusat. tut. 1. 25. Postea cognoscere, et ratum habere. fr. 6. §. 9. de N. G. 3. 5. Inspectis, cognitisque verbis testamenti. fr. 1. §. 1. testam. quemad. aper. 29. 3. — §. 2. *Causae cognitionem celebrare. Examinare rem.* I. *Sy.* Quaerere, Agitare. fr. 5. pr. de extr. cognit. 50. 13. Cognitionem suam praebere. c. 1. c. 3. de ord. cognit. 7. 19. cf. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. Causae, ex quibus est notio. Causae, de quibus cognoscunt (sc. magistratus). fr. 10. ib. 1. 18. Is, qui cognoscit, Iudicans, Iudex. fr. 11. pr. §§. 1. sq. de iurisd. 2. 1. III. *Cn.* Observandum est ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, — sed et in cognoscendo neque excandescere adversus eos etc. fr. 19. pr. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Quodcunque igitur Imperator per epistolam et subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecepit. fr. 1. §. 1. de const. Princ. 1. 4. Iudex igitur summatim debebit cognoscere, — et sic iubere etc. fr. 3. §. 9. ad exhib. 10. 4. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Cogn. et constituere. fr. 11. pr. §. 1. de custod. et exhib. 48. 3. Praeses cum cognoscit de servo corrupto, — severissime debet animadvertere. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Iurisdictio, v. Notio, eius qui cognoscit. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. fr. 69. §. 1. de legat. III. (32.) Officio iudicis, super hoc cognoscentis, — prohiberi. fr. 13. de R. N. 23. 2. fr. 9. §. 1. de furt. 47. 2. Iudex, qui tutelae, v. qui ex hac actione, cognoscit. fr. 2. pr. ubi pup. educ. 27. 2. fr. 4. §. 1. de eo qu. c. loco. 13. 4. Is, qui super ea re cogniturus erit. fr. 7. §. 5. de donat. int. V. 24. 1. fr. 15. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Qui ius habent cognoscendi. fr. 46. pr. de V. S. 50. 16. Inter Claudium, optime Imp.! et Evaristum cognovi. Coll. LL. M. I. 11. Diligentius atque exactius (vero) causam cognoscit de impuberibus etc. Gai. I. 93. — §. 3. *Recognoscere, Adgnoscere.* I. *Sy.* Relegere et recognoscere (instrumenta). fr. 15. §. 1. de bon. auct. iud. 42. 5. fr. 56. pr. de V. S. 50. 16. Adgnoscere, Subire (functiones, v. munia). Th. C. XI. 1. c. 14. de annon. et tribut. XI. 24. c. 6. pr. §§. 5. sq. de patroc. vicor. III. *Cn.* Vbi, quod est principale, conditum est, i. e. caput, cuius imago sit, inde cognoscimur. fr. 44. pr. de relig. 11. 7. Inferat, et per tabellarium adparitorem illatio cognoscatur. Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor. cf. XI. 1. c. 2. de ann. et trib. Vivo patre, atque omnia cognoscente munera senatoria. Ib. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. cf. XII. 1. c. 129. de decurion. Qui comparat, censum rei comparatae cognoscat. Ib. III. 1. c. 2. pr. de contr. emt.

Cohaerens. (Partic.) §. 1. *Continuus, Connexus.* II. *Op.* Distans (corpus). fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1. III. *Cn.* Intra muros posita, vel etiam muris cohaerentia (aedificia). Th. C. XV. 1. c. 41. cf. c. 39. de opp. pub. Agrum purum, monumento cohaerentem, profani iuris esse. c. 9. de relig. 3. 44. Qui de re solo cohaerenti deiiciuntur. fr. 1. §§. 4. 8. de vi et vi arm. 43. 16. Sibimet cohaerentes possessiones. Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) Vt cohaerens sanctio protestatur. Ib. XIII. 3. c. 17. de medic. et prof. Trium cohaerentium sibi annorum apochae securitatesque. c. 3. de apoch. pub. 10. 22. — §. 2. *Coniunctus, Pertinens.* III. *Cn.* Species potius actionis esse furto cohaerentes, quam genera furtorum. Gai. III. 183. Obligatio personae cohaerens. fr. 4. de novation. 46. 2. Personae, — Rei, cohaerentes (exceptiones). fr. 7. pr. §. 1. de exc. 44. 1. Cum nec ab emtore, propter cohaerens vitium, — usucapi possint. c. 10. de furt. 6. 2.

Cohaerere. §. 1. *Adhaerere, Vnitum esse.* I. *Sy.* Adfixum esse. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16. Esse in (aedificio). fr. 23. §. 2. de usurp. 41. 3. Esse circa (monumentum). c. 4. c. 9. de relig. 3. 44. II. *Op.* Eximi, Erui. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. Separari, Percipi. fr. 23. §. 2. de usurp. 41. 3. Paul. III. 6. §. 46. III. *Cn.* Insula, quae non ipsi alveo fluminis cohaeret, sed ita sustinetur in flumine, ut solum eius non tangat. fr. 65. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Superficies, quae natura solo cohaeret. fr. 44. §. 1. de O. et A. 44. 7. Quaecunque aliis iuncta, sive adiecta, accessionis loco cedunt, ea quamdiu cohaerent etc. fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1. — §. 2. *Pertinere.* I. *Sy.* Haerere. Th. C. XIII. 5. c. 16. §. 1. c. 20. de navicul. Inesse. fr. 1. §. 1. de off. eius. 1. 21. fr. 3. de iurisd. 2. 1. II. *Op.* Adventitio iure quaeri. fr. 16. pr. de castr. pec. 49. 17. III. *Cn.* Si posterior actus priori cohaereat, neque divisus propriam rationem habet. fr. 37. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. Si non conditio personae cohaereat. fr. 95. de cond. et dem. 35. 1. Si ei legatum sit aliquid, quod personae eius cohaeret,

puta ius militiae. fr. 3. §. 7. de minor. 4. 4. fr. 8. §. 3. de liberat. leg. 34. 3.

Coheres. *Qui una cum aliis heres factus est eorundem bonorum.* III. *Cn.* Si inter coheredes, — aut inter socios, — aut inter vicinos, (agatur). Gai. IV. 42. Vlp. XIX. 16. Formula familiae erciscundae, quae locum habet inter coheredes. Ib. l. l. Paul. III. 6. §. 1. Fratres et coheredes. fr. 14. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. c. 7. c. 16. de collation. 6. 20. Quem pater impuberi fratri coheredem et tutorem dedit. fr. 28. §. 1. de excusatt. 27. 1. Si coheres adiiciatur heredi. Gai. II. 243. fr. 70. §. 2. de legat. II. (31.)

Cohibere. **§. 1.** *Continere, Comprehendere.* II. *Op.* Si intra praestitutum modum summa se cohibet. — Si summam, aestimationemque transcendit (negotium). Th. C. XI. 30. c. 49. de app. et poen. — **§. 2.** *Coërcere, Adstringere.* III. *Cn.* Avidae cupiditatis frena cohibere. Ib. XV. 2. c. 6. de aquaed. Quos etsi vinculo non adstringimus, — religionis tamen iure cohibemus. Ib. III. 8. c. 2. §. 3. de sec. nupt. Cum vel cohibenda sunt, vel etiam vindicanda. Coll. LL. M. VI. 4. Lex, — quae iudices omnes — edicto suo atque auctoritate cohibet. Th. C. XV. 1. c. 15. de opp. pub. Si quis — deprehensus fuerit in cohibito errore versari. Ib. IX. 16. c. 8. de malefic.

Cohonestare. *Honore adficere.* III. *Cn.* Quodsi cui — naturales liberi contigerint, eosque velit — curiae splendore cohonestare, et hereditatis opibus adiuvare. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 7.

Cohors. **§. 1.** *Copia hominum, Numerus militum.* III. *Cn.* Ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum colligatur. Th. C. XVI. 5. c. 20. de haeretic. Non unam cohortem, neque unam alam dicimus (exercitum), sed numeros multos militum. fr. 2. §. 1. cf. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Praefectus cohortis, vel equitum, aut tribunus. fr. 63. de R. N. 23. 2. Septem cohortes (sc. vigilum) opportunis locis constituit (D. Augustus). fr. 3. pr. cf. fr. 1. de off. Praef. Vigg. 1. 15. — **§. 2.** *Officialium corpus, vel comitum magistratus.* III. *Cn.* Quas (sc. pecunias) quis in magistratu, potestate, curatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit, vel cum ex cohorte cuius eorum est. fr. 1. pr. de L. Iul. repet. 48. 11. Vt susceptos in officio proprio, vel probatos, cohortium nomini legionumve privilegiis aestiment inserendos. Th. C. VIII. 4. c. 12. de cohortal. A cohortis, vel alterius vilioris conditionis nexibus — liberos custodire. c. 8. de advoc. div. iudicior. 2. 7.

Cohortalinus. *Ad cohortem officialium pertinens.* I. *Sy.* Cohortalis. Th. C. VI. 35. c. 14. §§. 1. sq. de priv. eor. qu. in S. pal. VIII. 5. c. 66. §§. 1. sq. de cursu pub. Provincialis adparitor. Ib. VIII. 4. c. 26. de cohortal. II. *Op.* Castrensis, — Cohortalina in provinciis (militia). Ib. XVI. 5. c. 48. c. 65. §. 3. de haeretic. III. *Cn.* Vt neque curialis, neque cohortalinus, — ad aliam audeat adspirare fortunam. Ib. VIII. 4. c. 28. XII. 1. c. 184. de decurion. Cohortalini, — adparitionibus obligati. Ib. XVI. 5. c. 61.

Cohortalis. *Cohortalinus.* III. *Cn.* Alares et cohortales. Ib. VII. 20. c. 4. §. 3. de veteran. Quodsi quis ducum, vel adparitorum, vel cohortalium etc. Ib. VIII. 5. c. 66. §. 2. de cursu pub. Cohortales, atque magistrorum equitum et peditum officiales. Ib. VIII. 7. c. 4. de div. offic. Quicunque ad chartas, vel tabulas, vel quodcunque aliud ministerium curialis optaverit. Ib. VIII. 4. c. 20. de cohortal. Si quis curialis exactor, vel cohortalis compulsor, pro obnoxio se intulisse commemoret. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 2. cf. §§. 1. 3. Praesentibus cohortalibus gesta conficiant. c. 11. §. 1. de advoc. div. iudicior. 2. 7.

Cohortari. *Hortari, Suadere.* III. *Cn.* Non invidemus, sed potius cohortamur, (amplectenda felicis populi studia). Th. C. XV. 7. c. 3. de scaenic. Insurgere nos disciplina nostrorum temporum cohortatur. Coll. LL. M. VI. 4.

Cohortatio. *Hortatio.* III. *Cn.* Quibus tamen cohortatio imponitur, non necessitas imperatur, ut etc. Th. C. XI. 15. c. 2. de pub. comparat.

Coinquinare. *Commaculare.* III. *Cn.* Vt eos, quos par facinus coinquinat et aequat, utrosque similis poena comitetur. c. 31. de episc. et cler. 1. 3.

Coire. **§. 1.** *Convenire, Congregari.* III. *Cn.* Praetor igitur iubebit eos convocari, aut si non coibunt, aut coacti non decernent etc. fr. 3. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. fr. 1. de qu. reb. ad eund. iud. 11. 2. Permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coëant. fr. 1. pr. §. 1. de colleg. et corp. 47. 22. — **§. 2.** *Coitum Venereum exercere.* III. *Cn.* Si maritus uxori — coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat. c. 10. de repud. 5. 17. Alieno servo, volente domino eius, coire. Gai. I. 84. cf. 91. 160. Si quis cum aliena ancilla — coierit. Ib. I. 85. — **§. 3.** *Contrahere. Celebrare. Inire.* I. *Sy.* Convenire (in matrimonium). fr. 121. §. 1. fr. 134. pr. de V. O. 45. 1. Contrahere (societatem). fr. 1. pr. fr. 4. pr. fr. 5. pr. §. 1. fr. 30. pro soc. 17. 2. Vsurpare, Celebrare (collegium). fr. 1. §. 14. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 2. fr. 3. §. 1. de colleg. et corp. 47. 22. III. *Cn.* Qui contra annonam fecerit, societatemve coierit, quo annona carior fiat. fr. 2. pr. ad L. Iul. de ann. 48. 12. Qui improbe coëunt in alienam litem. fr. 6. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Si quis coierit ad accusationem innocentium. Coll. LL. M. VIII. 7. fr. 1. pr. fr. 9. §. 3. de L. Cor. de fals. 48. 10. Collegia, vel corpora, quibus ius coëundi lege permissum est. fr. 5. §. 12. de iure immun. 50. 6. fr. 1. de manum. qu. serv. ad univ. 40. 3. Negotiationem sagariam coire. fr. 52. §. 4. pro soc. 17. 2. Omnes res, quae coëuntium sunt. fr. 1. §. 1. ib. 17. 2. Qui matrimonio coituri sunt. fr. 27. de donat. int. V. 24. 1. Qui secundum praecepta legum coëunt. Pr. §. 12. I. de nupt. 1. 10. Si tales personae inter se coierint, (nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur). Gai. I. 59. Vlp. XVI. 1.

Coitio. **§. 1.** *Congregatio.* I. *Sy.* Conventicula, Conventiones, Coetus. Th. C. XVI. 5. c. 7.

§§. 1. 3. c. 12. de haeretic. III. **Cn.** Illicitae et profanae coitiones. Coitio vetitae congregationis. Ib. l. l. c. 7. §. 1. c. 12. — **§. 2.** *Coitus Venereus.* III. **Cn.** Si praecepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. Ib. XV. 8. c. 2. de lenon. — **§. 3.** *Celebratio, Conventio.* III. **Cn.** Societatis in aeternum coitio (nulla est). fr. 70. pro soc. 17. 2.

Coitus. **§. 1.** *Congressus Venereus.* III. **Cn.** Coniugium sponsi — recusare, quod quasi vir coitum — facere non potuerit. c. 5. de sponsal. 5. 1. Si quis nefarias atque incestas nuptias contraxerit, — qui ex eo coitu nascuntur etc. Gai. I. 64. §. 12. I. de nupt. 1. 10. — **§. 2.** *Nuptiae, Coniugium.* I. **Sy.** Matrimonium, Nuptiae. Gai. I. 87. sqq. cf. 67. sqq. Coll. LL. M. VI. 5. sq. III. **Cn.** Non tamen in potestate patris est, quia neque ex iusto coitu conceptus est etc. Gai. I. 88.

Colere. **§. 1.** *Excolere, Exercere.* I. **Sy.** Excolere. c. 4. sq. de A. et R. P. 7. 32. Agriculturam peragere. Agrum colere. c. 22. §. 1. de agric. et censit. 11. 47. III. **Cn.** Nec arare prohiberi potest, aut colere. fr. 7. §. 3. de usuf. 7. 1. Pati quidem heredem colere agros, et fructus redigere. fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 6. §. 1. de contr. emt. 18. 1. In rem patris, vel domini vertere, hoc modo, agrum puta colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando. Paul. II 9. §. 1. Si quis pecuniae foenerandae, agroque colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus est. Ib. II. 8. §. 2. Accedit eo, quod cibaria victus magis quam colendi causa pararentur. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 60. §. 3. de legat. III. (32.) Servi, si aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedem mittuntur. fr. 12. §. 8. de instr. leg. 33. 7. Si pensionibus paruerit (sc. colonus), et ut oportet coleret. fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Studere, Obsequi.* III. **Cn.** Iustitiam colimus, et boni et aequi notitiam profitemur. fr. 1. §. 1. de I. et I. 1. 1. Filia — cum marito — colens concordiam. c. 20. de inoff. testam. 3. 28. Bonos mores colere. fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Mater deorum Sipelensis, quae Smyrnae colitur. Vlp. XXII. 6.

Collabi. **§. 1.** *Concidere, Ruinam trahere.* I. **Sy.** Ruens, Collapsum (aedificium). fr. 7. §. 16. solut. matrim. 24. 3. fr. 1. §. 3. de imp. in res dot. 25. 1. III. **Cn.** Refabricare collapsum (balneum). c. 5. de aedif. priv. 8. 10. Vel incuria, vel vetustate collapsas (sc. partes) ad statum pristinum nitoris adducere. Th. C. XV. 1. c. 20. de opp. pub. — **§. 2.** *Deficere.* III. **Cn.** Si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. c. 9. de pact. conv. tam sup. dot. 5. 14.

Collactaneus. *Qui cum alio eodem lacte nutritus est.* III. **Cn.** Patrem, aut matrem, aut paedagogum, aut collactaneum (manumittere). Gai. I. 39. fr. 13. de man. vind. 40. 2. Liberta, eademque collactanea. fr. 30. §. 1. de adim. legat. 34. 4.

Collatio. **§. 1.** *Copulatio, Collectio.* III. **Cn.** Convicium dicitur, vel a concitatione, vel a conventu, h. e. a collatione vocum. fr. 15. §. 4. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Contributio.* I. **Sy.** Intributio, Contributio, Collationis consortium. Paul. II. 7. §§. 1. 3. 5. fr. 1. fr. 2. §. 7. fr. 3. fr. 4. §. 2. fr. 5. de L. Rhod. 14. 2. Conferre, Collationem facere. fr. 1. §§. 17. 23. de collat. bon. 37. 6. fr. 3. de dot. collat. 37. 7. III. **Cn.** Praetor non sub conditione collationis B. Pnem c. t. promittit. fr. 3. pr. de collat. bon. 37. 6. Ad collationem bonorum cogendum emancipatum, ut tantum heredi eius conferat, quantum conferret ipsi, si viveret. fr. 1. §. 8. ib. 37. 6. Semissem hereditatis cum emolumento collationis habebit. fr. 9. ib. 37. 6. Inique videbitur collationem postulare ab eo etc. fr. 1. §. 4. ib. 37. 6. Legi datae collationis parere. c. 11. eod. 6. 20. Stipulatio collationis. fr. 5. §. 1. ib. 37. 6. Ad collationem dotis per arbitrum familiae erciscundae posse compelli. fr. 1. pr. de dot. collat. 37. 7. Cum dos possit — in collationem ferri. c. 1. §. 12. de R. V. A. 5. 13. — **§. 3.** *Illatio, Depensio.* I. **Sy.** Exactio. Th. C. I. 15. c. 14. c. 17. (Wck.) de off. Vicar. Illatio. Ib. XI. 1. c. 2. de ann. et tribut. III. **Cn.** Quem (sc. Vicarium Africae) totius collationis ac transmissionis cura constringit. Ib. l. l. c. 17. Id futurae indictioni collationique proficiat. Ib. XI. 5. c. 1. de indiction. Nulla municipali, nulla curialium collatione, nulla senatoria vel glebali descriptione vexentur. Ib. XIII. 3. c. 16. de medic. et prof. In capitibus, seu iugis, annua vestis collatio dependatur. Ib. VII. 6. c. 3. de milit. veste. — **§. 4.** *Pecunia per contributionem exigenda.* I. **Sy.** Quod confertur. fr. 27. §. 3. de usuf. 7. 1. Quod de communi, Quod ex collatione (privatorum, sc. fit). fr. 2. §. 22. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionisve quid nomine, aut ad viae collationem praestare oportet. fr. 13. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Viarum munitiones, praediorum collationes. fr. 14. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Collationes, quae e lege fiunt, — ex improviso indictae. fr. 8. §. 3. cf. fr. 11. de vacat. et excus. 50. 6. A tironum et equorum praestatione habeantur immunes, nudam collationem, quae plerumque poscitur, solvant. Th. C. VI. 23. c. 2. de decur. et silent. VIII. 11. c. 1. ne qu. pub. laetit. Tributariae collationes. c. 3. de off. mag. mil. 1. 29. — **§. 5.** *Delatio.* III. **Cn.** Transmisit proprias facultates, vel quisquam ex his aditae per quamlibet successionis formam collatione ditatus est. Th. C. XVI. 5. c. 7. pr. de haeretic. — **§. 6.** *Comparatio.* III. **Cn.** Acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis. Ib. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Cor. de fals.

Collativum. *Collatio, Contributio.* III. **Cn.** Nullis — aut equorum oblationibus, aut quibuscunque praeterea de collativo omnium postulatis, parere cogantur. Ib. VI. 26. c. 3. de proxim. comit.

Collator. *Collationi obnoxius.* I. **Sy.** Tributarius. c. 1. §. 5. c. 2. §. 11. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. III. **Cn.** Provinciales et collatores, — cum probatio aliqua ab eo tributariae solutionis exposcitur. c. 3. de apoch. pub. 10. 22. c. 18. pr. §§. 5. sq. de R. M. 12. 36. Possessores cum satisfecerint publicae collationi, cautiones suas ad tabularios publicos deferant, ut eas tabularii — suscipiant a collatoribus.

Th. C. XI. 1. c. 2. de annon. et tribut. Ne nimia festinatione poscendi collatorum vires adteri videantur. Ib. VII. 4. c. 31. de erog. mil. annon.

Collaudare. *Laudibus prosequi.* II. **Op.** Denotare. Vindicare. fr. 6. §. 1. de custod. et exhib. 48. 3. III. **Cn.** Publicis acclamationibus collaudandi (sc. iustissimos iudices) damus omnibus potestatem. Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. **Pr.** Suggestione tui culminis — non admissa tantum, sed etiam collaudata. Nov. Th. II. de adluvion. I. 20. c. 1. §. 5.

Collectarius. *Collector, Coactor.* III. **Cn.** Si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti. c. 16. si cert. petat. 4. 2. Emtus a collectario (solidus). Nov. Valent. III. de pret. solid. II. 3. c. 1. §. 1.

Collectio. §. 1. *Congregatio.* I. **Sy.** Concilium, Coetus. Th. C. XVI. 5. c. 36. §§. 1. sq. de haeretic. — §. 2. *Coactio, Collatio.* I. **Sy.** In breve coactio. Gai. IV. 15. Coniectio (causae). Cf. h. v. III. **Cn.** Impensas donare, quae in collectionem huiusmodi fructuum impenduntur. fr. 27. §. 25. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 3. *Conclusio, Illatio.* III. **Cn.** Quod Sabinum et Cassium respondisse aiunt. — Nimirum autem Sabinii et Cassii collectio, quam et ipsi reddunt, illa est. fr. 14. pr. de iure codic. 29. 7.

Collega. §. 1. *Qui eiusdem collegii est.* III. **Cn.** Qui corporis, item collegii iure excusantur, a collegarum filiorumque eorum tutela non excusantur. fr. 41. §. 3. cf. fr. 42. fr. 46. pr. §. 1. de excusatt. 27. 1. Vatic. §§. 158. 235. (Nec sufficit,) collegam dicere, nisi „in quo collegio" addiderit. Ib. §. 210. — §. 2. *Consors eiusdem muneris, vel potestatis.* I. **Sy.** Qui sunt eiusdem potestatis. Collegae. fr. 173. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Collega in magistratu. Coll. magistratus. fr. 45. de admin. et per. 26. 7. fr. 2. §§. 8. sqq. de admin. rer. ad civ. 50. 8. Solent Praesides Provv. — scribere ad collegas suos. fr. 7. de custod. et exhib. 48. 3. Magistratus municipales collegam suum dare tutorem posse. fr. 19. §. 1. de tutor. et cur. dat. 26. 5. Etiam contutoris factum imputatur collegae. fr. 14. de admin. et peric. 26. 7. Bonis nominati, itemque fideiussoris eius, nec non collegarum, — excussis etc. c. 4. de magistr. conven. 5. 75. — §. 3. *Socius, Coheres.* III. **Cn.** Non ideo eos, qui virilem portionem ex causa fideicommissi inferre debuerant, liberos videri, quoniam quidam ex collegis per errorem plus debito intulerunt. fr. 101. pr. de solut. 46. 3. Non quasi socius, vel collega communis operis sollicitudine. c. 5. de aedif. priv. 8. 10.

Collegatarius. *Socius plurium, rei legatae eiusdem particeps.* II. **Op.** In hereditate remanere. — Ad collegatarium pertinere. Gai. II. 205. sq. Domino proprietatis, — Collegatario, (adcrescere usumfr.) fr. 10. de usuf. adcr. 7. 2. III. **Cn.** Vt collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. Gai. II. 207. cf. 208. Si omnes veniant ad legatum, partes ad singulos pertinere, et deficientis portionem collegatario adcrescere. Ib. II. 199. 205. sq. fr. 34. §. 13. de legat. I. (30.) Quod ei a se legatum est, ad collegatarium pertinebit. fr. 34. §. 11. ib.

Collegiatus. *Collegio urbano infimae existimationis, et praestationibus publicis minus honestis obnoxio, adscriptus.* III. **Cn.** Curialem suum municipes vindicent, collegiatum proprium corpus adstringat. Th. C. VI. 30. c. 16. de Palat. S. largg. Decani, seu collegiati. c. 9. de SS. eccl. 1. 2. c. 1. de collegiat. 11. 17. Non corporatus urbis Romae, — non curialis, non exprimario, non surarius, sive collegiatus, seu libertus, aut publicus servus. Nov. Valent. III. de episc. iudic. II. 35. c. 1. §. 3. Si quis decurionum, primipilariorum, collegiatorum, civilium adparitionum, vel aliorum necessitatibus irretitus. Th. C. VII. 20. c. 12. §. 3. de veteran. Pro curiali V. auri libras fisco nostro cogatur inferre, pro collegiato unam. Ib. XII. 1. c. 146. de decurion.

Collegium. *Vniversitas hominum, licite coëuntium.* I. **Sy.** Corpus. Vatic. §§. 158. 210. 233. 235. Qui eiusdem collegii sunt. Sodales. fr. 4. de colleg. et corp. 47. 22. III. **Cn.** Sive singularis sit persona, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. Neque societas, neque collegium, neque huiusmodi corpus (passim omnibus habere conceditur). fr. 1. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. cf. fr. 20. de reb. dub. 34. 5. Qui a corpore aliquo, vel collegio, vel civitate manumittitur. fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. fr. 25. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Qui curiae, vel collegio, vel burgis, caeterisque corporibus — servierit. Th. C. XII. 19. c. 2. de h. qu. cond. propr. Quibus permissum est corpus habere collegii, societatis, sive cuiusque alterius eorum nomine. fr. 1. §. 1. cf. Pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Ne patiantur (sc. Praesides Provv.) esse sodolitia, neve milites collegia in castris habeant. fr. 1. pr. de colleg. et corp. 47. 22. Ne sub praetextu huiusmodi illicitum collegium coëat. fr. 1. pr. §. 1. fr. 2. fr. 3. pr. §. 1. ib. 47. 22. Privilegia, quae tenuioribus, per collegia distributis, concessa sunt. fr. 5. §. 12. de iure immunit. 50. 6. Qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam rogatur, caeterosque honoris ordine praecellit. fr. 6. §. 5. de decurion. 50. 2.

Collibertus. *Qui simul cum aliis eiusdem patroni libertus est.* III. **Cn.** Quidam ex his libertis vendiderunt partes suas duobus collibertis suis ex eodem corpore. fr. 38. §. 5. de legat. III. (32.) Inter collibertos, mater et filius. fr. 1. §. 1. de obsequ. parent. 37. 15. Pater, idemque collibertus. Collibertus patris, idemque filius. fr. 18. pr. ut legat. serv. c. 36. 3. fr. 77. §. 13. de legat. II. (31.)

Collidere. Cf. v. Collisus.

Colligare. §. 1. *Adnectere, Vincire.* I. **Sy.** Ligare (machinam). fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. III. **Cn.** Feram bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari Praetor prohibet. Paul. I. 15. §. 2. — §. 2. *Contrahere, Pangere.* I. **Sy.** Contractum, Colligatum (verbis). fr. 8. §. 3. de acceptil. 46. 4. II. **Op.** Dissolvere. fr. 35. de R. I. 50. 17.

Colligere. §. 1. *Conquirere, Cogere.* I. **Sy.** Redigere (fructus etc.). fr. 78. de R. V. 6. 1.

fr. 5. §. 22. ut in poss. leg. 36. 4. III. **Cn.** Si fossam quis in fundo suo fecerit, ut ibi aqua collecta in viam decurrat. fr. 2. §§. 27. sq. ne qu. in loco pub. 43. 8. Spicae in messe deiectae, quas rustici cum vacaverint colligunt. fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16. Plurimum interest, peritura collegerint, an, quae servari possint, flagitiose invaserint. fr. 4. §. 1. cf. fr. 7. de incend. ruina. 47. 9. fr. 27. §. 25. ad L. Aqu. 9. 2. Vt universas res hereditarias colligat, et ibi custodiat. fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 25. §. 7. de A. v. O. H. 29. 2. Quae tam fructuum colligendorum, quam servandorum — causa, constituta. c. 2. de V. S. 6. 38. Paul. I. 13. B. §. 9. Vt totum in aerarium colligatur. fr. 15. §. 3. de iure fisci. 49. 14. Pecunia, quae ex computatione colligitur. fr. 47. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Collectum (sc. ius) ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut civilibus. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. cf. §. 11. I. de nupt. I. 10. — **§. 2.** *Congregare, Convocare.* I. **Sy.** Congregare. fr. 5. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. fr. 17. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Convocare. Iuliani epit. nov. c. 24. §. 90. III. **Cn.** Licet ad aliam rem sint rogati, vel collecti testes, si tamen ante testimonium certiorentur etc. fr. 21. §. 2. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Qui ex diversis locis in unum colliguntur, et veniunt. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Vt cunctis ibidem collectis, primum ad se convocatos omnes — edoceant. c. 8. Qu. test. fac. p. 6. 22. Colligendarum congregationum facultas. Th. C. XVI. 5. c. 14. de haeret. Ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum colligatur. Ib. l. l. c. 20. — **§. 3.** *Dirigere se.* I. **Sy.** Collocare (se). c. 8. de agricol. 11. 47. III. **Cn.** Si, nulli quolibet modo obnoxius civitati, ad praedium se cuiuscunque rusticum urbanumque collegerit. Nov. Valent. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. — **§. 4.** *Excipere, Recipere.* III. **Cn.** Quicunque puerum, vel puellam, proiectam de domo patris — collegerit, ac suis alimentis ad robur provexerit. Th. C. V. 7. c. 1. cf. c. 2. de exposit. — **§. 5.** *Comprehendere, Complecti.* III. **Cn.** Hae arbores colligunt aggeres Niloticos. fr. 10. de extr. crim. 47. 11. Si omnes quidem absentiae annum colligant, singulae minus anno. fr. 28. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Vt integri pretii modus in XXXVI. tantummodo solidis colligatur. Th. C. VII. 13. c. 7. §. 2. de tiron. Cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 1. (p. 9. Wck.) Diligenti descriptione collectae (substantiae). Th. C. XII. 6. c. 25. de susceptor. — **§. 6.** *Concludere, Deducere.* III. **Cn.** Et primo quidem ait, — Per quod colligit, posse dici etc. fr. 12. §. 4. de usuf. 7. 1. Ex eo, quod prohibet lex Iulia, — colligitur etc. fr. 18. de testib. 22. 5. Sed hoc ex genere operarum, ex persona patroni atque liberti, colligi debet. fr. 25. pr. de oper. libert. 38. 1. Ex quantitate pecuniae — voluntas colligenda est patrisfam. fr. 23. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 19. de LL. 1. 3.

Collisus. (Partic.) *Contusus.* III. **Cn.** Non solum (usta, aut) rupta, aut fracta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa, — aut peremta atque deteriora facta, hoc verbo (sc. rupti) continentur. Gai. III. 217. Propter membrum ruptum talio erat, propter os vero fractum aut collisum etc. Ib. 223. Si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16.

Collocare. §. 1. *Locare, Statuere, Ponere.* III. **Cn.** Ex hoc iure gentium — dominia distincta, agris termini positi, aedificia collocata. fr. 5. de I. et I. 1. 1. Si quis novum canalem, vel fistulas in rivo velit collocare. fr. 3. §. 2. de riv. 43. 21. Palmyrena civitas in provincia Phoenice, prope barbaras gentes et nationes, collocata. fr. 1. §. 5. de censib. 50. 15. Rector Prov. aditus, apud quem haec (sc. instrumenta), collocari debeant, existimabit. c. 5. comm. utr. iud. 3. 38. — **§. 2.** *Conferre.* I. **Sy.** Ponere (conditiones in etc.). fr. 60. pr. de cond. et dem. 35. 1. Velle, Voluntatem suam collocare in etc. fr. 9. §§. 3. 7. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Si modo meritum, quasi apud virum bonum, collocare fideicommissarius potuit. fr. 11. §. 8. de legat. III. (32.) Si mandem tibi, ut pecunias tuas potius in emtiones praediorum colloces, quam foeneres. fr. 2. §. 6. mand. 17. 1. In mercem se collocaturum, quod accepit. fr. 43. §. 3. de furt. 47. 2. Vt per fraudem in eum collocata bona patris propter tutelam revocari oporteat. fr. 67. pr. de R. N. 23. 2. Si heres meus filiam suam Titio in matrimonium collocaverit. Gai. II. 235. 238. Vlp. XXIV. 17. sq. In matrimonium collocare et dotare. fr. 19. fr. 38. §. 2. l. l. 23. 2. Pupillam, vel adultam suam, sibi vel filio suo in matrimonium, s. nuptum, collocare. fr. 59. ib. 23. 2. c. 4. c. 7. de interd. matrim. 5. 6. — **§. 3.** *Credere, Committere (utendum).* I. **Sy.** Credere (pecunias). fr. 33. pr. §. 1. de usur. 22. 1. Idonea nomina invenire. Bene colloc. pecuniam. fr. 13. §. 1. fr. 58. §. 3. de adm. et per. 26. 7. III. **Cn.** Nummi ad diem exacti a debitoribus, ut aliis nominibus collocarentur. fr. 86. de legat. III. (32.) fr. 7. §. 11. de adm. et per. 26. 7. Si pecuniae quis negotium gerat, — periculum eorum nominum, quibus collocavit, adgnoscere (cogetur). Paul. I. 4. §. 3. II. 14. §. 6. Cum te et collegam tuum — publicum foenus collocasse proponas. c. 4. Quo quisq. ord. 11. 35. Foenus sortium, quas defunctus collocavit. fr. 24. pr. de usu et usuf. 33. 2. Curator constituitur, apud quem refecta pecunia collocetur. fr. 1. §. 10. de collat. bon. 37. 6. — **§. 4.** *Locatione conductione in aliquem transferre.* I. **Sy.** Locare. fr. 51. pr. §. 1. locat. 19. 2. Th. C. IV. 12. c. 1. de vectigal. — **§. 5.** *Comparare.* III. **Cn.** Si quid ad corpus custodiendum, — factum sit, vel si quid in marmor vel vestem collocandam. fr. 14. §. 4. de relig. 11. 7.

Collocatio. *Locatio, Constitutio.* III. **Cn.** Delubra — destrui, collocationeque venerandae christianae religionis signi expiari. Th. C. XVI. 10. c. 25. de pagan. Sola possessio, sine laris constitutione. Ib. XII. 1. c. 52. de decurion.

Colloqui. *Verbis tractare (de negotio ineundo).* III. **Cn.** Qui nec paciscendi, ne colloquendi [al. eloquendi] de negotio substantiam habuit. Consult. vet. I. Cti. c. 9.

Colloquium. *Tractatio.* I. **Sy.** Convenire

ad tractandum, Colloquium (de adulterio). fr. 9. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Iuliani epit. nov. c. 108. §§. 391. sq.

Colluctatio. *Actus luctandi.* III. **Cn.** Si in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit. fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Colludere. *Lusorie tractare, Ex composito fallere.* I. **Sy.** Lusorie agere. fr. 50. §. 1. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Si forte talis persona sit, quam verisimile est colludere, vel calumniari. fr. 3. §. 10. de hom. lib. exh. 43. 29. Si tamen procurator aut negligat, aut colludat, aut non sufficiat adversus personas etc. fr. 17. §. 15. de iniur. 47. 10. Nisi pater maritum infamem aut arguat, aut doceat colludere magis cum uxore, quam ex animo accusare. fr. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si emtor cum procuratore collusit, et eum praemio corrupit, quo vilius mercaretur. fr. 7. §. 6. pro emt. 41. 4. fr. 13. §. 27. de A. E. V. 19. 1. Si paratus sit reus transferre iudicium, sub exceptione hac: „Si collusum est." fr. 7. §. 9. de d. m. 4. 3.

Colludium. *Collusio.* III. **Cn.** Sed sine ulla fraude, seu nundinatione, vel colludio, seu conniventia, huiusmodi venditiones procedant. c. 3. de vend. rer. civ. 11. 31. Ne quid rei privatae commodis per gratiam atque colludium furto subducatur. Th. C. XI. 42. c. 7. de bon. proscr. Absque ullius gratiae colludio (competitori tradi). Ib. XV. 1. c. 41. de opp. pub. Si iussa nostra aut dissimulatione neglexerint, aut colludio praetermiserint. Ib. IX. 42. c. 20. Eorum culpa atque colludio (negotium dilatum). Ib. XI. 30. c. 64. de app. et poen.

Colluere. *Aquarum vi congerere.* III. **Cn.** Cum paullatim colluendo locum eminentem supra alveum fecit (sc. amnis), et eum adluendo auxit. fr. 30. §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Collum. *Pars corporis animalis, quae caput sustentat.* III. **Cn.** Quadrupedes, v. Pecora, quae dorso collove domantur. Vlp. XIX. 1. Gai. II. 16. Vatic. §. 259. Caetera, quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur. Paul. III. 6. §. 84. Qui — civem R. — necaverit, verberaverit, — aut quid in collum iniecerit, ut torqueatur. fr. 7. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6.

Collusio. *Colludendi actus, Machinatio.* I. **Sy.** Collusium. [al. colludium, v. collusionem]. fr. 8. §. 1. mandat. 17. 1. II. **Op.** Bona fide, — Per collusionem, (actum etc.). fr. 30. §. 3. de iureiur. 12. 2. Vatic. §. 13. III. **Cn.** Si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius. fr. 3. §. 1. stellionat. 47. 20. fr. 14. pr. de app. et relat. 49. 1. Non debet alterius collusione, aut inertia, alteri ius corrumpi. fr. 9. pr. de liberali c. 40. 12. Per collusionem, sive fraudem, (venumdare, v. supponere). c. 3. si adv. fisc. 2. 37. Vatic. §. 13. Excogitandae ingenuitatis collusione, ac falsae captivitatis velamento, — obtegere voluisse. c. 1. de collus. deteg. 7. 20. Si suspecta collusio sit. — Si nulla suspicio collusionis religionem Praetoris instruxerit. fr. 29. pr. de inoff. testam. 5. 2. fr. 6. §. 4. si qu. om. c. testam. 29. 4.

Collusor. **§. 1.** *Socius in ludendo.* III. **Cn.** Susceptorem dumtaxat prohibuit vindicari, non et collusores. fr. 1. §. 1. de aleator. 11. 5. — **§. 2.** *Qui collusionem exercet.* III. **Cn.** Contra collusorem poena statuta, praemioque detegenti promisso. c. 2. de collus. deteg. 7. 20.

Collusorie. (Advb.) *Interveniente collusione.* III. **Cn.** Si subiecit delatorem sibi, — non se exonerat; exemplo eius, qui collusorie de hereditate litigavit. fr. 50. §. 2. de legat. I. (30.)

Colluvies, s. **Colluvio.** *Sordes.* I. **Sy.** Immunditiae. fr. 1. §§. 2. 4. de cloac. 43. 23. III. **Cn.** Qui a probatissimis adprobati, ab hac debent colluvione secerni. Th. C. XIII. 3. c. 7. de medic. et prof.

Collyrium. *Quod ex medicamentis solidis compositum est.* III. **Cn.** Si ex medicamentis meis emplastrum, aut collyrium feceris. Gai. II. 79. Collyria, et emplastra, et adparatus omnis conficiendorum medicamentorum. Paul. III. 6. §. 62.

Colobium. *Tunica truncata manicis.* III. **Cn.** Chlamydis terrore deposito, quieta colobiorum ac penularum induat vestimenta. Th. C. XIV. 10. c. 1. pr. de habitu quo uti op.

Colona. **§. 1.** *Quae fundum colendum conduxit.* III. **Cn.** Servum, qui aestimatus colonae [al. coloniae] adscriptus est, ad periculum colonae pertinebit. fr. 54. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Mulier, quae colonatus iure addicta est fundo.* I. **Sy.** Originaria mulier. Th. C. V. 10. c. 1. §. 3. de inquil. et colon. Nov. Valent. III. de colon. c. 1. §§. 1. sq. III. **Cn.** Colonas commutari posse, priora statuta iusserunt. Ib. l. 1. §. 4. Colona, vel ancilla. Nov. Maiorian. de curial. IV. 8. c. 1. pr. §§. 2. sq.

Colonarius. (Adiect.) *Ad colonatum pertinens.* III. **Cn.** Puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii, sive adscriptitiae, sive colonariae conditionis. c. 24. de episc. aud. 1. 4. c. 3. de infant. expos. 8. 52. Is eum vindicet, iure colonario servitorum. Nov. Valent. III. ne colon. vag. II. 31. c. 1. §. 1. In eorum iure et dominio — colonario nomine perseverent. Ib. l. 1. §. 6.

Colonatus. (Subst.) *Colonorum, terris adtributorum, conditio.* III. **Cn.** Si colonatus quis, aut inquilinatus quaestionem movere tentaverit. Th. C. XII. 19. c. 2. de h. qu. cond. propr. Eorum, quos natalium sola libertas prosequitur, colonatu perpetuo fulciatur. Ib. XIV. 18. c. 1. de mendic. non inval. Emeritos aulicis honoribus viros trahi ad laqueos vilissimi colonatus. Nov. Valent. III. de XXX. ann. pr. II. 27. c. 1. §. 1.

Colone. *Messeniae civitas.* III. **Cn.** Praedia per fideicommissum dedit, in quibus et σύγκτησιν, quae adpellabatur „circa Colonem." fr. 30. §. 1. de adim. legat. 34. 4.

Colonia. **§. 1.** *Civitas, quae colonos Roma missos accepit.* III. **Cn.** In municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo. Paul. IV. 6. §. 2. Tab. Heracl. lin. 9. aer. Neap. L. Gall. Cisalp. II. 2. sq. 26. 56. Colonia, quae nihil praeter nomen coloniae habet. fr. 1. §. 3. de censib. 50. 15. Splendidissima Tyriorum colonia, — foederis, quod cum Romanis percussit, tenacissima. fr. 1. pr. ib. 50. 15. Ini-

Initio, cum coloniae deducerentur. fr. 239. §. 5. de V. S. 50. 16. Patavicensium vicus, qui a D. Severo ius coloniae impetravit. fr. 1. §. 9. de censib. 50. 15. Italicae coloniae rempub. accipere. fr. 1. §. 2. ib. 50. 15. Qui ex urbe Roma in latinas colonias deducti, Latini coloniarii esse coeperunt. Gai. III. 56. cf. I. 131. — **§. 2.** *Praedium colono commissum.* I. **Sy.** Possessio. c. 13. §. 1. de agricol. 11. 47. III. **Cn.** In villas, vel in alias colonias, ducentes viae. fr. 2. §. 23. ne qu. in loco pub. 43. 8. Qui expulsus a conductione, in aliam se coloniam contulit. fr. 24. §. 4. locat. 19. 2. cf. fr. 20. §. 3. de instr. leg. 33. 7. Si quando — de possessione referta cultoribus, ad eam coloniam, quae laborabat tenuitate, colonos transtulerit. c. 13. §. 1. de agricol. 11. 47.

Coloniarius. (Adi.) *Ad civitatem pertinens, coloniae iure praeditam.* II. **Op.** Latini coloniarii. Latini Iuniani. Vlp. XIX. 4. III. **Cn.** Cives R. ingenui, qui ex urbe Roma in latinas colonias deducti, Latini coloniarii esse coeperunt. Gai. III. 56. Si uxores duxerint, vel cives R., vel Latinas coloniarias, vel eiusdem conditionis, cuius et ipsi essent. Ib. I. 29.

Colonus. **§. 1.** *Civis ex colonia.* III. **Cn.** Coloni eius coloniae. Valer. Prob. de not. Rom. (lit. singul. in iure civ. v. C. E. C.) Qui se municipem aut colonum existimans, munera civilia suscepturum promisit. fr. 17. §. 10. ad munic. 50. 1. — **§. 2.** *Conductor fundi colendi.* I. **Sy.** Conductor fundi. fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. II. **Op.** Domino coli, — Sub colono esse (praedia). fr. 50. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Convenit ut is, qui hypothecam dedisset, pro colono in agro, in aedibus autem pro inquilino sit. fr. 37. de A. v. A. P. 41. 2. Gai. IV. 147. Quod servus, vel procurator, vel colonus tenent. fr. 1. §. 22. de vi et vi arm. 43. 16. cf. Gai. IV. 153. Is, cuius colonus, aut hospes, aut quis alius, iter ad fundum fecit. fr. 1. §. 7. de itin. actuq. priv. 43. 19. Colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit, v. qui nummis colat. — Partiarius colonus. fr. 25. §. 6. locat. 19. 2. fr. 26. §. 1. de furt. 47. 2. Ita convenisse de non expellendo colono intra tempora praefinita, si pensionibus paruerit, et ut oportet coleret. fr. 54. §. 1. cf. fr. 24. §. 2. locat. 19. 2. Coloni praediorum fisci. Coloni Caesaris. fr. 38. §. 1. ad municip. 50. 1. fr. 3. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. — **§. 3.** *Agricultor, glebae adscriptus.* I. **Sy.** Cultor. c. 13. §. 1. de agricol. 11. 47. Homines, Coloni (vestri). Th. C. XIII. 1. c. 3. de lustr. collat. III. **Cn.** Actor vel colonus, ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat. Paul. III. 6. §. 48. fr. 12. §. 3. de instr. leg. 33. 7. Fugitivi adscripticii, coloni, vel inquilini. c. 6. de agricol. 11. 47. cf. Th. C. V. 10. c. 1. pr. de inquilin. et colon. Sive conchyliolegulorum, seu adscriptorum progenies fuerit colonorum. Ib. X. 20. c. 17. de murileg. Originarios colonos nullis privilegiis, — nulla census auctoritate, excusari praecipimus. c. 11. cf. c. 4. de agricol. 11. 47. Originaria, seu colona possessionis alienae. Th. C. X. 20. c. 10. §. 1. de murileg. Servus, sive colonus. Th. C. VIII. 2. c. 5. de tabul. logogr. Liberos colonorum esse quidem in perpetuum — liberos, — non autem habere licentiam, relicto suo rure ad aliud migrare. c. 23. §. 1. de agricol. 11. 47. Poena proposita, quae recipientes alienis censibus adscriptos, vel non proprios colonos, insequitur. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit.

Color. **§. 1.** *Pigmentum, Chroma.* III. **Cn.** Neque album, neque naturaliter nigrum, nec alterius coloris naturalis. fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.) Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria, et temperandorum colorum vasa, debebuntur. Paul. III. 6. §. 63. fr. 17. pr. de instr. leg. 33. 7. Si aedium ususfr. legatus sit, — et lumina immittere eum posse; sed et colores, et picturas, et marmora poterit. fr. 13. §. 7. de usuf. 7. 1. — **§. 2.** *Praetextus, Velamentum.* III. **Cn.** Sub hoc colore et praetextu praeparare. c. 1. nulli lic. in fren. 11. 11. Nullius iuris color proficiat. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolition. Etsi color petitionis — possit admitti. Ib. X. 10. c. 19. de petit. et ultro dat. Si non color quaesitus est (sc. abigeatus), sed vere putavit sua, iustis rationibus. fr. 1. §. 4. de abig. 47. 14. Si color, vel titulus donationi quaesitus est. fr. 49. de don. int. V. 24. 1. Opinio, vel metus, vel color eius, qui nolit hereditatem adire, inspicitur. fr. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Res illo colore defenditur apud iudicem, ut videatur etc. fr. 5. cf. fr. 2. de inoff. testam. 5. 2.

Colorare. **§. 1.** *Colorem inducere, Tingere.* III. **Cn.** CCC paene libras blattae sericae clandestina fucatione — coloratas etc. Th. C. X. 20. c. 18. de murileg. — **§. 2.** *Praeparare.* III. **Cn.** Vt sub ea colorati, et quasi primitiis omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 3.** *Obtendere, Fucare.* III. **Cn.** Qui iniquae retentionis invidiam aliquo necesse habuerit colorare velamine. Th. C. IX. 12. c. 2. §. 3. si vag. pet. manc.

Coloratus. (Partic.) *Adsimulaticius, Commenticius.* I. **Sy.** Figurata, Dissimulata, Colorata (donatio). c. 23. pr. §§. 1. sq. mandat. 4. 35. III. **Cn.** Neque aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut novella professio (proprietatis nostrae privilegium abolere potuerunt). Th. C. X. 1. c. 15. de iure fisci. Dispositiones ultimae, coloratam iuris imaginem referentes. Ib. II. 24. c. 1. famil. ercisc.

Colorius. (Adiect.) *Naturalem referens colorem.* III. **Cn.** Vestem tam coloriam, quam versicoloriam. fr. 32. §. 7. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.)

Colum. **§. 1.** *Vas ad colandum aptum.* III. **Cn.** In argento potorio, — id quod ad praeparationem bibendi comparatum est, velut colum nivarium, et urceoli. fr. 21. pr. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Genus unguenti.* III. **Cn.** Non tantum — quibus unguimur voluptatis causa, sed et valetudinis: qualia sunt commagena, glaucina, crina, rosa, mura, colum, nardum purum. fr. 21. §. 1. ib. 34. 2.

Columba. *Volatilium species notissima.* III. **Cn.** Animalia, quae ex consuetudine abire et redire solent, veluti columbae et apes. Gai. II. 68. fr. 8. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Coll. LL. M. XII. 7.

Columbarium. *Carcer columbarum.* III. **Cn.**

Columbae, quae emitti solent de columbario. fr. 8. §. 1. l. 10. 2.

Columna. **§. 1.** *Fulcrum, quod aedium, vel porticus, tectum sustinet.* III. ***Cn.*** Si quando marmora, vel columnae, fuerint separatae ab aedibus. fr. 41. §§. 2. 9. de legat. I. (30.) Paul. I. 21. §. 8. Transferendorum signorum, vel marmorum, vel columnarum, materias requirentes. Th. C. XV. 1. c. 14. de opp. pub. Servitus, ut in parietem eius tigna immittere mihi liceat, supraque ea tigna porticum ambulatoriam facere, superque eum parietem columnas structiles imponere, quae tectum porticus ambulatoriae sustineant. fr. 8. §. 1. si servit. 8. 5. cf. fr. 33. de S. P. V. 8. 2. Res, quae propter magnitudinem ponderis moveri non possunt, ut columnas. fr. 1. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. cf. Gai. IV. 17. — **§. 2.** *Columnae,* i. e. *Porticus.* III. ***Cn.*** De velis, quae in hypaethris extenduntur, item de his quae sunt circa columnas. fr. 12. §. 20. de instr. leg. 33. 7. Qui circa columnas, aut stationes se occultet, (ut creditorem evitet). fr. 7. §. 13. ex qu. c. in poss. 42. 4. fr. 36. de reb. auct. iud. 42. 5.

Comagena. Cf. v. Commagenum.

Comanensis. *Civis ex Comana, Cappadociae civitate.* III. ***Cn.*** Per Comanensium et Ariaratensium, et Armeniae secundae, Amasenorum, Helenoponti, et Diocaesariensium Cappadociae secundae urbes. c. 10. de agricol. 11. 47. cf. fr. 6. §. 9. de excusatt. 27. 1.

Comburere. *Urere, Flamma consumere.* I. ***Sy.*** Exurere. Paul. V. 24. §. 1. fr. 57. pr. §§. 1. sqq. de contr. emt. 18. 1. Incendio consumere. fr. 57. pr. l. 18. 1. III. ***Cn.*** Si quis in stipulam suam, vel spinam, comburendae eius causa, ignem immiserit. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Quos (sc. impios libros) diligenti studio requiri, ac publice comburi decernimus. Th. C. XVI. 5. c. 66. §. 1. de haeretic.

Comedere. **§. 1.** *Edere.* I. ***Sy.*** Depascere (glandem). fr. 9. §. 1. ad exhib. 10. 4. — **§. 2.** *Abligurire.* III. ***Cn.*** Res, quas divortii tempore mulier comederit, vendiderit, donaverit, qualibet ratione consumserit. fr. 3. §. 3. de act. rer. amot. 25. 2.

Comes. **§. 1.** *Socius in commeando. Pedissequus.* III. ***Cn.*** Medico suo contubernali, et communium expeditionum comiti, inter caetera ita legaverat. fr. 40. pr. de auro arg. 34. 2. Cum comes matronae abducitur. fr. 1. §. 2. fr. 9. pr. fr. 15. §§. 17. sqq. de iniur. 47. 10. Qui puero stuprum, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit. fr. 1. §. 2. de extr. crim. 47. 11. Ante ostium eius conclavis liberi 3, et 3 liberae, cum binis comitibus, custodiant. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre. 25. 4. — **§. 2.** *Qui Rectoris Prov., aliusve magistratus, comitatui et consortio adscriptus est.* I. ***Sy.*** Qui est ex cohorte (cuius eorum, qui in magistratu, potestateve etc.). Qui circa eum est, qui provinciam regit. fr. 33. de R. C. 12. 1. fr. 1. pr. fr. 5. de L. Iul. repet. 48. 11. III. ***Cn.*** Quod ad legatos, oratores, comitesve (eorum, qui imperium potestatemve habent), adtinebit. fr. 7. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Eorum, qui reip. c. absunt, comites, qui sunt intra statutum numerum. fr. 41. §. 2. de excusatt. 27. 1. Si quos comitum, vel Legati sui, reos Procos. invenerit. fr. 6. §. 1. de poen. 48. 19. cf. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. Comites Legatorum, qui ad aerarium, aut in commentarium Principis delati sunt. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 12. §. 1. de vacat. et excus. 50. 5. — **§. 3.** *Principis comitatui addictus, Dignitate inter palatinos praeditus.* III. ***Cn.*** Si quis — in quemcunque iudicum, comitum, amicorum, vel palatinorum meorum, aliquid — probare posse confidit. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Qui cum honore comitum, nomine magistrorum, memoriae praefuerint etc. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. Si a rationali, vel comite, vel alio qui curam fiscalis commodi gerit, — fuerit provocatum. Ib. XI. 30. c. 28. de app. et poen. Qui tranquillitatis nostrae consistorii dici comites meruerunt. Ib. VI. 12. c. 1. de comit. consistor. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. Comes et patricius. Ib. XV. 14. c. 14. pr. de infirm. his. Comes et magister officiorum. Ib. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. off. VIII. 5. c. 8. pr. de cursu pub. Comes et Castrensis S. palatii. Ib. VI. 32. c. 1. sq. de castrensian. Comites sacri ac privati aerarii illustres. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron. Comes et procurator divinae domus. Ib. IX. 42. c. 16. de bon. proscr. VV. Sp. comites archiatrorum, comites stabuli, — comites dispositionum etc. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron. XI. 1. c. 29. de annon. et tribut. Tribuni et comites inferiores. Ib. VII. 11. c. 1. sq. ne comit. v. tribun. Comes primi ordinis. Ib. XIII. 11. c. 14. sqq. de censitor. peraequator. — **§. 4.** *Administrationi provinciarum, vel exercitui, praefectus.* III. ***Cn.*** In dignitatibus constituti, i. e. Rectores provv. et Comites. Ib. VII. 4. c. 32. de erog. mil. annon. Cl. Vv. Comites et duces diversarum provinciarum et limitum. Ib. I. 7. c. 3. (Wck.) de off. Mag. mil. VII. 1. c. 9. de R. M. Praefecti Pr. et Comites, qui per provincias constituti sunt, etc. Ib. I. 16. c. 6. sq. (Wck.) de off. Rect. Pr. Comites cuncti provinciarum. Ib. l. l. c. 7. Comites, vel duces, quibus regendae militiae cura commissa est. Ib. VII. 1. c. 18. de R. M. VII. 20. c. 13. de veteran. In civilibus causis Vicarios Comitibus militum convenit anteferri. Ib. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar.

Comesor. *Prodigus.* II. ***Op.*** Ex frugalitate sua peculium adquirens. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Cominus. (Advb.) *Coram. In re praesenti.* III. ***Cn.*** Continuus actus — esse debet, — et cominus responderi stipulanti oportet. fr. 137. pr. de V. O. 45. 1. Si, quasi recepturus a debitore tuo cominus pecuniam, reddidisti pignus. fr. 3. de pign. act. 13. 7.

Comitari. **§. 1.** *Sequi alterum.* III. ***Cn.*** Non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa invasione et rapina fuerint, constituimus. c. 1. §. 2. de raptu virg. 9. 13. Comitem accipere debemus eum, qui comitetur et sequatur. fr. 15. §. 16. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Accedere.* II. ***Op.*** Qui proprietatem comitatur, — Quem per se quis promisit, Detractus (sc. ususfr.). fr. 126. §. 1. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Non mihi esse adqui-

sitam illam portionem, sed ipsum comitari. fr. 18. §. 2. de A. v. O. H. 29. 2. Cum utique unumquemque criminosum non dignitas debeat, sed poena comitari. c. 38. de decurion. 10. 31. Capitali poena, proscriptione comitante, plectantur. Th. C. XVI. 9. c. 4. ne christ. mancip.

Comitatensis. (Subst.) *Officialis Comitis S. largitionum.* III. *Cn.* Qui sub castrensi officio, sive comitatensibus, sive privatis largitionibus obsecundant. Th. C. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. palat. De largitionalibus comitatensibus, et officialibus rationalis rerum privatarum, custodiri praecepimus. Ib. VIII. 7. c. 6. de div. offic. Scrinia omnia largitionum comitatensium. Ib. VI. 30. c. 7. de Palat. S. largg.

Comitatensis. (Adiect.) *Comitatui concessus.* III. *Cn.* Non solum de comitatensibus ac palatinis numeris, (ad alios numeros militem transferri non licere), sed ne ipsis quidem, seu de comitatensibus legionibus, seu de riparensibus, castricianis, caeterisque etc. Ib. VII. 1. c. 18. de R. M. VII. 4. c. 22. de erog. mil. ann. Comitatenses et ripenses milites atque protectores. Ib. VII. 13. c. 7. §. 3. de tiron. VII. 20. c. 4. pr. de veteran. Actuarii palatinorum et comitatensium numerorum, — pseudocomitatensium etiam. Ib. VIII. 1. c. 10. de numerar. actuar. Comitatenses, — Limitanei, (milites). Ib. VIII. 4. c. 17. de cohortal.

Comitatus. (Subst.) *Aulae Principis comites.* III. *Cn.* Qui ignominia missus est, neque Romae, neque in sacro comitatu, agere potest. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 26. Filiusfam. equestri militia exornatus, et in comitatu Principum retentus. fr. 43. de milit. testam. 29. 1. Circa limina palatii nostri, comitatumve — deprehensus. Th. C. XI. 30. c. 34. de app. et poen. Quos nostri lateris comitatus illustrat. Ib. VI. 25. c. 1. de praepos. labor. Adsessores, qui — virorum illustrium, — sive in provinciis sive in S. comitatu, iuverunt consilia. Ib. VI. 15. c. 1. de comit. qu. illustr. Qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem. Ib. IX. 16. c. 6. de malefic. Legati, qui ad comitatum nostrum — advenerint. Ib. XII. 12. c. 6. sq. de legat. et decret. cf. I. 16. c. 2. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Comiter. (Advb.) *Benigne.* III. *Cn.* Si foedere comprehensum est, ut is populus alterius populi maiestatem comiter conservaret. fr. 7. §. 1. de captiv. et postl. 49. 15.

Comitia. *Populus convocatus, ad suffragia ferenda.* III. *Cn.* Calatis comitiis faciebant (sc. testamenta), quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant. Gai. II. 101. sq. Vlp. XX. 2. In municipio, colonia, praefectura, — comitia IIviris, IVviris, aliive cui magistratui, rogando subrogandove habere. Tab. Heracl. lin. 24. sq. aer. Neap.

Comitialis. (Adiect.) *Comitiis celebrandis perniciosus.* III. *Cn.* Qui tertiana aut quartana febri, aut podagra vexarentur, quive comitialem morbum haberent. fr. 53. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 1. §. 1. de auct. et cons. 26. 8.

Comitianus. *Ad officiales Comitis Orientis pertinens.* III. *Cn.* Vtraque adparitio, tam comitiana, quam civilis. Iuliani epit. nov. c. 22. §. 83. cf. c. 15. §§. 53. 55. Qui de numero comitianorum, vel ex adparitione culminis vestri, consulari officio deputati sunt. Th. C. VIII. 4. c. 18. de cohortal.

Comitiva. *Comitum dignitas.* III. *Cn.* Qui ex-quaesturae honore, aut efficaci magisteria, aut comitiva utriusque aerarii nostri, — viguerunt. Ib. VI. 9. c. 2. pr. de Quaestor. mag. offic. Ad proximatum, et comitivam dispositionum, vel magisterium admissionum pervenire. Ib. VI. 2. c. 12. de Senator. VI. 26. c. 14. pr. de proxim. comit. Qui, vicarianae potestati, comitivae Orientis, aut augustalitati parendo, statuta peregit stipendia. Ib. XIII. 11. c. 11. de censitor. Quicunque — ministerium militare, vel consistorianae comitivae insignia meruerit dignitatis, etc. c. 25. de procur. 2. 13. cf. c. 3. de discussor. 10. 30. Sin absque honore comitivae cuiuslibet scholae regimen fuerint nacti. Th. C. VI. 13. c. 1. de comit. et tribun. schol. Curiales, qui honorariam adepti sunt comitivam. Ib. XII. 1. c. 150. de decurion. Si primi ordinis comitivam (cum praepositura) meruerint. Ib. VI. 13. c. 1. VI. 14. c. 1. sq. de comit. R. M. Comitiva tertia, s. tertii ordinis. Ib. VI. 26. c. 17. §. 1. de proxim. comit. XIV. 4. c. 9. de suar.

Comitium. *Locus Romae iuxta curiam, ubi causae disceptabantur.* III. *Cn.* Ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito. L. XII. Tabb. I. 7.

Comitivus. (Adiect.) *Ad Comitem S. largitionum spectans.* III. *Cn.* Ex praecepto comitivae sedis etc. Th. C. XI. 21. c. 3. de collat. aer.

Commaculare. *Maculare, Polluere.* I. *Sy.* Funestare (se, sc. nuptiis incestis). Ib. III. 12. c. 3. de incest. nupt. Cf. III. 16. c. 2. de repud.

Commagenum. *Medicamentorum genus.* III. *Cn.* Non tantum — quibus unguimur voluptatis causa, sed et valetudinis; qualia sunt commagena, glaucina, crina, rosa etc. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Commanere. *Commorari, Cohabitare.* I. *Sy.* Manere, Commorari. Th. C. VII. 8. c. 1. c. 3. c. 5. pr. c. 7. c. 10. §. 2. c. 14. de metat. III. *Cn.* Nec ulli liceat residere, ne diuturnitas commanentium ulla ex parte praedium vexet. Ib. l. 1. c. 10. §. 2. In eorum domibus nullus hospitali iure commaneat. Ib. l. 1. c. 1.

Commeare. §. 1. *Iter facere, Cursum persequi.* I. *Sy.* Permeare. fr. 2. §§. 21. 23. 32. ne qu. in loco pub. 43. 8. Iter facere, s. peragere. Proficisci. fr. 1. pr. §. 2. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 1. §§. 6. sqq. fr. 7. de itin. actuq. priv. 43. 19. Paul. V. 6. §. 2. Transeuntes, Commeantes. Th. C. VI. 29. c. 6. sq. de curios. III. *Cn.* Viae publicae solum publicum est, relictum — ut ea publice iretur, commearetur. fr. 2. §. 21. ne qu. in loco pub. 43. 8. Iter est, qua quis pedes vel eques commeare potest. fr. 12. de S. P. R. 8. 3. Si aliquando vulgus in illa via non commeabat. fr. 1. §. 2. cf. §. 1. de h. qu. effud. 9. 3. Si pontem quis novum velit facere, viae muniendae causa, — si modo sine hoc commeari non possit. fr. 3. §. 16. de itin. actuq. priv. 43. 19. Qui se pro mi-

lite gessit, — vel falso diplomate vias commeavit. fr. 27. §. 2. de L. Cor. de fals. 48. 10. — **§. 2.** *Dirigi, Transmitti.* I. **Sy.** Mitti. Th. C. X. 8. c. 2. de bon. vac. III. **Cn.** Breves omnium negotiorum ab officio tuo descripti commeent ad scrinia etc. Ib. I. 16. c. 3. (Wck.) de off. Rect. Pr. Per quorum praedia ductus commeat. Ib. XV. 2. c. 1. de aquaed.

Commeatalis. (Adiect.) *Commeatu praeditus.* I. **Sy.** Per commeatus dimissi. Commeatales (viri, s. milites). c. 2. §. 9. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. c. 16. §§. 2. sqq. de erog. mil. annon. 12. 38.

Commeatus. (Subst.) **§. 1.** *Actus commeandi, Transitus.* III. **Cn.** Si viae publicae exemtus commeatus sit, vel via coarctata. fr. 2. §. 25. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Ius, v. Officium, abeundi s. proficiscendi.* I. **Sy.** Vbi velint commorandi, arbitrium, Liberum commeatum (impetrare). fr. 22. §. 6. ad munic. 50. 1. III. **Cn.** Cuiquam de militibus a castris atque a signis discedendi commeatum dare. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeat. cf. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16. Is, qui ultra commeatum abest, vel ultra formam commeatui datam. fr. 2. §. 6. ad munic. 50. 1. cf. Th. C. l. l. c. 2. sq. Evitatis provinciae suae finibus, — peregrinos expetere commeatus. Ib. XII. 1. c. 161. de decurion. — **§. 3.** *Mercium, vel annonae, advectio.* III. **Cn.** Ne rarior sit diversarum mercium commeatus. Ib. VII. 16. c. 1. de litor. et itin. cust. Cuiusve opera d. m. hostes P. R. commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adiuti erunt. fr. 4. ad L. Iul. mai. 48. 4. Indictio, quae novum denuo annonae commeatibus poscit obsequium. Th. C. XI. 1. c. 18. de annon. et tribut. Maritimi commeatus. Onus frumentarii comm. Ib. XIII. 5. c. 7. c. 32. de navicul.

Commemorare. *Declarare, Definire.* I. **Sy.** Memorare. Vatic. §§. 35. 41. Condicere, Dicere. fr. 66. pr. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 1. fr. 101. §. 1. de solut. 46. 3. Proponere, Adlegare, Adseverare. c. 2. c. 9. sq. c. 15. c. 23. de probat. 4. 19. III. **Cn.** Breviter commemorare necesse est etc. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Cum debitor solvit pecuniam, in potestate eius esse commemorare, in quam causam solveret. fr. 101. §. 1. de solut. 46. 3.

Commemoratio. **§. 1.** *Elocutio, Professio.* I. **Sy.** Conceptio. fr. 56. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Commemoratio in chirographo pecuniarum — facta. fr. 31. de probatt. 22. 3. cf. fr. 26. §. 1. de pignor. 20. 1. Vt commemoratio temporum repetitionis potestatem habeat. fr. 2. §. 1. Qu. mod. ususf. 7. 4. Eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet. Th. C. IX. 3. c. 2. de cust. reor. — **§. 2.** *Exceptio, Excusatio.* I. **Sy.** Obtentus (proximitatis etc.). c. 34. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Commendare. **§. 1.** *Committere, Mandare (custodiae alterius).* I. **Sy.** Tradere. Paul. I. 21. §§. 1. 4. 9. Deponere (rem). Paul. l. l. cf. II. 12. §§. 2. sqq. fr. 24. depos. 16. 3. fr. 186. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si quid ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum, factum sit. fr. 14. §. 4. de relig. 11. 7. Cum proficisceretur, — arcam clusam cum veste et instrumentis commendavit C. Seiae. fr. 26. pr. cf. fr. 24. depos. 16. 3. Is, penes quem utramque partem transactionis, vel alia, instrumenta commendasse dicis. c. 6. eod. 4. 34. — **§. 2.** *Benevolentiam expetere alicuius.* I. **Sy.** Ad nudam laudem, Commendandi causa, (dicere). fr. 19. pr. de Aed. edict. 21. 1. III. **Cn.** Quod venditor, ut commendet, dicit. — Si vero decipiendi emtoris causa dictum est. fr. 37. de d. m. 4. 3. fr. 43. pr. de contr. emt. 18. 1. Quod si quis servum suum — sua domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alii eum commendans. c. 1. §. 3. de Lat. libert. 7. 6. Pati debet (sc. Procos.) commendari sibi civitatem, laudesque suas non gravate audire. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Commendo, ut et vobiscum sint, et — peto. fr. 5. de alim. v. cibar. 34. 1. Rogo te, commendatum habeas etc. fr. 12. §. 12. mand. 17. 1. fr. 41. §. 15. de fideic. libb. 40. 5. Si tu Titium mihi commendaveris, quasi idoneum, cui crederem. fr. 66. §. 4. de furt. 47. 2. — **§. 3.** *Probare.* III. **Cn.** Cuius innocentia liquidis probationibus commendari potest a te. c. 2. Qu. test. fac. p. 6. 22. c. 6. Qu. milit. poss. 12. 34. Ad commendandam hanc patris voluntatem — apud Praesidem experiri non vetaris. c. 16. de fideicomm. 6. 42. Si quidem tutorem non facultates, — sed callida conversatio suspectum commendet, [al. condemnet]. fr. 31. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. Qui semper nobis ex bona opinione et gloria sese commendavit. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17. cf. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29.

Commendaticius. (Adiect.) *Ad commendandum comparatus.* III. **Cn.** Si petieris a me, uti te alicui commendarem, et eas commendaticias tibi misero litteras. fr. 65. pr. de A. R. D. 41. 1.

Commendatio. *Laudatio.* III. **Cn.** Edictum debet (sc. Procos.) de adventu suo mittere, continens commendationem aliquam sui. fr. 4. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Necessitatis laqueis adstricti, in qua commendatione pietatis etiam detrectantes adveniant. Vatic. §. 248. Vtilitas huius tituli non eget commendatione, ipse enim se ostendit. fr. 1. de I. I. R. 4. 1.

Commendatorius. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Nisi litteras acceperit (sc. episcopus) a metropolitano suo ad Imperatorem, quas divini canones commendatorias adpellant. Iuliani epit. nov. c. 6. §. 26.

Commentariensis. **§. 1.** *Actorum publicorum exceptor.* III. **Cn.** Actorum potestas postulanda est, ut merito iis uti liceat, eaque manu commentariensis adnotanda sunt. fr. 45. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Scrinium commentariensis. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Carceris pub. custos.* I. **Sy.** Praepositus carceri. Is, penes quem officium custodiae est. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. fr. 8. de cust. reor. 48. 3. Th. C. IX. 3. c. 1. §. 1. c. 5. eod. III. **Cn.** Optiones, sive commentarienses. fr. 6. l. 48. 20. Scriniarii et abactis, et praecones, et commentarienses, et lampadarii etc. Iuliani epit. nov. c. 36. §. 166. Qui principatum officiorum gerunt, seu cornicu-lum, quique commentariensium nomine exosa miseris claustra custodiunt. Th. C. VIII. 15. c. 5. §. 1. cf. c. 3. de iis qu. administr. IX. 3. c. 5. de cust. reor.

Commentarius. §. **1.** *Commentarii*, pro: *Opus conscriptum, Expositio continua.* I. **Sy.** Interpretationes. c. 2. §. 21. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** Verbosos commentarios facere. fr. 1. de O. I. 1. 2. Alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est. Gai. III. 54. cf. 33. Ex commentariis Gaii nostri, tam Institutionum quam rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis. Prooem. Inst. §. 6. cf. fr. 54. pr. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 2.** *Commentarius, v. Commentarii, i. e. Codex, s. Libellus, publicae auctoritatis, Acta.* III. **Cn.** Comites Legatorum, qui ad aerarium, aut in commentarium Principis, delati sunt. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. Qui commentarios habet Praefecti. Vatic. §. 222. Th. C. XI. 30. c. 21. de app. et poen. — **§. 3.** *Commentarius, i. e. Singulum caput libri.* I. **Sy.** Liber. Gai. II. 23. III. **Cn.** Superiore commentario tradidimus. — Sequenti commentario referemus. Ib. II. 23. 145. III. 17. 38. 181. IV. 77. 85.

Commentator. *Interpres.* III. **Cn.** Cum apud veteres legum commentatores invenerimus saepius dictum. §. 7. I. de nox. act. 4. 8. Legislatores, vel commentatores. c. 2. §. 20. de vet. iure enucl. 1. 17.

Commenticius. (Adiect.) **§. 1.** *Excogitatus a iuris auctoribus.* III. **Cn.** Receptum est commenticio iure, (ne ad heredes transeat, sc. poena). fr. 20. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Imaginarius, Fraudulosus.* III. **Cn.** Commenticiae venditiones, et tutorum insidiae. Th. C. II. 16. c. 1. de integri restit. Quae sunt commenticia, et concinnata. Ib. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. Suppositae, aut commenticiae epistolae. Ib. VII. 18. c. 11. §. 1. de desertor.

Commentum. (Subst.) *Fictio, Machinatio.* III. **Cn.** Versutiis calliditatis commenta miscentibus, dum insidiarum fallentium non suspicamur arcana. Vatic. §. 35. cf. §. 271. Genera maleficiorum statuunt evidentissimorum, (atque) exquisita et adinventa commenta. Coll. LL. M. XV. 3. Nihil ei haec astutia, nec detestabilia commenta profutura sunt. Th. C. XIV. 3. c. 1. de pistor. Ne ullis praestigiis atque commentis exactio mutiletur. Ib. XI. 1. c. 31. de annon. et trib. Illum dignum fuisse puniri pro tam turpi tamque invidioso commento. fr. 22. §. 2. de iure fisci. 49. 14. Nihil illi commentum hoc proficiat. fr. 15. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si fraudem et dolum — commissam deprehendisset, — aestimabit quatenus tam callidum commentum etiam in exemplum coërcere debeat. fr. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. fr. 20. de h. qu. not. infam. 3. 2. Nec exquisita commentis ars eiusmodi subornetur, ut etc. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen.

Commentus. (Partic.) *Excogitatus.* III. **Cn.** Ita ut prius ingruentis consilium, pro modo commentae fraudis, poena vindicetur exsilii. Paul. V. 4. §. 8. (cf. v. Comminisci.)

Commercium. **§. 1.** *Facultas contrahendorum negotiorum, et ex iure Quiritium adquirendarum vel distrahendarum rerum.* I. **Sy.** Emendi vendendique invicem ius. Vlp. XIX. 5. II. **Op.** Omnes res, quas quis habere, vel possidere, vel persequi potest. — Quas natura, vel gentium ius, vel mores civitatis commercio exuerunt. fr. 34. §. 1. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Res, quam quis emere non potest, quia commercium eius non est. fr. 1. §. 2. Qu. res pign. 20. 3. cf. fr. 34. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Si res aliena, cuius commercium legatarius non habet, ei — relinquatur. fr. 40. de legat. I. (30.) fr. 49. §§. 2. sqq. de legat. II. (31.) Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua disperdis, — ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. Paul. III. 4. A. §. 7. cf. Vlp. XX. 13. Peregrini, quibus commercium datum est. Ib. XIX. 4. — **§. 2.** *Negotiatio.* I. **Sy.** Mercimonia. Negotiatio. Th. C. VII. 20. c. 7. de veteran. XIII. 1. c. 3. sqq. c. 18. de lustr. coll. Quaestus. Nov. Th. II. de lenon. I. 18. c. 1. pr. III. **Cn.** A latrunculis — capta, et iure commercii vendita ac redemta. fr. 6. de captiv. 49. 15. Qui (sc. proxenetae) emtionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis, utiles — se exhibent. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Qui neque rus colunt, neque utilem vitam commerciis exhibent. Th. C. VII. 20. c. 7. de veteran. — **§. 3.** *Machinatio, Collusio, Nundinatio.* I. **Sy.** Collusio. Ib. XIII. 10. c. 1. de censu s. adscr. XIII. 11. c. 4. de censitor. peraequ. Contractus. Ib. VIII. 1. c. 15. de numerar. III. **Cn.** Quod per deformia et criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur. Ib. XIII. 11. c. 4. Officiales, qui ex huiusmodi commerciis aliquid fuerint accepisse detecti. Ib. XI. 4. c. 1. ne coll. p. logogr. cf. Const. Valent. ad constitutionar. (Wck. p. 8.)

Commigrare. *Immigrare.* III. **Cn.** Quia neque habitare in iis (sc. aedificiis), quisquam, nec vellet in deserta ac ruentia commigrare. Fr. S. Cti de aedib. negot. c. non dir. (ap. Spangenberg monum. leg. No. 42. sq.)

Commilitium. *Societas militiae.* III. **Cn.** Hereditas ab adgnato commilitone data, — potuit et non dare, nisi commilitium caritatem auxisset. fr. 19. pr. de castr. pec. 49. 17. Si ante commilitium factum sit testamentum. Ib. l. l.

Commilito. *Militans sub iisdem signis.* III. **Cn.** Miles filiusfam. a commilitone, vel ab eo quem per militiam cognovit, heres institutus. fr. 5. fr. 19. pr. de castr. pec. 49. 17. cf. fr. 11. pr. de L. Cor. de fals. 48. 10. Subinde testamenta a commilitonibus relicta proferri, — simplicitati eorum consulendum existimavi. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Officium Tribunorum est, — frumentationibus commilitonum interesse, — querelas commilitonum audire etc. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Optimi fidelissimique commilitones. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1.

Comminari. *Minari, Terrere.* III. **Cn.** Praefectus Vr. adiri solet, et pro modo querelae corrigere eum (sc. libertum), aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius solet. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Aut fustibus castigat eos, — aut severa interlocutione comminatus, fustium castigationem remittit. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Comminari etiam et terrere filium a patre oblatum, (sc. Procos. potest). fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. In peremtorio autem comminatur is, qui edictum dedit etc. fr. 71. de iudic. 5. 1. Si

comminatus tantum accusationem fuerit etc. fr. 7. de inoff. testam. 5. 2.

Comminatio. *Minatio, Territio.* III. ***Cn.*** Et solent Praetores comminari etc. — Si igitur comminatio intercessit etc. fr. 7. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. Castigari eum sub comminatione aliqua severitatis non defuturae, si rursus etc. fr. 1. de iure patron. 37. 14. Nec vim stipulationis obtinere potest comminatio iudicis. c. 1. cf. c. 6. commin. epist. 7. 57.

Comminisci. *Excogitare, Fingere, Praetendere.* I. ***Sy.*** Confingere in se. Mentiri. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Moliri. fr. 1. §§. 1. sq. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. ***Cn.*** Adversus calliditatem eius subvenire, qui talem fraudem commentus est. fr. 1. §. 5. de separation. 42. 6. Si modo, cum animum maritus vendendi non haberet, idcirco venditionem commentus sit, ut donaret. fr. 5. §. 5. de donat. int. V. 24. 1. Qui scripturas nefarias comminiscuntur. Th. C. XI. 39. c. 7. de fide test. (cf. v. Commentus.)

Comminuere. *Deminuere, Infirmare.* II. ***Op.*** Illibatum permanere. — Comminui. Vatic. §. 281.

Commiscere. **§. 1.** *Miscere.* I. ***Sy.*** Confundere, Miscere. fr. 3. pr. fr. 4. fr. 5. pr. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 1. §. 14. ad L. Falc. 35. 2. III. ***Cn.*** Si quid ita confusum est atque commixtum, ut deduci et separari non possit. fr. 3. §. 2. de R. V. 6. 1. Admissis commixtisque creditoribus etc. fr. 1. §. 1. de separat. 42. 6. cf. fr. 5. §. 2. de donat. int. V. 24. 1. Commiscendas esse utrasque partes in computatione L. Falcidiae. fr. 1. §. 14. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 2.** *Congressum venereum exercere.* I. ***Sy.*** Misceri, Commisceri (cum concubina). Iuliani epit. nov. c. 107. §§. 373. 375.

Commissorius. (Adiect.) *Ad poenam commissi respiciens,* (i. e. ad infirmationem negotii pertinens, per culpam debitoris procurandam). III. ***Cn.*** Si fundus lege commissoria venierit, h. e. ut, nisi intra diem pretium sit exsolutum, inemtus fieret. fr. 4. pr. de L. commiss. 18. 3. Legem commissoriam, quae in venditionibus adiicitur, (s. Commissoriae venditionis legem), exercere. — Renunciare legi. fr. 3. fr. 4. §. 2. ib. 18. 3. Vatic. §§. 3. sq. c. 4. de pact. int. emt. 4. 54. Quoniam, inter alias captiones, praecipue commissoriae legis crescit asperitas, placet infirmari eam. Th. C. III. 2. c. 1. de comm. resc.

Commissum. (Subst.) **§. 1.** *Admissum, Facinus.* III. ***Cn.*** Commissum servorum — noxae deditione sarçiatur. Paul. V. 20. §. 4. Plagii, v. Stellionatus etc., commissum. c. 12. de ingen. manum. 7. 14. c. 4. de crim. stellion. 9. 34. Si id exigat magnitudo commissi, s. Pro atrocitate commissi. Th. C. IX. 19. c. 2. §. 2. ad L. Cor. de sicar. IX. 42. c. 11. de bon. proscr. Vt ab omnibus commissi consciis statuta vindicta possit reportari. Ib. IX. 5. c. 1. pr. ad L. Iul. mai. — **§. 2.** *Poenae causa avocandum.* I. ***Sy.*** Poena (vectigalis). fr. 9. §. 5. de minor. 4. 4. fr. 16. pr. §§. 2. 4. sq. 10. 12. de publican. 39. 4. Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor. praep. III. ***Cn.*** Commissa vectigalium nomine. fr. 14. l. l. 39. 4. Vindicari, Tolli, commisso. fr. 11. §. 4. fr. 16. §. 8. ib. 39. 4. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2. In commissum, s. In causam commissi, cadere s. incidere. fr. 16. pr. §§. 2. 4. 12. de publican. 39. 4. Commissi offensa perdere. Vitio intercedente commissi, e fortunis avelli. Th. C. III. 19. c. 3. [al. 5.] de adm. et per. cf. V. 13. c. 15. sq. c. 18. (Wck.)

Commissus. (Partic.) **§. 1.** *Factus, Patratus* III. ***Cn.*** Cum quid atrocius commissum fuerit, quod aperte in contumeliam domini fieri videtur. Gai. III. 222. Qui fraudem a Titio commissam ignorantes, transegerunt. fr. 35. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Concreditus, Relictus.* III. ***Cn.*** Qui legionem, vel legiones cum suis auxiliis ab Imperatore commissas, administrat. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Qui in palatio militarunt, et quibus provinciae commissae sunt. Th. C. XII. 1. c. 5. de decurion. Praetori ea res quaerenda commissa est, non negligenda, nec donanda. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. Procurator, cui generaliter commissa est libera administratio rerum. fr. 58. de procur. 3. 3. Servus in causa capitali fortunae iudicii [al. iudicio] commissus a domino. fr. 13. de statu hom. 1. 5. Eos enim convenit, propriae commissos mediocritati, annonarias functiones cognoscere. Th. C. XI. 1. c. 14. de annon. et tribut. — **§. 3.** *Poenae causa avocandus. Privationi obnoxius.* Commissis mercibus, (ipsi quidem capite puniuntur etc.) fr. 11. §. 2. de publican. 39. 4. Commissa stipulatione (mori). fr. 10. §. 2. si qu. cautt. 2. 11. cf. fr. 14. §. 1. de novat. 46. 2. Statim atque commissa lex est etc. fr. 4. §. 2. de L. commiss. 18. 3.

Committere. **§. 1.** *Immittere, Certare.* III. ***Cn.*** Cum arietes, vel boves commisissent, et alter alterum occidit. fr. 1. §. 11. si quadrup. 9. 1. — **§. 2.** *Coniungere, Copulare.* III. ***Cn.*** Quibus exemplis stipulationes quoque committuntur. fr. 161. de R. I. 50. 17. Si qua adulteris, vel stupratoribus se committit. fr. 43. §. 1. de R. N. 23. 2. — **§. 3.** *Iniungere, Credere, Mandare.* I. ***Sy.*** Concedere, Indulgere (administrationem). fr. 1. §. 3. fr. 3. pr. §. 11. fr. 23. de minor. 4. 4. Credere (custodiam). Deponere (rem). fr. 14. pr. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. fr. 110. de V. S. 50. 16. Mandare. fr. 10. §. 1. commod. 13. 6. fr. 6. pr. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. III. ***Cn.*** Ne paterno inimico pupilli committantur. Paul. II. 27. §. 1. Vtrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. fr. 1. fr. 3. de cust. et exh. 48. 3. Culpa non intelligitur, — nisi minus idoneis hominibus eam (sc. navem) commisit. fr. 16. §. 1. de R. V. 6. 1. Cum urbem nostram fidei tuae commiserimus. fr. 1. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. Th. C. XI. 30. c. 13. de app. et poen. Heredis fidei committere. Cf. v. Fides. v. Fideicommittere. Non oportet, sub incerto cautionis, committere se aditioni hereditatis. fr. 16. §. 14. ad S. C. Treb. 36. 1. Non ante rei suae administratio eis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus. fr. 1. §. 3. de minor. 4. 4. — **§. 4.** *Admittere, Perpetrare.* I. ***Sy.*** Admittere. Delinquere. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 9. §. 4. de d. m. 4. 3. fr. 24. §. 1. de indic. 5. 1. fr. 68. de R. N. 23. 2. Facere (furtum, v. iniuriam). Gai. III. 182. 196. sq. 202. 220. 222. III. ***Cn.*** Qui sine

culpa et dolo malo, casu quodam, damnum committit. Id. l. l. 211. Quod per imperitiam commisit (medicus), imputari ei debet. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. Si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurus sit. fr. 225. de V. S. 50. 16. Si ad scelus committendum pecunia sit subministrata. fr. 7. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Non sit aetatis excusatio adversus praecepta legum ei, qui, dum leges invocat, contra eas committit. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. Interdum in sanctionibus (sc. legum) adiicitur, ut, qui ibi aliquid commisit, capite puniatur. fr. 9. §. 3. de R. D. 1. 8. Si quid eorum commiserit, quae pro adulterio eadem lex punit. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. Comm. adversus, s. in (testamentum). fr. 8. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. (Cf. Ascon. ad Cic. in Verr. Act. 2. Lib. 2. c. 9.) — **§. 5.** *Poenam contrahere.* I. ***Sy.*** Incidere (in edictum, v. poenam edicti). fr. 3. §§. 2. sqq. 6. fr. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2. Teneri (lege). Comm. in (legem). Paul. V. 26. §§. 3. sq. III. ***Cn.*** Exsistens conditio primam stipulationem committit, commissamque in secunda transfert. fr. 14. §. 1. de novat. 46. 2. Iniquam sententiam evictae rei periculum venditoris non spectare placuit, neque stipulationem auctoritatis committere. Vatic. §. 10. Ne indefensi rerum possessionem aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel poenae committendae actionem, etc. fr. 1. de N. G. 3. 5. Mulcta committitur (ab herede, etc.). fr. 6. pr. de cond. et dem. 35. 1. Dies committendi, v. quo placuerat esse commissum. fr. 38. pr. de minor. 4. 4. Si periculum erat, ne praedia in publicum committerentur. fr. 13. de N. G. 3. 5. fr. 17. §. 2. ad S. C. Vellei. 16. 1. — **§. 6.** *Occasionem praebere.* III. ***Cn.*** Si alius committat edictum, et ipse ad c. t. B. Pnem admittetur. fr. 3. §. 11. fr. 11. pr. de B. P. c. t. 37. 4. cf. fr. 103. §§. 1. sqq. de legat. III. (32.) Sed ipsi soli non committent edictum, nisi fuerit alius praeteritus ex liberis, qui solent committere edictum. fr. 8. §. 11. fr. 10. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4.

Commodare. **§. 1.** *Gratis utendum dare.* III. ***Cn.*** Apud quos deposuerimus, aut quibus commodaverimus, aut quibus gratuitam habitationem constituerimus. Gai. IV. 153. cf. II. 50. fr. 18. §. 1. commod. 13. 6. Qui quem armatis hominibus possessione — deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, idve ut fieret homines commodaverit, locaverit, conduxerit. Paul. V. 26. §. 3. cf. §. 11. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. Qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas accepissent. Gai. III. 197. cf. 196. Si eius domus causa parati sunt (sc. artifices), licet aliis quoque praediis commodabantur. fr. 12. §. 42. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 5. §. 6. commod. 13. 6. — **§. 2.** *Mutuo dare.* I. ***Sy.*** Credita quantitas. Commodata pecunia. Th. C. II. 31. c. 1. Qu. iussu. Mutuum, Foenebris pecunia, Aurum commodatum. c. 1. sq. de h. qu. ex pub. rat. 10. 6. — **§. 3.** *Accommodare, Adaptare.* I. ***Sy.*** Adhibere, Praebere, Praestare (consensum etc.). Th. C. XI. 30. c. 8. §. 1. de app. et poen. XI. 36. c. 10. c. 26. Quor. app. n. rec. XVI. 6. c. 4. §. 4. n. S. bapt. III. ***Cn.*** Qui fidem suam amico commodavit, qua alii quam sibi ex liberti fraude adquisiit. fr. 12. si qu. in fr. patr. 38. 5. Moderatores provinciarum, eorumque officia, — diligentiam et efficaciam huic operi commodabunt. Nov. Valent. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 4. Ei, quod ullo modo fuerit impetratum, damnabilem conniventiam commodare. Th. C. XI. 30. c. 8. §. 1. de app. et poen. Rebus propriis intercessum comm. non posse. c. 3. Qu. morb. se excus. 10. 50. Qui libertae suae nubendi commodavit adsensum. c. 11. §. 1. de oper. libert. 6. 3.

Commodator. *Qui rem alteri commodavit.* I. ***Sy.*** Qui commodasse dicetur, v. Qui commodavit. fr. 1. pr. fr. 7. §. 1. commod. 13. 6. fr. 14. §§. 14. sqq. de furt. 47. 2. II. ***Op.*** Qui rem commodatam accepit. c. 22. §. 1. de furt. 6. 2. §. 16. I. de obl. qu. ex del. 4. 1.

Commodatum. (Subst.) **§. 1.** *Res commodata.* III. ***Cn.*** Si, ut certo loco vel tempore reddatur commodatum, convenit. fr. 5. pr. commod. 13. 6. cf. c. 4 eod. 4. 23. Qui rogavit, — Qui accepit (commodatum). fr. 3. §. 3. fr. 5. §§. 7. 10. 12. fr. 22. eod. 13. 6. — **§. 2.** *Contractus de re gratis utenda, et in specie restituenda.* III. ***Cn.*** Inter commodatum, et utendum datum, tantum interesse, quantum inter genus et speciem. fr. 1. §. 1 ib. 13. 6. Modum commodati finemque praescribere. fr. 17. §. 3. l. l. 13. 6. Actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum, et aliae innumerabiles. Gai. IV. 33. In contractibus depositi, commodati, locati, et caeteris similibus. fr. 50. cf. fr. 7. pr. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 23. de R. I. 50. 17.

Commode. (Advb.) *Convenienter, Honeste.* I. ***Sy.*** Recte. fr. 5. §. 14. fr. 11. commod. 13. 6. fr. 12. pr. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. Honeste. fr. 63. pr. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. III. ***Cn.*** Aeque, v. Satis, commode (posse etc.). fr. 9. de servit. 8. 1. fr. 63. pr. de cond. et dem. 35. 1. Parum comm. (dici). fr. 41. pr. de evict. 21. 2. Paullo minus comm. (uti). fr. 27. pr. locat. 19. 2. Longe commodius est. fr. 24. de R. V. 6. 1. Resp. commodius se existimare. fr. 7. §. 17. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Non tenebitur, — sed commodius est etc. fr. 3. §. 1. fr. 4. de servo corr. 11. 3. cf. Gai. I. 134. II. 146. Commodissime dici, v. statui. fr. 1. §. 37. depos. 16. 3. fr. 18. pr. de milit. testam. 29. 1. Commodissime fieri posse, ut etc. fr. 7. §. 18. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Commodissime illa forma in mandatis servanda est. fr. 46. mand. 17. 1.

Commoderatus. (Partic.) *Moderatus.* III. ***Cn.*** XVIII per singulos sextarios scripulis, ad certorum ordinum commodum commoderata dispositione tua, retentis ac distributis. Th. C. XIV. 17. c. 15. de annon. civ.

Commoditas. *Vtilitas, Commodum.* III. ***Cn.*** Si (sc. heres) pro commoditatibus rei suae administrandae, aes alienum tardius exsolverit. fr. 41. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Contra haec sane reperta est et facilitas et commoditas exigendi. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. Ne, dum nimia largitas tenditur, publica commoditas negligatur. Ib. X. 10. c. 21. de petition. et ultro dat. Qui gloriosis obsequiis nonnihil reipub. commoditatis adferunt et decoris. c. 2. de

primicer. 12. 7. Vt voce libera commoditates patriae defendant. Th. C. XII. 1. c. 190. de decurion.

Commodum. (Subst.) **§. 1.** *Vtilitas, Reditus, Quaestus.* I. **Sy.** Vtilitas. fr. 6. §. 6. de off. Praes. 1. 18. Th. C. V. 2. c. 1. de bon. decur. Lucrum. Gai. III. 150. Vlp. XXV. 15. fr. 23. §. 1. pro soc. 17. 2. fr. 42. de A. E. V. 19. 1. Vires, Commoda (fisci). Th. C. IX. 21. c. 2. §. 4. c. 8. de fals. monet. II. **Op.** Onus, Damnum. fr. 62. de iudic. 5. 1. fr. 23. §. 1. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** B. P. admissa, commoda et incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quae in his bonis sunt, tribuit. fr. 1. de B. P. 37. 1. Commoda, et Principales liberalitates, (quas libertus ex eadem tribu consecuturus fuisset). fr. 35. pr. de legat. III. (32.) Pecunia, — cum suis commodis. fr. 22. de legat. II. (31.) Commodorum commoda, et usurae usurarum. fr. 2. §. 5. de adm. rer. ad civit. 50. 8. Commoda praemiorum, quae propter coronas sacras praestantur. fr. 40. de re iud. 42. 1. Primipili, s. Primipilatus, commoda. fr. 23. de adim. legat. 34. 4. c. 1. de primipil. 12. 63. Hunc esse quidem patronum, sed omni commodo patronatus carere. fr. 3. de iure patron. 37. 14. Per quos patri, dominove quaeritur commodum (hereditatis, vel legati). fr. 11. de legat. I. (30.) fr. 63. fr. 93. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Vtendo commodum percipere. Gai. III. 206. Si nullum commodum in eo versabitur. — Si propter repraesentationis commodum utile erit (sc. legatum). fr. 1. §. 10. ad L. Falcid. 35. 2. fr. 1. §. 12. fr. 2. pr. de dote praeleg. 33. 4. fr. 10. §. 12. Qu. in fr. cred. 42. 8. Necessitatibus publicis occupatum, domesticis commodis deesse. Th. C. XIII. 10. c. 5. de censu s. adscr. Rationalis, vel comes, vel alius qui curam fiscalis commodi gerit. Ib. XI. 30. c. 28. de app. et poen. — **§. 2.** *Opportunitas.* III. **Cn.** Tempus, quo iter ex commodo peragere potuisset. fr. 4. de vacat. et exc. 50. 5. Ex commodo — operas edere debet. fr. 24. de oper. libert. 38. 1. — **§. 3.** *Beneficium, Privilegium.* I. **Sy.** Beneficium (legis, v. S. Cti). fr. 18. pr. fr. 47. §. 1. fr. 90. ad L. Falc. 35. 2. fr. 5. §. 15. fr. 32. §. 9. de donat. int. V. 24. 1. Ius (separationis). fr. 1. §§. 3. 10. de separat. 42. 6. III. **Cn.** Habere commodum (Tertullianum, v. Carbonianum). fr. 1. §. 2. de Carb. edict. 37. 10. fr. 2. pr. ad S. C. Tertull. 38. 17. Vti, — Arceri, commodo (quartae). fr. 4. ad S. C. Treb. 36. 1.

Commodus. (Subst.) *Cognomen filii Marci Aurelii Aug.* III. **Cn.** D. Marcus et Commodus rescripserunt. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Impp. Antonini et Commodi oratio in Senatu recitata. Vlp. XXVI. 7.

Commodus. (Adiect.) **§. 1.** *Opportunus.* III. **Cn.** Cum commodissimum esset. Cum commodum erit. fr. 79. §. 1. de iure dot. 23. 3. fr. 125. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Conveniens, Habilis.* III. **Cn.** Quod et commodius ius et plenius est. Gai. IV. 31. Videamus, ne commodissimum sit etc. fr. 3. §. 2. de collat. bon. 37. 6. Commodiorem vitam amplecti, honestatique sese dedere. c. 23. §. 1. de nupt. 5. 4. Aliam habitationem, non minus commodam, praestare. fr. 9. pr. locat. 19. 2. Alimenta commoda [al. Commoda, p. se], quae viva praestabat, dari iusserat. fr. 16. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1.

Commonefacere. *Admonere.* III. **Cn.** Peremtorio edicto, ut praesentiam sui faceret, commonefacto etc. fr. 8. Quom. et qu. iud. 7. 43.

Commonere. *Monere, Excitare.* III. **Cn.** Si commonendi causa miserat, ut referretur res commodata. fr. 12. §. 1. commod. 13. 6. Officium, quod non suggesserit, nec commonuerit de relationis necessitate. Th. C. XI. 30. c. 34. §. 1. cf. c. 41. de app. et poen. Si causarum talium cognitores, libelli aditione vel plenaria interpellatione commoniti, — has causas audire neglexerint. Ib. XIII. 9. c. 6. de naufrag. Praelata iussione nostra, provinciarum rectores excellentia tua commoneat, ut etc. Ib. VIII. 5. c. 7. de cursu pub. cf. VII. 20. c. 11. c. 13. de veteran.

Commonitio. *Admonitio.* III. **Cn.** Publicis litteris destinatis ad commonitionem iudicis. c. 2. de collat. fund. fisc. 11. 73. Ab huius praecepti commonitione discernimus. Th. C. XI. 1. c. 14. de annon. et tribut. Levi commonitione pulsari. Ib. VI. 35. c. 10. de priv. eor. qu. in S. pal.

Commonitorium. (Subst.) *Mandatum publicum, Epistola mandatoria.* III. **Cn.** Omnia commonitoria, vel praeceptiones, aut evectiones, seu quaelibet publica instrumenta. c. 10. §. 1. de numerar. 12. 50. Curiosi idonei — transmittantur, commonitoriis competentibus atque mandatis instructi. Th. C. VI. 29. c. 10. de curios. VII. 4. c. 27. de erog. mil. annon. Commonitoriis, secretisque mandatis, fidem penitus abnegamus. Ib. IX. 1. c. 19. §. 1. de accus. et insc. Quodsi quis, dum solo commonitorio de suffragio nititur, etc. Ib. II. 29. c. 2. §. 3. si cert. petat. de suffr.

Commonitorius. (Adiect.) *Admonitorius.* III. **Cn.** Sententia iudicis commonitoria ad extranea iudicia pertrahantur. c. 33. pr. de episc. et cler. 1. 3.

Commorari. *Morari, Versari.* III. **Cn.** Si quis plus iusto temporis, aut itinere aut in alio loco commoratus, consumserit. fr. 4. de vac. et excus. 50. 5. Qui in quaque regione commorantur. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. Sine commeatu proficiscendi, et ubi voluerint commorandi habitandive permittimus facultatem. c. 15. de dignitatt. 12. 1.

Commori. *Simul mori.* I. **Sy.** Simul decedere. Pariter mori. fr. 32. §. 14. de don. int. V. 24. 1. fr. 16. pr. §. 1. de reb. dub. 34. 5. II. **Op.** Supervivere. — Prius decedere. fr. 32. §. 14. l. 24. 1.

Commotio. **§. 1.** *Motus, Congregatio.* III. **Cn.** Vt, si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei — adiuvare loca. c. 2. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Indignatio, Animadversio.* III. **Cn.** Gravis ista commotio est, ac non ferenda iracundia iudicis, quae effusione humani sanguinis expiatur. Th. C. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec. Sine ullo metu iudiciariae commotionis — impleant. Ib. VI. 30. c. 1. de Palat. S. largg. Dignam commotionis subire censuram. Ib. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar. Circa hos autem maxime urgenda commotio est. Ib. XVI. 5. c. 62. de haeretic. Si qui cuiuslibet iudicis commotione mulctati sunt. Nov. Marcian. de praed. civit. omn. III. 3. c. 1. §. 3.

Com-

Commotus. (Partic.) ***Excitatus, Provocatus.*** I. ***Sy.*** Motus, Conterritus (periculo). fr. 2. de m. c. donat. 39. 6. III. ***Cn.*** Cum commota feritate nocuit (sc. quadrupes). fr. 1. §. 4. si quadr. paup. 9. 1. Nisi specialiter testator, iusto odio commotus, eos vetuerit. fr. 6. pr. de relig. 11. 7. Rectorem Pr. commotum ad legationibus tuis, sententiam dedisse. c. 5. de ingen. manum. 7. 14.

Commovere. **§. 1.** *Compellere, Provocare.* III. ***Cn.*** Non licere in eo Principum animos commovere, quod non possit ostendi. Th. C. IX. 39. c. 2. de calumn. cf. Coll. LL. M. I. 10. Vnde graviter commovemur. Th. C. XVI. 8. c. 9. de Iud. — **§. 2.** ***Vsurpare, Flagitare.*** I. ***Sy.*** Movere, Vsurpare (angarias, v. veredos). Ib. VIII. 5. c. 11. c. 14. pr. §. 1. c. 15. de cursu pub.

Commundare. ***Mundare.*** I. ***Sy.*** Emundare, Mundiorem facere. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Commune. (Advb.) ***Communiter, Indiscrete.*** II. ***Op.*** Singulis personis, — In commune (dignitati, v. corpori, indulta). Th. C. XI. 16. c. 15. de extr. s. sord. III. ***Cn.*** Non quid forte quibusdam separatim, sed quid universis in commune prodest. Nov. Th. II. de am. mil. fori pr. I. 9. c. 3. pr. fr. 6. §. 6. de off. Praes. 1. 18. Habeant in commune omnes. Th. C. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron. cf. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult.

Commune. (Subst.) **§. 1.** ***Communio, Res communis.*** III. ***Cn.*** Quae quis ex communi accepit. Paul. I. 18. §. 3. Conferre, v. Redigi, in commune. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. fr. 1. §§. 11. 16. de collat. bon. 37. 6. Si forte convenisset inter socios, ut de communi dos constitueretur. fr. 81. pro soc. 17. 2. Quodsi nemo eos defendat, quod eorum commune erit, possideri et — venire se iussurum. fr. 1. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo etc. Gai. IV. 42. Vlp. XIX. 16. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Arbiter communi dividundo. Paul. I. 18. §§. 1. 5. — **§. 2.** ***Concilium, Collegium.*** I. ***Sy.*** Commune Latium, v. Latii. Nomen Latinum. Fr. L. Cincii I. Cti. ap. Festum v. Praetor. III. ***Cn.*** Dixisse libere, quae illorum fuerant a communi fidei — commissa. Th. C. XII. 12. c. 16. de legat. et decr.

Communicare. **§. 1.** ***In commune conferre, Participem facere.*** I. ***Sy.*** Commune esse, Communicari. Gai. II. 254. sq. Vlp. XXV. 15. Communioni adquiri. fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 1. mand. 17. 1. In commune conferri. fr. 78. pr. §. 8. ad S. C. Treb. 36. 1. II. ***Op.*** Solum lucrifacere, v. Soli concedi. — Communicari lucrum. Gai. III. 151. Totum pertinere ad etc. — Communicari (usumfr.). fr. 6. §. 2. de usufr. adcr. 7. 2. Non communicandi animo, sed utrique in solidum, (relictum). fr. 20. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Commoda et incommoda (hereditatis), v. Lucrum et damnum, communicari inter etc. Vlp. XXV. 15. Paul. II. 16. §. 1. Si duo praedia, quae mutuo serviebant, inter eosdem fuerint communicata. fr. 34. de S. P. R. 8. 3. Societatis iudicio cogi, rem communicare. fr. 74. pro soc. 17. 2. In hoc iudicium non venire, nec communicari debere. fr. 20. §. 9. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 5. pr. §. 1. de R. V. 6. 1. — **§. 2.** *Aequiparare, Exaequare.* III. ***Cn.*** Quae res potest et virum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utrosque communicare. fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 3.** *Communione uti.* III. ***Cn.*** Vobis, ad communicandum edicti perpetui beneficium, eius aetas patrocinari non potest. c. 1. si in comm. ead. c. 2. 26. Et omnino omnes, qui non communicant in ecclesia, haereticos vocamus. Iuliani epit. nov. c. 102. §. 364. c. 107. §. 373.

Communicatio. *Participatio.* III. ***Cn.*** Consortium omnis vitae, divini et humani iuris communicatio. fr. 1. de R. N. 23. 2. Nec enim ulla societas maleficiorum, vel communicatio iusta damni ex maleficio est. fr. 1. §. 14. de tut. et rat. 27. 3.

Communio. **§. 1.** *Vnio, Coniunctio (fidei, et sacrorum).* II. ***Op.*** Schisma. Th. C. XVI. 5. c. 62. de haeretic. III. ***Cn.*** Communio et Consortium (fidei). Ib. XVI. 1. c. 3. de fide cathol. Qui — a rev. sacrae legis antistitum communione dissentiunt. Ib. XVI. 4. c. 6. de h. qu. sup. relig. Quibus catholicae communionis cultus non potest persuaderi. Ib. XVI. 5. c. 46. de haeretic. Quem monachae — elegerint, ut — sanctam communionem eis adferat. Iuliani epit. nov. c. 115. §. 483. — **§. 2.** *Aequalis usus, v. facultas utendi, Participatio.* III. ***Cn.*** Cum quo (sc. peregrino) sponsionis communio non est. Gai. III. 179. Servus, cum iuris civilis communionem non habeat in totum. fr. 20. §. 7. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Dux autem eiusdem provinciae nullam communionem habeat in rebus civilibus. Iuliani epit. nov. c. 95. §. 356. cf. c. 124. §. 556. Earum (sc. actionum) communiones et differentias resecantes, et in unum tramitem — concludentes. c. 1. pr. de R. V. A. 5. 13. Adeant loca, quae hos potissimum, quasi vallo, quodammodo ab humana communione secludant. Th. C. XVI. 5. c. 14. de haeretic. — **§. 3.** *Societas rerum.* III. ***Cn.*** Societas, et rerum communio. fr. 23. de R. I. 50. 17. Adfectione societatis incidere in communionem. fr. 31. pro soc. 17. 2. Ex fideicommisso communionem bonorum consequi. fr. 78. §. 8. ad S. C. Treb. 36. 1. Cui aliquid ex communione praestari oportet. fr. 11. comm. div. 10. 3. Quas (sc. propinquorum discordias) materia communionis solet excitare. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.)

Communire. *Munire, Firmare.* III. ***Cn.*** Quibus (sc. limitibus) maxime communitur universa respub. Nov. Th. II. de amb. et loc. lim. I. 24. c. 1. pr. Quia testes et signatores, qui rem communissent, praesentes non haberem. fr. 32. §. 1. de furt. 47. 2.

Communis. (Adiect.) **§. 1.** *Indiscretus, Aequalis, Promiscuus.* I. ***Sy.*** Omnium par (conditio, v. causa). Commune omnibus (beneficium). Gai. III. 124. 126. sq. Generalis (indulgentia). c. 5. c. 7. de sent. pass. 9. 51. Quibus promiscue utitur (mulier cum viro), Communia (vestimenta). fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. II. ***Op.*** Commune, — Proprium (nomen, v. ius etc.). Gai. I. 1. 103. 107. Vlp. XIX. 3. 7. 9. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. fr. 195. §. 2. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Commune et promiscuum (plurium cellarum iter). fr. 17. §. 15. de Aed. ed. 21. 1.

Praeter hanc exceptionem, caeterae, quia communes sunt, tam in libero homine quam in servo locum habent. fr. 7. si qu. cautt. 2. 11. Aurae communis haustu, et lucis adspectu (diu privati). Th. C. XI. 40. c. 22. de poen. Communis usus (omnibus hominibus etc.). fr. 24. pr. de damn. inf. 39. 2. fr. 3. §. 1. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Vulgaris, Ordinarius, Publicus.* I. **Sy.** Civile, Commune, Romanum, (ius). fr. 7. de iniust. rupt. 28. 3. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 23. de haeretic. II. **Op.** Communes, — Festi (dies). Th. C. XV. 4. c. 1. pr. de imagg. Imp. Commune auxilium, et merum ius. — Extraordinarium (auxil.). fr. 16. pr. de minor. 4. 4. Militare, — Commune (ius, v. delictum etc.). Paul. III. 4. A. §. 3. fr. 11. pr. fr. 20. pr. fr. 25. sq. fr. 34. §. 1. de milit. testam. 29. 1. fr. 1. de veteran. et milit. succ. 38. 12. Servus communis civitatis. — Pro parte singulorum. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. III. **Cn.** Si, quasi ingenua, communi opinione vixit. c. 6. ne de statu defunct. 7. 21. Pro utilitate communi (receptum). Adversus communem utilitatem (accipere). fr. 51. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 3. §. 2. de feriis. 2. 12. Non ut ius commune privatorum fiscus amittat. fr. 37. de iure fisci. 49. 14. Communi iure in priorem debitorem ei actio restituitur. fr. 12. de minor. 4. 4. Vivant iure communi, scribant pariter ac scribantur heredes. Th. C. XVI. 5. c. 23. de haeretic. — **§. 3.** *Coniunctus, Mutuus.* II. **Op.** Communi (consensu, v. consilio), — Proprio. fr. 7. §. 19. de pact. 2. 14. fr. 15. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. Filium, filiamve communem, — Ex alio matrimonio liberos (habere). Vlp. XV. 1. XVI. 1. III. **Cn.** Individuum officium et commune periculum (suscipere). fr. 13. ad munic. 50. 1. Vnum esse relictum, neque eos quidquam ultra hanc formam in cursu habere commune. Th. C. VI. 29. c. 7. de curios. De pluribus controversiis, nihil sibi communibus, (sumtus arbiter). fr. 21. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Si socii sint, et communis culpa intercessit. fr. 9. §. 1. de duob. reis. 45. 2. Si communem amicum (ad coenam invitaverimus etc.). fr. 18. pr. commod. 13. 6. cf. fr. 76. pro soc. 17. 2. Se miscere paternae hereditati, — et communis patris dividere hereditatem. Paul. V. 9. §. 4. cf. c. 9. c. 12. sq. de collat. 6. 20. Fratrem communem, ex novo parentium matrimonio susceptum, habere. fr. 34. §. 2. de R. N. 23. 2. Vxorem, v. maritum suum, et filium communem — heredes instituere. fr. 25. pr. fr. 95. pr. ad L. Falc. 35. 2. fr. 78. §§. 9. 14. ad S. C. Treb. 36. 1. — **§. 4.** *Ad plures pertinens, pro partibus indivisis.* I. **Sy.** Plurium, v. Singulorum, pro partibus indivisis. fr. 23. de in ius voc. 2. 4. fr. 5. §. 16. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 5. de stipul. serv. 45. 3. III. **Cn.** Qui iuret: „suum non esse," adiicere debet: „neque sibi commune esse." fr. 239. §. 9. de V. S. 50. 16. Nihil interest, cum societate, an sine societate res inter aliquos communis sit. fr. 2. pr. comm. div. 10. 3. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur. Paul. V. 6. §. 9. Si communis res sit, et socius ad divisionem provocet. fr. 1. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Si inter me et te communes sunt (aedes). fr. 27. pr. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 40. de N. G. 3. 5. Pro indiviso commune. — Pro diviso communia. fr. 83. pro soc. 17. 2. fr. 5. §. 16. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Aequis ex partibus, — Pro rata parte, commune. Gai. II. 254. III. 150. Communem servum pro dominica parte dominis adquirere. Ib. III. 167. Vnus ex dominis communium (aedium). fr. 2. de servit. 8. 1.

Communiter. (Advb.) **§. 1.** *Generaliter.* II. **Op.** Ex adfectione et utilitate singulorum, (fungi pretia rerum). fr. 33. pr. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Eadem dicenda sunt comm. et in omnibus b. f. iudiciis. fr. 12. §. 1. depos. 16. 3. — **§. 2.** *Coniunctim, Indiscrete.* III. **Cn.** Cognati, — quasi una communiterve nati. fr. 4. §. 1. de grad. et adfin. 38. 10. In qua (sc. civitate) communiter domicilium habebant (V. et U.) Iuliani epit. nov. c. 108. §. 389. Comm. accipiendum est, tam in filio quam in servo (sc. potestatis verbum). fr. 1. §. 5. de pecul. 15. 1. cf. fr. 163. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *In communione.* I. **Sy.** In commune. fr. 31. fr. 33. pro soc. 17. 2. In solidum. c. 1. sqq. de duob. reis. 8. 40. II. **Op.** Separatim (gerere, v. uti etc.). fr. 31. l. 17. 2. fr. 14. de usu et usuf. leg. 33. 2. Ex asse. c. 3. de collat. fund. 11. 64. III. **Cn.** Comm. duobus legare. fr. 56. pr. de V. O. 45. 1. fr. 36. pr. de milit. testam. 29. 1. Comm. dimidium ita habere etc. fr. 9. de vulg. et pup. 28. 6. Si comm. nobis obvenit (hereditas etc.). fr. 31. pro soc. 17. 2. Per quem, tamquam in repub., quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat. fr. 1. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Comm. res agi potest etiam citra societatem. fr. 31. l. 17. 2. Post commissum communiter facinus. c. 4. de quaestion. 9. 41.

Communitus. (Partic.) *Munitus, Praeditus.* I. **Sy.** Munitus (armatae militiae stipendiis etc.). Th. C. II. 23. c. 1. pr. de R. V. VIII. 1. c. 7. de numerar. actuar.

Commutare. **§. 1.** *Permutare.* I. **Sy.** Permutare (vinum pro oleo etc.) fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Qui merces emendo atque vendendo commutantes etc. Th. C. XIII. 1. c. 8. de lustr. collat. — **§. 2.** *Transformare, Notare.* I. **Sy.** Mutare. fr. 76. de iudic. 5. 1. Perimere, Corrumpere. Gai. I. 158. 163. III. **Cn.** Priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere. fr. 17. de adim. legat. 34. 4. Ad eas leges addere, commutare, corrigere. Cf. v. Addere. §. 1. Ne iuris gentium regulam vel lex aliqua, vel quod legis vicem obtinet, commutaverit. Gai. I. 83.

Commutatio. **§. 1.** *Permutatio.* III. **Cn.** Seu emtione, seu commutatione, quae instar obtinet emtionis, seu donatione, seu alio quolibet titulo. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 4. cf. Neque dom. div. II. 10. c. 1. §. 1. Mercimonii commutatio. Th. C. XIII. 1. c. 7. de lustr. collat. — **§. 2.** *Mutatio, Novatio.* III. **Cn.** Si aliqua cessio sine personarum commutatione processit. Nov. Valent. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. §. 4.

Comoedus. *Comoediarum actor.* III. **Cn.** Si ex gemellis, vel ex comoedis, vel ex symphoniacis unus occisus fuerit. Gai. III. 212. fr. 22. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Comoedi, vel chorus. fr. 34. pr. §. 1. de Aed. edict. 21. 1.

Compactum. (Subst.) *Conventio (insidiosa).* III. *Cn.* Res soli, — diu subhastatas, ex compacto, [al. pacto, al. compactione], sive ambitione diversae partis, emtorem non invenire potuisse. c. 3. de exsec. rei iud. 7. 53.

Compar. (Adiect.) *Par, Aequalis.* II. *Op.* Ad compares iudices, — A minore iudicio in maius tribunal, (adpellationes referre). Nov. 23. c. 4.

Comparare. **§. 1.** *Parare, Adparare, Praeparare.* III. *Cn.* Quive iniussu Imperatoris bellum gesserit, dilectumve habuerit, exercitum comparaverit, sollicitaverit etc. Paul. V. 29. §. 1. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. Paul. I. 5. §. 1. Quodam actu ad obligationem comparandam interposito. fr. 2. §. 5. de R. C. 12. 1. In solidum Praetor actionem in patrem dominumve comparavit. Gai. IV. 70. fr. 1. de eo qu. c. loco. 13. 4. Praeiudicium tibi non comparabitur ex his etc. c. 4. de iur. et fact. ignor. 1. 18. cf. c. 6. de liberali c. 7. 16. — **§. 2.** *Coemere, Conquirere.* I. *Sy.* Emere. Gai. IV. 27. Redimere. fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. Adquirere. Paul. V. 2. §. 2. III. *Cn.* Qui civem R., ingenuum, libertinum, servumve alienum, celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Coll. LL. M. XIV. 2. Si merces vendidit certo loci, vel disposuit, vel comparavit. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Venumdari, aut comparari, (absentes fugitivos). Fr. de I. F. §. 9. Si rem distraxit, et ex pretio aliam rem comparavit. fr. 25. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Eandem emtionem, cum nummis meis comparassem, tecum communicasse. fr. 41. pr. de legat. III. (32.) Pecunia, ex qua hordeum equis erat comparandum. Gai. IV. 27. Frumenti comparandi cura. fr. 1. §. 2. fr. 3. §. 12. de mun. et hon. 50. 4. Contra edictum, v. disciplinam, s. Illicite, comparare. Fr. de I. F. §. 8. fr. 9. pr. fr. 13. pr. §. 1. de R. M. 49. 16. Per rapinam, ab invito domino, rem iusto pretio comp. fr. 70. de R. V. 6. 1. — **§. 3.** *Conferre, Aequare.* III. *Cn.* Praeferri, vel etiam comparari (aliis). Th. C. V. 1. c. 9. de legit. heredit. Personis comparatis, considerata (vitae coniunctione), perpendendum esse etc. fr. 31. pr. de donat. 39. 5. cf. fr. 18. de testam. tut. 26. 2. Vt comparari rationes possint, etiam caeteri edere debent. fr. 6. §. 1. de edendo. 2. 13. Negligentia, quae non latae culpae comparari possit. c. 1. de hered. tut. 5. 54. Ordinariae actioni, Mandato etc. comparari. fr. 32. §. 9. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 152. §. 2. de R. I. 50. 17. — **§. 4.** *Componere (transactione).* III. *Cn.* Inter se [com]paranto, aut sortiunto. Tab. Heracl. lin. 24. sq. aer. Br.

Comparaticius. (Adiect.) *Ad coëmendum constitutus.* III. *Cn.* Aurum comparaticium, quod per iugationem redditur. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. vest.

Comparatio. **§. 1.** *Emtio.* III. *Cn.* Neque consensit, neque pecuniam accepit, neque in eam cavit, aut se comparationibus (sc. frumenti) cum caeteris miscuit. fr. 21. pr. ad municip. 50. 1. cf. c. 1. ut nem. lic. in emt. spec. 10. 27. Constructioni murorum, et comparationi transvectionique specierum, universi — coarctentur. Th. C. XI. 17. c. 4. de equor. collat. cf. XI. 15. c. 1. sq. de pub. compar. Propter adsiduam et quotidianam comparationem servorum, ita constitui publice interfuit. fr. 44. pr. de usurpat. 41. 3. Deponi pecuniam ad comparationem (praediorum). fr. 3. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Adquisitio qualiscunque.* III. *Cn.* Capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in iure cessione, dominii comparatione, (amitti usumfr.). Paul. III. 6. §. 28. — **§. 3.** *Collatio.* III. *Cn.* In comparatione — potior habetur. fr. 16. de reb. auct. iud. 42. 5. Vt aestimetur ex comparatione earum, an — possit intelligi. fr. 17. §. 2. de adopt. 1. 7. Moveris comparatione conditionis etc. fr. 68. de solut. 46. 3. Quantum ei (sc. pauperiori) per comparationem patrimonii deest. fr. 5. §. 1. pro soc. 17. 2.

Comparator. **§. 1.** *Emtor.* I. *Sy.* Emtor, Mercator. Th. C. III. 1. c. 2. de contr. emt. VIII. 15. c. 2. c. 5. §. 2. de iis qu. admin. XIII. 6. c. 1. c. 7. pr. de praed. navical. III. *Cn.* Si fundus comparatori sit traditus. Paul. II. 17. §. 15. Vt res eorum — distrahantur, comparatoribus data firmitate perpetua possidendi. Th. C. XI. 7. c. 4. de exaction. — **§. 2.** *Collator, Pariator exemplorum.* III. *Cn.* Omnes litterarum comparatores prius sacramentum praestent, et tunc deinde faciant comparationes. Iuliani epit. nov. c. 44. §. 177.

Comparatus. (Partic.) **§. 1.** *Paratus, Compositus, Destinatus.* III. *Cn.* Comparatae sunt exceptiones defendendorum eorum gratia etc. Gai. IV. 116. Quae species actionis — a Praetore P. Rutilio — comparata est. Ib. IV. 35. Publiciana actio non ideo comparata est, ut etc. — sed ut etc. fr. 17. de Publ. in R. A. 6. 2. More maiorum ita comparatum est, ut etc. fr. 5. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Emtus.* III. *Cn.* Si res minoris valet, quam comparata est. fr. 25. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est. Paul. II. 17. §. 15. Qui comparat, censum comparatae rei cognoscat. Th. C. III. 1. c. 2. pr. de contr. emt.

Comparēre. *Adparere, Adesse.* **§. 1.** Copiam sui facere. fr. 7. §§. 2. sq. de susp. tutor. 26. 10. Praesens, Comparens. fr. 6. §. 2. de S. C. Silan. 29. 5. III. *Cn.* Si tabulae non compareant, vel exustae sint. fr. 10. §. 2. testam. quemad. aper. 29. 3. Si res — perierit, vel non compareat. fr. 47. §. 4. de legat. I. (30.) Si quis tutor datus non compareat, solet edictis evocari. fr. 7. §. 3. de susp. tut. 26. 10.

Compascere. *Simul pascere (cum aliis).* III. *Cn.* Neive is ager compascuos esto, neive quis in eo agro — defendito, quominus quei velit compascere liceat. Fr. L. Thoriae. Plures ex municipibus — saltum communem, ut ius compascendi haberent, mercati sunt. fr. 20. §. 1. si servit. 8. 5.

Compascuus. (Adiect.) *Ad pasturam communem spectans.* I. *Sy.* Compascendi, Compascui (ius). fr. 20. §. 1. l. 8. 5. III. *Cn.* Quei in agrum compascuom pecudes maiores non plus X. pascet. Fr. L. Thoriae. Cf. s. v. Compascere.

Compati. *Pati.* III. *Cn.* Vt cuiusque compa-

titur aetas. Coll. LL. M. XIII. 3. (cf. fr. 2. de term. mot. 47. 21.)

Compatronus. *Singulus ex manumissoribus servi communis.* III. **Cn.** Si duo pluresve manumittant, — soli compatroni tutores sunt. fr. 3. §§. 4. sq. fr. 5. §. 4. de legit. tut. 26. 4. Adversus compatronum — Fabiana non competit. fr. 1. §. 5. si qu. in fr. patr. 38. 5.

Compedes. *Pedum vincula.* III. **Cn.** Secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus, XV. pondo ne maiore. L. XII. Tabb. III. 3. Qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus decesserunt. fr. 45. §. 1. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 9. ex qu. c. mai. 4. 6.

Compeditus. (Partic.) *Pedibus vinctus.* III. **Cn.** Multum interest, qualis servus sit, — et quid, si compeditus, vel male notus, vel notae extremae? fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. Si compeditum servum meum, ut fugeret, solveris. fr. 7. §. 7. de d. m. 4. 3.

Compellere. **§ 1.** *Pellere, Coagere, Colligere.* III. **Cn.** Septa, — quae ad incile opponuntur, aquae derivandae, compellendaeve ex flumine causa. fr. 1. §. 4. de riv. 43. 21. Officium tuum — omnia tributa exigere, suscipere, postremo compellere iubemus. Th. C. I. 14. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Aug. cf. V. 14. c. 6. (Wck.) Quos atrox cupiditas in scelera compulit saeviora. Ib. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. — **§. 2.** *Adigere, Coërcere.* I. **Sy.** Cogere. cf. h. v. §. 2. Coarctare, Adstringere. fr. 49. fam. ercisc. 10. 2. fr. 57. pr. de contr. emt. 18. 1. Iubere. fr. 8. §. 5. fr. 15. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 2. fr. 6. §§. 8. 10. fr. 7. pr. fr. 9. pr. §. 3. fr. 10. pr. de edendo. 2. 13. Metu compellere. Terrere. fr. 8. §§. 1. 3. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Invitum non esse compellendum, (suscipere etc.) Vatic. §. 200. fr. 9. §. 1. de publican. 39. 4. Longe commodius est, ipsum possidere, et adversarium ad onera petitoris compellere. fr. 24. de R. V. 6. 1. Non potest datione tutoris heres compelli, quidquam facere aut non facere. Gai. II. 237. 243. Si dominus in servos saevierit, vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. cf. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Si, cum restitisset, — viribus praeturae compulsus est. fr. 2. pr. de iudic. 5. 1. Principali, vel pontificali auctoritate compelli (ad obsequium etc.). fr. 50. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Si is — litteras petierit ad magistratus, ut compellant eum venire. Vatic. §. 162. Praeses Prov. — causa cognita compellat etc. fr. 7. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 12. pr. de relig. 11. 7. Compellendus est (accipere iudicium, v. adire hereditatem etc.) fr. 30. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 2. §. 2. de vulg. et pup. 28. 6.

Compendiarius. (Adiect.) *Brevis, Contractus.* II. **Op.** Compendiaria (via). — Longiori itinere (adportare). fr. 4. §. 1. de itin. actuq. priv. 43. 19.

Compendiose. (Advb.) *Breviter, Citra ambages.* III. **Cn.** Omnes magistratus — compendiose lites decidant. c. 12. de iudic. 3. 1.

Compendiosus. (Adiect.) *Succinctus, Compendiarius.* III. **Cn.** Hac liquida et compendiosa lege sancimus. c. 4. de bon. matern. 6. 60. cf. §. 3. I. de succ. libert. 3. 8. §. 4. I. de B. P. 3. 9. Detersa nube voluminum, — compendiosam divalium constitutionum scientiam — roboramus. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 3. (Wck. p. 10.) Non passi sumus, huiusmodi sustinere compendiosum interitum (sc. usumfr.). c. 13. de servit. et aqu. 3. 34.

Compendium. **§. 1.** *Contractio, Brevis complexus.* III. **Cn.** Hoc et compendio litium, et aequitatis ratione provisum est. Paul. II. 1. §. 1. Pro conditione causae, vel personae, vel temporis, ita ordinem edictorum, vel compendium moderare. fr. 72. de iudic. 5. 1. Vel expressa, vel compendio facta substitutio. c. 8. de impub. et al. 6. 26. cf. fr. 66. §. 3. de legat. II. (31.) Quas latius et obscurius veteres protulerunt, compendium lucidae definitionis adhibemus. Nov. Valent. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 2. cf. Iust. C. c. 1. §. 12. cf. c. 2. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Secessus, Circumventio.* III. **Cn.** Qui — per illicitae ambitionis compendia provecti non merito probantur esse, sed pretio. Th. C. XII. 1. c. 86. de decurion. — **§. 3.** *Commodum, Lucrum, Reditus.* I. **Sy.** Id, quod interest. fr. 2. rat. rem hab. 46. 8. Lucrum. fr. 42. de A. E. V. 19. 1. Emolumenta, Compendia. Th. C. II. 10. c. 3. (Wck.) de postul. VI. 2. c. 2. pr. §. 1. de Senat. et de gleb. Vtilitates (fisci). Ib. XVI. 5. c. 54. §§. 2. sq. de haeretic. II. **Op.** Dispendium. fr. 65. §. 6. pro soc. 17. 2. Damnum. fr. 29. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 8. de iur. et facti ignor. 22. 6. III. **Cn.** Non usque ad compendium, sed ad usum, scilicet non usque ad abusum, (uti). fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Relictum, quod ad ornamentum vel compendium reip. spectat. fr. 32. §. 2. de legat. I. (30.) Non compendio suo vertere, nec pati ea pecunia abuti. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. Societatem coierunt lucri, quaestus, compendii. fr. 71. §. 1. pro soc. 17. 2. Quod ei fructuarius donaverit, concesseritve, vel ex administratione rerum eius compendii servus fecerit. fr. 31. de usuf. 7. 1. Quae de furtivis compendiis obscure capta ac parta sunt. Th. C. IV. 8. c. 6. §. 5. (Wck.) de liberali c. Sub alieni compendii emolumento, etiam periurium anceps subire. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3. Caesae arundinis, vel pali compendium. fr. 59. §. 2. de usuf. 7. 1.

Compensare. **§. 1.** *Dependere, Indemnem praestare pretio numerato.* I. **Sy.** Numerare (pretium). Compensare (in pretio). Epit. Inst. Gaii II. 5. §. 2. II. 7. §§. 6. sq. — **§. 2.** *Exaequare debita et credita, mutua pensatione.* I. **Sy.** Pensare. fr. 15. de compensat. 16. 2. III. **Cn.** Compensare, vel deducere. Paul. II. 5. §. 3. Retineri atque compensari (in causam iudicati). fr. 23. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. Permutare, vel compensare. fr. 76. de V. S. 50. 16. Si quis, compensare potens, solverit. fr. 10. §. 1. de compens. 16. 2. fr. 85. de legat. II. (31.) Comp. quod debetur. fr. 5. ib. 16. 2. cf. c. 3. c. 13. eod. 4. 31. Pecunia cum pecunia compensatur, triticum cum tritico etc. Gai. IV. 66. Lucrum, v. Commodum, cum damno, v. incommodo, comp. fr. 23. §. 1. pro soc. 17. 2. fr. 42. de A. E. V. 19. 1. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Ab utraque parte, v. Inter utramque partem, dolo compensando. fr. 3. §. 3.

de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 57. §. 3. de contr. emt. 18. 1. — **§. 3.** *Computare, Imputare.* III. **Cn.** Compensandum ei in dotem, quod a patre datur. fr. 22. §. 3. sol. matrim. 24. 3. Quod pro impensis necessariis compensari solet. fr. 5. §. 2. cf. fr. 3. §. 1. de impens. in res dot. 25. 1.

Compensatio. **§. 1.** *Peraequatio.* III. **Cn.** Vt oblatus numerus ex adcrescentibus primitus repararetur, ac si 'compensatio non potuerit convenire etc. Th. C. VII. 13. c. 6. §. 2. de tiron. — **§. 2.** *Exaequatio debiti eum credito, pensatione summarum interveniente.* I. **Sy.** Pensatio. fr. 8. §. 2. de N. G. 3. 5. fr. 6. fr. 7. §. 1. de compens. 16. 2. Debiti et crediti inter se contributio. fr. 1. ib. 16. 2. III. **Cn.** Et petitionem, et compensationem debiti (competere). fr. 21. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. Qui convenitur, compensationem opponere potest. fr. 10. §§. 2. sq. cf. fr. 13. de compens. 16. 2. c. 7. eod. 4. 31. Agendo pati compensationem. fr. 3. §. 4. de N. G. 3. 5. fr. 24. §. 6. sol. matr. 24. 3. Compensatione facta, minus intendere. Cum compensatione agere. Gai. IV. 64. 68. Vt, habita compensatione fructuum, solutoque quod reliquum deberetur, fundus debitori restitueretur. fr. 52. §. 1. de pact. 2. 14. Fructus, in compensationem usurarum, penes emtorem remanere placuit. Paul. I. 9. §. 7. Iure compensationis retinere (pecuniam). fr. 20. cf. fr. 4. de compens. 16. 2. fr. 4. ad S. C. Vellei. 16. 1. Per compensationem servare (solidum). fr. 9. pr. de compens. 16. 2. Aequitate compensationis uti. fr. 18. pr. ib. 16. 2. c. 5. eod. 4. 31. — **§. 3.** *Remedium compensandi, Exceptio deducentis.* I. **Sy.** Retentio (ob res donatas, et amotas). Vlp. VI. 9. sq. cf. fr. 15. §. 1. sol. matrim. 24. 3.

Comperendinus. (Adi.) *Perendinus, Tertius ab hoc (dies).* III. **Cn.** Postea tamen quam iudex datus esset, comperendinum diem, ut ad iudicem venirent, denunciabant. Gai. IV. 15.

Comperire. *Certiorem fieri, Intelligere.* Diligenter explorabis, et si quid tale compereris, consules nos, etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 16. §. 1. de publican. 39. 4. Si compereris, haec ita admissa, rem severe exsequaris. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Praeses Prov., quae deberi comperit, reddi iubebit. c. 14. de fideiuss. 8. 41. Comperimus, (decrevisse etc.) Th. C. X. 4. c. 2. de actor. procur. XVI. 5. c. 16. de haeretic.

Compertus. (Partic.) *Exploratus, Deprehensus.* III. **Cn.** Si tibi liquido compertum est etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Ea, quorum actiones competere postea compertum est. fr. 9. §. 3. de transact. 2. 15. Si dicatur, — et si in his causis esse compertus sit. fr. 16. §. 1. de publican. 39. 4. Nescisse videtur, quae, comperta conditione, contubernio se abstinuit. Paul. II. 21. A. §. 14. cf. fr. 39. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Qui, violentiae opinione comperta, possessione cessit. Paul. V. 6. §. 4. Si compertum in eo furtum fuisset. fr. 3. §. 2. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. Quodsi res furtiva — apud te ignorantem comperta est. c. 8. ex qu. c. infam. 2. 12. Pro comperto stupro (accepisse pretium). fr. 8. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 10. §. 1. fr. 29. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Compes. Cf. v. Compedes.

Compescere. *Cohibere, Coërcere.* I. **Sy.** Certum modum constituere. Gai. I. 42. II. 228. Punire. Coll. LL. M. I. 3. Coërcere. cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Qui ad compescendos malos homines missus est. fr. 35. §. 5. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. Iuliani epit. nov. c. 15. §. 55. 58. Iure patrio — corrigere, et privata animadversione compescere. Th. C. IX. 13. c. 1. de emendat. propinqu. Praetor ad compescendam eorum audaciam hoc edictum proposuit. fr. 12. pr. de publican. 39. 4. cf. fr. 1. pr. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. Crimen abolitione compescant. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. Vt tam nefandos conatus ferri aut ignium poena compescat. Ib. IX. 6. c. 1. ne praet. crim. mai.

Competens. (Partic.) *Pertinens, Conveniens, Iustus.* I. **Sy.** Congruens (munus). fr. 1. de decurion. 50. 2. fr. 3. §. 6. de mun. et hon. 50. 4. Is, qui adiri debuit, (iudex). fr. 5. §§. 3. 5. de adpell. recip. III. **Cn.** Verecundiae maternae congruam, bonique viri arbitrio competentem, ferre sententiam. fr. 31. §. 1. de donat. 39. 5. Ius ei competens, conveniendi quem velit, non debet auferri. c. 13. de loc. conduct. 4. 65. Delatorios libellos de competentibus rei privatae nostrae partibus accipere. Th. C. X. 10. c. 7. de petit. et ultro dat. Omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus solve. c. 3. de sent. qu. sine certa quant. 7. 46. Pretium competens. Sumtus competentes. Th. C. III. 1. c. 5. de contr. emt. XI. 39. c. 13. de fide test. Singulis diebus, aut certe competenti tempore, — consequantur. Ib. VII. 4. c. 17. de erog. mil. annon. Causa cognita reficere ea compellat, et adversus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat. fr. 7. de off. Praes. 1. 18. Interdicta in hanc rem competentia. fr. 3. §. 8. ad exhib. 10. 4. Ad alias actiones competentes decurrere. fr. 1. §. 18. depos. 16. 3. Cum apud competentem adpellationi iudicem res ageretur. fr. 20. iudicat. solvi. 46. 7. Vtramque sententiam in pendenti esse, donec competens iudex unam earum confirmaverit. fr. 28. de re iud. 42. 1. In competenti tribunali et eadem provincia (debebit absentem defendere). fr. 35. §. 2. de proc. 3. 3.

Competenter. (Advb.) *Congrue, Convenienter.* III. **Cn.** Officium iudicis interponendum est, quatenus — comp. consuletur. fr. 22. §. 6. sol. matrim. 24. 3. A iudicibus comp. puniuntur. fr. 16. de testib. 22. 5. Quod — rescriptum esse non nescit, etiam ex praecepto nostro comp. observet. c. 2. de off. Prf. Vr. 1. 28. D. Iulianum hoc competentissime decrevisse comperimus. Th. C. X. 4. c. 2. de actor. proc.

Competere. **§. 1.** *Vna cum alio petere.* I. **Sy.** Expetere, Postulare (bona, s. fortunas). Ib. X. 10. c. 27. §§. 5. sq. c. 29. pr. §. 1. c. 30. sq. de petit. et ultro dat. Nov. Th. II. de competit. I. 17. c. 1. §§. 1. sq. 4. III. **Cn.** Vt nemini liceat bona defunctorum caduca, vel quamlibet rem aliam ad fiscum nostrum pertinentem, — ullo modo a nostra serenitate competere. Nov. Th. II. 1. c. 1. §§. 1. sq. Nov. Maiorian. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. §. 2. — **§. 2.** *Pertinere, Convenire.* I. **Sy.** Tribui, Deferri, Praestari. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. fr. 9. de inoff. testam. 5. 2. fr. 1.

§§. 10. sqq. de succ. edict. 38. 9. Deberi (legata etc.) fr. 36. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. fr. 24. §. 8. de fideic. libb. 40. 5. Propositam, s. Constitutam, s. Proditam esse (actionem, v. exceptionem). Gai. IV. 72. 74. sqq. fr. 9. §§. 3. sqq. Qu. met. c. 4. 2. Procedere (usucapionem). Gai. II. 43. 45. 49. sq. Pertinere. Ib. I. 167. Concessum esse. Ib. II. 52. sq. 55. 60. sq. III. **Cn.** Etiam legata praestari, et libertates competere, et caetera — perinde valere. fr. 14. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 8. §. 17. fr. 9. fr. 17. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. Si eo nomine actio ei ex edicto meo competere, esseve oportet. fr. 10. pr. Qu. in fr. cred. 42. 8. Quibus nondum competit (sc. actio), est autem competitura, vel qui spem habent ut competat. fr. 54. de V. S. 50. 16. fr. 3. §. 1. de fundo dot. 23. 5. Competere, nec denegari (actionem). Gai. VI. 112. Quae semel competierunt, non revocari, v. conservanda esse. fr. 4. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. fr. 4. pr. de bon. auct. iud. 42. 5. Quae desinit comp. (danda est, sc. N. G. actio). fr. 36. de N. G. 3. 5. Omne, quod usurarum nomine competebat. — Vsurae, si quae competierint. fr. 11. fr. 31. de usur. 22. 1. fr. 59. §. 2. de re iud. 42. 1. Comp. (per legem), v. ex (lege, s. edicto). fr. 14. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Gai. III. 12. IV. 11. Neque utique sufficit ad competendam utilem pignoraticiam actionem etc. fr. 41. de pign. act. 13. 7. Quoniam numerus mensium, qui solutioni competebat, transierat. fr. 40. de R. C. 12. 1. Si extra patriam suam reip. c. profectus sit, etiamsi per urbem ei iter competit, reipub. c. abest. fr. 35. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6.

Competitio. *Supplicatio. Petitio bonorum (concurrente fisci vindicatione).* I. **Sy.** Actio eius, qui putat sibi rem probabili ratione competere. Th. C. XIII. 11. c. 15. de censitor. peraequat. Petitio. Ib. X. 10. c. 30. §. 1. c. 31. c. 34. de petit. et ultro dat. Nov. Th. II. de competition. I. 17. c. 2. §§. 1. 3. III. **Cn.** Qui gravatos se a peraequatoribus conquesti sunt, — competitionis habeant facultatem. Th. C. XIII. 11. c. 4. c. 15. de cens. et peraequ. cf. XIII. 10. c. 5. de censu s. adscr. Si — loca publica possidenda detinuit, ac postea eadem per alias competitionum nebulas detectus fuerit amisisse. Ib. II. 23. c. 1. §. 1. de R. V. Incorporationem bonorum anteferri competitionis effectui. Ib. X. 9. c. 3. de incorporat. Eorum facultates, — omni penitus competitione submota, fisco nostro iubemus addici. Ib. IX. 42. c. 23. de bon. proscr.

Competitor. **§. 1.** *Collega in candidatura, v. sollicitando matrimonio etc.* III. **Cn.** Spurios posse in ordinem adlegi, — sed si habeant competitorem etc. fr. 3. §. 2. de decurion. 50. 2. Si — inter honestos competitores matrimonii oriatur forte certamen. c. 20. de nupt. 5. 4. — **§. 2.** *Adsertor bonorum caducorum, Petitor.* I. **Sy.** Petens. Petitor (bonorum). Th. C. X. 9. c. 2. sq. de incorpor. X. 10. c. 30. sqq. de petit. et ultro dat. XV. 1. c. 40. sqq. de opp. pub.

Compilare. *Depraedari, Diripere.* I. **Sy.** Expilare. cf. h. v. III. **Cn.** Dominus horreorum, effractis et compilatis horreis, non tenetur. fr. 55. pr. locat. 19. 2. Qui publica sacra compilaverunt. — Qui privata sacra tentaverunt. fr. 9. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Compingere. *Coniungere, Coadunare.* I. **Sy.** Componere, Reficere (navem). fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. fr. 98. §. 8. de solut. 46. 3. II. **Op.** Resolvere, Dissolvere. Ib. l. l.

Compitum. *Locus, ubi confluunt plures viae.* III. **Cn.** Domum iuxta compitum forte, aut angiportum, vel plateam (aedificare). c. 12. §. 3. de aedif. priv. 8. 10.

Complacitum, (Subst.) *Conventio, Transactio.* III. **Cn.** Aut suum tantum munus adgnoscat, aut, si complacito opus est, magis alteri ipse societur. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord.

Complacitus. (Partic.) *Vtilis, Proficuus.* II. **Op.** Si complacitae sunt, (sc. actiones, v. conditiones etc.) recipiantur. — Si sunt molestae, reiiciantur. Ib. VIII. 12. c. 1. pr. de donat.

Complanare. *Solo aequare.* III. **Cn.** Nisi locum complanavit, eoque facto citatior aqua etc. fr. 3. §. 2. de aqu. et aqu. pl. 39. 3. Perire, ruere, et complanari (ecclesias). c. 10. de haeretic. 1. 5.

Complecti. **§. 1.** *Amplecti, Continere.* III. **Cn.** Si radicibus terram complexa fuerit (planta). Gai. II. 74. Illyriciani omnes, quos patria complectitur, vel alia quaelibet terra susceperit. Th. C. X. 10. c. 22. de petit. de ultro dat. — **§. 2.** *Comprehendere, Exprimere.* I. **Sy.** Plectere. fr. 3. §. 1. de app. et relat. 49. 1. Comprehendere. Gai. IV. 53. 59. fr. 3. §. 1. l. 49. 1. fr. 178. pr. §§. 2. sq. de V. S. 50. 16. Ponere in (intentione, v. condemnatione etc.). Gai. IV. 53. 56. sqq. Concipere. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Non certas personas enumeravit (sc. Praetor), sed adiecit clausulam, qua complexus est etc. fr. 21. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Edere est etiam copiam describendi facere, vel in libello complecti, et dare, vel dictare. fr. 1. §. 1. de edendo. 2. 13. Coll. LL. M. II. 6. Decretum interponetur, quo id ipsum complectatur. fr. 30. §. 7. de fideic. libb. 40. 5. Quod Praetor interdicto complexus est. Gai. IV. 166.

Complementum. *Consummatio.* III. **Cn.** Quo (sc. quinquennio) sine metu interpellationis et complemento accusationis exacto. Th. C. IX. 24. c. 3. de raptu virgg.

Complere. *Explere, Absolvere.* I. **Sy.** Implere (usucapionem, v. annum etc.). Gai. II. 41. sq. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. fr. 13. §. 11. locat. 19. 2. fr. 16. de excusatt. 27. 1. fr. 6. de O. et A. 44. 7. Explere (munera etc.). Th. C. XII. 1. c. 58. pr. §. 2. de decurion. III. **Cn.** Per se eorum scripta non talia exstant, ut ea omnes adpetant; — sed Servius libros suos complevit. fr. 2. §. 42. de O. I. 1. 2. Post completum assem, ita scripsit. fr. 41. §. 5. de vulg. et pup. 28. 6. Minor annis XVII., qui eos non in totum complevit. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. Nisi totus compleatur (novissimus dies). fr. 6. de O. et A. 44. 7. Diem natalem complere. fr. 3. §. 3. de minor. 4. 4. Non statim, — sed completo tempore deliberationis. fr. 71. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 10. §. 1. de publican. 39. 4. Vsucapio frustra complebitur, (anticipata lite).

Vatic. §. 12. cf. fr. 30. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Tardius complere (viventium bonorum venditionem). Gai. III. 79. Quanti interesse compleri emtionem fuerit arbitratus Praeses Prov. c. 4. de A. E. V. 4. 49. Si inculpate compleverint suum officium. Th. C. X. 7. c. 1. de Caesarian.

Completio. *Confectio, Absolutio.* III. *Cn.* Completiones litterarum a tabellione factae. Iul. ep. nov. c. 66. §. 234. cf. c. 1. §. 7. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Pr. I. de emt. et vend. 3. 23. Quod ipse sufficeret ad huius operis completionem. c. 15. pr. de cont. et comm. st. 8. 38.

Completus. (Partic.) Cf. v. Complere.

Complex. *Socius, Collega.* III. *Cn.* Non modo temonarios, verum complices quoque eorum, (in exhibitionem proprii muneris urgeamus). Th. C. VI. 4. c. 21. pr. de Praet. et Qu.

Complexio. *Comprehensio, Collectio.* III. *Cn.* Et circa alias (sc. personas), quarum statuto praecedenti facta complexio est, valeat ac porrigatur. Ib. XVI. 2. c. 22. cf. c. 20. de episc. eccl.

Complexus. (Subst.) *Amplexus.* I. *Sy.* Consortium, Coniunctio. Ib. X. 20. c. 10. pr. de murileg. XV. 7. c. 8. de scaenic. — **§. 2.** *Comprehensio, Coadunatio.* I. *Sy.* Coniunctio (re et verbis, v. et nominum et rei). fr. 142. de V. S. 50. 16. Nexus (curialis, s. ordinis senatorii, v. municipum). Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 1. de cohortal. XII. 1. c. 57. c. 58. §. 2. de decurion. XIII. 9. c. 3. §. 4. de naufrag.

Comploratio. *Deploratio, Lamentatio.* III. *Cn.* Nec tenuiores in querelas infructuosae complorationis incurrant. Ib. XIII. 5. c. 6. de navicular.

Complures. (Adi. plur.) *Frequentes, Multi.* III. *Cn.* Meus, et complurium creditorum, (debitor). fr. 10. §. 16. Qu. in fr. cred. 42. 8. Is, qui complures libertos relinquebat, tribus ex his (fundum legaverat). fr. 94. de legat. III. (32.) Fuerunt complura, et memorabilia (responsa). fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. Quaeritur, et complures putant. fr. 15. §. 1. de legat. praest. 37. 5. Compl. distinguunt, et putant. Gai. I. 90. sq. Complures eiusdem generis (impensae). fr. 39. pr. de hered. pet. 5. 3. Et denique complures aliae leges, in multis causis etc. Gai. IV. 22.

Componere. **§. 1.** *Congerere, Colligere, Disponere.* III. *Cn.* Si male composuit lapides (sc. plostrarius), et ideo lapsi sunt. fr. 27. §. 33. ad L. Aqu. 9. 2. Si in hoc sint resoluti (sc. lapides), ut componantur. fr. 25. §. 11. de auro arg. 34. 2. Foenum, v. Fructus, comp. fr. 11. §. 4. locat. 19. 2. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Proponere.* III. *Cn.* Quas (sc. leges), in tabulas eboreas perscriptas, pro rostris composuerunt [al. posuerunt]. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Coadunare, Commiscere.* I. *Sy.* Solida computata, Composita (utraque legata). fr. 18. pr. §. 2. de milit. testam. 29. 1. cf. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13. III. *Cn.* Ex alienis medicamentis emplastrum — comp. §. 25. I. de R. D. 2. 1. — **§. 4.** *In ordinem redigere, Adparare, Absolvere.* I. *Sy.* Concipere (formulas). Gai. IV. 46. 60. Conferre, Conficere (leges etc.). fr. 2. §§. 2. 36. de O. I. 1. 2. Prooem. Inst. §§. 3. sq. 6. III. *Cn.* Ita patrimonium pupilli compositum esse, ut nihil gerere necesse sit. fr. 18. pr. de adm. et peric. 26. 7. Ad disponendas res suas, componendosque moestos penates, spatium — tribuatur. Th. C. IX. 2. c. 3. c. 6. de exhib. v. transm. Dum hospitium quis conducit, sarcinulas componit, quaerit advocatum. fr. 15. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Facere testamentum, componere postremas — voluntates, conscribere codicillos. c. 5. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret. fr. 5. §. 9. de iniur. 47. 10. cf. Paul. V. 4. §§. 15. sq. Leges tam a nobis promulgatae, quam compositae. Prooem. Inst. §. 1. Leges, sine ordine latas, in unum composuit. fr. 2. §. 2. cf. §. 7. de O. I. 1. 2. Ius, quod sine scripto venit, compositum a prudentibus. fr. 2. §§. 5. sq. ib. 1. 2. — **§. 5.** *Pangere, Decidere.* III. *Cn.* Iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. Consult. vet. I. Cti. c. 9. Disceptandi moderatio cuncta componat. Th. C. VI. 4. c. 22. §. 2. de Praet. et Qu. Cur ad arma et rixam procedere patiatur Praetor, quos potest iurisdictione sua componere? fr. 13. §. 3. de usuf. 7. 1. Persona, de cuius aetate compositum est. c. 12. pr. eod. 3. 33. Si pecuniae damnum fiat, dupli redhibitione componitur. Interpr. ad Paul. R. S. V. 3. §. 1. — **§. 6.** *Exaequari, Aequiparari.* I. *Sy.* Aequare. Th. C. VI. 10. c. 2. de primicer. et notar. III. *Cn.* Vt, si unus patruus, seu duo pluresve sint, — in partem tertiam componant. Ib. V. 1. c. 2. de legit. heredit.

Comportare. *Convehere, Conferre.* III. *Cn.* Quali, — in quibus uvae comportantur. fr. 8. pr. de instrum. leg. 33. 7. Quaecunque advexerint privati, — per ipsos saccarios — iubeat comportari. Th. C. XIV. 22. c. 1. de saccar.

Compos. *Potens, Capax.* I. *Sy.* Revera compotem mentis non esse. Dementia agere etc. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Dotem suam recipere. Dotis suae compotem esse. Th. C. III. 16. c. 1. sq. de repud. III. *Cn.* Libertate utentes, eiusque compotes. Ib. IV. 8. c. 5. §. 1. (Wck.) de liberali c. Paterfam. suae potestatis, pubes, compos mentis. fr. 43. de O. et A. 44. 7. Vti fratrem tuum — alas, tuearis, — donec mentis compos fiat et convalescat. fr. 32. §. 6. de usu et usuf. leg. 33. 2.

Compositio. **§. 1.** *Confectio, Conceptio.* III. *Cn.* Huiusmodi verborum compositio non rite interpretata. c. 28. pr. de testam. et quemadm. 6. 23. Quae nos in novi iuris compositione specialiter enumerari iussimus. c. 1. §. 9. de caduc. toll. 6. 51. Cf. Th. C. I. 1. c. 5. sq. (Wck.) de const. Pr. Quartus locus, qui et totius compositionis, quasi quoddam invenitur umbilicum. c. 2. §. 5. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Transactio, Decisio.* III. *Cn.* Qui cum adversario suo de compositione eius criminis, quod intendebat, fuerit locutus. fr. 6. pr. ad S. C. Turp. 48. 16. Iudiciali termino, vel amicabili compositione necdum sopiti (sc. casus). c. 22. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. cf. Iuliani epit. nov. c. 69. §. 248. c. 78. §. 300. — **§. 3.** *Vnio, Coniunctio.* III. *Cn.* Sicuti nulli unquam — adgnationis, compositionisve no-

mine, de successione filii iusta cum matre potuit esse contentio. Th. C. V. 1. c. 7. §. 1. de legit. heredit.

Compositor. *Concinnator.* III. ***Cn.*** Tribonianus, — caeterique viri facundissimi, compositores iuris enucleati. c. 4. de liber. praeter. 6. 28.

Comprehendere. **§. 1.** *Adprehendere, Deprehendere.* I. ***Sy.*** Trahere (ad militiam). Th. C. XIII. 3. c. 3. c. 10. c. 16. de medic. et prof. Adprehendere, Deprehendere (fugitivos, v. furem). Paul. I. 6. A. §§. 3. sq. fr. 3. fr. 5. fr. 7. pr. §§. 1. sqq. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Quaeri et comprehendi (fugitivos). Comprehensum, transmittendum ad Praesidem, magistratibus obferre. Paul. l. l. §§. 4. sq. V. 23. §. 9. Sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Pr. I. de vi bon. rapt. 4. 2. cf. fr. 3. §. 6. de S. C. Silan. 29. 5. Insutus culeo, cum cane et gallo gallinaceo etc. — et inter eius ferales angustias comprehensus etc. §. 6. I. de pub. iud. 4. 18. Possessio, nisi naturaliter comprehensa, ad nos non pertinet. fr. 23. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. Paul. III. 6. §. 53. Qui interesse conventibus interdictis fuerint comprehensi. Th. C. XVI. 4. c. 5. pr. de h. qu. sup. relig. — **§. 2.** *Continere, Exprimere.* I. ***Sy.*** Plectere, Complecti, Concipere. cf. v. Complecti. §. 2. Ponere (in demonstratione etc.). Adiicere. Subiicere. Gai. IV. 58. sq. fr. 1. §. 41. depos. 16. 3. fr. 137. §. 7. de V. O. 45. 1. Exprimere. fr. 19. pr. de mil. testam. 29. 1. Continere. fr. 53. de V. O. 45. 1. fr. 65. fr. 67. §. 1. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Cum tabulis esset comprehensum, — neque adiectum etc. fr. 11. §. 1. de duob. reis. 45. 2. Libelli ita formandi: — si etc. — etiam comprehendi debet. Vatic. §. 166. Legatum ita erat, — deinde infra comprehensum erat, ne etc. fr. 104. pr. de legat. I. (30.) S. Cto plenissime comprehensum est, ne etc. fr. 1. pr. ad S. C. Vellei. 16. 1. In quibus (sc. causis) ne dent cognitorem, neve dentur, edictum comprehendit. Vatic. §. 322. Et haec ita lege (Aelia S.) comprehensa sunt. Gai. I. 27. Verbis formulae comprehendi. Ib. IV. 64. Si in iubendo iudicare non est comprehensus (locus). fr. 59. de iudic. 5. 1. Et puto sic comprehendendum decreto etc. fr. 4. §§. 10. 13. de fideic. libb. 40. 5. fr. 2. §. 4. de iure fisci. 49. 14. Tacite recipere, quae aperte comprehensa vitium adferunt. fr. 77. de R. I. 50. 17.

Comprimere. **§. 1.** *Reprimere, Cohibere.* II. ***Op.*** Immittere (aquam). fr. 1. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Vitiare mulierem.* III. ***Cn.*** Cum ancillas compressisse, et non liberas stuprasse detectum sit. c. 25. cf. c. 20. ad L. Iul. de adult. 9. 9. — **§. 3.** *Impedire, Coërcere.* III. ***Cn.*** Querela, — cognita causa comprimatur. Vatic. §. 297. Vt, interruptis artificiosis obstaculis, possidentium astutia comprimatur. Th. C. II. 5. c. 1. de domin. rei qu. posc. cf. XII. 1. c. 43. de decurion. Professio tam atrocis audaciae — per sententiam iudicis comprimatur. Ib. IX. 5. c. 1. §. 1. ad L. Iul. mai.

Comprobare. **§. 1.** *Adprobare, Ratum habere, Confirmare.* I. ***Sy.*** Adprobare, Probare. Paul. IV. 12. §. 8. fr. 2. §§. 1. sq. de divort. 24. 2. fr. 31. §. 4. fr. 32. pr. de inoff. testam. 5. 2. Ratum habere. fr. 9. de N. G. 3. 5. fr. 5. fr. 12. §. 2. fr. 17. sq. rat. rem. hab. 46. 8. II. ***Op.*** Improbare, Reprobare. Gai. II. 117. Vlp. XXI. 1. fr. 9. l. 3. 5. Evertere (iudicium defuncti). fr. 7. de bon. libert. 38. 2. III. ***Cn.*** Ea, quae longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata. fr. 35. de LL. 1. 3. Si maior effectus res, quas minor egit, pacto vel silentio comprobavit. Paul. I. 9. §. 3. Si ipse dominus vinciat, — sed et si vinciri iubeat, aut vincientis procuratoris actorisve factum comprobet. Paul. IV. 12. §. 8. Si mandatum non est, — nec tu ea comprobasti. fr. 27. pr. de procur. 3. 3. Post sententiam, antequam Imperator comprobet, valebit, quod factum est. fr. 1. §. 3. de legat. III. (32.) fr. 4. §. 1. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Multis argumentis iuris civilis, v. exemplis, comprobatur. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 34. de A. R. D. 41. 1. Putant. — Quae sententia comprobata est. fr. 3. §. 6. de lib. et posth. 28. 2. fr. 2. §. 4. de vulg. et pup. 28. 6. — **§. 2.** *Probando demonstrare, Probatione defungi.* I. ***Sy.*** Probare. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. IX. 8. c. 1. si qu. eam cui. tut. III. ***Cn.*** Si — dicatur, idque in eum fuerit comprobatum. Paul. V. 16. §. 12. Qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut etc. fr. 3. de h. qu. ut indign. 34. 9. Oportet comprobare, nec occultare quae scierit. Th. C. IX. 34. c. 2. de famos. libell. Cogatur, his de rebus comprobare. Ib. l. l. c. 1.

Compromissarius. (Adiect.) *Ad compromissum spectans.* I. ***Sy.*** Ex compromisso sumtus (iudex, v. arbiter). Paul. V. 5. A. §. 1. fr. 13. §. 3. fr. 33. fr. 41. fr. 50. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 81. de iudic. 5. 1. III. ***Cn.*** Nec pedaneus iudex, nec compromissarius ex sua sententia fieri potest (sc. Praetor ipse). fr. 4. de tut. et cur. dat. 26. 5. Compromissarios arbitros eligere cum adversario suo. Iuliani epit. nov. c. 86. §. 335.

Compromissum. *Mutua promissio. Conventio cum poenae stipulatione.* III. ***Cn.*** Qui neque ab eo, qui ius dandorum iudicum habet, datus est, nec ex compromisso sumtus, vel ex aliqua lege confirmatus est, (iudex esse non potuit). fr. 81. de iudic. 5. 1. Cum ex compromisso ad arbitrum itum est. fr. 76. pro soc. 17. 2. Arbitrium compromissi recipere. fr. 21. §. 5. de rec. qu. arb. 4. 8. Compromissum, quod de rebus controversiisve compositum est. fr. 21. §. 6. ib. 4. 8. Arbiter — secundum formam compromissi condemnavit. fr. 42. ib. 4. 8. Poenam ex compromisso (petere, v. committere, v. debere). fr. 21. §§. 4. 11. fr. 23. pr. 36. fr. 39. pr. fr. 52. ib. 4. 8.

Compromittere. *Mutua promissione convenire (de arbitro recipiendo).* I. ***Sy.*** Vtrinque promittere (pecuniam). fr. 11. §. 2. ib. 4. 8. II. ***Op.*** Si alter promiserit, alter non. fr. 11. §. 4. ib. 4. 8. III. ***Cn.*** Arbitrium recipere, inve se compromitti iubere. fr. 9. §. 2. fr. 16. §. 1. ib. 4. 8. Qui arbitrium, pecunia compromissa, receperit. fr. 3. §. 2. fr. 11. §. 2. fr. 28. ib. 4. 8. Compr., ut dicat sententiam. fr. 21. pr. ib. 4. 8. Si cum fideiussore compromisi, et a reo pe-

petatur. fr. 29. fr. 32. §. 10. ib. 4. 8. Res, de qua compromissum est. fr. 30. cf. fr. 13. §. 1. fr. 32. §§. 5. 15. 17. ib. 4. 8.

Compulsio. *Exactio, Coërcitio.* II. **Op.** Cogi, s. Compelli posse (ad hereditatem adeundam). — Cessare compulsionem. fr. 14. §§. 1. sqq. fr. 16. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Recepta compulsionis sollicitudine, implenda munia functionis adgnoscant. Th. C. XI. 1. c. 14. de annon. et trib.

Compulsor. *Exactor.* III. **Cn.** Quicunque — ad provinciam commearit compulsor, exactor, admonitor, portitorve praecepti, agens in rebus. Ib. VIII. 8. c. 7. de exsecut. et exact. Compulsores, vel opinatores. Ib. XII. 1. c. 186. de decurion. Curialis exactor, vel cohortalis compulsor. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 2. Comp. tributi. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 14.

Compulsus. (Partic.) *Coactus.* II. **Op.** Sponte (magistratu fungi). fr. 38. §. 6. ad munic. 50. 1. III. **Cn.** Quid si compulsus, aut metu ne compelleretur, auctoritatem accommodaverit? fr. 7. §. 1. Qu. fals. tut. auct. 27. 6. Compulsus adire, cum retinere posset, restituit. fr. 50. §. 4. de bon. libert. 38. 2. Si vi metuque compulsus fuit. fr. 16. §. 1. de liberali c. 40. 12. Cum eam scripturam dare compulsum te esse testaris. c. 6. eod. 7. 16.

Computare. **§. 1.** *Rationem subducere.* I. **Sy.** Imputare. fr. 20. sq. ad L. Falc. 35. 2. Putare (rationes). fr. 7. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 41. §. 7. fr. 47. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Aestimare. Gai. III. 212. III. **Cn.** Vt rationes reddat, quomodo servus reddere solet, i. e. legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit imputationes probe an improbe referantur etc. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. Computare rationes, et si reliqua trahi compererit etc. fr. 34. §. 1. de statulib. 40. 7. Si tantum ratio accepti atque expensi esset computata, caeteras obligationes manere in sua causa. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Numerare, Accensere.* I. **Sy.** Adnumerare, Numerare. Gai. II. 172. sq. Vlp. XXII. 32. fr. 49. de V. S. 50. 16. Cedere, Computari (in modum). fr. 51. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Huius actionis annum computamus utilem. fr. 6. §. 14. Qu. in fr. cred. 42. 8. Annos, v. Tempora, computari ex eo, ex quo etc. fr. 13. de probat. 22. 3. Paul. V. 5. A. §. 2. Plane illa sessio — ei non computabitur. Vatic. §. 161. In rusticis servitutibus, v. In bonis nostris, v. In agendis negotiis etc. computari. fr. 1. §. 1. de S. P. R. 8. 3. fr. 49. de V. S. 50. 16. fr. 64. de R. I. 50. 17.

Computatio. **§. 1.** *Putatio rationum.* III. **Cn.** Virum bonum eligat, cuius arbitrio rationes computentur; et pecuniam, quae ex computatione colligitur, deponat. fr. 47. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 13. §. 2. de statulib. 40. 7. Qui alias in computatione, vel in ratione, mentiuntur. fr. 23. de L. Cor. de fals. 48. 10. Tabularius, — qui in computatione fefellit. fr. 7. §. 4. si mensor. 11. 6. — **§. 2.** *Dinumeratio, Aestimatio.* I. **Sy.** Dinumeratio. Paul. V. 33. §. 1. fr. 38. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. II. **Op.** Extra computationem patrimonii nostri. — In patrimonio (esse). fr. 5. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Nec pretii computatio pro libertate fieri potest. Vlp. II. 11. Gai. II. 265. Iniri computationem annorum. fr. 68. pr. ad L. Falc. 35. 2.

Conamen. *Conatus, Nisus.* I. **Sy.** Pertentare, Conamen inire. c. 62. sq. de decurion. 10. 31. III. **Cn.** Sed ne — putent, sibi impunitum esse tale conamen, — sancimus, si quid tale fuerit — perpetratum etc. c. 1. de S. C. Claud. toll. 7. 24. cf. c. 6. de praescr. XXX. 7. 39.

Conari. *Suscipere, Incipere.* III. **Cn.** Qui nunc primum conatur (adipisci rei possessionem). Gai. IV. 144. cf. 159. Nullus — vel invadat, vel conetur invadere. Th. C. XII. 9. c. 1. de h. qu. ex pub. coll. Si, quod semel remisit creditor debitori suo b. f., iterum hoc conetur destruere. fr. 7. §. 10. cf. §. 7. de pact. 2. 14. fr. 45. de adm. et peric. 26. 7.

Conatus. (Subst.) *Ausum, Nisus.* I. **Sy.** Coepta, v. Quae nullum habuit effectum (iniuria). Conatus iniuriae. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. III. **Cn.** In ipsis temeritatis suae conatibus (opprimantur). Th. C. VII. 18. c. 11. pr. de desertor. cf. X. 10. c. 2. de petition.

Concamerare. *Confornicare, Arcuato opere aedificare.* III. **Cn.** Vt concameratis superinstruas, et ipsum (sc. balneum) concameres. c. 1. de aedif. priv. 8. 10.

Concameratio. *Arcuatum opus.* III. **Cn.** Conclave, quod supra concamerationem alterarum aedium esset. fr. 31. de legat. III. (32.)

Concapes. *Iniunctum, Commissum.* III. **Cn.** Tignum iunctum aedibus vineaeque, et concapes, ne solvito. L. XII. Tabb. VI. 7.

Concedere. **§. 1.** *Loco cedere, Discedere.* III. **Cn.** Qui imbellis [al. in bellis] cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra concesserit. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui (sc. praevaricatores) ex parte actoris in partem rei concedunt. fr. 212. de V. S. 50. 16. In fatum, s. fata, conc. Vatic. §. 281. Th. C. I. 2. c. 4. (Wck.) de div. rescr. — **§. 2.** *Permittere, Largiri.* I. **Sy.** Dare. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 2. de iurisd. 2. 1. fr. 7. §. 1. fr. 24. de pecul. 15. 1. Permittere. fr. 5. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 8. §§. 13. sq. Qu. mod. pign. 20. 6. Pertinere, Competere, Licere, Concedi. Gai. I. 43. sqq. II. 52. sq. 55. 60. sq. III. 151. Vlp. I. 24. II. **Op.** Si controversiam faciat. — Si concedat. fr. 3. §. 7. de Carb. edict. 37. 10. Concedente domino. — Invitis sociis. fr. 6. §. 4. de R. D. 1. 8. Repellere, Prohibere. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. fr. 2. fr. 5. sq. de off. adsess. 1. 22. III. **Cn.** Non si fuerit concessum ut habeat, sed si non fuerit prohibitum ne habeat. fr. 3. §. 4. de pecul. 15. 1. Porrecta atque concessa (privilegia). c. 3. de cohortal. 12. 58. Perinde licere, atque conceditur (e lege). Gai. II. 254. In tantum, v. Vsque ad etc. concessum. Ibi I. 45. II. 53. Vlp. I. 24. Nec in infinitum concessum sibi credat. Vatic. §. 155. Bona — publicabuntur, aut, si non videantur lucrosa, creditoribus concedentur. fr. 8. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 7. de statu hom. 1. 5. Concedere esse (servum in arena). fr. 36. §. 1. de R. V. 6. 1. Si quid adver-

sum hanc legem vel commiserit, vel committi concesserit. Nov. Th. II. de scholar. I. 21. c. 1. §. 2. Quasi volente et concedente domino, id facere. fr. 5. pr. pro derel. 41. 7. — **§. 3.** *Cedere, Transferre.* I. **Sy.** Cedere (ius servitutis, v. aquaeductus etc.). fr. 20. §. 1. fr. 21. de S. P. V. 8. 2. fr. 2. §. 2. fr. 3. §. 3. fr. 14. fr. 20. pr. de S. P. R. 8. 3. Constituere (usumf. etc.). fr. 46. pr. §. 1. de evict. 21. 2. fr. 27. de usu et usuf. leg. 33. 2. III. **Cn.** Vel ipse frui ea re, vel alii fruendam concedere, vel locare, vel vendere. fr. 12. §. 2. de usuf. 7. 1. fr. 8. fr. 11. fr. 12. §. 6. de usu et habit. 7. 8. Quod ei fructuarius donaverit, concesseritve. fr. 31. de usuf. 7. 1. Si alii precario concedat, vel donet. fr. 12. §. 2. ib. 7. 1. Donare (perpetuo iure), aut concedere (deminuto canone). Th. C. V. 13. c. 17. (Wck.) Cessione conced. (ductum aquae). fr. 17. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Si talem servitutem vicino concesserit: „ius sibi non esse etc.“ fr. 16. de usuf. 7. 1. fr. 20. pr. de S. P. R. 8. 3. Illa desiderat refundere me, aut concedere ei actiones. fr. 44. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. — **§. 4.** *Remittere.* I. **Sy.** Donare. fr. 29. pr. de donat. 39. 5. fr. 82. de R. I. 50. 17. Liberatum esse velle. fr. 28. §§. 3. 6. de liberat. leg. 34. 3. III. **Cn.** Lego, concedique ei volo, neque ab eo peti neque ab heredibus eius etc. fr. 31. §. 4. cf. fr. 28. §. 6. l. l. 34. 3. fr. 33. §. 1. de legat. III. (32.) Vectigalia, v. Reliquorum exactionem, conced. Th. C. IV. 12. c. 5. (Wck.) de vectigal. XI. 12. c. 3. de immun. conc. Nov. Th. II. de relev. adaer. I. 25. c. 1. pr. Si de summa aliquid concedatur. Interpr. ad Paul. I. 1. §. 5. Si — ille ei iurisiurandi necessitatem ultro concesserit. Ib. l. l. II. 1. §. 3. Ne cui temeritas sua lucrativa concedatur. c. 33. §. 8. de episc. et cler. 1. 3. c. 2. de in ius voc. 2. 2.

Conceptaculum. *Receptaculum (aquarum).* I. **Sy.** Castellum. Th. C. XV. 2. c. 2. c. 5. de aquaed.

Conceptio. **§. 1.** *Comprehensio, Compositio.* I. **Sy.** Commemoratio. fr. 56. sol. matrim. 24. 3. Stipulatio (s. Stipulatus). Verborum conceptio. Paul. II. 3. §. 1. fr. 5. §. 1. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. fr. 1. §. 4. de stipul. servor. 45. 3. c. 1. c. 3. de contr. stip. 8. 38. III. **Cn.** Formularum conceptio. In quibus (sc. formulis) nulla talis intentionis concept. est. fr. 47. §. 1. de N. G. 3. 5. Gai. IV. 46. Summa conceptio eorum interdictorum haec est. Ib. IV. 160. Conceptionem definitionemque habere propriam, et iustum esse validumque contractum. c. 1. de iure emph. 4. 66. Officio iudicis conceptio huiusmodi iurisiurandi terminetur. fr. 34. §. 8. cf. §. 5. de iureiur. 12. 2. Libellorum inscriptionis conceptio. fr. 3. pr. de accus. 48. 2. — **§. 2.** *Impraegnatio.* II. **Op.** Editio. Gai. I. 89. Vlp. V. 10. III. **Cn.** Partum formare, — quod quidem post certum tempus conceptionis eveniet. fr. 30. §. 6. de A. v. O. H. 29. 2. Qui legitime concipiuntur, ex conceptionis tempore statum sumunt. Gai. l. l. Medicamentum ad conceptionem dare. fr. 3. §. 2. ad L. Cor. de sic. 48. 8.

Conceptus. (Subst.) *Conceptio.* III. **Cn.** Statim mulier de conceptu suo iudicem, vel curiales, contestetur. Interpr. ad Th. C. IX. 42. c. 10. de bon. proscr.

Conceptus. (Partic.) Cf. v. Concipere.

Concertatio. **§. 1.** *Colluctatio, Pugna.* III. **Cn.** Confici in concertatione pugnaque. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Etsi inermes venerant, si in ipsa concertatione — eo processerunt etc. fr. 3. §. 4. de vi et vi arm. 43. 16. — **§. 2.** *Lis.* III. **Cn.** Ad eum modum, quem habitae concertationis impendia supputata collegerunt. Th. C. X. 12. c. 2. §. 6. si vag. pet. manc.

Concessio. **§. 1.** *Permissio, Venia.* I. **Sy.** Indulgentia. fr. 1. pr. de mil. testam. 29. 1. Th. C. XV. 1. c. 5. de opp. pub. III. **Cn.** Primus quidem D. Iulius Caesar concessit, sed ea concessio temporalis erat. fr. 1. pr. l. l. 29. 1. cf. c. 35. pr. de inoff. testam. 3. 28. Peculium suppletur, nec est nova concessione domini opus. fr. 4. §. 1. de pecul. 15. 1. — **§. 2.** *Cessio.* III. **Cn.** Si tibi concessero, ius esse aedificare, — totius rei conditio talis esse debet, qualis esset si una dumtaxat initio concessio facta esset. fr. 20. pr. de S. P. R. 8. 3.

Concha. **§. 1.** *Animal aquatile testa contectum, in qua margaritae nascuntur.* III. **Cn.** Margaritas nec gemmis nec lapillis contineri, — quia concha apud rubrum mare et crescit et coalescit. fr. 19. §. 18. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Testa animalis, variis generibus domestici usus inserviens.* III. **Cn.** Omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, — veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophoria, et conchae. Paul. III. 6. §. 90. cf. §. 56. Mundo muliebri legato, ea cedunt: — speculum, conchae, situli, item buxides etc. Ib. l. l. §. 83. cf. fr. 17. pr. de instr. leg. 33. 7.

Conchylegulus, seu **Conchyliolegulus.** *Conchyliorum collector.* III. **Cn.** Si quis uxorem de familiis conchylegulorum acceperit. Th. C. X. 20. c. 5. cf. c. 17. de murileg. Conchylioleguli, seu ex aliquolibet corpore mercatores. Ib. XIII. 1. c. 9. de lustr. collat.

Conchylium. *Concha purpurea.* III. **Cn.** Navicula, functioni muricis et legendis conchyliis deputata. Ib. X. 20. c. 12. Serica, quae tincta conchylio, nullius alterius permixtione, subtexta sunt. Ib. X. 21. c. 3. de vestib. holover.

Concĭdere. *Decidere, Deficere.* III. **Cn.** Ab huiusmodi negotio temperare debebunt, ne tanta res eorum concidat vilitate. Ib. VIII. 12. c. 8. de donat. Suariorum vires ea concidisse occasione. Ib. XIV. 4. c. 5. de suar.

Concīdere. **§. 1.** *Caedere, Secare.* I. **Sy.** Succidere (ligna etc.) fr. 55. pr. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Lectos emtos Aedilis — concidit. fr. 12. de peric. et comm. 18. 6. — **§. 2.** *Lacerare.* I. **Sy.** Incidere (testamentum). fr. 1. §. 3. fr. 3. de h. qu. in testam. 28. 4.

Conciliabulum. **§. 1.** *Congregatio quaelibet. Conventus.* I. **Sy.** Conventiculum, Conventus. Th. C. XVI. 1. c. 2. §. 1. de fide cathol. XVI. 5. c. 5. c. 9. §. 1. c. 10. de haeretic. III. **Cn.** Si quis ex populo ad eorum nefariam sectam accesserit, et conciliabulis eorum se adplicaverit. Ib. XVI. 8. c. 1.

§. 1. de Iud. cf. XVI. 1. c. 2. §. 1. — **§. 2.** *Civitatum minutioris ambitus species.* III. **Cn.** In terra Italia, in oppidis, foris, — conciliabulis, ubi iure dicundo praeesse solent. Fr. legis Serviliae. c. 12. In municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo. Paul. IV. 6. §. 2. cf. Tab. Heracl. lin. 9. aer. Neap. L. Gall. Cisalp. II. 2. sq. 26. 56.

Conciliare. §. 1. *Coagere, Colligere, Congregare.* III. **Cn.** Ad provinciale concilium — cunctos volumus convenire, — exceptis praefectoriis, quos dignitatibus ampliatos indignius a conciliantibus praeteriri etc. Th. C. XII. 12. c. 12. de legat. et decr. — **§. 2.** *Quaerere, Capere.* I. **Sy.** Capta, Parta, Quaesita, Confecta, Conciliata, (ex quaestu ac fructibus etc.). Ib. IV. 8. c. 6. §§. 5. sq. (Wck.) de liberali c. III. **Cn.** Ablatum, captum, coactum, conciliatum, aversomve siet. Fr. L. Serviliae. c. 1. — **§. 3.** *Componere, Procurare.* III. **Cn.** Ratihabitio hoc conciliat, quae res efficit, ut etc. fr. 6. §. 10. de N. G. 3. 5. Ne concordia pretio conciliari videretur. fr. 3. pr. de don. int. V. 24. 1. Quo magis conciliem animum tuum domui meae, fidem meam interponere non dubito. fr. 60. §. 1. mand. 17. 1.

Conciliatrix. *Sequestra et internuncia (stupri, vel adulterii).* III. **Cn.** Si moecham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit. Th. C. III. 16. c. 1. de repud.

Concilium, s. **Consilium. §. 1.** *Congregatio, Collegium convocatum.* II. **Op.** Comitia. Fr. legis iudiciar. (Spangenbg. p. 75.) Fr. Laelii Felicis I. Cti. Ap. Gell. XV. 27. III. **Cn.** Conciliis abstineant, coetus illicitos derelinquant, et sciant sibi interdictas esse collectiones. Th. C. XVI. 5. c. 36. §. 1. de haeretic. Ad provinciale concilium in una frequentiore totius provinciae urbe — convenire. Ib. XII. 12. c. 12. §. 1. cf. pr. c. 1. c. 13. de legat. et decr. Ad concilium, s. Concilio (Baeticae) rescripsit Imp. Coll. LL. M. XI. 6. sq. fr. 1. pr. de abig. 47. 14. SS. ecclesia catholica, in qua — IV. sancta concilia praedicantur etc. Iuliani epit. nov. c. 107. §. 373. c. 119. §. 506. cf. Th. C. XVI. 2. c. 4. de episc. eccl. — **§. 2.** *Consessus Senatorum, vel iudicum.* III. **Cn.** Publicis consiliis interesse, et in Senatu sententiam dicere. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. cf. fr. 239. §. 5. de V. S. 50. 16. Neve quis, ob sententiam in Senatu consiliove publico dicendam, pecuniam accipiat. fr. 6. §. 2. de L. Iul. repet. 48. 11. Viri ill., qui consiliis et consistorio nostro intersunt. Th. C. IX. 14. c. 3. pr. ad L. Cor. de sicar. Verba audire, in consilium ire, iudicare liceat, nive iudicium dimittere iubeto etc. Fr. legis Servil. c. 21. cf. c. 17. sq. Adsidere in consilium (Curatoris reip.). fr. 6. de off. adsess. 1. 22. Esse in consilio (Consulis). fr. 29. pr. de legat. II. (31.) Consilium adhibetur in urbe Roma, v. In consilio adhibentur Romae (V. Senatores etc.). Gai. I. 20. Vlp. I. 13. Apud consilium causam probare, (et manumittere). Gai. I. 18. 38. 41. cf. 20. Vlp. I. 12. fr. 9. §. 1. de auct. et cons. 26. 8. Consilio adhibito manumittere. fr. 15. §. 5. cf. fr. 19. fr. 24. de manum. vind. 40. 2. Exercere. Praebere. consilium (manumittere volentibus). fr. 1. pr. §§. 1. sq. de off. Coss. 1. 10. fr. 2. pr. de off. eius. 1. 21.

Concinnare. *Confingere, Comminisci.* III. **Cn.** Quae sunt commenticia et concinnata. Th. C. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. Quod manus impias ei tulerit, vel quod tales insidias ei concinnaverit, ut etc. Iuliani epit. nov. c. 36. §. 153.

Concinnator. *Machinator.* III. **Cn.** Si quos causarum concinnatores vel redemtores deprehendat. fr. 9. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Concinnitas. *Concinnatum, Commentum.* III. **Cn.** Inventa circa tales requisitiones summa calliditate, respuendas esse huiusmodi concinnitates sancimus. Nov. 36.

Concio. *Coetus, Conventus.* III. **Cn.** Qui cum telo d. m. in concione fuerit, aut ubi iudicium publice exercebitur. fr. 10. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6.

Concipere. §. 1. *Capere, Adprehendere.* I. **Sy.** Agere, Coagere, (radices). fr. 3. §§. 3. sq. 7. arb. furt. caes. 47. 7. III. **Cn.** Qui rem concepit et invenit. — Penes quem res concepta et inventa est. Paul. II. 31. §. 5. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiva res quaesita et inventa est. Gai. III. 186. cf. 183. 187. 191. Paul. l. l. §§. 2. sqq. — **§. 2.** *Impraegnari.* I. **Sy.** Quae concepit, Praegnans (mulier). Gai. I. 88. sqq. fr. 5. §§. 2. sq. de statu hom. 1. 5. III. **Cn.** Conc. et edere (liberos). fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Mulier, quae apud me conceperit et pepererit. fr. 11. §. 3. de Pub. in R. A. 6. 2. Conceptus et natus (apud adoptatum patrem). fr. 14. de adopt. 1. 7. Legitime, s. Ex iustis nuptiis, — Illegitime, s. Vulgo, concipere, v. concipi. Gai. I. 64. 88. sq. Vlp. V. 1. 7. 10. Ex adulterio conceptus. fr. 1. §. 9. de Carb. edict. 37. 10. Is, ex quo conceptus est filius. fr. 11. de statu hom. 1. 5. Gai. I. 135. II. 241. Cisternae imbribus concipiuntur. fr. 1. §. 4. de fonte. 43. 22. — **§. 3.** *Comprehendere, verbis vel scriptura. Exprimere.* I. **Sy.** Componere (formulas). Gai. IV. 46. 60. Comprehendere. cf. h. v. §. 2. Ponere, Adscribere (conditionem). fr. 16. de iniust. rupt. 28. 3. Enunciare. fr. 17. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. §. 31. I. de legat. 2. 20. III. **Cn.** In eo iudicio — accipiantur, includantur, concipiantur, quae includi, concipi s. d. m. oportebit, debebitve. L. Gall. Cisalp. I. 43. sq. Ne instrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel testationes consignent. fr. 9. §. 5. de poen. 48. 19. Libelli, qui dantur adpellatorii, ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum etc. fr. 1. §. 4. de app. et relat. 49. 1. Plerumque ea, quae praefationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur. fr. 134. §. 1. de V. O. 45. 1. Stipulationes, quae quadam verborum solemnitate concipiuntur. Paul. V. 7. §. 1. Si in dolum quoque eius concepta fuerit stipulatio. Ib. l. l. §. 4. Huius praeiudicium — in longiorem diem concipitur. Ib. V. 9. §. 1. Qui edictum concepit, fecit mentionem etc. fr. 1. §. 1. commod. 13. 6. Formula, cuius intentio his verbis concepta est. Gai. IV. 131. In ius, — In factum, conceptae formulae. Ib. IV. 45. sqq. In contrarium concipiuntur (omnes exceptio-

nes). Ib. l. l. 119. In bonum et aequum concepta (actio). fr. 8. de cap. minut. 4. 5. — **§. 4.** *Contrahere.* III. **Cn.** Si mulier hereditatem alicuius adeat, ut aes alienum eius suscipiat, — nisi si fraude creditorum id conceptum sit. fr. 32. pr. ad S. C. Vellei. 16. 1.

Concitare. *Excitare, Impetu compellere.* I. **Sy.** Cogere, Colligere, Contrahere (turbam). fr. 4. §§. 6. 13. vi bon. rapt. 47. 8. III. **Cn.** Qui milites sollicitaverit, concitaveritve, quo seditio tumultusve adversus rempub. fiat. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. fr. 3. §. 19. de R. M. 49. 16. Qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Auctores seditionis et tumultus, populo concitato. Paul. V. 22. §. 1. Si alia quadrupes aliam concitavit, ut damnum daret. fr. 1. §. 8. cf. §. 7. si quadr. 9. 1.

Concitatio. *Convocatio.* III. **Cn.** Convicium dicitur, vel a concitatione, vel a conventu, h. e. a collatione vocum. fr. 15. §. 4. de iniur. 47. 10.

Concitator. *Qui concitat, Provocans, Machinator.* III. **Cn.** Auctores seditionis et tumultus, vel concitatores populi. Paul. V. 22. §. 1. Insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum. fr. 16. de app. et relat. 49. 1. Concitator iudicii, qui inquietudinem inferre tentaverit. Th. C. X. 8. c. 3. de bon. vac.

Conclamare. *Advocare.* I. **Sy.** Arcessere, Vocare. c. 11. comm. de succ. 6. 59.

Conclamatio. *Clamor.* III. **Cn.** Abstineatis ab omni seditione (sc. in SS. ecclesiis), nemo conclamationibus utatur, nemo moveat tumultum. c. 5. de h. qu. ad eccl. 1. 12.

Conclave. *Locus separatus in interioribus tectis.* I. **Sy.** Diaeta, vel cubiculum. fr. 1. §§. 27. sqq. de S. C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Foramen in imo pariete conclavis, vel triclinii. fr. 28. de S. P. V. 8. 2. Qui furandi animo conclave effregit, vel aperuit, sed nihil abstulit. Paul. II. 31. §. 35. cf. fr. 21. §. 7. de furt. 47. 2. Ancilla, quae in eodem conclavi cum domina sua fuerat. fr. 1. §§. 28. sq. de S. C. Silan. 29. 5.

Conclericus. *Socius in clericatu.* III. **Cn.** Si — ille a conclericis suis audierit, cum tali muliere non habitare. Iuliani epit. nov. c. 115. §. 475.

Concludere. **§. 1.** *Cludere, Includere.* I. **Sy.** Includere. fr. 5. pr. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. III. **Cn.** Quisquis — in solo publico vel aedificium aliquod construxerit, vel septis quibuslibet spatia certa concluserit. Th. C. II. 23. c. 1. pr. de R. V. Locus conclusus. Statio conclusa atque munita. fr. 59. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Comprehendere, Concipere.* I. **Sy.** Comprehendere. fr. 24. §. 9. de damn. inf. 39. 2. fr. 5. §. 2. iudic. solvi. 46. 7. III. **Cn.** Intentio est ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit. Gai. IV. 41. Hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur. fr. 1. §. 4. si qu. ius dic. 2. 3. Iubemus advocationem fori tui culminis CL — advocatis concludi. c. 17. pr. de advoc. div. iudicior. 2. 7. — **§. 3.** *Definire, Arctare.* III. **Cn.** Stricte concludere. — Pinguiorem naturam indulgere. §. 3. I. de legat. 2. 20. Certo fine, s. Certis finibus, concludi. Paul. III. 6. §. 86. c. 7. c. 9. de sent. et interloc. 7. 45. Sex mensium temporibus, vel anno, concludi. c. 2. de aedil. act. 4. 58. Th. C. XI. 19. c. 4. de coll. fund. — **§. 4.** *Decernere.* III. **Cn.** Si quis iudex cum diasosta concluserit, ut militibus nullus adparatus impensarum fieret. Iuliani epit. nov. c. 123. §. 538.

Conclusio. *Definitio, Descriptio.* III. **Cn.** Hoc quasi generale conclusio legis amplectitur. Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 2. de cohortal. Cuique duo ad peragendum menses causarum urgentium conclusione tribuuntur. Ib. XI. 31. c. 3. de repar. app.

Concordare. *Concordem esse, Convenire.* II. **Op.** Contendere. fr. 32. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. III. **Cn.** In unum conspirantem concordantemque rei finem victus etc. Th. C. IX. 40. c. 1. de poen. Quamvis matrimonium, concordantibus viro et uxore, — comprobatum est. fr. 32. §. 19. de don. int. V. 24. 1. c. 5. de repud. 5. 17. Si forte pater concordans matrimonium, et liberis subnixum, velit dissolvere. fr. 1. §. 5. de liber. exhib. 43. 30. Paul. V. 6. §. 15. Volentes (sc. viri) bene concordatum sequens matrimonium dirimere. fr. 11. §. 11. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Concordare legibus promtum est, ut etc. Th. C. II. 21. c. 1. de inoff. dotib.

Concordia. **§. 1.** *Consensus, Concentus.* III. **Cn.** Reversa post iurgium per dissimulationem mulier, veluti venali concordia [al. concordio]. fr. 27. de pact. dot. 23. 4. cf. fr. 3. pr. de don. int. V. 24. 1. Filia — cum marito — colens concordiam. c. 20. de inoff. testam. 3. 28. cf. c. 5. de inst. et subst. 6. 25. Sit una concordia, una consequentia, etc. c. 1. §. 8. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Nomen ancillarum.* III. **Cn.** Concordiam ancillam suam donavit etc. fr. 40. de fideic. libb. 40. 5.

Concremare. *Comburere.* III. **Cn.** Fortuita incendia, — si ex eo seges, vel vinea, vel olivae — concrementur. Paul. V. 20. §. 3. Quem domum tuam deposuisse, vel incendio concremasse, damnoque te adflixisse proponis. c. 2. de L. Aqu. 3. 35. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud. Flammis dedendus, et cum omnibus suis participibus concremandus. Ib. l. l. c. 1. pr. IX. 29. c. 2. de h. qu. latron.

Concrescere. *In unum sociari.* III. **Cn.** Firmum maneat matrimonium, et uxor marito concrescat, et sentiat eius fulgorem. c. 28. de nupt. 5. 4.

Concuba. Concubina. Cf. h. v. §. 2.

Concubina. **§. 1.** *Scortum.* I. **Sy.** Pellex. fr. 144. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Concubina, filii naturales, alumni, et si qua alia sunt huiusmodi ministeria. fr. 8. de pignor. 20. 1. Si quis sine uxore constitutus, ancillam suam sub nomine habeat concubinae. c. 3. comm. de man. 7. 15. — **§. 2.** *Mulier, quae loco uxoris est.* I. **Sy.** Concuba. Iuliani epit. nov. c. 67. §§. 241. sqq. c. 82. §§. 320. sq. c. 115. §§. 428. 449. Quae uxor non est. Quae uxoris loco, sine nuptiis, in domo sit. fr. 13. pr. fr. 34. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 144. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Vxor. Materfam. fr. 1. pr. fr. 3. pr. de concub. 25. 7. fr. 13. pr. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Meretrix. Iul. epit. nov. c. 34. §. 118.

Concubinatus. *Consuetudo cum concubina.* II. ***Op.*** Matrimonium. Nuptiae. fr. 24. de R. N. 23. 2. fr. 58. pr. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 1. pr. de concub. 25. 7. III. ***Cn.*** Quia concubinatus per leges nomen adsumsit, extra legis poenam est. fr. 3. §. 1. cf. fr. 1. §. 1. de concub. 25. 7. Quae in concubinatu se dando, matronae nomen non amisit, utputa quae patroni concubina fuit. fr. 13. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 1. §. 3. de concub. 25. 7.

Concubitor. *Qui concubinam habet.* III. ***Cn.*** Concubina, quae sola erat in domo defuncti concubitoris. Iul. epit. nov. c. 34. §. 118.

Concubitus. *Coitus venereus, marem inter et feminam.* III. ***Cn.*** Non concubitus, sed consensus facit nuptias. fr. 15. de cond. et dem. 35. 1.

Conculcatio. *Excussio (frugum).* III. ***Cn.*** Fructus aridos conculcatione, quae in area fit, suam naturam et utilitatem ostendere. c. 14. §. 1. de servit. et aqua. 3. 34.

Concumbere. *Rem veneream cum aliquo habere.* III. ***Cn.*** Si constet maritum aliquamdiu cum uxore non concubuisse. fr. 6. de h. qu. sui. 1. 6. cf. Iuliani epit. nov. c. 82. §. 320.

Concupiscere. *Instanter expetere.* III. ***Cn.*** Oportuit adpeti splendidos fasces, decuit tanti nominis gloriam concupisci etc. Th. C. VI. 4. c. 15. cf. c. 11. de Praet. et Qu.

Concurator. *Collega in munere curatoris.* I. ***Sy.*** Duo, pluresve, dati curatores. Concuratores. §. 1. I. de satisd. tut. 1. 24. III. ***Cn.*** Obferre satis de indemnitate pupilli vel adolescentis, et contutori vel concuratori praeferri. §. 1. I. de satisd. tut. 1. 24. Actus sui rationem concuratori reddere. fr. 19. de admin. et peric. 26. 7.

Concurialis. *Qui est eiusdem curiae.* III. ***Cn.*** Recursum ad ipsum praebemus auctorem, nihilominus ad eos concuriales, qui minus idoneum susceperunt. Nov. Valent. III. de conf. h. qu. ad min. II. 32. c. 1. §. 7.

Concurrere. **§. 1.** *Incurrere.* I. ***Sy.*** Committere. fr. 1. §. 11. si quadr. 9. 1. III. ***Cn.*** Cum stramenta ardentia transilirent duo, concurrerunt amboque ceciderunt. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Coire, Congregari, Colligi.* I. ***Sy.*** Convenientes, Concurrentes. c. 1. de monopol. 4. 59. c. 1. de nundin. 4. 60. Th. C. XV. 4. c. 1. §. 1. de imagg. Imp. III. ***Cn.*** Nec facile in Constantinopolitanam civitatem provinciales concurrent. Iul. epit. nov. c. 21. §. 68. Ad prohibendas insidias concurrere. c. 12. de h. qu. ut indign. 6. 35. — **§. 3.** *Convenire. Simul adesse, v. admitti, v. competere.* I. ***Sy.*** Simul venire, v. accedere. fr. 84. §§. 12. sq. de legat. I. (30.) Vatic. §§. 87. sq. Iungi (aliis). fr. 2. §§. 2. sq. de B. P. s. t. 37. 11. II. ***Op.*** In cuius persona haec concurrunt. — Sin aliquid eorum deerit. Gai. I. 17. Vlp. XI. 28. Sive soli sint, — sive concurrant etc. Gai. III. 26. Vlp. XXIV. 12. Concurrent ambo. — Alterum praeferri. fr. 7. pr. §. 1. fr. 8. Qu. potior. 20. 4. III. ***Cn.*** Cum haec omnia in unum concurrunt. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. cf. fr. 8. de pact. 2. 14. Quia in unum concurrit, ut etc. fr. 68. §. 1. de legat. I. (30.) Vt Publiciana competat, haec debent concurrere. fr. 7. §. 16. de Publ. in R. A. 6. 2. Quia non semper huiusmodi vitia sibi concurrunt. c. 10. Qu. testam. fac. p. 6. 22. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. Non est novum, ut duae obligationes in eiusdem persona, de eadem re, concurrant. fr. 10. de A. E. V. 19. 1. Plura delicta concurrentia. fr. 2. pr. de priv. delict. 47. 1. Quoties concurrunt plures actiones, eiusdem rei nomine. fr. 43. §. 1. de R. I. 50. 17. Si non sit, qui ei concurrat, habeat solus (B. Pnem). fr. 2. §. 2. de B. P. s. t. 37. 11. Sibi non concurrunt (sc. legatarii et heredes), matri vero non in totum concurrunt. Vatic. §. 87. Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit. Paul. III. 6. §. 25. cf. fr. 2. §. 2. Qu. mod. ususf. 7. 3. — **§. 4.** *Conspirare. Aequari.* II. ***Op.*** Concurrere (cum summa). — Excedere. fr. 53. pr. de legat. I. (30.) fr. 34. §. 5. de legat. II. (31.) fr. 58. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. III. ***Cn.*** Quoties concurrit cum veritate. fr. 30. §. 4. de A. v. O. H. 29. 2. Si testes omnes eiusdem honestatis et existimationis sint, et negotii qualitas ac iudicis motus cum his concurrit. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. Concurrentem pecuniam compensari placuit. fr. 58. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 11. de compens. 16. 2.

Concursus. (Subst.) **§. 1.** *Collectio, Copia.* III. ***Cn.*** Si in agro tuo aquarum concursus locum excavavit. fr. 2. §. 7. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Coitio, Conventus.* III. ***Cn.*** Qui coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit. Paul. V. 26. §. 1. fr. 5. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. fr. 4. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Quo christianae legis veneranda mysteria nullus spectaculorum concursus avertat. Th. C. II. 8. c. 20. (Wck.) de feriis. — **§. 3.** *Exercitium iuris simultaneum per plures personas.* III. ***Cn.*** Quoties in duobus, qui solidum habuerunt, concursu divisus est (sc. ususf.). Vatic. §. 79. cf. §. 77. Videri usumf. constitutum, non per concursum divisum. Ib. §. 78. Aequaliter omnes, quasi in totum missi, concursu partes habebunt. fr. 15. §. 18. de damn. inf. 39. 2. fr. 80. de legat. III. (32.)

Concussio. *Depraedatio, simulatione potestatis publicae facta.* III. ***Cn.*** Qui vim fecit, vel concussionem intulit, vel aliquid deliquit. c. 1. ex del. defunct. 4. 17. Qui in peculatibus, aut manubiis, — aut concussionibus, furtis, aliisque flagitiis — fuerint deprehensi. c. 6. §. 5. de modo mulct. 1. 54. Si, simulato Praesidis iussu, concussio intervenit. fr. 1. de concuss. 47. 13. Quive superexactionum, vel concussionum criminibus involvuntur. Nov. Th. II. de am. mil. fori pr. I. 9. c. 2. §. 1.

Concutere. **§. 1.** *Percutere, Quassare.* III. ***Cn.*** Terrae motu concussum aedificium. fr. 59. locat. 19. 2. cf. Th. C. XV. 1. c. 44. de opp. pub. Si ita concussus sit paries, ut nulla ratione recipi possit, ideoque deponendus est. fr. 18. §. 11. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Perterrefacere, Vi illicita compellere.* III. ***Cn.*** Qui insignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant vel concutiant. Paul. V. 25. §. 12. Illicita ministeria, sub praetextu adiuvantium militares viros ad concutiendos

homines procedentia. fr. 6. §. 3. de off. Praes. 1. 18. Si quis — a iudice fuerit aliqua ratione concussus. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet.

Condecet. *Decet.* III. *Cn.* Quod optari interim sperarique condeceat. Ib. III. 8. c. 2. §. 3. de sec. nupt.

Condecorare. *Decorare, Ornare.* I. *Sy.* Tegere argento et deaurare. Auro argentoque condecorare. Ib. X. 22. c. 1. de fabricens. III. *Cn.* Quos in civitatibus — flaminis, vel sacerdotii provinciae, ornamenta condecorant. Ib. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil.

Condecurialis. *Eiusdem decuriae socius.* I. *Sy.* Collega in decuria. Vatic. §§. 142. 158. 235. III. *Cn.* Decuriales — a tutelis condecurialis filii non vacare. Ib. §. 142.

Condemnare. **§. 1.** *Sententiam iudicialem damnatoriam proferre.* I. *Sy.* Damnare. Gai. III. 224. IV. 126. 166. 180. fr. 3. fr. 4. §§. 3. sqq. de re iud. 42. 1. Pati condemnationem, Condemnari in. fr. 14. §§. 3. sq. Qu. met. c. 4. 2. II. *Op.* Absolvere. Gai. IV 43. 46. sq. 86. 163. 166. fr. 16. §. 3. de pign. 20. 1. III. *Cn.* Qui, aliqua potestate praeditus, civem R. — adpellantem necarit, necarive iusserit, torserit, verberaverit, condemnaverit etc. Paul. V. 26. §. 1. Sive quis condemnatus sit, sive, quod petierit, non obtinuerit. fr. 10. §. 3. de edendo. 2. 13. Litem suscipere (apud competentem iudicem), deinde condemnari. fr. 19. pr. de iurisd. 2. 1. Conventus et condemnatus. fr. 7. §. 1. de transact. 2. 15. fr. 45. de fideiuss. 46. 1. Ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post condemnationem etc. Gai. III. 180. Accidit, ut quis iure civili teneatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari. Ib. IV. 116. Praeses Prov. usuras usurarum condemnavit, contra leges etc. fr. 27. de re iud. 42. 1. Cum arbiter inique condemnavit. fr. 28. §. 2. de app. et relat. 49. 1. Recuperatores illum libertum illi patrono HS. X. millia condemnanto. Gai. IV. 46. cf. 185. Quidquid ob eam rem dare facere oportet ex fide bona eius, id iudex N. Negidium A. Agerio condemnato. Ib. l. l. 47. cf. 35. 43. 46. 50. sq. Iudex si condemnat, certam pecuniam condemnare debet. Ib. IV. 52. Iudex non ipsam rem condemnat eum, cum quo actum est, — (sed) aestimata re pecuniam eum condemnat. Ib. l. l. 48. cf. fr. 45. de fideiuss. 46. 1. Partis aestimatione eum condemnet. — Reliquo condemnet (iudex). fr. 6. §. 9. comm. div. 10. 3. fr. 1. arbor. furt. caes. 47. 7. Condemn. in (reliquum, v. partem etc.). Gai. IV. 61. fr. 31. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 19. pr. de usur. 22. 1. Si — iudex me priorem tibi condemnavit, quo magis tu prior me condemnatum habeas. fr. 1. §. 4. Qu. sent. sine app. 49. 8. — **§. 2.** *Iudicium contra adversarium, usque ad condemnationem illius, persequi.* III. *Cn.* Peregisse (sc. reum) non alias quis videtur, nisi et condemnaverit. fr. 2. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si tutor condemnavit, sive ipse condemnatus est. fr. 2. pr. de adm. et per. 26. 7. Qui eum non praecipitavit ad solutionem, qui donaverat, quemque in id quod facere posset, si convenisset, condemnaverat. fr. 33. de iure dot. 23. 3. — **§. 3.** *Obligare ad debitum praestandum.* III. *Cn.* Vt, quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset (sc. heres), sive quid alias b. f. dedisset, eo nomine indemnis esset. Gai. II. 252. Summa, qua ex tutela ei condemnatus erat. fr. 21. pr. Qu. potior. 20. 4. fr. 5. §. 1. Qu. ex facto tut. 26. 9.

Condemnatio. **§. 1.** *Actus condemnandi reum. Sententia condemnatoria.* I. *Sy.* Damnatio. fr. 27. fam. ercisc. 10. 2. Condemnari. Fieri, v. Pati, condemnationem. fr. 14. §§. 3. sq. Qu. met. c. 4. 2. fr. 68. de R. V. 6. 1. II. *Op.* Absolutio. fr. 14. §§. 4. sq. Qu. met. c. 4. 2. fr. 1. de re iud. 42. 1. Ante sententiam. — Post condemnationem. fr. 14. §. 11. l. 4. 2. III. *Cn.* Suscipit in se alienam obligationem, quippe cum ex hac re subeat condemnationem. fr. 2. §. 5. ad S. C. Vellei. 16. 1. Aut pecuniam solvat, aut rem restituat; — si vero neutrum horum faciat, condemnatio sequetur. fr. 16. §. 3. de pignor. 20. 1. Sufficit arbitrium iudicis ad partis condemnationem faciendam. fr. 24. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Qui sortis quidem condemnationem faciunt, de usuris autem ita pronunciant, — non recte pronunciant. fr. 59. §. 2. de re iud. 42. 1. In interdicto (unde vi etc.) tanti condemnatio facienda est, quanti intersit possidere. fr. 6. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 8. §. 4. de precar. 43. 26. Post condemnationem iudicatum facere oportere. Gai. III. 180. — **§. 2.** *Extrema formulae iudiciariae pars.* I. *Sy.* Ea pars formulae, qua iudici condemnandi absolvendive potestas permittitur. Ib. IV. 43. II. *Op.* Demonstratio. — Intentio. — Adiudicatio. — Condemnatio. Ib. IV. 39. 44. 86. sq. III. *Cn.* Omnium formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta est. Ib. l. l. 48. sq. 50. sqq. 68. Tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine, quam iudex egredi non potest. Ib. l. l. 57. Et actio formatur et condemnatio moderatur (pro qualitate personarum). fr. 15. de N. G. 3. 5. Licet una est actio, tamen duas habet condemnationes. Gai. IV. 73. — **§. 3.** *Mulctatio, Privatio.* I. *Sy.* Poena. fr. 14. §§. 9. sqq. Qu. met. c. 4. 2. cf. Paul. II. 30. §. 1. Mulctari. Condemnatione subiugari. Th. C. XVI. 6. c. 4. §. 4. ne S. bapt. III. *Cn.* Si quid ex proscriptionibus, vel condemnationibus deposcitur. Ib. XII. 7. c. 3. de ponderator. Si iudex vel in condemnationibus exprimendis, vel in corporalibus iniuriis — exarserit. Ib. XII. 1. c. 47. de decurion. Facultatum suarum, periculo totius officii, condemnatione gravissime vindicetur. Ib. VII. 1. c. 16. de R. M.

Condere. **§. 1.** *Deponere, Reponere* I. *Sy.* Adferre (in horreo). fr. 20. §. 8. de instr. leg. 33. 7. Collocare (modios). Th. C. XII. 6. c. 21. pr. de suscept. praepos. Humare. Ib. IX. 17. c. 7. de sepulc. viol. III. *Cn.* Si quis — agro colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus est. Paul. II. 8. §. 2. Neque armaria, neque scrinia, neque caetera in quibus libri conduntur. fr. 52. §. 3. de legat. III. (32.) Si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiae, condiderit sub terra. fr. 31. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Iustae sepulturae traditum, i. e. terra conditum,

corpus. fr. 39. de relig. 11. 7. Arca lapidea, in qua adhuc mortuus non erat conditus. fr. 7. §. 1. ib. 11. 7. Vti curam condendi corporis mei suscipias. fr. 88. §. 1. de legat. I. (30.) — **§. 2.** *Fundare, Constituere.* I. **Sy.** Ferre (leges, v. iura). Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. pr. §. 1. Conficere (testamentum etc.). c. 7. c. 27. c. 29. sq. de testam. et quem. 6. 23. III. **Cn.** Regna condita. Civitates condi. Vrbs condenda. fr. 5. de I. et I. 1. 1. §. 11. I. de R. D. 2. 1. fr. 239. §. 6. de V. S. 50. 16. Natura rerum conditum est, ut etc. fr. 4. de praesc. vv. 19. 5. Si quis occentavisset, sive carmen condidisset etc. L. XII. Tabb. VIII. 1. Sententiae et opiniones eorum, quibus permissum est iura condere. Gai. I. 7. cf. IV. 30. Quod sentiunt, eloquantur, decretis conditis missisque legatis. Th. C. XII. 12. c. 1. de legat. et decr.

Condicere. **§. 1.** *Solemniter denunciare.* I. **Sy.** Denunciare (adversario etc.). Gai. IV. 18. cf. 12. Dicere, Commemorare (in lege venditionis etc.). fr. 66. pr. §. 1. fr. 68. pr. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Status condictusve dies cum hoste. Fr. L. Cincii I.Cti. Ap. Gell. XVI. 4. — **§. 2.** *Condictione, s. Condicticia actione, repetere.* I. **Sy.** Condictionem competere. Condicticia uti. Condicere, v. Condici, posse. Gai. II. 79. III. 91. fr. 13. §. 2. de iureiur. 12. 2. fr. 3. pr. de condict. c. dat. 12. 4. Repetere (condictione). fr. 1. §. 1. fr. 7. pr. fr. 9. §. 1. l. l. 12. 4. fr. 1. pr. ut in poss. legat. 36. 4. Petere (certum etc.). fr. 9. pr. de R. C. 12. 1. fr. 28. §. 4. de iureiur. 12. 2. III. **Cn.** Exstinctae res, licet vindicari non possint, condici tamen furibus, et quibusdam aliis possessoribus, possunt. Gai. II. 79. Vtrum ad poenalem actionem solam pertineat, an et si ad exhibendum velit agere, vel vindicare, vel condicere? fr. 1. §. 3. de aleator. 11. 5. Vel ex vendito agere potest, vel incertum condicere, ut (servitus imponatur). fr. 35. de S. P. V. 8. 2. fr. 22. §. 1. de condict. indeb. 12. 6. Posse condici incerti condictione (omissam cautionem). fr. 5. §. 1. de usuf. ear. rer. 7. 5. Licet nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo praesens sit obligatio. fr. 9. pr. de R. C. 12. 1. fr. 28. §. 4. de iureiur. 12. 2. fr. 17. §. 2. de act. rer. amot. 25. 2. Quasi sine causa datum, condici posse. fr. 2. de cond. sine c. 12. 7. Condicendum est domino id, quod ad eum pervenit. fr. 4. de cond. furt. 13. 1. Proinde ei (sc. qui non debitum accepit), condici potest: „Si paret eum dare oportere,“ ac si mutuum accepisset. Gai. III. 91. fr. 14. pr. de solut. 46. 3. Ei, qui vi aliquem de fundo deiecit, posse fundum condici. fr. 2. cf. fr. 3. de condict. tritic. 13. 3. Si ex causa furtiva res condicatur. fr. 8. §. 1. de cond. furt. 13. 1.

Condicticius. (Adiect.) *Ad condictionem spectans.* I. **Sy.** Condictio. Condicticia actio. Cf. v. Condictio. §. 2. Condicere, Condicticia experiri. Cf. v. Condicere. §. 2. III. **Cn.** Ex stipulatu actionem non habet, sed illa condicticia actione id persequi debet, per quam certum petitur. fr. 24. de R. C. 12. 1. Neque furti, neque condicticia teneri. fr. 13. §. 2. de iureiur. 12. 2. Vt ad nihil aliud debitor compellatur, nisi ut cedat ei condicticia actione. fr. 7. pr. de condict. c. dat. 12. 4.

Condictio. **§. 1.** *Genus legis actionum.* III. **Cn.** Et haec quidem actio proprie condictio vocabatur. — Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam: lege quidem Silia certae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re. Gai. IV. 18. sq. cf. 12. — **§. 2.** *In personam actio, qua intendimus, „rem certam dari oportere,“ vel „aliud quid dari fierive oportere.“* I. **Sy.** Actio: „Si paret eos dare oportere,“ v. qua „dari fieri oportere,“ intendimus. Ib. IV. 18. sq. 33. Condicticia (v. Triticiaria) actio. fr. 24. de R. C. 12. 1. fr. 7. pr. §. 1. de cond. caus. dat. 12. 4. fr. 1. pr. §. 1. de cond. tritic. 12. 3. fr. 55. de don. int. V. 24. 1. II. **Op.** Vindicatio, In rem actio. Gai. IV. 5. 8. Paul. II. 31. §. 13. fr. 29. fr. 53. de cond. indeb. 12. 6. fr. 35. §. 4. de contr. emt. 18. 1. fr. 25. §. 7. locat. 19. 2. Furti actio. — Condictio. Gai. II. 79. fr. 7. §. 1. de cond. furt. 13. 1. III. **Cn.** Recta via suum recipere. — Per condictionem petere posse. fr. 53. cf. fr. 29. de cond. indeb. 12. 6. Non habebit condictionem, velut indebiti soluti, sed sui crediti petitionem. fr. 30. ib. 12. 6. Non solum interdicto uti possumus, sed et incerti condictione, i. e. praescriptis verbis. fr. 19. §. 2. de precar. 43. 26. cf. fr. 5. §. 1. de usuf. ear. rer. 7. 5. De cautione subrepta aut corrupta competit condictio, et damni iniuriae actio. fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. Non teneri condictione, non magis quam mutui datione. Gai. III. 91. Competit etiam condictio depositae rei nomine. fr. 13. §. 1. depos. 16. 3. Condictio, qua procurator teneretur si stipulatio interposita non fuisset, perimitur. fr. 22. pr. rat. rem hab. 46. 8. Actione condictionis ea sola quantitas repetitur, quae indebita soluta est. c. 1. de cond. indeb. 4. 5. Obligari condictione. fr. 13. §. 1. depos. 16. 3. Petere per condictionem, (quae ex lege descendit). fr. 41. sol. matrim. 24. 3. fr. 28. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Iure condictionis restituere debere. c. 1. de cond. ob caus. dat. 4. 6. — **§. 3.** *Quaelibet in personam actio.* I. **Sy.** In personam actio. c. 1. de don. qu. s. modo. 8. 55. §. 15. I. de action. 4. 6.

Condignus. (Adiect.) *Conveniens, Iustus.* III. **Cn.** Debitas et condignas (poenas, illis statuimus). Coll. LL. M. XV. 3. Nec condigna crimini ultio, nec par poena peccato. Th. C. IX. 28. c. 1. de crim. pecul. Subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum, et condignum quaestioni. Nov. 35. c. 1.

Condiscere. *Explorare, Cognoscere.* III. **Cn.** Ipsorum iudicum curam, responsionemque condiscas Praefecti annonae et rationalium. Th. C. I. 12. c. 2. (Wck.) de off. Proc. et Leg.

Conditio. **§. 1.** *Indoles, Causa, Status.* I **Sy.** Natura (agrorum). fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Status, Causa. §. 3. I. de libertin. 1. 5. fr. 86. sq. de R. I. 50. 17. Ordo et dignitas (mancipiorum). fr. 15. §§. 1. sq. de usuf. 7. 1. Fortuna, Conditiones et ius (matrum). Th. C. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. III. **Cn.** Memoria humanae conditionis, (sepulturae tradere reliquias). fr. 27. pr. de cond. instit. 28. 7. Ex conditione personae, et mente facientis, (magis statui potest de etc.). fr. 2. fr. 3. §. 2. de term. mot. 47. 21. In persona eorum

(sc. testium) exploranda erunt inprimis conditio cuiusque, utrum quis decurio, an plebeius sit; et an honestae et inculpatae vitae etc. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. cf. Th. C. XVI. 2. c. 5. de episc. eccl. Si de sua conditione quis dubitet. — Qui de conditione sua dissimulat. fr. 34. pr. cf. fr. 32. §. 2. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 4. Quib. ad libert. procl. 40. 13. Inter disparis conditionis personas (per errorem contractum matrimonium). Vlp. VII. 4. Gai. I. 29. sq. Par conditio (utriusque etc.). Ib. III. 126. IV. 160. Duplex conditio est (hereditatum). Ib. II. 99. Alia conditio (edicti). fr. 5. §. 1. ut in poss. legat. 36. 3. Perinde in eodem statu sint, atque si non essent eius conditionis, ut (abire possent). fr. 205. de R. I. 50. 17. Meliorem quidem facere posse, deteriorem non posse, alienam conditionem. fr. 39. de N. G. 3. 5. fr. 133. de R. I. 50. 17. Nec debebit durior conditio fieri (procuratoris etc.). fr. 35. §. 3. de procur. 3. 3. Pessimae conditionis homines. Gai. III. 75. Omnes, cuiuscunque sexus conditionisque sint. fr. 41. pr. de iure dot. 23. 3. Ad patris conditionem accedere. — Matris conditionem sequi. Gai. I. 56. 67. 80. sq. 86. sq. Vlp. V. 8. Omnem rem conditionemque, reddita causa, praestet. fr. 246. §. 1. de V. S. 50. 16. Vtroque casu durant servitutes, quia cum sua conditione quisque fundus publicaretur. fr. 23. §. 2. de S. P. R. 8. 3. — **§. 2.** *Consuetudo personae. Sors domestica. Domestici ipsi, v. ministrantes.* I. **Sy.** Conditionales. Cf. v. Conditionalis. (Subst.) III. **Cn.** Quodsi in conditionis delectu mulieris voluntas certat sententiae propinquorum. Th. C. III. 7. c. 1. §. 1. de nupt. Dummodo eam filius ducat uxorem, — cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum. fr. 11. de R. N. 23. 2. In qua re (sc. renunciatione sponsalium), haec verba probata sunt: „conditione tua non utor." fr. 2. §. 2. de divort. 24. 2. c. 1. de sponsal. 5. 1. A patre desponsa, destinatave (sc. uxor), testamentove nominata conditione nuptiis. fr. 36. de R. N. 23. 2. Si quis forte conditionis, vel amicitiae, vel adsessurae, vel cuius alterius huiusmodi proxeneta fuit. fr. 3. de proxenet. 50. 14. In cuius domicilium et ipsa mulier, per conditionem matrimonii, erat reditura. fr. 65. de iudic. 5. 1. Habeat (sc. moderator Iustinianus) et civile et militare auxilium, habeat et adresponsum, et omnis conditio fiat ei subiecta. Iuliani epit. nov. c. 27. §. 98. — **§. 3.** *Arbitrium, Facultas.* III. **Cn.** Defertur conditio cavendi fratribus, ex forma iurisdictionis. fr. 5. §. 1. ut in poss. leg. 36. 3. Conditio coheredi — defertur, ut aut totam (sc. hereditatem) adgnoscat, aut a tota recedat. fr. 55. sq. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 16. de adm. et peric. 26. 7. Conditione non ipsi (sc. emtori) delata, an velit ab emtione discedere, sed venditori, utrum malit etc. fr. 1. §. 13. cf. §. 12. si qu. in fr. patr. 38. 5. Si iudicatae rei, vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo etc. fr. 19. §. 4. de probat. 22. 3. cf. fr. 3. pr. fr. 26. §. 2. fr. 34. §. 7. fr. 39. de iureiur. 12. 2. Si, conditione data, usurae non solvantur. fr. 12. de usur. 22. 1. — **§. 4.** *Modus negotii, Tenor, s. Carmen, conventionis.* III. **Cn.** Si, aedes alienas ut dares, damnatus sis, neque eas ulla conditione emere possis. fr. 30. §. 6. de legat. III. (32.) Si neque sordide neque gratiose (sc. contraxerint), sed non bonam conditionem elegerint. fr. 7. §. 2. de adm. et per. 26. 7. Si hoc actum est, ut, meliore adlata conditione, discedatur. fr. 2. pr. fr. 3. fr. 4. §§. 3. sqq. fr. 5. de in diem addict. 18. 2. Ille fundus C. esto tibi emtus, nisi si quis intra Cal. Ian. proximas meliorem conditionem fecerit, quo res a domino abeat. fr. 1. ib. 18. 2. Si — forte emtor, antequam melior conditio obferretur, hanc rem pignori dedisset. fr. 3. Qu. mod. pign. 20. 6. — **§. 5.** *Factum futurum, in cuius eventum incertum confertur vis ac potestas negotii.* II. **Op.** Pure, — In diem, vel sub conditione (stipulari, v. debere, v. heredem scribere etc.). fr. 10. fr. 213. pr. de V. S. 50. 16. Gai. II. 200. 244. 250. III. 102. 113. Vlp. XXIV. 31. III. **Cn.** Quas leges indulgent, actiones, conditiones, pactionesque contineat (sc. donatio). Th. C. VIII. 12. c. 1. pr. de donat. Cum quibusdam conditionibus, permissum est. Gai. I. 102. Magis sub conditione, quam poenae nomine, datus (sc. tutor) videbitur. Ib. II. 237. Ex conditione, vel in conditionem, (heredem facere). fr. 15. §. 4. de mil. testam. 29. 1. Si conditio exstiterit. — Pendente conditione. — Si defecerit conditio. Gai. III. 179. fr. 30. §. 2. de pact. 2. 14. Si quis ex posteriore testamento — conditione, sub qua heres institutus est, defectus sit. Gai. II. 144. Parere conditioni, v. Explere conditionem. Vlp. II. 5. fr. 2. de cond. et dem. 35. 1. fr. 27. pr. de cond. instit. 28. 7. Cond. quae exsistere non potest, s. cond. impossibilis. Gai. III. 98. Paul. III. 4. B. §. 1. In dando, an in faciendo, an in aliquo casu consistat (conditio). fr. 33. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. fr. 6. §. 7. de statulib. 40. 7. In potestate fuerint accipientis conditiones, an in eventum collatae. fr. 78. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. fr. 13. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Conditio in praeteritum concepta, — ad praesens tempus adscripta, — in futurum collata. fr. 16. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 10. §. 1. de cond. inst. 28. 7. fr. 100. de V. O. 45. 1.

Conditionalis. (Subst.) *Conditioni ministrantium publicorum extra ordinem adscriptus, Adiutor constitutus.* I. **Sy.** Conditio, Conditionales. Iuliani epit. nov. c. 27. §. 98. III. **Cn.** Annonarios et actuarios conditionales esse praecipimus. Th. C. VIII. 1. c. 3. c. 5. de numerar. actuar. Eos, qui sumserint chartarum notitiam, — conditionales esse iubemus, ut scientes, nullo se privilegio esse munitos. Ib. l. l. c. 7. Licet conditionales sint, quos vulgo tabularios adpellant. c. 11. Qu. pot. in pign. 8. 18. Interrogationem haberi, quae per conditionales servos investiganda est. Th. C. X. 1. c. 5. pr. de iure fisci.

Conditionalis. (Adiect.) *Ad conditionem spectans, negotio adiectam.* I. **Sy.** Sub conditione adscriptum. Conditione adiecta legatum, v. promissum. Conditionalis (datio, v. obligatio). fr. 9. de adim. legat. 34. 4. fr. 4. pr. Qu. dies legat. 36. 2. fr. 14. pr. §. 1. de novat. 46. 2. II. **Op.** Pura (emtio, v. datio etc.). fr. 2. fr. 4. pr. de in diem add. 18. 2. fr. 9. de adim. legat. 34. 4. fr. 4. §. 5. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Omnis exceptio obiicitur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut conditionalem faciat con-

condemnationem. Gai. IV. 119. Haec verba testatoris — subiectum legatum vel fideicommissum non faciunt conditionale. fr. 3. de legat. I. (30.) fr. 10. pr. de cond. inst. 28. 7. Si conditionalis contractus cum pupillo fiat. fr. 8. de auct. et cons. 28. 8. Debitoris conditionalis loco esse. fr. 5. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 55. de V. S. 50. 16.

Conditionaliter. (Advb.) *Sub conditione.* II. **Op.** Pure, Simpliciter (stipulari etc.). fr. 8. de auct. et cons. 28. 8. fr. 98. §. 5. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Licet non conditionaliter expressisset, intellexisse tamen manifestissime adprobetur. fr. 88. de legat. I. (30.) Si cond. concepta, v. enunciata, sit (causa). fr. 17. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. §. 31. I. de legat. 2. 20.

Conditor. *Fundator, Auctor.* I. **Sy.** Testans. Conditor testamenti. Th. C. IV. 4. c. 1. c. 3. §. 1. de testam. et codic. Consulti, Prudentes, Iurisperiti, Conditores, Auctores (iuris antiqui). c. 1. pr. de comm. servo manum. 7. 7. Const. Th. II. de Th. C. auct. §§. 1. 3. (Wck. p. 9. sq.) III. **Cn.** Tam conditor, quam interpres legum. c. 12. §. 1. de LL. 1. 14. Sanctionum veterum, v. Legum, conditores. Th. C. IX. 1. c. 12. de accusat. Iust. C. c. 26. de legat. 6. 37. c. 36. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Quae legis suae verba aliis quoque scitis clemens conditor explanavit. Th. C. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec. Veteres iuris voluerunt conditores. Ib. II. 12. c. 1. de cognitor. Sex. Aelius, iuris antiqui conditor. c. 1. pr. de comm. servo man. 7. 7.

Conditura. *Condimentum.* III. **Cn.** Defrutum non continebitur (sc. vino legato), quod potius conditurae loco fuit. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6.

Conditus. (Partic. Cf. v. Condere.) *Sepositus.* I. **Sy.** Quae in horreis (publicis) habentur. Horreaticae species. Condita. Th. C. VII. 4. c. 3. c. 5. c. 11. c. 13. c. 15. sqq. c. 32. de erog. mil. ann. XI. 14. c. 1. c. 3. de cond. in pub. horr. III. **Cn.** Quaerere debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quae conveniri possunt, vel in fructibus conditis etc. fr. 5. §. 9. de tutel. et rat. 27. 9. cf. Th. C. XII. 9. c. 2. de h. qu. ex pub. coll. Quae in condito habuerat paterfam., frumenti, vini, et caeterarum rerum. fr. 97. de legat. III. (32.) Species annonarias de conditis arbitrio suo usurpasse. Th. C. VII. 4. c. 3. Custodiam portuensium suscipiat conditorum. Ib. XIV. 4. c. 9. de suar.

Conditus. (Partic.) *Compositus condiendo.* III. **Cn.** Si quis vinum legaverit, — si mulsum sit factum. — Quid conditum? fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6.

Condonare. *Donare, Largiri.* III. **Cn.** Curate agros adtendere, et ita fiet ut filius meus filios vestros vobis condonet. fr. 68. §. 1. de legat. III. (32.) Ex parte dimidia condonamus, arcae caetera inferre praecipimus. Th. C. XI. 28. c. 17. de indulg. debitor. His quoque honorem congruum condonamus. Ib. VI. 24. c. 9. de domest. et prot. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. pal.

Conducere. **§. 1.** *Colligere, Cogere.* III. **Cn.** Si aqua in unum lacum conducatur, et inde per plures ductus ducatur. fr. 3. §. 3. de riv. 43. 21. — **§. 2.** *Mercede utendum accipere, v. stipulari.* II. **Op.** Locare. fr. 19. §. 9. locat. 19. 2. Precario rogare (ut eam rem possidere liceret). Gai. II. 60. III. **Cn.** Qui quem armatis hominibus possessione — deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, idve ut fieret homines commodaverit, locaverit, conduxerit. Paul. V. 26. §. 3. Tabernulam, — officinam conducere, ibique distrahere. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Si fundum a me proprietarius conduxerit, eumque fundum vendiderit Seio. fr. 29. pr. Qu. mod. ususf. 7. 4. Si domum, v. possessionem, conduxeris, et eius partem mihi locaveris. fr. 11. §. 5. de pign. act. 13. 7. fr. 47. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Si quis vitulos pascendos, vel sarciendum quid poliendumve, conduxit. fr. 9. §. 5. locat. 19. 2. Qui servandum aliquid conducunt. fr. 19. commod. 13. 6. Servum docendum conducere. fr. 13. §. 3. locat. 19. 2. Si quis mensuras conduxerit. fr. 13. §. 8. ib. 19. 2. Si aversione conducta est navis. fr. 10. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. — **§. 3.** *Proficere, Vtile esse.* III. **Cn.** Qui id vobis extimatis conducere. Th. C. IX. 16. c. 2. de malefic.

Conducibilis. (Adiect.) *Salutaris, Conveniens.* III. **Cn.** Qui — elegissent, neque sibi opimum aliquid et conducibile vindicarint. Ib. V. 13. c. 30. (Wck.) Cum conducibile videatur. Ib. XI. 5. c. 3. de indiction. Conducibili devotione festinare. Ib. XV. 3. c. 4. de itin. mun.

Conductela. *Conductio.* I. **Sy.** Conductio. Interpr. ad Th. C. IV. 12. c. 1. de vectig. et comm.

Conductio. *Contractus, de usu rei alienae, vel commodo alienarum operarum, pretio interveniente in nos conferendis.* III. **Cn.** Emtio venditio, locatio conductio, societas, commodatum, depositum, et caeteri similes contractus. fr. 7. pr. §. 1. cf. fr. 1. §. 4. fr. 58. de pact. 2. 14. fr. 5. de I. et I. 1. 1. Gai. III. 129. Si quid in lege conductionis convenit. fr. 15. §. 1. locat. 19. 2. fr. 2. §. 13. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Qui expulsus a conductione, in aliam se coloniam contulit, non suffecturus duabus. fr. 24. §. 4. cf. fr. 13. §. 11. fr. 25. §. 2. locat. 19. 2. Qui fideiusserint pro conductore vectigalis, in universam conductionem. fr. 2. §. 12. de adm. rer. ad civ. 50. 8. fr. 68. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Licitationum iura conductionemque (sc. vectigalium, peracto tempore) recreari oportet. Th. C. IV. 12. c. 1. de vectig. et comm.

Conductor. Conductrix. *Qui, v. Quae, conductionem creditoris iure contraxit.* I. **Sy.** Qui conduxit, v. conductum habet. Gai. III. 145. fr. 1. si ag. vectig. 6. 3. fr. 6. fr. 9. pr. §. 1. fr. 11. locat. 19. 2. fr. 47. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Colonus. fr. 13. §. 11. fr. 14. fr. 15. §. 2. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. Redemtor. fr. 2. §§. 11. sq. de adm. rer. ad civ. 50. 8. III. **Cn.** Si horrearius, aut conductor apothecae (aliquid deiecerit). fr. 5. §. 3. de h. qu. deiec. 9. 3. Quod neque a conductoribus praediorum, neque a villicis pensiones exegerit. fr. 40. §. 5. de statulib. 40. 7. Nec conductores, nec coloni (rerum privatarum nostrarum). Th. C. XI. 16. c. 5. de extr. s. sord.

Actores et conductores (patrimonii nostri). Ib. l. 1. c. 12. Cum insulam aedificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat. fr. 22. §. 2. locat. 19. 2. Morte conductricis ei, quae locavit, utendi fruendi causa non est deneganda. c. 10. de usuf. et habit. 3. 33.

Conductus. (Partic.) **§. 1.** *Collectus, Coactus.* I. **Sy.** Facta, Conducta (manu, facere ferro) Paul. V. 18. §. 2. V. 19. §. 1. — **§. 2.** *Locatione conductione quaesitus.* II. **Op.** Vel in suo, vel in conducto, vel gratuito habitare. fr. 1. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 5. §. 2. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Qui in hoc dumtaxat conductum locum habebat, ut ibi opus faciat, vel doceat. fr. 5. §. 3. de h. qu. effud. 9. 3. In balineis ad custodienda vestimenta conducta habent mancipia. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Qui vectigal P. R. conductum habet. fr. 16. de V. S. 50. 16. fr. 1. §. 7. ut in flum. pub. 43. 14. — **§. 3.** *Conductum,* pro: *Conductio.* I. **Sy.** Locatum. fr. 19. §. 8. fr. 22. pr. locat. 19. 2. III. **Cn.** Ex conducto (teneri, v. agere, s. experiri). fr. 7. fr. 9. pr. fr. 10. fr. 15. pr. §. 1. fr. 19. pr. fr. 55. §. 1. ib. 19. 2.

Confarreatio. *Celebratio conventionis mulieris in manum mariti, per solemne sacrificium.* III. **Cn.** Farreo in manum conveniunt per quoddam genus sacrificii, — in quo farreus panis adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur. Gai. I. 112. Vlp. IX. 1.

Confectio. *Actus conficiendi, vel condendi.* III. **Cn.** Si quis legitimo modo condidit testamentum, et post eius confectionem etc. c. 27. cf. c. 29. de testam. et quemad. 6. 23. Actorum, v. Legum etc. confectio. Th. C. VIII. 12. c. 5. de donat. Nov. 35. c. 1. Const. Valentin. ad constitutionar. (Wck. p. 8.)

Confectus. (Partic.) **§. 1.** *Elaboratus.* II. **Op.** Confectum, — In massa constitutum, (aurum vel argentum). c. 12. depos. 4. 34. — **§. 2.** *Defectus, Adtritus.* III. **Cn.** Morbus, et corporis valetudo confecta. Th. C. VII. 1. c. 5. de R. M.

Conferre. **§. 1.** *Comportare, Adferre, Cogere.* I. **Sy.** Congerere. fr. 12. §§. 27. 29. de instr. leg. 33. 7. III. **Cn.** Si inquilinus arcam aeratam in aedes contulerit. fr. 19. §. 5. locat. 19. 2. Qui leges regias in unum contulit. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. Tres clausulas in unum collatas habet (stipulatio). fr. 6. iudicat. solvi. 46. 7. In precem conferre. Vatic. §§. 274. 292. — **§. 2.** *Contribuere, Inferre.* I. **Sy.** Confundi cum bonis, Computari, Conferri (dotem). c. 8. de collation. 6. 20. fr. 1. §§. 5. sq. de dot. collat. 37. 7. Collationem facere, s. dependere, Collatione fungi. Conferre. fr. 3. ib. 37. 7. fr. 1. §§. 17. 23. de collation. 37. 6. Inferre. cf. h. v. §. 4. II. **Op.** Retinere. fr. 1. §. 24. l. l. 37. 6. III. **Cn.** Confestim teneatur, an vero cesset obligatio, donec pecuniam conferre possit? fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. Si alius vinum contulerit, alius mel etc. fr. 7. §. 8. de A. R. D. 41. 1. Vt omnes, pro modo praediorum, pecuniam tributi conferant. fr. 5. pr. de censib. 50. 15. Quae (sc. viae) ex agris privatorum collatis factae sunt. fr. 3. pr. de loc. et itin. pub. 43. 7. In funus conferre debere. fr. 16. fr. 20. pr. fr. 23. fr. 27. pr. fr. 30. §. 1. de relig. 11. 7. Et ita posse coiri societatem, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat. Gai. III. 149. Quod quisque haberet, in commune conferret. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Vt sua quoque bona in medium conferant, qui adpetant paterna. fr. 1. pr. de collat. bon. 37. 6. Conferre (bona sua) cum his, qui in potestate fuerunt. fr. 3. §. 3. ib. 37. 6. Vlp. XXVIII. 4. Fr. de I. F. §. 10. Coll. LL. M. XVI. 7. CC. fratribus confert, sibi C; facit enim eis partem, licet is sit cui conferri non solet. fr. 1. §. 24. l. l. 37. 6. Sicut hereditatem, ita et quae collata sunt, praestet. fr. 3. §. 1. ib. 37. 6. Cavere de conferendo, v. bonis conferendis. fr. 1. §. 21. fr. 5. pr. ib. 37. 6. Paul. V. 9. §. 4. — **§. 3.** *Dirigere, Collocare, Deferre.* I. **Sy.** Ferre (domicilium suum). fr. 22. §. 2. ad municip. 50. 1. fr. 239. §. 2. de V. S. 50. 16. Collocare. Th. C. VII. 19. c. 1. pr. de Saturian. Referre (conditionem in etc.). fr. 16. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 10. §. 1. de cond. inst. 28. 7. fr. 100. de V. O. 44. 1. Facere (iniuriam in aliquem). fr. 18. §. 4. de iniur. 47. 10. Legare. Legata conferre. Paul. III. 6. §§. 1. sqq. 6. III. **Cn.** Si quis domicilio relicto naviget, — quaerens quo se conferat, atque ubi constituat etc. fr. 27. §. 2. ad municip. 50. 1. Qui ab his — desistunt, et in hostium numerum se conferunt. fr. 5. §. 1. de cap. minut. 4. 5. Quidquid — maritus uxori — quocunque titulo vel iure, contulerit sive transmiserit. Th. C. VIII. 19. c. 1. de bon. qu. filiisfam. Dignitatis gratia conferre in (maritum). fr. 40. de don. int. V. 24. 1. Collata in eos beneficia, quae — Aug. erga eos contulit. Th. C. VI. 23. c. 4. de decur. et silent. Donationem, s. Liberalitatem, s. Munus, conf. in aliquem. fr. 50. pr. fr. 68. fr. 76. §. 5. fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) fr. 1. §. 3. Qu. appell. 49. 4. Vatic. §§. 276. sqq. Institutio collata in (servum). fr. 48. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Penes aliquem collata (emtio). fr. 35. de minor. 4. 4. Cum lege regia — populus ei (sc. Principi) et in eum omne suum imperium et potestatem conferat [al. contulit]. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. In persona alicuius collata (conditio). fr. 8. si qu. om. c. testam. 29. 4. In alterius arbitrium, v. factum, conferre (conditionem etc.). fr. 23. §. 2. de hered. inst. 28. 5. fr. 11. §. 13. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 22. §. 1. de R. I. 50. 17. In eventum collatae conditiones. fr. 78. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. In diem collata stipulatio. fr. 10. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 8. de V. O. 45. 1. In novissimum vitae tempus — conferre (obligationem). Gai. III. 100. — **§. 4.** *Comparare, Exaequare.* III. **Cn.** Dispungere (instrumenta,) est: conferre accepta et data. fr. 56. pr. de V. S. 50. 16. Conferenda erit quantitas emolumenti — cum pretio eorum etc. fr. 20. pr. de manum. vind. 40. 2. Modulos sumere debet is, qui nunciat, qui ut sumantur conferanturque Praetor decernere solet. fr. 8. §. 5. de O. N. N. 39. 1. Vicariis conferatur, ac si eam ipsam egerit dignitatem. Th. C. VI. 26. c. 11. de proxim. comit.

Confertus. (Partic.) *Densus, Plenus.* III. **Cn.** Efferri — per confertam populi frequentiam, et per maximam insistentium densitatem. Ib. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol.

Confessio. §. 1. *Actus confitendi, Adseveratio, Adgnitio.* I. **Sy.** Professio. c. 15. c. 22. de liberali c. 7. 16. Cautio, Stipulatio. fr. 25. §. 4. de probat. 22. 3. fr. 20. §. 1. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Cum — confessio propria, vel dilucida et probatissima veritatis quaestio probationibus atque argumentis detexerit. Th. C. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec. cf. IX. 10. c. 4. pr. ad L. Iul. de vi pub. Manifestae turpitudinis et confessionis est, (nolle nec iurare, nec iusiurandum referre). fr. 38. de iureiur. 12. 2. Quia falsae confessiones naturalibus convenire deberent. fr. 13. pr. de interr. in iure. 11. 1. Confessionem suam revocare. A confessione sua restituere (minorem). Paul. V. 5. A. §. 5. fr. 6. §. 5. de confess. 42. 2. — §. 2. *Professio.* III. **Cn.** Augurum et vatum prava confessio conticescat. Th. C. IX. 16. c. 4. de malef. et math. Quos neque constantia religiosae confessionis in hoc eodem cultu inhaerere perspexerint. Ib. XVI. 8. c. 23. de Iud.

Confessorius. (Adiect.) §. 1. *Ex confessione rei profectus.* I. **Sy.** Quae adversus confitentem datur, Confessoria, Interrogatoria (actio). fr. 23. §. 11. fr. 25. §§. 1. sq. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 20. pr. fr. 22. de interr. in iure. 11. 1. — §. 2. *Ad actoris confessionem, s. intentionem, spectans.* I. **Sy.** Actio eius, qui servitutes sibi competere contendit. Confessoria actio, (quae de servitute movetur). fr. 2. pr. §§. 1. sqq. fr. 4. §. 2. si servit. 8. 5. II. **Op.** Negatoria, s. Negativa, actio. fr. 2. pr. ib. 8. 5. fr. 5. pr. si ususf. pet. 7. 6.

Confessus. (Partic.) §. 1. *Confessione probans, v. probatus.* II. **Op.** Confessum nomen. — Si negetur, v. neget quis, se debere. fr. 15. §. 9. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Aeris confessi, rebusque iure iudicatis, XXX dies iusti sunto. L. XII. Tabb. III. 1. Qui artem ludicram faciunt, iudicati etiam et confessi. Paul. V. 26. §. 2. Qui confessum in iudicio reum, et propter hoc in vincula coniectum, emiserit. fr. 4. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Confessus et convictus. Th. C. XI. 36. c. 7. c. 31. Quor. app. n. rec. Confessum pro iudicato esse, v. haberi. fr. 1. fr. 3. fr. 6. pr. de confess. 42. 2. Paul. V. 5. A. §. 2. — §. 2. *Exploratus.* II. **Op.** Hoc quidem paene iam fuerat confessum. — Increbuit dubitatio. c. 22. pr. de furt. 6. 2.

Confestim. (Advb.) *Continuo, Propediem.* I. **Sy.** Ex continenti. fr. 37. de fideic. libb. 40. 5. fr. 3. §. 9. de vi et vi arm. 43. 16. Praesens, s. In praesentia. fr. 21. pr. Qu. dies legat. 36. 2. fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. Statim. fr. 19. de hered. v. act. 18. 4. fr. 98. pr. de V. O. 45. 1. II. **Op.** Ex intervallo. fr. 3. §. 9. de vi et vi arm. 43. 16. Post tempus, s. Interiecto tempore. fr. 55. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 52. §. 2. de fideiuss. 46. 1. III. **Cn.** Confestim, — vel certe intra annum. Coll. LL. M. XI. 7. Quae, quando voles et ubi voles, conf. tibi numerabo. fr. 24. depos. 16. 3. Vbi sic venit, ut conf. discedat. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Qui ita vulnerassent, ut conf. vita privarent. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Conf. recte dari petit, (qui ita stipulatur etc.). fr. 56. §. 4. de V. O. 45. 1. Conf. ut (iuraverit). fr. 13. §. 3. de statulib. 40. 7.

Conficere. §. 1. *Componere, Efficere.* I. **Sy.** Facere (venenum, v. vestimenta etc.). fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Th. C. X. 21. c. 1. c. 3. de vest. holover. Condere (testamentum). fr. 45. §. 3. de excusatt. 27. 1. c. 7. c. 27. c. 29. sq. de testam. et quemad. 6. 23. Conscribere (libros, v. donationes). fr. 2. §§. 43. sq. de O. I. 1. 2. c. 27. c. 30. sq. de donatt. 8. 54. III. **Cn.** Si uxor lana sua — vestimenta confecit muliebria. fr. 31. §. 1. de donat. int. V. 24. 1. Adparatus omnis conficiendorum medicamentorum. Paul. III. 6. §. 62. Qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt. Th. C. IX. 40. c. 24. de poen. Mancipia et res mercatus, emtionum instrumenta suo nomine confecit. fr. 58. §. 2. de don. int. V. 24. 1. Nummularii, sicut argentarii, rationes conficiunt, quia et accipiunt pecuniam et erogant per partes. fr. 9. §. 2. de edendo. 2. 13. — §. 2. *Perficere, Absolvere.* I. **Sy.** Consummare. fr. 137. §§. 2. sqq. de V. O. 45. 1. Complere, Explere (militiam etc.). Th. C. XII. 1. c. 56. c. 58. pr. §. 2. de decurion. III. **Cn.** Portio, quae conficeretur ex pluribus. fr. 11. §. 7. ad L. Falc. 35. 2. Quanto tempore diligens paterfam. conficere possit, quod facturum se promiserit. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. Quia per me commodius negotium possim conficere. fr. 46. pr. de N. G. 3. 5. — §. 3. *Exstinguere, Pessum dare.* III. **Cn.** Quodsi illum confici in concertatione pugnaque contigerit. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Manibus accitis ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Ib. IX. 16. c. 5. cf. c. 11. de malef.

Confideiussor. *Socius in fideiubendo.* I. **Sy.** Fideiussores (eiusdem quantitatis). Confideiussores. fr. 10. pr. §. 1. fr. 39. de fideiuss. 46. 1. II. **Op.** Nec reo, nec confideiussoribus (prodesse fideiussoris conventionem). fr. 23. cf. fr. 25. §. 2. fr. 26. de pact. 2. 14.

Confidentia. §. 1. *Fiducia, Audacia.* III. **Cn.** Vt romani roboris confidentia — utantur armis. Nov. Valent. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1. Pro tam magna sui confidentia, in insulam deportari (eam oportet). Th. C. III. 16. c. 1. de repud. — §. 2. *Fides.* II. **Op.** Catholicae confidentiae stabilita constantia. — Donatistarum desperatio et fucata perfidia. Ib. XVI. 5. c. 37. de haeretic.

Confidere. *Fiduciam habere.* III. **Cn.** Cum de consuetudine civitatis vel provinciae confidere quis videtur, — explorandum etc. fr. 34. de LL. 1. 3. Si quis confidit, posse probare etc. Th. C. IX. 1. c. 4. de accusatt.

Confingere. *Simulare, Comminisci.* I. **Sy.** Mentiri, Confingere in se, Temere de se comminisci. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Fingere. Paul. V. 25. §§. 11. sq. Th. C. IX. 1. c. 19. de accusatt. III. **Cn.** Qui insignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant vel concutiant. Paul. l. l. Qui sub obtentu et monitu deorum quaedam vel renunciant, [al. enunciant], vel iactant, vel scientes confingunt. Coll. LL. M. XV. 2. Clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis — confingi potest, vel id,

quod vere gestum est, aboleri. Th. C. VIII. 12. c. 5. de donation.

Confinis. (Subst.) *Praedii finitimi possessor.* II. **Op.** Neque confines hi (sc. urbanorum praediorum), sed magis vicini dicuntur. fr. 4. §. 10. fin. regund. 10. 1. III. **Cn.** Si quis in vendendo praedio confinem celaverit. fr. 35. §. 8. de contr. emt. 18. 1.

Confinis. (Adiect.) *Contiguus, Conterminus.* I. **Sy.** Continua, Confinia (praedia). fr. 29. fr. 31. de S. P. R. 8. 3. fr. 7. §. 1. comm. praed. 8. 4. III. **Cn.** Singuli plurium fundorum confines sunt, trium forte, vel quatuor. fr. 4. §. 8. fin. regund. 10. 1. fr. 29. de S. P. R. 8. 3. Si fundo Seiano confinis fons fuerit, etc. fr. 20. §. 2. ib. 8. 3. Finium regundorum (sc. actio), quae inter eos agitur, qui confines agros habent. §. 20. I. de action. 4. 6.

Confinium. **§. 1.** *Terminus plurium agrorum communis.* I. **Sy.** Illis finibus. In eodem confinio (praediorum). fr. 35. §. 1. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Hoc iudicium locum habet in confinio praediorum rusticorum. fr. 4. §. 10. fin. regund. 10. 1. Arbor, quae in confinio nata est, item lapis qui per utrumque fundum extenditur. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. fr. 83. pro soc. 17. 2. fr. 8. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Si via publica interveniat, confinium non intelligitur. fr. 4. §. 11. fr. 5. fin. regund. 10. 1. — **§. 2.** *Vicinitas.* III. **Cn.** Quibus locorum gratia confinia possint esse iucunda. Th. C. VI. 4. c. 11. de Praet. et Qu. In confinio furoris et sanitatis constitui. c. 6. de cur. furios. 5. 70. In confinio earum dubitationum tertia exorta est quaestio. c. 22. §. 4. de furt. 6. 2. — **§. 3.** *Exitus, Finis.* III. **Cn.** Si in confinio legitimi temporis petantur (sc. curricula dilationis), et eius terminos prorogabunt. Th. C. II. 7. c. 2. pr. de dilation. cf. VI. 22. c. 7. §. 2. de honor. codic.

Confirmare. *Comprobare, Ratum habere.* I. **Sy.** Adiuvare, Firmare. fr. 6. de pact. 2. 14. fr. 14. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Vtile esse, Convalescere, Confirmari. Gai. II. 218. cf. 198. 220. 222. fr. 9. §. 3. Qui potior. 20. 4. III. **Cn.** Quae testator specialiter — scripserit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare. Gai. II. 104. Tunc, quod deficit, repleri, — et secundum mentem confirmari tutores. fr. 1. §. 1. de confirm. tut. 26. 3. Inutile esse (iure civili), nec confirmari (ex S. C.). Gai. II. 198. 218. 220. Non recte datur (sc. curator testamento), sed datum adsuetum est confirmari ab eo, qui praeest. fr. 1. §. 3. cf. §. 2. l. l. 26. 3. Vatic. §. 159. 211. 246. Incestae nuptiae confirmari non solent, et ideo abstinenti tali matrimonio poenam — remittimus. fr. 38. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Testamentum eius valet — ex L. Cornelia, quae perinde successionem eius confirmat, atque si etc. Vlp. XXIII. 5. Vt testamento manumissi liberi sint, lex XII. Tabb. facit, quae confirmat etc. Vlp. I. 7. cf. XI. 14. fr. 130. de V. S. 50. 16. Alias numerus testium, alias dignitas et auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei — fidem. fr. 3. §. 2. de testib. 22. 5.

Confirmatio. **§. 1.** *Comprobatio, Admissio.* III. **Cn.** Adoptionis confirmatio. fr. 39. de adopt. 1. 7. In ipso litis exordio, ante ipsam personarum confirmationem, etc. Iuliani epit. nov. c. 106. §. 370. — **§. 2.** *Consecratio.* I. **Sy.** Ordinatio (sacerdotum). Th. C. XVI. 5. c. 12. c. 22. de haeretic.

Confirmator. *Adprobator, Sponsor.* III. **Cn.** Haec — etiam ad venditionis confirmatorem trahenda sunt, ut non prius emtori licentia sit adversus confirmatorem consistere, nisi etc. Iuliani epit. nov. c. 3. §. 10.

Confiscare. *Addicere fisco.* I. **Sy.** Publicare (bona). fr. 2. §. 1. fr. 3. §§. 5. 7. sq. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. Fisco, s. Fisci viribus, vindicare. In fiscum cogere. fr. 3. pr. §§. 1. 3. 8. ib. 48. 21. Th. C. IX. 21. c. 2. §. 4. de fals. mon. XII. 1. c. 6. de decurion. III. **Cn.** Si fuerit tutor confiscatus, adversus fiscum dandam esse actionem. fr. 9. §. 6. de tut. et ration.

Confiteri. **§. 1.** *Fateri, Adlegare.* I. **Sy.** Existimare, Putare. Gai. II. 123. fr. 22. pr. de pign. act. 13. 7. — **§. 2.** *In iure, vel iudicio, profiteri (debitum, v. crimen).* I. **Sy.** Profiteri (falsum indicium). fr. 1. pr. fr. 3. §. 4. ad L. Cor. de sic. 48. 8. Fateri. fr. 1. sq. fr. 6. §. 4. de confess. 42. 2. III. **Cn.** Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et litteris, et quocunque modo potest; convinci autem nonnisi etc. Paul. V. 5. A. §. 3. Argumento convictus, teste superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus. Th. C. XI. 36. c. 7. Qu. app. n. rec. Adhibitis tormentis, de sociis et sceleribus suis confiteri. Paul. V. 14. §. 1. cf. §. 10. Si fundum vindicem meum esse, tuque confessus sis. fr. 6. §. 2. de confess. 42. 2. Confiteri, suum esse. fr. 14. pr. fr. 15. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Certum, — Incertum, confiteri. fr. 6. pr. §§. 1. sq. de confess. 42. 2.

Conflagrare. *Comburi, Incendio consumi.* III. **Cn.** Si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet postea restituatur. Paul. III. 6. §. 31.

Conflare. **§. 1.** *Igne solvere vel miscere (metalla).* III. **Cn.** Qui nummos aureos, argenteos, adulteraverit, laverit, conflaverit, raserit, corruperit, vitiaverit. Paul. V. 25. §. 1. Th. C. IX. 23. c. 1. pr. de raptu virgg. Qui statuas aut imagines Imperatoris, iam consecratas, conflaverint. fr. 6. cf. fr. 4. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Vina miscere, vel argentum conflare. fr. 7. §. 8. de A. R. D. 41. 1. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. Si, aere meo et argento tuo conflato, aliqua species facta sit. fr. 12. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Sin vel conflata sunt, vel fuerint, (sc. vasa), vel alio modo immutata vel dispersa. c. 21. de SS. eccl. 1. 2. Iuliani epit. nov. c. 7. §. 39. c. 111. §. 416. — **§. 2.** *Machinari, Comminisci, Procurare.* III. **Cn.** Non tam crimen obiicitur, quam cuiusdam criminis conflatur invidia. Th. C. XI. 30. c. 61. de app. et poen. cf. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Dilapidatio bonorum, aut latrociniis adrogata, aut fortasse naufragiis incendioque conflata etc. Ib. IV. 20. c. 1. Qui bon. ex L. Iul.

Conflator. *Qui metalla conflat.* III. **Cn.** Conflatores figurati aeris, adulteratores etiam monetae. Ib. XI. 21. c. 1. §. 1. de collat. aer.

Conflictatio. *Conflictus, Certamen.* III. **Cn.** Censurae iustissimae formidine revocati, qui im-

probis adsidue conflictationibus occupati, adquiescant. c. 33. §. 8. de episc. et cler. 1. 3.

Conflictus. (Subst.) *Concertatio, Pugna, Lis.* I. **Sy.** Certamen, Luctamen. Th. C. X. 10. c. 27. §§. 1. 5. de petit. et ultro dat. XI. 30. c. 40. de app. et poen. III. **Cn.** Ad belli aleam praeparatis (sc. lusoriis), atque in conflictus specula munitissima statione, vel discursus opportunitate deligentibus. Ib. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. Quidquid in cunctis cognitionibus, atque conflictibus libelli — decernitur. Ib. XI. 30. c. 40. l. Quod magno conflictu sententia decerni solet. c. 7. comminat. epistol. 7. 57. Quamdiu privato iurgio aequis conflictibus decertatur. Th. C. X. 10. c. 32. §. 1. de petit. et ultro dat. Qui (sc. causidici) possint controversiae sustinere conflictum. Nov. Valent. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 8.

Confligere. *Certare, Contendere.* I. **Sy.** Decertare, Iurgare, Litigare. Th. C. II. 1. c. 4. de iurisd. IX. 19. c. 2. pr. c. 4. §. 2. ad L. Cor. de fals.

Confluere. **§. 1.** *Defluere.* III. **Cn.** Si imbri crescat aqua in rivo, aut ex agris in eum confluat. fr. 20. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Fontes publici, qui ad aquaeductus confluunt. c. 10. de aequaed. 11. 42. — **§. 2.** *Concurrere, Convenire.* III. **Cn.** Cum utriusque obligatio in unius personam — confluat. fr. 34. §. 2. de novatt. 46. 2. Si qui (sc. metallarii) sponte confluxerint. Th. C. X. 19. c. 3. de metall.

Confovere. *Sospitem praestare, Adiuvare.* I. **Sy.** Latebram praebere (desertori). Confov. eum. Ib. VII. 18. c. 4. pr. §. 2. de desertor.

Confringere. *Frangere, Perfringere.* III. **Cn.** Si vinum, vel oleum, vel quid aliud effuderit, vel confregerit. fr. 9. pr. ad exhib. 10. 4. Aedificii mei fores confringere, aut ipsum aedificium diruere. fr. 27. §. 31. ad L. Aqu. 9. 2. Vi tempestatis confractae (arbores). fr. 24. §. 9. de damn. infect. 39. 2.

Confuga. *Fuga se recipiens in locum tutum.* I. **Sy.** Confugiens, s. Qui confugit. Perfuga. Refuga. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. §§. 1. sq. c. 5. de h. qu. ad eccl. Iust. C. c. 6. pr. §§. 1. sq. eod. 1. 12. c. 22. §. 1. de episc. et cler. 1. 3.

Confugere. **§. 1.** *Fuga petere, Recipere se in (asylum).* I. **Sy.** Convolare ad, Petere (altaria, s. ecclesiam). Th. C. 1. 1. c. 1. sqq. c. 5. III. **Cn.** Qui in asylum, vel quod aliud, confugit. fr. 17. §. 12. de Aedil. edict. 21. 1. Qui (sc. servi) ad fana deorum, vel ad statuas Principum confugiunt. Gai. I. 53. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 1. §§. 1. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Si dixerit, aleatorem non esse, furem non esse, ad statuam numquam confugisse. fr. 19. §. 1. de Aed. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Descendere, Devenire (ad etc.).* I. **Sy.** Descendere ad. Confugere in. fr. 1. pr. fr. 3. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Ipse se deferre debet, alias sero ad auxilium delationis confugit. Fr. de I. F. §. 2. Cum ad auxilium commune superatus confugisset. fr. 3. §. 1. rat. rem. hab. 46. 8. cf. fr. 11. §§. 9. 11. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Potest consistere cum domino suo, cuius in fidem confugit. fr. 5. pr. de manum. 40. 1.

Confundere. **§. 1.** *Commiscere.* I. **Sy.** Miscere, Commiscere. fr. 3. §. 2. fr. 4. fr. 5. pr. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 7. §§. 8. sq. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** In navem — complures frumentum confuderant. fr. 31. locat. 19. 2. Si irruptione fluminis fines agri confudit inundatio. fr. 8. pr. fin. regund. 10. 1. Si duorum materiae ex voluntate dominorum confusae sint. §. 27. I. de R. D. 2. 1. fr. 5. pr. de R. V. 6. 1. Cf. v. Confusus. — **§. 2.** *Vnire, Coniungere, Collisione perimere.* I. **Sy.** Contribuere (bona). fr. 1. §. 12. de separat. 42. 6. Commiscere (partes in computatione). fr. 1. §. 14. ad L. Falc. 35. 2. Misceri, Confundi, Perimi (actiones). fr. 34. §§. 1. sq. de O. et A. 44. 7. II. **Op.** Confundi, — Manere, s. Retineri; v. Restaurari, s. Redintegrari (servitutem). fr. 18. de servit. 8. 1. fr. 30. §. 1. de S. P. V. 8. 2. fr. 7. pr. §. 1. de fundo dot. 23. 5. III. **Cn.** Confusis bonis et unitis, non posse impetrari separationem. fr. 1. §. 12. de separat. 42. 6. Si quis aedes — traditas sibi accepit, confusa sublataque servitus est. fr. 30. pr. de S. P. V. 8. 2. Vsu legato, si eidem fructus legetur, — confundi eum cum usu. fr. 14. §. 2. de usu et habit. 7. 8. Aditio hereditatis nonnumquam iure confundit obligationem, — aliquando pro solutione cedit. fr. 95. §. 2. de solut. 46. 3. Obligationes, v. actiones, quas adeundo confudit, non restitui, s. resuscitari. fr. 29. §§. 1. sq. de iure fisci. 49. 14. fr. 8. fr. 18. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. An persona tantum exemta, confusa obligatione? fr. 71. pr. de fideiuss. 46. 1. — **§. 3.** *Turbare, Foedare.* I. **Sy.** Incestare (oculos, s. adspectum). Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M. Foedare (nota, v. coeno sectae). Ib. XVI. 8. c. 22. de Iud. XVI. 9. c. 4. ne christ. manc. III. **Cn.** Qui divinae legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant et offendunt. Ib. XVI. 2. c. 25. de episc. eccl. cf. XI. 39. c. 8. de fide test.

Confuse. (Advb.) *Perturbate, Sine ordine.* II. **Op.** Singulorum, — Confuse universis (constitutum pretium). fr. 36. de Aed. edict. 21. 1. Nominatim (testamento servos manumittere). Epit. Gaii inst. I. 2. §. 2.

Confusio. **§. 1.** *Mixtura, Commixtio.* III. **Cn.** Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem. fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1. Totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est. §. 27. I. de R. D. 2. 1. — **§. 2.** *Communicatio, Contributio, Collatio.* III. **Cn.** Statim ex fide bonorum confusionem, excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt. Paul. V. 9. §. 4. Sin confusionem bonorum et donationis elegerint. Th. C. IX. 42. c. 8. de bon. proscr. — **§. 3.** *Coniunctio iurium et debitorum in eadem persona.* II. **Op.** Fieri confusionem, s. Confusione intercidere, — Salvam esse, s. Manere (obligationem). fr. 26. §. 4. de condict. indeb. 12. 6. fr. 50. de fideiuss. 46. 1. III. **Cn.** Aditione hereditatis, confusione obligationis eximi personam. fr. 71. pr. ib. 46. 1. Sicut acceptilatio — peremit actiones, ita et confusio. fr. 75. de solut. 46. 3. Confusione perinde exstinguitur obligatio, ac solutione. fr. 21. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. fr. 50. de fideiuss. 46. 1. Licet confusione dominii servitus exstincta sit. fr. 116. §. 4. de legat. I. (30.) — **§. 4.** *Conturbatio.*

III. **Cn.** Ne, si multis passim hoc liceat, confusio generetur. Th. C. IX. 45. c. 4. §. 3. de h. qu. ad eccl. Ne — sibi invicem possint obstrepere, — neve linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam — avertat. Ib. XIV. 9. c. 3. de stud. liberal. urb. Rom. Omnem ambiguitatis confusionem amputantes, — sancimus. c. 4. de bon. matern. 6. 60.

Confusus. (Partic. Cf. v. Confundere.) *Commixtus, Indiscretus.* III. **Cn.** Si quid, quod eiusdem naturae est, ita confusum est atque commixtum, ut deduci et separari non possit. fr. 3. §. 2. fr. 4. fr. 5. §. 1. de R. V. 6. 1. Quod ius usque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum, et undique confusum fuerat. §. 10. I. de grad. cogn. 3. 6. cf. Prooem. I. §. 2. Quos plebe confusa vulgus abscondit. Th. C. VIII. 1. c. 8. de numerar.

Confutare. *Convincere, Probatione superare.* III. **Cn.** Si quis exactorum in superexactionis crimine fuerit confutatus. Ib. XI. 8. c. 1. de superexaction. Conferantur, ut, quae perperam — notaverit, confutetur. Ib. XI. 25. c. 1. de quadrim. brevib.

Congemiscere. *Lamentari, Deplorare.* I. **Sy.** Deflere. Ib. VII. 18. c. 16. de desertor. XI. 25. c. 1. l.

Congerere. §. **1.** *Coacervare, Colligere.* I. **Sy.** Adportare. fr. 4. fr. 5. pr. §. 1. de itin. actuq. priv. 43. 19. III. **Cn.** Si qua consulto in fundo congesta, contractave sunt, quo legatum cumularetur. fr. 18. §. 12. cf. fr. 12. §. 29. de instr. leg. 33. 7. Terram in eam aream amplius, quam fundamenta caementitia locatoris erant, congessit. fr. 57. locat. 19. 2. Si quid vel parsimonia, vel provisione, vel mercatura — congesserint. Th. C. XVI. 2. c. 14. pr. de episc. eccl. — §. **2.** *Comprehendere, Inserere.* I. **Sy.** Ingerere, Suggerere. Ib. XI. 30. c. 11. de app. et poen. — §. **3.** *Inferre, Procurare.* III. **Cn.** Fiscus eius praedium obtinebit, cuius negligentia perniciem formae congesserit. Ib. XV. 2. c. 1. de aquaed.

Congestio. *Adgestio, Congeries.* III. **Cn.** Sepulchri ruinas terrae congestione celare. Ib. IX. 17. c. 2. pr. de sepulc. viol. Terram in eam aream congessit, — ex locato tantummodo actionem esse, quia non ipsa congestio, sed humor ex ea congestione postea damno fuerit. fr. 57. locat. 19. 2.

Congiarium. *Vas, quod congium capit.* III. **Cn.** Vt tabernae (sc. instrumenta sint:) — urnae aereae, et congiaria, sextaria, et similia. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7.

Conglomeratio. *Globus, Caterva.* III. **Cn.** Donec — decrescere possit vetita conglomeratio, legitimusque resideat numerus. c. 13. §. 1. de prox. S. scrin. 12. 19.

Conglutinare. §. **1.** *Glutine compingere.* III. **Cn.** Perscripti libri, nondum malleati vel ornati, — proinde et nondum conglutinati, vel emendati, — et membranae nondum consutae. fr. 52. §. 5. de legat. III. (32.) — §. **2.** *Artificiose componere. v. colligere.* III. **Cn.** Vt fortuna iudicii argumenta conglutinet, quorum similitudine opprimatur reus, qui non possit vera ratione convinci. Th. C. XI. 36. c. 7. Quor. app. n. rec.

Congredi. *Adversus aliquem consistere iudicio.* I. **Sy.** Convenire aliquem. Congredi cum eo. c. 5. c. 8. c. 14. mand. 4. 35. c. 1. sq. de Aedil. act. 4. 58. III. **Cn.** Vt maturius possint creditores scire, utrum habeant, cum quo congrediantur. fr. 1. pr. de succ. edict. 38. 9. In accusationibus, qui congressi iudicio non sunt etc. c. 3. Quib. res iud. 7. 56.

Congregare. §. **1.** *Colligere, Cogere.* I. **Sy.** Redigere (in unum). c. 22. pr. §. 15. de iure deliber. 6. 30. III. **Cn.** Si quis aliquem deiecit ex agro suo, hominibus congregatis sine armis. fr. 5. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Quidam — cum coetibus monazontωn congregantur. Th. C. XII. 1. c. 63. de decurion. Quidquid ab eorum procuratoribus ex praediorum fructibus congregatum est. Ib. IX. 42. c. 20. de bon. proscr. Debita (a) susceptoribus — congregata. Ib. XI. 28. c. 17. de indulg. debitor. Vndique in medium congregare (omnes). Ib. l. 1. c. 3. In unum congr. c. 37. §. 2. de inoff. testam. 3. 28. c. 4. de necess. serv. hered. 6. 27. — §. **2.** *Adnumerare, Addicere.* I. **Sy.** Adgregare. Cf. h. v. Sociare, Iungere, Nectere, Tradere (curiae, v. coetui). Th. C. VI. 30. c. 15. pr. §. 1. de palat. S. largg. XII. 1. c. 105. de decurion.

Congregatio. §. **1.** *Collectio.* I. **Sy.** Compositio. c. 2. §§. 4. sq. de vet. iure enucl. 1. 17. — §. **2.** *Concilium.* I. **Sy.** Coetus, Conventus. Cf. v. Coetus. §. 1. III. **Cn.** Si qua, aut per fugam, aut per congregationem infelicium populorum, indigne invidioseque commissa sunt. Th. C. XV. 14. c. 14. de infirm. h. qu. s. tyr. Colligendarum congregationum, vel in publicis vel in privatis ecclesiis, careant facultate. Ib. XVI. 5. c. 14. de haeretic.

Congressus. (Subst.) §. **1.** *Conventus, Conversatio.* I. **Sy.** Consortium. Ib. IX. c. 1. §§. 1. 6. de mul. qu. se serv. III. **Cn.** Ab omnibus locis iubemus inhiberi, a moenibus urbium, a congressu honestorum, a communione sanctorum. Ib. XVI. 5. c. 14. cf. c. 13. de haer. — §. **2.** *Colluctatio, Certamen.* I. **Sy.** Concertatio. fr. 3. §. 4. fr. 17. de vi et vi arm. 43. 16. III. **Cn.** In ipso latrocinio, vel congressu violentiae, aut perpetrato homicidio — deprehensi. Ib. IX. 2. c. 5. de exhib. v. transm.

Congrue. (Advb.) *Convenienter, Accomodate.* I. **Sy.** Congruenter. cf. h. v. III. **Cn.** Verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondit. Paul. II. 3. §. 1. Congrue impetrata emolumenta. Th. C. I. 2. c. 4. (Wck.) de div. rescr. Congrue coërceri. Ib. I. 5. c. 1. de off. Prf. Pr.

Congruens. (Partic.) *Conveniens, Aptus.* III. **Cn.** Honores, qui filio decurioni congruentes — obtigerunt. fr. 15. de mun. et hon. 50. 4. fr. 1. de decurion. 50. 2. Sexui congruens (pudicitia). fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Interpretatio congruens (aptanda est singulis verbis S. Cti). fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Congruentis poenae supplicio vindicari. Paul. V. 4. §. 7. Moderatione congruenti res donatae.* c. 1. si adv. donat. 2. 30. Esse congruens, ut etc. fr. 4. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Congruentius quidem videtur etc. c. 4. de P. P. 8. 47.

Congruenter. (Advb.) *Convenienter.* I. **Sy.** Congrue. Paul. II. 3. §. 1. fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1.

Congruere. §. **1.** *Concurrere, Convenire.* III. **Cn.** Quamvis singula — non praestent tibi iustas causas excusationis, tamen quia multa simul congruerunt etc. Vatic. §. 245. Licet oportet congruere summam, — XX. et X. inesse. fr. 1. §. 4. de V. O. 45. 1. — §. **2.** *Conspirare.* I. **Sy.** Non repugnare. fr. 104. pr. de legat. I. (30.) Consentire. fr. 14. de acceptil. 46. 4. III. **Cn.** Voluntatem eius, si fides inquisitionis congruat, Praetor sequetur. fr. 28. §. 2. de testam. tut. 26. 2. Si dicto scriptum congruat. fr. 77. §. 22. cf. fr. 67. §. 9. de legat. II. (31.) Quae sententia vera est, et congruit cum eo, quod etc. fr. 7. §. 1. de pecul. 15. 1. cf. fr. 3. pr. de usuf. adcr. 7. 2. Cui congruit, quod (scribit, v. existimat). fr. 3. §. 7. de pecul. 15. 1. fr. 30. §. 5. de legat. I. (30.) — §. **3.** *Decere, Conveniens esse, Competere.* III. **Cn.** Curare congruit (bono et gravi Praesidi, ut etc.). fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Quod et mulieris pudicitiae et patris voto congruebat. fr. 22. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Officia, quae liberis congruunt. Th. C. V. 9. c. 1. §. 1. de fugit. colon.

Congruus. (Adiect.) §. **1.** *Consentaneus, Aptus.* III. **Cn.** Verecundiae maternae congruam, bonique viri arbitrio competentem, ferre sententiam. fr. 31. §. 1. de donat. 39. 5. Humanae naturae, v. Fidei humanae, v. Humanitatis rationi, congruum est. fr. 1. pr. de pact. 2. 14. fr. 65. §. 3. de legat. III. (32.) fr. 12. §. 5. de captiv. 49. 15. Passim, et sine legis distinctione congrua. Th. C. IV. 6. c. 8. (Wck.) de natur. lib. Ad competentes iudices scripta congrua destinata. Ib. VII. 20. c. 8. de veteran. — §. **2.** *Competens.* III. **Cn.** Ad obsequia congrua revocari. Ib. XII. 1. c. 49. §. 2. de decurion. Honorem congruum condonamus. Ib. VI. 24. c. 9. de domest. et protect. Quae codicillis habentur congrua, (duxerint ordinanda). c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Ad speciem pristinam, et usum congruae utilitatis (instaurent). Th. C. XV. 1. c. 16. de opp. pub. Congruae atque aptae facinori poenae subiacere. Ib. III. 1. c. 5. de contr. emt.

Coniectare. *Coniecturam capere.* III. **Cn.** Pomponius — tractat et ait. — Hoc autem ex eo coniectat, quod ita proponitur etc. fr. 52. §. 8. de legat. III. (32.)

Coniectio. §. **1.** *Expositio brevis (causae).* I. **Sy.** Collectio (causae). Gai. IV. 15. fr. 1. de R. I. 50. 17. — §. **2.** *Coniectura.* III. **Cn.** Etsi adiecta non fuisset, utique placeret coniectionem fieri eius, quod reliquit, vel ex vicinis scripturis etc. fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1.

Coniectura. *Divinatio, s. Praesumtio, ex argumentis capienda vel signis.* III. **Cn.** Nihil exprimitur, unde potest coniectura capi, quasi etc. fr. 8. de Pub. in R. A. 6. 2. Vt, si quid in edicto positum non inveniatur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturas, et imitationes possit nova instruere auctoritas. c. 2. §. 18. de vet. iure enucl. 1. 17. Facilem iudici voluntatis coniecturam fore, caeteris patris facultatibus examinatis. fr. 12. §. 43. de instr. leg. 33. 7. fr. 47. de don. int. V. 24. 1. Fideicommissi conditionem, coniectura pietatis, respondi defecisse. fr. 102. de cond. et dem. 35. 1. Petebat, illa coniectura quasi etc. fr. 30. de pact. dot. 23. 4.

Coniicere. §. **1.** *Componere, Copulare.* I. **Sy.** Implicare rebus soli, Coniicere in aedificium, (columnas). fr. 30. §. 1. de usurp. 41. 3. cf. fr. 38. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Diffundere (vinum, sc. in dolia). fr. 15. de trit. vino ol. 33. 6. — §. **2.** *Deiicere, Ablegare.* I. **Sy.** Impingere, v. Recipere, (in carcerem). Coniic. (in vincula pub.) fr. 1. fr. 2. pr. fr. 3. fr. 5. fr. 13. de cust. et exhib. 48. 3. III. **Cn.** Hominem in vincula publica coniicere, vincire, vincirive iubere, exve vinculis dimittere. fr. 7. pr. de L. Iul. repet. 48. 11. Qui servi a dominis poenae causa vincti sint, — quique ut ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inve ludum custodiamve coniecti fuerint. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. — §. **3.** *Comprehendere, Colligere.* III. **Cn.** Ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito! [al. condicito, v. conscito, s. consciscito, etc.] L. XII. Tabb. I. 7.

Coniugalis. (Subst.) *Coniux.* III. **Cn.** Erunt cum suis coniugalibus et liberis a conventione securi. c. 9. de prox. S. scrin. 12. 19.

Coniugatio. Cf. v. Coniunctio. §. 2.

Coniugium. §. **1.** *Coniunctio maritalis.* I. **Sy.** Matrimonium, Nuptiae. c. 1. sq. si nupt. ex rescr. 5. 8. Th. C. III. 12. c. 2. de incest. nupt. Epit. inst. Gaii I. 4. §§. 1. sq. II. **Op.** Caelibatus. Th. C. III. 16. c. 2. pr. §. 1. de repud. — §. **2.** *Coniux ipse.* I. **Sy.** Familiae. Coniugia, liberi, servi. Ib. VII. 1. c. 3. de R. M. Coniux. Ib. XVI. 2. c. 10. c. 14. §. 4. de episc. eccl.

Coniuncte. (Advb.) *Coniunctim.* III. **Cn.** Cum, alia fieri, alia non fieri, coniuncte [al. coniunctim] stipulemur. fr. 137. §. 7. de V. O. 45. 1.

Coniunctim. (Advb.) *Indiscrete, Continue, Simul.* II. **Op.** Disiunctim (legare, v. dare, etc.). Gai. II. 199. 205. 223. Vlp. XXIV. 12. sq. fr. 5. de cond. inst. 28. 7. Separatim (relinquere, v. instituere etc.). fr. 1. pr. §§. 2. sq. de usuf. adcr. 7. 2. fr. 59. §. 3. fr. 63. de hered. inst. 28. 5. fr. 33. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Sive re fuerit contractus factus, sive verbis, sive coniunctim. fr. 9. §. 3. de R. C. 12. 1. Quia de pupillis — loquitur, et coniunctim tutoribus curatores accipiunt. fr. 8. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Coniunctim heredes institui, aut legari. fr. 80. de legat. III. (32.) fr. 59. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Duobus — res coniunct. legata, v. relictus ususf. fr. 16. fr. 34. §. 9. fr. 85. de legat. I. (30.) Paul. III. 6. §. 26.

Coniunctio. §. **1.** *Vinculum, quo personae continentur, originis iure, vel sanguinis, patrociniive etc.* III. **Cn.** Iliensibus, et propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter coniunctionem originis romanae, — tributum. fr. 17. §. 1. de excusatt. 27. 1. Si qua ei familiaritas sit, vel coniunctio, cum provincialibus. fr. 4. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Et est optimum, ex coniunctione, ex fide, ex dignitate actorem hoc interdicto eligendum. fr. 3. §. 12. de hom. lib. exhib. 43. 29. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. — §. **2.** *Nuptiae.* I. **Sy.** Matrimonium. fr. 77. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. c. 2. sq. c. 6. sq. de nupt.

5. 4. III. **Cn.** Maris atque feminae coniunctio. [al. coniugatio.] fr. 1. §. 3. de I. et I. 1. 1. fr. 1. de R. N. 23. 2. Filiafam. cuius coniunctioni paterfam. postea consensit. [al. concessit.] fr. 13. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 11. de statu hom. 1. 5. Si serva servo quasi dotem dederit, deinde constante coniunctione ad libertatem ambo pervenerint. fr. 39. pr. de iure dot. 23. 3. Libertae Caesaris, tam manumissione quam beneficio coniunctionis effectae. Fr. de I. F. §. 12. — **§. 3.** *Coniux ipse.* I. **Sy.** Vxor. Th. C. VII. 14. c. 1. de burgar. VIII. 5. c. 58. de cursu pub. — **§. 4.** *Vnio plurium circa eandem rem, vel circa continuum orationis cursum.* I. **Sy.** Complexus (nominum et rei). Coniunctio (re et verbis). fr. 142. de V. S. 50. 16. Quae coniunctionem habet, Coniuncta (oratio). fr. 28. §. 1. ib. 50. 16. Coniunctim scriptos esse (heredes). Coniunctionem contingere. fr. 142. l. III. **Cn.** Coniunctionem facit (syllaba „et"). fr. 66. de hered. inst. 28. 5. Ex diversis testamentis ius coniunctionis non contingit. fr. 16. Qu. mod. ususf. 7. 4. Illam coniunctionem non ad coniungendam conditionem, sed ad necessitudinem demonstrandam pertinere. fr. 81. pr. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 5.** *Pars orationis, quae verba et sententias coniungit.* I. **Sy.** Syllaba (et). fr. 66. de hered. inst. 28. 5. c. 4. §. 1. de V. S. 6. 38.

Coniunctivus. (Adiect.) *Coniunctionem parans.* II. **Op.** Disiunctivus (modus). c. 1. §. 10. de caduc. toll. 6. 51. fr. 78. §. 1. de cond. et dem. 35. 1.

Coniunctus. (Subst.) *Coniunctio.* III. **Cn.** Si — in usu — nonnunquam fuerunt (sc. balneae), — et uno pretio comparatae, vel instructae communi coniunctu [al. communiter coniunctae] fuissent. fr. 91. §. 4. de legat. III. (32.)

Coniunctus. (Partic.) **§. 1.** *Cohaerens, Contiguus.* I. **Sy.** Iuncta, Connexa, Coniuncta (aedificiis alienis). fr. 59. de R. V. 6. 1. fr. 63. de don. int. V. 24. 1. Adhaerere, Sociatum cohaerere, Coniunctum esse (horreis pub.). Th. C. XV. 1. c. 4. c. 38. sq. de opp. pub. III. **Cn.** Si quis digitis coniunctis nascatur. fr. 14. §. 6. de Aed. edict. 21. 1. Nisi ita coniunctae possessiones sint, et permixtae propriis, ut impossibilem separationem effecerint. fr. 1. §. 12. de separat. 42. 6. Litora, quae fundo vendito coniuncta sunt. fr. 51. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 1. §. 12. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Copulatus, Continuus.* II. **Op.** Coniuncta, — Disiuncta, (oratio, s. verba). fr. 28. §. 1. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. fr. 110. §. 3. de R. I. 50. 17. Separata. fr. 53. pr. l. 50. 16. — **§. 3.** *In eandem rem cum aliis vocatus.* I. **Sy.** Coniunctim scripti (heredes). Si coniunctim relictus (ususf. sc. fructuariis). Coniuncti. fr. 1. pr. §§. 2. sq. de usuf. adcr. 7. 2. fr. 59. §. 3. fr. 63. de hered. inst. 28. 5. II. **Op.** Separati, Disiuncti, (heredes, v. legatarii). fr. 63. l. 28. 5. fr. 34. pr. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Vt collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus. Gai. II. 207. Ius, quod lege Papia coniunctis constituitur. Ib. 208. Quantum ad ius adcrescendi, non sunt coniuncti, qui sine parte instituuntur. fr. 17. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Hos, tametsi non verbis, re tamen coniunctos videri. fr. 3. §. 1. Qu. mod. ususf. 7. 4. fr. 89. de legat. III. (32.) Vtrum utrique, vel alteri ex his, qui sibi in legato coniuncti essent, relinquere partem quam deberet? fr. 94. ib. (32.) Paul. III. 6. §. 14. — **§. 4.** *Propinquitatis, vel matrimonii, aut familiaritatis atque adfectus vinculo copulatus.* II. **Op.** Coniuncta, — Extranea (persona). Th. C. IV. 5. c. 1. pr. de litig. Non amare, nec tamquam inter infestos (tractandum est), sed ut inter coniunctos maximo adfectu. fr. 28. §. 2. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Necessariae coniunctissimaeque personae. Th. C. VIII. 12. c. 5. de donation. Tam coniunctus sanguini defuncti (sc. proximus cognatus). fr. 9. §. 1. unde cogn. 38. 8. Amicos adpellare debemus, non levi notitia coniunctos. fr. 223. §. 1. de V. S. 50. 16. Si ei coniuncta sit, cuius nuptiis ei interdictum sit. fr. 10. pr. de cond. et dem. 35. 1. Famae etiam coniunctorum consulere. fr. 3. pr. de don. int. V. 24. 1.

Coniungere. **§. 1.** *Compingere, Connectere.* I. **Sy.** Includere (in alienum aedificium). fr. 63. de don. int. V. 24. 1. II. **Op.** Detrahere, Separare. fr. 63. l. 24. 1. fr. 13. §. 7. de usuf. 7. 1. III. **Cn.** Nec reficere licet (sc. muros), — nec aliquid eis coniungere, vel superponere. fr. 9. §. 4. cf. fr. 8. §. 2. de D. R. 1. 8. — **§. 2.** *Adiungere, Adiicere.* III. **Cn.** Quodsi neque sponsionis, neque dupli actionis periculum ei, cum quo agitur, coniungatur. Gai. IV. 172. Si iubeat, sibi alium coniungi; cum id in compromisso non sit, etc. fr. 32. §. 17. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 3.** *Comprehendere, Componere.* I. **Sy.** Continuare (tempora). §. 12. I. de usuc. 2. 6. II. **Op.** Separatim experiri de singulis. — Coniungere (iniurias). fr. 7. §. 5. de iniur. 47. 10. Aut coniungenda sunt (utrorumque iudicia), aut differenda est (causa etc.). fr. 23. §. 2. de liberali c. 40. 12. III. **Cn.** Suis Praetor solet emancipatos liberos — coniungere, data B. Pne. Coll. LL. M. XVI. 7. Inter se potius volumus de tempore agitare discrimen, quam cum his ulla usurpatione coniungere, quos etc. Th. C. VI. 22. c. 6. de honor. codic. — **§. 4.** *Cognationis, vel matrimonii vinculo copulare.* I. **Sy.** Contrahere (nuptias, s. adfinitatem etc.). Coniungi (matrimonio). Nubere. Gai. I. 59. 92. fr. 10. pr. de cond. et dem. 35. 1. c. 6. sqq. c. 16. sqq. de nupt. 5. 4. Vatic. §. 262. Iungere se (servo). Paul. II. 21. A. §§. 1. sqq. Th. C. XII. 1. c. 6. de decurion. Iungi, Coniungi, (cognatione, s. cognationis iure). Gai. I. 156. §. 3. I. de nupt. 1. 10.

Coniurare. *Adiurare.* III. **Cn.** Qui Dominorum nomina coniurant, placitis inserentes. Th. C. IV. 9. c. 8. de pact. et transact.

Coniuratio. *Conspiratio, (quae fit contra rempub.)* III. **Cn.** Aut facta puniuntur, — aut consilia, ut coniurationes, et latronum conscientia. fr. 16. pr. de poen. 48. 19. Quem Praetor, propter indicium proditae mortis, vel detectae eorum coniurationis, libertate donavit. fr. 39. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 8. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui in Saturianorum coniurationem se miscuerunt. Th. C. VII. 19. c. 1. pr. §. 1. de Saturian. cf. XVI. 5. c. 53. de haeretic.

Coniuratus. (Partic.) *Communi sacramento ob-*

obligatus. III. **Cn.** Vix fieri potest, ut per haec tempora — omnem testium conscientiam mors coniurata subripiat. Ib. IV. 4. c. 6. de testam.

Coniux. *Socius lecti coniugalis.* I. **Sy.** Vxor. Ib. III. 16. c. 1. de repud. II. **Op.** Maritus. Ib. III. 12. c. 4. de incest. nupt.

Conlaudare. Cf. v. Collaudare.

Connectere. *Copulare, Adgregare.* I. **Sy.** Copulare (cognationes). fr. 4. §. 2. de grad. et adfin. 38. 10. Congregare, Adiungere, Adsciscere. Th. C. XII. 1. c. 74. pr. §§. 1. 3. de decurion. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl.

Connexus. (Partic.) **§. 1.** *Cohaerens, Contiguus.* I. **Sy.** Iunctus. cf. h. v. II. **Op.** Demtus. fr. 59. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Quae (sc. aedificia), aut includuntur moenibus civitatum, aut pomoeriis sunt connexa. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. — **§. 2.** *Coniunctus, Comprehensus.* I. **Sy.** Coniungi, s. Iungi. Connexos esse (inter se). Gai. III. 10. 24. fr. 1. §. 10. de suis et legit. 38. 16. Cohaerere, Connexam rationem habere. fr. 37. §. 1. de adm. et per. 26. 7. III. **Cn.** Et servitutes dividi non possunt; nam eorum usus ita connexus est, ut etc. Fr. S. Pomponii I. Cti. (Corp. I. R. Ante Iust. p. 168. Bonn. 1835. 4.) Si quid connexum fuit, ut separari ratio eius — non possit. fr. 17. de N. G. 3. 5. Quae connexa sunt, (venire in tutelae actionem). fr. 13. de tutel. et rat. 27. 3.

Conniti. *Vires intendere, Adniti.* III. **Cn.** Quodsi mulae retinere onus nequissent, aut, cum coniterentur, lapsae concidissent. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Si animo amoventis maritus eas retineat. — Si non amovere eas connisus [al. adnisus] est. fr. 9. §. 3. de iure dot. 23. 3.

Conniventia. *Dissimulatio, Patientia (callide circumvenientis, vel pretio corrupti).* III. **Cn.** Callida arte, aut probrosa cuiuspiam conniventia, (deferre aliquid). Th. C. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl. Si aliquibus illicitam conniventiam, et colludia foeda praestiterint. Ib. l. l. c. 39. Reliqua, — quae penes conductores ipsorum desidia aut conniventia resederunt. Ib. I. 11. c. 1. (Wck.) de off. com. rei priv. VI. 30. c. 17. de Palat. S. largg. Quodsi quisquam post iudicium vendibili conniventia licentiae huic praestiterit adsensum. Ib. IX. 40. c. 15. de poen. cf. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord.

Connivere. *Oculos claudere, Dissimulare.* III. **Cn.** Qui huiusmodi dolo scientes connivent. Ib. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. tit. Celare tales, aut talibus connivere. Nov. Valent. III. de Manich. II. 18. c. 1. §. 3. cf. Th. C. XV. 1. c. 43. de opp. pub. Quod nec his deferri per gratiam, aut connivente iudice, patimur. Ib. XII. 1. c. 77. cf. c. 71. de decurion. Conniventibus oculis (credere, v. adspicere). fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17.

Connubium. **§. 1.** *Facultas matrimonii iusti contrahendi.* I. **Sy.** Vxoris iure ducendae facultas. Vlp. V. 3. cf. 6. Nubere posse (alii). Connubium habere (cum alio). fr. 45. pr. §§. 4. 6. de R. N. 23. 2. fr. 11. pr. §. 2. de divort. 24. 2. III. **Cn.** Nuptiae contrahi non possunt, nec inter eas connubium est. Gai. I. 59. Vlp. V. 2. Vereor ne possit ista connubium habere nubendo. fr. 45. §. 6. de R. N. 23. 2. Cives R. qui sine connubio civem peregrinam in matrimonio habuit. Coll. LL. M. IV. 5. Connubium habent cives R. — cum Latinis et peregrinis ita, si concessum sit. Vlp. V. 4. Gai. I. 56. sq. 80. Connubio interveniente, liberi semper patrem sequuntur. Vlp. V. 8. sq. Gai. l. l. — **§. 2.** *Matrimonium ipsum.* I. **Sy.** Matrimonium. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. II. **Op.** Contubernium. Ib. IV. 6. c. 6. (Wck.) de natur. fil. — **§. 3.** *Consuetudo coniugalis quaelibet.* I. **Sy.** Coniunctio, Contubernium (servularum). Ib. IV. 9. c. 1. c. 3. c. 6. ad S. Claud. XII. 1. c. 6. de decurion.

Connumerare. *Adnumerare, Computare.* I. **Sy.** Contineri, Connumerari, (edicto, v. lege). fr. 1. §. 8. de postul. 3. 1. fr. 44. §. 5. de R. N. 23. 2. II. **Op.** Caeteri (cives) sine etc. — Vniversi, connumeratis etiam (patriciis). Gai. I. 3. §. 4. I. de I. N. 1. 2. III. **Cn.** Intra dies XXX. connumerandos post divortium. fr. 1. §. 1. de adgn. et al. 25. 3. c. 3. si maior fact. al. 5. 74.

Conquassare. *Contrectare.* III. **Cn.** Si servus, aut colonus, — conquassatis rebus certis atque subtractis, aut se ipsum furatus etc. c. 6. §. 5. de h. qu. ad eccl. 1. 12.

Conqueri. *Querelam proferre.* I. **Sy.** Causari. Th. C. II. 19. c. 5. de inoff. testam. II. 21. c. 1. de inoff. dot. Commemorare, Adserere, Contendere. c. 8. de d. m. 2. 21. c. 2. sq. c. 6. de L. Aqu. 3. 35. III. **Cn.** Si per V. continuos annos — nihil conquestus es super tali alienatione. c. 3. si maior fact. al. 5. 74. Quoniam Afri curiales conquesti sunt, — iubemus etc. Th. C. XII. 1. c. 21. de decurion.

Conquestio. *Querimonia.* III. **Cn.** Quodsi probabilis fuerit et iusta conquestio. Ib. VI. 4. c. 22. §. 5. de Praet. et Qu.

Conquiescere. **§. 1.** *Quiescere, Otio frui.* I. **Sy.** Otiosum esse. Ib. VI. 26. c. 6. sq. de prox. com. disp. — **§. 2.** *Adquiescere, Cessare.* I. **Sy.** Immune esse, Cessare (a molestia, v. censibus etc.). Ib. XVI. 2. c. 14. pr. §§. 2. sqq. c. 15. de episc. eccl. III. **Cn.** Sublatis susceptoribus, grassantium cupido conquiescit. Paul. V. 3. §. 4. Quae multa non semper imponitur, sed potius conquiescit, si etc. Th. C. IV. 9. c. 1. (Wck.) de iis qu. a non dom. Perpetuo silentio conquiescat, nisi etc. Ib. II. 15. c. 1. de d. m. Vt coetus haereticae usurpationis conquiescerent, iussimus. Ib. XVI. 5. c. 4. sq. de haeretic.

Conquirere. **§. 1.** *Colligere, Cogere.* I. **Sy.** Quaerere, Inquirere, Investigare (fugitivos etc.). fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 3. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. fr. 1. §. 2. fr. 3. de fugit. 11. 4. III. **Cn.** Qui in fraudem alicuius librum, vel testimonium, aliudve quid conquisisse, vel scripsisse, vel in iudicium protulisse dicuntur. fr. 6. §. 4. ad S. C. Turp. 48. 16. Conquisitis undique fabris, et plurimis operis adhibitis, festinare. fr. 137. §. 3. de V. O. 45. 1. Conquirere (sacrilegos, latrones etc.) et, prout quisque deliquerit, in eum animadvertere. fr. 4. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — **§. 2.** *Exquirere, Inquirere.*

III. **Cn.** Vt singulorum intra ecclesias confugientium personas causasque incessanter conquirant (oeconomus, sive defensor ecclesiae). c. 6. §. 6. de h. qu. ad eccl. 1. 12. — **§. 3.** ***Quaerere, Adquirere.*** I. **Sy.** Quaerere (dignitatem, v. honorem). Th. C. VI. 26. c. 14. pr. §. 2. de prox. comit. III. **Cn.** Quidquid ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione, conquisierint. Ib. II. 10. c. 3. de postul. cf. XVI. 2. c. 14. pr. de episc. eccl. Vt congrue impetrata successoribus emolumenta conquirantur. Ib. I. 2. c. 4. (Wck.) de div. rescr.

Conquisitio. ***Coacervatio, Conglutinatio.*** III. **Cn.** Formulam iuris antiqui, et inanem verborum conquisitionem, non necessariam iudicavit. Nov. Valent. III. de testam. II. 21. c. 1. pr.

Conquisitus. (Partic.) ***Artificiose excogitatus.*** I. **Sy.** Commentum, Fraus conquisita. c. 2. de reb. al. non. al. 4. 51.

Conradere. Cf. v. Corradere.

Conreus. Cf. v. Correus.

Consanare. *Consanescere.* III. **Cn.** Si homini digitus sit abscissus, membrive quid laceratum, quamvis consanaverit, [al. consanuerit, v. consolidaverit]. fr. 10. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Consanguineus. (Adiect.) **§. 1.** ***Sanguinis communione coniunctus, Cognatus.*** I. **Sy.** Successio generis, Consanguinei. Th. C. XIV. 4. c. 5. c. 7. de suar. II. **Op.** Per adoptionem quaesitus (filius). Ib. V. 1. c. 2. de legit. heredit. Extraneus. Ib. IV. 21. c. 1. §. 1. Quor. bonor. — **§. 2.** ***Per patris communis cognationem coniunctus.*** I. **Sy.** Adgnati, qui nos per patris cognationem contingunt. Coll. LL. M. XVI. 17. cf. fr. 1. §. 10. de suis et legit. 38. 16. Fratres et sorores ex eodem patre. Consanguinei. Vlp. XXVI. 1. Gai. III. 10. Coll. LL. M. XVI. 2. sq. II. **Op.** Vterinus. §. 3. I. de B. P. 3. 9. cf. §. 4. de legit. agn. succ. 3. 2. Sui heredes. — Consanguinei. — Reliqui adgnati. Vlp. XXVI. 1. 7. sq. Coll. LL. M. XVI. 3. fr. 1. §. 9. fr. 2. pr. §. 1. de suis et legit. 38. 16. fr. 6. §. 1. ad S. C. Tert. 38. 17. III. **Cn.** Adgnosci debeat, — esse suum. — Quare et fratribus consanguineus erit. fr. 1. §. 16. fr. 2. de adgn. et alend. 25. 3. Adgnati, inter quos primum locum consanguinei obtinent. Coll. LL. M. l. l. Tam consanguineus, quam patruus, caeterique legitimi. c. 3. de legit. tut. 5. 30. Patruelis, consanguineus, et consanguineus maxime frater. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. In feminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recuset. Ib. III. 17. c. 2. de tut. et cur. cr. Nostrae hereditates (sc. legitimae) ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. Gai. III. 14. 23. 29. Coll. LL. M. XVI. 2. 7. Vlp. XXVI. 6.

Consanguinitas. **§. 1.** ***Communio sanguinis. Cognatio.*** I. **Sy.** Necessariae sibi coniunctaeque personae. Consanguinitate sibi devincti. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 12. III. **Cn.** Vt sancta necessitudinum nomina obtineant apud adfectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem. Coll. LL. M. VI. 4. — **§. 2.** ***Adgnationis ius, per patris personam intercedens.*** I. **Sy.** Adgnatio. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit. Erant sibi consanguinei. Iura consanguinitatis habebunt (cum his, v. inter se). fr. 1. §§. 10. sq. de suis et legit. 38. 16. fr. 6. unde legit. 38. 7. II. **Op.** Consanguinitatis, — Proximitatis (ius). fr. 4. unde cogn. 38. 8. c. 1. c. 3. c. 5. de legit. hered. 6. 58. III. **Cn.** Consanguinitatis, itemque adgnationis iura a patre oriuntur. fr. 4. l. 38. 8. Necessitudo consanguinitatis, Consanguinitatis adgnatio. c. 13. de probat. 4. 19. Th. C. IX. 42. c. 9. §. 3. de bon. proscr. Si per in manum conventionem consanguinitatis iura inter eos constiterint. Gai. III. 24. cf. 14. Quicunque deinceps adgnati erunt, a quibus consanguinitatis iure mater poterat excludi. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. hered. cf. Coll. LL. M. XVI. 3.

Consceleratus. (Partic.) ***Scelere pollutus, Scelestus.*** III. **Cn.** Qui (sc. advocati), conscelestis depectionibus suae opis egentes spoliant atque denudant. Th. C. III. 10. c. 4. (Wck.) de postul.

Conscendere. ***Adscendere, Pervenire.*** I. **Sy.** Transcendere (ad superiorem gradum, v. ad summa fastigia dignitatum). Ib. VI. 23. c. 2. sq. de decur. et silent. VI. 24. c. 10. de domest. VII. 8. c. 14. de metat.

Conscientia. **§. 1.** ***Scientia factorum cum aliis communicata.*** II. **Op.** Si ipse heres accusaretur. — Si alius argueretur, citra conscientiam eius. fr. 46. de A. v. O. H. 29. 2. Si domini auctoritate vel iussione urgetur. — Si id sine domini conscientia faciat. Th. C. IX. 17. c. 1. de sepulc. viol. III. **Cn.** Aut facta puniuntur, — aut consilia, ut coniurationes, et latronum conscientia. fr. 16. pr. de poen. 48. 19. Qui cum ipso, qui occisus dicitur, fuerunt, et qui suspicione caedis, aut conscientia adtingi videbuntur. fr. 1. §. 30. de S. C. Silan. 29. 5. Nisi id forte velandae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur. Paul. V. 16. §. 10. Si cum eo contrahat simpliciter, sine fraudis conscientia. fr. 10. §. 4. Qu. in fr. cred. 42. 8. — **§. 2.** ***Certa apud animum nostrum scientia factorum nostrorum.*** III. **Cn.** Qui manus sibi intulerunt, non taedio vitae, sed mala conscientia. fr. 11. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 6. §. 7. de iniust. rupt. 28. 3. Conscientiam suam diversis polluisse criminibus. Th. C. X. 10. c. 30. de petit. et ultro dat. Sive cum populi plausu, sive etiam verecundae et tacitae conscientiae remuneratione contentus. Ib. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. cf. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. pr. — **§. 3.** ***Notitia, Cognitio.*** I. **Sy.** Comperta voluntas (defuncti). Conscientia (relicti). c. 2. de fideicomm. 6. 42. Scientia, Notitia (Principis). Th. C. XV. 1. c. 26. sq. c. 30. de opp. pub. III. **Cn.** Quod citra conscientiam uxoris tuae, et ea invita, factum est. Consult. vet. I. Cti. c. 1. cf. c. 7. de repud. 5. 17. Nisi scientibus defensoribus detur, quo sub eorum conscientia, — solvantur debita. Th. C. XI. 1. c. 19. de ann. et tribut. Cum ad serenitatis nostrae conscientiam referendum est. Ib. VIII. 5. c. 14. pr. de cursu pub.

Conscindere. ***Scindere, Discindere.*** III. **Cn.** Cum spoliatur (sc. navis), aut mergitur, — aut funes eius praeciduntur, aut vela conscinduntur, aut

anchorae involantur de mare. fr. 6. de incend. ruina. 47. 9. c. 2. ut nemo priv. 2. 16.

Consciscere. *Inferre, Procurare.* I. **Sy.** Inferre (sibi manus). Consciscere sibi (mortem). Vitam finire. fr. 11. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 3. pr. §§. 1. 3. 5. sq. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. fr. 6. §. 7. de R. M. 49. 16. III. **Cn.** Qui sibi — mortem conscivit, et manus intulit. fr. 45. §. 2. de iure fisci. 49. 14. Qui se vulneravit, vel alias mortem sibi conscivit. fr. 6. §. 7. de R. M. 49. 16. Mortis consciscendae sibi causa quid facere. fr. 1. §. 1. de Aedil edict. 21. 1. Si quis conscita morte — in reatu decesserit. fr. 3. §. 8. de bon. eor. qu. a sent. 48. 21.

Conscius. **§. 1.** *Socius alienae fraudis.* II. **Op.** Ipsi magi. — Magicae artis conscii. Paul. V. 23. §. 17. III. **Cn.** Te conscio, et fraudem participante. fr. 10. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. Si qui conscii, vel factores sceleris fuerunt. fr. 1. §. 21. de S. C. Silan. 29. 5. Conscii et consortes eius. Th. C. IX. 32. c. 1. de Nili agg. cf. IX. 14. c. 3. §. 6. ad L. Cor. de sicar. Quodsi — fuerunt conscii, vel compertum facinus prodere noluerunt. Ib. XII. 1. c. 6. de decurion. cf. XVI. 5. c. 34. pr. de haeretic. Cum in tormentis constiterit, neque illos ei conscios fuisse. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. cf. Th. C. X. 20. c. 18. de murileg. — **§. 2.** *Sciens, Compertus.* III. **Cn.** Conscius, ad se nihil hereditatem pertinere, praedonio more versari coepit. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. Nobilis, prudens, fidelis, optime sibi conscius. Th. C. XI. 14. c. 1. de condit. in pub. horr. cf. IX. 1. c. 4. de accusatt. Si quid vel parsimonia, vel provisione, vel mercatura, honestati tamen conscia, congesserint. Ib. XVI. 2. c. 14. pr. de episc. eccl. Venerandae fidei conscia mancipia. Ib. XVI. 9. c. 2. ne christ. manc.

Conscribere. **§. 1.** *Scriptura colligere, vel definire.* I. **Sy.** Delectum, v. Supplementa numeris, agitare. In arma conscribere. Th. C. VII. 13. c. 9. sq. de tiron. III. **Cn.** Concilii publici gratia conscribi. fr. 239. §. 5. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Concipere scribendo, Condere, Scribere.* I. **Sy.** Facere, Conficere (libros, v. instrumentum). fr. 2. §§. 43. sq. 47. de O. I. 1. 2. c. 7. depos. 4. 34. Ferre (leges). fr. 2. §. 2. de O. I. 1. 2. Scribere (rationes). fr. 3. §. 14. ad exhib. 10. 4. fr. 31. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. Dicere (apertius, sc. legem contractus). fr. 39. de pact. 2. 14. fr. 21. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Quas (sc. dotes) datas esse, dotalibus instrumentis conscribi moris est. c. 3. de dote caut. 5. 15. In filium a patre donationum conscriptis instrumentis. Vatic. §. 314. Chartae, in quibus rationes conscriptae sunt. fr. 31. §. 1. de liberat. leg. 34. 3.

Conscriptio. *Scriptum, Descriptum.* I. **Sy.** Scriptura. Th. C. II. 24. c. 1. fam. ercisc. Scriptio. Ib. IX. 34. c. 1. c. 4. de famos. libell.

Conscriptus. (Partic.) **§. 1.** *Insertus, Designatus.* III. **Cn.** Qui in suis conscripti locis, proprio nomine, libris censualibus detinentur. Ib. XI. 1. c. 14. de annon. et trib. Non — ut quisque negotii criminalis strepitu terreatur, nisi inscriptione conscriptus etc. Ib. IX. 1. c. 8. de accus. et inscr. — **§. 2.** *Adscriptus, Cooptatus.* III. **Cn.** Ne quis eorum aliquem in eo municipio — in Senatum, decuriones, conscriptosve legito, neve sublegito, neve cooptato. Tab. Heracl. lin. 11. sq. aer. Neap. Patres conscripti (dispicite etc.). fr. 22. de hered. pet. 5. 3. Vatic. §. 159. Th. C. VI. 4. c. 10. §. 1. c. 14. sqq. c. 25. pr. de Praet. et Qu. — **§. 3.** *Scriptus.* Cf. v. Conscribere. §. 2.

Consecrare. **§. 1.** *Sacrum constituere.* I. **Sy.** Dedicare. fr. 6. §. 3. fr. 9. pr. §§. 1. sqq. de R. D. 1. 8. fr. 5. §. 12. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Sacrae (sc. res) sunt, quae diis superis consecratae sunt. Gai. II. 4. 7. fr. 15. ut in poss. legat. 36. 4. cf. fr. 63. §. 10. pro soc. 17. 2. Si quid ei det, ut (donum) deo detur, vel consecretur. fr. 5. §. 12. de don. int. V. 24. 1. Imagines Caesaris nondum consecratae. fr. 5. §. 2. fr. 6. ad L. Iul. mai. 48. 4. — **§. 2.** *Devovere, Sacris initiare, Auspicari.* III. **Cn.** Si quis in monasterio se consecraverit, v. consecratus fuerit. Iuliani epit. nov. c. 4. §§. 16. 19. Duarum istarum civitatum episcopi — consecrentur, et sint et ipsi metropolitani, et municipiorum suorum episcopos singuli ipsi consecrent. Ib. c. 27. §. 98. Tituli, quorum adiectione praedia nostris sunt consecranda nominibus. Th. C. X. 9. c. 1. de incorpor. XVI. librorum compendium, quos sacratissimo suo nomine voluit consecrari. Gesta in Senat. de recip. Th. C. (Wck. p. 4.) Quae sunt sanctionibus consecrata. Th. C. VI. 4. c. 22. §. 3. de Praet. et Qu.

Consecratio. *Constitutio alicuius in sacerdotem.* III. **Cn.** Si qui sane episcopus invitus fuerit ordinatus, hanc consecrationem nulla violari accusatione. Nov. Maiorian. de episc. iud. IV. 9. c. 1. Iuliani epit. nov. c. 6. §. 24. c. 36. c. 159. c. 115. §§. 427. sqq.

Consecrator. *Consecrans.* III. **Cn.** Consuetudines consecratoris ex more capientes. Iuliani epit. nov. c. 115. §. 451. cf. 417.

Consedere. Cf. v. Considere.

Consenescere. **§. 1.** *In senium procedere.* III. **Cn.** Ne — aetates plerumque iurgantium veternosis litibus consenescant. Th. C. XI. 33. c. 1. de dilat. ex cons. — **§. 2.** *Conquiescere, Sopiri, Aboleri.* I. **Sy.** Submota auctoritate (iuris). Consenescente lege (priore). Ib. XI. 30. c. 23. de app. et poen.

Consensio. *Placitum commune.* III. **Cn.** Si V. primorum curiae subscriptio atque consensio adiecta monstretur. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 9.

Consensus. (Subst.) *Conspirantis voluntatis declaratio.* I. **Sy.** Conventio. Vlp. I. 4. fr. 32. §. 1. fr. 35. de LL. 1. 3. fr. 1. §. 3. fr. 58. de pact. 2. 14. Voluntas, Arbitrium. fr. 5. sq. de adopt. 1. 7. fr. 2. §§. 1. sq. fr. 3. sq. sol. matrim. 24. 3. II. **Op.** Error, Imperitia. fr. 15. de iurisd. 2. 1. Necessitas. fr. 40. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Sine auctoritate et sine consensu (magistratuum). fr. 26. de N. G. 3. 5. Duorum, pluriumve, in idem placitum consensus. fr. 1. §§. 2. sq. de pact. 2. 14. Si convenerint in unum, et communi consensu declaraverint. fr. 7. §. 19. ib. 2.

14. Cum consensum mutuo venditioni dedisse proponantur. fr. 9. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. Cum neque consensum suum accommodaverat patri, aut signo suo, aut alia scriptura. fr. 26. §. 1. de pign. 20. 1. Consensu peragitur, et inter absentes contrahi potest, et per nuncium, et per litteras. fr. 1. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Non verbis, sed consensu contrahitur (obligatio). fr. 1. locat. 19. 2. fr. 2. pr. §. 1. de O. et A. 44. 7. Gai. III. 89. 119. 135. sq. 154. Ius, quod consensu receptum est. Gai. III. 82. Tacitus consensus (populi). Vlp. I. 4.

Consentaneus. (Subst.) *Conscius, Socius.* II. ***Op.*** Auctores ac principes. — Consentanei, (et usque adeo contentiosi.) Coll. LL. M. XV. 3.

Consentaneus. (Adiect.) *Congruus, Conveniens.* III. ***Cn.*** Consentaneum visum est, posse etc. Gai. III. 170. Quae sententia utilitati rerum consentanea est. fr. 6. §. 7. mand. 17. 1. Cum non sint ambo casus sibi consentanei. c. 1. §. 8. de Lat. libert. toll. 7. 6.

Consentire. **§. 1.** *Aequalem voluntatem, s. Consensum, exhibere.* I. ***Sy.*** In unam sententiam decurrere, In unum consentire. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Auctor factus, Consentiens. fr. 10. sq. cf. fr. 6. de adopt. 1. 7. Velle. fr. 2. §. 2. Qu. mod. ususf. 7. 4. II. ***Op.*** Contradicere. fr. 5. de adopt. 1. 7. fr. 15. pr. de procur. 3. 3. fr. 2. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Dissentire. fr. 21. §. 2. de A. E. V. 19. 1. fr. 12. §. 3. de captiv. 49. 15. III. ***Cn.*** Non videor consentire, qui sentire non possim. fr. 8. §. 2. de elect. leg. 33. 5. Intelligere, v. Scire, et consentire. fr. 48. de O. et A. 44. 7. fr. 145. de R. I. 50. 17. Qui sciant se non esse subiectos iurisdictioni eius, et in eum consentiant. fr. 2. pr. cf. fr. 1. de iudic. 5. 1. fr. 15. de iurisd. 2. 1. Nisi animus utriusque consentit. fr. 55. de O. et A. 44. 7. Qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Aliud est vendere, aliud vendenti consentire. fr. 160. pr. cf. fr. 165. de R. I. 50. 17. fr. 7. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. Stipulanti, v. Danti, consentire. fr. 11. ib. 20. 6. fr. 3. §. 5. de minor. 4. 4. Si adhuc consentiant in societatem. Gai. III. 153. Si consensum fuerit in (corpus, s. corpore). fr. 9. §. 2. fr. 11. pr. fr. 15. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 21. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Nuptiis, s. Matrimonio, consentire. fr. 48. pr. de oper. libert. 38. 1. fr. 12. §. 3. de captiv. 49. 15. Consentientibus partibus. Si maior pars consenserit. fr. 9. pr. fr. 14. fr. 27. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. Solet Praetor intervenire, et inter consentientes arbitrari etc. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Adprobare, Adstipulari.* III. ***Cn.*** Rescripsit (D. Hadrianus) in haec verba: Illud consentio, ut etc. fr. 14. §. 6. de mun. et hon. 50. 4. Non est consentiendum (parentibus, qui etc.). fr. 4. de inoff. testam. 5. 2. Omnes auctores apud Plautium in hoc consenserunt. fr. 1. §. 3. de usuf. adcr. 7. 2. Et Iulianus scribit, et alii plerique consentiunt. fr. 10. §. 2. fr. 12. de pact. 2. 14. — **§. 3.** *Congruere, Conspirare.* I. ***Sy.*** Congruere. fr. 14. de acceptil. 46. 4. III. ***Cn.*** Nisi consentiat acceptilatio cum obligatione. fr. 14. l. l. — **§. 4.** *Respondere, Sufficere.* III. ***Cn.*** Quibus, ad exercenda metalla privata, dives marmorum vena consentit. Th. C. X. 19. c. 11. de metall.

Consequens. (Partic.) **§. 1.** *Sequens, Vicinus, Futurus.* III. ***Cn.*** Primum tractemus. — Consequens est ut videamus etc. fr. 1. §§. 1. 6. de susp. tutor. 26. 10. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. Iterum introductis testibus, consequentia factionis testamenti procedere. c. 28. pr. de testam. et quemad. 6. 23. Tempus consequens. c. 6. de praescr. l. t. 7. 33. — **§. 2.** *Coniunctus, Similis.* III. ***Cn.*** Id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum est; et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum et consequens est. fr. 32. pr. de LL. 1. 3. Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentia [al. consequentias, v. consequentiam]. fr. 141. pr. de R. I. 50. 17. cf. fr. 14. de LL. 1. 3. — **§. 3.** *Conveniens, Rationabilis.* I. ***Sy.*** Conveniens. Gai. I. 81. sq. fr. 7. §. 13. de A. R. D. 41. 1. II. ***Op.*** Inconveniens. §. 3. I. de donat. 2. 7. III. ***Cn.*** Consequens autem est etc. — aequius enim est etc. fr. 1. §. 8. de dot. collat. 37. 7. Vtilitas suasit, — namque consequens erat etc. fr. 3. §. 12. de itin. actuq. priv. 43. 19. cf. fr. 1. pr. si pars hered. 5. 4. fr. 1. pr. de collat. bon. 37. 6. Varie tractatum est. Et consequens est etc. fr. 4. de captiv. 49. 15. Quaerebatur, — dixi consequens esse etc. fr. 20. Qu. potior. 20. 4. fr. 60. §. 8. de R. N. 23. 2. Vereor ne — et hoc sit consequens illi etc. fr. 20. §. 1. de B. P. c. t. 37. 4. Sed illud consequens futurum, — quod utique sit absurdum. fr. 24. §. 1. rat. rem hab. 46. 8. Quam sententiam Iulianus adeo sequitur, ut etc. — Sed hoc non est consequens Sabini et Cassii sententiae, quam et ipse sequi videtur. fr. 57. de manum. testam. 40. 4. Vtique consequens est existimare, v. observari. fr. 19. §. 3. locat. 19. 2. fr. 18. §. 8. de iure fisci. 49. 14.

Consequenter. (Advb.) *Congruenter, Convenienter.* III. ***Cn.*** Et facile quis dixerit consequenter prioribus, quae etc. fr. 11. §. 6. ad L. Falc. 35. 2. His consequ. et illud probatur. fr. 14. §. 6. de servo corr. 11. 3. fr. 7. §. 4. de bon. damnat. 48. 20. Sed si proponas, — consequ. dicemus etc. fr. 3. §. 5. de legat. praest. 37. 5. fr. 38. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Existimavit, — qui consequ. et illud respondit. Gai. III. 179. Cum enim confirmatum sit testamentum, consequ. tutoris quoque datio valebit. fr. 10. §. 2. de testam. tut. 26. 2.

Consequentia. (Subst.) **§. 1.** *Consecutio, Successio.* III. ***Cn.*** Ipso quidem iure testati decedunt, sed per consequentias sublato testamento, intestati decedunt. Paul. IV. 8. §. 2. De reliquis, quae per consequentias emtionis propria sunt, — agi cum eo poterit. fr. 5. pr. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 7. pr. de auct. et cons. 28. 8. Reliqua, quae ad consequentiam quidem iam statutorum pertinent, priori tamen sententiae desunt. fr. 42. de re iud. 42. 1. In graecam vocem transformare, sub eodem ordine eademque consequentia etc. c. 2. §. 21. de vet. iure enucl. 1. 17. Redituum frequentissima consequentia. c. 20. pr. de agricol. 11. 47. — **§. 2.** *Argumentum a consequente, vel rationabili, petitum.* II. ***Op.*** Spe-

cialiter, vel nominatim. Propalam, — Per consequentiam, (introduci). Vlp. XI. 3. fr. 3. pr. de legit. tutor. 26. 4. Directo. — Per consequentias. fr. 1. §. 3. de iniur. 47. 10. III. *Cn.* Prima ratio auctoritatis ea est, per consequentias contigit, ut etc. fr. 1. pr. de auct. et cons. 26. 8. Non est absurdum, per consequentias et — dolum praeteritum deduci. fr. 27. §. 3. de R. V. 6. 1. Quodsi socii sint, propter eum, qui capax est, et ille capit per consequentias etc. fr. 29. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 19. de d. m. 4. 3. Cum nulla legitima consequentia in huiusmodi personis custoditur. c. 12. de natur. liber. 5. 27. — **§. 2.** *Concentus.* II. *Op.* Vna concordia, una consequentia. — Antinomia. c. 1. §. 8. de vet. iure enucl. 1. 17.

Consequi. **§. 1.** *Sequi, Subsequi.* III. *Cn.* Si eodem die nuptiae fuerint consecutae. fr. 27. de don. int. V. 24. 1. Inter quos iura adgnationis consequuntur (sc. adoptionem). fr. 7. de adopt. 1. 7. — **§. 2.** *Adsequi, Adprehendere.* III. *Cn.* Si debitorem — consecutus essem fugientem. fr. 10. §. 16. Qu. in fr. cred. 42. 8. — **§. 3.** *Compotem fieri, Adquirere, Accipere.* I. *Sy.* Nancisci, Persequi. Gai. II. 126. IV. 6. sqq. Accipere (civitatem, v. relictum aliquod etc.). Vlp. III. 1. sqq. fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. III. *Cn.* Pretium domino offerentem, posse et libertatem et hereditatem consequi. fr. 18. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Defendendo se consequi, ne etc. fr. 5. de cess. bon. 42. 3. Officio, v. Arbitrio, iudicis cons. (ut etc.) fr. 5. §. 6. si ususf. pet. 7. 6. fr. 11. de nox. act. 9. 4. fr. 29. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Iure optimo, v. publico, consequi. fr. 31. de minor. 4. 4. fr. 18. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Qui publico fruuntur, — sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur. fr. 1. §. 1. fr. 11. §. 5. de publican. 39. 4. Quaque actione experiri posse, et consequi (id ut ei salvum esset). fr. 30. de N. G. 3. 5. Si petat, — consequitur etc. Gai. III. 46. cf. II. 57. fr. 3. §. 4. de eo p. qu. fact. 2. 10. An petitione hereditatis teneatur, quia nihil habet, nec consequi potest? fr. 18. pr. de hered. pet. 5. 3. Si quid dominus ab eo — vel consecutus est, vel consequi potest. fr. 9. §. 1. de pecul. 15. 1. Voluerunt veteres maturius hereditates adiri, — ut creditores haberent, a quo suum consequerentur. Gai. II. 55. cf. III. 205. Aut — minus percipiat, quam dignum erit eum consequi. fr. 17. §. 3. de adopt. 1. 7. Quod minus sit habiturus, consequi. fr. 7. pr. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 7. §. 1. commod. 13. 6. Gai. III. 214. IV. 6. 8. 57. Stipulari a Seio, quanto minus a Titio consequi possim. fr. 42. pr. de R. C. 12. 1. fr. 116. de V. O. 45. 1. Quidquid consecutus erit, mandati iudicio nobis restituere cogetur. Gai. III. 111. 117. Si creditor ex pretio pignorum debitum consecuturus non sit. fr. 59. §. 4. mand. 17. 1. Per actionem consequi, quod sua intersit. fr. 5. de d. m. 4. 3. fr. 29. §. 2. de Aed. edict. 21. 1.

Conserere. *Serere, Seminare.* III. *Cn.* In fundo alieno — aedificasti, aut conseruisti. fr. 38. de R. V. 6. 1. fr. 9. pr. de A. R. D. 41. 1. Conserendi agri causa seminarium paratum. fr. 9. §. 6. de usuf. 7. 1. Si — fundus evincatur, consita tollere non potest. fr. 53. de R. V. 6. 1.

Conserere. *Committere (colluctationis gratia).* III. *Cn.* Si qui in iure manum conserunt. L. XII. Tabb. VI. 5. Ex iure manu consertum vocari. Valer. Probus de not. R. (lit. sing. in action.)

Conserva. *Contubernalis servi.* III. *Cn.* Quaedam (sc. mancipia) — abducta, relictis conservabus et filiis suis, et quaedam matribus et patribus. fr. 27. §. 1. de instr. leg. 33. 7.

Constringere. **§. 1.** *Colligare, Vincire.* III. **Cn.** Lora, quibus hae pelles constringi solent. fr. 5. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Vt in summa marginis ad mediam partem perforatae (sc. tabulae) triplici lino constringantur. Paul. V. 25. §. 6. Terreis vinculis constrictus (transmittatur). Th. C. XIV. 24. c. 1. de mensa olear. — **§. 2.** *Comprehendere, Definire, Arctare.* I. **Sy.** Comprehendere. Ib. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. III. **Cn.** Tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine. Gai. IV. 57. cf. 52. Societatem non posse ultra mortem porrigi, et ideo nec libertatem de supremis iudiciis constringere quis poterit. fr. 52. §. 9. pro soc. 17. 2. Certo tempore, s. certis diebus, constringitur (cretio). Gai. II. 170. sq. Quod ut, brevitate constrictum, claritate luceat. Th. C. I. 6. c. 1. (Wck.) de const. Pr. — **§. 3.** *Implicare, Adstringere.* I. **Sy.** Obstringere (functioni). Ib. XII. 1. c. 129. de decurion. III. **Cn.** Aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie constrictus. c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Par conditio et sollicitudo constringat etc. Th. C. XV. 3. c. 4. de itin. mun. Quos officii cura, s. sollicitudo, constringit. Ib. I. 15. c. 17. (Wck.) de off. Vicar. II. 4. c. 1. pr. de denunc. v. edit. rescr. Omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum inferre cumulum. Ib. XI. 1. c. 25. de annon. et tribut. Sponsione se constringere. c. 1. pr. de suffrag. 4. 3. Eiusdem criminis laqueis constringi. c. 1. de priv. carcer. cf. Th. C. IX. 32. c. 1. de Nili agger. Hac poena constringimus, v. Haec poena, s. mulcta, constringat (officium etc.). Ib. XV. 1. c. 28. de opp. pub. XV. 2. c. 9. de aquaed. XVI. 5. c. 52. §. 2. de haeret.

Constructio. **§. 1.** *Exstructio, Refectio.* I. **Sy.** Exstructio. Ib. XI. 17. c. 4. de equor. collat. XV. 1. c. 24. de opp. pub. III. **Cn.** Pontium, vel viarum constr. Ib. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Contextio, vel constructio navium. Ib. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. Constr. murorum, et comparatio transvectioque specierum. Ib. XV. 1. c. 49. de opp. pub. — **§. 2.** *Structura, Opus constructum.* III. **Cn.** Dum necessaria publico operi saxa finguntur, antiquarum aedium dissipatur speciosa constructio. Nov. Maiorian. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. pr.

Construere. *Componere, Fabricare.* I. **Sy.** Exstruere. Th. C. XV. 1. c. 4. c. 7. c. 9. c. 13. c. 20. c. 22. c. 27. c. 30. de opp. pub. Fabricare, Aedificare. c. 11. de aedif. priv. 8. 10. III. **Cn.** Novae de integro constructae, instrumentisque suis universis armatae (sc. naves) — contexantur. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. Vt — opus, quod exerceri coeptum fuerit, construatur. Ib. VI. 4. c. 13. §. 1. de Praet. et Qu. Omnes intra C. pedes vicinitus — arceantur, ac si quid constructum fuerit, diruatur. Ib. XV. 1. c. 4.

Consuere. Cf. v. Consutus. (Partic.)

Consuescere. *Adsuescere.* III. **Cn.** Si in eo esse consuevit (fundi vectigal). fr. 59. §. 2. de usuf. 7. 1. Qui (sc. tutor) — a Praetore urbis dari consuevit. Vlp. XI. 24. Domus pars, in qua morari consuevimus. fr. 33. pr. de legat. III. (32.)

Consuetudinarius. (Adi.) *Consuetus, Vulgaris.* III. **Cn.** Consuetudinariae iussiones ex quocunque iudicio procedentes. Iul. epit. nov. c. 21. §. 69.

Consuetudo. **§. 1.** *Habitus naturalis, vel consuetus.* I. **Sy.** Sermo, Consuetudo loquendi, Vulgi consuetudo. fr. 132. pr. de V. S. 50. 16. Th. C. IX. 16. c. 4. de malefic. III. **Cn.** Natura magis in homine generandi et consuetudo spectanda est, quam temporale vitium aut valetudo. fr. 9. pr. de lib. et posth. 28. 2. Si immoderatae (sc. nives) fuerunt, et contra consuetudinem tempestatis. fr. 78. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Ex consuetudine abire et redire solere. Revertendi consuetudo. Gai. II. 68. Per causam tigni possideo habendi consuetudine [al. consuetudinem]. fr. 20. pr. de S. P. V. 8. 2. Coniectionem fieri, — vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patrisfam. fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 50.

§. 3. de legat. I. (30.) cf. fr. 3. §. 3. de in rem vers. 15. 3. — **§. 2.** *Conversatio familiaris, Ratio vivendi.* III. **Cn.** Vitae consuetudo individua. §. 1. I. de P. P. 1. 9. Consuetudinis causa, non matrimonii, (continere mulierem). fr. 34. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si concubinae, tempore matrimonii, consuetudinem repetiisset. fr. 121. §. 1. de V. O. 45. 1. Cum quis a muliere libera, — cuius consuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit. c. 10. de natur. liber. 5. 27. cf. §. 13. I. de nupt. 1. 10. Si putaveris, eam ad bonam vitae consuetudinem reversam. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. — **§. 3.** *Ritus, Solemnia.* I. **Sy.** Observantia, Ritus, Superstitio. Th. C. IX. 16. c. 1. sq. de malef. et math. XVI. 10. c. 1. de pagan. III. **Cn.** Manumissionum consuetudines (repeti). Ib. XV. 14. c. 13. de infirm. h. qu. s. tyr. — **§. 4.** *Pensio consueta.* III. **Cn.** Nihil neque consuetudinis nomine, neque annonarum, neque in veste, neque in aliis speciebus aliquid accipiat. Iuliani epit. nov. c. 22. §. 82. Consuetudines consecratoris ministri ex more capientes. Ib. c. 115. §. 451. cf. §. 431. Notitia consuetudinum, quas in S. laterculo — pro tempore Dux praebere debet. c. 2. §§. 20. 24. cf. §§. 7. sq. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 5.** *Ius, moribus introductum.* I. **Sy.** Ius, quod consensu receptum est. Gai. III. 82. Ius, moribus constitutum. fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. Vlp. I. 4. Vetustatis mos, Prisca consuetudo. Th. C. XI. 7. c. 18. de exact. III. **Cn.** Mores et consuetudo. fr. 32. pr. l. l. 1. 3. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 31. §. 20. de Aed. edict. 21. 1. Quae leges, quodque ius, quaeque consuetudo (inter cives R. et Thermenses — fuit). Plebisc. de Thermens. II. 56. sq. Consu., aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritas. fr. 38. de LL. 1. 3. Lex (municipii), vel perpetua consu. fr. 6. pr. cf. fr. 4. sq. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Antiquitus probata, et servata tenaciter consu. c. 3. Qu. sit. long. cons. 8. 53. Inveterata, Diuturna, Perpetua consu. fr. 32. §. 1. fr. 33. de LL. 1. 3. fr. 6. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Longa, s. Longi temporis, consu. Vlp. I. 4. fr. 35. de LL. 1. 3. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3. c. 1. de servit. et aqu. 3. 34. Consuetudo, et huiusmodi praerogativae (provincialium). fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. Th. C. XI. 1. c. 23. de ann. et tribut. Consu. in ea provincia. fr. 3. §. 6. de testib. 22. 5. fr. 21. pr. de ann. legat. 34. 1. Consu. regionis, v. loci. fr. 71. de contr. emt. 18. 1. fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 4. de feriis. 2. 12. fr. 6. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Consu. fori et iudicii. fr. 1. §. 10. de extr. cogn. 50. 13.

Consuetus. (Partic.) *Adsuetus, Solitus.* III. **Cn.** Non — quo voluerint modo, sed communi, et licito, et consueto ordine observando, (condere testamenta). c. 37. pr. cf. c. 35. pr. de inoff. testam. 3. 28. Quodsi praestari consuetum indiligentia publicani omiserat. fr. 9. §. 6. de publican. 39. 4.

Consul. *Summus in urbe Roma magistratus ordinarius.* III. **Cn.** Coss. constituti, penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est. fr. 2. §. 16. de O. I. 1. 2. In aliquo magistratu positus, vel potestate, Cos. forte vel Praetor. fr. 3. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. Neque Cos., neque Praefectus, neque Praetor, neque Procos., neque caeteri magistratus qui imperium habent. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 7. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 10. sqq. de off. Praes. 1. 18. Apud magistratum Praesidemve (sc. manumitti), velut Consulem, Procos. Vlp. I. 7. Imp. Consulibus, Praetoribus, Tribunis Pl., Senatui suo S. Th. C. II. 1. c. 12. de iurisd. IV. 11. c. 2. de libert. et eor. lib. Qui a Patriciis et Consulibus, usque ad omnes illustres viros, descendunt. fr. 12. §. 1. de Senator. 1. 9. Senatorius magistratus, — veluti Cos. §. 4. I. de I. N. 1. 2. Cos. ordinarius. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 3.) Suffectus Cos. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Coss. et qui inter eos consularibus insignibus decorantur. Nov. 62. §. 2. Si militaverit, vel si Senator, vel Cos. fuerit factus. §. 4. I. Qu. mod. ius pot. solv. 1. 12. Singuli Coss. — Alter Cos. fr. 1. §§. 1. sq. de off. Coss. 1. 10. Consulibus illis (factum S. C. etc.). Gai. I. 31. II. 253. sq. III. 63. fr. 4. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Cum, s. Adiecto, die et Consule. — Sine die et Cos. (ratio, v. epistola etc.). fr. 1. §. 2. fr. 4. pr. fr. 6. §. 6. de edendo. 2. 13. fr. 34. §. 1. de pignor. 20. 1. Th. C. XII. 1. c. 173. §. 1. de decurion.

Consularis. (Subst.) **§. 1.** *Consulatu functus, vel insignibus huius dignitatis decoratus.* III. **Cn.** Arbitrum cuiuscunque dignitatis coget officio — perfungi, etiamsi sit Consularis; nisi forte sit in aliquo magistratu positus, vel potestate, Cos. forte, vel Praetor. fr. 3. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 51. §. 2. fr. 52. sq. de procur. 3. 3. Infulis consulatus honorarii, aut ordinarii ampliatus, ut vel Cos. vel Consularis efficiatur. c. 66. pr. de decurion. 10. 31. cf. Th. C. VI. 22. c. 5. de honor. cod. Praefectorius ac Consularis. Ib. I. 1. c. 6. §. 2. (Wck.) de const. Pr. Sit Senator, et Consularibus adgregetur. Ib. VI. 27. c. 6. cf. c. 5. de agent. in reb. VI. 26. c. 7. de proxim. comit. — **§. 2.** *Praefectus singulae regionis, cum Italiae, tum provinciarum.* I. **Sy.** Provincialis iudex, vel intra Italiam. Praesides et Correctores, item Consulares, Vicarii quoque, Procoss. Ib. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. III. **Cn.** Qui in Proconsulum, Consularium, Correctorum, vel Praesidum officiis ita stipendia merentur etc. Ib. VIII. 4. c. 8. pr. de cohortal. Vicaria potestas, et Praesidum atque Consularium officia. Ib. VIII. 5. c. 12. de cursu pub. Praesidem eius (sc. quartae Armeniae) Consularem esse iussit. Iuliani epit. nov. c. 39. §. 167. cf. Th. C. VIII. 7. c. 12. de div. offic.

Consularis. (Adiect.) *Ad Consulatum, vel Consulem, spectans.* III. **Cn.** Potestas, v. Dignitas, consularis. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. fr. 12. pr. de Senator. 1. 9. Insignia consularia. fr. 2. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Consulares ac praetorii codicilli. Th. C. VI. 4. c. 23. de Praet. et Qu. Praetoriae, — Consulares (viae). fr. 2. §§. 22. sq. ne qu. in loco pub. 43. 8. Vxor, s. Femina, v. Mater, consularis. fr. 1. pr. §. 1. de Senat. 1. 9.

Consularitas. *Consularis dignitas.* III. **Cn.** Proconsularis, aut vicaria potestas, vel consularitatis fasces. Th. C. IX. 26. c. 4. ad L. Iul. de amb.

Dignitas consularitatis. Ib. VI. 27. c. 10. de agent. in reb. Honorario nomine, a summo gradu usque ad consularitatem. Ib. XII. 1. c. 74. §. 4. de decurion.

Consularius. (Adiect.) *Consularis.* III. *Cn.* Honor consulariae dignitatis. Iuliani epit. nov. c. 98. §. 359. Militia, vel consularia [al. consularis] dignitas. §. 4. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12.

Consulatus. *Dignitas, v. Munus, Consulum.* I. *Sy.* Consulem fieri, Consulatum adipisci. fr. 2. §. 5. de donat. 39. 5. III. *Cn.* Vti dent C. Seio — in honorem consulatus CD. — Seius Cos. designatus est, et munus edidit; deinde ex Cal. Ianuar. consulatum ingressus est. fr. 36. pr. de cond. et dem. 35. 1. Et in praetura et consulatu meo (quosdam ex servis meis vindicta liberavi). fr. 5. de manum. vind. 40. 2. Si quis vel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, sive infulis consulatus honorarii aut ordinarii fuerit ampliatus. c. 66. pr. de decur. 10. 31.

Consulere. §. 1. *Consilium, v. Curam, adhibere. Opem ferre.* I. *Sy.* Providere, Prospicere. fr. 33. de pact. 2. 14. fr. 12. §. 4. Qu. dies legat. 36. 2. Tueri. fr. 1. sqq. de off. Prf. Vigg. 1. 15. III. *Cn.* Multi non notae causa exheredant filios, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant. fr. 18. de lib. et posth. 28. 2. Consulitur ei (per actionem in factum), ut indemnitas ei praestetur. fr. 63. de legat. II. (31.) Indemnitati alicuius consuli posse. fr. 32. pr. de N. G. 3. 5. fr. 7. §. 1. de d. m. 4. 3. Non succurretur S.Cto, quo infirmitati, non calliditati mulierum consultum est. c. 5. ad S. C. Vellei. 4. 29. Videtur absolvisse, — nam satis consultum est (heredibus) edicto de furto. fr. 59. §. 1. de man. testam. 40. 4. Quod si fecerit, utrique consultum est. fr. 21. §. 1. de O. N. N. 39. 1. Acclamatum est: — pii Imperatores sic consulunt; — causis consulitis, quieti consulitis. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.) — §. 2. *Consilium alicuius expetere.* I. *Sy.* Interrogare. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2. Explorare, Evocare, Requirere, (voluntatem, v. iudicium alterius, etc.). fr. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. Th. C. IX. 16. c. 1. c. 4. de malef. XI. 29. c. 1. sq. c. 4. de relation. II. *Op.* Respondere, s. Responsa dare. fr. 5. si quadrup. 9. 1. fr. 52. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 15. de publican. 39. 4. Paul. V. 21. §§. 3. sq. III. *Cn.* Quod — Coss. verba fecerunt, — quid de ea re fieri oportet, d. e. r. ita consuluerunt. fr. 2. §. 1. ad S. C. Vellei. 16. 1. Diligenter explorabis, et si quid tale compereris, consules nos ut aestimemus etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Fieri potest, sic tamen ut consulto prius Principe et iubente id fiat. fr. 16. ad L. Cor. de sicar. 48. 8. Si Praeses Pr., vel quis alius, consuluerit, et ad consultationem eius fuerit rescriptum. fr. 1. §. 1. de app. et relat. 49. 1. cf. fr. 32. §. 14. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 48. pr. de iure fisci. 49. 14. fr. 11. de decurion. 50. 2. Legatos — Proconsulem suum (consulere oportet), et is ad consultationes Legatorum debebit respondere. fr. 6. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. De facto consulentibus (sc. iudicibus) non debent consilium impertire (Praesides). fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. Neque responsa utique signata dabant (sc. I. Cti), sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Ex facto a Fl. Respecto praetore consultus, — Celsus Respecto suasit. fr. 3. §. 1. de minor. 4. 4. Consulebatur, quid de his iuris esset? respondit etc. fr. 41. de R. C. 12. 1. fr. 47. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Copiam eorum, quos consuleret, habuisse. Consulendo prudentiores adsequi posse scientiam. fr. 10. de B. P. 37. 1. fr. 9. §. 3. de iur. et facti ign. 22. 6. De salute Principis, v. dominorum, De summa reip. etc. consulere mathematicos, etc. Paul. V. 21. §§. 3. sq. Coll. LL. M. XV. 2. fr. 15. §. 13. de iniur. 47. 10.

Consultare. *Consilium petere.* I. *Sy.* Consulere. fr. 1. §§. 1. sq. de app. et relat. 49. 1.

Consultatio. §. 1. *Scrutatio.* III. *Cn.* Futura, sub exsecrabili consultatione, cognoscere. Th. C. XVI. 10. c. 9. de pagan. Coll. LL. M. XV. 2. — §. 2. *Provocatio consilii alterius, Anquisitio.* I. *Sy.* Citra consultationis modum. Inconsultis ac nescientibus nobis. Th. C. IX. 35. c. 1. de quaestion. II. *Op.* Rescriptum. Coll. LL. M. I. 11. Responsum. Vatic. §. 115. III. *Cn.* Aut non intelligo quid sit, de quo me consulueris, aut valde stulta est consultatio tua. fr. 27. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Quia dubitabat, ad Imperatorem — retulit, ad quam consultationem successor eius — rescripsit. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4. cf. fr. 1. §. 1. de app. et relat. 49. 1. Rescripta ad consultationem emissa, vel emittenda. Th. C. I. 2. c. 9. (Wck.) de div. rescr. Terminata rescripto, vel consultatione, quaestio. Ib. XI. 30. c. 6. de app. et poen. Consultationes relationesque. Ib. XI. 29. c. 4. de relation. Verba consultationi inserta. fr. 34. pr. de legat. II. (31.) Quae in consultatione collata sunt. fr. 19. §. 1. de annuis legat. 34. 1. Subiecta consultationi gesta. Th. C. XI. 30. c. 35.

Consultator. *Qui consilium alterius expetit.* III. *Cn.* Caeteri (sc. I. Cti) — solum consultatoribus (vacare) potius, quam discere volentibus se praestabant. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2.

Consulte. (Advb.) *Provide, Circumspecte.* III. *Cn.* Consulte, ac pro iuris ratione. c. 12. de collation. 6. 19. Solet, — sed consultius est etc. fr. 15. sq. de transact. 2. 15. Paul. I. 1. §. 3. Ambigere non debetis, sed consultius feceritis, si etc. c. 1. in qu. cas. tut. 5. 36. Quamvis sint auctorum sententiae dissentientes, tamen consultius videtur etc. c. 3. de A. et R. P. 7. 32. Si quis audacius quam consultius molietur. Th. C. XV. 1. c. 28. de opp. pub. Si non consulte abstentus est (bonis paternis). c. 4. arbitr. tut. 5. 51. Praetor consultissime intervenit. fr. 8. pr. de cond. instit. 28. 7.

Consulto. (Advb.) *Sciens, Ex proposito.* II. *Op.* Per errorem. fr. 53. de R. I. 50. 17. Incuria. Oblivione. Paul. V. 3. §. 6. fr. 31. pr. de liberat. leg. 34. 3. Inconsulto. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. de h. qu. in testam. del. 28. 4. Casu. Coll. LL. M. I. 11. III. *Cn.* Vel consulto circa edendum patrimonium quantitatem minuisse, vel evidenti fraude pupilli bona alienasse. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 5. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. Qui consulto filium emancipaverat, ne pro magistratu eius caveret. fr. 38. §. 4. ad munic.

50. 1. Nisi sciens venditor morbum consulto reticuit. fr. 14. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1.

Consultor. Cf. v. Consultus. §. 3.

Consultum. (Subst.) **§. 1.** *Consilium datum, Sententia.* III. ***Cn.*** Virorum prudentium consultum. fr. 1. sq. de LL. 1. 3. Senatus consultum. Cf. h. v. — **§. 2.** *Constitutio, Sanctio.* I. ***Sy.*** Statutum. Th. C. XVI. 2. c. 22. de episc. eccl. Constitutio. c. 23. de testam. et quemad. 6. 23. Th. C. XIII. 5. c. 31. de navicul. — **§. 3.** *Consultatio.* III. ***Cn.*** Si plena adsertio per litigatorem in iudiciis exseratur, et integra instructio in consulti ordinem conferatur. Ib. XI. 30. c. 11. de app. et poen.

Consultus. (Partic.) **§. 1.** *Perpensus, Accuratus.* III. ***Cn.*** Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit. Paul. I. 9. §. 6. Si quidem consultissima ratione videatur esse provisum. Vatic. §. 273. Lex, v. Praeceptio etc. consultissima, s. consulta. Th. C. V. 13. c. 17. (Wck.) VIII. 5. c. 20. de cursu pub. IX. 36. c. 1. ut intra ann. XII. 1. c. 63. de decurion. — **§. 2.** *Ad consilium edendum provocatus.* Cf. v. Consulere. §. 2. — **§. 3.** *Peritus, Sciens (iuris).* I. ***Sy.*** Consultores iuris, Conditores, Consulti. Interpr. ad Th. C. I. 4. c. 1. de resp. prud. III. ***Cn.*** Iuris consultus. Cf. h. v. Consultorum omnium consona responsio. Th. C. I. 2. c. 8. de div. rescr. Consultorum iura declarant. Consult. vet. I. Cti. c. 7. Consultissimus vir Papinianus. c. 3. de A. et R. P. 7. 32. Princeps consultissimus. c. 1. ne lic. potentior. 2. 14. c. 6. de testam. man. 7. 2. Th. C. VIII. 12. c. 4. de donat.

Consumere. **§. 1.** *Conficere, Absumere.* I. ***Sy.*** Interire. Intercidere. Consumi. fr. 22. de N. G. 3. 5. fr. 17. sq. Qu. met. c. 4. 2. fr. 36. sq. locat. 19. 2. Erogare, Dare (pecuniam, ad, v. in etc.) fr. 37. pr. de relig. 11. 7. fr. 40. §. 5. de cond. et dem. 35. 1. fr. 1. §. 19. ad L. Falc. 35. 2. Perdituro, Consumturo (credere). fr. 24. §. 4. de minor. 4. 4. fr. 12. §. 11. mand. 17. 1. II. ***Op.*** Exstare, v. Salvam esse, — Consumtam (pecuniam). fr. 9. §. 2. ad S. C. Mac. 14. 6. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ignor. 22. 6. §. 2. I. Qu. al. lic. 2. 8. III. ***Cn.*** Percipere et consumere (fructus). fr. 4. §. 2. fin. regund. 10. 1. Solutae sunt adolescenti pecuniae debitae, easque male consumsit. fr. 32. de minor. 4. 4. fr. 13. §. 2. de R. C. 12. 1. Adimere et consumere (nummos). fr. 30. pr. de A. E. V. 19. 1. fr. 4. pr. de penu leg. 33. 9. Subripere quaedam et corrumpere, atque consumere (ex bonis). fr. 41. §. 1. de statulib. 40. 12. cf. fr. 27. §. 1. de pecul. 15. 1. Res, quas mulier comederit, vendiderit, donaverit, qualibet ratione consumserit. fr. 3. §. 3. rer. amotar. 25. 2. cf. fr. 23. pr. de hered. pet. 5. 3. Si suspectus avus sit, quasi consumturus bona nepotis. fr. 16. de B. P. c. t. 37. 4. cf. fr. 24. §. 4. de minor. 4. 4. Non potest commodari id, quod usu consumitur. fr. 3. §. 6. commod. 13. 6. — **§. 2.** *Exstinguere, Interficere.* I. ***Sy.*** Comburi, Exuri, Concremari, Flammis aboleri, Incendio consumi. fr. 57. pr. §§. 1. 3. de contr. emt. 18. 1. Th. C. IX. 34. c. 3. c. 7. c. 10. de famos. libell. III. ***Cn.*** Cum stramenta ardentia transilirent duo, — alter flamma consumtus est. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Si — humana sorte consumtus, ad vota non potuerit pervenire. Th. C. III. 5. c. 7. de sponsal. Ad gladium damnati confestim consumuntur, vel certe intra annum debent consumi. Coll. LL. M. XI. 7. Paul. V. 17. §. 3. Praegnantis mulieris consumendae damnatae poena differtur, quoad pariat. fr. 3. de poen. 48. 19. Si quem forte gladius ultor adflixerit, aliave quaelibet vitam adimens poena consumserit. Th. C. IX. 42. c. 2. de bon. proscr. — **§. 3.** *Abolere, Perimere.* I. ***Sy.*** Perimere (actionem etc.). fr. 34. pr. §. 1. de O. et A. 44. 7. fr. 2. §§. 1. 3. de priv. delict. 47. 1. Committi, Consumi (stipulationem). fr. 133. de V. O. 45. 1. Tolli (actionem). fr. 7. pr. §. 1. fr. 18. de condict. furt. 13. 1. II. ***Op.*** Minuere (existimationem). fr. 5. §§. 1. sqq. de extr. cogn. 50. 13. Salvam habere, — Consumi (actionem). fr. 18. de O. et A. 44. 7. III. ***Cn.*** Totius illius iuris obligatio, ita concepta actione, — per intentionem consumitur. Gai. IV. 131. Facit, ut res in iudicium deducta videatur, et stipulationem consumit. fr. 66. de procur. 3. 3. Consumi alteram actionem per alteram, exceptione in factum opposita. fr. 14. §. 13. Qu. met. c. 4. 2. fr. 34. pr. fr. 60. de O. et A. 44. 7. — **§. 4.** *Absolvere, Explere.* I. ***Sy.*** Aequare (sortem). Interp. ad Paul. II. 14. §. 2. II. ***Op.*** Integram manere, — Consumi (optionem). fr. 2. §§. 2. sq. fr. 4. fr. 10. fr. 20. de opt. leg. 33. 5. Si consumant (legata) quantitatem. — Si quod supererit, v. remaneat (apud heredem). fr. 18. pr. §§. 1. sq. de mil. testam. 29. 1. III. ***Cn.*** Tempus, quod per postulationem praecedentem consumtum est. fr. 31. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Vsurae supra centesimam solutae sortem minuunt; consumta sorte repeti possunt. Paul. II. 14. §. 2.

Consummare. **§. 1.** *Summas contrahere, Coadunare.* III. ***Cn.*** Non ideo, quod forsitan consummata est quantitas sortis et usurarum, totius summae usuras postea colligi. c. 3. pr. de usur. rei iud. 7. 54. — **§. 2.** *Perficere, Absolvere.* I. ***Sy.*** Fieri, Consummari, Consistere (mandatum, v. donationem). Gai. III. 155. 159. fr. 1. §. 1. fr. 2. §. 2. fr. 4. de donation. 39. 5. Perficere, Absolvere (aedificium, v. opus). fr. 139. §. 1. de V. S. 50. 16. Th. C. XV. 1. c. 26. de opp. pub. III. ***Cn.*** Sicut liberum est, mandatum non suscipere, ita susceptum consummari oportet. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1. Consummare, quaecunque geruntur (prioris negotii explicandi causa). fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. Recte consummatum (mandatum) evanescere etc. Gai. III. 159. Coeptum, s. Inchoatum (opus, v. aedificium) consumm. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 61. de usuf. 7. 1. Via consummari solet, vel civitate tenus etc. fr. 38. de S. P. R. 8. 3.

Consummatio. **§. 1.** *Summarum coniunctio, Computatio.* III. ***Cn.*** Si, singulorum mancipiorum constituto pretio, universa tanti venierunt, quantum ex consummatione singulorum fiebat. fr. 36. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Perfectio, Absolutio.* I. ***Sy.*** Confectio. c. 22. §§. 2. sq. de iure deliber. 6. 30. III. ***Cn.*** Propriam formam, quae ex consummatione contingit, non dedisse. fr. 80. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 51. §. 1. locat. 19. 2. Consummationem coeptorum ab eo desiderare. fr. 55. §. 3. de

adm. et peric. 26. 7. Si ante consummationem testamenti factum est. fr. 1. §. 2. de h. qu. in testam. del. 28. 4. Proprio lapsu temporis decurrente ad XXX. usque consummationem. Th. C. IV. 14. c. 1. §. 5. de action. certo temp. fin. — **§. 3.** *Opus perfectum.* I. **Sy.** Compositio, Contextus. c. 2. §§. 2. sqq. 8. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** Nostram autem consummationem — Digestorum, vel Pandectarum nomen habere sancimus. c. 1. §. 12. ib. 1. 17.

Consummatus. (Partic.) *Perfectus, Absolutus.* I. **Sy.** Perfectus, Consummatae scientiae (artifex). fr. 19. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. II. **Op.** Initio anni. — Anno consummato. fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. Coepta, — Consummata (iniuria). fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. (cf. v. Consummare. §. 2.)

Consurgere. *Exsurgere, Insurgere.* III. **Cn.** Post absolutum dimissumque iudicium, nefas est litem alteram consurgere ex litis primae materia. Th. C. IV. 18. c. 2. de fruct. et lit. expens. Si eius fuerit dignitatis, ut nequaquam in eum deceat tali vigore consurgere etc. Ib. VIII. 5. c. 1. de cursu pub. cf. IX. 40. c. 14. de poen.

Consutum. (Subst.) *Linteum, in formam zonae coniunctum.* III. **Cn.** Linteum, — consuti genus esse, quo necessariae partes tegerentur. Gai. III. 193.

Consutus. (Partic.) *Sutura iunctus.* III. **Cn.** Etsi non sunt clavi vestimentis consuti, (tamen veste legata contineri). fr. 19. §. 5. de auro arg. 34. 2. Membranae nondum consutae. fr. 52. §. 5. de legat. III. (32.)

Contagio, s. **Contagium.** *Contactus pestilens, Commixtio exitiosa.* III. **Cn.** Sive pecora contagione morbosi pecoris perierunt. fr. 13. pr. de A. E. V. 19. 1. Casus maioris ac novi contingentis ratione, adversus timorem contagionis, quae testes deterret etc. c. 8. de testam. et quemad. 6. 23. Quandoquidem haec scelera, velut contagium quoddam funestae pestis, debeant declinari. Th. C. IX. 28. c. 2. de crim. pecul. cf. IX. 40. c. 17. de poen. Precandi quoque in posterum super tali coniugio, imo potius contagio, cunctis licentiam denegamus. c. 2. si nupt. ex rescr. 5. 8. Haereticorum polluta contagia (pelli urbibus). Th. C. XVI. 5. c. 20. de haeretic. Iudaicis semet polluere contagiis. Ib. XVI. 7. c. 3. pr. de apostat.

Contaminare. §. 1. *Commaculare, Inquinare.* III. **Cn.** Aquas spurcare, fistulas, lacus, quodve aliud ad iniuriam publicam contaminare. fr. 1. §. 1. de extr. crim. 47. 11. — **§. 2.** *Dehonestare, Foedare.* III. **Cn.** Ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem — advertimus. Th. C. IX. 38. c. 8. de indulg. crim. Coetus illicitos congregare, profanaque mente omnipotentis dei contaminare mysterium. Ib. XVI. 5. c. 26. de haeret. cf. XVI. 6. c. 1. ne S. bapt. iter.

Contaminatio. *Foedatio, Diffamatio.* III. **Cn.** Qui patitur uxorem suam delinquere, matrimoniumque suum contemnit, quique contaminationi non indignatur. fr. 2. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Pudoris contaminatione foedari. Coll. LL. M. V. 3. Photinianae labis contaminatio, Ariani sacrilegii venenum etc. Th. C. XVI. 5. c. 6. de haeretic.

Contegere. *Obducere, Velare.* II. **Op.** Perferre ad nostram clementiam. — Taciturnitate contegere. Ib. VII. 4. c. 21. de erog. mil. annon.

Contemnendus. (Partic.) *Contemtibilis.* III. **Cn.** Non contemnendae auctoritatis (I. Ctus). c. 5. ad exhib. 3. 42.

Contemnere. §. 1. *Spernere, Despicere.* III. **Cn.** Cum patronus contemni se a liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel convicium se ab eo passum. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 15. de servo corr. 11. 3. Observandum est ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur. fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18. Maiestatem, v. Auctoritatem, Praetoris contemn. fr. 9. de iurisd. 2. 1. fr. 5. de iudic. 5. 1. — **§. 2.** *Insuper habere, Omittere.* I. **Sy.** Nolle uti. fr. 41. de minor. 4. 4. Spernere, Negligere. fr. 1. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 5. §. 9. de adm. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Quodsi noluerit, aut contemserit. fr. 52. de manum. testam. 40. 4. Si quis vel differendum, vel contemnendum esse crediderit. Th. C. VI. 4. c. 20. de Praet. et Qu. Si non latitet, contemnat autem venire. fr. 28. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 53. §. 1. de re iud. 42. 1. Vnicuique licet contemnere haec, quae pro se introducta sunt. fr. 41. de minor. 4. 4. Diebus ac noctibus, et omni tempestate contemta, iter continuare cogi. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1.

Contemplari. *Considerare, Spectare.* I. **Sy.** Ante oculos habere. fr. 3. §. 2. ubi pup. educ. 27. 2.

Contemplatio. *Ratio, Intuitus.* I. **Sy.** Gratia, Contemplatione (alicuius, sc. relictum etc.). fr. 21. sq. de usuf. 7. 1. III. **Cn.** Multum interesse arbitror, cui volet prospectum, cuiusque contemplatione testator fecerit. fr. 11. §. 22. de legat. III. (32.) cf. fr. 23. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. Quod factum contemplatione morum, et causa publicae honestatis, vindictam extraordinariae ultionis exspectat. Paul. V. 4. §. 21. Eam formam statuere, quam modus facti contemplatioque dictaverit. Th. C. IX. 40. c. 10. de poen. Si amicitia filii tui, vel servi, vel eorum contemplatione, (negotia gessi peculiaria). fr. 6. §. 6. de N. G. 3. 5. Quod (sc. negotium) ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum. fr. 6. §§. 9. sqq. ib. 3. 5. Qui contemplatione extremae necessitatis, aut alimentorum gratia, filios suos vendiderint. Paul. V. 1. §. 1. Si fuerit donatum, — hac tamen contemplatione, ut etc. fr. 25. pr. de inoff. testam. 5. 2. Cui fideiussor is accessit, sine contemplatione iuris praetorii. fr. 95. §. 3. de solut. 46. 3. Contemplatione salutis, certo modo aestimari non placuit. Paul. V. 11. §. 6. Praefertur contemplatio publicae utilitatis. Ib. II. 19. §. 5.

Contemtibilis. (Adiect.) *Spernendus, Vilis.* III. **Cn.** Circa advocatos patientem esse Procos. oportet, sed cum ingenio, ne contemtibilis videatur. fr. 9. §. 2. de off. Procos. et Leg. 1. 16. Ornamenta pretiosa, vel vestis serica, vel quid aliud non contemtibile. fr. 37. §. 1. de eviction. 21. 2.

Contemtio. *Despicientia.* III. *Cn.* Ex conversatione aequali contemtio dignitatis nascitur. fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18.

Contemtor. *Qui contemnit.* III. *Cn.* Desides homines, et sui iuris contemtores. c. 3. de ann. exc. 7. 40. Quod recipere lege potuisset, contemtor examinis violentus amittat. Th. C. IV. 22. c. 3. unde vi. Ne quis nos putaverit antiquitatis penitus esse contemtores. c. 22. §. 13. de iure deliber. 6. 30.

Contemtus. (Subst.) *Contemtio.* II. *Op.* Metus divini numinis. — Contemtus religionis. fr. 8. pr. de cond. instit. 28. 7. III. *Cn.* Nisi quid ex his — vel negligentia, vel contemtus distulerit. Th. C. XI. 24. c. 6. §. 7. de patroc. vicor. Vt negotii sui diligens, tantumque se a contemtu vindicans, quantum non pergat in contumeliam superioris. Ib. I. 6. c. 7. (Wck.) de off. Prf. Vr. Id contemtui haberi, quod etc. Ib. XI. 13. c. 1. si p. obrept.

Contendere. **§. 1.** *Tendere, Ingredi.* I. *Sy.* Proficisci, Cont. (sumta evectione). Ib. VIII. 5. c. 32. de cursu pub. III. *Cn.* Contra eundem (sc. fiscum) agere contendant. Ib. X. 1. c. 1. de iure fisci. — **§. 2.** *Certare.* II. *Op.* Concordare. Cf. h. v. Cedere. cf. h. v. §. 1. III. *Cn.* Cum — plebs contenderet cum Patribus, — et Patres recusarent etc. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. Philosophi, qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sectam contendentibus praebent. fr. 8. §. 4. de vac. et excus. 50. 5. Vltra contendere, v. contendendum putare. fr. 1. pr. de edendo. 2. 13. Cum contenditur inter aliquos (de possessione). Gai. IV. 139. — **§. 3.** *Intendere, In iudicio adlegare.* I. *Sy.* Agere (sacramento). Ib. IV. 13. sq. Dicere. fr. 5. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 1. §. 10. de Carb. edict. 37. 10. III. *Cn.* Contendere, nec obtinere, v. nec probare. fr. 5. §. 1. l. 34. 9. c. 13. de ingen. manum. 7. 14. Qui — iudici non parens, contendens etc. fr. 68. de R. V. 6. 1. Ita contendendum, si etc. fr. 2. pr. si ingen. esse dic. 40. 14. Si non latitet, sed praesens „nihil posse decerni" contendit. fr. 3. §. 15. de susp. tutor. 26. 10. Contendere, suum esse, v. solvendo esse etc. fr. 28. §. 7. de iureiur. 12. 2. fr. 28. de fideiuss. 46. 1.

Contentio. **§. 1.** *Certatio, Controversia.* I. *Sy.* Controversia. fr. 40. de iureiur. 12. 2. fr. 43. de cond. indeb. 12. 6. Causa. Vatic. §. 33. III. *Cn.* Propter immensas contentiones, plerumque res ad divisionem pervenit. fr. 26. de S. P. V. 8. 2. Si aliqua rixa ex litibus et contentione nata esset. fr. 20. de O. et A. 44. 7. — **§. 2.** *Illa formulae pars, qua desiderium suum concludit actor.* I. *Sy.* Intentio (iuris). Gai. IV. 39. 60. 106. sq.

Contentiosus. **§. 1.** *Socius certaminis, Comproeliator.* II. *Op.* Auctores ac principes. — Consentanei, et usque adeo contentiosi. Coll. LL. M. XV. 3. — **§. 2.** *Certamini studens, Lites adpetens.* III. *Cn.* Cum hoc materiam litium contentiosis hominibus praestabat. §. 12. I. de inut. stipul. 3. 19. Contentiosa litigantium instantia. c. 1. pr. de iureiur. pr. calum. 2. 59. — **§. 3.** *Ad controversias spectans.* II. *Op.* Voluntaria, — Contentiosa (iurisdictio). fr. 2. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Contentus. (Partic.) **§. 1.** *Qui continetur, Comprehensus, Adstrictus.* III. *Cn.* Si qui miles — repertus fuerit, vel sibi vacans, vel alieno obsequio contentus, (nobis illico nuncietur). Th. C. VII. 1. c. 17. pr. de R. M. — **§. 2.** *Continens se, Abstinens cupiditate plura habendi.* I. *Sy.* Sufficiunt tibi, Contentus esto. fr. 11. §. 4. de legat. III. (32.) II. *Op.* Omne debitum petere posse. — Parte debiti contentum esse. fr. 7. §. 19. fr. 44. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. III. *Cn.* Vnusquisque, contentus suo, rem non expetat iuris alieni. Th. C. II. 26. c. 1. fin. regund. Si noluerit, — contentus eo, quod etc. Gai. III. 37. Qui accusare instituisset, postea desistere maluit, contentus (lucrum ex dote retinere). fr. 11. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 62. de iure dot. 23. 3. fr. 15. §. 3. de re iud. 42. 1. Abstineat se bonis, contenta dote. fr. 9. de dot. collat. 37. 7. cf. c. 3. de collation. 6. 20. Retinente, sive praecipiente, quo contentum esse voluit defunctus. fr. 69. pr. de legat. II. (31.) cf. fr. 61. de hered. inst. 28. 5. Peto, — contentus sis illa re. Paul. IV. 1. §. 5. fr. 69. pr. l. (31.) Cavere, contentos se futuros (tot aureis). fr. 27. ad L. Falc. 35. 2. Facile transigere, modico contentus praesenti. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. cf. fr. 96. §. 2. de solut. 46. 3. Non habebit reus — actionem, — cum possit contentus esse exceptione. fr. 1. §. 3. de eo p. qu. fact. 2. 10. cf. fr. 18. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 50. pro soc. 17. 2.

Conterere. *Conficere, Pessumdare.* III. *Cn.* His additur aliud maius, quod innocentes praecipue hactenus conterebat. Nov. Marcian. nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. §. 5.

Conterminus. (Adiect.) *Finitimus, Contiguus.* III. *Cn.* Sicubi — in vicina, vel contermina eius, vel in eodem, vel ubilibet (similis substantia — adcreverit). Th. C. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr.

Conterritus. (Partic.) *Exterritus, Perterritus.* I. *Sy.* Deterritus. fr. 2. §. 1. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. III. *Cn.* Si quis nunciet, domum a latronibus occupatam, et dominus timore conterritus etc. fr. 3. §. 8. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 2. de S. C. Silan. 29. 5.

Contestari. **§. 1.** *Testari, Solemniter declarare, vel probare.* I. *Sy.* Testato iubere, Sic contestari etc. fr. 1. §. 1. Qu. iussu. 15. 4. III. *Cn.* Si contrariam voluntatem, vel apud acta Praesidis, vel apud ipsum Ordinem, vel quo alio modo contestatus sit. fr. 7. §. 3. de decurion. 50. 2. c. 3. de fide instrum. 4. 21. Spatium — ad contestandas excusationum causas. fr. 38. de excusatt. 27. 1. — **§. 2.** *Cum alio suscipere iudicium.* I. *Sy.* Accipere (iudicium, s. litem). fr. 15. pr. fr. 16. fr. 64. fr. 73. de procur. 3. 3. Suscipere (iudicium). fr. 7. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Lis contestata. Res in iudicium deducta. Gai. III. 180. sq. IV. 106. sq. III. *Cn.* Quos inter id iudicium accipietur, lisve contestabitur. L. Gall. Cisalp. I. 48. Is, qui mecum erat litem contestatus, vel cum quo ego. fr. 11. de iudic. 5. 1. Antequam lis ab alio contestetur. fr. 3. §. 10. de sepulc. viol. 47. 11. Si iam lis adversus te con-

testata est. fr. 26. §. 5. de nox. act. 9. 4. Eo tempore quo lis contestatur. fr. 22. §. 5. sol. matrim. 24. 3. Si, — iudicio de dote contestato, reversa fuerit in matrimonium. fr. 19. ib. 24. 3. cf. fr. 7. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat. c. 3. de novat. 8. 42.

Contestatio. §. 1. *Declaratio adhibitis testibus facta, Testatio.* I. **Sy.** Testatio. Vlp. XX. 9. fr. 20. §. 8. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Sententia (mentis, s. voluntatis). Vlp. XX. 1. fr. 1. l. l. 28. 1. Adtestatio, Testificatio. Th. C. VIII. 12. c. 2. sq. c. 5. de donat. III. **Cn.** Cuius rei contestatio apud Praesidem Prov. deponenda est. Paul. II. 14. §. 6. Apud actorum contestationem confectae (donationes). Th. C. l. l. c. 3. Nec illicita concussione vexare (sc. naves), nec libellos aut contestationes suscipere etc. Ib. VI. 29. c. 8. de curios. Omnes deinceps cautiones vim contestationis accipiant etc. Ib. II. 27. c. 1. §. 5. si cert. pet. de chir. Re et facto, non nuda contestatione, (domicilium transferri). fr. 20. ad municip. 50. 1. Testibus adhibitis contestationem debebit proponere. Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor. Contestatio publice proposita. c. 2. de h. qu. p. met. iud. 7. 67. — §. 2. *Actus, quo iudicium inter litigantes suscipitur.* I. **Sy.** Lis contestata. Contestatio litis. Gai. III. 180. sq. fr. 40. §. 3. de proc. 3. 3. fr. 22. §. 5. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Incipit teneri reus litis contestatione. — Sublata litis contestatione, incipit ex causa iudicati teneri. Gai. l. l.

Contestato. (Advb.) *Cum testatione.* I. **Sy.** Testato. fr. 1. §. 1. Qu. iussu. 15. 4. Denunciare, Contestato dicere. fr. 1. §§. 4. 12. de agnosc. et alend. 25. 3.

Contestatorius. (Adiect.) *Contestato factus.* III. **Cn.** Si sint sessiones, — denunciare debet, et adire Praetorem, — si feriae sint, libellos det contestatorios. Vatic. §. 156.

Contexere. §. 1. *Texere.* I. **Sy.** Opifices vestis linteae contexendae. Textores. Th. C. X. 20. c. 6. de murileg. — §. 2. *Componere.* III. **Cn.** Ad tanti consummationem operis, et contexendos codices. Ib. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. Per testimonia non scripta, et falso contexta, adseverare. Ib. IV. 4. c. 5. de testam. et codic.

Contextio. *Textura, Fabricatio.* III. **Cn.** Sexta portio a gynaeciariis — pro eadem contextione suscepta. Ib. VII. 6. c. 5. de milit. veste. Contextio, vel constructio navium. Ib. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Contextor. *Consarcinator.* III. **Cn.** Contextores huius Theodosiani codicis. Ib. I. 1. c. 6. §. 2. (Wck.) de const. Pr.

Contextus. (Subst.) *Continuatio, Vnitas, Coniunctio (rerum, vel verborum).* I. **Sy.** Vno eodemque tempore, Vno contextu. §. 3. I. de testam. ord. 2. 10. Vicinae scripturae. Contextus (testamenti). fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 75. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Si unita sit (pars) contextu aedificiorum. fr. 15. §. 13. de dam. inf. 39. 2. Vno contextu actus testari. fr. 21. §. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Neque contextum verborum totius scripturae, neque mentem testatricis eam esse etc. fr. 44. de manum. test. 40. 4.

Contextus. (Partic.) §. 1. *Textura iunctus.* I. **Sy.** Quod in tela est. Contextum. fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.) fr. 22. de auro arg. 34. 2. II. **Op.** Detextum. fr. 70. §. 11. l. (32.) fr. 22. l. (34. 2.) III. **Cn.** Margaritae, quae ita ornamentis muliebribus contextae sunt etc. fr. 32. §. 1. l. l. 34. 2. — §. 2. *Compositus, Fabricatus.* I. **Sy.** Novae de integro constructae, Recenti fabricatione contextae (naves). Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Conticere, v. **Conticescere.** *Tacere, Silentio sopiri.* I. **Sy.** Reticere. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. Silere. Th. C. IX. 16. c. 4. de malef. et math. III. **Cn.** In iudice punias, si innoxios verberavit; in officio, si fortasse conticuit, [al. constituet]. Ib. IX. 1. c. 15. de accus. et inscr. Examinatio conticescat etc. Ib. XI. 24. c. 6. pr. de patroc. vicor.

Contignatio. *Coniunctio tignorum, Continuatio tectorum.* III. **Cn.** Si transversa contignatio tota in aliarum aedium parietibus sedebit. fr. 47. de dam. inf. 39. 2. Binas quis aedes habebat, una contignatione iunctas. fr. 36. de S. P. V. 8. 2.

Contiguus. (Adiect.) *Conterminus, Proximus.* II. **Op.** Contigua, — Vlterior, Longior ac remota, Transmarina (provincia). Th. C. X. 1. c. 13. de iure fisci. X. 10. c. 27. pr. §. 5. de petit. et ultro dat. XI. 30. c. 41. c. 63. de app. et poen. XI. 31. c. 9. de repar. app. III. **Cn.** Contiguae vicinaeque, Proximae atque contiguae (provinciae). Ib. X. 10. c. 27. §. 5. XI. 30. c. 63. Fundi — civitati contigui, vel propinquantes. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 3. §. 1.

Continens. (Partic.) §. 1. *Continuus, Cohaerens.* I. **Sy.** Cohaerentes inter se, Continentes [al. contingentes] res. fr. 30. pr. de usurp. 41. 3. Iunctae (Italiae). Continentes (provinciae). fr. 99. §. 1. de V. S. 50. 16. Quod imperio continentur, Imperio continens (iudicium). Gai. III. 181. IV. 80. 103. 105. sq. 109. II. **Op.** Continentes, — Distantes (res). fr. 30. pr. l. 41. 3. Continentes, — Transmarinae (provinciae). c. 1. de dilation. 3. 11. (cf. v. Contiguus.) Murotenus, — Continentibus (sc. aedificiis, finiri urbes). fr. 4. §. 4. de penu leg. 33. 9. III. **Cn.** Romae, vel in continentibus aedificiis. In urbe et in continentibus aedificiis. fr. 45. §. 3. de excusatt. 27. 1. fr. 5. sqq. de procur. 3. 3. fr. 2. pr. fr. 87. fr. 139. pr. fr. 147. de V. S. 50. 16. In urbe Roma, propiusve urbem Romam passus M., ubi continenti habitabitur. Tab. Heracl. lin. 20. sqq. 56. aer. Br. — §. 2. *Praesens.* I. **Sy.** Ex continenti, s. In continenti. Confestim. fr. 37. de fideic. libb. 40. 5. fr. 3. §. 9. de vi et vi arm. 43. 16. II. **Op.** Ex intervallo. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. fr. 89. de cond. et dem. 35. 1. Coll. LL. M. IV. 2. Interposito tempore. fr. 29. pr. sol. matrim. 24. 3. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Ex continenti, acceptis litteris meis, veni. fr. 61. §. 1. de O. et A. 44. 7. cf. c. 3. de error. advoc. 2. 10. Cum pecuniam mutuam dedit quis sine stipulatione, et ex continenti fecit stipulationem. fr. 6. §. 1. de novat. 46. 2. In continenti, — prope uno ictu et uno

impetu, utrumque occidere. fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Coll. LL. M. 1. 1. — **§. 3.** *Abstinens, Temperans (consuetudine feminarum).* III. **Cn.** Ecclesiastici, aut ex — ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari. Th. C. XVI. 2. c. 20. de episc. eccl. Nov. Marcian. de testam. cleric. III. 5. c. 1. pr.

Continenter. (Advb.) *Iugiter, Continue.* III. **Cn.** Nemo tam perpetuo, tam continenter ire potest, ut nullo momento (possessio eius interpellari videatur). fr. 14. pr. de servit. 8. 1.

Continentia. **§. 1.** *Continuatio, Coniunctio indiscreta.* I. **Sy.** Tenor (programmatis etc.). Th. C. X. 10. c. 29. §§. 2. sq. de petition. Apud diversos iudices ventilare. Causae continentiam dividere. Ib. II. 18. c. 2. de iudic. III. **Cn.** Vt et praesentes videant subscriptores, — etiamsi iisdem scripturae continentia non fuerit intimata. Ib. IV. 4. c. 3. §. 2. de testam. et codic. — **§. 2.** *Abstinentia.* III. **Cn.** Cum — continentiae fuerit testimonium (census angustior). Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. §. 1.

Continere. **§. 1.** *Comprehendere, Complecti.* I. **Sy.** Comprehendere. fr. 10. fr. 12. de LL. 1. 3. fr. 178. §§. 2. sq. fr. 195. §. 3. fr. 201. de V. S. 50. 16. Complecti. fr. 7. pr. §. 1. de iurisd. 2. 1. fr. 1. de V. S. 50. 16. Contineri, Inesse, Deberi. fr. 14. §. 10. Qu. met. c. 4. 2. Vatic. §. 54. Consistere. Gai. IV. 103. fr. 5. §. 1. fr. 7. de usuf. ear. rer. 7. 5. III. **Cn.** Cum dicimus, — utraque continemus. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Quod aut iure proprio ipsorum, aut communi universae cognationis continetur. fr. 195. §. 2. ib. 50. 16. Aeque si plures heredes sint, continentur stipulatione. fr. 158. ib. 50. 16. Arbitratu iudicis — continetur, ut etc. fr. 10. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Officio iudicis contineri. Gai. II. 219. IV. 63. Quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur. fr. 9. §. 2. de edendo. 2. 13. Constitutionibus Principum continetur etc. fr. 24. ad munic. 50. 1. fr. 1. §. 1. de pollicit. 50. 12. — **§. 2.** *Retinere, Coërcere.* III. **Cn.** Si operis aliquid faciat quis, quo magis aquam conservet vel contineat. fr. 3. pr. cf. fr. 1. §. 4. de riv. 43. 21. Speciem pristinam non continet. fr. 5. §. 1. de R. V. 6. 1. Quia heredes, quos volui habere mihi, continere non potui, (M. Rufus heres esto). fr. 92. de hered. inst. 28. 5. Servorum obsequium — iustis operibus contineri oportet. Coll. LL. M. III. 3. Furiosis, si non possint per necessarios contineri, eo remedio per Praesidem obviam eundum est, scilicet ut carcere contineantur. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Solent Praesides in carcere continendos damnare, aut ut in vinculis contineantur. fr. 8. §. 9. de poen. 48. 19. — **§. 3.** *Sustinere. Tenere.* I. **Sy.** Se tenere, v. Teneri, Contineri (terra, v. opere). fr. 77. fr. 241. de V. S. 50. 16. Terra continere se desinere, Percipi (fructus). fr. 78. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Vt per colonum possessio (et) retineretur, et contineretur. fr. 40. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Magis religionibus, quam officiis — nostram remp. contineri. Th. C. XVI. 2. c. 16. de episc. eccl.

Contingere. **§. 1.** *Tangere, Adprehendere.* I. **Sy.** Tangere. fr. 65. §. 2. de A. R. D. 41. 1. fr. 1. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. Vsurpare (horreaticas species). Th. C. XI. 14. c. 3. de cond. in pub. horr. III. **Cn.** Qui contingere nostram purpuram (digni sunt aestimati). Ib. VI. 24. c. 4. de domest. et protect. Corporibus non contactis, (monumentum reficere). fr. 7. de sepulc. viol. 47. 11. Si fundus viam publicam contingat. fr. 1. §. 28. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Pertingere, Spectare.* I. **Sy.** Adtingere (aliquem cognatione). Vatic. §§. 216. 298. Adtingi, Contingi (crimine, v. suspicione etc.). fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. fr. 1. §. 30. de S. C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Si, cum alium contingeret legatio, alii hoc onus IIvir indixerit. fr. 13 §. 5. de iniur. 47. 10. cf. fr. 6. pr. de mun. et hon. 50. 4. Vt ignominia — hunc potius heredem, quam ipsum testatorem contingat. Gai. II. 154. Poenae, quae existimationem contingunt. fr. 5. pr. de poen. 48. 19. Quos nulla contingeret culpa. fr. 7. pr. de bon. damnat. 48. 20. Omnes, quos causa contingit. fr. 47. pr. de re iudic. 42. 1. Hi, quos proxima spes successionis contingit. fr. 1. §. 14. de inspic. ventre. 25. 4. Si sanguine eum contigit. fr. 12. de manum. vind. 40 2. Qui adfinitate, cognationeve defunctum contingit. fr. 5. §. 5. de h. qu. effud. 9. 3. Qui (sunt cognatarum) nostrarum hoc gradu nos contingentium mariti, vel eorum, qui sunt in potestate nostra, cognati contingentes eos ea cognatione etc. Vatic. §. 216. — **§. 3.** *Competere, Pertinere.* I. **Sy.** Procedere, Esse (usucapionem etc.). fr. 17. §. 2. de usuf. 7. 1. fr. 25. fr. 30. §. 2. fr. 31. §. 3. fr. 32. §. 1. de usurp. 41. 3. Fieri, Nasci (liberationem etc.) fr. 73. fr. 94. §. 1. fr. 98. §. 6. de solut. 46. 3. fr. 11. §. 2. fr. 13. §§. 3. 12. fr. 18. pr. fr. 19. §. 1. de acceptil. 46. 4. Competere (libertatem). fr. 4. pr. §. 1. de manum. vind. 40. 2. fr. 19. pr. fr. 16. fr. 22. fr. 23. §. 1. de manum. testam. 40. 4. III. **Cn.** Sicut dominium non potest nisi ex una causa contingere, ita et possidere etc. fr. 3. §. 4. de A. v. A. P. 41. 2. Cum haec aliter ei contingere non possent, nihil eo nomine — praestare debere. fr. 4. ubi pup. 27. 2. Et quod in priore tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, — hoc vos a primordio ingrediamini. Prooem. I. §. 3. Omnium civitatum iure contingit, (impuberes in tutela esse). Gai. I. 189. Contingentem sibi partem, s. portionem, consequi v. accipere. fr. 16. de S. C. Silan. 29. 5. c. 12. depos. 4. 34. — **§. 4.** *Accidere, Evenire.* I. **Sy.** Accidere. Gai. II. 74. sq. fr. 5. §. 4. commod. 13. 6. fr. 41. §. 7. de fideic. libb. 40. 5. Futurum esse. Gai. II. 241. Inveniri. Ib. II. 176. sq. III. **Cn.** Quod proprie in his fere rebus contingit. Ib. III. 90. Quod non similiter contingit in etc. fr. 40. pr. de adopt. 1. 7. Quoties ipsi testatori aliquid contigit, puta si civitatem amittat etc. fr. 6. §. 5. de iniusto rupt. 28. 3. Si mihi per conditionem humanam contigerit. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. Quod senectute contigit, vel morbo. fr. 5. §. 4. commod. 13. 6. Si incendio, vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale. fr. 5. §. 4. l. 13. 6.

Continuare. *Perpetuare, Sine intermissione coniungere, vel persequi.* I. **Sy.** Coniun-

gere (possessionem, v. tempora). fr. 12. I. de usucap. 2. 6. III. **Cn.** Qui b. f. acceptam possessionem, et continuatam, nec interruptam inquietudine litis tenuerant. c. 2. de praescr. l. t. 7. 33. In suis heredibus adeo a morte testatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut etc. Paul. IV. 8. §. 6. fr. 19. §. 5. de castr. pec. 49. 17. fr. 138. pr. de R. I. 50. 17. Intervalla temporum in continuandis oneribus. fr. 18. ad munic. 50. 1. Vt neque duplomate, diebus ac noctibus, et omni tempestate contemta, iter continuare cogatur. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. cf. fr. 38. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6.

Continuatim. (Advb.) *Continuo.* III. **Cn.** Per commeatum non continuatim praestitum. c. 9. de proxim. S. scrin. 12. 19.

Continuatio. *Perpetuatio, Perseveratio.* I. **Sy.** Adsidua contrectatio. Continuatio furti. fr. 9. pr. fr. 67. §. 2. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Dominii adeptio, per continuationem possessionis. Vlp. XIX. 8. fr. 3. de usurp. 41. 3. Successor, ad quem pervenerit statuliber per dominii translati continuationem. fr. 34. pr. de statulib. 40. 7. Continuatione animi videtur legis auctoritate fecisse. Coll. LL. M. IV. 2. Vt in unius correptione personae, si ad id continuatio peccati impulerit etc. c. 6. §. 3. de modo mulctar. 1. 54.

Conveteranus. *Commilito veteranus.* I. **Sy.** Veterani (omnes). Conveterani. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. §§. 1. sq. de veteran. III. **Cn.** Veteranos conveterani filiorum, seu militum, et quidem unam tu-

telam — administrare compelli. c. 2. de excus. veteran. 5. 65.

Convicanus. *Eiusdem vici homo.* I. **Sy.** Qui vicis adscripti sunt, Vicani, Convicani. Th. C. XI. 24. c. 3. sq. c. 6. §§. 1. 3. de patroc. vicor.

Conviciari. *Convicio petere, Maledicere.* I. **Sy.** Cum convicio iudicis adpellare. Conviciari ei, a quo adpellat. Paul. V. 35. §. 3. fr. 8. de app. et relat. 49. 1. III. **Cn.** Vt non ultra, quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi et maledicendi temeritatem prorumpant. c. 6. de postul. 2. 6.

Convicium. *Maledictio, Verbis expressa iniuria.* I. **Sy.** Quod in coetu dictum est, Maledictum quod cum vociferatione dictum est. fr. 15. §§. 11. sq. cf. §§. 3. sqq. de iniur. 47. 10. Iniuria, quae verbis fit. fr. 1. §. 1. fr. 15. §. 3. ib. 47. 10. III. **Cn.** Cum patronus contemni se a liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel convicium se ab eo passum. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 1. de iure patron. 37. 14. Fit iniuria vel in corpore, dum caedimur, vel verbis, dum convicium patimur. Coll. LL. M. II. 5. cf. Gai. III. 220. 222. fr. 3. §. 1. fr. 34. de iniur. 47. 10. Iniuriam patimur — extra corpus, conviciis et famosis libellis. Paul. V. 4. §. 1. Maledictum, itemque convicium publice factum. Ib. l. l. §§. 19. sq. Qui adversus bonos mores convicium cui fecisse — dicetur. fr. 15. §§. 2. 5. sqq. l. l. 47. 10. Paul. l. l. §. 21. Si cum convicio dixerit. fr. 3 de lib. et posth. 28. 2. Si non convicii consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes. c. 5. de iniur. 9. 35. Purgare convicium. fr. 25. cf. fr. 17. sqq. de procur. 3. 3.

Convincere. *Coarguere, Evincere, Liquido probare.* I. **Sy.** Adprobare. fr. 80. de R. V. 6. 1. Arguere, Accusare et convincere. fr. 197. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepisse iudicatus, vel convictus erit. fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. Argumento convictus, teste superatus, voce etiam propria confessus. Th. C. XI. 36. c. 7. Qu. app. non rec. Convinci non nisi scriptura aut testibus potest. Paul. V. 5. A. §. 3. Confecto paene iudicio, facinore etiam agitata quaestione convicto. c. 19. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Debiti, dummodo evidentis atque convicti, redhibitio. c. 4. Quor. app. n. rec. 7. 65. De quibus (servis) ob noxam quaestio tormentis habita sit, et in ea noxa fuisse convicti sint. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. Instandum accusatori, ut id, quod intendat, comprobet atque convincat. fr. 18. §. 2. de quaestion. 48. 18. Qua lege damnatus, si alium convicerit etc. fr. 1. §. 2. ad L. Iul. amb. 48. 14. Ex vinculis causam dicant, et convicti, perinde ac servi, puniantur; et ei, qui convicerit etc. fr. 25. §. 1. de S. C. Silan. 29. 5. Convictus ac proditus. Th. C. VII. 13. c. 11. de tiron. Convictus, ut vis publicae reus. Paul. V. 30. A. §. 1. In convictum reum, — pro modo admissi sceleris, statuendum est. Ib. V. 16. §. 13. cf. V. 25. §. 13.

Conviva. *Socius in convivio.* III. **Cn.** Etiam cum convivis et hospitibus posse uti (his, quae in fundo nascuntur). fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8.

Convivium. *Coena inter multos celebrata.* I. **Sy.** Per mensam, Convivii adhibitione, (manumitti). Epit. Inst. Gaii. I. 1. §. 2. Theophili paraphr. inst. I. 5. §. 4. L. Rom. Burg. 43. III. **Cn.** Neve quis, qui ibi magistratum potestatemve habebit, eum cum Senatu — spectare, neve in convivio publico esse sinito. Tab. Heracl. lin. 59. aer. Neap. Conviviis et spectaculis adhibere (fidicinam). Th. C. XV. 7. c. 10. de scaenic. cf. XVI. 10. c. 17. de pagan. Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura et alba veste. Paul. I. 21. §. 14.

Convocare. *Advocare, Arcessere.* I. **Sy.** In unum convocari. Convenire. fr. 2. §. 9. de O. I. 1. 2. §. 5. I. de I. N. 1. 2. III. **Cn.** Cuius opera d. m. consilium initum erit, — quo coetus conventusve fiat, hominesve ad seditionem convocentur. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. cf. fr. 3. §. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Si quis ipse turbam convocasset. fr. 4. §. 6. cf. §. 14. vi bon. rapt. 47. 8. Qui convocatis hominibus vim fecerit. fr. 2. sq. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. cf. fr. 10. §. 1. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6.

Convocium. *Vociferatio plurium.* III. **Cn.** Convicium adpellatur — a collatione vocum, — quasi convocium. fr. 15. §. 4. de iniur. 47. 10.

Convolare. *Festinare, Confugere.* I. **Sy.** Transire. fr. 33. de legat. I. (30.) Th. C. IV. 4. c. 7. pr. §§. 1. sq. de testam. et codic. Properare, Confugere. Ib. VIII. 4. c. 22. c. 25. de cohortal. IX. 45. c. 4. sq. de h. qu. ad eccl. III. **Cn.** Ademtione a priore legatario facta, ad secundum legatum testatorem convolasse. fr. 33. l. (30.) Si quis — in eius amplexum — convolaverit. Th. C. III. 12. c. 1. de incest. nupt. Ad scholam agentum in rebus passim plurimi, velut ad quoddam asylum, convolarunt. Ib. VI. 27. c. 18. de agent. in reb.

Coopertorium. *Stragula vestis, ad cooperiendum apta.* III. **Cn.** Semproniae Piae hoc amplius coopertoria Tabiana, et tunicas tres cum palliolis — dari volo. fr. 38. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Coopertus. (Partic.) *Obductus undique, Tectus.* II. **Op.** Solida, — Cooperta argento (mensa). fr. 41. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Cooptare. *Adlegere, Adsciscere (in collegium).* III. **Cn.** Ne quis eorum quem in eo municipio — in senatum, decuriones, conscriptosve legito, neve sublegito, neve cooptato, neve recitandos curato. Tab. Heracl. lin. 11. sq. aer. Neap.

Copia. **§. 1.** *Abundantia.* II. **Op.** Penuria (virorum honestorum, v. eorum qui magistratum suscipiunt). fr. 12. de decur. 50. 2. fr. 11. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. c. 3. Quemad. civ. mun. 10. 42. — **§. 2.** *Copiae, i. e. Exercitus militum.* III. **Cn.** Maximis Hunnorum — copiis fusis. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. — **§. 3.** *Copiae, i. e. Praebitiones publicae, Commeatus.* III. **Cn.** Ob negotium copiarum, expeditionis tempore mandatum, curator condemnatus. fr. 20. de compens. 16. 2. Quibus copiis (sc. 4000 obsoniorum etc.) populus animetur. Th. C. XIV. 4. c. 10. §. 5. de suar. Fiscales copias laborasse. Ib. XV. 1. c. 4. de opp. pub. — **§. 4.** *Copia, i. e. Substantia bonorum.* III. **Cn.** Pe-

cuniarum copia. fr. 7. §. 3. de bon. damnat. 48. 20. Quive in iure abiuraverit, bonamve copiam iuravit, iuraverit. Tab. Heracl. lin. 39. aer. Neap. — **§. 5.** ***Copia, i. e. Arbitrium, Potestas.*** I. **Sy.** Facultas. fr. 26. §. 4. Qu. ex c. mai. 4. 6. fr. 22. pr. §. 2. de nox. act. 9. 4. fr. 1. §. 7. Quand. appell. 49. 4. Potestas. fr. 2. pr. §. 1. fr. 7. §. 19. Qu. ex c. in poss. 42. 4. fr. 215. de V. S. 50. 16. Comparere, Praesens esse, Copiam sui facere. fr. 3. §§. 14. sq. fr. 7. §§. 2. sq. de susp. tutor. 26. 10. III. **Cn.** Copia et facultas (praesentis corporis). fr. 215. l. 50. 16. In potestate eius est, maxime si copiam habeat (reciperandi hominis). fr. 22. pr. de nox. act. 9. 4. Vt, quoties desideratae fuerint (rationes), — copia earum fiat. fr. 8. pr. fam. ercisc. 10. 2. Denunciare ipsi, — aut domum denunciare, si nullius eorum copiam habeat. fr. 1. §. 1. de adgnosc. et alend. 25. 3. Si I.Cti copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit. fr. 9. §. 3. de iur. et facti ignor. 22. 6. fr. 10. de B. P. 37. 1.

Copiatae. *Circa funera procuranda occupati, Vespillones.* I. **Sy.** Infaustis defunctorum obsequiis occupati. Th. C. VII. 20. c. 12. §. 2. de veteran. XIII. 1. c. 1. de lustr. collat. XVI. 2. c. 15. §. 1. de episc. eccl.

Copula. *Coniunctio maritalis.* I. **Sy.** Nuptiae. c. 24. c. 26. de nupt. 5. 4. Coniugium. Th. C. III. 16. c. 2. de repud. Nov. Valent. III. de fruct. int. mar. II. 15. c. 1. §. 2.

Copulare. *Sociare, Coniungere.* I. **Sy.** Adgregare, Sociare. Th. C. IX. 42. c. 9. sq. de bon. proscr. Contrahere (nuptias). fr. 8. de Senat. 1. 9. Coll. LL. M. VI. 4. c. 8. c. 10. c. 25. de nupt. 5. 4. Si non fuerint nuptiae secutae. Matrimonio non copulato. fr. 6. pr. de cond. c. dat. 12. 4. Vir et uxor. Copulati. fr. 32. §§. 19. sqq. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Ne, sub copulandae adoptionis obtentu, in facultates eius — irruas. c. 2. c. 4. de adopt. 8. 48. Manet stabile ius patris adoptivi, et naturali vinculo copulatum, et legitimo adoptionis nodo constrictum. §. 2. I. eod. 1. 11. Dies et tempus, quo — convenerint ille et illa, in illo oratorii loco, quo copulati sunt. Iuliani epit. nov. c. 67. §. 243.

Copulatio. *Cognatorum, vel coniugum, coniunctio.* I. **Sy.** Matrimonium. Iulian. l. l. §§. 243. 245. III. **Cn.** Vsque ad tertium gradum generis copulationis. Th. C. IX. 42. c. 2. de bon. proscr.

Copulativus. (Adiect.) *Copulans, Coniungens.* III. **Cn.** Coniunctionem aut pro et accipi, ut videatur copulativo modo esse prolata. c. 4. §. 1. de V. S. 6. 38.

Coquere. *Igne mollire, vel ad usum componere.* I. **Sy.** Excoquere (calcem). Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. XIV. 6. c. 3. sqq. de calc. coctor. III. **Cn.** Mulieres, quae panem coquant, quaeque villam fervent. fr. 12. §. 5. cf. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. Vas ad coquendum. fr. 18. §. 3. l. 33. 7. fr. 19. §. 12. de auro arg. 34. 2. Ad carbones coquendas atque conficiendas (lignum paratum). fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.) Titiones, et alia ligna cocta ne fumum faciant. Ib. l. l. Ne quis — vel coquendum aurum sumat, vel capiat deinceps retinendum. Th. C. XII. 8. c. 1. de auri pub. prosecutor. cf. XII. 7. c. 1. de ponderator.

Coquus. Cf. v. Cocus.

Cor. *Animus.* III. **Cn.** Quem (sc. diem Paschae), intimo corde celebramus. Th C. IX. 38. c. 3. de indulg. crim. Quorum nobis splendor vel maxime cordi est. Ib. XII. 1. c. 66. de decurion. Ita nobis cordi est (pudor, ut etc.). c. 28. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Coracinus. (Adiect.) *Corvinus, Subniger.* III. **Cn.** Quin minus coracinum, aut isginum, aut melinum, suo nomine, quam coccum purpurave, designatur? fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.)

Coram. (Praepos.) *In praesentia, vel conspectu.* I. **Sy.** Palam, Coram pluribus. fr. 33. de V. S. 50. 16. Auctore (Praetore). Arbitrio eius. Coram eo. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. fr. 25. §. 10. de A. v. O. H. 29. 2. Praesente (et intelligente), Coram eo. fr. 27. §. 5. fr. 44. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 209. de V. S. 50. 16. Intervenientibus (illis). fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. II. **Op.** Coram (adversario). — Et absente et ignorante eo. Gai. IV. 83. sq. Vel coram, vel per nuncium, vel per epistolam. fr. 1. §. 1. de proc. 3. 3.

Corbis. *Vas viminibus contextum.* III. **Cn.** Cogendorum fructuum causa comparata, — velut corbes, alvei, falces etc. Paul. III. 6. §. 36. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Quodsi non sint evacuata (sc. dolia), — per corbem venditorem mensuram facere, et effundere. fr. 1. §. 4. de peric. et comm. 18. 6.

Corinthius. (Adiect.) *Ad Corinthum pertinens, vel inclytae huius civitatis nomine decoratus.* III. **Cn.** Superbus, Demarati Corinthii filius. fr. 2. §. 2. de O. I. 1. 2. Aeneae, — Corinthiae (bases). fr. 100. §. 3. de legat. III. (32.) Vasa Corinthia. Ib. l. l.

Corium. *Pellis animalium.* I. **Sy.** Caro, vel caetera λείψανα. Caro, et corium, et cornua (mortui pecoris). fr. 30. Qu. mod. ususf. 7. 4. fr. 14. §. 2. de cond. furt. 13. 1. fr. 53. §. 5. de legat. I. (30.) fr. 49. pr. de legat. II. (31.) III. **Cn.** Sive chartae, sive membranae sint, vel si e corio alicuius animalis. fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11. fr. 52. pr. de legat. III. (32.)

Cornelia. **§. 1.** *Nomen legis de sponsione celebranda.* III. **Cn.** Qua lege (sc. Cornelia), idem pro eodem, apud eundem, eodem anno, vetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae quam in XX millium. Gai. III. 124. sq. In quibus rebus ex lege Titia — et Cornelia etiam sponsionem facere licet. fr. 3. de aleator. 11. 5. — **§. 2.** *Lex Corn. Sullae de iniuriis.* III. **Cn.** Lege Cornelia iniuriarum — Corn. Sulla auctor fuit etc. fr. 12. §. 3. de accusat. 48. 2. Lex Cornelia de iniuriis. fr. 5. pr. de iniur. 47. 10. fr. 22. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Iniuriarum actio ex L. Cornelia. Paul. V. 4. §. 8. fr. 42. §. 1. de procur. 3. 3. fr. 5. pr. §. 6. de iniur. 47. 10. — **§. 3.** *Lex eiusdem de sicariis.* I. **Sy.** Lex, quae de sicariis lata est. fr. 3. §. 12. fr. 25. pr. §. 1. de S. C. Silan. 29. 5. fr. 17. §. 7. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Leges variae, Cornelia de veneficiis, sicariis, parricidiis. Th. C. IX. 19. c. 4. §. 1. ad L. Corn. de

fals. Lex Cornelia de sicariis et veneficiis (v. veneficis). fr. 1. de pub. iud. 48. 1. fr. 1. pr. fr. 3. pr. §. 5. fr. 4. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Capite primo legis Corneliae de sicariis cavetur. Coll. LL. M. I. 3. Si occiderit iussu domini, Cornelia eum eximemus. fr. 17. §. 7. de iniur. 47. 10. — **§. 4.** *Lex eiusdem de falsis.* III. ***Cn.*** Lex Cornelia de falsis, quae etiam testamentaria vocatur. §. 7. I. de pub. iud. 4. 18. Lege Cornelia de falsis puniri, v. teneri. Paul. I. 12. §. 1. IV. 7. §§. 1. sq. V. 25. §. 11. In Corneliam, falso recitato, non facto, non incidit. fr. 13. §. 1. de L. Cor. de fals. 48. 10. L. Cor. de testamentis, s. testamentaria. fr. 30. pr. ib. 48. 10. fr. 1. de pub. iud. 48. 1. fr. 2. pr. de accusat. 48. 2. Paul. V. 25. §§. 1. 7. Coll. LL. M. VIII. 2. Lex Cor. — lex Falcidia, et omnes testamentariae. fr. 1. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Hereditas captivi, quae lege Cornelia inducitur. fr. 12. §. 1. de captiv. 49. 15. cf. fr. 15. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 4. §. 1. de bon. libert. 38. 2. Vlp. XXIII. 5. Paul. III. 4. A. §. 8. Fictio, s. Beneficium, legis Cor. fr. 18. pr. ad L. Falc. 35. 2. Paul. III. 3. §. 8.

Cornelianus. (Adiect.) *Ad Cornelium pertinens.* III. ***Cn.*** Cornelianus, — Sempronianus (fundus). fr. 34. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronii erat. fr. 7. §. 1. de stipul. servor. 45. 2. fr. 28. de novat. 46. 2.

Cornicularius. *Praepositus officialium singuli magistratus.* I. ***Sy.*** Qui corniculum gerit. Th. C. VIII. 4. c. 10. de cohortal. VIII. 7. c. 8. sq. de div. offic. VIII. 15. c. 3. c. 5. §. 1. de iis qu. administr. III. ***Cn.*** Librarii caducorum, et adiutores corniculariorum, et stratores etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Principes, et cornicularii, et primates officiorum. c. 3. de off. div. iud. 1. 48. cf. Th. C. VI. 26. c. 5. de prox. comit. VIII. 4. c. 10. de cohortal. Praefecturae cornicularii. — Cornicularii et primiscrinii, numerarii etc. c. 1. c. 3. de adpar. Prf. Pr. 12. 53. c. 12. de numerar. 12. 50. Th. C. VIII. 7. c. 8. de div. off. Cornicularius cuiuscunque provincialis officii. Ib. VII. 4. c. 32. de erog. mil. annon. cf. I. 15. c. 11. (Wck.) de off. Vicar.

Corniculus. *Cornicularii munus.* I. ***Sy.*** Cornicularius. Qui corniculum gerit. cf. v. Cornicularius. Post transactos corniculos. Peracto corniculario. Th. C. I. 15. c. 11. l. l. cf. VIII. 7. c. 8. de div. offic.

Cornu. *Prominens in capite animalium propugnaculum.* III. ***Cn.*** Corium et cornua. Cf. v. Corium. Si equus calcitrosus, — aut bos cornu petere solitus. fr. 1. §. 4. si quadr. 9. 1. fr. 52. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2.

Cornuarius. *Qui elaborat cornua.* III. ***Cn.*** Aquilices, tubarii, cornuarii, arcuarii etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6.

Corona. *Ornamentum circulare capitis.* III. ***Cn.*** Commoda praemiorum, quae propter coronas sacras praestantur. fr. 40. de re iud. 42. 1. c. 5. Qu. res pign. 8. 17. c. 1. de athlet. 10. 53. Qui coronam parit ipse, pecuniave eius virtutis ergo duitor ei. L. XII. Tabb. X. 7. Qui (sc. S. Petrus) princeps est episcopalis coronae. Nov. Valent. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr. In coronis mensarum gemmae coronis cedent. fr. 19. §. 14. de auro arg. 34. 2. Sub corona venire. Fr. Cael. Sabini Icti. Ap. Gell. VII. 4.

Coronarius. (Adiect.) *In vicem coronae aureae cedens.* I. ***Sy.*** In coronis aureis signisque diversis, Coronarium aurum (offerre). Th. C. XII. 13. c. 3. sq. c. 6. de auro coron. III. ***Cn.*** Ad auri coronarii praestationem, v. collationem, vocari, s. cogi. Coronarium aurum recognoscere. Ib. l. l. c. 2. c. 5. Anniversarius canon — exigatur ad eam formam, quam patriarchae quondam coronarii auri nomine postulabant. Ib. XVI. 8. c. 29. cf. c. 14. c. 17. de Iud.

Coronatus. (Partic.) **§. 1.** *Certaminis corona donatus.* III. ***Cn.*** Coronis non minus tribus, certaminis sacri — merito coronati (athletae). c. 1. de athlet. 10. 53. cf. fr. 6. §. 13. de excusatt. 27. 1. — **§. 2.** *Clericalem coronam, i. e. tonsuram, ferens.* III. ***Cn.*** Quaecunque de nobis, ad ecclesiam tantum pertinentia, specialiter fuerint impetrata, non per coronatos [al. honoratos], sed ab advocatis etc. Th. C. XVI. 2. c. 38. de episc. eccl. — **§. 3.** *Decoratus, Resplendens.* III. ***Cn.*** Metropolitano nomine ac dignitate civitatem Berytum decernimus exornandam, iam suis virtutibus coronatam. c. 1. de metrop. Ber. 11. 21.

Corporalis. (Adiect.) **§. 1.** *Corpore constans, Substantiam comprehendens.* I. ***Sy.*** Quae tangi possunt. Corporales res. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. Corpora. Quae sunt corporalia, Corporales res. Gai. II. 35. Vlp. XIX. 15. fr. 14. pr. de servit. 8. 1. fr. 178. pr. fr. 222. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Corporales res. — Incorporales. Gai. III. 83. Ius, v. Quae in iure consistunt. Gai. IV. 3. Paul. III. 6. §. 11. Debita. Nomen. Gai. III. 83. 85. Vlp. l. l. fr. 15. §§. 8. sq. de re iud. 42. 1. III. ***Cn.*** Res nec mancipi, — si modo corporales sunt, et ob id recipiunt traditionem. Gai. II. 19. cf. 54. Quidquam corporale, quod possidetur. fr. 8. cf. fr. 1. §§. 1. sq. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Res corporales, ut praedia, mancipia, vestis, argentum. fr. 95. de legat. III. (32.) cf. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. — **§. 2.** *Ad corpus respiciens, tam personarum quam rerum.* I. ***Sy.*** Corporis, Corporale (vitium). fr. 1. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. (corporalis, iniuria v. contumelia). Th. C. XII. 1. c. 39. c. 75. de decurion. XIV. 1. c. 4. de decur. urb. R. Personae, s. Personale. Corporale (munus). fr. 1. fr. 3. §. 3. fr. 18. pr. de mun. et hon. 50. 4. fr. 8. §. 4. de vac. et excus. 50. 5. c. 4. c. 8. de mun. patrim. 10. 41. III. ***Cn.*** Corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento, (perpetrantur, sc. personalia munera). fr. 18. §§. 1. 26. de mun. et hon. 50. 4. Supplicio corporali, aut dispendio facultatum — plecti. Th. C. IX. 29. c. 2. de h. qu. latron. Possessio corporalis. fr. 40. §. 2. de pign. act. 13. 7. Traditio corp. Th. C. VIII. 12. c. 1. §. 2. c. 8. pr. §§. 1. sq. de donat.

Corporaliter. (Advb.) **§. 1.** *Circa substantiam rei.* I. ***Sy.*** Corporis, Corporaliter facta (deminutio). fr. 5. pr. de imp. in res dot. 25. 1. Natura-

liter (tenere, s. possidere). fr. 23. pr. §. 1. fr. 24. de A. v. A. P. 41. 2. Paul. V. 11. §. 2. Corpor. tradere, s. implere inductionem. Corporalis traditio. Th. C. VIII. 12. c. 1. sq. c. 8. l. l. IX. 42. c. 15. de bon. proscr. III. *Cn.* Portio legis Falcidiae apud heredem ipso iure remanet, etsi corporaliter res in solidum translatae sunt. fr. 1. §. 5. Qu. legator. 43. 3. c. 18. ad L. Falc. 6. 50. Corp. pignori datus (servus). fr. 1. §. 15. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 2.** *Manu sublata confirmatum.* III. *Cn.* Iureiurando corporaliter praestito. c. 1. si adv. vendition. 2. 28. c. 3. si min. se maior. 2. 43.

Corporatio. *Collegium, Corpus.* III. *Cn.* Sub specie publicae corporationis, procreatos liberos conantur iugo servitutis absolvere. Nov. D. Severi. de corporat. V. 2. c. 1.

Corporatus. *Collegio alicui, ad salutem urbis necessario, adscriptus.* I. *Sy.* Corpora varia hominum. Corporati (urbis). Th. C. XIV. 2. c. 1. c. 3. sq. de privil. corporat. Romanis corporibus inserti. Corporati urbis sacratiss. Ib. I. 6. c. 11. (Wck.) de off. Prf. Vr. III. *Cn.* Senator, vel corporatus urbis aeternae. Ib. l. l. cf. I. 10. c. 4. (Wck.) de off. com. S. largg. Iudices, — una cum municipibus et corporatis eiusdem loci. c. 8. de navicular. 11. 1. Municipes, collegiati et corporati urbium singularum. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. Collegiati et vitutiarii, et nemesiaci etc. — et singularum urbium corporati. Ib. XIV. 7. c. 2. de collegiat. Curiales et obnoxii corporati. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 8. cf. Th. C. VI. 36. c. 1. de equestr. dign.

Corpus. **§. 1.** A. *Hominis figura.* II. *Op.* Corporis, — Mentis, s. Animi, (vitium, v. damnum). fr. 9. §. 3. de servo corr. 11. 3. fr. 1. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. III *Cn.* Quodsi ex hoc corpori alicuius, vitae, membrisve noceatur. Paul. V. 3. §. 1. Cadere, aut mori, aut aliqua parte corporis laedi. Gai. III. 219. Ob eam rem ego tibi — manus iniicio; et simul aliquam partem corporis eius prendebat. Gai. IV. 21. Auxilium — ferre debet, et armis, et manu, et clamoribus, et obiectu corporis. fr. 19. de S. C. Silan. 29. 5. Qui habitu corporis pubes adparet. Gai. I. 196. cf. fr. 32. de minor. 4. 4. In suum corpus saevire. fr. 9. §. 7. de pecul. 15. 1. In corpore suo peccare. Iul. ep. nov. c. 67. §. 241. c. 107. §. 373. Cum aliquo corpus miscere. fr. 144. de V. S. 50. 16. Corpore suo muliebria pati. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Corpore palam quaestum facere. fr. 47. de R. N. 23. 2. Vlp. XIII. 1. Coll. LL. M. IX. 2. Tab. Heracl. lin. 48. sq. aer. Neap. — **§. 1.** B. *Persona ipsa.* I. *Sy.* Capita, Corpora (libera). cf. v. Caput. §. 2. Servus. Gai. III. 212. Corpora tironum. Tirones. Th. C. VII. 13. c. 2. c. 7. c. 14. de tiron. Corpori indictum, Personale, Corporale (munus). fr. 1. §. 3. fr. 3. §. 3. fr. 4. §. 2. fr. 18. pr. de mun. et hon. 50. 4. II. *Op.* Corpora (personarum, v. tironum). — Pecunia, Pretium, Aurum pro corporibus. Iul. ep. nov. c. 13. §. 49. Th. C. l. l. III. *Cn.* Non solum patrimonium, sed et corpus ac salus furiosi (tueri). fr. 7. pr. de cur. fur. 27. 10. Quae esui potuique, cultuique corporis — necessaria sunt. fr. 43. sq. cf. fr. 203. de V. S. 50. 16. Erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisve damnosam esse. Gai. IV. 75. Cum omnimodo quemdam ex his liberum esse disposuerit, et non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit. c. 16. de fideic. libb. 7. 4. cf. fr. 9. pr. de hered. inst. 28. 5. Liberum corpus. fr. 3. si quadr. paup. 9. 1. fr. 7. de h. qu. deiec. 9. 3. Praesentis corporis copia et facultas. fr. 215. de V. S. 50. 16. cf. fr. 1. §. 1. de auct. et cons. 26. 8. Iniuriam patimur — in corpus; — extra corpus etc. Paul. V. 4. §§. 1. 4. Coll. LL. M. II. 4. 5. Quodsi ingenuorum, licet plebeiorum, corpora fuerint laesa. Th. C. IX. 37. c. 4. de abolit. Excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum. Ib. IX. 16. c. 6. de malefic. cf. XII. 1. c. 39. c. 75. de decurion. — **§. 1.** C. *Cadaver hominis.* I. *Sy.* Mortuus. Paul. I. 21. §§. 1. sqq. 6. sqq. fr. 2. §§. 1. sqq. fr. 40. sqq. de relig. 11. 7. fr. 1. de mort. infer. 11. 8. Reliquiae (mortuorum). c. 1. c. 10. c. 12. de relig. 3. 44. Cadaver. fr. 3. §§. 4. sqq. fr. 7. de sepulc. viol. 47. 11. III. *Cn.* Corpora, aut ossa mortuorum. fr. 2. §§. 2. 5. fr. 38. de relig. 11. 7. fr. 11. de sepulc. viol. 47. 11. Curam condendi corporis suscipere. fr. 88. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 14. §. 5. fr. 39. de relig. 11. 7. Corpus perpetuae sepulturae traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum. Paul. I. 21. §§. 1. 3. sq. 9. — **§. 2.** *Factum hominis, Actus corporalis.* II. *Op.* Iuris magis, quam corporis, (esse B. Pnem). fr. 3. §. 1. de B. P. 37. 1. Animo, — Corpore (possidere, v. retinere etc. possessionem). Paul. V. 2. §. 1. fr. 3. §§. 1. sqq. 8. fr. 44. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. III. *Cn.* Corpore et actu (adprehendere possessionem). fr. 1. §. 21. ib. 41. 2. Et animo et corpore (possessionem adquirere). Paul. l. l. fr. 3. §. 1. l. l. 41. 2. Corpore suo damnum dedisse. Gai. III. 219. — **§. 3.** A. *Substantia rerum.* I. *Sy.* Substantia. fr. 9. §. 3. ad exhib. 10. 4. fr. 20. de contr. emt. 18. 1. Species certa. fr. 34. §§. 3. sqq. de legat. I. (30.) Animal, Mancipium, Homo. fr. 23. §. 8. fr. 26. sq. fr. 29. §. 3. fr. 31. pr. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 30. §. 2. de usurp. 41. 3. II. *Op.* Forma. Species. fr. 13. §. 1. fr. 14. de V. S. 50. 16. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Pretium, Aestimatio, Pecunia. fr. 9. pr. de minor. 4. 4. fr. 13. §. 2. de pignor. 20. 1. fr. 21. §. 2. de evict. 21. 2. Ius, s. Iura. Vatic. §. 92. fr. 18. §. 2. de hered. pet. 5. 3. fr. 13. §. 1. de damn. inf. 39. 2. fr. 178. pr. fr. 222. de V. S. 50. 16. Actiones. fr. 3. pr. de B. P. 37. 1. Fructus. fr. 14. §§. 4. sqq. de in diem add. 18. 2. III. *Cn.* Eius summae partem dimidiam, non corporum, condicam. fr. 19. §. 2. de cond. indeb. 12. 6. Loci corpus non est dominii ipsius. fr. 4. pr. si servit. 8. 5. fr. 40. de A. E. V. 19. 1. fr. 8. de aqua et aqu. pl. 39. 3. In percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo oriuntur, adspicitur. fr. 25. §. 1. de usur. 22. 1. Non numerata pecunia, sed ipsa corpora nummorum, vel rei legatae, continentur. fr. 51. de legat. I. (30.) cf. fr. 34. §. 3. ib. Ex opere facto corpus aliquod perfectum. fr. 5. §. 1. de V. S. 50. 16. In corpus patrimonii pervenire, s. redire, v. verti. Ex corpore patrimonii sui impendere. fr. 20. Qu. met. c. 4. 2. fr. 25. §. 16. de

hered.

hered. pet. 5. 3. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 23. fr. 25. de adim. legat. 34. 4. Quodsi M. amphoras, corpore non demonstrato, vini vendidit. Vatic. §. 16. Nisi forte in nomine tantum erraverimus, in corpore consenserimus. fr. 34. pr. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 36. de A. R. D. 41. 1. — **§. 3.** B. *Scriptura authentica.* III. ***Cn.*** In tractoriarum corpore praefinitus V. dierum numerus adscribatur. Th. C. VIII. 6. c. 2. de tract. et stat. — **§. 4.** *Res, quae in bonis sunt. Corporales res.* I. ***Sy.*** Bona, Corpora. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.) IX. 42. c. 3. sq. de bon. proscr. Res. c. 8. ne de statu defunct. 7. 21. Th. C. IV. 21. c. 1. Quor. bonor. VIII. 15. c. 5. §§. 2. sq. de h. qu. admin. Pecunia. fr. 178. pr. fr. 222. de V. S. 50. 16. Corporales res. Gai. II. 35. III. 85. Vlp. XIX. 15. III. ***Cn.*** Si peculium legetur, et sit in corporibus, puta fundi, vel aedes. fr. 6. pr. de pecul. leg. 33. 8. cf. fr. 5. pr. de imp. in res dot. 25. 1. Debitores convenire, — et corpora vindicare, et hereditatem dividere. fr. 15. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. Hereditas, etiam sine ullo corpore, iuris intellectum habet. fr. 50. pr. de hered. pet. 5. 3. Qui corpus hereditarium possidet. fr. 13. §. 13. fr. 19. pr. ib. 5. 3. Corpora eius hereditatis perinde transeunt, — ac si ei singula in iure cessa fuissent. Gai. II. 35. Vlp. XIX. 14. cf. Th. C. IV. 21. c. 1. §. 2. Quor. bonor. Corpora plura, non soluta sed uni nomini subiecta. fr. 30. pr. de usurp. 41. 3. cf. fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1. Deditione ipsius corporis, quod deliquerit, evitare litis aestimationem. fr. 1. de nox. act. 9. 4. cf. fr. 22. §. 1. fr. 37. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Privatarum rerum nostrarum, Fisci nostri, corpora. Th. C. IV. 9. c. 3. ad S. C. Claud. VII. 19. c. 1. pr. de Saturian. — **§. 5.** *Vniversitas rerum, Collectio.* I. ***Sy.*** Vniversa scripta (Papiniani etc.). Ib. I. 4. c. 1. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Totus (Homerus). Corpus (Homeri). fr. 52. §§. 1. sq. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Corpus quoddam servorum. Gregis unum corpus. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. §. 18. I. de legat. 2. 20. Omnia suo corpori, quae sunt avulsa, restituere. Th. C. X. 1. c. 15. de iure fisci. In omni paene corpore iuris (effusa res). c. 1. pr. de R. V. A. 5. 13. In corpus unius codicis — Principum constitutiones — redegimus. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. pr. Hic codex — per tria corpora transferatur. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 6. sq.) cf. Const. Valentin. ad constitutionar. (ib. p. 8.) Theodosianum, s. Theodosiani codicis, corpus. Nov. Th. II. de tutor. I. 11. c. 1. de testam. I. 16. c. 1. Nov. Valent. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. pr. Theodosiani corpus. Consult. vet. Icti. c. 3. c. 7. sqq. Gregorianum, s. Gregoriani, Hermogeniani (corpus). Ib. c. 1. sqq. Corp. novellarum Theodosii et Valentiniani. L. Rom. Burg. 2. — **§. 6.** *Vniversitas plurium hominum.* I. ***Sy.*** Plebs et patres. Vtrumque corpus. fr. 2. §§. 25. sq. de O. I. 1. 2. Plures personae. Corpus quoddam. fr. 195. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. Collegium. Cf. h. v. Militia, Corpus militare. Th. C. VI. 14. c. 2. de comit. R. M. III. ***Cn.*** Sive singularis sit persona, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 195. §§. 1. sq. l. 50. 16. Municipes, et societates, et decuriae, et corpora. fr. 3. §. 4. de B. P. 37. 1. cf. Vatic. §§. 158. 235. Quibus permissum est corpus habere collegii, societatis, sive cuiusque alterius eorum nomine. fr. 1. pr. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Quaedam collegia vel corpora, quibus ius coëundi lege permissum est. fr. 5. §. 12. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 20. de reb. dub. 34. 5. Civitas, vel corpus, vel officium, in quo quisque est. fr. 36. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. cf. c. 7. §. 1. de div. rescr. 1. 23. Ex eorum corpore atque ordine. Th. C. I. 5. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Pr. cf. VIII. 1. c. 1. de numerar.

Corpusculum. *Res minutae figurae.* III. ***Cn.*** Si aurum dedit aurifici, ut non tantum ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio. fr. 34. pr. de auro arg. 34. 2.

Corradere, s. **Conradere. §. 1.** *Abradere.* III. ***Cn.*** Si tectorium — picturasque corradere velis, nihil laturus nisi ut officias. fr. 38. de R. V. 6. 1. — **§. 2.** *Conquirere, Colligere.* I. ***Sy.*** Reficere (nummum, v. summam). fr. 5. pr. de adm. et per. 26. 7. III. ***Cn.*** Inde conrasas pecunias Praesides ad fiscum transmiserunt. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. cf. fr. 3. §. 9. de statulib. 40. 7.

Correctio. *Castigatio, Coërcitio.* I. ***Sy.*** Emendatio, Animadversio (domestica, s. privata). Th. C. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. III. ***Cn.*** Excusari solet sexu, vel aetate, vel etiam puniendi correctione, quae b. f. intervenit. fr. 38. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Corrector. *Praepositus administrationi Italiae, vel provinciarum.* I. ***Sy.*** Is, qui provinciae praeest. Praeses, vel Corrector provinciae. fr. 7. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 8. sq. fr. 10. sqq. fr. 20. de off. Praes. 1. 18. Provincialis iudex, vel intra Italiam. Praesides et Correctores, item Consulares, Vicarii quoque, Procoss. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. III. ***Cn.*** Ex VV. Cl. Praesidibus provinciarum, vel Consularibus, aut Correctoribus, vel qui administrationis maioris infulas meruerint. c. 1. pr. ut omn. iud. 1. 49. cf. Th. C. VIII. 4. c. 8. pr. de cohortal. Corrector Tusciae, Vmbriae, Campaniae. Ib. IX. 1. c. 8. Corr. Piceni. Vatic. §. 35. Corr. Lucaniae et Bruttiorum. Th. C. VIII. 5. c. 28. de cursu pub. IX. 19. c. 1. ad L. Corn. de fals.

Correptio. *Adprehensio, Deprehensio.* III. ***Cn.*** Vt in unius correptione personae, si ad id continuatio peccati impulerit, trinae tantummodo in anno condemnationis — severitas exerceatur. c. 6. §. 3. de modo multar. 1. 54.

Correus, s. **Conreus.** *In solidum obligatus cum aliis, vel promittendo vel stipulando.* I. ***Sy.*** Duo rei (stipulandi, v. promittendi). Vbi duo rei facti sunt, s. constituti. Correi. fr. 3. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. fr. 3. pr. §. 1. fr. 4. sqq. de duob. reis. 45. 2. Duo, pluresve, eiusdem obligationis participes. Cum duo eandem pecuniam aut promiserint, aut stipulati sunt. fr. 2. ib. 45. 2. fr. 16. pr. de acceptil. 46. 4.

Corrigere. §. 1. *Mutare, Reficere.* I. ***Sy.*** Emendare, Mutare. §. 3. I. de libertin. 1. 5. fr. 20. sq.

de rec. qu. arb. 4. 8. III. ***Cn.*** Quod Praetores introduxerunt, adiuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia. fr. 7. §. 1. de I. et I. 1. 1. Leges et corrigere, si opus esset, et interpretari. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. Laesum enim ius — corrigitur, nec non et adversus eos succurritur etc. fr. 1. pr. ex qu. c. maior. 4. 6. Et sine adpellatione — sententiam eius corrigi posse. fr. 2. a quib. appell. 49. 2. fr. 1. §. 1. Qu. sent. sine app. 49. 8. — **§. 2.** *Coërcere, Castigare.* I. ***Sy.*** Punire. Th. C. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. III. ***Cn.*** Praefectus Vr. adiri solet, et pro modo querelae corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius solet. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Qui disciplinae publicae, et corrigendis moribus praeficiuntur. fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4. Corrigendi animo, aut emendandi, verberare. fr. 15. §. 38. de iniur. 47. 10. cf. Th. C. I. 1.

Corripere. *Comprehendere.* III. ***Cn.*** Invigilantibus — officiis publicis, ubicunque correptus severitati iudicis offeratur. Th. C. VII. 18. c. 4. §. 3. de desertor. cf. VIII. 5. c. 1. de cursu pub. Corripi praecipimus, et contusum plumbo — exsilio coërceri. Ib. XVI. 5. c. 53. de haeretic.

Corrivare, s. **Conrivare.** *In eundem rivum deducere.* III. ***Cn.*** Si aquam conrivat, vel si spurcam quis immittat. fr. 3. pr. cf. fr. 1. §§. 4. 22. de aqua et aqu. pluv. 39. 3.

Corroborare. *Confirmare.* III. ***Cn.*** A nobis tam laudandum quam corroborandum (Silanianum S. C.). c. 11. de h. qu. ut indign. 6. 35. Quae (sc. sententia) provocatione suspensa non sit, vel quae, postquam fuerit adpellatum, corroborata fuerit. c. 11. de R. C. 4. 1. Si per vim — venditio a vobis extorta est, et non postea eam consensu corroborastis. c. 4. de h. qu. vi. 2. 20.

Corruere. *Collabi.* I. ***Sy.*** Ruere. fr. 17. de N. G. 3. 5. fr. 19. §. 6. locat. 19. 2. fr. 7. §. 2. fr. 44. pr. de damn. inf. 39. 2. Decidere. fr. 7. §. 2. l. 39. 2. III. ***Cn.*** Si insulam aedificandam locasses, et solum corruisset. fr. 33. locat. 19. 2. Si ager terrae motu ita corruerit, ut nusquam sit. fr. 15. §. 2. ib. 19. 2. Si qua tamen vetustate corruissent (sc. tecta). fr. 7. §. 2. de usuf. 7. 1. Aedes corruerunt, vel exustae sunt. fr. 5. §. 2. Qu. mod. ususf. 7. 4.

Corrumpere. §. 1. *Depravare, Destruere.* I. ***Sy.*** Rumpere. fr. 27. §. 13. ad L. Aqu. 9. 2. Deterius fieri, Corrumpi ad usum. fr. 2. §§. 31. sqq. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. ***Cn.*** Ipsum quid corrumpere et mutare, ut lex Aquilia locum habeat. fr. 27. §. 14. l. 9. 2. In omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere, ne sua feritate vel saevitia ea corrumpat. fr. 15. §. 3. de usuf. 7. 1. Si, quae instituit usufructuarius, aut caelum corrumpant agri, aut magnum adparatum sint desideratura. fr. 13. §. 6. ib. 7. 1. Siliginem miscendo corrupisse, atque ita pretium siliginis — adflictum esse. fr. 30. de N. G. 3. 5. Fructus, aut aliae res quae facile corrumpi possunt. fr. 63. de procur. 3. 3. fr. 15. §. 1. de R. V. 6. 1. Ea frumenta nives corruperunt. fr. 78. §. 3. de contr. emt. 18. 1. — **§. 2.** *Vitiare, Violare, Adulterare.* I. ***Sy.*** Falsare (pondera, aut mensuras). fr. 32. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Subtrahere, vel interlinere, delere. Intercidere, adulterare, turbare. Corrumpere (instrumenta etc.). fr. 1. §. 5. fr. 11. §. 1. de servo corr. 11. 3. fr. 42. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 31. §. 1. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Quive nummos aureos, argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, raserit, corruperit, vitiaverit. Paul. V. 25. §. 1. Is, qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit. Ib. I. 13. A. §. 3. cf. fr. 7. pr. §§. 2. 5. fr. 9. de iurisd. 2. 1. fr. 32. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Mensuras publice probatas — corrumpere, dolove malo fraudem facere. fr. 32. §. 1. ib. 48. 10. — **§. 3.** *Pessum dare.* I. ***Sy.*** Deteriorem facere (servum). fr. 1. pr. §§. 3. sqq. fr. 11. §. 2. de servo corr. 11. 3. III. ***Cn.*** Ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Paul. V. 21. §. 1. Quamvis usufructuarius nec contrariis quidem ministeriis aut inusitatis artificium eius corrumpere possit. fr. 17. §. 1. de usuf. 7. 1. Si quis rem communem deteriorem fecerit, forte servum vulnerando, aut animum eius corrumpendo. fr. 8. §. 2. comm. divid. 10. 3. De servo corrupto, vel ancilla devirginata, vel servo stuprato (cognoscere). fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Deteriorem servum facit, qui fugam suasit, et qui furtum, et qui mores eius corpusve corruperit. Paul. I. 13. A. §. 5. Interest nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi. fr. 14. §. 1. cf. fr. 15. de servo corr. 11. 3. — **§. 4.** *Stuprum, vel adulterium, inferre.* I. ***Sy.*** Violare. fr. 5. de quaestion. 48. 18. cf. fr. 225. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Qui mulierem puellamve interpellaverit, quidve corrumpendae pudicitiae gratia fecerit. Paul. V. 4. §. 14. Si — aut uxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid gravius admisisse. fr. 16. §. 1. de publican. 39. 4. Qui nondum viripotentes virgines corrumpunt. fr. 38. §. 3. de poen. 48. 19. — **§. 5.** *Pretio tentare integritatem alterius.* I. ***Sy.*** Redimere. fr. 29. pr. de iure fisci. 49. 14. Th. C. III. 5. c. 7. de sponsal. III. 7. c. 1. pr. de nupt. III. ***Cn.*** Si tibi probaverit, conspiratione adversariorum, et testibus pecunia corruptis, oppressum esse. fr. 33. de re iud. 42. 1. cf. fr. 1. sq. de bon. eor. qui mort. 48. 21. Qui — iudicem, ut sententiam ferat, vel non ferat, corruperit corrumpendumve curaverit. Paul. V. 25. §. 2. fr. 2. §. 2. de cond. ob turp. c. 12. 5. Arbitrum, vel gratiae dantem, vel sordibus corruptum, vel alia qua ex causa, nolle sententiam dicere. fr. 3. §. 1. fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. Qui tutelam, corruptis ministeriis Praetoris, redemerunt. fr. 3. §. 15. de susp. tut. 26. 10. Maligne circa sanguinem suum inferentes iudicium, novercalibus delinimentis instigationibusve corrupti. fr. 4. de inoff. testam. 5. 2. — **§. 6.** *Tollere, Perimere.* I. ***Sy.*** Commutare, Perimere. Gai. I. 158. 163. Vitiare (obligationem). fr. 65. pr fr. 72. pr. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Nec enim corrumpi, aut mutari, quod recte transactum est, superveniente delicto potest. fr. 2. de itin. actuq. priv. 43. 19. Fideicommissas libertates — neque mora non praestantium — corrumpi, aut in deteriorem statum perduci. fr. 30. §. 16. de fideic.

libb. 40. 5. Recte viam stipulatur, et cum duo ei — heredes exstiterint, non corrumpitur stipulatio. fr. 2. de servit. leg. 33. 3. Sed ne in potestate eius sit, ius nostrum corrumpere. Gai. IV. 38. Pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. fr. 4. de colleg. et corp. 47. 22.

Corruptela. *Corruptio, Tentatio.* III. *Cn.* Dissimulationi et corruptelae — prospicere. Th. C. XIII. 5. c. 38. pr. de navicular. Si forte de retractanda causa agatur, quae semel iudicata est per delatoris corruptelam. fr. 29. pr. de iure fisci. 49. 14. cf. c. 1. de poen. iud. 7. 49.

Corruptio. §. 1. *Depravatio.* III. *Cn.* Si forte vetustate species ita corrupta est, — eidem ex nova portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Th. C. XI. 14. c. 1. de condit. in pub. horr. — §. 2. *Interitus.* I. *Sy.* Interemtio (ususf.). c. 14. sqq. de usuf. et hab. 3. 33.

Corruptor. §. 1. *Qui corrupit, vel tentavit alterum.* I. *Sy.* Qui servum corrupit, Sollicitator. fr. 9. pr. §. 3. fr. 11. §§. 1. sq. fr. 14. §. 9. de servo corr. 11. 3. c. 20. de furt. 6. 2. Qui redemit, s. corrupit (delatorem). fr. 29. pr. de iure fisci. 49. 14. — §. 2. *Falsarius.* III. *Cn.* Profanator atque corruptor catholicae — disciplinae. Th. C. XVI. 5. c. 9. pr. de haeretic. — §. 3. *Stuprator.* III. *Cn.* Poenas cum corruptore patiatur (sc. diaconissa). Iuliani epit. nov. c. 6. §. 29.

Corruptus. (Partic.) §. 1. *Depravatus.* I. *Sy.* Ruptus, Fractus. fr. 27. §§. 13. 16. sqq. ad L. Aqu. 9. 2. III. *Cn.* Res tritas corruptasque reddere. fr. 29. §. 7. fr. 42. ib. 9. 2. Si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. fr. 1. §. 6. de h. qu. deiec. 9. 3. fr. 4. §. 10. de vi bon. rapt. 47. 8. Ipsis speciebus vitiatis atque corruptis. Th. C. VII. 4. c. 1. de erog. mil. annon. Corruptum et lapsum monumentum (reficere). fr. 7. de sepulc. viol. 47. 12. Vetustate corruptum (aedificare etc.). fr. 32. §. 5. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 5. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit. fr. 1. §. 1. de extr. crim. 47. 11. — §. 2. *Pessum datus.* III. *Cn.* Vtrum furti, an servi corrupti iudicio teneatur? — neutro eum teneri, — servi corrupti ideo, quod deterior servus factus non est. Gai. III. 198. cf. fr. 14. §. 1. de servo corr. 11. 3.

Corsica. *Insula Italiae, in mari Ligustico.* III. *Cn.* Officia iudicum Africae, — nec non Sardiniae, Siciliae et Corsicae. Th. C. VII. 13. c. 20. de tiron.

Cos, (cotis). *Lapis, quo ferramenta acuuntur.* III. *Cn.* Cotem ferro subigendo necessariam (hostibus venumdari). fr. 11. de publican. 39. 4. Ne quis — cotem ex insula Creta fodito, neve eximito, neve avellito. fr. 15. ib. 39. 4.

Costum. *Herba odorifera.* III. *Cn.* Species pertinentes ad vectigal: cinnamomum, — costum, costamomum, — amomum, — aroma Indicum, — cardamomum. fr. 16. §. 7. ib. 39. 4.

Cotoriae. *Cotium fodinae.* III. *Cn.* Caesar, cum insulae Cretae cotorias locaret, legem ita dixerat. fr. 15. l. l. 39. 4.

Cottidianus. Cf. v. Quotidianus.

Crabattus. *Lectulus meridiando idoneus.* III. *Cn.* Crabattus [al. grabatus] argento inaurato tectus, — in horreis tantisper conditus. fr. 20. §. 8. de instr. leg. 33. 7.

Cras. (Advb.) *Die proxime futuro.* II. *Op.* Hodie. §. 14. I. de inutil. stipul. 3. 20.

Crassus. (Adiect.) *Amplus, Nimius.* III. *Cn.* Vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. Huiusmodi sententiam crassiorem esse existimamus. c. 14. de hered. inst. 6. 24.

Crater. *Conceptaculum aquae salientis, vel vini miscendi.* III. *Cn.* Fistulae, et canales, et crateres, et si qua sunt alia ad aquas salientes necessaria. fr. 12. §. 24. de instr. leg. 33. 7. Craterem argenteum non esse in supellectile. fr. 3. §. 5. de supell. leg. 33. 10.

Craticius. (Adiect.) *Cratibus insertis factus, asseribus adrectis et transversis.* III. *Cn.* Si vicini semipedes inter se contulerunt, ut ibi craticium parietem inter se aedificarent. fr. 52. §. 13. pro soc. 17. 2.

Cratinus, et **Cratistus.** *Servorum nomina.* III. *Cn.* Qui habebat servum Cratistum, testamento ita cavit: Servus meus Cratinus liber esto! fr. 54. pr. de man. testam. 40. 4.

Creare. §. 1. *Procreare, Provocare.* III. *Cn.* Qui ad statuas, vel evitandi metus vel creandae invidiae causa, confugerint; — sin proditi fuerint artibus suis invidiam inimicis creare voluisse etc. Th. C. IX. 44. c. 1. de h. qu. ad stat. confug. — §. 2. *Eligere, Electione facta constituere.* I. *Sy.* Vocare, Invitare (ad munera). fr. 38. pr. ad munic. 50. 1. fr. 3. §. 2. fr. 6. pr. fr. 9. fr. 14. §. 6. de mun. et hon. 50. 4. Constituere, Facere (magistratum, v. curatorem etc.). fr. 2. §§. 20. sqq. de O. I. 1. 2. fr. 1. §. 3. de off. Quaest. 1. 13. fr. 1. §. 1. fr. 2. pr. §§. 1. sqq. de cur. bon. dand. 42. 7. III. *Cn.* Aedilis curulis, aedilis pleb., qui nunc sunt, quicunque post h. l. facti creati erunt. Tab. Heracl. lin. 24. sq. aer. Br. Populi, v. tribuum, suffragio creari. fr. 2. §. 20. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de off. Quaestor. 1. 13. Si quis magistratus in municipio creatus, munere iniuncto fungi detrectet. fr. 9. de mun. et hon. 50. 4. fr. 1. §. 3. Quand. appell. 49. 4. Nec creantur (sc. decuriones), velc reati suffragium ferunt. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Convenire creditores, unumque creare cui caveatur omnium nomine. fr. 4. §. 9. de fideic. libb. 40. 5.

Creatio. §. 1. *Procreatio.* III. *Cn.* Num forte minor LX annis sit, qui adrogat; quia magis liberorum creationi studere debeat. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. — §. 2. *Electio.* III. *Cn.* Magistratuum creatio (pertinet ad curam Principis). fr. 1. pr. ad L. Iul. amb. 48. 14. Divina maiestas et nostra creatio (pietati eius plenam imperii commiserit potestatem). Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. Tutor datus adversus ipsam creationem provocavit. fr. 39. §. 6. de admin. et peric. 26. 7.

Creator. *Qui nominat alterum ad honores, vel munera.* III. *Cn.* Tam nominati, quam etiam creatores. Th. C. XII. 1. c. 192. de decurion. Periculo curatoris calendarii, et magistratuum, et creatorum, (apud idoneos — pecunia collocanda). Ib. XII. 11. c. 1. §. 3. de cur. calendar. Si eo tempore, quo nominatus est idoneus, postea lapsus facultatibus, — creator [al. curator] hoc nomine nihil praestare debet. fr. 2. §. 7. de adm. rer. ad civ. 50. 8. cf. c. 2. Quo quisq. ord. 11. 35.

Creber. (Adiect.) *Frequens, Copiosus.* III. *Cn.* Opinio crebrior est (apud veteres). fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. Crebrae a nobis leges missae. Th. C. VI. 28. c. 6. de Princ. agent. in reb. Crebris vallare excubiis. Ib. VII. 16. c. 1. de litor. et itin. cust.

Crebre, s. **Crebro.** (Advb.) III. *Cn.* Non minus criminose quam crebre. Ib. IX. 21. c. 6. de falsa monet. Verbera caedesque crebro — admissae. c. 6. ad L. Iul. de vi pub. 9. 12.

Credere. §. 1. *Confidere, Auctoritatem adtribuere.* I. *Sy.* Fidem habere (testibus etc.) fr. 3. §§. 1. sqq. de testib. 22. 5. fr. 1. §§. 23. sqq. de quaestion. 48. 18. III. *Cn.* Ex sententia animi tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris. fr. 3. §. 2. de testib. 22. 5. Si bonus miles antea aestimatus fuerit, prope est ut adfirmationi eius credatur. fr. 5. §. 6. de R. M. 49. 16. Requirere debet eum, qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus vel curatoribus credere. fr. 5. §. 11. de tut. et cur. dat. 27. 9. Ex his, quae proponerentur, — credenda est scriptura. fr. 37. §. 5. de legat. III. (32.) Tales scripturas omnifariam esse credendas. c. 14. de contr. et comm. stipul. 8. 38. Iuliani epit. nov. c. 66. §. 229. — §. 2. *Committere, Mandare.* I. *Sy.* Committere. Cf. h. v. §. 3. Mandare. Th. C. VIII. 8. c. 7. de exsecut. et exact. III. *Cn.* Cum apud veteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Non est facile tironi custodia credenda. fr. 14. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Cui iura commisimus, cui fata provincialium duximus esse credenda. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1. Qui — ad provincias defendendas, milite credito, — destinantur. Th. C. VI. 14. c. 3. de com. R. M. cf. I. 6. c. 6. (Wck.) de off. Prf. Vr. — §. 3. *Debitoris fidem sequi.* I. *Sy.* Creditor, Credens. Ib. II. 13. c. 1. de action. ad potent. transl. III. *Cn.* Non mandatu meo, sed magis mihi credentem (hoc fecisse). fr. 8. pr. de precar. 43. 26. Et his — recte solvi, quod crediderint, licet novare non possint. fr. 27. pr. de pact. 2. 14. Verbis quoque credimus, — veluti stipulatione. fr. 2. §. 5. de R. C. 12. 1. cf. fr. 43. §. 6. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. — §. 4. *Pecuniam creditam largiri.* I. *Sy.* Dare pecuniam (mutuam). In creditum abire. fr. 24. §. 4. fr. 27. §. 1. de minor. 4. 4. fr. 1. pr. fr. 3. §. 3. de S. C. Mac. 14. 6. cf. fr. 19. §. 5. ad S. C. Vellei. 16. 1. III. *Cn.* Rationem esse, — ultro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negotiationem. fr. 6. §. 3. de edendo. 2. 13. Si stipulatus sim a te pecuniam, tamquam credendi causa numeraturus, nec numeraverim. Gai. IV. 116. cf. fr. 3. §. 4. fr. 6. de S. C. Mac. 14. 6. Credendo nummos alienare. fr. 41. de R. C. 12. 1. Incertis nominibus cred. pecuniam. — Bene credere. fr. 1. pr. de S. C. Mac. 14. 6. fr. 12. §. 13. mand. 17. 1. Qui mutuam pecuniam contra interdictum — crediderit. Fr. de I. F. §. 7. — §. 5. *Putare, Censere.* I. *Sy.* Per interpretationem acceptum est. Crediderunt (veteres). Pr. I. de legit. patron. tut. 1. 17. Esse, Intelligi, Credi esse (alicuius etc.). Gai. II. 9. sqq. 21. III. *Cn.* D. Augustus maluit, — nam credidit etc. fr. 1. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. cf. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. Vtebantur, — maxime enim sua esse credebant, quae etc. Gai. IV. 16. Nec me praeterit, Galatarum gentem credere etc. Ib. I. 55. Quod an debeamus credere verius esse, diligentius requiremus. Ib. IV. 60. Et est plane nostrorum praeceptorum haec sententia, ut credamus etc. fr. 32. de damn. inf. 39. 2. Ideo placuit, quia creditum est etc. fr. 31. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Hoc idem est apud Scaevolam agitatum, — et ait vulgo creditum etc. fr. 25. §. 6. de usuf. 7. 1. Gai. I. 190. Olim credebatur. — Postea creditum est. Ib. II. 54. Veteres crediderunt. Ib. I. 165. cf. c. 6. de don. int. V. 5. 16. Haec utique nemo credet (in testamentis nos esse probaturos). fr. 1. §. 1. de legat. III. (32.) Credendus est (eligere, v. repudiasse etc.). fr. 3. de milit. testam. 29. 1. fr. 17. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 2. §. 16. ne qu. in loco pub. 43. 8. — §. 6. *Fidem religiosam profiteri.* III. *Cn.* Quicunque — ita non credunt, ut 318 S. patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicaena civitate fundantes. c. 8. pr. de haeretic. 1. 5. — §. 7. *Falso sibi persuadere, Citra rationem praesumere.* II. *Op.* Scire. Gai. I. 85. sq. Esse, v. Fieri. — Credi esse. Ib. I. 71. III. 198. III. *Cn.* Si modo eas (sc. res) b. f. acceperimus, cum crederemus etc. Ib. II. 43. cf. 50. Latinam aut peregrinam uxorem ducere per ignorantiam, cum eam civem R. esse crederet. Ib. I. 67. Falso credens (se debere, solvit). fr. 26. §. 2. de cond. indeb. 12. 6. Si quis credidit esse (patremfam.) deceptus non vana simplicitate, nec iuris ignorantia etc. fr. 3. pr. de S. C. Maced. 14. 6. c. 11. de O. et A. 4. 10. Alia opinione inductus, credere etc. Gai. IV. 178. cf. c. 4. de hered. inst. 6. 24.

Credibilis. (Adiect.) *Veri similis, Probabilis.* III. *Cn.* Ex eo potissimum annos computari, ex quo praecipuam fidem in ea re constare credibilius videtur. fr. 13. de probat. 22. 3. Quod scriptum est, — credibile est de eo cogitasse etc. fr. 19. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Quamvis non sit credibile, (de his sensisse etc.). fr. 63. de don. int. V. 24. 1.

Creditor. §. 1. *Is, cui ex obligatione aliqua, et potissimum civili, aliquid debetur.* I. *Sy.* Credens. Th. C. II. 13. c. 1. de action. ad potent. Cui ex qualibet causa debetur, vel ex quacunque actione. Cui actio competit. fr. 16. §. 2. Qui et a qu. man. 40. 9. fr. 4. pr. de separat. 42. 6. fr. 10. sq. de V. S. 50. 16. Qui aliquam actionem habet. fr. 54. sq. ib. 50. 16. fr. 42. §. 1. de O. et A. 44. 7. Stipulator. fr. 30. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. III. *Cn.* Inter creditorem et debitorem convenerat. fr. 42. ib.

2. 14. Quod semel remisit creditor debitori suo b. f. fr. 7. §. 10. ib. 2. 14. Qui in fraudem creditorum, vel in fraudem patroni manumittit. Gai. I. 37. Id inter patrem dominumve, si quid ei debebitur, et caeteros creditores, — distribuatur. Ib. IV. 72. sq. Is, a quo creditor totum petit. Ib. III. 122. fr. 30. §. 1. de pact. 2. 14. Si parati sint creditores consequi (partem ex bonis). fr. 60. ib. 2. 14. — **§. 2.** *Is, cui ex mutuo debetur.* I. **Sy.** Qui pecuniam credidit. fr. 11. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Vsurae, quibus aliis idem creditor foenerasset. fr. 38. de N. G. 3. 5. Mandavit pecuniam accipere mutuam, cuius litteras creditor secutus contraxit. fr. 31. pr. cf. fr. 36. ib. 3. 5. — **§. 3.** *Is, cui res pignoris iure obligata est.* III. **Cn.** Sive domini sint, sive aliquid in ea re ius habeant, qualis est creditor, et fructuarius, et superficiarius. fr. 19. pr. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 27. fr. 30. de nox. act. 9. 4. Si debitor rem, quam creditori pignori dedit, subtraxerit. Gai. III. 200. 204. Cum fiducia contrahitur, aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico. Ib. II. 60. 220. III. 201. cf. Paul. II. 13. §§. 3. sqq. Qui olim pactus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur. Gai. II. 64. Creditor — pignus dimittit. fr. 158. de R. I. 50. 17. A creditore pignus liberare. fr. 4. Qu. potior. 20. 4. fr. 5. §. 12. commod. 13. 6. — **§. 4.** *Hereditarius creditor.* III. **Cn.** Heres manet, et ob id creditoribus ipse tenebitur. Gai. III. 85. cf. II. 35. Vlp. XIX. 14. Ante aditam hereditatem pacisci cum creditoribus. fr. 7. §§. 17. sqq. de pact. 2. 14. Si heres cum creditoribus deciderit. fr. 3. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Et debitores convenire, et ipse a creditoribus conveniri potest (sc. heres). fr. 15. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. Vt, si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis — bona veniant. Gai. II. 154.

Creditrix. *Mulier, vel civitas, cui aliquid debetur.* III. **Cn.** Si creditrix mulier rem — debitori liberaverit. fr. 8. pr. ad S. C. Vellei. 16. 1. Qui primam creditricem, an, ea remota, tertium excluderet. fr. 16. Qu. potior. 20. 4. Respub. creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur. fr. 38. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5.

Creditum. (Subst.) **§. 1.** *Quod ex qualicunque obligatione peti potest.* II. **Op.** Quod in credito est. — Quod vindicari possit. fr. 27. §. 3. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Omne creditum solet praecedere (impensa funeris). fr. 45. de relig. 11. 7. Cautum est ei solutum ex universo credito. fr. 94. §. 3. de solut. 46. 3. Debita et credita (singulis pro solido adtributa). fr. 3. fam. ercisc. 10. 2. fr. 1. de compens. 16. 2. In vetus creditum obligari, v. pignora accipere. fr. 22. Qu. in fraud. cred. 42. 8. — **§. 2.** *Quod ex certi obligatione debetur.* I. **Sy.** Pecunia credita. Gai. III. 124. Nomina facere. Creditum conferre in (debitores). fr. 34. §. 1. de legat. III. (32.) In creditum abire. Dare pecuniam mutuam. fr. 5. §. 18. de tribut. act. 14. 4. fr. 1. pr. fr. 3. §. 3. de S. C. Maced. 14. 6. II. **Op.** Rem domini manere. — In creditum iri. fr. 31. locat. 19. 2. In solutum, — In creditum (dare). fr. 19. §. 1. de R. C. 12. 1. III. **Cn.** Perinde habendum, ac si initio ego pecuniam mulieri credidissem, ac rursus tu mihi in creditum isses. fr. 19. §. 5. ad S. C. Vell. 16. 1. Vbicunque aliquis obligetur, quamvis non ex crediti causa debeatur. fr. 20. de iudic. 5. 1. Ex crediti causa pecunia debita. fr. 104. §. 7. de legat. I. (30.) Non debetur id, quod in credito esset. fr. 27. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Creditus. (Partic.) *Ad creditum pertinens.* III. **Cn.** Certa pecunia credita. Cf. v. Certus. **§. 4.** Si tibi pecuniam donassem, ut tu mihi eandem crederes, an credita fieret? fr. 20. de R. C. 12. 1. Talem contractum neque donationem esse, neque pecuniam creditam. fr. 20. l. 12. 1. Creditam pecuniam petere posse (ab herede). fr. 13. de N. G. 3. 5.

Credulitas. **§. 1.** *Facilitas credendi.* III. **Cn.** Quodsi patiatur uxorem delinquere, non ob quaestum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem. fr. 29. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Ne credulitas creditoris domino obesset, vel calliditas servi noceret. fr. 3. §. 9. de in rem verso. 15. 3. Ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur. Paul. V. 21. §. 1. — **§. 2.** *Professio fidei christianae.* III. **Cn.** Dei omnipotentis una et vera fides catholica, quam recta credulitas confitetur. Ib. XVI. 11. c. 2. de religione.

Credulus. (Adiect.) *Facilis ad credendum.* III. **Cn.** Incautus et credulus. Vatic. §. 35. Sibi eum imputare, qui credulus fuit. fr. 1. §. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. Male credulas mentes ad spem secundae indulgentiae blandus error invitat. Th. C. XVI. 6. c. 4. pr. ne S. bapt.

Cremare. *Comburere.* I. **Sy.** Exurere. Igni cremare. fr. 28. §§. 11. sq. fr. 38. §. 1. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Ignis vi quaedam cremata de his, quae tibi fuere commendata. Coll. LL. M. X. 3. Incendio cremandos (codices eorum). Th. C. XVI. 5. c. 34. de haeret.

Crematio. *Combustio, Exustio.* III. **Cn.** Ad furcam damnatio, item vivi crematio, — item capitis amputatio. fr. 28. pr. l. l. 48. 19. cf. Paul. V. 17. §. 3.

Cremia, (iorum). *Ligna tenuiora, ad comburendum.* III. **Cn.** Et virgulae, et cremia, et sarmenta, et superamenta materiarum, etc. fr. 55. §. 4. de legat. III. (32.)

Cremialis. (Adiect.) *Cremiis parandis destinatus.* III. **Cn.** Si arbores caeduae fuerunt, vel cremiales [al. gremiales, v. germinales]. fr. 7. §. 12. sol. matrim. 24. 3.

Crescere. **§. 1.** *Increscere.* I. **Sy.** Excrescere (aquam imbre etc.). fr. 20. §. 1. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. pr. §§. 15. sqq. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Renasci. fr. 18. pr. de fundo dot. 23. 5. fr. 7. §. 13. sol. matrim. 24. 3. Adolescere. Paul. III. 6. §. 18. IV. 8. §. 6. III. **Cn.** Concha apud rubrum mare et crescit et coalescit. fr. 19. §. 18. de auro arg. 34. 2. Si tales sunt lapidicinae, in quibus lapis crescere possit. fr. 18. pr. de fundo dot. 23. 5. Horum alius (sc. furiosus), resipiscere, alius (sc. aegrotans) convalescere,

alius (sc. infans) crescere potest. Paul. III. 6. §. 18. — **§. 2.** *Adcrescere, Accedere, Augeri.* I. ***Sy.*** Maior fieri. fr. 35. de vulg. et pup. 28. 6. Augeri. fr. 21. §. 3. de A. E. V. 19. 1. III. ***Cn.*** Accedentibus singulis, crescit numerus. fr. 10. §. 9. de grad. et adfin. 38. 10. Per hanc adiectionem crescere non potest (vindicatio peculii). fr. 6. §. 1. de pecul. leg. 33. 8. Periculum ad eam summam, quae accesserit, crescet, fr. 53. de iure dot. 23. 3. Si grave aes alienum sit, quod ex poena crescat. fr. 1. §. 2. de cur. bon. 42. 7. Crescit contumelia ex persona eius, (qui contumeliam fecit). fr. 17. §. 3. de iniur. 47. 10. Actio, v. Causa, quae inficiatione crescit. fr. 20. §. 4. de hered. pet. 5. 3. fr. 30. pr. de iureiur. 12. 2. Qui superioribus dignitatibus creverint. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord.

Creta. (Nomen propr.) *Insula mediterranei maris.* III. ***Cn.*** Caesar, cum insulae Cretae cotorias locaret. fr. 15. de publican. 39. 4. Procos. Cretae. fr. 14. ad S. C. Turp. 48. 16.

Creta. *Genus terrae tenacis.* III. ***Cn.*** Cum mihi permisisses, saxum ex fundo tuo eiicere, vel cretam, vel arenam fodere. fr. 34. de d. m. 4. 3. fr. 16. de praescr. vv. 19. 5. Cretae eximendae calcisque coquendae ius. fr. 5. §. 1. de S. P. R. 8. 3.

Cretifodina. *Specus, ubi creta foditur.* III. ***Cn.*** Qui salinas, et cretifodinas, et metalla habent. fr. 13. pr. de publican. 39. 4. cf. fr. 77. de V. S. 50. 16. Gretifodinae, argentifodinae, vel auri, vel cuius alterius materiae sint, vel arenae. fr. 7. §. 14. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 9. §. 2. fr. 13. §. 5. de usuf. 7. 1.

Cretio. *Actus cernendi hereditatem.* I. ***Sy.*** Finis deliberandi. Gai. II. 164. Vlp. XXII. 27. Cernere. Verba cretionis, s. Cretionem, dicere. Cf. v. Cernere. §. 2. III. ***Cn.*** Si quis cum cretione, — Qui sine cretione (heres institutus sit). Gai. II. 167. sqq. Vlp. XXII. 25. 29. Si cretio sine exheredatione sit data. Si sub imperfecta cretione heres institutus sit. Gai. II. 177. Vlp. l. l. 34. Vulgaris, —, Continua, cretio. Gai. II. 171. sqq. Intra diem cretionis cernere. — Finito tempore cretionis excludi. Gai. II. 166. 168. 178. cf. 144. Cretionum scrupulosa solemnitas. Th. C. VIII. 18. c. 8. §. 1. de matern. bon.

Cribrum. *Pistorium vas, ad farinam cernendam.* III. ***Cn.*** Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae — legato cedunt. Paul. III. 6. §. 64.

Crimen. **§. 1.** *Accusatio, Criminatio.* I. ***Sy.*** Accusatio. fr. 14. §§. 2. 4. de bon. libert. 38. 2. fr. 7. pr. §§. 1. sq. de accus. 48. 2. Intendere crimen, Accusare. Paul. V. 4. §. 12. Perorare causam, Perficere crimen. fr. 14. §§. 8. 11. de bon. libert. 38. 2. III. ***Cn.*** Audire crimina et discutere. fr. 6. de accus. 48. 2. cf. fr. 1. pr. de off. Prf. Vr. 1. 12. Calumniosis criminibus insectari innocentes. fr. 6. §. 2. de off. Praes. 1. 18. Crimen, quod vindictae aut calumniae iudicium exspectat, per alios intendi non potest. Paul. V. 4. §. 12. Subscribere in crimen. fr. 92. de furt. 47. 2. fr. 7. pr. de accus. 48. 2. Perficere, probare crimen, (quod intendit). fr. 14. §. 11. de bon. libert. 38. 2. Perseverare in crimine, usque ad sententiam. fr. 7. §. 1. de accus. 48. 2. Crimen, in quo alius destitit, vel victus recessit, alius obiicere non prohibetur. Paul. I. 6. B. §. 3. Non debere cogi heredes, accusatorum exsequi crimina. fr. 19. pr. l. l. 48. 2. Suspecti crimen. fr. 1. §§. 1. sq. de susp. tut. 26. 10. — **§. 2.** *Publicum delictum.* III. ***Cn.*** Poenam unusquisque irrogare potest, cui huius criminis sive delicti exsecutio competit. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium, vel exsilium sit irrogatum. fr. 8. de postul. 3. 1. Criminis accusationem instituere. c. 15. de h. qu. acc. non poss. 9. 1. Si ex eodem facto plurima crimina nascuntur. c. 9. de accus. 9. 2. Incidere in crimen (vis publicae, aut privatae). fr. 152. pr. de R. I. 50. 17. Admittere crimina. fr. 1. pr. §. 4. de Prf. Vr. 1. 12. — **§. 3.** *Privatum delictum.* III. ***Cn.*** Confiteri crimen intelligitur, (qui paciscitur de furto etc.). fr. 5. cf. fr. 1. fr. 4. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Furti crimen. Gai. III. 197. 208. IV. 178. Scire debet actor, in qua re circumscriptus sit, nec in tanto crimine vagari. fr. 16. de d. m. 4. 3. cf. fr. 31. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. — **§. 4.** *Culpa, Periculum.* III. ***Cn.*** Ita ut provinciae moderator, eiusque officium, ad crimen suum noverit pertinere, si etc. Th. C. XII. 6. c. 32. pr. de susceptor. praepos. Ex hac re eum, — etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse. fr. 14. §. 3. Qu. met. c. 4. 2.

Criminalis. (Adiect.) *Ad criminum persecutionem spectans.* II. ***Op.*** Civiles (causae, v. actiones. Acta civilia.) — Criminalis (accusatio etc. Criminalia negotia, v. acta). c. 3. de L. Aqu. 3. 35. Th. C. I. 12. c. 1. c. 3. (Wck.) de off. Proc. et Leg. IX. 1. c. 1. c. 6. de accus. et inscr. Pecuniaria (causa, v. lis). fr. 1. §. 1. de testib. 22. 5. c. 15. de quaest. 9. 41.

Criminaliter. (Advb.) *Interveniente iudicio publico.* II. ***Op.*** Civiliter. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Si iniuriarum iudicium criminaliter fuerit motum. Iuliani epit. nov. c. 121. §. 526.

Criminari. **§. 1.** *Crimen inferre, Arguere.* III. ***Cn.*** Subiectum filium criminari, et contendere (ad se legitimam hereditatem pertinere). fr. 17. §. 1. de testam. tut. 26. 2. Si quis adventu suo turbam concitavit, — vel dum criminatur aliquem, vel dum misericordiam provocat. fr. 4. §. 6. vi bon. rapt. 47. 8. — **§. 2.** *Recriminari.* III. ***Cn.*** Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine — exuerint. Th. C. IX. 1. c. 12. de accus. et inscr.

Criminatio. *Accusatio.* I. ***Sy.*** Causa criminis. Ib. l. l. c. 5. c. 7. Accusatio. c. 10. de don. int. V. 5. 16. III. ***Cn.*** Ad subscriptionis morem ordinemque criminatio referatur. Th. C. l. l. c. 5. Innocentes, sub specie falsae criminationis, non patimur callidorum impugnatione subverti. Ib. IX. 39. c. 3. de calumn.

Criminose. (Advb.) *Crimine interveniente.* III. ***Cn.*** Qui aliquid in qualibet provincia criminose commiserit. Nov. Th. II. de am. milit. fori praescr. I. 9. c. 2. pr. Si quid egerint crim. Th. C. XII. 1. c. 190. de decurion.

Criminosus. *Crimine pollutus.* I. ***Sy.*** Scelerosus et noxius. Ib. IX. 40. c. 4. de poen. III. ***Cn.***

Quo remotis abiectis, pessimis, criminosis, — bonorum virorum collegio frequentetur. Ib. VI. 27. c. 18. de agent. in reb. Improbum quidem et criminosum fateris. c. 1. de crim. stell. 9. 34. Quod per deformia et criminosa commercia (sibi impositum esse deplorant). Th. C. XIII. 11. c. 4. de censitor. Criminosos servos vendere, (ut cum bestiis pugnarent). fr. 42. de contr. emt. 18. 1. Rei criminosi. Th. C. II. 1. c. 11. de iurisd. Criminosissimis patet (facultas supplicandi). Ib. IX. 40. c. 4. de poen.

Crinis. *Coma, Caesaries.* III. **Cn.** Pellex aram Iunonis ne tangito! Si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito! L. Numae Pomp. c. 8. Feminae, quae crinem suum, — instinctu persuasae professionis, absciderint. Th. C. XVI. 2. c. 27. §. 1. de episc. eccl. Maiores crines, indumenta pellium, etiam in servis — inhiberi. Ib. XIV. 10. c. 4. de hab. quo uti op.

Crinum. *Vnguenti genus.* III. **Cn.** Vnguentis legatis, — quibus unguimur voluptatis causa, sed et valetudinis: qualia sunt commagena, glaucina, crina, [al. crinina, s. crinonia], rosa etc. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Crispus. *Nomen filii Constantini M.* III. **Cn.** Propter Crispi atque Helenae partum, omnibus indulgemus etc. Th. C. IX. 38. c. 1. de indulg. crim.

Crithologia. *Muneris officialium rei annonariae species.* III. **Cn.** In aestimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quidquid de crithologia et zygostasii munere — disposuit, roboramus. Ib. XIV. 26. c. 1. de frum. Alex.

Crocufantia, s. **Crocuphantia.** *Genus ornamentorum muliebrium.* III. **Cn.** Ornamentorum (muliebrium) haec: vittae, mitrae, semimitrae, — reticula, crocufantia. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Cruciare. *Tormentis adficere.* III. **Cn.** Quia coërcere voluit servum et cruciare, ne meliorem dominum experiatur. fr. 24. §. 8. de fideic. libb. 40. 5.

Cruciatio. *Cruciatus.* III. **Cn.** Vt et cruciatio desit, et permaneat fida custodia. Th. C. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor.

Cruciatus. (Subst.) *Tormentum, Molestia, Dolor.* I. **Sy.** Ictus (plumbatarum). Th. C. XII. 1. c. 80. c. 85. de decurion. III. **Cn.** Qui iusto timore mortis, vel cruciatus corporis, conterritus abest. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. c. 13. de transact. 2. 4. c. 4. c. 7. de h. qu. vi. 2. 20. Aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriae genus, seu tormenta, vel etiam contumelias perferre. Th. XI. 30. c. 2. de app. et poen. cf. IX. 12. c. 1. de emend. servor. Acerbioris imminebit supplicii cruciatus eis, qui etc. Ib. XVI. 10. c. 9. de pagan.

Crudelis. (Adiect.) *Durus, Inhumanus.* III. **Cn.** Hoc autem crudele, et a pietate procul, (nostro Principi visum est). Iuliani epit. nov. c. 45. §. 179. Cum nimis crudele est, — superesse (provocationem). c. 12. §. 3. de R. C. 4. 1. cf. c. 33. §. 1. de inoff. testam. 3. 28.

Crudelitas. *Inhumanitas, Saevitia.* I. **Sy.** Avaritia. c. 33. pr. l. 3. 28. III. **Cn.** Periculi propinquae mortis (sc. causa), vel ab hoste, vel a praedonibus, vel ab hominis potentis crudelitate aut odio etc. fr. 3. de m. c. donat. 39. 6. cf. fr. 7. §. 4. Qu. ex c. in poss. 42. 4. fr. 9. de extr. crim. 47. 11. Cum sit durum, et crudelitati proximum. c. 6. de servit. et aqu. 3. 34. Sui animi crudelitatem exercere. Crudelitatem suam accusatoribus vendere. c. 1. §. 1. de iureiur. pr. cal. 2. 59. Th. C. IX. 3. c. 1. §. 1. de cust. reor.

Crudeliter. (Advb.) *Atrociter, Inhumaniter.* III. **Cn.** Ne diversorum criminum rei — in carcere crudelius differantur. Ib. IX. 1. c. 18. de accus. et inscr.

Crudus. (Adiect.) *Immaturus, Acerbus.* II. **Op.** Crudae, — Iam maturae (vineae). fr. 27. §. 25. ad L. Aqu. 9. 2.

Cruentus. (Adiect.) *Sanguineus, Internecinus.* III. **Cn.** Nisi forte latro manifestus, vel seditio praerupta, factioque cruenta, vel alia iusta causa. fr. 6. §. 9. de iniust. rupt. 28. 3. Qui cruentas excepere sententias. Th. C. IX. 42. c. 13. de bon. proscr. Spectacula cruenta. Ib. XV. 12. c. 1. de gladiator.

Cruor. **§. 1.** *Sanguis effusus.* III. **Cn.** Recens a caede, madenteque adhuc cruore filiae. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Criminosi — omnes, et praecipue humano cruore polluti. Nov. Valent. III. de homicid. II. 20. c. 1. pr. — **§. 2.** *Succus purpureus conchyliorum.* I. **Sy.** Rubor (conchylii, s. muricis). Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holov. XV. 7. c. 17. de scaenic.

Cruralis. (Adiect.) *Ad crura pertinens.* III. **Cn.** Fasciae crurales pedulesque, et impilia, — partem corporis vestiunt. fr. 25. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Crus. *Pars corporis, a genu ad pedem.* III. **Cn.** Cadere, et crus frangere. fr. 52. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 54. pr. locat. 19. 2. Irruit in equum, teque deiecit, et eo casu crura equi fracta sunt. fr. 57. ad L. Aqu. 9. 2.

Crusta. **§. 1.** *Operimentum fragile.* III. **Cn.** Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum. fr. 9. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Quae tabulae pictae pro tectorio includuntur, item crustae marmoreae. fr. 17. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Cymbia argentea crustis aureis illigata. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Vestis versicolor, semipurpurea.* III. **Cn.** Quas (sc. vestes) graeco nomine a latino [al. Latini] crustas vocant, in quibus alio admixtus colori puri rubor muricis inardescit. Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic.

Crux. **§. 1.** *Instrumentum ex lignis transversis, in quo capitis damnati adfigebantur.* I. **Sy.** Servorum supplicium. Coll. LL. M. I. 6. III. **Cn.** Summa supplicia sunt: crux, crematio, decollatio. Paul. V. 17. §. 3. cf. V. 21. §. 4. In crucem tolli, v. Cruci suffigi, (aut bestiis obiici). Ib. V. 22. §. 1. V. 23. §§. 1. 15. 17. — **§. 2.** *Symbolum christianorum.* I. **Sy.** Signum salvatoris Christi. Crux (venerabilis, s. sanctissima). c. 26. de episc. et cler. 1. 3. c. 1. nemini lic. sign. 1. 8. c. 22. §. 2. de iure delib. 6. 30.

Crypta. *Locus subterraneus concameratus.* I. **Sy.** Refugium. fr. 13. §. 7. de usuf. 7. 1.

fr. 3. §. 7. uti possid. 43. 17. III. ***Cn.*** Cuius aedes supra cryptas essent. fr. 3. §. 7. l. 43. 17.

Crystallinus. (Adiect.) *Ex crystallo factus.* III. ***Cn.*** Vitrea escaria et potoria. — Murrhina et crystallina. fr. 3. §§. 3. sq. de supell. leg. 33. 10. cf. Paul. III. 6. §. 67.

Cubare. *Adcumbere, Decumbere.* III. ***Cn.*** Manere, vel vescere, cubare, vel pernoctare (in ipso dei templo). Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. Noctu intra cubiculum secum cubantem (uxorem necare). fr. 3. §. 2. cf. fr. 14. de S. C. Silan. 29. 5.

Cubicularius. **§. 1.** *Servus, vel libertus, a cubiculo.* III. ***Cn.*** Muliones et institores, — item obsonatores, et vestiarii, et cellararii, et cubicularii, et arcarii, et coqui. Paul. III. 6. §. 72. fr. 65. pr. de legat. III. (32.) fr. 203. de V. S. 50. 16. Si libertum paternum propter hoc accusavit, medicum forte patris, aut cubicularium, aut quem alium qui circa patrem fuerat. fr. 14. §. 7. de bon. libert. 38. 2. — **§. 2.** *Principis cubiculo praefectus.* III. ***Cn.*** Omnes cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt. c. 2. sqq. de praepos. S. cubic. 12. 5. Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri, et cubicularii omnes atque ex-cubiculariis. Th. C. XI. 16. c. 15. pr. de extr. s. sord. Praepositus vel primicerius S. cubiculi, castrensis, comes S. vestis, caeteri cubicularii, magister officiorum etc. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron.

Cubiculum. **§. 1.** *Conclave, in quo noctu cubamus.* III. ***Cn.*** Statim atque ducta est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit. fr. 15. de cond. et dem. 35. 1. In triclinio suo, vel in cubiculo, — Ex cubiculo, vel exedra, (effundere, v. deiicere). fr. 19. pr. de S. P. V. 8. 2. fr. 5. §. 2. de h. qu. effud. 9. 3. — **§. 2.** *Principis conclave.* III. ***Cn.*** Qui sacri cubiculi nostri fuere praepositi. Th. C. VI. 8. c. 1. de praepos. S. cubic. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron. Qui S. nostro cubiculo serviunt. Ib. X. 10. c. 34. de petit. et ultro dat.

Cubile. *Latebrae, Refugium.* III. ***Cn.*** Fugitivos inquirere, scrutarique cubilia atque vestigia occultantium. fr. 3. de fugitiv. 11. 4.

Cubitus. *Mensura, a flexu cubiti ad summitatem medii digiti.* III. ***Cn.*** Si quis posthac per Aegyptum, intra XIImum cubitum, fluminis Nili ulla fluenta — usurpaverit. Th. C. IX. 32. c. 1. de Nili agg.

Cucullus. *Pars vestis, qua caput et humeri teguntur.* III. ***Cn.*** Servos sane omnium — aut byrrhis uti permittimus, aut cucullis. Ib. XIV. 10. c. 1. §. 2. de habitu quo uti op.

Cucuma. *Vas aeneum ventrosum.* III. ***Cn.*** Si lapide percussit, aut cucuma, aut, cum forte rixaretur, ferro percussit. Coll. LL. M. I. 6. fr. 1. §. 3. ad L. Cor. de sic. 48. 8.

Cucumella. *Cucuma minuta.* III. ***Cn.*** Cum — Seius in eo (sc. domus loco) silvam sevisset, in qua labra et cucumellas positas haberet. fr. 17. §. 1. si servit. 8. 5.

Cucurnia. Cf. v. Curcuma.

Cudere. *Ferire, Signare.* III. ***Cn.*** Vt in monetis tantum nostris cudendae pecuniae studium frequentetur. Th. C. IX. 21. c. 3. cf. c. 10. de fals. monet.

Culcita. *Stragulum dormitorium.* III. ***Cn.*** Aeramenta, lecti, culcitae, pulvini, subsellia etc. Paul. III. 6. §. 56. cf. fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10. Ne lignum, aut oleum, culcitaeve poscantur. Th. C. VII. 9. c. 3. cf. c. 2. c. 4. de salgam. In communi loco dormiant, singuli quidem in culcitis suis. Iul. ep. nov. c. 4. §. 15.

Culeus, s. **Culleus.** **§. 1.** *Vter, ad frumenti vel vini usum paratus.* III. ***Cn.*** Quae exportandorum fructuum causa parantur, — veluti iumenta et vehicula, et naves, et cupae, et culei. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Istos culeos cum Seius in horreo haberet, missus ex officio annonae centurio ad annonam sustulit. fr. 43. §. 1. de pign. act. 13. 7. Vino legato, utres non debebuntur, ne culeos quidem deberi dico. fr. 3. §. 1. de trit. vino. 33. 6. — **§. 2.** *Vter, quo insuebatur parricida, ut abiiceretur in profluentem.* III. ***Cn.*** Vt parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culleo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera et simia; deinde in mare profundum culeus iactatur. fr. 9. pr. de L. Pomp. de parricid. 48. 9. Th. C. IX. 15. c. 1. de parric. cf. XI. 36. c. 4. Quor. app. n. rec. Paul. V. 24. §. 1.

Culmen. **§. 1.** *Fastigium dignitatis.* I. ***Sy.*** Splendor. Fastigia, Culmina (dignitatum). Th. C. VI. 6. c. 1. de Coss. XI. 16. c. 15. de extr. s. sord. III. ***Cn.*** Noverint iudices, cuilibet culmini honorive praesidentes. Ib. IX. 36. c. 2. ut intra ann. crim. Si quis consulatu et praefectura, vel culmine militari conspicuus est. Ib. VI. 6. c. 1. l. Simili iugiter infularum splendore decorari, ut non culmine discingantur aequali, sed tempore. Ib. VI. 30. c. 24. de Palat. S. largg. — **§. 2.** *Titulus, Principi vel superiori magistratui tributus.* I. ***Sy.*** Numen (Imperiale). c. 16. de iudic. 3. 1. Magnitudo. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 6.) Celsitudo (tua). Nov. Marcian. de praed. civ. omn. III. 3. c. 1. §§. 3. sq.

Culpa. **§. 1.** *Labes, Vitium.* III. ***Cn.*** Contractus, sine ulla culpa celebratus. Th. C. III. 1. c. 1. de contr. emt. — **§. 2.** *Noxa, Peccatum, Imputatio quaelibet.* I. ***Sy.*** Iniuria. Coll. LL. M. II. 5. VII. 3. fr. 5. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Delictum. Ep. inst. Gaii II. 9. pr. II. 11. §. 1. Causam dissidii praestitisse videri. Culpa eius divortium factum. Vlp. VI. 10. Vatic. §. 107. fr. 22. §. 7. fr. 38. fr. 44. §. 1. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. fr. 11. §. 13. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. ***Cn.*** Si quis in ea culpa, vel crimine fuerit deprehensus. Th. C. IX. 3. c. 2. de cust. reor. Repudia, culpae, culparumque coërcitiones. Nov. Th. II. de repud. I. 12. c. 1. §. 1. cf. Th. C. III. 16. c. 2. eod. tit. Non ab eo culpa dissociandi matrimonii procedit, qui etc. Vatic. §. 121. Si culpa, vel sponte, — possessio amissa sit. fr. 29. §. 1. de evict. 21. 2. Fundi deterioris facti et cultura non exercitati, et aedificiorum non refectorum culpa (arbitrio iudicis sarciri potest). Paul. II. 18. §. 2. cf. fr. 7 §. 12. de A. R. D. 41. 1. Non teneri, nisi fugae praestitit culpam. fr. 5. §. 13. commod. 13. 6. Abesse culpa a me videtur. fr.

fr. 5. §. 12. ib. 13. 6. Quae sine culpa accidunt. fr. 23. de R. I. 50. 17. Is culpae reus est, qui etc. fr. 14. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Tormentis apud Praesidem subiectus, et de nulla culpa confessus. Paul. IV. 12. §. 3. — **§. 3.** *Negligentia, Desidia.* I. **Sy.** Per lasciviam, et non data opera. Culpa (factum). Gai. III. 202. Posse alicui imputari. Culpam contraxisse eum videri. fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. Desidia. fr. 72. pro soc. 17. 2. §. 9. I. eod. 3. 25. Negligentia. fr. 72. l. 17. 2. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Coll. LL. M. XII. 5. fr. 7. §. 1. de susp. tut. 26. 10. fr. 226. de V. S. 50. 16. Imperitia. fr. 30. §. 3. l. 9. 2. fr. 9. §. 5. loc. 19. 2. II. **Op.** Fraus. fr. 39. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Cum per heredem stetisset, quominus etc. — Si sine culpa aut dolo heredis etc. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. III. **Cn.** Si in potestate nautarum fuit, ne id accideret, et culpa eorum factum sit. fr. 29. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Si eos vocaveris, et causam tantae negligentiae excusseris, et in unumquemque eorum, prout tibi levari vel onerari culpa eius videbitur, constitueris. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Magna culpa. fr. 226. de V. S. 50. 16. Nisi tam lata culpa fuit, ut luxuria [al. luxuriae, al. lusoria], aut dolo sit proxima. fr. 11. de incend. ruina. 47. 9. cf. fr. 213. §. 2. fr. 223. pr. de V. S. 50. 16. Sed si, cum deberet (distrahere), non fecit, lata culpa, non levi, et rebus suis consueta negligentia. fr. 22. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Tunc punitur, cum dolo malo non exhibet; sed culpam non praestabit, nisi dolo proximam. fr. 8. pr. de edend. 2. 13. fr. 11. §. 11. de interr. in iure. 11. 1. fr. 1. §. 2. si is qu. testam. lib. 47. 4. fr. 47. §. 5. de legat. I. (30.) — **§. 4.** *Culpa levis.* III. **Cn.** Dolum malum dumtaxat, — Omnem culpam (praestare). fr. 1. §. 1. si mensor. 11. 6. Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt, quidam et dolum et culpam, — in his quidam et diligentiam. fr. 23. de R. I. 50. 17. fr. 5. §. 2. commod. 13. 6. Coll. LL. M. X. 2. Vt non solum dolum, sed etiam culpam et custodiam praestet, non tamen casus fortuitos. fr. 1. §. 35. depos. 16. 3. Et culpam et dolum praestare debere, interdum etiam casum. fr. 11. fr. 32. pr. de N. G. 3. 5. Quid veniat in commodati actione? utrum dolus, an et culpa, an vero et omne periculum? fr. 5. §. 2. commod. 13. 6. Vatic. §. 101. Culpam omnem accipiemus, non utique latam. fr. 31. §. 12. de Aed. edict. 21. 1. Culpa non ad exactissimam diligentiam dirigenda. fr. 72. pro soc. 17. 2.

Culpabilis. (Adiect.) *Culpandus, Reprehendendus.* III. **Cn.** Quos vita culpabiles, et origo habet ignobiles. Th. C. VI. 27. c. 18. de agent. in reb. Si ad — notitiam culpabilia gesta pervenerint. Ib. VI. 29. c. 3. de curios.

Culpare. *Culpae adscribere, Arguere.* III. **Cn.** Culpandus non est, qui non admittit etc. fr. 6. §. 1. Qu. mod. pign. 20. 6. Quae vel diligentia promota viderint, vel desidia corrupta culpaverint. Th. C. XV. 1. c. 2. de opp. pub.

Cultellus. *Culter minor.* III. **Cn.** Servo, quem tonsor radebat, gula praecisa adiecto cultello. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Cultelli minimi, quibus in bello quispiam uti non potest. Iuliani epit. nov. c. 79. §. 304.

Culter. *Instrumentum acie munitum, ad secandum idoneum.* I. **Sy.** Sica. Ferreus culter. §. 5. I. de pub. iud. 4. 18. III. **Cn.** Trutinas, cultros, dolabras, instrumento (sc. lanionis) relinquimus. fr. 18. pr. de instr. leg. 33. 7.

Cultio. **§. 1.** *Cultura (agri).* I. **Sy.** Cultura. Cf. h. v. — **§. 2.** *Cultus divinus.* I. **Sy.** Cultus. Cf. h. v. Religio. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud.

Cultor. **§. 1.** *Agricola.* I. **Sy.** Rusticus. Cultor agrorum. fr. 2. de nundin. 50. 11. Colonus. c. 13. §. 1. de agricol. 11. 47. III. **Cn.** Domini possessionum, cultoresve terrarum. Th. C. II. 31. c. 1. Qu. iussu. cf. X. 22. c. 5. de fabricens. Frumentum, quod cibariis cultorum paratum foret. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Qui profitetur, vel observat.* III **Cn.** Antiquae prudentiae cultores. c. 15. de contr. emt. 4. 38. Supernae maiestati et romanis legibus inimici cultores. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 2. Nicaenae adsertor fidei, et catholicae religionis verus cultor. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeret.

Cultura. **§. 1.** *Agri colendi exercitium.* I. **Sy.** Cultio. Th. C. XII. 1. c. 33. de decurion. Quod colendi causa pararetur. Quod instar culturae esset. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. Exercendi ruris gratia. Culturae ruris necessaria, (revehere). Th. C. IV. 12. c. 2. sq. de vectig. et comm. III. **Cn.** Hortis, vel caeteris culturis, (loca pura servata). fr. 73. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Si deseruerit habitationem, vel fundi culturam, (colonus vel inquilinus). fr. 24. §. 2. locat. 19. 2. Fundus deterior factus, et cultura non exercitatus. Paul. II. 18. §. 2. Fundorum hereditariorum culturas rationesque disponere. Ib. IV. 8. §. 25. Pro cultura et cura (fructus, quos percepit, eius esse). §. 35. I. de R. D. 2. 1. Impensas, quas in culturam fecerat, recipiat. fr. 34. §. 1. de usuf. 7. 1. Vasa utilia culturae. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Cultus, Veneratio.* I. **Sy.** Adoratio. Th. C. XV. 4. c. 1. pr. §. 1. de imagg. imper.

Cultus. (Subst.) **§. 1.** *Cura, Instructio, Exornatio.* III. **Cn.** Quae esui potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. fr. 43. sq. cf. fr. 203. de V. S. 50. 16. Mancipia non solum ad cultum custodiamve villae, sed etiam quae ut ipsi patrifam. in ministerio ibi essent, legato cedere. fr. 12. §. 35. de instr. leg. 33. 7. Fundus cum mancipiis et pecoribus, caeterisque rebus quae cultui rustico sustinentur. Th. C. XII. 1. c. 6. de decurion. Otiosi aedium cultus. Ib. VIII. 5. c. 15. de cursu pub. cf. fr. 39. §. 4. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Observantia, Veneratio.* I. **Sy.** Cultio divina. Cultus (divinae reverentiae). Th. C. XII. 1. c. 49. §. 1. de decurion. XVI. 2. c. 21. de episc. eccl. III. **Cn.** Ob retinendae pudicitiae cultum, ac servandam natalium honestatem. c. 7. de postlim. rev. 8. 51. Nec praetereantur ut incogniti, — sed eo observentur cultu, omni coetu omnique conventu. Th. C. VI. 9. c. 2. pr. de Quaest. mag. off. Qui ad paganos ritus cultusque

migrarunt. Ib. XVI. 7. c. 2. pr. cf. c. 5. de apostat. Divino cultu occupati, et SS. mysteriis servientes. Ib. XII. 1. c. 123. §. 5. de decurion.

Cultus. (Partic.) **§. 1.** ***Cultura subactus.*** II. ***Op.*** Squalidiora atque ieiuna. — Culta atque opima. Ib. XIII. 11. c. 3. de censitor. — **§. 2.** ***Excultus, Ornatus.*** III. ***Cn.*** Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, veluti atrienses etc. fr. 8. §. 1. instr. leg. 33. 7. Sponsae forte suae, vel uxori (sc. commodavit), quo honestius culta ad se deduceretur. fr. 5. §. 10. commod. 13. 6.

Cum. (Advb. temporis.) **§. 1.** ***Quando, Postquam.*** I. ***Sy.*** Quoties. fr. 7. de statu hom. 1. 5. fr. 231. de V. S. 50. 16. fr. 161. de R. I. 50. 17. III. ***Cn.*** Cum in familia nubas, et quotiescunque nubes. fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.) Ita (refertur significatio ad etc.) cum etc. fr. 195. §. 1. de V. S. 50. 16. Cum, — tunc etc. Prooem. Inst. §§. 2. sq. Cum semel (expleta sit conditio). fr. 13. pr. de manum. testam. 40. 4. Cum primum. Cf. v. Primum. Idque primum in usum venit, cum etc. Gai. I. 62. Cum vacaverint. fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16. Qui promisit: „Si aliquid a se factum sit,“ vel: „Cum aliquid factum sit, dare se X.“ fr. 48. de condict. indeb. 12. 6. cf. fr. 45. §. 3. de V. O. 45. 1. Cum suae mentis esse coeperit (furiosus). fr. 11. de tutel. 26. 1. fr. 10. §. 3. de testam. tut. 26. 2. — **§. 2.** ***Quamvis.*** III. ***Cn.*** Nec ultra proficere voluit, cum illi — obferret. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2. Quae (sc. pellex), cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat. fr. 144. de V. S. 50. 16. Nam et his — recte interdum solvitur, cum nemo eorum per se novare priorem obligationem iure possit. fr. 25. de novat. 46. 2. Cum philosophum te esse proponas, vinceris avaritia. c. 6. de mun. patrim. 10. 41. Domino sciente et, cum possit, non prohibente. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 109. de R. I. 50. 17. — **§. 3.** ***Dum.*** I. ***Sy.*** Cum moreretur. Tempore mortis. fr. 141. de V. S. 50. 16. Tempore, quo primum. fr. 217. pr. ib. 50. 16. II. ***Op.*** Postquam. Ib. l. l. III. ***Cn.*** Illam turpiter facere, quod sit meretrix, non turpiter accipere, cum sit meretrix. fr. 4. §. 3. de cond. ob turp. c. 12. 5. Quodsi vir voluntate mulieris servos dotales manumiserit, cum donare ei mulier voluit. fr. 62. sol. matrim. 24. 3. Quod quidem alias cum Principum mandatis praeciperetur, etiam naturalem habet intellectum. fr. 5. de serv. export. 18. 7. Nisi forte, cum posset rem commodatam salvam facere, suam praetulit. Paul. II. 4. §. 2. Peregrinam uxorem ducere, per ignorantiam, cum eam civem R. esse crederet. Gai. I. 67. Si modo eas b. f. acceperimus, cum crederemus etc. Ib. II. 43. Ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius erit tutor. Pr. I. de legit. patron. tut. 1. 17.

Cum. (Praepos.) **§. 1.** ***Vna.*** I. ***Sy.*** Illi et illi. Illi cum illo. fr. 7. de usuf. adcr. 7. 2. fr. 40. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 142. de V. S. 50. 16. Adsumto, Cum aliquo (sc. actu). fr. 225. ib. 50. 16. Adiuncta persona (filiae). Cum (filiafam.) Vlp. VI. 6. Vatic. §. 269. fr. 2. §§. 1. sq. sol. matrim. 24. 3. II. ***Op.*** Detracto (usuf.). fr. 66. §§. 6. sq. de legat. II. (31.) fr. 19. de usu et usuf. leg. 33. 2. Esse cum aliquo. — Secedere. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. III. ***Cn.*** Facere cum aliquo (furtum). Paul. II. 31. §. 28. Adire cum (sacco). fr. 105. de solut. 46. 3. Cum telo, s. telis, (ambulare, s. esse, v. turbam cogere). Paul. V. 3. §. 3. V. 23. §. 1. V. 26. §. 3. Coll. LL. M. I. 3. VIII. 4. Fuisse cum domino (intra, v. extra, tectum etc.). Paul. III. 5. §§. 3. 6. Vocari ad successionem, s. Succedere, cum etc. Coll. LL. M. XVI. 3. Th. C. V. 1. c. 8. de legit. heredit. Ventrem cum liberis (in possessionem esse iubere). fr. 121. de legat. I. (30.) fr. 13. §. 3. de manum. testam. 40. 4. Occidere, s. Perimere, cum (adultero filiam etc.). Paul. II. 26. §§. 1. 5. sq. fr. 2. de mortuo infer. 11. 8. Regio — cum omnibus, quae ibi erunt. fr. 41. §. 2. fr. 44. de legat. III. (32.) Fundus cum agris et mancipiis. fr. 92. pr. ib. (32.) — **§. 2.** ***Accedente eo. Sub.*** I. ***Sy.*** Adiecto (die et Cos.). fr. 1. §. 2. fr. 4. pr. de edendo. 2. 13. III. ***Cn.*** Permissum cum (quibusdam conditionibus). Gai. I. 102. Dare cum (ea conditione). fr. 16. de solut. 46. 3. Promittere, v. Agere etc. cum (poena). fr. 5. pr. si qu. cautt. 2. 11. Praestare cum (fideiussore, v. iurisiurandi religione). fr. 72. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 77. §. 23. de legat. II. (31.) — **§. 3.** ***Inde ab.*** III. ***Cn.*** Continuatur cum tempore mortis (omnis hereditas). fr. 138. pr. de R. I. 50. 17. — **§. 4.** ***Erga, Circa.*** I. ***Sy.*** Inter aliquos, Cum aliquo (connubium habere, v. negotia contrahi). Gai. I. 56. 59. 67. 77. 80. II. 218. III. 136. 138. Vlp. V. 2. sq. 5. sq. XI. 16. XVI. 1. III. ***Cn.*** Viriliter [al. virile] corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilque discretum habere cum feminis. Coll. LL. M. V. 3. Differentiam aliquam habere cum his, quae etc. c. 23. §. 1. de nupt. 5. 4. Inimicitiae cum aliquo. Cf. h. v.

Cumque. ***Quandocunque.*** I. ***Sy.*** Quo tempore voluerit. Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. c. 32. pr. de susceptor. praepos.

Cumulare. ***Augere, Amplificare.*** I. ***Sy.*** Promovere (in gradu). Cumulare (honore, v. adiectione gradus etc.). Ib. VI. 27. c. 7. c. 9. de agent. in reb. XIII. 1. c. 7. c. 14. de lustr. coll. XIV. 4. c. 9. de suar. III. ***Cn.*** Si qua consulto in fundo congesta contractave sunt, quo legatum cumularetur. fr. 18. §. 12. de instr. leg. 33. 7. Contumacia eius cumulat poenam. fr. 4. de poen. 48. 19. Si emendi vendendive compendiis — familiaris rei amplitudo cumuletur. Th. C. XIII. 1. c. 13. Omnis donatio — usque ad CCC. solidos cumulata. c. 34. pr. de donat. 8. 54.

Cumulate. (Advb.) ***Abundanter.*** I. ***Sy.*** Amplius, Cumulatius. Th. C. VIII. 5. c. 18. §. 1. c. 20. §. 1. de cursu pub.

Cumulus. **§. 1.** ***Coacervatio, Vniversitas.*** I. ***Sy.*** Modus (debiti, v. patrimonii etc.). fr. 8. sq. de pact. 2. 14. fr. 3. §§. 3. sq. ubi pup. 27. 2. III. ***Cn.*** Si damnum minus sit cumulo legati. fr. 2. §. 44. ad S. C. Tertull. 38. 17. Aeris alieni cumul. fr. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Publicorum cumulus horreorum, arca ampliss. praefecturae etc. Th. C. XI. 28. c. 16. de indulg. debitor. — **§. 2.** ***Summitas, Fastigium.*** I. ***Sy.*** Incrementa, Cumuli, Fastigia (dignitatum). Ib. VI. 35. c. 5. de priv. eor. qu. in S. pal.

Cunabula. *Origo, Fons.* I. **Sy.** Prima elementa (legitimae scientiae). Prooem. Inst. §§. 3. sq. III. **Cn.** Qui liber velati cunabula iuris continet. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. His cunabulis Praefectorum auctoritas initiata, in tantum meruit augeri etc. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. A primis urbis Romae cunabulis. §. 3. I. de libertin. 1. 5.

Cunctamen. *Mora, Cunctatio.* III. **Cn.** Sine aliquo cunctamine (convalescere). Th. C. XII. 1. c. 23. de decurion.

Cunctari. *Moram facere.* III. **Cn.** Vt, qui comperissent, velint adserere, vel cunctantes etiam cogerentur. Ib. IV. 8. c. 1. pr. de liberali c. Si, cum petere non cunctaretur, admonita est. fr. 2. §. 24. ad S. C. Tertull. 38. 17.

Cunctatio. *Frustratio, Dilatio.* II. **Op.** Incunctanter. fr. 20. §. 1. de manum. vind. 40. 2. Praeceps festinatio. — Moratoria cunctatio. fr. 7. §. 1. de adm. et per. 26. 7.

Cunctus. Cuncti. *Omnes simul.* I. **Sy.** Vniversi. Coll. LL. M. V. 3. Th. C. IV. 9. c. 7. ad S. C. Claud. IV. 12. c. 2. de vectig. et comm. VII. 4. c. 33. c. 35. de erog. mil. ann. Cunctus (possessor indifferenter). Vniversi (possessores). Ib. XI. 1. c. 36. de ann. et tribut. Omnes retro (Principes). Ib. VI. 26. c. 11. c. 14. pr. de prox. comit. disp.

Cuneus. *Peditum globus.* III. **Cn.** Vniversis tam legionibus, quam vexillationibus comitatensibus, seu cuneis, (insinuare debebis). Ib. V. 4. c. 1. de bon. milit. Qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti. Ib. VII. 13. c. 7. §. 3. de tiron.

Cuniculus. §. 1. *Canalis subterraneus, Fossa occulta.* III. **Cn.** Cuniculo, vel fossa, (aquam avocare). fr. 26. de damn. inf. 39. 2. Si specus, non cuniculum (sub rivo aget). fr. 11. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Cuniculus, per quem vapor trahitur (in balneariis vaporibus). fr. 3. §. 6. de riv. 43. 21. cf. fr. 8. §. 7. si servit. 8. 5. — §. 2. *Cuniculi, i. e. Insidiae, Apices.* III. **Cn.** Quae quibusdam cuniculis et subreptionibus impetrata noscuntur. Th. C. XI. 23. c. 3. de protostas. Vt quoquomodo cuniculis, nescio quibus, inter emtorem et venditorem solemnia celebrentur. Vatic. §. 35. cf. Th. C. III. 1. c. 2. §. 2. de contr. emt.

Cupa, s. **Cuppa.** *Vas vinarium, vel frumentarium, amplum.* III. **Cn.** Dolia, cupae, vehicula, rustica cibaria. Paul. III. 6. §. 37. fr. 8. pr. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Idem (sc. quod in doliis), et in seriis, et cuppis, et cadis, et amphoris putant. fr. 15. §. 6. de usuf. 7. 1. Quodsi separatim tabulis, aut heronibus, aut in alia cupa clusum uniuscuiusque triticum fuisset. fr. 31. locat. 19. 2.

Cupere. *Optare, Expetere.* I. **Sy.** Precari. Obsecratione delata cupere. Vatic. §. 35. III. **Cn.** Rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo. Paul. IV. 1. §. 6. fr. 115. de legat. I. (30.) Vellem mihi rescriberes, nam scire cupio. Coll. LL. M. IV. 8.

Cupide. (Advb.) *Avare.* III. **Cn.** Quid — insolenter egisset, aut cupide, (sc. compulsor). Th. C. I. 7. c. 6. de off. Rect. Pr.

Cupiditas. §. 1. *Studium, Adfectus animi vehementior.* I. **Sy.** Sumtuosa voluntas [al. voluptas]. Ib. X. 19. c. 2. de metall. III **Cn.** Discendi cup. fr. 20. de fideic. libb. 40. 5. Th. C. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R. Liberalitatis cupiditate suadente. Ib. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. — §. 2. *Intemperantia, Libido.* I. **Sy.** Aviditas. Ib. XV. 2. c. 2. c. 6. de aquaed. Furta et scelera. Rapinae et praedae. Vitium cupiditatis. Ib. IX. 27. c. 1. c. 6. ad L. Iul. repet. IX. 28. c. 2. de crim. pecul. Lascivia. Cupiditatis culpa. Coll. LL. M. I. 11. III. **Cn.** Ne alterius aut negligentia, aut cupiditas, huic qui diligens fuit noceat. fr. 6. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. Quos atrox cupiditas in scelera compulit saeviora. Th. C. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. Solidi, quos — ut proprio verbo utar cupiditatis, adrodunt. Ib. XII. 7. c. 2. de ponderator. Si apud libidinosam mulierem plus valuit cupiditas, quam libertas. Ib. IV. 9. §. 6. ad S. C. Claud. cf. III. 16. c. 1. de repud. Coll. LL. M. VI. 4.

Cupido. *Cupiditas.* I. **Sy.** Libido. c. 1. de S. C. Claud. 7. 24. c. 7. de natur. liber. 5. 27. III. **Cn.** Procreandae sobolis cupidine teneri. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Retinendae pecuniae cupido. fr. 8. §. 4. de vac. et excus. 50. 5. Avaritiae cup. c. 3. §. 3. comm. de legat. 6. 43.

Cupitus. *Servi nomen.* III. **Cn.** Cupitum, servum meum, — liberum esse volo. fr. 41. §. 10. de fideic. libb. 40. 5.

Cupitus. (Partic.) *Expetitus.* III. **Cn.** Elicere vacationis cupitae sibi suffragia. Th. C. XVI. 5. c. 48. de haeret.

Cuppa. Cuppula. Cf. v. Cupa, v. Cupula.

Cupresseus. (Adiect.) *Ex cupresso compositus.* III. **Cn.** Si meis tabulis navem fecisses, — cupressus non maneret, — sed cupresseum corpus fieret. fr. 26. pr. de A. R. D. 41. 1.

Cupressus. *Genus arborum non frugiferarum.* III. **Cn.** Si quis — arbores non frugiferas caeciderit, veluti cupressos. fr. 16. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. Nec cupressi materiam vendere, vel olivae, — caeterasque arbores pomiferas caedere. fr. 45. §. 13. de iure fisci. 49. 14. Plantandi plures, excidendae unius cupressi — facultas. Th. C. X. 1. c. 12. de iure fisci.

Cupula, s. **Cuppula.** *Cupa minor.* III. **Cn.** In cuppis, sive cuppulis, (puto admittendum etc.). fr. 3. §. 1. de trit. vino. 33. 6.

Cur. (Advb.) *Quare, Quam ob rem.* III. **Cn.** Qui ignorat causam, cur (non debeat petere). fr. 177. §. 1. de R. I. 50. 17. Iustas causas habere, cur etc. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. Neque interest emtoris, cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Qui interrogatus, cur possideat? respondit etc. fr. 12. de hered. pet. 5. 3. Cur autem etc. — Illa ratio est, quod etc. fr. 34. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Cur tam diverse? Quod etc. fr. 9. §. 3. de trit. vino. 33. 6. Respondi, nihil proponi cur non (possit, v. videretur etc.). fr. 47. §. 7. de admin. et peric. 26. 7. fr. 28. §. 4. de liberat. leg. 34. 3.

Cura. §. 1. *Sollertia, Provisio.* III. **Cn.**

30*

Qua enim cura aut diligentia consequi possumus, (ne aliquis damnum nobis iniuria det?) fr. 19. commod. 13. 6. Quibus ut primum prospiciam, ne etc. — curae habebo. fr. 28. depos. 16. 3. Si cura acta non sit (familiae pecorumque). fr. 9. §. 5. de reb. auct. iud. 42. 5. fr. 1. pr. de ventre in poss. 37. 9. Quod sua cura atque opera consecutus esset. fr. 36. locat. 19. 2. Fructus, quos percepit, eius esse, pro cultura et cura. §. 35. I. de R. D. 2. 1. Cura et sumtibus (sc. furis, crevit infans). fr. 13. de cond. furt. 13. 1. — **§. 2.** ***Custodia, Cultus, Curatio.*** II. **Op.** Praesens ac momentaria cura. — Menstrua atque annua onera. fr. 8. de alim. v. cibar. 34. 1. III. **Cn.** Res, quas sub cura sua habuit (libertus). Argentum, quod sub cura eius (sc. servi) esset. fr. 77. §. 21. de legat. II. (31.) fr. 22. de manum. test. 40. 4. Sub cura eiusdem villici (praedium). fr. 35. §. 1. de legat. III. (32.) Tempora ad curam corporis necessariam relinquenda. fr. 50. §. 1. cf. fr. 22. §. 2. de oper. libert. 38. 1. — **§. 3.** ***Administratio, Procuratio.*** I. **Sy.** Potestas et dispositio. Th. C. I. 8. c. 3. (Wck.) de off. Quaest. Administratio. Ib. VI. 22. c. 1. de honor. codic. VI. 35. c. 2. sq. de priv. eor. qu. in S. pal. Procuratio. fr. 3. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Qui praesunt, v. sollicitudinem sustinent. Qui curam agunt. Th. C. VI. 29. c. 2. pr. c. 3. sqq. de curios. VIII. 5. c. 1. c. 4. de cursu pub. III. **Cn.** Publicarum exactionum, caeterarumque rerum cura et notitia. Ib. I. 12. c. 2. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Nullus haereticus militet, vel curas publicas gerat. Iuliani epit. nov. c. 102. §. 364. Horreorum gerere custodiam, vel curarum ius atque arbitrium sibi praesumere. Th. C. XII. 10. c. 1. ne praefectian. Quibus Princeps curam alicuius rei iniunxit. fr. 22. §. 1. de excusatt. 27. 1. Vatic. §. 136. Duas curas operis administrare. fr. 14. §. 1. de vacat. et exc. 50. 5. Annonae, ac similium cura. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Cuius rei cura ad sollicitudinem Praesidis spectat. Paul. V. 6. §. 9. Sub cuius (sc. Praesidis Pr.) cura est ea civitas. fr. 37. pr. ad munic. 50. 1. — **§. 4.** ***Munus curatoris minorum, vel furiosorum etc.*** I. **Sy.** Curatio. Vatic. §§. 125. 128. 137. fr. 1. §. 11. fr. 3. pr. de postul. 3. 1. fr. 16. fr. 41. pr. de excusatt. 27. 1. III. **Cn.** Tutelam, vel curam, vel negotia (administrare). fr. 19. §. 1. de iudic. 5. 1. Tria onera adlegare, — sive tutelarum, sive curarum, sive etiam curae calendarii. Vatic. §. 128. cf. §. 125. Curator, dum gerit curam. Curator adolescentium, — quorum curam administrabat. fr. 67. §. 3. de R. N. 23. 2. fr. 47. §. 1. de minor. 4. 4. An rationem curae heredes adulti a curatoribus petere possint? fr. 20. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. — **§. 5.** ***Tuitio, s. Potestas, patria.*** I. **Sy.** Potestate, Vinculis curae [al. curiae] exuere liberos. Th. C. VI. 4. c. 16. de Praet. et Qu.

Curagendarius. *Officialium species, qui alias nomine Curiosorum veniunt.* I. **Sy.** Curagendarii, sive curiosi. Agentes in rebus in curis agendis. Ad agendas curas reip. destinati. Th. C. VI. 29. c. 1. sq. c. 4. sq. de curios. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qu. in S. pal.

Curapalatii. *Munerum palatinorum species.* III. **Cn.** Praepositi ac tribuni scholarum, — inter quos tribunus etiam S. stabuli et curapalatii numerantur. Ib. VI. 13. c. 1. de com. et trib. schol. cf. XI. 18. c. 1. Qu. a praeb. tiron.

Curare. **§. 1.** ***Curam adhibere, Sollicitudinem habere.*** I. **Sy.** Providere. Vatic. §. 312. fr. 3. fr. 6. pr. §§. 3. 5. sq. de off. Praes. 1. 18. Ad sollicitudinem suam revocare. fr. 6. §§. 2. 4. fr. 7. ib. 1. 18. Adtendere. fr. 22. fr. 25. de testib. 22. 5. III. **Cn.** Quare autem — iubeat (sc. Praetor), illa ratio est, quia de vivis curandum erat, ne facile etc. Gai. III. 79. Saepe solemus accipere (sponsores etc.) dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit. Ib. III. 117. Scio te de amicis meis curaturam, ne quid his desit. fr. 19. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Aditus competens iudex — eam curabit ferre sententiam. Vatic. §. 32. cf. fr. 5. fr. 25. §. 21. fam. ercisc. 10. 2. Curabit Praeses Pr., si qui (sc. fines) publici sunt, a privatis separare. fr. 5. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Curandum est, ne vis fiat (utenti). fr. 5. §. 23. ut in poss. legat. 36. 4. — **§. 2.** ***Procurare, Administrare.*** I. **Sy.** Procurare. Vatic. §§. 131. sqq. fr. 1. §. 3. ne qu. in loco sacr. 43. 6. fr. 2. §. 17. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Qui — negotium suum curare non potest. fr. 11. §. 1. de legation. 50. 7. Cuius negotia curavi, cum putarem alterius ea esse. fr. 14. §. 1. comm. divid. 10. 3. cf. Vlp. XXIV. 19. — **§. 3.** ***Parare, Conciliare, Promovere.*** I. **Sy.** Facere, quo fieret. Curare fieri. fr. 15. §§. 2. 10. de iniur. 47. 10. Sinere. Curare, et dare operam. fr. 29. locat. 19. 2. III. **Cn.** Abstinere ab eo facto, et curare ne fiat. fr. 189. de V. S. 50. 16. Quicunque frumentum populo dabunt, dandumve curabit. Tab. Heracl. lin. 17. aer. Br. Qui sciens d. m. id fieri iussit, faciendumve curavit. Paul. IV. 7. §. 2. Facere, faciendave curare. Ib. V. 23. §. 15. Qui, cum habeat et proferre possit, eas (sc. tabulas) proferri non curat. Ib. IV. 7. §. 4. Damnum alicui dare, dandumve curare. Ib. V. 3. §. 1. Eadem lege tenetur, — quive quid eorum, quae supra scripta sunt, facere curaverit. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui ad litem instruendam — obligationem, pactionem fecerunt, societatem inierunt, ut aliquid eorum fieret curaverunt. fr. 20. de L. Corn. de fals. 48. 10. Cum X. curari stipulatus sit. fr. 42. §. 1. de R. C. 12. 1. fr. 15. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. fr. 67. §. 1. de V. O. 45. 1. His — bis in mense denunciandum curet. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre. 25. 4. — **§. 4.** ***Observare, Spectare.*** III. **Cn.** Si aliquid adoptivus pater habere voluerit, propter quod a filio post emancipationem magis curaretur. fr. 107. de V. O. 45. 1. Si non probabit, aut probantem iudex non curabit. fr. 10. §. 3. de edendo. 2. 13. Omnino — modicas impensas non debet arbiter curare. fr. 12. de impens. in res dot. 25. 1. — **§. 5.** ***Mederi, Reficere.*** I. **Sy.** In aegrum curandum, In valetudinem eius (impendere). fr. 2. ib. 25. 1. fr. 7. §. 16. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Pascere servum, vestire, curare. fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. Sive quid in fructibus percipiendis erogavit, sive in familia alenda curandave, etc. fr. 9. §. 3. de reb. auct. iud. 42. 5. fr. 53. §. 4. de furt. 47. 2. Quibus tuendi, curandive corporis nostri gra-

tia utimur. fr. 44. cf. fr. 43. de V. S. 50. 16. Si hominem medicus recte secuerit, sed negligenter — curaverit. Coll. LL. M. XII. 7. Si vites propagaverit, vel arbores curaverit, vel seminaria — fecerit. fr. 3. pr. de impens. in res dot. 25. 1. cf. fr. 68. §. 1. de legat. III. (32.) Si tectori locaveris lacum vino plenum curandum. fr. 27. §. 35. ad L. Aqu. 9. 2. Si fulloni polienda curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dederim. Gai. III. 143. 162. 165. 205. fr. 12. pr. de furt. 47. 2.

Curatio. §. 1. *Actus sanandi.* III. *Cn.* Qui bene secuerit, et dereliquit curationem. fr. 8. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Mercedes medicis praestitae, caeteraque impendia, quae in curatione facta sunt. fr. 7. de h. qu. effud. 9. 3. Si in aegri servi curationem impensum est, — aut in disciplinas, etc. fr. 13. §. 22. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 3. si quadrup. 9. 1. — §. 2. *Administratio, Procuratio.* I. *Sy.* Cura. fr. 18. §§. 2. 5. sqq. de mun. et hon. 50. 4. III. *Cn.* Quas (sc. pecunias) quis in magistratu, potestate, curatione, (legatione), vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit. fr. 1. pr. de L. Iul. repet. 48. 11. — §. 3. *Tuitio, s. Cura, furiosorum, vel minorum etc.* I. *Sy.* Cura. Cf. h. v. §. 4. Curatores accipere. In curatione esse. Pr. §§. 2. sq. 5. I. de curat. 1. 23. fr. 1. sqq. de curat. furios. 27. 10. III. *Cn.* Quaedam (sc. personae) vel in tutela sunt, vel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. Gai. I. 142. Tutelae, curationisve iudicio teneri. fr. 11. de auct. et cons. 26. 8. Pupillorum, et eorum qui in curatione sunt, (negotia). Gai. I. 199. Curatores, ad quos non e lege curatio pertinet. Ib. I. 200. Praetor uni eorum curationem decernet. fr. 3. pr. de admin. et peric. 26. 7. Suscipere, Administrare, Restituere, curationem. fr. 30. §§. 1. sq. de excusatt. 27. 1. fr. 32. de minor. 4. 4.

Curator. §. 1. *Administrator, Procurator, Praefectus.* III. *Cn.* Defensores civitatum, curatores, magistratus, et ordines. Th. C. IX. 2. c. 5. de exhib. v. transm. cf. V. 13. c. 20. (Wck.) VIII. 12. c. 3. de donat. Curatores ad exstruenda, vel reficienda aedificia publica. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4. Curator operum creatus. fr. 1. pr. cf. fr. 2. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Curator, qui annonam administraturus est, v. frumento comparando constitutus. fr. 21. §. 2. de app. et relat. 49. 1. fr. 21. pr. ad municip. 50. 1. Curatores, qui ad colligendos civitatum publicos reditus eligi solent. fr. 18. §. 9. de mun. et hon. 50. 4. Curator reip., s. civitatis. fr. 1. §§. 4. 6. fr. 3. §§. 1. sqq. fr. 9. de admin. rer. ad civ. 50. 8. Cur. calendarii. fr. 9. §. 7. ib. 50. 8. — §. 2. *Custos furiosorum, vel minorum etc.* III. *Cn.* Domini, vel hi qui vice dominorum sunt, veluti tutores et curatores. fr. 157. pr. de R. I. 50. 17. Quod in procuratore diximus, idem et in tutore et curatore dicendum erit, caeterisque qui ex officio pro aliis interveniunt. fr. 31. §. 14. de Aed. edict. 21. 1. Vt nec tutoris auctoritas pupillis, nec furiosis curator sit necessarius. Paul. IV. 8. §. 6. Ne quis eam ducat, cuius tutor vel curator fuit. Vatic. §. 201. Curator furiosi, item curator sibi non sufficientis, vel per aetatem vel per aliam iustam causam; sed et pupilli curator. fr. 14. §. 7. de solut. 46. 3. cf. fr. 2. fr. 3. §. 3. fr. 4. sq. de postul. 3. 1. fr. 19. sqq. de reb. auct. iud. 42. 4. Minores annis, etiam qui per tutores curatoresve suos defensi sunt, etc. fr. 8. de I. I. R. 4. 1. Adolescentes, qui curatorum auxilio reguntur. fr. 1. §. 3. de minor. 4. 4. Curator et bonis et ventri datus. fr. 1. §. 18. de ventre in poss. 37. 9. cf. fr. 67. §. 4. de R. N. 23. 2. fr. 8. de cur. fur. 27. 10. Quod, ne curatoris auctoritas intercederet, in adrogatione ante tenuerat etc. fr. 8. de adopt. 1. 7.

Curatoricius. (Adiect.) *Ad curatores, vel procuratores, qui reip. c. abessent, pertinens.* III. *Cn.* Viceni solidi, qui in praeteritum pro equis curatoriciis petebantur, v. pro equis, qui curatoricio nomine flagitantur. Th. C. XI. 1. c. 29. de ann. et tribut. XI. 17. c. 2. de equor. collat.

Curatorius. (Adiect.) *Ad curatores minorum etc. spectans.* III. *Cn.* Alieno nomine (sc. agere posse), veluti cognitorio, procuratorio, tutorio, curatorio. Gai. IV. 82. 101.

Curax. Cf. v. Currax.

Curcuma. *Capistri vilioris genus.* II. *Op.* Frena. — Curcumae, [al. cucurniae]. c. 1. nulli lic. in fren. 11. 11.

Curia. §. 1. *Curiae, i. e. Antiquissimus ille populi R. ordo, cui comitiorum curiatorum ius competebat.* III. *Cn.* Ipsum Romulum traditur populum in XXX partes divisisse, quas partes curias adpellavit. fr. 2. §. 2. de O. I. 1. 2. — §. 2. *Collegium Senatorum urbis Romae, vel Constantinopolitanae.* I. *Sy.* Senatus. Th. C. VI. 4. c. 10. de Praet. et Qu. XII. 1. c. 48. de decurion. III. *Cn.* In omni etiam curiae senatoriae actu, sententia, coetu, — si quis consulatu et praefectura conspicuus est etc. Ib. VI. 6. c. 1. de Coss. Vrbis Romae curia. Ib. VI. 4. c. 11. — §. 3. *Decurionum collegium.* I. *Sy.* Ordo, Ordinis corpus. Paul. V. 4. §. 11. V. 15. §. 5. V. 20. §. 6. V. 28. §. 1. Th. C. V. 2. c. 1. de bon. decur. II. *Op.* Senatus. Ib. VI. 3. c. 2. sqq. de praed. Senator. III. *Cn.* Curiae et civitates. Ib. VII. 11. c. 1. ne comit. et tribun. cf. fr. 3. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Sive singularis sit persona, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. Th. C. I. 12. c. 6. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Si non habent curiam, — in splendidissimum ordinem senatorium, — cooptentur. Ib. XII. 1. c. 122. de decurion. — §. 4. *Munus decurionum.* I. *Sy.* Curialia munia, s. vincula. Cf. v. Curialis. III. *Cn.* Ad curiam, vel honores, vel onera, vel munera municipalia devocari. Ib. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. pal. Curiis officiisque municipalibus reddi. Ib. VIII. 2. c. 1. de tabular.

Curialis. (Subst.) *Adscriptus curiae, Decurio.* I. *Sy.* Curiam habere. Curialem esse. Ib. XII. 1. c. 122. de decurion. Decurio. Ib. l. l. c. 19. sqq. II. *Op.* Senator. Ib. VI. 3. c. 2. sqq. de praed. Senat. III. *Cn.* Nemo curialium, plebeiorum, possessorumve. Ib. IX. 31. c. 1. ne pastorib. dent. cf. I. 12. c. 4. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Curiales omnium

civitatum. Ib. XII. 1. c. 30. cf. c. 19. X primi ordinis curiales. Ib. IX. 35. c. 2. pr. de quaestion.

Curialis. (Adiect.) *Ad decurionum ordinem spectans.* I. **Sy.** Curia, Vincula, s. munia, curialia. Ordo curialis. Ib. XII. 1. c. 15. c. 19. c. 34. c. 64. c. 121. c. 133. c. 175. XVI. 2. c. 7. c. 9. c. 11. de episc. eccl. II. **Op.** Senatoriae, — Curiales (possessiones, s. terrae). Ib. VI. 3. c. 1. c. 3. de praed. Senat.

Curialitas. *Conditio curialis.* I. **Sy.** Curia, Ordo curialis. Nov. Valent. III. de success. curial. II. 2. c. 1. §§. 1. 3. sq.

Curiatus. (Adiect.) *Ad curias P.R. spectans.* III. **Cn.** Leges curiatae. fr. 2. §§. 2. sq. de O. I. 1. 2. Comitia curiata. Lictor curiatus. Fr. Labeonis I.Cti. Ap. Gell. XV. 27.

Curiose. (Advb.) *Accurate.* III. **Cn.** Supervacuum est, hoc quoque loco de ea re curiosius tractare. Gai. III. 17.

Curiositas. **§. 1.** *Diligentia, Cura.* I. **Sy.** Scrupulosa inquisitio, Curios. (delatoria). fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. — **§. 2.** *Temeritas (in revelandis prohibitis).* III. **Cn.** Sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas. Th. C. IX. 16. c. 4. de malefic.

Curiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Diligens, Accuratus.* II. **Op.** Curiosissimus, — Negligentissimus (homo). fr. 9. §. 2. l. l. 22. 6. III. **Cn.** Curiosus debet esse creditor, quo vertatur etc. fr. 3. §. 9. de in rem verso. 15. 3. Omnibus — latebris indagine curiosiore perspectis. Th. C. XVI. 5. c. 13. de haeretic. — **§. 2.** *Importunus.* III. **Cn.** Etiamsi sciat, dissimulare debet, ne curiosus videatur. fr. 19. de novat. 46. 2.

Curiosus. (Subst.) *Curiosi, i. e. Officialium genus, scholae agentium in rebus adscriptum.* I. **Sy.** Curagendarii. Agentes in rebus. Cf. v. Curagendarius. III. **Cn.** Indices, vel curiosi. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 3. de curios. VIII. 5. c. 50. de cursu pub. Curiosi et stationarii, vel quicunque funguntur hoc munere. Ib. VI. 29. c. 1. Primi scholarum mittantur ad provincias curiosi. Ib. l. l. c. 6. c. 10. Curiosi litorum. Ib. l. l. c. 10. Nov. Valent. III. de trib. fisc. II. 19. c. 1. §. 7.

Currax. (Adiect.) *Promtus ad currendum.* II. **Op.** Tardus. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Si constantem, aut laboriosum, aut curracem, [al. curacem], vigilacem esse — adfirmaverit. fr. 18. pr. l.

Currere. **§. 1.** *Cursum facere.* I. **Sy.** Desultor currere in equis. Certare. fr. 20. pr. de praescr. vv. 19. 5. cf. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5. Traiectus est, Currit (per aedes, sc. cloaca etc.). fr. 29. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. §. 11. de cloac. 43. 23. III. **Cn.** Qui ad fugam gradum unum alterumve promovit, vel etiam currere coepit. fr. 17. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. Inter ipsa currendi primordia. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. — **§. 2.** *Iter facere (cursu publico adhibito).* I. **Sy.** Discurrere. Itinera facere cursu. Ib. l. l. c. 66. pr. §. 1. l. l. — **§. 3.** *Convenire, Pervenire.* I. **Sy.** Venire ad (iudices). c. 16. de iudic. 3. 1. Confugere. Th. C. XII. 1. c. 13. c. 40. c. 43. de decurion. III. **Cn.** Non protinus ad litigandum currere debueras. c. 4. de obsequ. patr. 6. 6. Ad militiam, v. officia, curr. Th. C. XII. 1. c. 13. c. 40. c. 43. Ad ill. magistros — sacri apices cucurrerunt. Ib. VII. 4. c. 24. de erog. mil. ann. cf. XI. 30. c. 41. de app. et poen. — **§. 4.** *Percurrere, Decurrere, Transire.* I. **Sy.** Procedere (usucapionem). fr. 2. sq. pro donat. 41. 6. III. **Cn.** Si per plures emtores mancipium cucurrerit. fr. 56. de contr. emt. 18. 1. Instituant auctionem, hastis habitis ex licitatione currente. Th. C. X. 2. c. 1. de dom. ad rem priv. Vsurae currunt (lite contestata etc.). fr. 35. de usur. 22. 1. fr. 7. §. 7. de admin. et peric. 26. 7. Currunt tempora ad utramque B. Pnem separatim. fr. 3. §. 16. de Carbon. edict. 37. 10. Quaeritur, ut usucapio currat. fr. 10. pr. de usurp. 41. 3. fr. 2. pro donat. 41. 6.

Curriculum. *Spatium cursus, Temporis modus definitus.* I. **Sy.** Spatia, Curricula (annorum). Th. C. XII. 1. c. 171. pr. de decurion. Tempora, Curricula. Ib. II. 7. c. 2. sq. de dilation. VI. 35. c. 14. pr. §§. 1. sq. de priv. eor. qu. in S. pal. III. **Cn.** Numero stipendiorum et curriculis evolutis. Ib. VIII. 7. c. 16. pr. de div. offic. Sin — praestituti temporis curricula transfluxerint. Ib. IX. 27. c. 7. ad L. Iul. repet. Per quae annorum moderata curricula impleant etc. Ib. XII. 1. c. 171. pr. de decurion. cf. II. 4. c. 4. de denunc. v. edit.

Cursitatio. *Cursus publicus.* III. **Cn.** Vt omnes species annonarias, cursitationes etiam debitas, atque integram opinionem sciant esse solvendam. c. 3. de collat. fund. fisc. 11. 73.

Cursor. *Qui currendi officio fungitur, vel ad profectionem velociter expediendam adhibetur.* III. **Cn.** Si alii vernae, alii cursores legati sunt. fr. 99. §. 5. de legat. III. (32.) Schola mittendariorum, — schola cursorum. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. cf. c. 10. de div. off. 12. 60.

Cursualis. (Adiect.) *Ad cursum publicum spectans.* I. **Sy.** Cursus publicus. Obsequium cursuale. Th. C. VII. 1. c. 9. de R. M. Animalia publici cursus. Cursuales equi. Ib. VI. 29. c. 9. de curios. VIII. 5. c. 8. c. 64. c. 66. §. 2. de cursu pub.

Cursus. **§. 1.** *Decursio.* I. **Sy.** Transcursio (temporalis). c. 27. de testam. et quemad. 6. 23. Lapsus (temporis). Th. C. II. 6. c. 2. de temp. curs. Curriculum. c. 6. c. 9. Qui adm. ad B. P. 6. 9. III. **Cn.** Aquae, v. Fluminis, cursus. fr. 1. §§. 2. 12. de flumin. 43. 12. fr. 1. §. 3. ne qu. in flum. pub. 43. 13. In theatralibus ludis, aut circensium certaminibus, aut ferarum cursibus. Th. C. XV. 5. c. 2. de spectac. Quae, semel ab antiquis statuta, suum statum et cursum tenent ac possident. Coll. LL. M. XV. 3. Cursus inhibeatur usurarum denunciationibus. c. 4. de usur. pupill. 5. 56. Temporis cursum reparandum esse. Th. C. II. 6. c. 3. de temp. curs. — **§. 2.** *Equitatio, Vectura.* I. **Sy.** Discursus (veredorum, v. angariarum). Ib. VIII. 4. c. 8. pr. §. 1. de cohortal. VIII. 5. c. 16. pr. §. 1. de cursu pub. Evectio, Cursus publicus. Ib. l. l. c. 3. III. **Cn.** Cursus vehicularis sol-

licitudo, item angariarum praebitio. fr. 18. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. cf. Th. C. l. l. c. 66. pr. Animalia publici cursus. Ib. c. 8. cf. c. 1. l. l. Praefecti vehiculorum, atque omnes qui cursui publico praesunt. Ib. l. l. c. 4. §. 1. c. 35. pr. Evectiones publici cursus. Ib. VI. 29. c. 2. de curios. Velox et clabularius cursus. Ib. VIII. 5. c. 62. cf. c. 23. pr. c. 26. de cursu pub. — **§. 3.** *Navigatio.* III. **Cn.** Vt non promiscue, sed per vicissitudines rite servatas iuges cursus adgnoscerent (sc. navicularii). Ib. XIII. 5. c. 6. de navicular.

Curvatura. *Curvatio, Curvamen.* I. **Sy.** Vrbum. Curvatura aratri. fr. 239. §. 6. de V. S. 50. 16.

Curulis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad currum spectans.* III. **Cn.** Equi curules. Certamen curule. Th. C. XV. 5. c. 3. de spectac. XV. 10. c. 1. pr. de equ. curul. — **§. 2.** *Ad insignia magistratuum maiorum reip. R. pertinens.* III. **Cn.** Aedilis curulis. Cf. v. Aedilis. Duplicatae tanti suggestus infulae, et curulium ornamenta geminarum. Nov. Valentin. III. de honorat. II. 12. c. 1. §. 1.

Curvus. (Adiect.) *Inflexus, Deflexus.* III. **Cn.** Gibberosi, vel curvi, vel pruriginosi etc. fr. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Cusio. *Actus cudendi.* III. **Cn.** Monetalis cusio, vel — fabricatio armorum. Th. C. XI. 16. c. 18. cf. c. 15. de extr. s. sord.

Cuspis. *Acuta pars hastae, v. gladii, v. fustis.* III. **Cn.** Virga, — aut flagrum, cuius in cuspide infixus brevis aculeus etc. Ib. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Custodela. *Custodia.* III. **Cn.** Familiam pecuniamque tuam endo mandatam tutelam custodelamque (meam) recipio. Gai. II. 104.

Custodia. **§. 1.** *Cura servandi aliquid ac tuendi.* I. **Sy.** Cura. fr. 1. §. 7. fr. 2. usuf. quemad. cav. 7. 9. fr. 2. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Diligentia. fr. 2. §. 1. fr. 3. ib. 18. 6. II. **Op.** Administratio. fr. 48. de adm. et peric. 26. 7. Possessio. — Custodia rerum (et observatio). fr. 5. pr. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 3. §. 23. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 12. Qu. ex c. in poss. 42. 4. III. **Cn.** Periculo capitis sui custodiam dominis — praestare servi cogantur. fr. 1. pr. de S. C. Silan. 29. 5. Eorum fidem sequi, et res custodiae eorum committere. fr. 1. §. 1. naut. caup. 4. 9. fr. 1. pr. depos. 16. 3. cf. Paul. II. 12. §. 3. Quae custodiae magis causa, quam ad usus patrisfam., eo delata sunt. Ib. III. 6. §§. 39. 44. Si quae apud eum depositae, vel commodatae, — quarumque usum, vel usumf., vel custodiam habuit. fr. 1. §. 33. de vi et vi arm. 43. 16. Et dolum, et culpam, et diligentiam, et custodiam in totum me praestare debere. fr. 5. §. 15. cf. §. 6. commod. 13. 6. fr. 36. de A. E. V. 19. 1. Venit in hac actione et dolus et culpa, — venit et custodia, vis maior non venit. fr. 13. §. 1. de pign. act. 13. 7. cf. c. 28. locat. 4. 65. Qui mercedem accipit pro custodia alicuius rei, is huius periculum custodiae praestat. fr. 40. locat. 19. 2. Custodiam — utrum plenam, ut et diligentiam praestet; an vero dolum dumtaxat? fr. 2. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Diligens custodia. fr. 1. §. 7. de fugitiv. 11. 4. cf. fr. 35. §. 4. de contr. emt. 18. 1. Creditoribus permittendum, in custodia bonorum esse. fr. 1. §. 17. de ventre in poss. 37. 9. Custodiae causa rem tenere. fr. 2. pr. pro her. 41. 5. cf. fr. 3. §. 8. uti possidet. 43. 17. Operas custodiae domus liberto indicere. fr. 49. de oper. libert. 38. 1. cf. fr. 77. §. 21. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Receptaculum, Tutamen.* III. **Cn.** Quod rusticae magis custodiae convenit, quam urbanis aedibus. fr. 180. de V. S. 50. 16. Qui suspectam habens, vel minus idoneam, custodiam domus, — apud aliquem rem custodiendam commendat. Paul. II. 12. §. 4. Donec nostra custodia coërceatur; cum vero custodiam nostram evaserit etc. Gai. II. 67. fr. 3. §§. 13. sqq. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 3.** *Carceris claustra, vel custodum observatio.* I. **Sy.** Carcer. fr. 1. pr. de effractor. 47. 18. fr. 2. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. III. **Cn.** Si quis nec in custodia nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione. fr. 28. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 28. §. 7. de poen. 48. 19. Coll. LL. M. IX. 2. Sub custodia, vel in carcere esse. — De carcere vel custodia dimitti. fr. 13. §. 5. de R. M. 49. 16. cf. fr. 52. §. 12. de furt. 47. 2. In ludum custodiamve coniecti (sc. servi). Gai. I. 13. Vlp. I. 11. Publica custodia coërceri. fr. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. Aperta et libera custodia militaris. Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction. — **§. 4.** *Custodes ipsi.* I. **Sy.** Custodem, Custodiam (ponere). fr. 5. §. 14. commod. 13. 6. fr. 51. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Reos sane accipiat vinciatque custodia, et excubiis sollertibus vigilanter observet. Th. C. IX. 40. c. 13. de poen. — **§. 5.** *Rei ipsi, custodiae commissi.* I. **Sy.** Reus. Paul. V. 31. §. 1. Vinctus. fr. 10. de cust. et exhib. 48. 3. III. **Cn.** Qui custodiam dimisit, aut ita sciens habuit, ut possit custodia evadere. fr. 12. pr. fr. 14. §. 2. de cust. et exhib. 48. 3. Paul. l. l. Carceri praepositus, si — sine vinculis agere custodiam — passus est. fr. 8. l. l. 48. 3. Si se custodia interfecerit. fr. 14. §§. 3. sqq. l. l. 48. 3. Custodiae audiri possunt atque damnari. fr. 18. §. 10. cf. §. 9. de quaestion. 48. 18. Vt praeauditas custodias ad se remittant (sc. Legati), ut innocentem ipse (sc. Procos.) liberet. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 12. de pub. iudic. 48. 1.

Custodire. **§. 1.** *Custodia continere, Custodiam praestare.* I. **Sy.** In custodia retinere. Paul. I. 6. A. §§. 3. sq. fr. 1. §§. 4. 8. fr. 4. de fugitiv. 11. 4. Observari, Custodiri (a suis). fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Custodiam praestare, Servare. fr. 31. pr. de A. E. V. 19. 1. fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. Paul. II. 12. §§. 2. sqq. III. **Cn.** Si integrae opinionis videbatur (sc. servus), ut non debuerit custodiri. fr. 21. de R. V. 6. 1. Fugae servorum, qui custodiri non solent. fr. 18. pr. commod. 13. 6. Diligentius custodiri, ac etiam vinculo coërceri. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 9. §. 2. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Custodiendum reddendumque tradere. fr. 6. depos. 16. 3. Colligere et custodire (res hereditarias). fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. Cust. ea, quae sine custodia salva esse non possunt. fr. 1. §. 25. de ventre in poss. 37. 9. Si quid ad corpus custodiendum, vel etiam

commendandum, factum sit. fr. 14. §. 4. de relig. 11. 7. Saltuarium tuendi et custodiendi fundi magis, quam colendi, paratum esse. fr. 60. §. 3. de legat. III. (32.) cf. fr. 16. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Non possidet, sed potius custodit. fr. 1. §. 9. Qu. legator. 43. 3. Exactam diligentiam custodiendae rei praestare. fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. Negligenter cust. Coll. LL. M. XII. 7. — **§. 2.** ***Observare, Colere, Sequi.*** I. ***Sy.*** Servare. fr. 32. pr. §. 1. de LL. 1. 3. fr. 1. fr. 7. de serv. export. 18. 7. Observare. fr. 20. de fideic. libb. 40. 5. III. ***Cn.*** Si hoc vel in praesenti non fuerit custoditum, vel postea commutatum. Th. C. XII. 6. c. 30. de susceptor. praep. Observet sic, ut semper est custoditum. Ib. I. 2. c. 1. (Wck.) de div. rescr. Pro lege custoditur (inveterata consuetudo). fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. Ista regula, v. Idem, custoditur. Coll. LL. M. X. 2. fr. 7. Quemad. servit. 8. 6. fr. 41. §. 1. de excusatt. 27. 1. Formam ac statum (antiquorum aedificiorum) cust. fr. 11. pr. de S. P. V. 8. 2. Pactum, v. Supremum iudicium etc. cust. fr. 18. de pact. dot. 23. 4. fr. 70. de cond. et dem. 35. 1.

Custos. *Curae, vel custodiae, tam personarum quam rerum, praefectus.* III. ***Cn.*** Dati sunt, quasi observatores actus eius et custodes. fr. 3. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Si furiosus est, — ast ei custos nec escit. L. XII. Tabb. V. 7. Heredum custos. Valer. Prob. de not. R. v. C. H. Qui custodes aedium, vel archeotae, vel logographi etc. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4. In dominum, vel custodem (actio datur). Paul. I. 15. §§. 2. sq. Ad ventrem inspiciendum, observandumque, custodes mittere etc. Ib. II. 24. §§. 5. sqq. fr. 1. pr. §. 10. de ventre inspic. 25. 4. Sive custodiri potuit, ne damnum daretur, sive ipse custos damnum dedit. fr. 41. locat. 19. 2.

Cycladae. *Aegei maris insulae (circa Delon).* III. ***Cn.*** Subiecit ei (sc. Quaestori exercitus) et V. provincias, i. e. Scythiam, et Mysiam, et Cariam, et omnes Cycladas insulas, et Cyprum totam. Iuliani epit. nov. c. 32. §. 166.

Cydoneum. *Potio ex pomis.* III. ***Cn.*** Cydoneum, et si qua alia sunt quae non ex vinea fiunt. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6.

Cylindri. *Gemmae figurae oblongae.* III. ***Cn.*** Ornamentum mamillarum ex cylindris XXXIV. et tympanis margaritis XXXIV. fr. 32. §. 9. de auro arg. 34. 2.

Cymbium. *Genus vasis potorii.* III. ***Cn.*** Cymbia argentea, crustis aureis illigata. fr. 32. §. 1. ib. 34. 2.

Cyprogenia. *Nomen ancillae.* III. ***Cn.*** Plures testamento manumiserat, in quibus Sabinam et Cyprogeniam. fr. 29. de reb. dub. 34. 5.

Cyprus. *Insula magna maris mediterranei.* III. ***Cn.*** Omnes Cycladae insulae, et Cyprus tota. Cf. v. Cycladae. Adhibitis fidis custodibus, ad Cyprum insulam perducatur. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen.

Cyrenensis. (Adiect.) *Cyrenaicus.* III. ***Cn.*** Vt de provincia Cyrenensi Aquileiam navigaret. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2.

Cyzicenus. (Adiect.) *Ad Cyzicum pertinens.* III. ***Cn.*** Operarii, qui Cyziceni [al. Cyzaceni] dicuntur. c. 7. de aquaed. 11. 42.

Dacia. *Provincia, regiones tam citra quam ultra Istrum comprehendens.* III. ***Cn.*** Praesides Syriarum et Daciarum. fr. 7. §. 14. de interd. et releg. 48. 22. Episcopi Daciae mediterraneae et Daciae ripensis. Iuliani epit. nov. c. 119. §. 508. cf. c. 4. de metall. 11. 6. c. 10. de div. off. 12. 60.

Dactyliotheca. *Anulorum arcula, seu capsula.* I. ***Sy.*** Theca, anulorum causa parata. fr. 52. §. 8. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Bibliotheca, — dactyliotheca (legata). Ib. l. l. Dactyliothecam meam, et si quos praeterea anulos habeo. Ib. l. l. (32.)

Daemon. *Genius malus.* III. ***Cn.*** Si aliquando in exsecrandis daemonum sacrificiis fuerint comprehensi (sc. pagani). Th. C. XVI. 10. c. 23. de pagan. Invocatio daemonum. Interpr. ad Th. C. IX. 16. c. 3. sq. c. 7. de malefic.

Dagogiani. Cf. v. Paedagogiani.

Dalmatia. *Illyrici regio.* III. ***Cn.*** Dalmatiae litora, omnesque insulae. Th. C. VI. 29. c. 12. de curios.

Dama, s. **Damas.** *Servi nomen.* III. ***Cn.*** Si Stichus, aut Dama, servi mei, (in potestate mea erunt, cum moriar.) fr. 29. §. 4. de legat. III. (32.) Si Stichus et Damas et Pamphilus (te promeruerint). fr. 41. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Stipulatus sum, Damam aut Erotem servum dari. fr. 105. de V. O. 45. 1.

Damasus. *Nomen pontificis rom.* III. ***Cn.*** Quam (sc. religionem) D. Petrum apostolum tradidisse Romanis — declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret, et Petrum, Alexandriae episcopum. Th. C. XVI. 1. c. 1. pr. de fide cathol.

Damnabilis. (Adiect.) *Damnandus, Abominandus.* III. ***Cn.*** Damnabilis et interdicta omnino (ars mathematica). c. 2. de malefic. 9. 18. Damnabile, vel puniendum legibus (crimen). Interp. ad Th. C. IX. 1. c. 1. de accus. et inscr. In fraudem — elicitum damnabili obreptione. Th. C. XI. 1. c. 20. de annon. et tribut. (cf. I. 2. c. 7. de div. rescr.)

Damnare. §. 1. *Iudicio condemnare.* I. ***Sy.*** Condemnare. Gai. III. 224. IV. 46. 52. 178. 180. 182. Coll. LL. M. X. 2. Dare (in opus publicum etc.) fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. fr. 8. §. 12. de poen. 48. 19. Damnari dare. Aestimari. Aestimationem fieri. Gai. III. 210. sqq. 214. 218. sq. III. ***Cn.*** Damnatus, pactusve. fr. 1. fr. 4. §. 5. fr. 6. §. 3. fr. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. Gai. IV. 182. Tab. Heracl. lin. 36. aer. Neap. Quod tu mihi iudicatus, sive damnatus es. Gai. IV. 21. Condemnatio personarum, quae in id quod facere possunt damnantur. fr. 173. pr. de R. I. 50. 17. Si ab eo, qui ius damnandi non habuit, rei capitalis quis damnatus sit. fr. 2. §. 2. de poen. 48. 19. fr. 2. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Quive iudicio publico damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit. fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. cf. Vlp. XIII. 2. Tab. Heracl. lin. 43. sqq. aer. Neap. Conven-

ventus iudicio, damnari. fr. 25. §. 17. famil. ercisc. 10. 2. Caeteris, quanti intersit eorum, damnabitur (hoc iudicio). Ib. l. l. 10. 2. Domino damnatur accusator (in duplum pretium). fr. 9. de calumn. 3. 6. Si quis in capitali crimine damnatus adpellaverit. fr. 13. §. 2. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Damnari cum noxae deditione. fr. 19. §§. 1. sq. de nox. act. 9. 4. Vltimo supplicio damn. fr. 29. de poen. 48. 19. Damn. ad (bestias). fr. 29. fr. 31. pr. l. l. Damn. in (perpetua vincula etc.). fr. 8. §. 13. ib. 48. 19. — **§. 2.** *Obligare.* I. **Sy.** Imperare, Obligare, Iubere. Gai. II. 214. sq. fr. 104. §§. 4. sq. de legat. I. (30.) Vetare, Damnare ne. fr. 2. pr. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. III. **Cn.** Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur. fr. 50. de O. et A. 44. 7. Qui (sc. heres) eam pecuniam dare iussus, damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Heredes scribere, s. instituere, et damnare (ut etc.). fr. 31. de S. P. V. 8. 2. fr. 53. §. 2. de legat. I. (30.) Heres generaliter dare damnatus. fr. 45. §. 1. ib. (30.) Damnatus heres, sinere v. non petere. fr. 14. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 8. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Si heres testamento quid vendere damnatus sit. — Si falso existimans se damnatum etc. fr. 5. pr. §. 1. de A. E. V. 19. 1. — **§. 3.** *Improbare, Infamare.* III. **Cn.** Non in totum testamentum infirmatur, — licet quasi furiosae iudicium ultimum eius damnetur. fr. 19. de inoff. testam. 5. 2. Conductis pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior. Th. C. XV. 8. c. 2. de lenon. — **§. 4.** *Deserere, Abdicare.* III. **Cn.** Nisi forte vel transactiones secum fecerint, vel alio modo causas suas damnaverint. Iul. epit. nov. c. 29. §. 102.

Damnas. *Damnatus, Obligatus.* I. **Sy.** Damnari, Damnatum esse, Damnas esse (sinere, v. dare etc.) Gai. II. 209. III. 210. 215. Vlp. XXIV. 5. fr. 2. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 7. de ann. legat. 33. 1. fr. 14. sq. de usu et usuf. leg. 33. 2. Dato, Dare iubeo, Damnas esto dare. Gai. II. 201. Vlp. XXIV. 4. Paul. III. 6. §. 6. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Si quis adversus ea fecerit, in res singulas, quotiescunque fecerit, — dare damnas esto. Fr. L. Mamiliae c. 4. sq. cf. Tab. Heracl. lin. 19. aer. Br. lin. 22. sq. 33. 49. sq. 66. sq. aer. Neap. Quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto. fr. 2. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Titio fundum do lego. Si Titius decesserit, Seio heres meus dare damn. esto. fr. 3. pr. de adim. legat. 34. 4.

Damnatio. **§. 1.** *Condemnatio iudicialis.* I. **Sy.** Condemnatio. fr. 4. §. 1. fin. regund. 10. 1. fr. 1. pr. §. 1. fr. 2. de bon. damnat. 48. 20. II. **Op.** Absolutio. Cf. h. v. §. 3. In damnationem venire. — Absolvi. fr. 42. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur aut civitas. fr. 1. pr. fr. 7. pr. de bon. damnat. 48. 20. Damnatio ad (furcam etc.). fr. 28. pr. de poen. 48. 19. Si plebeius, ut rebus amissis perpetuae damnationi dedatur. Th. C. IX. 21. c. 1. de fals. mon. — **§. 2.** *Formula obligatoria, qua debitor constituitur (heres, vel legatarius).* I. **Sy.** His verbis legare: Heres meus damnas esto etc. Per damnationem legare. Gai. II. 201. Vlp. XXIV. 4. 8. Paul. III. 6. §§. 6. 8. II. **Op.** Ex causa damnationis per heredem praestari. — Per vindicationem ipso iure constitui (usumf.). Ib. III. 6. §. 17. cf. Vatic. §§. 83. 85. sqq. III. **Cn.** Legatum damnationis, s. quod per damnationem relictum est. Gai. III. 175. IV. 9. Paul. I. 19. §. 1. III. 6. §. 2. Perinde sit, ac si optimo iure legatum esset; optimum autem ius legati per damnationem est. Vlp. XXIV. 11. Gai. II. 212. In fideicommisso id sequimur, quod in damnatione. Vatic. §. 85.

Damnatus. (Partic.) **§. 1.** *Iudicio qualicunque condemnatus.* (Cf. v. Damnare. §. 1.) III. **Cn.** Non debere conveniri damnatum (procuratorem). fr. 61. de procur. 3. 3. Ex eodem noxali iudicio damnatus. fr. 14. de h. qu. not. infam. 3. 2. Infamiam damnato irrogare. fr. 13. §. 8. fr. 22. ib. 3. 2. fr. 63. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Is, cui capitis poena irrogata est.* I. **Sy.** Is, in quem animadversum est. fr. 7. pr. §§. 1. sq. de bon. damnat. 48. 20. Rei capitalis condemnatus. Qui in iudicio publico iudicatus erit. fr. 4. pr. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 2. pr. §. 2. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Vltimo supplicio, v. Consumenda, damnata (mulier). fr. 3. ib. 48. 19. fr. 18. de statu hom. 1. 5. Perduellionis damnatus. fr. 11. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Liberi, Bona, damnatorum. fr. 7. de statu hom. 1. 5. fr. 6. fr. 7. pr. §§. 1. sqq. de bon. damn. 48. 20. — **§. 3.** *Obligatus.* Cf. v. Damnare. §. 2. v. Damnas.

Damnificare. *Damno adficere.* I. **Sy.** Multare. Iuliani epit. nov. c. 124. §. 541. III. **Cn.** Iudex — V. libras auri damnificabitur. Ib. l. l. cf. §. 563.

Damnose. (Advb.) *Cum periculo, vel damno.* III. **Cn.** Si plurium sint aedes, quae damnose [al. damnosae] imminent. fr. 40. §. 3. de damn. inf. 39. 2. Si emancipati ea — damnose existimant conferenda. Th. C. IX. 42. c. 8. pr. de bon. proscr.

Damnosus. (Adiect.) *Periculosus, Exitiosus.* I. **Sy.** Nocere, Damno esse. Damnosum esse. Damnum ferre. fr. 32. mand. 17. 1. fr. 17. de peric. et comm. 18. 6. fr. 25. §. 6. locat. 19. 2. fr. 61. §. 5. de furt. 47. 2. II. **Op.** Lucrosum. fr. 1. pr. de d. m. 4. 3. III. **Cn.** Si ita iniuriosus et damnosus socius sit, ut non expediat eum pati. fr. 14. pro soc. 17. 2. Profectiones Praesidum non oportet damnosas provincialibus esse. Iuliani epit. nov. c. 21. §. 74. Erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisve damnosam esse. Gai. IV. 75. Iniquum, damnosum cuique esse officium suum. fr. 7. de testam. quemad. aper. 29. 3. Paul. IV. 2. §. 1. Si temere damnosam hereditatem susceperint. Gai. II. 163. Si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam. Ib. II. 258. Vlp. XXV. 16.

Damnum, **§. 1.** *Patrimonii deminutio omnis.* I. **Sy.** Periculum, Casus. Vatic. §§. 16. sq. fr. 11. de N. G. 3. 5. Iniuria. fr. 2. pr. §. 10. ne qu. in loco pub. 43. 8. II. **Op.** Commodum. fr. 23. §. 1. pro soc. 17. 2. Lucrum. Gai. III. 149. sq. Vlp. XXV. 15. fr. 3. pr. de B. P. 37. 1. fr. 6. §. 11. Qu. in fr.

cred. 42. 8. III. **Cn.** Damnum et damnatio, ab ademtione et quasi deminutione patrimonii dicta sunt. fr. 3. de damn. inf. 39. 2. Ne languor animi damnum etiam in bonis adferat. fr. 44. §. 6. de usurp. 41. 3. Quamvis lucrosa sit (hereditas), nec ullum habeat damnum. fr. 9. §. 3. de auct. et cons. 26. 8. Quae (sc. munera) sumtibus patrimonii et damnis administrantis expediuntur. fr. 18. §. 18. de mun. et hon. 50. 4. Mortes servorum, — furta, rapinae, — vis hostium, — in summa quodcunque damnum. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 5. §. 4. commod. 13. 6. Vt fatale damnum, vel vis magna, sit excusatum. fr. 2. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. fr. 52. §. 3. pro soc. 17. 2. Eum — hoc edicto non teneri, propter naturam met. c. actionis, quae damnum exigit. fr. 12. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. fr. 203. de R. I. 50. 17. Quod causa eius damnum cepisset. fr. 30. de N. G. 3. 5. Gai. III. 212. Quia non debeat videri is damnum facere, qui etc. fr. 26. de damn. inf. 39. 2. Erogare quid — damno infecto promittendo, (vel servo noxali iudicio defenso). fr. 9. §. 3. de reb. auct. iud. 42. 5. Cf. v. Infectum. — **§. 2.** ***Pretium rei interemtae, vel deterioris factae.*** I. **Sy.** Quod abest. fr. 12. §. 2. fr. 14. pr. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Qui rei damnum praestiterit. fr. 23. §. 3. ib. 4. 2. fr. 81. de V. S. 50. 16. Quod factum dupli damno — pensatur. Fr. de I. F. §. 6. Pro fure damnum decidere. Gai. IV. 37. fr. 46. §. 5. fr. 61. §. 2. de furt. 47. 2. — **§. 3.** ***Calamitas, Dispendium, Captio.*** I. **Sy.** Iactura (famae). Th. C. IX. 36. c. 2. ut intra ann. XVI. 2. c. 41. de episc. eccl. III. **Cn.** Damnum corporis expedire. Ib. VII. 13. c. 5. de tiron. Proposita huic nomini damna non noceant. Ib. VIII. 16. c. 1. §. 1. de infirm. poen. caelib. Citra damnum voluntatis redimere. fr. 23. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Iudicialis sententia, sine omni damno celebrata. c. 25. de admin. tutor. 5. 37. Litis damno coerceri. fr. 53. pr. de re iud. 42. 1. In publica damna occupare. Th. C. XV. 1. c. 12. de opp. pub. cf. XII. 19. c. 3. de h. qu. cond. propr. — **§. 4.** ***Factum damnosum, Delictum lege Aquilia vindicatum.*** I. **Sy.** Nocere. Damnum dare. Cf. v. Nocere. III. **Cn.** Damnum dando, damni iniuriae teneri. fr. 54. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Damnum iniuria legis Aquiliae. Paul. I. 19. §. 1. cf. Gai. III. 202. 210. fr. 49. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Si quis corpore suo damnum dederit. — Alio modo damno dato. Gai. III. 219. cf. 211. fr. 29. §. 2. l. l. 9. 2. fr. 57. locat. 19. 2. Qui, cum aliter tueri se non possunt, damni culpam [al. damnum culpa] dederint. fr. 45. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 15. §. 46. de iniur. 47. 10. Si nondum mihi damnum dederis, sed ita ignem habeas, ut metuam ne mihi detur. Coll. LL. M. XII. 7. cf. Paul. V. 20. §§. 3. 6. Qui per turbam seditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint. Ib. V. 3. §. 1. Si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit iniuria. fr. 27. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Quantum ex ea re damnum datum, factumve erit. fr. 1. pr. de h. qu. effud. 9. 3. cf. L. Gall. Cisalp. I. 13. sq.

Danubius. *Flumen Germaniae occidentalis maximum.* III. **Cn.** Lusoriae Danubii. Cf. v. Lusoriae.

Daphnensis. (Adiect.) ***Ad Daphnen pertinens, Antiochiae suburbium.*** III. **Cn.** Si quis Daphnensis luci in Syria, vel Perseis in Aegypto, arbores comparaverit. c. 1. cf. c. 2. de cupr. ex luc. Daphn. 11. 77. Aquaeductus, qui Daphnensi palatio usum aquae praestat. Th. C. XV. 2. c. 2. de aquaed.

Daphnis. *Nomen mulieris.* III. **Cn.** Marius Paulus quidam fideiusserat pro Daphnide. fr. 6. §. 7. mand. 17. 1.

Daps. *Victima.* I. **Sy.** In sacrificium, In dapem (impendere pecuniam). Gai. IV. 28.

Dardanarius. ***Rerum promercalium vexator.*** III. **Cn.** Annonam adtentare et vexare vel maxime dardanarii solent. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. In dardanarios, propter falsum mensurarum modum, — vindicari placuit. fr. 37. de poen. 48. 19.

Dardania. ***Asiae minoris regio, supra Troadem.*** III. **Cn.** Procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam mediterraneam, Moesiam, seu Dardaniam. c. 4. de metall. 11. 6. cf. Iulian. epit. nov. c. 119. §. 508.

Dare. **§. 1.** ***Obferre, Praebere, Exhibere.*** I. **Sy.** Edere. fr. 1. §. 1. fr. 4. §. 5. fr. 6. pr. §§. 1. sqq. de edend. 2. 13. Obferre. Gai. III. 187. Tradere. fr. 2. §. 7. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** In libello complecti, et dare, vel dictare. fr. 1. §. 1. de edend. 2. 13. Si pro tribunali dabuntur (libelli). Vatic. §. 167. cf. §§. 156. 162. 210. Responsa, v. Suffragium, dare. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 6. pr. cf. fr. 4. sq. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Ferias dare vacationem (a forensibus tantum negotiis). fr. 9. de feriis. 2. 12. Error non dedit iurisdictionem. fr. 2. pr. de iudic. 5. 1. Causam dare edicto. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Operam dare. Cf. v. Opera. — **§. 2.** ***Permittere, Largiri.*** I. **Sy.** Concedere. Cf. h. v. §. 2. Indulgere. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 21. de iudic. 5. 1. Vatic. §§. 235. sq. Praestare. Ib. l. l. fr. 21. §. 6. Qu. met. c. 4. 2. Accommodare. Gai. IV. 110. Permittere, Conferre. Vlp. XXII. 24. fr. 2. §. 11. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. III. **Cn.** Quoi sorti is ager datus, adsignatusve fuerit. — Eum agrum, quem ex h. l. venire, dari, reddive oportebit. Fr. legis Thoriae. Vt sciretur, quid cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset. fr. 16. de A. R. D. 41. 1. Paucis dabatur reddebaturque regionibus (S. iudicium etc.). Th. C. I. 6. c. 10. cf. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Vr. Nec datur, nec dari potest (accessio temporis). Gai. IV. 151. Ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc eis dari eam, quae data est his, (qui annonam P. R. iuvant). Vatic. §. 236. Si nemo sit, qui petat, ultro eis dare debebit. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 2. §. 2. Qu. ordo in poss. 38. 15. Dum honori postulantium datur, (vel improbitati ceditur). fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Cum mater — provocaverit, pietati dans. fr. 1. §. 1. de app. recip. 49. 5. Cui lex permittit, aut lege cessante Ordo dedit. fr. 3. cf. fr. 6. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Cui nominatim hoc dedit vel lex, vel S. C., vel Princeps. fr. 6. §. 2. de tutel.

26. 1. Ex edicto datur patrono (nihil iuris etc.). Vlp. XXIX. 2. Vetare debet Praetor sententiam dicere, nec dare dictae exsecutionem. fr. 32. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. Ne eo nomine ab his petitio, neve in eas actio detur. fr. 2. §. 1. ad S. C. Vellei. 16. 1. cf. fr. 1. pr. de S. C. Mac. 14. 6. — **§. 3.** *Liberalitatem exercere, Donare.* I. **Sy.** Legare, Dare legata. fr. 126. pr. fr. 127. de legat. I. (30.) fr. 89. §. 6. de legat. II. (31.) Relinquere (fideicommissum, ab aliquo). Paul. IV. 1. §§. 1. sq. 4. Donare. Vatic. §§. 304. sq. III. **Cn.** Ne excepti videantur, ut et dare et capere lex eis permittat. Ib. §. 309. Si quis a servis — accipit, duit. Ib. §. 307. Si quid eis testamento datum fuerit, pro non scriptis est. fr. 17. pr. de poen. 48. 19. Hereditas, v. Institutio, data testamento. fr. 10. pr. de cond. inst. 28. 7. Et directo, et per fideicommissum potest dari (libertas). Vlp. II. 7. 10. XXV. 18. Gai. II. 263. sq. In libertatibus dandis nimiam licentiam compescuit (lex Furia Can.) Gai. II. 228. Quae secundis tabulis datae sunt (sc. libertates). fr. 19. pr. de adopt. 1. 7. Iure publico dare legare velle. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Do lego, testor etc. Gai. II. 104. 193. Vlp. XXIV. 3. 12. 19. — **§. 4.** *Praecipere, Promulgare.* I. **Sy.** Dicere, Ferre, Proferre, Promere (sententiam). Paul. V. 5. A. §§. 7. 10. fr. 28. de re iud. 42. 1. fr. 1. pr. fr. 5. pr. fr. 14. §. 1. fr. 17. pr. fr. 19. de app. et relat. 49. 1. Th. C. IV. 17. c. 1. sqq. de sent. ex per. recit. Prodere, Introducere (actiones). Gai. IV. 11. sqq. 19. sq. 27. sq. Praefinire (diem). fr. 5. pr. de opp. pub. 50. 10. III. **Cn.** Officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in observanda disciplina constitit. fr. 12. pr. de R. M. 49. 16. Poena, quae de occultatoribus et fugitivariis data est. Th. C. X. 12. c. 1. §. 1. si vag. pet. mancip. Forma ex hac constitutione data. Vatic. §. 156. fr. 10. pr. de pact. 2. 14. Lex data (ab Imp.). c. 23. §. 3. mand. 4. 35. Th. C. V. 13. c. 17. c. 19. (Wck.) IX. 16. c. 9. de malefic. Quae legem contractui dant. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Ipse Praetor diem dabit stipulationi. fr. 13. §. 15. de damn. inf. 39. 2. Conditio data. fr. 12. de usur. 22. 1. fr. 35. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 217. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 5.** *Constituere, Conferre.* I. **Sy.** Constituere (usumf. etc.). Vatic. §§. 47. sqq. 317. sq. 322. sqq. Tradere (se, in concubinatu). fr. 41. §. 1. de R. N. 23. 2. fr. 13. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Mittere (custodes ventris). Paul. II. 24. §§. 5. sqq. III. **Cn.** Iure civili data ac permissa (vis ac potestas in capite libero). fr. 1. pr. de tutel. 26. 1. Liberis suis testamento tutores dare. Vatic. §. 229. Gai. I. 144. sqq. Legitimos tutores nemo dat, sed L. XII. Tabb. fecit tutores. fr. 5. pr. de legit. tutor. 26. 4. An hic dederit (sc. tutorem), qui dare potuit? et ille acceperit, cui fuerat dandus? fr. 7. de confirm. tut. 26. 3. Qui (sc. curatores) vel a Cos., vel a Praetore, vel a Praeside Prov. dantur. Gai. I. 200. cf. 198. Praetorem adire, — utputa ut tutores aut curatores dentur. fr. 2. de feriis. 2. 12. Neque tutorem, neque specialem iudicem ipse se dare potest (sc. Praetor). fr. 4. de off. Praet. 1. 14. cf. fr. 5. de off. Praes. 1. 18. Non omnes iudices dari possunt ab his, qui iudicis dandi ius habent. fr. 12. §. 2. cf. §. 1. fr. 81. de iudic. 5. 1. Qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur. Paul. V. 5. A. §. 1. cf. I. 18. §. 4. Si municipes, vel aliqua universitas, ad agendum det actorem. fr. 2. cf. fr. 6. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Datis fideiussoribus securum facere adversarium. fr. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Pro non dato fideiussor habetur, nisi etc. fr. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Si non talis data sit satisdatio, sed solita cautio. fr. 5. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 73. de fideiuss. 46. 1. In adoptionem se dare, v. dari. Adrogandum se dare. Gai. III. 41. IV. 77. Vlp. VIII. 8. XXVIII. 8. fr. 2. §. 2. fr. 5. fr. 34. de adopt. 1. 7. In matrimonium se dare. fr. 37. §. 2. ad municip. 50. 1. Militiae, s. Militem, se dare. fr. 29. pr. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 4. §§. 1. sqq. de R. M. 49. 16. — **§. 6.** *Praestare, Exsequi.* I. **Sy.** Edere, Facere, Praestare (operas, v. munera). fr. 34. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 3. §. 1. fr. 7. §. 3. fr. 10. fr. 12. fr. 15. sqq. fr. 21. sqq. de oper. libert. 38. 1. Exponere (cautionem etc.). Iuliani ep. nov. c. 45. §. 179. Ferre, Dicere (testimonium). fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. fr. 21. §. 1. de testib. 22. 5. II. **Op.** Remittere, Recusare (iusiurandum, s. sacramentum). fr. 5. §. 2. fr. 9. §. 1. de iureiur. 12. 2. c. 32. de fideicomm. 6. 42. III. **Cn.** Cum iusiurandum dedisse super hoc testator adfirmavit. fr. 37. §. 5. de legat. III. (32.) Dato iureiurando, non aliud quaeritur quam, an iuratum sit? fr. 5. §. 2. de iureiur. 12. 2. Damnum dare. cf. v. Damnum. — **§. 7.** *Cedere, Tradere, Solvere.* I. **Sy.** Facere accipientis. fr. 75. §. 10. de V. O. 45. 1. fr. 167. pr. de R. I. 50. 17. Gai. III. 99. IV. 4. Deberi, Dari oportere. fr. 11. §. 2. de iureiur. 12. 2. Erogare. fr. 27. de Aed. edict. 21. 1. II. **Op.** Reddere. fr. 3. §. 9. fr. 39. §. 2. de statulib. 40. 7. fr. 94. de V. S. 50. 16. Recipere. fr. 2. pr. de R. C. 12. 1. Obligare se. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Dicere, Promittere (dotem). Vlp. VI. 1. sqq. III. **Cn.** Vltro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa (negotiatio). fr. 6. §. 3. de edend. 2. 13. cf. fr. 218. de V. S. 50. 16. Eum (sc. servum) aut dare praesentem, aut absentem cedere. Paul. II. 31. §. 37. a. Iubeo det, praestet etc. fr. 40. §. 2. de statulib. 40. 7. cf. fr. 41. §. 14. de fideic. libb. 40. 5. Heres meus damnas esto dare, s. dato. Volo dari. Gai. II. 201. 235. 238. Vlp. XXIV. 4. 14. 18. XXV. 2. Si die suprascripta summa — data, soluta, satisve eo nomine factum non erit. fr. 40. de R. C. 12. 1. Id emtorem etc. dare, facere, praestareque oportere. fr. 13. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Intendere, dare, facere, (praestare), oportere. Gai. II. 213. III. 181. IV. 5. 41. 47. 54. 131. 136. Quae supra dari fieri iussi, ea dari fieri volo (ab omni herede). fr. 13. de inoff. testam. 5. 2. Dari spondere, v. stipulari. Daturum promittere. Gai. III. 92. sq. 97. 100. 103. 112. 116. sq. 166. sq. 176. fr. 71. pr. pro soc. 17. 2. Do tibi, ut des; aut do, ut facias etc. fr. 5. pr. §§. 1. sq. de praescr. vv. 19. 5. Si quis debere se, aut daturum se scribat. Gai. III. 134. Dare oportere, debereve se confessus. L. Gall. Cisalp. II. 5. Si ob hanc causam pecunia data sit etc. Paul. II. 9. §. 1. cf. fr. 52. fr. 65. pr. §§. 1. sq. de cond. indeb. 12. 6. Qui ob falsum

testimonium perhibendum — pecuniam acceperit, dederit. Paul. V. 25. §. 2. Non videtur heres dedisse, quod ita dederat, ut habere non possis. fr. 29. §. 3. de legat. III. (32.) Ea, quae dari impossibilia sunt, vel quae in rerum natura non sunt. fr. 135. de R. I. 50. 17. Res, quae dari possunt, v. non possunt. Gai. III. 97. Vlp. XXIV. 8. sq. fr. 1. §. 9. de O. et A. 44. 7. Aut dari, quod nocuit, — aut aestimationem noxiae offerre. fr. 1. pr. si quadr. 9. 1. Venditus, aut potentiori datus (sc. servus). fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Cf. v. Datum. §. 3. — **§. 8.** *Addicere, Damnare.* I. ***Sy.*** Tradere ad (bestias). Obiicere (bestiis). Paul. V. 23. §. 1. V. 24. §. 1. fr. 11. §§. 1. sq. ad L. Corn. de sic. 48. 8. fr. 12. de poen. 48. 19. Damnare (in metallum, v. opus publ.). fr. 7. de extr. crim. 47. 11. fr. 8. §. 12. fr. 17. pr. §. 1. fr. 22. sq. fr. 28. §§. 1. 5. fr. 34. sqq. de poen. 48. 19. Relegare, In exsilium dare. fr. 32. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. fr. 28. §. 2. fr. 29. pr. de excus. 27. 1.

Dasumianum. *S.Cti nomen.* III. ***Cn.*** S.Cto Dasumiano cautum est, ut si ex iusta causa absit, qui fideicommissam libertatem debet, — perinde libertas competat etc. fr. 51. §§. 4. 6. cf. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5.

Decurio. §. 1. *Qui decuriae equitum praeest.* III. *Cn.* Ne cui liceat praepositorum, vel decurionum, vel tribunorum cohortium etc. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeat. — §. 2. *Adscriptus concilio publico in civitatibus imperii R.* I. *Sy.* Ordo. Decuriones. fr. 4. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. II. *Op.* Senator. fr. 2. §§. 2. 4. de decurion. 50. 2. Plebeius. fr. 2. §§. 2. sqq. ib. 50. 2. fr. 9. §. 15. fr. 10. §. 2. de poen. 48. 19. III. *Cn.* Ne Senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. cf. Tab. Heracl. lin. 11. sq. aer. Neap. Quoties Senatori, vel equiti R., decurioni, vel alias spectatae auctoritatis viro (sc. iniuria irrogatur). Paul. V. 4. §. 10. Decuriones, vel aliae universitates. fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Decuriones, quos sedibus civitatis, ad quam pertinent, relictis in alia loca transmigrasse probabitur. fr. 1. de decurion. 50. 2. In ordine decurionum esse. — Decurio, qui ordine removetur. — Restitutus in ordinem. fr. 40. de iniur. 47. 10. fr. 2. pr. §. 1. de decurion. 50. 2. Decreta decurionum. Cf. v. Decretum. §. 1. — §. 3. *Ministrantium in palatio Principis, vel aliis quibuscunque numeris praefectus.* III. *Cn.* Decuriones nostri palatii. Th. C. VI. 23. c. 1. de decur. et silentiar. Qui ministeriales, (et paedagogiani), et silentiarii, et decuriones exsistunt. Ib. VIII. 7. c. 5. de div. offic. VI. 23. c. 2. sqq. Tabularii, vel scribae, vel decuriones. Ib. VIII. 2. c. 1. de tabular. logogr.

Decurionatus. *Decurionum dignitas.* I. *Sy.* Decurionem fieri, s. creari. Decurionatum adipisci. fr. 2. §§. 2. 6. fr. 3. §. 2. fr. 6. pr. §. 1. fr. 9. pr. fr. 13. §. 3. de decur. 50. 2. III. *Cn.* Decurionatum, vel aliquem honorem, in sua patria petere. fr. 12. ib. 50. 2. cf. fr. 5. de vacat. 50. 5. c. 1. ad L. Visell. 9. 21. Consentire — decurionatui filii. fr. 2. pr. ad munic. 50. 1. Quos (sc. filios) decurionatus sorti paterna sententia dedicavit. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 11. Onera decurionatus suscipere. Honorem decurionatus adgnoscere. fr. 21. §. 3. ad munic. 50. 1. fr. 5. §. 13. de iure immun. 50. 6.

Decurrere. §. 1. *Currere, Percurrere.* I. *Sy.* Fluere (aquam). fr. 1. §§. 1. 10. fr. 6. pr. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. *Cn.* Nec eiusmodi (sc. conchylii) infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holover. Super statu ingenuitatis per omnia interrogationum et quaestionum vestigia decurrendum est. c. 9. de quaestion. 9. 41. (cf. v. Decursum.) Humani iuris conditio semper in infinitum decurrit. c. 2. §. 18. de vet. iure enucl. 1. 17. — §. 2. *Convenire, Confugere.* III. *Cn.* In unam sententiam decurr. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Ex varia statutorum diversitate ad id decursum est, ut etc. c. 4. de delator. 10. 11. (cf. v. Decursum.) Nec tenere actionem. — Erit igitur ad alias actiones competentes decurrendum. fr. 1. §. 18. depos. 16. 3. cf. fr. 5. pr. si mens. 11. 6. Sciunt facile decurri ad noviciorum emtionem. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Praetor id iusiurandum non tuebitur, — alioquin facillimus quisque ad iusiurandum decurrens — oneribus actionum se liberabit. fr. 3. pr. de iureiur. 12. 2. Frequentissime ad fidem eorum decurritur. fr. 9. §. 2. de edend. 2. 13. — §. 3. *Pervenire.* I. *Sy.* Pertinere, Transmitti (ad heredes). fr. 4. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. c. 21. de iure delib. 6. 30. — §. 4. *Absolvi, Fungi.* III. *Cn.* Cordi nobis est, praedictum adiutorium meum in sua stabilitate decurrere. Nov. 35. c. 1.

Decursum. (Partic.) §. 1. *Percursum, Transactum.* III. *Cn.* Domestici decursis gradus stipendiis. Militiae ordine ac labore decurso. Th. C. VI. 24. c. 11. de domest. et protect. VI. 27. c. 20. de agent. in reb. Post flaminii honorem, et sacerdotii vel magistratus decursa insignia. Ib. XII. 1. c. 21. de decurion. — §. 2. *Perventum.* III. *Cn.* Quaesitum est. — Et eo decursum est, ut etc. fr. 2. §. 1. de bon. libert. 38. 2. fr. 3. pr. de iure fisci. 49. 14. Servius ait, — in cuius opinione decursum est. fr. 2. §. 8. pro emt. 41. 4. Huc iam decursum est, ut etc. fr. 55. pr. de manum. testam. 40. 4. Postquam eo decursum est, — ordinarium visum est etc. c. 7. de hered. v. act. vend. 4. 39. — §. 3. *Absolutum, Completum.* I. *Sy.* Impleta, Decursa (mancipatio, v. traditio). Th. C. VIII. 12. c. 7. cf. c. 4. de donat. III. *Cn.* Iure solemni decurso, (adquiret ancillam). Paul. II. 21. A. §. 5. Solemnitatibus decursis. Decursis hastis et proscriptione habita. Th. C. IV. 7. c. 1. pr. de man. in eccl. X. 16. c. 1. de fisci debitor. X. 17. c. 2. de fide et iure hast.

Decus. §. 1. *Ornatus.* III. *Cn.* Vt ornamenta urbium ac decora marmorum — instaurent. Th. C. XV. 1. c. 16. de opp. pub. Domus, quarum cultu decus urbium potius, quam fructus adquiritur. Ib. XIII. 6. c. 7. §. 1. de praed. navicul. XV. 1. c. 25. Exstructio, cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumtuosum. Ib. XIII. 6. c. 7. §. 1. — §. 2. *Claritas, Honestas.* III. *Cn.* Habendae rationis causa, suaeque dignitatis tuendae, et decoris causa (hunc titulum Praetor proposuit). fr. 1. pr. de postul. 3. 1. Honestioris nobilisque personae et decore et iure privetur. Th. C. III. 8. c. 1. de sec. nupt. Quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant. Ib. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. Inhoneste, et contra decus seculi. Ib. VI. 29. c. 3. de curios.

Decutere. *Detrahere, Minuere.* III. *Cn.* Neque aurario canoni — aliquid ex ea — praebitionum diversitate decutitur. Th. C. XI. 16. c. 13. de extr. s. sord.

Dedecorandus. *Contumeliosus.* III. *Cn.* Vel prima, vel sola dedecorando ambitu turpiter impetrata. Ib. VI. 14. c. 2. de comit. R. M.

Dedecorosus. (Adiect.) *Dedecorus, Turpis.* III. *Cn.* Qui docere se dicunt, quod aut nescire aut discere sit dedecorosum. Ib. XVI. 5. c. 13. de haeretic.

Dedecus. *Turpitudo, Probrum.* I. *Sy.* Contagium. Th. C. XVI. 7. c. 3. pr. §. 1. de apostat. III. *Cn.* Etsi iniustum atque dedecus videtur etc. Ib. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. Sive propriae familiae

dedecus eum moverit, seu commune odium delictorum. Ib. IX. 24. c. 3. de raptu virgg. Si tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut dedecori sit tam ipsi, quam patri, mulierem talem habere. fr. 3. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4. Sine dedecore in publico parere non posse. fr. 10. ex qu. c. mai. 4. 6.

Dedere. *Tradere, Committere.* I. **Sy.** Tradere (noxae). fr. 1. §. 14. si quadrup. 9. 1. Subdere (tormentis). Th. C. IX. 15. c. 1. pr. ad L. Iul. mai. IX. 40. c. 1. de poen. Damnare, Addicere, Adsignare (ergastulis, vel pistrinis). Ib. l. l. c. 3. c. 5. sqq. III. **Cn.** Qui ab hostibus capiuntur, vel hostibus deduntur. fr. 4. de captiv. 49. 15. Qui armis victi hostibus se dederunt. [al. dediderunt]. fr. 17. ib. 49. 15. Gai. I. 13. sq. Quem semel populus iussisset dedi. fr. 17. de legation. 50. 7. Vti liceret patri dominove, aut litis aestimationem sufferre, aut noxae dedere. Gai. IV. 75. 81. Paul. I. 15. §. 1. Vt de peculio servi tui ad noxam dedere vicarium damneris. fr. 19. §. 2. de nox. act. 9. 4. Quamdiu servi dedendi facultatem habemus. fr. 42. §. 2. ib. 9. 4. (cf. v. Deditus.)

Dedicare. **§. 1.** *Consecrare.* I. **Sy.** Publice consecrare. fr. 6. §. 3. fr. 9. pr. §. 1. de R. D. 1. 8. III. **Cn.** Locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum Princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem. fr. 9. §. 1. l. 1. 8. fr. 61. de pact. 2. 14. In sacrum ded. (rem). In funus eius dedicavit (eam togam). fr. 3. de litigios. 44. 6. fr. 19. de in rem vers. 15. 3. — **§. 2.** *Addicere in perpetuum, Adtribuere.* I. **Sy.** Destinare (ecclesiis, v. monasteriis, sc. clericos). Th. C. V. 3. c. 1. de bon. cleric. III. **Cn.** Qui diversis officiis dedicati, seu qui sacramentis militaribus mancipati sunt. Ib. XII. 1. c. 113. de decurion. Si quae se sacrae legis obsequio perpetuo dedicarunt. Ib. XIII. 10. c. 6. de censu s. adscr. XV. 8. c. 1. de lenon. Quantitas ad coëmtionem frumentariam perpetuo dedicata. Ib. XIV. 16. c. 3. de frum. urb. Const.

Dedignari. **§. 1.** *Contemnere, Adversari.* III. **Cn.** Ius nobis cum privatis non dedignamur esse commune. Th. C. XI. 30. c. 68. de app. et poen. — **§. 2.** *Detrectare.* III. **Cn.** Pro quibus (sc. terris) tributum solvere dedignantur. Ib. XI. 1. c. 28. de annon. et tribut. Cum — servum dare legatario dedignatus est. c. 17. de fideic. libb. 7. 4.

Dediscere. *Oblivioni, vel desuetudini, committere.* III. **Cn.** Vsum armorum dediscere compelluntur. Nov. Th. II. ne duciani v. lim. I. 2. c. 1. pr.

Dediticius. *Deditione interveniente subiectus imperio P. R., vel ad imaginem illius efformatus.* I. **Sy.** Qui victi se dediderunt. Peregrini dediticii. Gai. I. 13. sq. 25. II. **Op.** Cives romani. — Latini. — Dediticii, s. Qui dediticiorum numero sunt. Gai. I. 15. 67. sq. Vlp. I. 5. VII. 4. XX. 14. XXII. 2. sq. III. **Cn.** Foederati et dediticii. Th. C. VII. 13. c. 16. de tiron. Quos lex Aelia Sentia dediticiorum numero facit. Gai. III. 74. cf. I. 15. Servum vinciendo dediticium facere non posse. Paul. IV. 12. §. 6. sq. Conditio dediticia. c. 1. de deditic. lib. 7. 5. Liberti dediticii. c. 1. pr. de Lat. libert. 7. 6.

Deditio. *Actus dedendi. Traditio.* I. **Sy.** Iudicium cum noxae deditione. Noxale iudicium. fr. 2 §. 1. si ex nox. c. 2. 9. fr. 1. §. 1. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. fr. 5. pr. cf. fr. 16. de nox. act. 9. 4. fr. 5. §. 3. de servo corr. 11. 3. III. **Cn.** Deditione ipsius corporis, quod deliquerit, evitare litis aestimationem. fr. 1. de nox. act. 9. 4. fr. 37. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Vel deierare iubebo, — vel iudicium dabo sine noxae deditione. fr. 21. §. 2. de nox. act. 9. 4. Quoive ab eo, heredeve eius, is ager, locus, testamento, hereditati, deditionive obvenit, obveneritve, emit, emeritve. Fr. legis Thoriae. Qui — se curiae — obtulerint, — posteritas — post talem deditionem procreanda etc. c. 4. de h. qu. sp. pub. mun. 10. 44.

Deditus. (Partic.) **§. 1.** *Traditus, Commissus.* III. **Cn.** Qui, hostibus deditus, reversus nec a nobis receptus. fr. 4. de captiv. 49. 15. Sit eculeo deditus. Th. C. IX. 16. c. 6. de malefic. — **§. 2.** *Obnoxius, Addictus.* I. **Sy.** Destinatus, Inserviens. Ib. VIII. 5. c. 1. de cursu pub. III. **Cn.** Simplicitate gaudens, et desidiae deditus. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3. Qui servo persuadet, — ut amator exsisteret, vel erro, vel malis artibus esset deditus etc. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3.

Deducere. **§. 1.** *Ducere, Educere.* I. **Sy.** Ducere (colonias, s. colonos). fr. 239. §. 5. de V. S. 50. 16. Ministerium facere (lectulo). Ded. (mortuum). Iuliani epit. nov. c. 53. §. 195. Accire (ex longinquo). Th. C. IX. 2. c. 3. de exh. v. transm. III. **Cn.** Venae nobilis, et quae facile deducatur ignibus seu liquescat, (ferri materies). Ib. X. 22. c. 2. de fabricens. Si iumentum ea (sc. via) deduci poterit, non etiam vehiculum. fr. 13. de servit. 8. 1. Quo tempore populus R. in latinas regiones colonias deducebat. Gai. I. 131. cf. fr. 1. §§. 7. sq. de censib. 50. 15. Exercitus in insidias deductus, hostibusve proditus. Paul. V. 29. §. 1. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Fallere, eoque modo in periculum deducere (navigantes). fr. 10. de incend. ruina. 47. 9. Cum certa die nuptura esset, antequam domum deduceretur etc. fr. 66. pr. §. 1. cf. fr. 69. §. 3. de don. int. V. 24. 1. fr. 13. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si minor annis XII. ut maior deducta sit. fr. 68. de iure dot. 23. 3. In vincula deduci. fr. 2. §. 5. de iure fisci. 49. 14. Vincti — a dominis deducantur. Th. C. IV. 8. c. 5. pr. §. 1. (Wck.) de liberali c. Ad supplicium deduci. fr. 19. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Producere, Deferre, Transferre.* I. **Sy.** Perducere (in iudicium). Cf. h. v. Deferre (de crimine). Deduc. in (accusationem). c. 9. de accus. 9. 2. Venire, Deduci (in actionem, v. compensationem). fr. 24. §. 2. de R. V. 6. 1. fr. 7. §. 14. de Pub. 6. 2. fr. 6. fr. 8. fr. 14. sq. fr. 17. de compens. 16. 2. III. **Cn.** Necessitas ipsa curam reip. ad Senatum deduxit. fr. 2. §. 9. de O. I. 1. 2. In censum ded. fr. 64. de A. R. D. 41. 1. Ad licitationem rem ded. fr. 6. fam. ercisc. 10. 2. In obligationem, v. stipulationem, v. cautionem, ded. Gai. III. 124. 170. fr. 75. §§. 1. 8. fr. 81. §. 1. fr. 109. de V. O. 45. 1. Si qualibet causa in conditione iurisiurandi deducta fuerit. fr. 39. de iureiur. 12. 2. In controversiam ded. fr. 17. pr. depos. 16. 3. In petitionem ded. fr. 7. §. 5.

de exc. rei iud. 44. 2. Facit ut res in iudicium deducta videatur, et stipulationem consumit. fr. 66. de proc. 3. 3. Lis in iudicium deducta (et a reo deserta). fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. In quo iudicio deducitur, (si quid amiserit etc.) fr. 3. pr. de eo p. qu. fact. 2. 10. Quod in intentionem condemnationemve deductum est. fr. 2. pr. de exc. 44. 1. Qualis illa erat praescriptio, — quae nunc in speciem exceptionis deducta est. Gai. IV. 133. — **§. 3.** *Redigere, Promovere.* I. **Sy.** Perducere in, v. ad (egestatem). fr. 5. §. 17. de agn. et alend. 25. 3. fr. 3. §. 6. ubi pup. 27. 2. III. **Cn.** In difficultatem se ded. (probandi). Gai. IV. 74. In eum statum, v. casum, deduci. Ib. IV. 78. fr. 11. de servit. 8. 1. fr. 3. ad L. Iul. pecul. 48. 13. In servitutem deduci. fr. 45. §. 6. de R. N. 23. 2. fr. 40. de hered. inst. 28. 5. Frustrando efficere, ne ad exitum controversia deducatur. fr. 78. pr. de procur. 3. 3. Qui ipso facto fugae initium mente deduxerit [al. vitium mentis ded.] fr. 225. de V. S. 50. 16. In partes, v. genera, v. species, deduci. Gai. I. 188. III. 88. 121. 182. — **§. 4.** *Detrahere, Secernere.* I. **Sy.** Separare. fr. 36. §. 4. fr. 38. de hered. pet. 5. 3. Retinere. Vatic. §§. 105. sqq. 313. Deduci. Decedere. cf. h. v. §. 3. Detrahere. Gai. II. 30. 33. fr. 11. §§. 7. sq. de pecul. 15. 1. fr. 26. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. Eximere, Excipere, Recipere. cf. h. v. III. **Cn.** Si quid, quod eiusdem naturae est, ita confusum est atque commixtum, ut deduci et separari non possit. fr. 3. §. 2. cf. fr. 5. §. 1. de R. V. 6. 1. Compensare, vel deducere. Paul. II. 5. §. 3. Nec quadrantem eum deducere, nec caducum vindicare. Vlp. XXV. 17. cf. 14. Perpetuo actionem dandam, nec deduci oportere id, quod ipsi debetur. fr. 36. pr. de hered. pet. 5. 3. cf. fr. 9. §. 8. de pecul. 15. 1. Deducere a peculio, quod tribuendum erat. fr. 9. §. 2. de tribut. act. 14. 4. Vatic. §. 102. Ante deducitur, — et quod superest etc. Gai. IV. 73. cf. 65. Per mancipationem deduci ususf. potest, non etiam transferri. Vatic. §. 47. (cf. v. Deductus. §. 2.)

Deductio. **§. 1.** *Actus ducendi, v. educendi.* III. **Cn.** Deductione opus esse in mariti, non in uxoris domum. fr. 5. de R. N. 23. 2. Neque, mortuo debitore, deductionem eius et funus impediat. Iuliani ep. nov. c. 54. §. 196. — **§. 2.** *Detractio, Retentio.* III. **Cn.** Et de peculio actio, et deductionis ius scinditur. fr. 14. §. 1. de pecul. 15. 1. Reddere illico, — nullamque compensationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponere. c. 11. depos. 4. 34. Cum deductione agere. In deductionem vocari. Gai. IV. 66. sqq. Privilegium deductionis perdere. fr. 5. §. 7. de tribut. act. 14. 4.

Deductus. (Partic.) **§. 1.** *Contractus.* II. **Op.** Deductior numerus. — Vberius aliquid. Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. — **§. 2.** *Separatus, Detractus.* II. **Op.** Exstante, — Deducto (aere alieno). fr. 125. de V. S. 50. 16. Solida, s. Plena, — Deducto usuf. (proprietas etc.). fr. 46. pr. de usuf. 7. 1. fr. 1. §. 4. fr. 3. §§. 1. sqq. fr. 5. sq. de usuf. adcr. 7. 2. III. **Cn.** Deducto omni aere alieno, deorumque donis, quartam residuae hereditatis etc. Paul. IV. 3. §. 3. Superesse, deducto etc. fr. 8. pr. arbor. furt. caes. 47. 7. Deducto eo, — in reliquum experiri. Gai. IV. 66. Deducto usuf. (mancipare, v. legare, etc.) Vatic. §§. 51. 78. 80. 82. Aio hunc fundum meum esse, deducto usuf. Ib. §. 50.

Deesse. **§. 1.** *Abesse, Desiderari.* I. **Sy.** Absens esse. fr. 27. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 5. pr. de poen. 48. 19. Competere, Dari, Non deesse (exceptionem, v. actionem). fr. 9. §§. 3. sq. 6. Qu. met. c. 4. 2. II. **Op.** Adesse. fr. 55. pr. de evict. 21. 2. Inesse, Superesse. fr. 14. §. 1. de usu et hab. 7. 8. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. In cuius persona haec concurrunt. — Sin aliquid eorum deerit. Gai. I. 17. III. **Cn.** Qui animadverterunt aliquid deesse, — ideoque — adiecerunt. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. Non valere, — forte quod — defuit. Vlp. XXVIII. 6. In eo (sc. furioso) animus deest, ut ratum habere (non) possit. fr. 2. §. 1. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Abstinere.* II. **Op.** Qui se ingerit, — Qui requisitus, non est defuturus (defensioni). fr. 21. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. III. **Cn.** Ne — et curiae suae desit, et rei familiaris detrimenta sustineat. Th. C. XI. 7. c. 14. de exaction.

Defectio. *Status ruinosus.* I. **Sy.** Destitutio, Destitutae possessiones, Defectio [al. depectio, s. despectio] praediorum. Th. C. XI. 1. c. 31. de annon. et tribut. cf. Iust. C. c. 12. de omn. agro des. 11. 58.

Defectus. (Subst.) **§. 1.** *Interitus, Absentia.* I. **Sy.** Deficiens, Defecta (conditio). Defectus (conditionis). fr. 5. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 38. §§. 3. sq. de hered. inst. 28. 5. fr. 27. §. 1. fr. 28. de cond. inst. 28. 7. III. **Cn.** Sub conditione — heres institutus, et in defectum conditionis exheredatus. fr. 28. pr. de lib. et posth. 28. 2. c. 4. de inst. et subst. 6. 25. In defectu conditionis de ademtione hereditatis cogitasse. fr. 27. §. 1. de cond. inst. 28. 7. — **§. 2.** *Calamitas.* III. **Cn.** Cum defectui publico, praeceptisque serenitatis nostrae subiectorum — famulentur obsequia. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. pr.

Defectus. (Partic.) *Deficiens, Deminutus, Destitutus.* I. **Sy.** Deficiens, Quae ab aliquo defecta fit, Defecta, Inutilis, (pars). fr. 31. de cond. et dem. 35. 1. fr. 78. ad L. Falc. 35. 2. Locum non esse (iudicio). Cessare, Defectum (iudicium). fr. 49. fam. ercisc. 10. 2. II. **Op.** Impleta, — Defecta (conditio), s. Defectus (conditione). fr. 10. pr. de cond. et dem. 35. 1. fr. 13. pr. de statulib. 40. 7. Opimae ac fertiles, — Defectae (terrae). Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) XIII. 11. c. 3. c. 12. de censitor. III. **Cn.** Si aut noluerit heres esse, — aut per cretionem exclusus fuerit, aut conditione — defectus sit. Gai. II. 144. fr. 8. §. 7. fr. 31. de cond. instit. 28. 7. Si ad eum ipsum pertineret (sc. pars hereditatis), a quo defecta fieret. fr. 78. ad L. Falc. 35. 2. Pro defectis nominibus compensationem maiorum usurarum fieri. fr. 11. §. 1. de usur. 22. 1. Si extraneus sit, qui dotem promisit, isque defectus sit facultatibus. fr. 33. de iure dot. 23. 3. Defectae senectutis homo. Aetate defecti. fr. 12. §. 3. de usuf. 7. 1. (Vatic. §. 89.) fr. 3. §. 7. de S. C. Silan. 29. 5. Si forte defecta [al. detecta]

fuerint animalia. Th. C. VIII. 5. c. 24. de cursu pub. (cf. v. Deficere. §. 2.)

Defendendum. *Quod defensionem, vel curam desiderat.* III. **Cn.** Celsitudinis tuae sedes provinciarum defendenda suscipiat. Th. C. XII. 14. c. 1. de irenarch.

Defendere. **§. 1.** *Arcere, Propulsare.* I. **Sy.** Arcere (incendium). fr. 7. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. **Cn.** Neive is ager compascuos esto, neive quis in eo agro agrum occupatum habeto, neive defendito quominus, quei velit, compascere liceat. Fr. L. Thoriae. Vim vi defendere. fr. 45. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Tueri, Conservare.* I. **Sy.** Tueri, Tutari. Ib. l. l. fr. 1. pr. de tutel. 26. 1. Paul. V. 23. §§. 7. sq. III. **Cn.** Quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. fr. 8. pr. de D. R. 1. 8. cf. Nov. Th. II. de competition. I. 17. c. 2. pr. Adversus periculum se defendere. fr. 4. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Alius vitam, alius pudorem publico facinore defendit. Paul. l. l. §. 8. Si quis furem, — cum se telo defenderet, occiderit. Ib. l. l. §. 9. fr. 4. §. 1. l. 9. 2. — **§. 3.** *Causam contra actionem alterius orare.* I. **Sy.** Iudicium accipere. fr. 43. §. 6. fr. 45. pr. de proc. 3. 3. Iudicio sisti promittere (servum). fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. II. **Op.** Agere, s. Petere. fr. 15. §. 1. fr. 34. de procur. 3. 3. fr. 156. §. 3. de R. I. 50. 17. Vel exhibere, vel defendere (servum). fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. fr. 10. pr. si qu. cautt. 2. 11. III. **Cn.** Cum absens non defenderetur, inve vinculis esset, secumve agendi potestatem non faceret. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 2. pr. §§. 3. sq. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Qui fraudationis causa latitant, nec absentes defenduntur. Gai. III. 78. fr. 19. de in ius voc. 2. 4. fr. 2. §. 2. ex qu. c. in poss. 42. 4. Respondere (pro tribunali), aut defendi. fr. 23. §. 3. de app. et relat. 49. 1. cf. fr. 52. de R. I. 50. 17. Omnibus denunciari, et omnes defendere debent. fr. 62. §. 1. de evict. 21. 2. Defendere, et — satisdare. Cum satisdatione defendere. Paul. I. 3. §. 4. fr. 3. §. 4. rer. amotar. 25. 2. Cavere, et defendere. Cav. defensu iri. fr. 39. §. 3. de proc. 3. 3. fr. 28. pro soc. 17. 2. fr. 1. §. 9. de dote praeleg. 33. 4. Stipulari, — ut eo nomine indemnis esset, et omnino si quis cum eo — ageret, ut recte defenderetur. Gai. II. 252. Plene, vel Sufficienter, def. fr. 9. §. 4. de interr. in iure. 11. 1. fr. 14. pr. sol. matrim. 24. 3. Ex fide, v. Boni viri arbitratu, def. fr. 33. §. 3. fr. 77. sq. de proc. 3. 3. fr. 4. §. 4. de app. et relat. 49. 1. Qui ea negotia defendere neglexerunt. Paul. V. 2. §. 4. Si X. petantur, et exstant duo defensores parati in quina defendere. fr. 38. cf. fr. 37. §. 1. de proc. 3. 3. Ad defendendum cognitore constituto. — Cum procurator defensurus intervenit. Vatic. §. 317. Si tibi — mandavit, ut eum de adpellatione — defenderes. fr. 1. an p. al. caus. app. 49. 4. Quoties pupillus non defendatur a quocunque, sive a tutore, vel curatore. fr. 5. pr. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 8. de I. I. R. 4. 1. Si, etiam absente tutore, quasi non defenderetur, Praetor erat cogniturus. fr. 39. §. 7. de proc. 3. 3. Simulatque defendi coeperit, aut defendi debere desierit. fr. 15. indicat. solv. 46. 7. Si quis fundum, quem putabat se possidere, defenderit, mox emerit. fr. 9. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Rem, v. Partem in re communi, def. fr. 43. §. 6. de proc. 3. 3. fr. 40. de N. G. 3. 5. — **§. 4.** *Adserere, Adlegare, Excipere.* I. **Sy.** Tueri, Aiere sibi deberi (servitutem etc.). fr. 8. §§. 3. sq. si servit. 8. 5. fr. 4. uti possid. 43. 17. III. **Cn.** Qui ex servitute defensi essent. In libertatem defendere. fr. 32. de liberali c. 40. 12. c. 25. de evict. 8. 45. Ex libertinitate in ingenuitatem se def. fr. 2. §. 2. Quand. appell. 49. 4. Si oleum tuum, quasi suum, defendat. fr. 9. §. 3. de d. m. 4. 3. Ex emto tenetur, nec defenditur si etc. fr. 49. pr. de A. E. V. 19. 1. Resque illo colore defenditur apud iudicem, ut videatur etc. fr. 5. de inoff. testam. 5. 2. Benigna interpretatione potest defendi etc. fr. 9. de pact. dot. 23. 4. Exstat Principum rescriptum, ex quo videtur posse defendi. fr. 2. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Ratione defendi posse, quoniam etc. fr. 67. pro soc. 17. 2. fr. 22. de h. qu. ind. 34. 9. Quod non puto fortiter posse defendi, sed potius etc. fr. 85. de legat. III. (32.) cf. fr. 2. §. 2. famil. ercisc. 10. 2. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. — **§. 5.** *Vindicare, Vlcisci.* I. **Sy.** Vindicare (opinionem, v. mortem etc.). Paul. V. 4. §§. 15. sq. fr. 1. pr. de iure fisci. 49. 14. Vlcisci. fr. 15. fr. 18. fr. 21. §. 1. de S. C. Silan. 29. 5. II. **Op.** Inultam relinquere (necem). Insuper habere (vindictam). fr. 17. fr. 18. §. 1. fr. 20. sq. de h. qu. ut ind. 34. 9. fr. 23. de iure patron. 37. 14. III. **Cn.** Si suam iniuriam exsequantur, mortemve propinquorum defendant. fr. 11. pr. §. 1. de accus. 48. 2. Neptis — interfectam sciens (sc. aviam), non defenderat. fr. 21. §. 1. de S. C. Sil. 29. 5. Si patris mortem def. necesse habuerit. fr. 14. §. 7. de bon. libert. 38. 2. — **§. 6.** *Retinere, Occultare.* I. **Sy.** Vindicare ac tenere. Defensare. Th. C. IX. 40. c. 15. sq. de poen. IX. 45. c. 1. c. 3. de h. qu. ad eccl.

Defensaculum. *Defensoris munus, Patrocinium.* III. **Cn.** Si plures defensacula fisci meruerint. Th. C. X. 15. c. 2. de advoc. fisci.

Defensare. *Defendere.* I. **Sy.** Tueri. Th. C. IX. 45. c. 3. c. 5. de h. qu. ad eccl. Defendere. Ib. XII. 1. c. 134. de decurion. cf. v. Defendere. §. 6. III. **Cn.** Quieta sint et libera, et ab omni hospitantium iniuria defensata. Ib. VII. 8. c. 5. §. 1. de metat. Vallo limitis ab excursione barbarica defensari. Nov. Th. II. ne duciani v. lim. I. 2. c. 1. pr. In hoc non possit eludere, nec praerogativa militari defensetur. Th. C. IX. 7. c. 9. ad L. Iul. de adult. Rationali praesente confligat, quo defensante etc. Ib. II. 1. c. 5. de iurisd.

Defensio. **§. 1.** *Propugnatio.* III. **Cn.** Si necdum V. stipendia compleverunt, nec pro publica defensione proeliis adfuerunt. Th. C. XII. 1. c. 38. de decurion. — **§. 2.** *Tractatio causae rei. Patrocinium.* I. **Sy.** Pati debere actionem. Defensionis necessitatem imponi. fr. 18. §. 4. de castr. pec. 49. 17. III. **Cn.** Si auctor adpellaverit, deinde in causae defensione suspectus visus sit. fr. 4. §. 3. de app. et relat. 49. 1. Quodsi nemo eos defendat, — et si admoniti non excitentur ad sui defensionem. fr. 1. §. 2.

Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Si — defensionem sui mandare non possit. fr. 23. pr. de usur. 22. 1. Qui requisitus ab actore, non est defensioni defuturus. fr. 21. §. 3. Qu. ex c. mai. 4. 6. Defensionem, ut procurator, praestare cogendus non est. fr. 43. §. 2. cf. fr. 33. §. 4. de proc. 3. 3. Ad defensiones causae b. f. venire. fr. 34. de iure fisci. 49. 14. Cautio defensionis. fr. 7. §. 4. de dote praeleg. 33. 4. — **§. 3.** ***Adsertio, Excusatio.*** I. **Sy.** Exceptio. fr. 56. de cond. indeb. 12. 6. fr. 5. de exec. 44. 1. II. **Op.** Actio. fr. 63. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Defensio iuris, quae causam incertam habet. fr. 56. de cond. indeb. 12. 6. Si aliis defensionibus usus, hanc omisit. fr. 52. pr. de iudic. 5. 1. cf. fr. 43. pr. de R. I. 50. 17. Iisdem defensionibus uti posse, (quibus venditor uti potuisset). fr. 76. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Non minimam habebit defensionem pater, quod etc. Coll. LL. M. IV. 9. Sub defensione (religionis, consumere etc.). Th. C. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl. cf. IX. 35. c. 1. de quaestion. — **§. 4.** ***Vindicta, Vltio.*** I. **Sy.** Vltio (mortis). fr. 3. §. 17. fr. 5. §. 3. fr. 6. §. 2. de S. C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem et defensionem mortis. fr. 1. §. 25. ib. 29. 5. — **§. 5.** ***Munus defensoris.*** III. **Cn.** Personalia civilia sunt munera: defensio civitatis etc. fr. 1. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Ad locum defensionis ambitione pervenire. Th. C. I. 20. c. 1. de defens. civit. Legitimae defensionis persona. Ib. XI. 9. c. 2. de distr. pignor.

Defensor. **§. 1.** ***Depulsor, Propugnator.*** I. **Sy.** Qui repulerit, v. occiderit (percussorem). Defensor propriae salutis. c. 3. sq. ad L. Corn. de sic. 9. 16. — **§. 2.** ***Custos, Praepositus, Actor.*** I. **Sy.** Procurator rei priv. Principis. Defensor (domus nostrae). Th. C. X. 4. c. 1. c. 3. de actor. procur. Syndicus (civitatis). fr. 18. §. 13. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** Adpellantur tutores, quasi tuitores atque defensores. fr. 1. §. 1. de tutel. 26. 1. Tutores, item defensores rerum publicarum, et curatores. fr. 1. §. 3. Quand. appell. 49. 4. Defensor municipum, vel cuiusvis corporis. fr. 34. §. 1. de iureiur. 12. 2. Iudices, officia, ac defensores. Th. C. V. 13. c. 33. (Wck.) Periculo curatoris, sive defensoris, et principalium civitatum, ad ordinarium iudicem dirigatur. Ib. VIII. 5. c. 59. de cursu pub. Defensor locorum. — Defensores universarum provinciarum. c. 3. sq. de defens. civitatt. 1. 55. Defensor plebis. c. 1. de off. iurid. Alex. 1. 57. cf. Th. C. VIII. 12. c. 8. §. 1. de donat. Def. ecclesiae, vel oratorii. Iuliani epit. nov. c. 67. §. 243. — **§. 3.** ***Qui patrocinium causae, propriae vel alienae, exhibet. Qui causam alterius, etiam citra mandatum, in iudicio defendit.*** I. **Sy.** Causidicus, Patronus, Advocatus. Th. C. II. 10. c. 1. sq. de postul. II. **Op.** Procurator. fr. 9. §. 6. fr. 34. §. 3. de iureiur. 12. 2. III. **Cn.** Quasi tutor, vel curator, vel defensor, vel actor intervenire. fr. 10. §. 13. de in ius voc. 2. 4. Qui sui non est idoneus defensor. fr. 5. de bon. auct. iud. 42. 5. Nemo alienae litis idoneus defensor (sine satisdatione). fr. 46. §. 2. de proc. 3. 3. Gai. IV. 101. Def. absentis (debitoris). fr. 21. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 74. §. 2. de iudic. 5. 1. Litem subire, quasi defensor eius, — vel heredis. fr. 20. pr. de interr. in iure. 11. 1. Is, cuius nomine def. exstitit. fr. 64. cf. fr. 40. §. 2. fr. 51. pr. de proc. 3. 3.

Defensu iri, pro: ***Defensum iri.*** III. **Cn.** Ita ut caveat: Defensu iri adversus caeteros etc. fr. 11. §. 21. de legat. III. (32.) Cavere debere: „defensu iri heredem adversus etc." fr. 1. §. 9. de dote praeleg. 33. 4. fr. 28. pro soc. 17. 2.

Defensus. (Partic.) **§. 1.** ***Integer, Immunis.*** III. **Cn.** Tutos defensosque servari (a collatione auri etc.) Th. C. XI. 20. c. 2. de collat. donat. cf. Iust. C. c. 7. de postlim. rev. 8. 61. Defensum atque munitum (ab iniuria). Cf. v. Defendere. §. 2. — **§. 2.** ***Propugnatus, Protectus, (iudicio suscepto).*** III. **Cn.** Qui ob rem non defensam solvit. fr. 35. de condict. indeb. 12. 6. cf. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. Servus, qui a domino non est defensus in capitali crimine. fr. 9. §. 1. Qui et a quib. 40. 9. Si per procuratores suos defensi sunt. fr. 8. de I. I. R. 4. 1.

Deferre. **§. 1.** ***Adportare, Devehere.*** I. **Sy.** Importare. fr. 9. §§. 1. 3. de damn. inf. 39. 2. Inferre (aerario). Def. ad (aerarium). Th. C. VII. 13. c. 11. c. 13. de tiron. III. **Cn.** Deferre (in civitate), et distrahere. fr. 2. de nundin. 50. 11. cf. fr. 12. §. 1. de usu et hab. 7. 8. Paul. II. 4. §. 4. Si materiam meam delatam in agrum suum quis auferre non pateretur. fr. 9. §. 1. cf. fr. 5. §. 4. ad exhib. 10. 4. Iumenta, quibus ligna deferuntur. Paul. III. 6. §. 65. — **§. 2.** ***Conferre, Obferre, Largiri.*** I. **Sy.** Conferre (legatum). Ib. l. l. §§. 6. 13. Iniungere (tutelam). Vatic. §§. 191. sq. Adtribuere. Th. C. XIII. 3. c. 11. c. 14. sq. de medic. et prof. Deferri, Competere, Pertinere (actionem, v. B. Pnem etc.). Paul. II. 31. §§. 20. sq. fr. 2. fr. 19. pr. de bon. libert. 38. 2. fr. 7. pr. de cap. minut. 4. 5. II. **Op.** Referre, Remittere (iusiurandum). fr. 17. pr. fr. 25. fr. 34. pr. §§. 7. sq. fr. 37. de iureiur. 12. 2. III. **Cn.** Nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatam iurisdictionem. fr. 6. de iurisd. 2. 1. Quae Principes veteres detulerunt (archiatris). Th. C. XIII. 3. c. 14. cf. c. 11. de medic. et prof. cf. XV. 1. c. 17. de opp. pub. Privilegia, quae detulit antiqua provisio (militaribus viris). Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. pr. Si his honorificentia non deferatur, qui etc. Th. C. VI. 24. c. 4. de domest. et protect. Populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria. Vlp. XXVIII. 7. cf. Gai. II. 150. Civis R. liberti hereditatem lex XII. Tabb. patrono defert. Vlp. XXIX. 1. Si ex testamento, sive ab intestato, sive ex lege XII. Tabb., sive ex aliqua lege, deferatur hereditas. fr. 2. pr. fam. ercisc. 10. 2. Ex illa parte edicti — heredis heredibus B. P. non defertur. fr. 227. pr. de V. S. 50. 16. Quoties duplici iure defertur alicui successio. fr. 91. de R. I. 50. 17. Casus, qui deferrent restitutionis auxilium. fr. 26. §. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. Servus quod detulit, vel iuravit, servetur. fr. 20. de iureiur. 12. 2. Ex eo (sc. iureiurando), quod delatum est, iuratum non est. fr. 5. §. 4. ib. 12. 2. Me deferente, iuravit. fr. 8. §. 1. de in ius voc. 2. 4. Iureiurando delato, v. Conditione delata, iurare. fr. 6. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 3. pr. de iureiur. 12.

12. 2. — **§. 3.** *Profiteri, Pronunciare.* I. **Sy.** Referre (in censum). Profiteri, Professione edere. fr. 4. pr. §§. 1. sq. 4. sqq. de censib. 50. 15. c. 7. sq. de donat. 8. 54. III. **Cn.** Qui ad aerarium, aut in commentarium Principis, delati sunt. fr. 32. Qu. ex c. mai. 4. 6. Si quis arguetur falsas rationes detulisse. fr. 15. §. 6. de iure fisci. 49. 14. Dies, — quibus debent iura deferre [al. differri]. Th. C. II. 8. c. 19. §. 2. (Wck.) de feriis. cf. Iust. C. c. 7. eod. 3. 12. — **§. 4.** *Prodere, Indicare, Accusare.* I. **Sy.** Nomen, v. Causam, deferre. Accusare. fr. 13. de accus. 48. 2. fr. 7. pr. §§. 1. sq. fr. 15. §. 4. ad L. Iul. mai. 48. 4. Indicare. fr. 197. de V. S. 50. 16. Delator esse. fr. 18. pr. §§. 1. sqq. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Deferre alterum, et causam — fisco nunciare. Paul. V. 13. §. 1. cf. §. 2. Accusare, aut deferre (dominos aut patronos). Th. C. IX. 5. c. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. Si se delatum a liberto, vel conspirasse eum contra se cum inimicis doceat. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Crimen def. Lege Iulia de adulteriis ream def. fr. 27. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 3. pr. de accus. 48. 2. Causa, ex qua se deferre professus esset. fr. 3. de edend. 2. 13. Antequam quis ab alio deferatur, ipse se deferre debet. Fr. de I. F. §. 2. Si fisco vacantia bona deferuntur, nec velit bona adgnoscere. fr. 6. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 44. §. 4. de iure fisci. 49. 14.

Defervescere. *Fervere desinere.* III. **Cn.** Mustum, antequam defervescat. Fr. Labeonis I. Cti. Ap. Festum v. Spurcum.

Defessus. (Adiect.) *Fessus, Confectus.* II. **Op.** Solida, — Defessa (aetas). Th. C. VII. 20. c. 12. §. 1. de veteran. III. **Cn.** Vel aegri corporis labes, vel defessae senectutis extrema. Ib. VIII. 4. c. 16. pr. de cohortal. Manum porrigere defessis. Nov. Valent. III. de indulg. reliquor. II. 1. c. 1. pr.

Deficere. **§. 1.** *Deesse, Praesto non esse.* II. **Op.** Exsistere, Esse, Superesse, (heredes). fr. 78. ad L. Falc. 35. 2. fr. 57. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 4. §. 1. si qu. in fr. patr. 38. 5. III. **Cn.** Si quando ea (sc. cibaria) defecerint in navigatione. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Omnibus probationibus aliis deficientibus, (iusiurandum deferens audiendus est). fr. 35. pr. de iureiur. 12. 2. — **§. 2.** *Cessare, Excidere, Perimi, Excludi.* I. **Sy.** Cessare (actionem). fr. 2. §§. 5. 7. sqq. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. fr. 1. §§. 1. sq. si is qu. testam. lib. 47. 4. Nullo iure valere. Iure deficere. c. 9. c. 11. sq. de testam. et quemad. 6. 23. II. **Op.** Exsistere (conditionem). Gai. III. 179. fr. 5. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 48. §. 1. de vulg. et pup. 28. 6. Accommodari, Dari, Competere (actionem etc.). fr. 5. §§. 12. sq. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 31. §§. 18. 22. de Aedil. edict. 21. 1. Adquirere actiones. — Defici actione. fr. 1. de inst. act. 14. 3. III. **Cn.** Haec aequitas suggerit, etsi iure deficiamur. fr. 2. §. 5. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Nam iudicium patris, licet iure deficiat, servandum est. Vatic. §. 159. cf. §. 227. Quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet iure civili deficiant. fr. 2. unde cogn. 38. 8. cf. Gai. III. 26. fr. 6. §. 1. de B. P. 37. 1. Testamentum vel fide veri deficere, vel iuris ratione stare non posse. c. 4. de iur. et facti ign. 1. 18. Deficit, quod ei relictum est. fr. 55. pr. fr. 57. fr. 59. de legat. II. (31.) Si quis d. m. fecerit, ut testes non veniant, et per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi. fr. 2. pr. si qu. aliqu. test. 29. 6. Quamvis accusatore mulier deficiatur marito, cum pater accusare possit. fr. 14. pr. Qu. et a qu. man. 40. 9. Vtilem actionem — ei dari, defecto iudicio familiae ercisc. fr. 49. fam. ercisc. 10. 2. Potest ex institutione defici conditio, et substitutio aliquid adferre. fr. 48. §. 1. de vulg. et pup. 28. 6. — **§. 3.** *Desistere, Deserere.* I. **Sy.** Desistere, (et in hostium numerum se conferre). fr. 5. §. 1. de cap. minut. 4. 5. III. **Cn.** Cum — legio deficiat. fr. 3. §. 21. de R. M. 49. 16. Deficiendo crimini, quod movet, et eximendo se periculo calumniae etc. fr. 1. §. 13. ad S. C. Turp. 48. 16. — **§. 4.** *Labi (facultatibus).* II. **Op.** Facultatibus deficientes. — Idonei. fr. 4. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** Non aliter fiscum debitorum suorum debitores convenire, nisi principales debitores defecerint. fr. 3. §. 8. de iure fisci. 49. 14. — **§. 5.** *Interire, Mori.* I. **Sy.** Decedere. fr. 32. §. 14. de don. int. V. 24. 1. Mori. Th. C. VIII. 18. c. 9. pr. §. 2. de matern. bon. III. **Cn.** Domus, — in qua defecit pater, minor crevit. c. 22. de adm. tut. 5. 37. Servus, si plagis defecerit. Paul. V. 23. §. 6. Plerique, dum torquentur, deficere solent. fr. 8. §. 3. de poen. 48. 19.

Deficiens. (Partic.) **§. 1.** *Non exsistens, Non adparens.* III. **Cn.** Vt si is heres non esset, quisquis sibi heres esset, is in parte quoque deficientis esset heres. fr. 5. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 53. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Deficientis portio — in hereditate remanet. Gai. II. 205. sq. cf. 199. — **§. 2.** *Cessans.* I. **Sy.** Defecta (conditio). Cf. v. Defectus. — **§. 3.** *Moribundus.* I. **Sy.** Moriens. Conditor testamenti. Th. C. IV. 4. c. 3. pr. §§. 1. 3. 5. de testam. et cod. III. **Cn.** Testamentum, vel codicilli, aut aliqua deficientis voluntas. Ib. IX. 19. c. 1. pr. ad L. Corn. de fals.

Defigere. **§. 1.** *Figere, Infigere.* I. **Sy.** Infigere (crucem). Iuliani epit. nov. c. 61. §. 205. c. 119. §. 512. III. **Cn.** Si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit. fr. 3. §. 3. arb. furt. caes. 47. 6. (Cf. v. Defixus.) — **§. 2.** *Conferre, Constituere.* III. **Cn.** Si in patria — domicilium defixisti. c. 5. de incol. 10. 39. — **§. 3.** *Ligare, Irretire.* III. **Cn.** Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, [al. deficerent, v. interficerent], obligarent, fecerint. Paul. V. 23. §. 15. Pudicos ad libidinem defixisse animos. Th. C. IX. 16. c. 3. de malef.

Definire. **§. 1.** *Fines regere.* III. **Cn.** Locus latere potest, quatenus determinetur et definietur. fr. 60. §. 2. de V. S. 50. 16. Aratro definire. fr. 239. §. 6. ib. 50. 16. — **§. 2.** *Absolvere, Finire.* I. **Sy.** Terminare (controversias). Th. C. II. 26. c. 1. (Wck.) fin. regund. X. 1. c. 13. de iure fisci. III. **Cn.** Sive definienda sit causa per iudicem, sive ad nostram scientiam referenda. Ib. II. 18. c. 1. de iudic. Definiendi negotii suscipiant curam. Ib. I. 5. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Pr. cf. VI. 4. c. 21. §. 5. de Praet. et Qu.

— **§. 3.** *Constituere, Describere.* I. **Sy.** Statuere, (mercedem, v. tempus etc.). fr. 25. pr. locat. 19. 2. c. 3. §§. 2. sq. de iure domin. 8. 34. Formam dare. fr. 14. §. 1. de alim. v. cib. 34. 1. III. **Cn.** Non tam facile in universum definiri, quam per singula — aestimari possunt. fr. 15. de impens. in res dot. 25. 1. cf. fr. 30. de legat. II. (31.) Magnae quaestionis est, — et quidem ita definiri potest. fr. 7. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Regulariter definiendum est. fr. 9. de hered. pet. 5. 3. fr. 25. §. 5. de usuf. 7. 1. Quod veteres ideo definierunt, quod etc. fr. 97. de solut. 46. 3. Iuris auctoritate definitum est. c. 1. sq. de V. S. 6. 38. Constitutio, v. Sanctio, definivit, v. per quam definivimus. Iul. ep. nov. c. 40. §. 169. Cf. §. 14. I. de hered. qu. ab int. 3. 1. Th. C. VI. 27. c. 10. de agent. in reb. Tempus lege definitum. fr. 3. de usurp. 41. 3. Quibusdam legibus amplissimus numerus testium definitus. fr. 1. §. 2. de testib. 22. 5.

Definitio. **§. 1.** *Decisio, Sententia definitiva.* I. **Sy.** Definitio ultima, Definitiva sententia. Th. C. IV. 17. c. 1. de sent. e peric. XI. 36. c. 18. c. 29. Quor. app. non rec. Sacrae disceptationis arbitrium. S. definitionis ius. Ib. I. 6. c. 2. de off. Prf. Vr. III. **Cn.** Editio gestorum, seu relatio, vel definitio. c. 12. §. 1. de prox. S. scrin. 12. 19. Contra arbitri definitionem adpellare. Th. C. XI. 31. c. 9. de repar. app. — **§. 2.** *Praefinitio, Constitutio.* I. **Sy.** Sanctio. Ib. VI. 30. c. 16. sq. de Pal. S. largg. Adnotatio Principis. Ib. VI. 28. c. 4. de Princ. agent. in reb. III. **Cn.** Vt sit, — sine definitione temporis, licentia supplicandi. Ib. VIII. 17. c. 1. de iure liberor. Adversus eos agentibus ianuam aperimus, cum ea videlicet definitione, ut etc. Nov. Th. II. ne duciani v. lim. I. 2. c. 1. §. 2. Ipsius legis definitionibus demonstratur. Ib. de am. mil. fori pr. I. 9. c. 4. pr. Numinis, v. Oraculi, nostri definitione (sancimus). Th. C. II. 23. c. 1. §. 2. de R. V. XI. 16. c. 16. de extr. s. sord. Vltra definitionem et formam, v. Supra legitimam definitionem, (illicite accipere, v. donare). Iuliani epit. nov. c. 22. §. 82. cf. c. 34. pr. de donat. 8. 54. — **§. 3.** *Praeceptum, Regula.* I. **Sy.** Sententia (I. Cti). fr. 10. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Veteris iuris definitio, et retro Principum rescripta. Th. C. XI. 39. c. 1. de fide test. cf. I. 2. c. 8. de div. rescr. Secundum veteres regulas et antiquas definitiones, vetustatis iura maneant incorrupta. c. 4. §. 2. de V. S. 6. 38. Catoniana regula sic definit. — Quae definitio in quibusdam falsa est. fr. 1. pr. de regul. Caton. 34. 7. Ex ipsa definitione multas similes species — fingere possumus. Gai. II. 235. Def. Labeonis probanda est, dicentis etc. fr. 22. §. 1. Qu. dies legat. 36. 2. Papinianus, licet variaverit, eligendus est, non in prima sed in secunda eius definitione. c. 22. §. 3. de furt. 6. 2.

Definitivus. (Adiect.) *Finem imponens, Terminans.* II. **Op.** Vel in principio litis, vel in medio, vel in ipsa definitiva sententia. c. 12. pr. de R. C. 4. 1. III. **Cn.** Quae (sc. lites) iam vel sententiis definitivis, vel transactionibus decisae sunt. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §. 2. Mitius, — severius, — definitivam scias promendam esse sententiam. Th. C. I. 10. c. 3. (Wck.) de off. com. S. largg.

Definitum. (Subst.) *Definitio, Sanctio.* I. **Sy.** Statutum. Th. C. XI. 7. c. 18. c. 21. de exaction. III. **Cn.** Contra definita facientes, (condemnatione feriantur). Ib. XI. 36. c. 15. Quor. app. n. rec.

Definitus. (Partic.) Cf. v. Definire.

Defixus. (Partic.) **§. 1.** *Infixus, Immissus.* I. **Sy.** Defossa, Depressa, Defixa. Cf. v. Defodere. — **§. 2.** *Definitus, Promulgatus.* III. **Cn.** Quod pro certa legis sanctione defixum est. Th. C. IX. 42. c. 24. §. 1. de bon. proscr. Iuxta nummaria defixa pretia. Ib. VII. 4. c. 29. de erog. mil. annon.

Deflectere. *Discedere, Avertere.* III. **Cn.** Quae (sc. tempora) lex revertentibus praestitit. Quare si quo deflexerit suae rei causa etc. fr. 38. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Deflectens a iustitia. Th. C. IX. 35. c. 6. de quaestion. Qui minime animos ab huiusmodi usurpatione deflectunt. Ib. IX. 30. c. 1. Quib. equor. us.

Deflere. *Conqueri.* I. **Sy.** Congemiscere. Cf. h. v. III. **Cn.** Legatio — deflevit adstringi etc. Ib. XII. 1. c. 186. de decurion. Amati abscessum defleat relegati. Ib. IX. 9. c. 1. §. 1. de mulier. qu. se serv.

Defluere. **§. 1.** *Fluere, Diffluere.* I. **Sy.** Fluere, Decurrere. fr. 1. §§. 20. sq. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 2. §. 13. ne qu. in loc. pub. 43. 8. III. **Cn.** Tabescentes artus, atro sanguine permixta sanie defluentes. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv. — **§. 2.** *Effluere, Abire.* III. **Cn.** Donec petiti temporis defluxerint curricula. c. 3. de dilation. 3. 11. Tempora, quae ex rescriptorum editione defluunt. Th. C. II. 4. c. 5. de denunc. v. edit. rescr. — **§. 3.** *Devolvi, Pervenire.* I. **Sy.** Obvenire, Pervenire, Devolvi. Ib. VIII. 18. c. 1. §. 1. c. 2. c. 4. de matern. bon.

Defodere. *In terram deprimere.* I. **Sy.** Depressa, Defixa, Illigata, Infossa, Defossa (aedibus, v. in cella vinaria, sc. dolia). fr. 76. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 17. pr. fr. 54. §. 1. de A. E. V. 19. 1. fr. 3. §. 1. de trit. vino. 33. 6. fr. 8. pr. fr. 26. pr. de instr. leg. 33. 7. II. **Op.** In terra defossum, — Supra terram (esse). fr. 18. pr. de A. E. V. 19. 1.

Deformare. **§. 1.** *Mutilare, Foedare.* III. **Cn.** Servum cicatricibus deformare. fr. 17. §. 1. de usuf. 7. 1. Ne ruinis urbs deformetur. fr. 2. §. 17. fr. 7. ne qu. in loco pub. 43. 8. Cum agentium visa — aut perfecta deformarent, aut inchoata perficerent. Vatic. §. 249. — **§. 2.** *Notam adspergere.* I. **Sy.** Nota deformi adficere. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen. III. **Cn.** Deformanda est eius persona, contra quem venimus. Paul. V. 4. §. 15.

Deformatio. *Mutilatio.* I. **Sy.** Amputatio (digitorum, s. manus). Th. C. VII. 13. c. 4. de tiron. III. **Cn.** Marmorum frustis, spoliatarum aedium deformatione convulsis. Ib. XV. 1. c. 19. de opp. pub.

Deformis. (Adiect.) **§. 1.** *Venustatis expers.* III. **Cn.** Fractus senio, aut membris debilis, aut parvitate deformis. Ib. VII. 20. c. 12. §. 2. de veteran. Quae iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur. Ib. XV. 1. c. 11. de opp. pub. — **§. 2.** *Turpis, Infamans.* III. **Cn.** Deformia et criminosa

commercia. Ib. XIII. 11. c. 4. de censitor. Abiecta officia, vel deformia ministeria. c. 6. de dignitatt. 12. 1. Adfecti nota deformi etc. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen.

Deformitas. §. 1. *Species externa invenusta, vel ruinosa.* II. ***Op.*** Ornamentum. fr. 1. §. 2. ne qu. in loco sac. 43. 6. III. ***Cn.*** Cicatricum, aut deformitatis (nulla fit aestimatio). fr. 7. de h. qu. effud. 9. 3. cf. fr. 3. si quadrup. 9. 1. Inspectis aedificiis, — competenti remedio deformitati auxilium ferre. fr. 7. de off. Praes. 1. 18. — §. 2. *Turpitudo, Dedecus.* III. ***Cn.*** Quem obsequii deformitas militia secernit. Th. C. VII. 13. c. 8. de tiron.

Defossus. Cf. v. Defodere.

Defraudare. *Privare.* II. ***Op.*** Defraudari (dominio). — Retinere (partem). §. 2. I. Per qu. pers. vob. adqu. 2. 9. III. ***Cn.*** Ne commodo dotis defraudetur, permittendum est etc. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. Sic nemo defraudetur a commodo testatoris. c. 4. §. 1. de V. S. 6. 38. Vt eum functio nulla non teneat, collatio non defraudet. Th. C. VI. 27. c. 6. de agent. in reb. Mulier marito suo defraudata. Iul. ep. nov. c. 114. §. 425.

Defraudator. *Fraudator.* III. ***Cn.*** Deducto eo, quod invicem tibi defraudatoris nomine debet. Gai. IV. 65.

Defringere. *Frangendo auferre.* III. ***Cn.*** Ex nave et columna aliqua pars defringebatur. Gai. IV. 17.

Defrutum. *Vinum coctum.* III. ***Cn.*** Vas aeneum, in quo sapa coqueretur, et defrutum fiat. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7. Mulsum, passum, defrutum, et similes potiones. fr. 16. §. 1. cf. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. Paul. III. 6. §. 77.

Defuga. *Desertor.* III. ***Cn.*** Qui locum principalitatis indepti, vendunt defugas curiales. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 8. cf. Th. C. XII. 19. c. 3. de h. qu. cond.

Defugere. §. 1. *Deserere, Deesse.* I. ***Sy.*** Derelinquere (curiam, v. munia). Th. C. XII. 1. c. 13. de decurion. XIII. 5. c. 11. de navicular. II. ***Op.*** Subsistere. fr. 85. §. 5. fr. 139. de V. O. 45. 1. Teneri. — Recte defugere. fr. 39. §. 5. de evict. 21. 2. — §. 2. *Aversari.* III. ***Cn.*** Par delictum est accusatoris praevaricatoris, et defugientis veritatis inquisitionem. c. 10. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Defunctorie. (Advb.) *Perfunctorie, Studio, re cito et obiter defungendi.* III. ***Cn.*** Non solum quae non petiit, — sed et quae def. petiit, (coercetur). fr. 2. §. 32. ad S. C. Tertull. 38. 17. Qui non def. [al. perfunctorie] impleverant (debitum officium). fr. 21. §. 2. de S. C. Silan. 29. 5. Si tres tutelas — non def. susceptas, administras. c. 1. Qui num. tut. 5. 69.

Defunctus. (Partic.) *Vita functus, Mortuus.* I. ***Sy.*** Demortuus. fr. 68. §. 2. fr. 70. §§. 1. sq. de usuf. 7. 1. Cf. v. Defungi. §. 2. III. ***Cn.*** Heredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus. fr. 59. de R. I. 50. 17. Successio in universum ius, quod defunctus habuit. fr. 24. de V. S. 50. 16. Contra defuncti voluntatem peti. fr. 243. ib. 50. 16.

Defundere. §. 1. *Effundere.* III. ***Cn.*** Quae in cauponis usum parata sunt, velut vasa in quibus vinum defunditur [al. diffunditur]. Paul. III. 6. §. 61. — §. 2. *Deferre, Inferre.* III. ***Cn.*** Vt promissa summa, quae ad arcam defundenda est, impleatur. Nov. Valent. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 2.

Defungi. §. 1. *Perfungi, Absolvere, Expedire.* II. ***Op.*** Quanti plurimum periclitari. — Quanti minimo defungi. fr. 11. §§. 9. 12. de A. E. V. 19. 1. III. ***Cn.*** In quo (s. negotio) operula ista defuncti sunt, et ministerium qualequale accommodaverunt. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Translaticie defungi (munere accusandi). fr. 1. §. 6. ad S. C. Turp. 48. 16. Quanti actoris interest noxae potius deditione defungi, quam litis aestimatione. fr. 37. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 2. *Supremum diem obire.* I. ***Sy.*** Mori, Decedere. Vlp. VI. 4. 7. Gai. III. 13. 15. fr. 26. de N. G. 3. 5. Obire mortem. fr. 26. §. 5. de pact. dot. 23. 4. Interceptus, Defunctus. Gai. II. 123.

Degener. (Adiect.) §. 1. *Originis iniustae.* II. ***Op.*** Legitima, — Naturalis ac degener (proles). Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 3. — §. 2. *Indignus, Turpis, Vilis.* III. ***Cn.*** Qui ita degener et impius constitutus est. c. 1. §. 4. de Lat. libert. 7. 6. Ingratus et degener civis. Th. C. XI. 1. c. 18. de annon. et tribut. Abiecti atque degeneres. Cf. v. Abiectus. Degenerem latebram praebuisse. Ib. VII. 18. c. 4. §. 2. de desertor. Severitati iudicis offeratur, degeneri morte gladium subiturus. Ib. l. l. c. 4. §. 3.

Degere. *Versari, Agere.* III. ***Cn.*** Postquam apertissime fuerit pater ignotus, ubi degit, et an superstes sit. fr. 10. de R. N. 23. 2. Privatam degere vitam. Th. C. XI. 12. c. 3. de immun. conc. Intra XXVum annum degentes (viduae). Ib. III. 7. c. 1. pr. de nupt. Qui in palatio nostro degunt. Ib. XI. 12. c. 3. l. Milites in expeditione degentes. c. 15. de testam. mil. 6. 21.

Deglabrare. *Corticem demere.* III. ***Cn.*** Cingere, est deglabrare. fr. 5. pr. arbor. furt. caes. 47. 6.

Degradare. Cf. v. Regradare.

Degustare. §. 1. *Gustare, Gustu probare.* III. ***Cn.*** Alia causa est degustandi, alia metiendi. fr. 34. §. 5. de contr. emt. 18. 1. Si nondum sunt degustata, signata tamen ab emtore (vasa, vel dolia). fr. 1. pr. de peric. et comm. 18. 6. Si non degustavit, sive degustando male probavit. fr. 15. ib. 18. 6. — §. 2. *Leviter ferire, vel adtingere.* I. ***Sy.*** Degustatum fulgore. Tactus. Th. C. XVI. 10. c. 1. pr. §. 1. de pagan. III. ***Cn.*** Liberales litteras degustare. Ib. XIII. 4. c. 1. de excus. artif.

Degustatio. *Degustandi actus, Gustatio.* III. ***Cn.*** Si ante exhibitionem, h. e. ante degustationem, acetum elegerit. fr. 3. de opt. v. elect. 33. 5. Dies degustationi praestitutus, s. adiectus. fr. 4. §. 1. de peric. et comm. 18. 6.

Dehinc. (Advb.) *Deinde.* III. ***Cn.*** Vt primo abolitio criminis posceretur, et tunc dehinc etc. c. 3. ad S. C. Turpil. 9. 45.

Dehonestare. *Dedecore adficere.* III. ***Cn.*** Est quidem res sanctissima, civilis sapientia, sed quae pretio nummario non sit aestimanda, nec dehonestanda. fr. 1. §. 5. de extr. cogn. 50. 13.

Dehonorare. *Honore privare.* III. ***Cn.***

Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet; nam et persona dehonoratur, et dignitas sacerdotis excepta confunditur. Th. C. XI. 39. c. 8. de fide test.

Deiectio. §. 1. *Depulsio, Expulsio.* I. *Sy.* Reiectio. Cf. h. v. III. *Cn.* Tunc, cum deiiceretur. — Post deiectionem. fr. 1. §. 34. de vi et vi arm. 43. 16. — §. 2. *Privatio honoris, vel gradus.* III. *Cn.* Poenae militares, — castigatio, — munerum indictio, — militiae mutatio, gradus deiectio, etc. fr. 3. §. 1. cf. §§. 5. 9. 14. 20. de R. M. 49. 16.

Deiector. *Exturbator.* I. *Sy.* Qui deiecit. fr. 5. §§. 3. sq. de h. qu. deiec. 9. 3.

Deiectus. (Partic.) §. 1. *Prostratus, Eiectus.* I. *Sy.* Eversae, Deiectae (arbores). fr. 19. §. 1. fr. 59. pr. de usuf. 7. 1. III. *Cn.* Arboribus evulsis, vel vi ventorum deiectis. fr. 12. pr. cf. fr. 19. §. 1. ib. 7. 1. Si dicantur termini deiecti, vel exarati. fr. 4. §. 4. fin. regund. 10. 1. Cum depressa navis, aut deiecta esset. fr. 7. cf. fr. 3. de L. Rhod. 14. 2. Vnde in eum locum — deiectum, vel effusum quid erit. fr. 1. pr. cf. fr. 5. §§. 1. sqq. fr. 7. de h. qu. deiec. 9. 3. Spicae in messe deiectae, (necdum lectae). fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16. — §. 2. *Expulsus, Depulsus (possessione).* III. *Cn.* Fundi usufructuarius prohibitus, aut deiectus. fr. 60. pr. de usuf. 7. 1. Vt restituatur ei possessio, qui vi deiectus est. Gai. IV. 162. cf. 154. Is, qui deiecit. — Is, qui deiectus est. Ib. l. l. 154.

Deierare, s. **Deiurare.** *Iureiurando abnegare, s. protestari.* I. *Sy.* Iurare, Iureiurando decidere. fr. 21. §§. 2. 4. sqq. fr. 22. §. 4. de nox. act. 9. 4. III. *Cn.* In ius educito, nomenque eius deferto, sei deiuraverit calumniae causa non etc. Fr. L. Servil. c. 8.

Deiicere. §. 1. *Iacere, Proiicere, Eiicere, Disiicere.* I. *Sy.* Praecipitare (in Tiberim). fr. 7. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 17. §§. 4. 6. de Aed. edict. 21. 1. Excidere (arbores). fr. 13. §. 4. de usuf. 7. 1. fr. 2. si ususf. pet. 7. 6. Diruere. (cf. h. v.) Demoliri, Deponere, Destruere (monumenta etc.). Th. C. IX. 17. c. 1. sqq. de sepulc. viol. III. *Cn.* Si plures trabem deiecerint, et hominem oppresserint. fr. 11. §. 4. cf. fr. 7. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Putator ex arbore ramum cum deiiceret. fr. 31. ib. 9. 2. Si — vehementius quis pila percussa, in tonsoris manus eam deiecerit. fr. 11. pr. ib. 9. 2. Qui per vim terminos deiecerit, vel amoverit. Paul. I. 16. §. 1. Viridaria, vel gestationes, vel deambulationes — non debebit deiicere, ut forte hortos olitorios faciat. fr. 13. §§. 4. sq. de usuf. 7. 1. Arbores deiicere, aut aedificium demoliri. fr. 2. si ususf. 7. 6. Aggerem — vis aquae deiecit. fr. 2. §. 5. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — §. 2. *Deturbare, Expellere (possessione).* I. *Sy.* Expellere (vi). fr. 4. §§. 22. sq. de usurp. 41. 3. Decedere iubere (aliquem, de possessione). Deiicere (interdicto reddito). fr. 15. §. 23. de damn. inf. 39. 2. fr. 5. §§. 2. sq. ex qu. c. in poss. 42. 4. fr. 40. de solut. 46. 3. III. *Cn.* Qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa, agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit etc. Paul. V. 26. §. 3. Si armis eum vi deiecerim. Gai. IV. 155. Interdictum — Vnde tu illum vi deiecisti. Ib. 154. fr. 1. pr. de vi et vi arm. 43. 16. Qui de possessione, v. solo, deiiciuntur. fr. 1. §§. 3. sqq. ib. 43. 16. Qui deiici non exspectavi, sed profugi. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Qui mandavit, vel iussit ut aliquis deiiceretur. fr. 1. §. 12. de vi et vi arm. 43. 16. — §. 3. *Superare, Debellare.* III. *Cn.* Per ipsum (sc. deum) acerbissimos hostes — deiecimus. c. 2. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — §. 4. *Reiicere, Excludere.* I. *Sy.* Pellere, Reiicere (militia, v. gradu). fr. 3. §§. 1. 9. 14. 18. 20. de R. M. 49. 16.

Deinceps. (Advb.) §. 1. *Per successionem, Continue.* I. *Sy.* Vltra. fr. 2. §. 3. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 50. sq. de V. S. 50. 16. Deinde. Coll. LL. M. XVI. 3. III. *Cn.* Secundus, vel tertius, vel deinc. c. 15. §. 6. de testam. man. 7. 2. Nepotes, et deinc. ulteriores. Vatic. §. 321. cf. fr. 3. §. 10. de legit. tut. 26. 4. Et deinc. tota successio. Paul. IV. 8. §. 13. Et deinc. caeteri. Gai. II. 156. cf. 174. 176. III. 2. fr. 6. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Ex ea die — deinc. omnibus sessionibus. Vatic. §. 161. Et deinc. per singulas pensiones. fr. 12. de usur. 22. 1. — §. 2. *Ex ratione, v. consequentia.* III *Cn.* Igitur observandum deinceps erit, ut etc. Vatic. §. 155. Nihil refert, utrum etc. — et deinceps etc. fr. 98. pr. de V. S. 50. 16. — §. 3. *Postea, Deinde.* I. *Sy.* De caetero. Cf. v. Caetera, s. Caeterum. §. 3. Deinde. Th. C. XIV. 15. c. 6. de can. frum. urb. Rom. II. *Op.* Protinus. Ib. XI. 1. c. 18. de annon. et tribut. De praeterito. Ib. X. 8. c. 4. de bon. vac.

Deinde. (Advb.) §. 1. *Tempore interiecto.* I. *Sy.* Postea. Gai. I. 13. II. 198. Vlp. I. 11. fr. 2. §§. 1. sqq. 11. sqq. 14. sqq. de O. I. 1. 2. Mox. fr. 2. §. 32. ib. 1. 2. II. *Op.* Initio, — Deinde, — Novissime. fr. 2. §§. 1. sqq. 11. sqq. 14. sqq. l. l. Apud vetustiores. — Deinde D. Augustus etc. fr. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. III. *Cn.* Post deinde. Frr. XII. Tabb. III. 2. fr. 2. §§. 17. 32. de O. I. 1. 2. Deinde post, s. postea, v. posteaquam. Gai. II. 24. 198. fr. 5. §. 3. de statu hom. 1. 5. Tunc deinde. fr. 11. §. 1. Qu. potior. 20. 4. fr. 69. de A. v. O. H. 29. 2. Adhibentur — testes, — deinde is, — deinde etc. Gai. III. 174. IV. 15. sqq. Quod non ratione introductum, — deinde consuetudine obtentum est. fr. 39. de LL. 1. 3. Qui quondam — pugnaverunt, deinde victi se dediderunt. Gai. I. 14. — §. 2. *Tum, Deinceps.* I. *Sy.* Deinceps. cf. h. v. §. 1. III. *Cn.* Ante, v. Prius. — Sic deinde. fr. 31. pr. de relig. 11. 7. fr. 1. pr. de pecul. 15. 1. Ei primitus (incumbat probatio), — deinde ei etc. c. 24. de L. Corn. de fals. 9. 22. Primum, — deinde, — tunc, (v. et aliquando quoque). Gai. III. 63. Paul. IV. 8. §. 3. Primum, — Secundum, — Tertium, — Deinde. fr. 1. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. Prima causa (heredum etc.) — deinde legatariorum. Gai. II. 207. cf. Fr. Sabini I. Cti. Ap. Gell. V. 13. Inter suos veniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde masculino sexu post filium descendentes. Paul. IV. 8. §. 8. — §. 3. *Inde. Per consequentiam.* III. *Cn.* Certe, — deinde etc. fr. 1. de O. I. 1. 2. Nam, — deinde etc. Gai. III. 193.

ius deportandi non habent. — Deinde neque — possunt. fr. 3. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19.

Deitas. *Divinitas, Numen divinum.* I. ***Sy.*** Deus omnipotens. Summum numen. c. 2. pr. §. 12. de vet. iure enucl. 1. 17. Divinitas. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Patris et filii et spiritus sancti unam deitatem — credamus. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. de fide cath.

Deiurare. Cf. v. Deierare.

Delabi. **§. 1.** *Decidere, Irruere.* III. ***Cn.*** Si quas (sc. feras) initio incluserit operis suis, vel post sibimet ipsae inciderint, delapsaeve fuerint. fr. 62. §. 1. de usuf. 7. 1. — **§. 2.** *Deferri, Conferri.* III. ***Cn.*** Quae hereditatis, legati, — vel cuiuslibet postremae voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 14.

Delatio. **§. 1.** *Oblatio, Copia facta.* III. ***Cn.*** Qui processit ad delationem iurisiurandi. fr. 37. de iureiur. 12. 2. — **§. 2.** *Denunciatio, Proditio.* I. ***Sy.*** Copia accusandi. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. Proditio (criminis). Ib. IX. 6. c. 1. sq. ne praet. crim. mai. III. ***Cn.*** De ea re eius petitio, nominisque delatio esto, Pr. quaestio esto, iudicium, iudicatio, litisque aestimatio. Fr. L. Servil. c. 1. Qui ob instruendam advocationem, testimoniave, pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit, aut aliquam delationem interposuerit. Coll. LL. M. VIII. 7. Capitalium criminum tumultu, et nefariae delationis indiciis incessere (auctores libertatis). Th. C. IX. 6. c. 1. l. Delationis auxilium. Fiscales delationes. fr. 18. pr. §§. 1. 3. fr. 25. de iure fisci. 49. 14. Fr. de I. F. §. 2.

Delator. *Qui occulte denunciat, vel accusat, quaestus gratia.* I. ***Sy.*** Qui detulit, v. defert (fisco). Deferens. fr. 1. fr. 5. fr. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9. c. 4. de delator. 10. 11. Th. C. X. 10. c. 2. de petit. et ultro dat. Qui nunciat aliquid ad fiscum. fr. 44. de iure fisci. 49. 14. III. ***Cn.*** Perinde subornatores, ac delatores, puniuntur. Paul. V. 13. §. 2. Subiicere, Corrumpere, v. Redimere delatorem. Mandator delatoris. fr. 1. fr. 5. pr. de iure patron. 37. 14. fr. 2. §. 5. fr. 15. §. 1. fr. 23. sq. fr. 29. pr. de iure fisci. 49. 14. Cuiuscunque criminis delator atque accusator. Th. C. IX. 6. c. 3. ne pr. crim. mai. cf. IV. 10. c. 2. (Wck.) de libert. et eor. lib. IX. 16. c. 1. de malefic. Macula, v. crimine, delatoris adspergi. Delatorum exsecranda pernicies. c. 3. sq. de delator. 10. 11. Th. C. X. 10. c. 2. cf. c. 10. c. 24. de petit. et ultro dat. Intra IV. annos vacantium bonorum delator facta denunciatione destitit. fr. 10. pr. de div. temp. pr. 44. 3. Advocatus fisci, qui intentionem delatoris exsequitur. fr. 5. §. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9.

Delatorius. (Adiect.) *Ad delationem spectans.* I. ***Sy.*** Scrupulosa inquisitio. Delatoria curiositas. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. III. ***Cn.*** Nulli palatino delatorios libellos — accipere liceat, nec delatori — pateat accessus prius etc. Th. C. X. 10. c. 7. de petit. et ultro dat.

Delectare. *Voluptate adficere.* III. ***Cn.*** Rescripsit eis (Princeps), — delectari se etc. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Vt vivere delectet Augustos nostros semper. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.)

Delectus. (Subst.) **§. 1.** *Electio, Distinctio.* III. ***Cn.*** Passim, sine delectu. fr. 1. pr. de postul. 3. 1. **S.** fr. 43. §. 1. de R. N. 23. 2. Aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. Th. C. II. 10. c. 2. de postul. — **§. 2.** *Professio militum.* Cf. v. Dilectus.

Delectus. (Partic.) Cf. v. Deligere.

Delegare. **§. 1.** *Committere, Mandare.* I. ***Sy.*** Tribuere, Dare. fr. 1. pr. §. 1. de off. eius. 1. 21. Committere, Destinare (alicui rem, v. tutelam). fr. 3. §§. 1. 3. de adm. et per. 26. 7. Praebere, Tradere. Th. C. VII. 4. c. 35. de erog. mil. ann. XI. 7. c. 16. de exaction. III. ***Cn.*** Qui publicam pecuniam, delegatam in usum aliquem, retinuit neque in eum consumsit. fr. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Annonae omnes, quae universis officiis atque S. palatii ministeriis, — adsolent delegari. Th. C. VII. 4. c. 35. l. Iuliani ep. nov. c. 95. §. 356. Sin de hac re defunctus non cavit, nec ulli delegatum id munus est etc. fr. 12. §. 4. de relig. 11. 7. Si ego tibi mandaverim, et tu id Titio delegaveris. fr. 2. §. 1. si mensor. 11. 6. A iudice iudex delegatus, iudicis dandi potestatem non habet. c. 5. de iudic. 3. 1. cf. c. 1. Qui pro sua iurisd. 3. 4. — **§. 2.** *Substituere in locum nostrum debitorem, qui ex alia causa idem nobis debet.* I. ***Sy.*** Vice sua alium reum dare creditori, vel cui iusserit. fr. 11. pr. de novat. 46. 2. Alteri expensum ferre, quod tertius mihi debet. Gai. III. 130. III. ***Cn.*** Si amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, redemtus sit. fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. Cum tutor debet pupillo, — neque delegari eum, neque procuratorem adversus tutorem dari ipso tutore auctore posse. fr. 18. de auct. et cons. 26. 8. Si vendiderit rem suam, sive pretium acceptum pro alio solvit, sive emtorem delegavit creditori alieno. fr. 5. cf. fr. 8. §. 2. ad S. C. Vell. 16. 1. cf. fr. 66. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Ob eam causam accepto liberatus, ut nomen Titii debitoris delegaret. fr. 9. de praescr. vv. 19. 5. Si non debitorem, quasi debitorem, delegavero creditori meo. fr. 13. de novat. 46. 2. Si Titius donare mihi volens, delegatus a me creditori meo, stipulanti spopondit. fr. 33. ib. 46. 2. cf. fr. 41. pr. de re iud. 42. 1. Si in id, quod patrono promisit, alii postea delegatus sit. fr. 37. §. 4. de oper. libert. 38. 1. Si filiusfam. mutuatus, creditorem delegavit ut daret pro filia dotem. fr. 5. §. 8. de iure dot. 23. 3. — **§. 3.** *Ablegare, Dirigere.* III. ***Cn.*** Nemo possessorum ad instruendas mansiones — longius delegetur. Th. C. XI. 1. c. 21. de annon. et tribut.

Delegatio. **§. 1.** *Substitutio debitoris nostri in locum nostrum.* III. ***Cn.*** Si neque possessionem singularum rerum tradidit, neque per mancipationem praediorum dominium transtulit, nec interpositis delegationibus, aut inchoatis litibus actiones novavit. Vatic. §. 263. cf. §. 260. Quamvis nulla delegatio facta, neque liberatio secuta esset. fr. 96. §. 2. de solut. 46. 3. Solutionis vicem continet haec delegatio. fr. 37. §. 4. de oper. libert. 38. 1. Citra dele-

gationem iure stipulationis interpositam (agere non posse). fr. 20. de in diem addict. 18. 2. — **§. 2.** *Descriptio Imperialis tributorum a provincialibus praestandorum.* I. **Sy.** Delegatoria. Th. C. VII. 4. c. 22. pr. §. 1. de erog. mil. annon. XI. 16. c. 8. de extr. s. sord. III. **Cn.** Quae — nostra clementia decernit inferenda, vel delegatione solemniter sanciente, vel epistolis praecedentibus. Ib. XI. 16. c. 8. l. cf. XI. 1. c. 1. de ann. et trib. Neque adiectis saepius, ac praeter primum delegationis canonem postulatis, adficiantur impendiis. Ib. XI. 16. c. 13. cf. XI. 5. c. 3. de indiction. Quod delegatio superindicti nomine videtur amplexa, velut canonem cogantur inferre. Ib. XI. 5. c. 2. Particulari delegationum notitia, ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis. Ib. l. l. c. 4. cf. Iuliani epit. nov. c. 124. §. 541. — **§. 3.** *Delegatus, Per delegationem constitutus.* II. **Op.** Delegans, s. Is, qui delegaverat. c. 1. Qui p. sua iurisd. 3. 4.

Delegator. *Qui praestationes collatorum describit.* III. **Cn.** Quoties expeditionis causa transitus militum fiet, oportet cum delegatoribus suis eos succedere, qui sumtus eorum provideant. Iuliani epit. nov. c. 123. §§. 532. 537.

Delegatoria. *Epistola Principis, contributiones provinciis impositas describens.* I. **Sy.** Delegatio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Qualeslibet ad provincias delegatorias de specierum praebitione pertulerint. Th. C. VII. 4. c. 22. de erog. mil. ann. cf. XI. 7. c. 16. de exaction. (Iust. C. c. 7. pr. de exactor. tribut. 10. 19.)

Delegatum. (Subst.) *Delegatio.* III. **Cn.** Sive ex adpellatione, sive ex delegato, sive ex ordine iudicaverint. Th. C. XI. 30. c. 16. de app. et poen.

Delere. **§. 1.** *Abstergere, Obliterare, Tollere.* III. **Cn.** Delere, vel alio modo corrumpere (tabulas). fr. 35. de d. m. 4. 3. fr. 16. §. 5. fr. 18. pr. fam. ercisc. 10. 2. Qui rationes, acta, libellos — sciens d. m. in fraudem alicuius deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit. Paul. V. 25. §. 5. cf. §. 1. IV. 7. §§. 1. sq. fr. 11. §. 1. de servo corr. 11. 3. fr. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Quod non iussu domini scriptum, inductum, deletumve est. fr. 1. pr. de h. qu. in testam. 28. 4. Si quis aliquid adscripsit (codicillis), mox delevit. fr. 1. §. 5. ib. 28. 4. Heres, cuius nomen inconsulto ita deletum sit, ut penitus legi non possit. fr. 1. si tab. testam. exstab. 37. 2. fr. 42. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Evertere, Destruere,* III. **Cn.** Si vi fluminis ager deletus sit. fr. 11. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Qui ad patriam delendam, et parentes et liberos interficiendos venerit. fr. 35. de relig. 11. 7. — **§. 3.** *Abolere, Effectu privare.* I. **Sy.** Tollere. Iuliani epit. nov. c. 99. §. 360. c. 103. §. 365. III. **Cn.** Dediticia conditio nullo modo in posterum nostram remp. molestare concedatur, sed sit penitus deleta. c. 1. de deditic. libert. 7. 5. cf. §. 1. I. de succ. subl. 3. 12. Est pro non scripta (sc. constitutio), quia ab aliqua posteriore constitutione penitus deleta est. Iul. l. l. c. 99. §. 360.

Deleticius. (Adiect.) *Scripturae deletae impositus, Palimpsestus.* II. **Op.** Nova, — Deleticia (charta). fr. 4. de B. P. s. t. 37. 11.

Deletio. *Exstinctio, Rescissio.* I. **Sy.** Abolitio. Cf. h. v. §. 2.

Delfica. Cf. v. Delphica.

Delibatio. *Deminutio.* II. **Op.** Illibatum. fr. 20. §. 5. fam. ercisc. 10. 2. fr. 116. pr. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Legatum est delibatio hereditatis. fr. 116. pr. l.

Deliberare. **§. 1.** *Inquirere et perpendere.* III. **Cn.** Quaeritur. — Et deliberari potest. fr. 6. §. 5. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 2. de tign. iunct. 47. 3. Deliberare debet Praetor, an ei subveniri debeat. fr. 28. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Interdum locus, tempus non patitur plenius deliberandi consilium. fr. 1. pr. de exerc. act. 14. 1. — **§. 2.** *Constituere apud se, de acceptando vel repudiando iure delato (succedendi m. c.).* III. **Cn.** Si ex pluribus quidam adierint, quidam adhuc deliberent. fr. 2. si pars hered. 5. 4. Deliberandi potestas data est (extraneis heredibus) de adeunda hereditate, vel non adeunda. Gai. II. 162. sq. Cretio — datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem, nec ne. Vlp. XXII. 27. cf. Gai. II. 164. Quamdiu ex heredibus unus deliberat, utrum admittat B. Pnem, an non. fr. 2. §. 2. de B. P. s. t. 37. 11. fr. 9. §. 1. ex qu. c. in poss. 42. 4. Interest et viventium ne praecipitentur, quamdiu iuste deliberant. fr. 6. pr. de interr. in iure. 11. 1.

Deliberatio. **§. 1.** *Tractatus, Cognitio.* III. **Cn.** Responsum est, — sed utrum — an, — propriae est deliberationis. fr. 11. §. 3. fr. 60. §. 2. de legat. III. (32.) Superest tertia deliberatio. — Et non sine ratione dicetur. fr. 45. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Cum antea sit constitutum, — hoc integra deliberatione sancimus. Th. C. XI. 30. c. 47. de app. et poen. — **§. 2.** *Constitutio eius, cui delatum est ius succedendi m. c., de adgnoscendo illo vel repudiando.* III. **Cn.** Quod praefiniendo tempore deliberationis edicit (Praetor). fr. 10. de iure delib. 28. 8. Completo tempore deliberationis, si expedire sibi compererint hereditatem. fr. 71. ad S. C. Treb. 36. 1.

Delicate. (Advb.) *Molliter, Desidiose.* III. **Cn.** Vt neque — diebus ac noctibus iter continuari cogatur, neque tam delicate progredi debeat, ut reprehensione dignus adpareat etc. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1.

Delicatus. (Adiect.) *Mollis, Remissus.* II. **Op.** Onerosus, (creditor, v. debitor). fr. 25. de pign. act. 13. 7. III. **Cn.** Lineae, vel amictoria, — reliquae vero delicatae vestes etc. Th. C. VIII. 5. c. 48. de cursu pub.

Deliciae. *Oblectamentum, Voluptas.* I. **Sy.** Luxuria, Voluptas. fr. 6. §. 2. de oper. servor. 7. 7. fr. 16. pr. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Irrigationes agrorum, vel hortorum deliciae. Th. C. XV. 2. c. 7. de aequaed. Eos in otio plerumque residentes deliciis exquisitis alere. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 17.

Deliciosus. (Adiect.) *Luxuriosus, Sumtuo-*

sus. III. **Cn.** Deliciosis nutrimentis enervati. Th. C. VII. 22. c. 5. de fil. militar. Deverticula deliciosa sectari. Ib. I. 7. c. 5. de off. Rect. Pr.

Delictum. **§. 1.** *Factum illicitum qualecunque.* I. **Sy.** Peccatum. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Noxia. fr. 238. §. 3. ib. 50. 16. fr. 1. §. 1. si quadrup. 9. 1. III. **Cn.** Delictorum, quae sponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio. fr. 1. de LL. 1. 3. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Delictum decipientis in periculo homines (innoxium esse non debet). fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. Nullum habet in se delictum, quasi pronunciatum non sit. fr. 1. §. 8. cf. fr. 51. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Paria delicta mutua pensatione dissolvuntur. fr. 39. sol. matrim. 24. 3. Ipsum ex delicto suo teneri. fr. 4. de tab. exhib. 43. 5. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. fr. 134. §. 1. de R. I. 50. 17. Superveniente delicto (nec corrumpi aut mutari, quod recte transactum est). fr. 2. de itin. actuq. priv. 43. 19. — **§. 2.** *Crimen.* I. **Sy.** Facinus. fr. 15. pr. Qui et a qu. man. 40. 9. III. **Cn.** Nec sane verisimile est, delictum unum eadem lege variis aestimationibus coërceri. fr. 41. de poen. 48. 19. Multo prius conscientia delictorum, quam damnatione, ius datae libertatis eum amisisse. fr. 15. pr. l. 40. 9. Ei, qui id commisit, pro modo delicti, poenam irroget. fr. 8. de calumn. 3. 6. Vt sine aliquo impedimento legis Iuliae per eos militare delictum coërceri possit. Paul. V. 26. §. 2. — **§. 3.** *Obligatio in poenam concepta, dolo vel culpa contracta.* II. **Op.** Crimen. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Contractus. Gai. IV. 2. 182. fr. 9. §. 2. de minor. 4. 4. III. **Cn.** Obligationes, quae ex delicto oriuntur, veluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit etc. Gai. III. 182. Si ex delicto debeatur. fr. 12. pr. de V. S. 50. 16. Propriam actionem eius delicti nomine Praetor introduxit, (quae adpellatur vi bonorum raptorum). Gai. III. 209.

Deligere. *Eligere, Creare.* III. **Cn.** Vt patroni, patronae, libertus tutor deligi possit. Vatic. §§. 220. 224. sq. Si quis se dicat domicilium non habere Romae, delectus ad munus. Ib. §. 203. In id delectos quosque viros — destinari. Th. C. VII. 13. c. 9. de tiron.

Delinimentum. *Blanditiae.* III. **Cn.** Novercalibus delinimentis, instigationibusve corrupti. fr. 4. de inoff. testam. 5. 2.

Delinquere. *Factum illicitum perpetrare, Facinus admittere.* I. **Sy.** Crimen committere. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Ita demum obligari eo crimine impuberem, si — intelligat se delinquere. Gai. III. 208. Sacrilegos, latrones — conquirere debet, et, prout quisque deliquerit, in eum animadvertere. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Aliud est auctorem esse servo delinquenti, aliud pati delinquere. fr. 3. de nox. act. 9. 4. Heredes, qui deliquerunt in adeundo et similibus, ultive non sunt. fr. 8. §. 1. fr. 9. de S. C. Silan. 29. 5. Et si forte in aliquo horum deliquerit, (emendandi ei facultas concedetur). Vatic. §. 210. Hoc enim primum deliquit, (quod alio instrumentum transtulit). fr. 4. §. 5. de edend. 2. 13.

Delitescere. *In occulto versari, Latere.* III. **Cn.** Vt hi, apud quos delitescant (sc. fugitivi), puniantur. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. Desertorem agro tectoque suscipere, atque apud se diu pati delitescere. Th. C. VII. 18. c. 5. de desertor. Qui neque ex administrationibus sunt, et tamen ut perfectissimi delitescunt. Ib. VI. 22. c. 1. de honor. codic.

Delphica. *Mensa tripos.* III. **Cn.** Instructa domo legata, ea legato continentur: — mensae, armaria, delphicae, pelves etc. Paul. III. 6. §. 56. fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10.

Delphus. *Delphicus, Delphorum civitati adscriptus.* III. **Cn.** Iliensibus concessum est. — Etiam Delphis hoc idem tributum et conservatum est. fr. 1. §. 2. ad munic. 50. 1. Delphorum curia. Th. C. XV. 5. c. 4. de spectac.

Delubrum. *Sacra aedes.* III. **Cn.** Cuncta eorum fana, templa, delubra — destrui. Th. C. XVI. 10. c. 25. cf. c. 10. de pagan. Arae publicae atque delubra, et consuetudinis vestrae solemnia. Ib. IX. 16. c. 2. de malefic.

Deludere. *Eludere, Illudere.* I. **Sy.** Circumscribere, Eludere. c. 14. §. 2. de adsessor. 1. 51. III. **Cn.** Parentum saepe custodiae nutricum fabulis — deluduntur. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg. Auctoritatem iudiciariam a se delusam experietur. c. 7. de postul. 2. 6.

Demandare. *Mandare, Committere.* III. **Cn.** Notum facere (dispensatori), ac demandare (ut daret, v. acciperet). fr. 141. §. 4. de V. O. 45. 1. Nec praesens hanc cognitionem alteri demandare potest (sc. Praeses). fr. 1. §. 8. ad S. C. Turp. 48. 16. Aperiendae sunt secundae tabulae, ut sciatur cui demandata sit curatio. fr. 9. testam. quemad. ap. 29. 3.

Dematurare. *Maturare.* III. **Cn.** Sibi eligant defensorem, factumque dematurent. Nov. Maiorian. de defens. civit. IV. 2. c. 1.

Demens. (Adiect.) *Insanus, Mente captus.* I. **Sy.** Furiosus. fr. 7. pr. §§. 1. sqq. de cur. furios. 27. 10. II. **Op.** Sapiens, Sanae mentis. — Furiosus, vel demens. fr. 27. §. 5. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 2. fr. 5. de inoff. testam. 5. 2. III. **Cn.** Eventus spectetur, ut a dementissimo quoquo facta. fr. 16. §. 8. de poen. 48. 19. Dementes vesanique. Th. C. XVI. 2. c. 2. §. 1. de fide cathol.

Dementia. **§. 1.** *Alienatio mentis, Insania.* III. **Cn.** In furore aut dementia constitutus. fr. 8. §. 1. de tutor. et cur. dat. 26. 4. Propter furorem, vel quem alium casum dementiae. fr. 17. §. 11. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Perversitas, Error damnandus.* I. **Sy.** Audacia, Errores, Furor (haereticorum). Superstitio. Th. C. XVI. 5. c. 6. pr. §. 3. c. 21. c. 24. sq. 31. sq. 34. de haeretic.

Demere. *Tollere, Auferre, Detrahere.* I. **Sy.** Adimere. c. 13. sq. de fund. patrim. 11. 61. Sublevare. Th. C. X. 3. c. 7. pr. de loc. fund. iur. emph. II. **Op.** Imponere (fenestras et ostia). fr. 59. de R. V. 6. 1. Adiicere. Th. C. I. 1. c. 6. §. 1. (Wck.) de const. Pr.

Demerere. Cf. v. Merere.

Demergere. *Submergere.* I. **Sy.** Mersi,

Demersi (in Tiberim, sc. lapides). fr. 13. pr. de A. R. D. 41. 1.

Demetator. Cf. v. Temerator.

Demetria. *Mulieris nomen.* III. ***Cn.*** Si tu Demetriae, cum eam in matrimonio haberes, — curator constitutus es. c. 4. de excus. tutor. 5. 62.

Demigrare. **§. 1.** *Migrare, Abire.* I. ***Sy.*** Discedere, Elabi. Th. C. XII. 1. c. 171. c. 175. de decurion. — **§. 2.** *Transire, Deferri.* I. ***Sy.*** Transferri. c. 4. de iure fisci. 10. 1. III. ***Cn.*** Hi, vel ad quorum iura terrulae demigraverint. Th. C. XV. 1. c. 51. de opp. pub. Quae (sc. patrimonia) in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatemque remeent. Ib. XIII. 6. c. 2. de praed. navicul.

Deminuere. **§. 1.** *Minorem facere, Deducere, Imminuere.* I. ***Sy.*** Minuere, Imminuere (dotem). fr. 5. pr. de impens. in res dot. 25. 1. II. ***Op.*** Excedere (finem pretii). fr. 66. §. 3. de evict. 21. 2. Non solida, sed deminuta in dimidium (legata). fr. 20. §. 2. de B. P. c. t. 37. 4. III. ***Cn.*** Solidi, quos excidunt, aut deminuunt, aut — adrodunt. Th. C. XII. 7. c. 2. de ponderator. Ne consumantur, aut deminuantur (negotia pupillorum, a tutoribus). Gai. I. 199. Capite deminui. Cf. v. Caput. §§. 5. sq. Spem deminuere. fr. 17. §. 3. de adopt. 1. 7. Cum ad officium eius (sc. Praetoris) pertineat, lites deminuere. fr. 21. de R. C. 12. 1. — **§. 2.** *Eximere, Alienare.* I. ***Sy.*** Minuere. fr. 5. §. 3. de Carb. edict. 37. 10. Erogare (de bonis). fr. 5. §. 16. de don. int. V. 24. 1. Alienare. fr. 1. §. 6. si qu. in fr. patr. 37. 5. II. ***Op.*** Locupletare (patrimonium). fr. 6. pr. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. Adquirere. fr. 6. §. 2. l. 42. 8. fr. 22. de solut. 46. 3. fr. 134. pr. de R. I. 50. 17. Quae deminuta sunt. — Quod supererit. fr. 2. §. 2. de usur. 22. 1. III. ***Cn.*** Nihil deminutum esse de facultatibus, sed eandem faciem patrimonii permansisse. fr. 55. §. 4. de admin. et peric. 26. 7. Expers culpae quid ex hereditate deminuisse, corrupisse, perdidisse. fr. 61. ib. 26. 7. Quae ad eos — pervenissent, etsi eae ante petitam hereditatem deperissent, deminutaeve fuissent, (restituere debere). fr. 20. §. 6. cf. §. 21. de hered. pet. 5. 3. fr. 2. §. 5. de her. v. act. vend. 18. 4. Quem Praetor, ut suspectum heredem, deminuere vetuit. fr. 7. §. 5. pro emt. 41. 4. cf. fr. 7. pr. §. 2. de iure delib. 28. 8. Quod medio tempore alienatum, vel deminutum est. fr. 54. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Si deminuat (de facultatibus), locupletior tamen non fit, qui accepit. fr. 5. §. 16. de donat. int. V. 24. 1. Donare, vel etiam deminuendi causa cum iis transigere. fr. 46. §. 7. de adm. et peric. 26. 7.

Deminutio. **§. 1.** *Minutio, Decessio.* I. ***Sy.*** Minutio, Permutatio (capitis prioris). Gai. I. 159. fr. 1. sqq. de cap. min. 4. 5. II. ***Op.*** Incrementa, — Deminutiones (Nili). fr. 10. de extr. crim. 47. 11. Augmentum. fr. 8. §. 1. de edend. 2. 13. III. ***Cn.*** Ademtio, vel deminutio (legatorum). fr. 2. §. 1. de condict. indeb. 12. 6. Non aequis partibus, sed cum aliqua deminutione. §. 1. I. de succ. cognat. 3. 5. Capitis deminutio. cf. v. Caput. §§. 5. sq. — **§. 2.** *Alienatio.* III. ***Cn.*** Nihil transferre posse ad aliquem, quia in bonis non habeant, cum eis deminutio sit interdicta. fr. 10. pr. de furios. 27. 10. Causa cognita — deminutionem se concessurum Praetor edixit. — Funeris gratia deminutionem permittit. — Et propter familiae cibaria necessaria erit deminutio. fr. 5. pr. de hered. pet. 5. 3. cf. fr. 33. pr. de reb. auct. iud. 42. 5. Si — eius, quae rei servandae causa in possessione esset, dotis suae nomine deminutio facta sit. fr. 15. §. 4. de div. temp. praescr. 44. 3.

Demittere. **§. 1.** *Deorsum mittere.* III. ***Cn.*** Qui (sc. servus) per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. fr. 54. pr. de A. E. V. 19. 1. Barbam demittere, vel capillos submittere. fr. 15. §. 27. de iureiur. 47. 10. — **§. 2.** *Dimittere.* III. ***Cn.*** Quaecunque naves ex quolibet portu, seu litore demittuntur. Th. C. VII. 16. c. 3. de litor. et itin. cust. — **§. 3.** *Deferre, Redigere.* III. ***Cn.*** Cum res in iusiurandum demissa [al. dimissa] sit. fr. 34. §. 9. de iureiur. 12. 2.

Demogrammateus. *Plebis scriba.* III. ***Cn.*** Boëthos logistarum, demogrammateos, [al. boëthos, logistas, demogrammateos], logographos etc. c. 4. de tabul. scrib. 10. 69.

Demolire, s. **Demoliri.** *Diruere, Evertere.* I. ***Sy.*** Destruere, Tollere (aedificium, v. parietem). fr. 24. §. 9. fr. 37. fr. 43. §. 1. fr. 45. de damn. inf. 39. 2. fr. 23. §. 2. de usurp. 41. 3. Ad aream redigere. Diruere. fr. 10. §. 1. Qu. mod. ususf. 7. 4. fr. 45. sq. de damn. inf. 39. 2. III. ***Cn.*** Ne vis ei fiat, quominus id opus — tollere, demoliri, purgare, restituere, — possit. fr. 1. §. 12. de flumin. 43. 12. Qui arbores deiecisset, aut aedificium demolitus esset, aut aliquo modo deteriorem usumfr. fecisset. fr. 2. si ususf. pet. 7. 6. Si — paries communis, et eum reficere, vel demolire, vel in eum immittere quid opus sit. fr. 12. comm. div. 10. 3. Qui domum alienam invito domino demolit, et eo loco balneas exstruxit. fr. 50. ad L. Aqu. 9. 2. Negotiandi causa aedificia demoliri, et marmora detrahere. c. 2. de aedif. priv. 8. 10.

Demolitio. *Destructio.* II. ***Op.*** Aedificatio. fr. 1. §. 12. de O. N. N. 39. 1. III. ***Cn.*** Si qui reditus ob demolitionem amissus est. — Parietis communis demolitio. fr. 37. cf. fr. 35. de damn. inf. 39. 2. Materia, quae ordinata dicitur ex demolitione templorum. Th. C. XV. 1. c. 36. de opp. pub.

Demonstrare. **§. 1.** *Monstrare, Describere, Significare.* I. ***Sy.*** Comprehendere (adpellatione), Adpellare, Dicere. fr. 201. fr. 204. de V. S. 50. 16. Significare. fr. 123. ib. 50. 16. fr. 94. §. 3. de solut. 46. 3. III. ***Cn.*** Nihil referre, proprio nomine res adpelletur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur. fr. 6. de R. C. 12. 1. Vt et demonstratus sit (sc. scriptus heres), propria demonstratione, et portio adscripta ei inveniri possit. fr. 12. de B. P. s. t. 37. 11. cf. fr. 34. pr. de cond. et dem. 35. 1. Indubitabili signo demonstr. fr. 9. §. 8. de hered. inst. 28. 5. Si demonstrandi causa haec oratio poneretur. fr. 6. de legat. I. (30.) Magis conditionem legato iniecisse, quam demonstr. voluisse. fr. 6. l. fr. 96. pr. ib. (30.) — **§. 2.** *Definire, Profiteri.* I. ***Sy.*** Destinare, De-

Determinare, Adiicere (latitudinem actus etc.) fr. 13. §§. 1. sqq. de S. P. R. 8. 3. Ostendere (fines.) fr. 12. fin. regund. 10. 1. fr. 48. de A. E. V. 19. 1. Designare. Gai. IV. 60. Coll. LL. M. II. 6. III. **Cn.** In ea quidem formula, — initio res, de qua agitur, demonstretur etc. Gai. l. l. Qui plus, quam oporteret, demonstraverit. Ib. 59. In promittendo demonstrare. — Stipulari, non demonstrata re. fr. 69. §§. 1. 4. de iure dot. 23. 3. Qui nunciat, necesse habeat demonstrare, in quo loco opus novum nunciet. fr. 5. §. 15. de O. N. N. 39. 1. Quos (sc. terminos) demonstravit is, qui utriusque praedii dominus fuit. fr. 12. fin. regund. 10. 1. Qui fundum tradiderat, — fines multo amplius emtori demonstraverat. fr. 45. de evict. 21. 2. cf. fr. 18. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 36. §. 1. ad municip. 50. 1. Quodsi M. amphoras certo pretio, corpore non demonstrato, vini vendidit. Vatic. §. 16. — **§. 3.** *Prodere, Probare.* III. **Cn.** Qui transfugit, et postea multos latrones adprehendit, et transfugas demonstravit. fr. 5. §. 8. de R. M. 49. 16. Demonstratur varie, nec abscise — ex rescripto etc. fr. 5. §. 2. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 22. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Pater is est, quem nuptiae demonstrant. fr. 5. de in ius voc. 2. 4. Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt. fr. 23. de statu hom. 1. 5. — **§. 4.** *Ducere.* III. **Cn.** Si equus ille decessit, qui demonstrabat quadrigam. fr. 65. §. 1. de legat. II. (31.)

Demonstratio. **§. 1.** *Descriptio rei.* II. **Op.** Nomen, s. Vocabulum. fr. 6. de R. V. 6. 1. fr. 6. de R. C. 12. 1. fr. 37. de stip. servor. 45. 3. III. **Cn.** Falsa demonstratio. — Falsa conditio, sive causa. fr. 75. §. 2. de legat. I. (30.) fr. 17. §. 2. fr. 34. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Sine ulla nota demonstrationis stipulari (fundum.) fr. 106. de V. O. 45. 1. Sub certa demonstratione incertae personae legari posse. Vlp. XXIV. 18. — **§. 2.** *Definitio, Determinatio.* III. **Cn.** Si, tam angusti loci demonstratione facta, via concessa fuerit etc. fr. 13. de servitut. 8. 1. Demonstratio adfinium novos fines inter fundos constituere debet. fr. 12. fin. regund. 10. 1. — **§. 3.** *Formulae iudiciariae pars demonstratoria.* I. **Sy.** Ea pars formulae, quae praecipue ideo inseritur, ut demonstretur res, de qua agitur. Gai. IV. 40. III. **Cn.** Partes formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. Ib. §§. 39. 44. 58.

Demorari. **§. 1.** *Morari, Commorari.* I. **Sy.** Subsistere. fr. 2. §. 4. de iudic. 5. 1. Commorari, Remorari. c. 23. pr. §§. 1. sq. de agric. 11. 47. Durare, Perdurare (in libertate.) Th. C. IV. 8. c. 3. de liberali c. — **§. 2.** *Moram facere, Cessare.* III. **Cn.** Procuratorem — petitionem ex necessitate demoratum esse. c. 8. Qui pet. tutor. 5. 31.

Demori. *Mori, Exstingui.* I. **Sy.** Mori, Decedere. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. fr. 15. §. 3. fr. 16. pr. de R. V. 6. 1. fr. 31. §. 11. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Si pecora vel demortua sunt, vel etiam deteriora facta. fr. 19. §. 1. locat. 19. 2. Quod non prospexit, posse evenire ut demoriantur [al. emoriantur] mancipia, praedia ruant. fr. 1. §. 5. de minor. 4. 4.

Demortuus. (Partic.) *Mortuus, Defectus.* I. **Sy.** Defunctus. Cf. h. v. Mortuae, Demortuae (arbores.) fr. 18. de usuf. 7. 1. fr. 13. pr. de imp. in res dot. 25. 1. III. **Cn.** Successio, qua succeditur in ius demortui. fr. 3. pr. de B. P. 37. 1. Quamdiu submittantur et suppleantur capita, quae demortua sunt. fr. 70. §§. 1. sq. de usuf. 7. 1.

Demosthenes. *Graecorum oratorum princeps.* III. **Cn.** Maximus apud Graecos orator, Demosthenes, sic ait. fr. 16. §. 6. de poen. 48. 19. cf. fr. 2. de LL. 1. 3.

Demovere. *Semovere, Separare.* III. **Cn.** Qui — ab eiusdem vitae professionisque collegiis pura semet dediti religione demoverint. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 2. de haeretic.

Demum. (Advb.) *Dumtaxat, Scilicet.* II. **Op.** Omnimodo, s. Omnino. — Ita demum. Gai. II. 60. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. Iam, s. Statim. — Tunc demum, s. Ita demum. fr. 30. sq. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 15. §. 21. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Non is demum, — sed etiam etc. fr. 34. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Vt, qua primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet. fr. 9. de servit. 8. 1. Eo iure utatur ita demum, si etc. fr. 3. pr. Qu. quisq. iur. 2. 2. Et placuit, ita demum ex ista lege actionem esse, si etc. Gai. III. 219. cf. 208. Erit (in solidum noxalis actio) demum, si etc. fr. 1. §. 14. si quadr. 9. 1. Quod et ipsum dissoluta demum adfinitate procedit. Alioquin etc. §. 7. I. de nupt. 1. 10.

Denarismus. *Proportio ad denarium.* III. **Cn.** Pecuniariis descriptionibus — ad denarismum, sive uncias, sese auctoris sui nomine retinendum. Th. C. XII. 1. c. 107. cf. c. 123. §. 2. de decurion.

Denarium, s. **Denarius.** (Subst.) *Nummus argenteus, sestertios IV. continens.* III. **Cn.** Stipulanti denarios, eiusdem quantitatis aureos spondendo obligaberis. fr. 65. §. 1. de V. O. 45. 1. Poenae nomine, in dies XXX. inque denarios centenos, denarios singulos dari stipulatus est. fr. 40. pr. de R. C. 12. 1. Vti det ex reditu coenaculi mei — denaria X die nundinarum. fr. 20. §. 1. de ann. legat. 33. 1. cf. fr. 21. de condict. indeb. 12. 6. Vt in singulos (sc. gladiatores,) qui integri exierint, pro sudore denarii XX. mihi darentur. Gai. III. 146. sq.

Dendrophori. **§. 1.** *Ligniferi, qui corporatorum urbanorum genus constituebant.* III. **Cn.** Vt in quibuscunque oppidis dendrophori fuerint, centonariorum atque fabrorum adnectantur, quoniam haec corpora etc. Th. C. XIV. 8. c. 1. de centonar. — **§. 2.** *Ministri certi generis cultus gentilium.* III. **Cn.** Quae (sc. loca) frediani, quae dendrophori, quae singula quaeque nomina et professiones gentiliciae tenuerunt epulis vel sumtibus deputata. Ib. XVI. 10. c. 20. §. 2. de pagan.

Denegare. **§. 1.** *Abnegare.* III. **Cn.** Vel deposita denegare, vel accepta non prodere. Th. C. IX. 40. c. 21. de poen. — **§. 2.** *Recusare, Prohibere.* I. **Sy.** Negare (actionem, v. persecutionem.) fr. 27. pr. de nox. act. 9. 4. Inhibere, Prohibere. fr. 1. §§. 1. 7. sq. de postul. 3. 1. fr. 24. §. 2. de iudic. 5. 1. fr. 48. §§. 1. sq. de oper. libert. 38. 1. II. **Op.** Concedere, Dare (actionem.) fr. 24. §. 2. l. 5. 1. fr. 99.

de A. v. O. H. 29. 2. fr. 4. pr. de re iud. 42. 1. Permittere, Committere. fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. fr. 4. §. 3. de app. et relat. 49. 1. Admittere (B. Pnem.) fr. 3. §§. 15. sq. fr. 4. §. 3. fr. 7. sqq. de B. P. c. t. 37. 4. III. **Cn.** Aequius est, vel frustra nonnumquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta ei etc. fr. 1. §. 2. cf. fr. 6. de ventre in poss. 37. 8. Sed haec neque destricte deneganda sunt, neque passim admittenda, sed a Praetore causa cognita temperanda. fr. 13. de proc. 3. 3. Eveniet ut necessarium sit remedium Praetoris, et circa denegandas primo actiones, et circa praestituendum tempus substituto. fr. 69. de A. v. O. H. 29. 2. Ne auxilium denegetur contra saevitiam etc. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Adversus eum — actiones ei non denegentur, quascunque intendere velit. fr. 24. pr. de liberali c. 40. 12.

Deni. *Decem (nummi).* I. **Sy.** Dena, Decem. fr. 79. de legat. I. (30.) fr. 57. fr. 64. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, XXX forte, dena per singulos debentur annos. fr. 3. pr. de ann. legat. 33. 1. Quina dena ab utroque nostrum conferenda esse. fr. 88. §. 3. ad L. Falc. 35. 2. Denis in diem addicti (servi.) fr. 17. de in diem add. 18. 2.

Denicales. *Feriarum genus, quibus hominis mortui familia purgabatur.* III. **Cn.** Funus familiare, feriaeve denicales, quae non eius rei causa in eum diem collatae sint. Fr. L. Cincii I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4.

Denique. (Advb.) **§. 1.** *Postremo.* I. **Sy.** Novissime. Gai. I. 43. Vlp. I. 24. III. **Cn.** Item, — praeterea, — denique. Gai. III. 98. sqq. fr. 6. fr. 8. de pignor. 20. 1. Lex — iubet, — et denique praecipit etc. Vlp. I. 24. — **§. 2.** *Breviter.* III. **Cn.** Quaedam, — sicut — et denique complures aliae (leges.) Gai. IV. 22. In actione depositi, et denique in caeteris omnibus. Ib. IV. 60. Et denique aliae multae huiusmodi species. Ib. II. 238. IV. 46. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. — **§. 3.** *Certe, Plane.* III. **Cn.** Omnibus etiam titulis hic „pro possessore" haeret. — Denique et „pro emtore" titulo haeret. — Item — item etc. fr. 13. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Et puto, neque nocere neque prodesse; nam denique et usucapere possum etc. fr. 5. pr. de div. temp. praesc. 44. 3. Sufficit nudus consensus. — Denique constat etc. fr. 4. pr. §. 1. de sponsal. 23. 1. Denique exstat S. C. — Saepissime denique interdictum est. Coll. LL. M. XV. 2. — **§. 4.** *Proinde, Ex consequenti.* III. **Cn.** Nec enim ideo est obligatus, — verum idcirco, — denique tenetur etc. fr. 6. §. 1. mand. 17. 1. Iudicium ideo necessarium fuit, quod etc. — denique cessat, si etc. fr. 1. comm. div. 10. 3. cf. fr. 7. §. 3. de cur. furios. 27. 10. Officium quoque militare excusat. — Denique cum etc. Vatic. §. 222. Et effectu quidem idem paene esse, — denique non poterit etc. fr. 10. pr. de usu et hab. 7. 8. Sciendum est. — Denique placet etc. fr. 3. §. 15. ad exhib. 10. 4. Constat. — Denique si etc. fr. 17. de N. G. 3. 5.

Denominare. *Ad eligendum proponere.* I. **Sy.** Nominare (loco sui, magistratum.) c. 2. de peric. nominator. 11. 33. III. **Cn.** Duxit uxorem, non a patre desponsam vel destinatam, vel testamento denominatam. fr. 7. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Denominatio. *Actus denominandi.* III. **Cn.** In potestate censualium denominatio non sit, — sed Senatus arbitrio sortiantur etc. Th. C. VI. 4. c. 13. §. 2. de Praet. et Qu.

Denotare. **§. 1.** *Demonstrare, Describere.* III. **Cn.** Qui vel ex artificio, vel officio, — evidenter denotati essent. fr. 24. de manum. testam. 40. 4. Singulariter denot. liceat etc. Coll. LL. M. X. 2. — **§. 2.** *Turpitudinis notam infligere.* III. **Cn.** Turpia legata, quae denotandi magis legatarii gratia scribuntur. fr. 54. pr. de legat. I. (30.) Suis apertis criminibus denotentur. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 3. de haeretic.

Denotatio. *Nota, Contumelia.* III. **Cn.** Officialium et, cum denotatione, eorum iudicum quorum etc. Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction.

Dens. *Osseum illud in ore animalium instrumentum, commolendi etc.* III. **Cn.** Medici, — qui certi doloris sanitatem pollicentur, utputa si auricularius, si fistulae vel dentium. fr. 1. §. 3. de extr. cognit. 50. 13. Quoi auro dentes vincti escunt. L. XII. Tab. X. 9.

Densitas. *Crebritas.* III. **Cn.** Per confertam populi frequentiam et per maximam insistentium densitatem. Th. C. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol.

Densus. (Adiect.) *Frequens, Continuus.* III. **Cn.** Et una intelligatur, et quasi densioribus donationibus cumulata. c. 34. §. 4. de donat. 8. 54.

Dentatus. (Adiect.) *Dentes habens.* III. **Cn.** Si leo sit, sed mansuetus, vel alia dentata mansueta (sc. bestia.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Denudare. *Spoliare, Privare.* I. **Sy.** Nudare. c. 1. ad L. Iul. repet. 9. 27. III. **Cn.** Consceleratis depectionibus spoliare atque denudare. Th. C. II. 10. c. 1. de postul. Praesidio, v. Cingulo, denudati. c. 14. de testib. 4. 20. Nov. 33. c. 1.

Denunciare. **§. 1.** *Nunciare, Certiorem facere alium.* I. **Sy.** Proclamare, s. Praeclamare. fr. 31. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 7. ad L. Iul. de sic. 48. 8. Praedicere. fr. 38. pr. fr. 52. de Aed. edict. 21. 1. Renunciare. fr. 29. §. 2. fr. 55. §. 1. de eviction. 21. 2. Notum facere. fr. 5. §§. 2. sq. Qu. vi aut cl. 43. 24. Detestari, Testatione denunciare. fr. 39. §. 2. fr. 238. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si neque denunciatum est, neque scierit, aut providere potuerit. fr. 28. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Qui celavit adversarium, neque ei denunciavit. fr. 3. §. 7. cf. fr. 5. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. Debebit et diem et horam denunciatione complecti, — neque perfusorie aut obscure dicere aut denunciare. fr. 5. §. 1. ib. 43. 24. Denunciando facere, s. adquirere, ancillam. Paul. II. 21. A. §§. 3. sq. cf. §. 1. Gai. I. 91. 160. Testando denunciare (emtori.) fr. 1. §. 3. de peric. et comm. 18. 6. Actor adversario denunciabat, ut ad iudicem capiendum die XXX. adesset. Gai. IV. 18. Nisi ad iudicem, a quo sibi denunciatum est, aut cuius litteris vel edicto conventus est, venerit. Paul. V. 5. A. §. 7. fr. 20. §§. 6. 11. de hered. pet. 5. 3. Ne invito denuncietur,

ut testimonium dicat. fr. 4. fr. 19. §. 1. de testib. 22. 5. Si quis ob denunciandum, vel non denunciandum, remittendumve testimonium pecuniam acceperit. Coll. LL. M. VIII. 7. fr. 6. pr. de L. Iul. repet. 48. 11. Denunciare ei solemniter potest, et distrahere. Paul. II. 13. §. 5. II. 5. §. 1. Eique, procuratoribusve eorum, domum denuncietur. Tab. Heracl. lin. 35. sq. aer. Br. fr. 1. §§. 1. sqq. de agn. v. al. 25. 3. fr. 4. §§. 5. sq. de damn. inf. 39. 2. Quod ne fiat, hoc edicto Aediles denunciant. fr. 37. de Aed. edict. 21. 1. Amplius Ordo prohibuit, denunciata poena etc. Fr. de I. F. §. 9. — **§. 2.** *Deferre, Reum facere.* I. *Sy.* Postulare (adulterii.) fr. 39. §. 6. cf. fr. 17. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. *Cn.* Si non quidem denunciavit, verum libellos accusatorios dedit. fr. 17. §. 1. ib. 48. 5. Cui numquam ullum crimen denunciatum esset. c. 6. de accusat. 9. 2.

Denunciatio. §. 1. *Interpellatio, Nunciatio.* I. *Sy.* Detestatio, Denunciatio facta cum testatione. fr. 40. pr. fr. 238. §. 1. de V. S. 50. 16. Nunciatio (operis novi.) fr. 5. §§. 10. 19. de O. N. N. 39. 1. c. 1. eod. 8. 11. III. *Cn.* Si contra testationem denunciationemque fecerit. fr. 1. §. 7. Qu. vi aut cl. 43. 24. Trinis litteris, vel edictis, — aut trina denunciatione conventus. Paul. V. 5. A. §. 7. Nulla hoc tempore eo nomine (sc. condictionis,) denunciatio fit. Gai. IV. 18. Denunc. pro evictione interposita. fr. 63. pr. de evict. 21. 2. Venditor, denunciationibus tutoribus saepe datis, post annum eandem possessionem — vendiderat. fr. 38. pr. de minor. 4. 4. Potest consistere cum domino suo, — sub ea tamen denunciatione, ut etc. fr. 5. pr. de manum. 40. 1. Lege venditionis exportata mancipia, sub denunciatione manus iniiciendae. c. 1. si serv. export. 4. 55. Denunciatione conventam, ancillam fieri. Paul. II. 21. A. §§. 13. sq. 17. — **§. 2.** *Delatio, Postulatio.* I. *Sy.* Nunciatio (vacantium bonorum.) fr. 10. pr. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Conventio. Cf. h. v. §. 3. III. *Cn.* Si comminatus tantum accusationem fuerit, vel usque ad denunciationem, vel libelli dationem processerit. fr. 7. de inoff. testam. 5. 2. Mulier, quae falsi crimen iniuriae propriae post interpositam denunciationem desistens omisit. fr. 4. pr. ad S. C. Turpil. 48. 16. cf. fr. 2. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 3.** *Relatio, Professio.* III. *Cn.* Denunciatio atque interpretatio, quae de tactu amphitheatri scripta est. Th. C. XVI. 10. c. 1. §. 1. de pagan. sacrif.

Denunciator. *Nunciator.* III. *Cn.* Det inquisitores, aperiat forum, indices denunciatoresque sine invidia delationis accipiat. Ib. XVI. 5. c. 9. §. 1. de haeretic.

Denuo. (Advb.) *Iterum, Rursus.* I. *Sy.* Denuo compromitti in aliquem. Secundum compromissum. fr. 21. §. 5. cf. fr. 16. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Iterum. c. 11. de R. C. 4. 1. III. *Cn.* Quem avus emancipaverat filio dato in adoptionem, quem denuo redoptavit. fr. 41. de adopt. 1. 7.

Deorsum. (Advb.) *Versus inferiora.* II. *Op.* Sursum versum, vel deorsum (tendere). fr. 10. §§. 9. de grad. et adfin. 38. 10.

Depactum. (Partic.) Cf. v. Depangere.

Depalmare. *Palma percutere.* I. *Sy.* Manus suae palma verberare. Fr. Labeonis I. Cti. Ap. Gell. XX. 1.

Depangere. *Pacisci, Pacto transigere.* I. *Sy.* Pacisci. Consult. vet. I. Cti. c. 9. §§. 1. sqq. III. *Cn.* Si quis nihil cum parentibus puellae ante depactus, [al. depectus,] invitam eam rapuerit. Th. C. IX. 24. c. 1. pr. de raptu virgg.

Depascere, s. **Depasci.** **§. 1.** *Pascendo consumere.* I. *Sy.* Comedere. Cf. h. v. §. 1. III. *Cn.* Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta sit. Paul. I. 15. §. 1. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit, eam ego immisso pecore depasco. fr. 9. §. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 14. §. 3. de praescr. vv. 19. 5. — **§. 2.** *Devastare, Exinanire.* III. *Cn.* Vt — munus, quod provinciarum interna depascitur, — eruatur. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron.

Depecisci. *Turpiter pacisci.* III. *Cn.* Depectus dicitur, turpiter pactus. fr. 3. §. 2. de calumn. 3. 6.

Depectio. *Transactio turpis.* III. *Cn.* Advocati, qui consceleratis depectionibus suae opis egentes spoliant atque denudant. Th. C. II. 10. c. 1. de postul. Quod manifestus reus depectione celebrata legibus subtrahatur. Ib. IX. 37. c. 1. de abolition.

Destinare. **§. 1.** *Constituere, Praestituere, Decernere.* I. **Sy.** Cogitare, Velle. fr. 40. de religios. 11. 7. fr. 9. pr. §§. 2. 4. sq. 7. de hered. inst. 28. 5. Constituere, Destinato esse animo. fr. 27. §. 2. ad munic. 50. 1. Dare, Eligere. fr. 18. §. 4. de minor. 4. 4. fr. 141. pr. §. 1. de V. O. 45. 1. Designare. Cf. h. v. §. 2. Demonstrare, Declarare. fr. 13. §§. 2. sq. fr. 21. de S. P. R. 8. 3. fr. 3. §§. 1. 5. sqq. de adm. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Qui conditionem destinans inserere, non addidit. fr. 9. §. 5. de hered. inst. 28. 5. Non fecisse, cum destinatum haberet. fr. 55. §. 4. de adm. et per. 26. 7. Qui statutam et destinatam in tempus — libertatem habet. fr. 1. pr. de statulib. 40. 7. Si inter maritum futurum et destinatam uxorem convenit. fr. 7. §. 1. de iure dot. 23. 3. Despondere sibi, vel destinare. Cf. v. Despondere. Manifestum furtum esse, donec perferret eo, quo perferre fur destinasset. Gai. III. 184. Paul. II. 31. §. 2. Etsi pater non destinaverit, quis gerere debeat. fr. 3. §. 6. cf. §. 5. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Committere, Mandare.* I. **Sy.** Haberi in hoc, s. gratia etc. Destinatum esse ad. fr. 55. §§. 2. 7. de legat. III. (32.) fr. 30. pr. §. 5. de V. S. 50. 16. Paratum, Destinatum. fr. 55. §§. 2. sq. 7. l. (32.) III. **Cn.** Qui (sc. servi) ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum, praepositi destinatique essent. fr. 203. de V. S. 50. 16. Si forte certis oneribus destinatum sit patrimonium, utputa alimentis praestandis etc. fr. 50. §. 1. de iudic. 5. 1. Non totus, qui sepulturae destinatus est, (sc. locus religiosus fit,) sed quatenus corpus humatum est. fr. 2. §. 5. cf. fr. 4. de religios. 11. 7. Doti, s. Nuptiis, destinari. fr. 7. §. 3. fr. 68. de iure dot. 23. 3. Quae publicis usibus destinata sunt. fr. 17. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 8. §. 2. de religios. 11. 7. fr. 2. §. 5. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 3.** *Dirigere, Dimittere.* I. **Sy.** Mittere, Transmittere. Th. C. XI. 30. c. 31. sq. de app. et poen. Dirigere ad. Ib. VIII. 5. c. 48. pr. §. 1. de cursu pub. III. **Cn.** Qui testimonii causa evocati sunt, vel si qui iudicandi causa arcessiti, vel in provinciam destinati. fr. 2. §. 3. de iudic. 5. 1. cf. Th. C. VI. 14. c. 3. de com. R. M. Qui — ad iudicium tuae celsitudinis destinandi — usurparunt. c. 20. de opp. pub. 8. 12. cf. Th. C. VI. 4. c. 13. §§. 1. sq. de Praet. et Qu.

Destinatio. **§. 1.** *Consilium, Propositum, Sententia animi.* I. **Sy.** Voluntas. Gai. II. 169. c. 5. sq. de iure delib. 6. 30. Electio. fr. 77. §. 10. de legat. II. (31.) II. **Op.** Actus et voluntas. — Sola animi destinatio. c. 5. sq. l. 6. 30. Effectus. Vatic. §. 266 a. c. 18. ad L. Iul. de adult. 9. 9. III. **Cn.** Ex sola animi destinatione aestimari (concubinam.) fr. 4. de concubin. 25. 7. Destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Paul.

IV. 8. §. 25. Cum nostra destinatione fundorum nomina, non natura, constituerentur. fr. 24. §. 3. de legat. I. (30.) — **§. 2.** *Definitio, Sanctio.* I. **Sy.** Constitutio. Th. C. V. 1. c. 2. de legit. heredit.

Destitor. *Qui desistit, Desertor.* III. **Cn.** Annonas eorum, — quae illis destitoribus praestabantur, accipiant. Iuliani epit. nov. c. 51. §. 192.

Destituere. **§. 1.** *Omittere, Deserere, Negligere.* I. **Sy.** Deserere, (causam, v. rem.) Paul. V. 1. §. 5. c. 4. ad S. C. Turp. 9. 45. Desistere. Destituere indicium. fr. 8. §. 3. de praevar. 47. 15. III. **Cn.** Qui, imposita fuga, munera — destituunt. Th. C. III. 1. c. 8. de contr. emt. cf. fr. 2. de nundin. 50. 11. Qui destituit supremas defuncti preces. fr. 55. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Secundas tabulas non oportere resuscitari, destituto iam iure civili testamento. fr. 38. §. 3. de vulg. et pup. 28. 6. — **§. 2.** *Intercipere, Fraudare.* III. **Cn.** Ne — simul viris et viribus respub. destituantur. fr. 3. §. 15. de mun. et hon. 50. 4. Quas (sc. metrocomias) temporis lapsus vel destituit, vel viribus vacuavit. Th. C. XI. 24. c. 6. §. 4. de patroc. vicor. Destituuntur negotia et temporibus suis excidunt, dum etc. Ib. II. 10. c. 2. (Wck.) de postul.

Destitutio. *Desertio, Deminutio.* III. **Cn.** Neque munificum praedium pro alienis debitis, vel destitutione, esse detinendum. Th. C. XI. 1. c. 31. de ann. et tribut.

Destitutus. (Partic.) **§. 1.** *Constitutus.* III. **Cn.** Refert, — caecum — aversa sella a Bruto destitutum, cum vellet postulare. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. — **§. 2.** *Derelictus, Orbatus, Omissus.* I. **Sy.** Defecta, Destituta (possessio.) Th. C. XI. 1. c. 31. Desertum, Destitutum (testamentum.) §§. 7. sq. I. de hered. qu. ab int. 3. 1. III. **Cn.** Si vacanti ac destituto solo novus cultor insederit. Th. C. V. 15. c. 5. (Wck.) Defensione iusta et curatoris auxilio destituti. c. 6. Quom. et quand. 7. 43.

Destricte. (Advb.) *Stricte, Praecise.* II. **Op.** Neque passim admittenda, neque destricte [al. districte] deneganda, sed a Praetore causa cognita temperanda. fr. 13. de procur. 3. 3. cf. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. III. **Cn.** Licet Praetor destricte [al. districte] edicat, — attamen interdum rationem eius habere debet etc. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8.

Destrictio. *Coërcitio, Censura.* III. **Cn.** Errorem, vel culpas — patria destrictione [al. districtione, v. discussione] corrigere. Interpr. ad Th. C. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. Sub iuris districtione — iubere. Iuliani epit. nov. c. 22. §. 84.

Destrictus. (Partic.) *Accuratus, Promtus, Severus.* III. **Cn.** Probatissimi quique atque destrictissimi defensores. Th. C. I. 11. c. 3. de defensor. civit. Destricta moderatione praescribere. Ib. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl. Severitatem iudicum implorare ferro destrictam. Ib. X. 10. c. 3. de petition. (Cf. v. Destringere. §. 2.)

Destringere. **§. 1.** *Exsequi, Expedire.* II. **Op.** Destringendi in servos, — Occidendi servos (licentia). Ep. Inst. Gaii. I. 3. §. 1. III. **Cn.** In quos statim destringi ferrum iura praecipiunt. Th. C. IX. 41. c. 1. §. 2. ne sine iussu Princ. — **§. 2.** *Innectere, Obligare.* III. **Cn.** Qui ubique sunt cursus publici observatione destricti. Ib. VIII. 5. c. 4. de cursu pub. Bona, quae suariae functioni destricta sunt. Ib. XIV. 4. c. 1. de suar.

Destructio. *Demolitio.* II. **Op.** Reparatio (fabricarum, v. aedium.) Th. C. XV. 1. c. 12. c. 46. de opp. pub.

Destruere. **§. 1.** *Demoliri.* II. **Op.** Restituere, Instaurare (opus, v. aedificia.) fr. 22. de O. N. N. 39. 1. c. 29. de locat. 4. 65. III. **Cn.** Damnum in decidendis arboribus, domibusque destruendis ab eo datum. c. 7. de pign. act. 4. 24. Diruta penitusque destructa (publica opera.) Th. C. XV. 1. c. 40. de opp. pub. Debet heres eius patientiam destruendi operis adversario praestare. fr. 22. de O. N. N. 39. 1. Si, ea domu destructa, aliam eodem loco — aedificaverit. fr. 65. §. 2. de legat. I. (30.) — **§. 2.** *Infringere.* III. **Cn.** Si, quod semel remisit creditor, — iterum hoc conetur destruere. fr. 7. §. 10. de pact. 2. 14.

Desudare. *Cum labore et sudore absolvere.* III. **Cn.** Quos labor suus et desudatae vigiliae — commendant. Nov. Valent. III. de tiron. II. 6. c. 3. §. 1.

Desuetudo. *Consuetudo abrogans.* II. **Op.** Legibus, v. Suffragio legislatoris, — Ipsa desuetudine (obliteratum etc.) Gai. I. 111. fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. In usu retineri. — In desuetudinem abire. Gai. II. 103. III. **Cn.** Minus frequentantur et in desuetudinem abierunt. fr. 1. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Iam ex multis temporibus in desuetudinem abiit. §. 3. I. de libertin. 1. 5.

Desultor. *Qui certat equitando.* III. **Cn.** Si tibi equos venales experiendos dedero, — tuque desultor in his cucurreris et viceris. fr. 20. pr. de praescr. vv. 19. 5.

Detegere. *Prodere, Manifestum facere.* I. **Sy.** Eruere, Probare (fraudes, v. collusionem.) fr. 23. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. sq. fr. 4. sq. de collus. deteg. 40. 16. Declarare. fr. 10. pr. de div. temp. pr. 44. 3. III. **Cn.** Quod dominum in proelio adiuvaverit, — quod insidias detexerit. fr. 15. §. 1. de manum. vind. 40. 2. Propter indicium proditae mortis, vel detectae eorum coniurationis. fr. 39. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Si filius patris necem inultam reliquerit, quam servus detexit. fr. 23. pr. de iure patron. 37. 14. Si res a caeteris non servetur, et idonea culpa detegatur, quod etc. fr. 12. rem pup. salv. 46. 6. Quicunque harum machinatores praedarum detegi prodique potuerint. Th. C. X. 24. c. 3. pr. de h. qu. c. dispens. Probationibus atque argumentis deteg. Ib. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec. Detectus atque convictus. Ib. IX. 16. c. 7. de malefic. IX. 40. c. 4. de poen. Error, qui imperitiam detegit. fr. 15. de iurisd. 2. 1. Cuius animi motum vultus detegit. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18.

Detentare. *Detinere, Retinere.* III. **Cn.** Qui haec loca sub conductione detentant. Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Quos labor publicus, officiumve detentat. Ib. VI. 24. c. 21. §. 4. de Praet. et Qu. cf. VII. 13. c. 16. de tiron.

Detentatio. *Detentio.* III. **Cn.** Si inchoata sit b. f. possessoris detentatio [al. detentio.] fr. 15. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Manere in rerum detentationem [al. detentionem.] fr. 5. pr. de impens. in res dot. 25. 1.

Detentator. *Detentor.* I. **Sy.** Detinens. c. 10. pr. de reb. auct. iud. 7. 72. Possessor (iniustus.) c. 8. §. 1. de praescr. XXX. 7. 39. III. **Cn.** Antiqui possessores, — alienigenae detentatores. Th. C. X. 20. c. 14. de murileg. Qui emerunt, vel eorum heredes, vel detentatores. Ib. XI. 20. c. 6. §. 3. de collat. donat. cf. Nov. Marcian. de praed. civit. omn. III. 3. c. 1. §. 1. Contra detentatores rerum — actionem movere. c. 29. de iure dot. 5. 12.

Detentio. *Factum detinendi, Exercitium.* III. **Cn.** Servitutis detentionem [al. intentionem, v. defensionem, v. petitionem] dare. fr. 1. §. 5. de remission. 43. 25. Commodum detentionis sibi adquirere. c. 8. §. 1. de praescr. XXX. 7. 39.

Detentor. *Is, qui detinet, Possessor.* II. **Op.** Invasores possessionis alienae. — Conductores et detentores. c. 10. unde vi. 8. 4.

Deterere. Cf. v. Detritus.

Detergere. *Abstergere, Amovere.* I. **Sy.** Extergere. Cf. h. v. III. **Cn.** Perticae, quibus araneae detergantur. fr. 12. §. 22. de instr. leg. 33. 7. Detersa nube voluminum — roboramus. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 3. (Wck. p. 10.)

Deterior. *Inferior, Iniquior, Vilior.* I. **Sy.** Mutare militiam. In deteriorem militiam dari. fr. 3. §§. 1. 13. 16. fr. 4. §. 11. de R. M. 49. 16. II. **Op.** Fructuosior (effecta dos.) Vlp. VI. 17. Aeque bonum, s. Eiusdem generis et eadem bonitate. — Deterior res, quae ex eodem genere sit. fr. 3. de R. C. 12. 1. III. **Cn.** Deteriorem facere non debet (sc. causam proprietatis,) meliorem facere potest. fr. 13. §. 4. de usuf. 7. 1. cf. fr. 1. §. 3. usuf. quemad. cav. 7. 9. fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16. Licere, dum ne deterius faceret (domino praedii aquagium.) fr. 15. de S. P. R. 8. 3. Sive bonum servum fecerit malum, sive malum fecerit deteriorem. fr. 1. §. 4. cf. fr. 1. pr. §§. 3. sqq. de servo corr. 11. 3. Paul. III. 6. §. 23. Si nullo servum pretio viliorem, deterioremve fecerit. fr. 27. §. 17. ad L. Aqu. 9. 2. In via publica — facere, immittereve quid, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat. fr. 2. §§. 20. 31. 35. ne qu. in loco pub. 43. 8. cf. fr. 1. pr. §. 19. de flumin. 43. 12. Si deteriora praedia facta fuerint sine d. m. creditoris, vel iura eorum amissa, vel aedificia diruta vel exusta. fr. 9. §. 5. de reb. auct. iud. 42. 5. Non solum usta, aut rupta, aut fracta, sed etiam scissa — aut peremta atque deteriora facta (hoc verbo, sc. „rupti“, continentur.) Gai. III. 217. cf. 198. Res, quae tempore periturae, aut deteriores futurae sint. fr. 5. §. 2. de Carbon. edict. 37. 10. cf. fr. 7. §. 2. de susp. tut. 26. 10. Vt actori persecutio loco deteriori non sit. fr. 11. si qu. cautt. 2. 11. cf. fr. 46. de pact. 2. 14. Lex Mensia, ex alterutro peregrino natum, deterioris parentis conditionem sequi iubet. Vlp. V. 8.

Deteriorare. *Deterius efficere.* III. **Cn.** Si — his similia venierint, et ea aut deteriorata, [al. deteriora,] aut penitus corrupta fuerint. c. 2. de peric. et comm. 4. 48. Eloquentia non, ut aliae res, senio deterioratur. Nov. Th. II. de postul. I. 10. c. 2. pr.

Determinare. **§. 1.** *Terminos, s. Fines, demonstrare.* III. **Cn.** Locus latere potest, quatenus determinetur et definietur. fr. 60. §. 2. de V. S. 50. 16. Arbiter dandus est, qui — viam determinare debet. fr. 13. §. 1. de S. P. R. 8. 3. — **§. 2.** *Statuere, Definire.* I. **Sy.** Demonstrare. Gai. IV. 40. 134. III. **Cn.** Praetor, causa cognita, tempus pro conditione operis determinabit. fr. 15. §. 7. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 15. §. 6. de milit. testam. 29. 1. Quod defendimus, ita determinandum est. fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. — **§. 3.** *Ad exitum deducere, Finire.* I. **Sy.** Decidere, Terminare (litigium.) c. 6. de app. et consult. 7. 62. Th. C. II. 26. c. 1. sq. (Wck.) fin. regund. III. **Cn.** Ante causam examinatam et determinatam. Ib. XI. 30. c. 2. de app. et poen.

Determinatio. **§. 1.** *Descriptio, s. Demonstratio terminorum.* I. **Sy.** Non adiecta latitudine, Sine ulla determinatione (iter, actusve legatus.) fr. 13. §§. 1. 3. de S. P. R. 8. 3. III. **Cn.** Determinationis veteris monumenta. c. 2. fin. regund. 3. 39. — **§. 2.** *Definitio, Constitutio.* III. **Cn.** Vltra tempora edicto definita non posse (adgnosci B. Pnem), quia generalis est ista determinatio. fr. 15. §. 6. de milit. testam. 29. 1.

Deterrere. *Terrore avertere, Metu fugare.* I. **Sy.** Conterritus, Deterritus. Cf. v. Conterritus. II. **Op.** Provocare (emtorem.) fr. 31. §. 21. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Qui metus causa afuissent, scilicet si non supervacuo timore deterriti afuissent. fr. 2. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 1. §. 11. Qu. vi aut cl. 43. 24. Vt conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus. fr. 28. §. 15. de poen. 48. 19. cf. fr. 31. pr. depos. 16. 3.

Deterrimus. *Vilissimus, Nequissimus.* III. **Cn.** Libertate amissa, nexu conditionis deterrimae adstringi. Th. C. IX. 4. c. 4. ad S. C. Claud. Superstitioni deterrimae exhiberi. Ib. XVI. 10. c. 20. §. 1. de pagan.

Detestabilis. (Adiect.) *Abhorrendus.* III. **Cn.** Nihil ei haec astutia, nec detestabilia commenta profutura sunt. Ib. XIV. 3. c. 1. de pistor. Notae detestabilis turpitudinis. Ib. II. 19. c. 1. de inoff. testam. Propter odium detestabilis quaestus. c. 7. de postlim. rev. 8. 51.

Detestandus. (Partic.) *Abominandus.* III. **Cn.** Illiciti ac detestandi (emtores.) Ib. VIII. 15. c. 2. de iis qu. admin. A gladiatorio detestando nomine (vindicari.) Ib. XV. 12. c. 2. de gladiator.

Detestari. *Testato denunciare.* I. **Sy.** Absenti denunciare. Testatione denunc. fr. 39. §. 2. fr. 40. pr. fr. 238. §. 1. de V. S. 50. 16.

Detestatio. *Testatio denunciandi causa facta.* I. **Sy.** Denunciatio facta cum testatione. fr. 40. pr. fr. 238. §. 1. l. l. 50. 16.

Detestatus. (Partic.) *Testimonio superatus, v. convictus.* III. **Cn.** Quaesiti adducantur in publicum, — ac detestati criminosi congrua —

emendatione resecentur. Th. C. XVI. 5. c. 35. de haeret.

Detexere. *Texturam absolvere.* III. **Cn.** Quod in tela est, nondum (pertextum, vel) detextum. fr. 22. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.)

Detinere. **§. 1.** *Tenere, Occupare.* III. **Cn.** Qui detinet (fiduciam,) — sine furto possidere et usucapere potest. Gai. III. 201. Fines publicos a privatis detineri. fr. 5. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Qui pecuniam publicam magistratus sui tempore — detinuerat. fr. 9. §. 10. de adm. rer. ad civit. 50. 8. — **§. 2.** *Retinere, Continere.* I. **Sy.** Retinere. fr. 1. §. 1. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 2. §. 9. fr. 3. si qu. cautt. 2. 11. III. **Cn.** Sive b. f. serviat homo liber, sive detentus sit. fr. 11. fr. 15. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri. fr. 3. §. 4. de viol. sepulc. 47. 12. cf. fr. 38. de religios. 11. 7. Si quis ex vinculis, vel custodia, detentus a potentioribus, — confugerit. fr. 28. §. 7. de poen. 48. 19. Ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, sed plerumque hoc fit dicis gratia, uno momento. Gai. I. 141. Vt — falsi reos, esse detinendos. Th. C. XI. 39. c. 7. de fide test. — **§. 3.** *Conservare.* I. **Sy.** Firmitatem habere (donationes.) Firmas posse detineri. Ib. VIII. 12. c. 3. de donat. II. **Op.** Detineri usu. — Deperire non utendo. fr. 6. §. 1. Quemad. serv. 8. 6. Detentum, — Alienatum. fr. 25. de S. P. R. 8. 3.

Detondere. *Tondere.* III. **Cn.** Lana ovium furtivarum, si quidem apud furem detonsa est. fr. 4. §. 19. de usurp. 41. 3.

Detorquere. **§. 1.** *Avertere.* III. **Cn.** Dilatione suspendere, aut terrore detorquere (commodum sententiae latae.) Th. C. XI. 36. c. 6. Quor. app. n. rec. Ab his — concessa quidam conantur privilegia detorquere. Ib. XI. 35. c. 5. de priv. eor. qu. in S. pal. — **§. 2.** *Convertere, Conferre.* III. **Cn.** Qui, cum recusaretur, ipse detorsit in alium crimen. fr. 3. §. 14. ad S. C. Silan. 29. 5. Adversus eos — detorqu. tuas petitiones debes. c. 20. de N. G. 2. 19.

Detractare. *Detrectare.* III. **Cn.** Qui — res eius, filiorumve tutelam administrare detractat [al. detrectat.] fr. 19. de iure patron. 37. 14. cf. fr. 19. pr. de testib. 22. 5.

Detractatio. *Detractio.* II. **Op.** Adiectio. Gai. III. 178.

Detractio. *Separatio, Deductio.* III. **Cn.** Si quis domum deductis marmoribus legaverit, — in utroque detractionem non valere. fr. 41. §. 4. de legat. I. (30.) Sine ulla detractione soluta (legata.) fr. 15. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 76. §. 1. de R. V. 6. 1. Impensarum — detractio. fr. 1. §. 5. de dot. collat. 37. 7.

Detrahere. **§. 1.** *Abstrahere, Tollere, Auferre.* I. **Sy.** Removere, Tollere. fr. 43. de R. V. 6. 1. fr. 11. §. 4. de inst. act. 14. 3. II. **Op.** Proponere. fr. 11. §. 4. l. 14. 3. Imponere, Reponere, Coniungere. fr. 43. l. 6. 1. fr. 18. §. 1. de A. E. V. 19. 1. fr. 63. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Ne iudicati detrahantur [al. detrudantur] in carcerem. c. 1. Qu. bon. ced. 7. 71. Insignia militaria detrahere. fr. 2. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Statuas (sc. relegatorum) detrahendas esse. fr. 24. de poen. 48. 19. Demoliri (aedificia) et detrah. marmora. c. 2. de aedif. priv. 8. 10. Ex aedibus detrah. et uti (ad hoc.) fr. 41. de legat. I. (30.) — **§. 2.** *Deducere, Diminuere.* I. **Sy.** Minuere (legata.) fr. 73. §. 5. ad L. Falc. 35. 2. Deducere, Retinere (quartam.) fr. 80. sqq. ib. c. 14. eod. 6. 50. II. **Op.** Prorsus tollere, — Partem detr. fr. 102. de V. S. 50. 16. Solida deberi, — Partem detrahi. fr. 73. pr. ad L. Falc. 35. 2. Stipulari, arbitratu eius dari. — Stipulatio arbitrio detracto. fr. 69. §. 4. de iure dot. 23. 3. III. **Cn.** Minui, detracta (coniunctione.) fr. 46. de legat. III. (32.) Tribui, detracta (tertia parte.) Th. C. V. 1. c. 5. de legit. heredit. Competere, detracto etc. fr. 9. §. 14. de hered. inst. 28. 5. Nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Coll. LL. M. III. 3. Nihil rebus publicis ex antiquo iure detrahimus. Th. C. IV. 11. c. 3. ad S. C. Claud. Nulli (Principum) aeternitas sua detracta est. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 3. (Wck. p. 10.) — **§. 3.** *Excipere, Retinere.* I. **Sy.** Deducere, Excipere, Recipere (in mancipanda proprietate, sc. usumf.) Gai. II. 30. 33. Vatic. §§. 47. sqq. fr. 36. §. 1. fr. 46. pr. fr. 54. de usuf. 7. 1. fr. 19. fr. 26. de usu et usuf. leg. 33. 2. III. **Cn.** Detractis, et adsignatis alteri, legare. fr. 1. pr. cf. fr. 32. §§. 8. sq. de auro arg. 34. 2. Vendere (fundum) et tradere, detracto (usuf.) fr. 54. de usuf. 7. 1. Stipulari, detracto (usuf.) fr. 36. §. 1. ib. 7. 1. — **§. 4.** *Negare, Recusare.* I. **Sy.** Non habenda, Detrahenda (fides.) fr. 1. §§. 23. sqq. de quaestion. 48. 18. III. **Cn.** Quia intellexit legislator, — detraxit ei cum alio connubium. fr. 11. pr. de divort. 24. 2.

Detrectare. *Declinare, Reluctari.* II. **Op.** Adgnoscere, Adpetere (munus.) fr. 4. §. 10. de R. M. 49. 16. fr. 9. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** Si et iudicium non detrectetur, et iudicatum solvi satisdetur. fr. 21. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Si creditores eos — conveniant, et unus placita detrectet. fr. 20. §. 3. fam. ercisc. 10. 2. Praeses Pr. — reficere ea compellat, et adversus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat. fr. 7. de off. Praes. 1. 18. Si detrectasse fidem praetermissis suggestionibus monstrabuntur. Th. C. VIII. 1. c. 9. §. 1. de numerar.

Detrectatio. *Contumacia.* III. **Cn.** Qui tum sine detrectatione reip. c. aberit. fr. 15. §§. 1. sq. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Detrimentum. *Damnum, Incommodum, Dispendium.* I. **Sy.** Damnum (infamiae.) c. 1. c. 6. ex qu. c. infam. 2. 12. Dispendium. Th. C. XVI. 10. c. 13. de pagan. II. **Op.** Augmentum. fr. 3. pr. de instr. leg. 33. 7. III. **Cn.** Neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletiorem. fr. 14. de cond. indeb. 12. 6. Operam dare, ut quam minime detrimento sit ea res emtori. fr. 1. §. 3. de peric. et comm. 18. 6. Vt — ei detrimento sit iuris ignorantia. fr. 9. §. 3. de iur. et facti ignor. 22. 6. Tuum, non meum detrimentum erit, si etc. fr. 20. commod. 13. 6. cf. Gai. III. 122. Verba edicti: „Quanti ea res erit," omne detrimentum recipiunt. fr. 11. pr. de servo corr. 11. 3.

Vt detrimentum pro portione communicetur. fr. 2. pr. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. Quae sine detrimento ipsius rei tolli possunt. fr. 39. §. 1. de hered. pet. 5. 3.

Detritus. (Partic.) *Extenuatus.* III. *Cn.* Vestes, quae detritae usu, seu corruptae. c. 22. de adm. tutor. 5. 37. cf. c. 4. Qu. decr. op. n. est. 5. 72.

Detrudere. *Deprimere, Deiicere.* III. *Cn.* Nec de via quis (i. e.) mero iure detruditur. fr. 4. §. 27. de usurp. 41. 3. Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret. fr. 22. Qu. met. c. 4. 2. In servilem conditionem detrusi. c. 2. de postlim. rev. 8. 51.

Detruncare. *Amputare, Resecare.* III. *Cn.* Aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet. Th. C. I. 16. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. Maeniana — modis omnibus detruncentur. c. 11. de aedif. priv. 8. 10.

Devagari. *Vagari, Circumerrare.* III. *Cn.* Qui sine commeatu — per provincias devagantur. Th. C. I. 10. c. 5. (Wck.) de off. Com. S. largg.

Devastare. *Vastare.* I. *Sy.* Mutilare (prata.) Ib. VII. 7. c. 3. de pascuis.

Devehere. *Vehendo adportare.* I. *Sy.* Vehere, Deportare, Portare (merces.) fr. 10. pr. §§. 1. sq. de L. Rhod. 14. 2. fr. 35. pr. de hered. inst. 28. 5. Convehere. cf. h. v.

Devenire. *Pervenire, Redigi.* I. *Sy.* Pervenire, Transmitti. c. 2. sqq. de bon. qu. lib. 6. 61. III. *Cn.* Discreta sunt iura, quamvis plura in eandem personam devenerint. fr. 22. de h. qu. ut indign. 34. 9. cf. fr. 107. de solut. 46. 3. Ad quemvis persecutio eius devenerit. fr. 68. de R. I. 50. 17. Servus, qui — in fidem eius devenit. fr. 3. de obsequ. parent. 37. 15. Suariorum corpus ad paucos devenit. Th. C. XIV. 4. c. 1. de suar.

Deversorium, s. **Diversorium.** §. **1.** *Hospitium.* III. *Cn.* Quaecunque in caupona, vel in meritorio, stabulo, diversoriove perierint. Paul. II. 31. §. 16. cf. fr. 13. §. 8. de usuf. 7. 1. Si horreum fuit conductum, vel diversorium, vel area. fr. 3. in qu. c. pign. 20. 2. — §. **2.** *Secessus amoenus.* I. *Sy.* Deverticulum. cf. h. v. III. *Cn.* Ager, quem diversorium habuerit. Th. C. I. 7. c. 5. de off. Rect. Pr.

Devertere. §. **1.** *Deflectere a via.* I. *Sy.* Deviare. Cf. h. v. — §. **2.** *Hospitium quaerere.* III. *Cn.* Licet gratis navigaveris, vel in caupona gratis deverteris [al. diverteris.] fr. 6. pr. naut. caupon. 4. 9.

Deverticulum, s. **Diverticulum.** *Secessus.* I. *Sy.* Diversorium. Th. C. I. 7. c. 5. de off. Rect. Pr. III. *Cn.* In fluminis publici deverticulo [al. diverticulo] solus pluribus annis piscatus. fr. 45. pr. de usurp. 41. 3. Neque enim paullo diverticulo abducendi sunt — ab excubiis. Th. C. VIII. 5. c. 33. §. 1. de cursu pub.

Deviare. *Deflectere a via, Aberrare.* I. *Sy.* Devertere (ab itinere.) Th. C. I. 1. c. 3. c. 25. III. *Cn.* Viam impiam obstruentes, ut ne quis alius deviet etc. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. A iudicio catholicae religionis et tramite — deviare. Th. C. XVI. 5. c. 28. de haeretic.

Devincire. *Obligare, Confirmare.* III. *Cn.* Omnes leges suas religione sapienti pudorisque observatione devinxit (sc. romana maiestas.) Coll. LL. M. VI. 4.

Devirginare. *Virginitate privare.* III. *Cn.* De servo corrupto, vel ancilla devirginata, vel servo stuprato (cum Praeses cognoscat.) fr. 21. de off. Praes. 1. 18.

Devius. (Adiect.) §. **1.** *Remotus, Occultus.* III. *Cn.* In secreta sese et devia conferre. Th. C. XII. 19. c. 1. de h. qu. cond. propr. Litora devia sectari. Ib. XII. 5. c. 33. de navicular. — §. **2.** *Aberrans.* III. *Cn.* Qui fide devii, et mente caecati (descivissent.) Ib. XVI. 7. c. 5. de apostat. Errores devii (rebaptizantium.) Ib. XVI. 6. c. 3. ne S. bapt.

Deunx. *Quantitas XI. unciis constans.* III. *Cn.* Sextans, quadrans, triens, — dodrans, dextans, deunx. fr. 50. §. 2. de hered. inst. 28. 5.

Devocare. *Arcessere, Compellere, Redigere.* I. *Sy.* Cogere (ad collationem etc.) Th. C. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. Revocare (in irritum.) Ib. VIII. 15. c. 5. §. 2. de iis qu. admin. XI. 13. c. 1. si per obrept. Vatic. §. 273. III. *Cn.* In iudicium devocare. c. 1. de ord. iudic. 3. 8. Th. C. IX. 1. c. 11. de accusatt. Ad civilia munera, vel curiae, devocari. Ib. VIII. 4. c. 1. de cohortal. XV. 3. c. 1. de itin. mun.

Devolvere. §. **1.** *Deprimere, Deferre.* I. *Sy.* Procedere, Redigi, Devolvi (ad orbem, v. lucem.) c. 3. de posth. hered. 6. 29. Deducere, Perducere (in, s. ad, egestatem.) fr. 5. §. 17. de agn. et alend. 25. 3. fr. 12. §. 2. de tut. et cur. dat. 26. 5. fr. 3. §. 6. ubi pup. 27. 2. III. *Cn.* Si forte — pressura quadam lumen in eas aedes devolvatur. fr. 17. §. 2. de S. P. V. 8. 2. — §. **2.** *Devolvi, i. e. Decurrere.* I. *Sy.* Lapsus temporis decurrens. Curriculum annorum devolutum. Th. C. IV. 14. c. 1. §§. 1. 5. de act. certo temp. III. *Cn.* Illi excidit anulus, et in Tiberim devolutus est. fr. 23. de praescr. vv. 19. 5. Devoluto spatio anni. Quinquennio devoluto. c. 2. de div. rescr. 1. 23. Th. C. VIII. 5. c. 36. de cursu pub. — §. **3.** *Transire, Conferri.* I. *Sy.* Pervenire, Venire, Devolvi (ad, s. in.) fr. 9. §. 1. de adm. et per. 26. 7. fr. 77. §. 29. de legat. II. (31.) fr. 75. pr. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. Transire, Deferri. fr. 2. §. 1. de alim. leg. 34. 1. fr. 45. §§. 4. 11. de iure fisci. 49. 14. III. *Cn.* In tutelae actionem devolvitur (gestus.) fr. 1. §. 5. de eo qu. pro tut. 27. 5. cf. fr. 13. de tut. et rat. 27. 3. Si semel ad testamentarium devoluta fuerit tutela. fr. 11. §. 1. de testam. tut. 26. 2. An postea, dominio ad aliquem devoluto, interdicto locus sit. fr. 13. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Omnes hereditates ad eum devolutas, et non adgnitas, (ita intelligi etc.) c. 18. §. 3. de iure delib. 6. 30. Bona, s. Hereditas, s. Successio etc. devoluta ad (heredem, v. fiscum etc.) fr. 1. §. 9. fr. 32. de legat. III. (32.) fr. 2. §. 1. de alim. leg. 34. 1. fr. 9. fr. 45. §. 11. de iure fisci. 49. 14.

Devote. (Advb.) *Fideliter.* III. *Cn.* Devote ac strenue militando etc. Th. C. VI. 24. c. 10. de domest. et protect.

Devotio. §. **1.** *Veneratio, Pietas.* III. *Cn.*

Dies feriati et devotionum. Th. C. XIII. 5. c. 38. §. 1. de navicular. Non id devotione fidei, sed obreptione simulantium fieri. Ib. XVI. 8. c. 23. de Iud. Quam rem aeternus Princeps — devotione socii, adfectu filii comprobavit. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.) Prona devotione revocamus. Th. C. XVI. 2. c. 47. de episc. eccl. Satrapae, pro devotione quae romano debetur imperio etc. Ib. XII. 13. c. 6. de auro coron. — **§. 2.** *Obsequium, Obedientia.* III. ***Cn.*** Si quis devotionis suae ac salutis publicae custodiam gerit. Ib. IX. 34. c. 7. de famos. libell. Sciant, se non absque devotionis nota et morsu honoris alieni — postponendos. Ib. VII. 1. c. 10. de R. M. Solitae devotionis officia implere. Ib. XV. 5. c. 4. de spectac. Vniversi devotionis studio contendant. Ib. V. 6. c. 1. de ingen. qu. temp. tyr. — **§. 3.** *Praestatio publica, Solutio debiti tributi.* III. ***Cn.*** Annonaria res ac devotio publica. Rei annonariae necessitas ac devotio. Ib. XI. 1. c. 20. c. 29. de annon. et tribut. Devotio aurariae functionis. Ib. XIII. 1. c. 19. de lustr. collat. Vt plus haberet dispendii translatio, quam devotionis illatio. Ib. XI. 1. c. 22. Remissio tributorum — redivivae devotionis fomitem subministrat. Nov. Valent. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. pr. — **§. 4.** *Titulus honoris, magistratibus superioribus concessus.* III. ***Cn.*** Devotio tua iussis ac statutis tranquillitatis nostrae maturius obsecundare festinet. Coll. LL. M. XV. 3. cf. Th. C. VII. 20. c. 1. de veteran. Devotionis tuae officium. Ib. VII. 22. c. 2. pr. de fil. militar.

Devotus. (Adiect.) *Fidelis, Obsequens.* II. ***Op.*** Rebellis. cf. h. v. III. ***Cn.*** Principales devoti, et nihil debentes. Th. C. XII. 1. c. 126. de decurion. Fortissimi ac devotissimi milites. Ib. VII. 4. c. 17. de erog. mil. annon. VII. 8. c. 13. de metat. Legati gentium devotarum. Ib. IV. 12. c. 8. de vectig. et comm.

Devovere. *Vovere, Mancipare.* III. ***Cn.*** Secundis nuptiis sese devov. c. 10. de sec. nupt. 5. 9. Agentum in rebus — sacramentis [al. sacramenta] se devovere. Th. C. VI. 35. c. 14. pr. de priv. eor. qu. in S. pal.

Deurere. *Exurere.* I. ***Sy.*** Vrere, Exurere. fr. 29. locat. 19. 2. fr. 4. de impens. in res dot. 25. 1. III. ***Cn.*** Redemtor silvam ne caedito, neve cingito, neve deurito, neve quem cingere, caedere, urere sinito. fr. 29. l. 19. 2. Decidit, vel deusta est (insula.) fr. 36. pr. de usuf. 7. 1. Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis, et arbore et antenna. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2.

Deus. **§. 1.** *Christianorum numen optimum maximum.* I. ***Sy.*** Numen (caeleste.) Th. C. X. 18. c. 3. de thesaur. Prooem. Inst. §. 1. III. ***Cn.*** Qui omnipotentem deum, et Christum filium dei unum nomine confitetur. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeret. Deo atque hominibus exosa. Ib. l. l. c. 12. Post dei iudicium, etiam nostram indignationem timeat. Iuliani epit. nov. c. 71. §. 257. — **§. 2.** *Paganorum numina.* I. ***Sy.*** Dei immortales. Cuncta numina. Coll. LL. M. VI. 4. III. ***Cn.*** Vaticinatores, qui se deo plenos adsimulant. Paul. V. 21. §. 1. cf. Coll. LL. M. XV. 2. Maiestati dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes oportet. fr. 32. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Iubeo signum dei — in illa sacra aede — statui. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. fr. 5. §. 12. de don. int. V. 24. 1. Paul. IV. 3. §. 3. Municipum legata, vel etiam ea quae deo relinquuntur. fr. 1. §. 5. ad L. Falc. 35. 2. Vlp. XXII. 6. Quae diis superis consecratae, — quae diis manibus relictae sunt. Gai. II. 4. — **§. 3.** *Divus.* Cf. h. v.

Dextans. *Vnciarum X. summa.* III. ***Cn.*** Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis etc. fr. 50. §. 2. cf. fr. 47. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Dextantem fiscus accipiat, sextans ei — reservetur. Th. C. IX. 42. c. 8. §. 2. de bon. proscr.

Dexter. Dextra. *Versus dextram, Manus dextra.* III. ***Cn.*** Spatium — dextra et sinistra (relinquere). fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4. Si, imbecillitate dextrae, validius sinistra utitur. fr. 12. §. 3. de Aed. edict. 21. 1. Triumphalis dextra nostra. Th. C. XIV. 17. c. 14. de annon. civ. Dexter adsedit ei, cui iura commisimus. Nov. Th. II. ne decur. ad senat. I. 15. c. 2. §. 1.

Diabathrarii. Cf. v. Diatretarii.

Diacatochia. *Ius in fundo patrimoniali, vel rei privatae.* III. ***Cn.*** Nemo — submoveatur, quominus ad diacatochiae vicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat. Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.)

Diacatoci. *Possessores, iure diacatochiae praediti.* III. ***Cn.*** De diacatochis quosdam comperimus ita fiscales lacerasse rationes, ut etc. Th. C. X. 16. c. 1. de fisci debitor.

Diacon. Cf. v. Diaconus.

Diaconatus. *Munus diaconi.* III. ***Cn.*** Si intra diaconatus gradum locatus. — Si vero iam diaconus etc. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 7.

Diaconicum. *Secretarium ecclesiasticum.* III. ***Cn.*** Diaconica, vel etiam decanica. Cf. v. Decanicum.

Diaconissa. *Mulier, ad sacra ecclesiae ministeria adhibita.* III. ***Cn.*** Ascetria, vel diaconissa, vel monastria. Iuliani epit. nov. c. 115. §. 493. cf. §§. 460. 471. 484. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut diaconissa etc. Th. C. V. 3. c. 1. de bon. clericor. XII. 1. c. 49. pr. de decurion. Ad diaconissarum consortium transferri. Ib. XVI. 2. c. 27. de episc. eccl.

Diaconus, s. **Diacon.** *S. evangelii minister in ecclesia christiana.* III. ***Cn.*** Si qui ad presbyterorum gradus, diaconum etiam, seu subdiaconum caeterorumque, pervenerint. Ib. XII. 1. c. 49. pr. cf. c. 121. LX. presbyteros, C. diaconos, XL. diaconissas, XC. subdiaconos, CXI. lectores — ecclesia habeat. Iuliani epit. nov. c. 5. §. 22. Tabulis in ecclesia — subscriptis a sacerdotibus, i. e. aut episcopo cum presbyteris, aut presbytero cum diaconibus subscribentibus. L. Rom. Burg. Tit. 3.

Diacopi. *Meatus incisi, Incilia hiantia, (in aggeribus.)* III. ***Cn.*** Chomata et diacopi, qui in aggeribus (sc. Nili) fiunt. fr. 10. de extr. crim. 47. 11.

Diadota. *Diribitor, Divisor.* III. ***Cn.*** Cum per

per praepositos pistorum et diadotas legis forma caveatur, ut nulli — praebeatur annona, nisi etc. Th. C. VII. 4. c. 28. pr. de erog. mil. ann.

Diaeta. §. 1. *Habitatio in hortis.* III. *Cn.* Si maritus diaetam in uxoris hortis — fecerit. fr. 43. §. 1. de legat. I. (30.) cf. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. Virgini in hortos deductae, — cum in separata diaeta ab eo esset. fr. 66. §. 1. de don. int. V. 24. 1. — §. 2. *Coenaculum.* III. *Cn.* Eodem tecto; — utrum intra eosdem parietes, et ultra intra eandem diaetam, vel cubiculum, vel eandem domum, vel eosdem hortos etc.? fr. 1. §. 27. de S. C. Silan. 29. 5. Hospitio illo — utaris, superioribus diaetis omnibus gratuito. fr. 32. de donat. 39. 5. Si tabernae (sc. legatae sint,) et diaetam fecerit. fr. 12. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4.

Diaetarius. *Diaetarum, in habitationibus vel navibus, praefectus.* III. *Cn.* Ostiarii, vel topiarii, diaetarii, aquarii, domui tantum deservientes. fr. 12. §. 42. de instr. leg. 33. 7. (cf. v. Zetarius.) Qui custodiae gratia navibus praeponuntur, ut ναυφύλακες, et diaetarii [al. dietarii.] fr. 1. §. 3. naut. caup. 4. 9.

Diaeteta. *Arbiter.* III. *Cn.* Qui litem inchoavit procuratorem apud diaetetam, seu pedaneum etc. c. 27. de procur. 2. 13. cf. c. 36. de app. et consult. 7. 62. Iuliani ep. nov. c. 76. §. 285.

Dialecticus. *Peritus in arte dialectica.* III. *Cn.* Qui tractatus apud dialecticos — dicitur etc. fr. 88. pr. ad. L. Falc. 35. 2.

Dialis. (Adiect.) *Ad Jovem pertinens.* III. *Cn.* Flamines maiores, i. e. Diales, Martiales, Quirinales. Gai. I. 112. Si Flamines Diales inaugurentur, et — si Virgines Vestales capiantur. Ib. I. 130. III. 114. Vlp. X. 5.

Diametrum. *Intertrimentum.* I. *Sy.* Detrimentum. Th. C. XIII. 5. c. 38. pr. de navicular. III. *Cn.* Vel de oneribus pravitate submersis, vel de diametris aliisque iacturis — probare. Ib. XIII. 9. c. 5. de naufrag.

Diana. *Jovis filia ex Latona.* III. *Cn.* Deos heredes instituere — concessum est, sicuti Jovem Tarpeium, Apollinem Didymaeum, — Dianam Ephesiam, matrem deorum Sipelensim etc. Vlp. XXII. 6.

Diaria. *Victus diurnus.* I. *Sy.* Cibaria. Cf. v. Cibariae. Diurnum. fr. 47. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. III. *Cn.* Diariis (vel cibariis) relictis etc. fr. 21. de alim. leg. 34. 1.

Diasostes. *Ductorum, vel Adiutorum militarium genus.* III. *Cn.* Periculo magistrorum militum, sive ducum, et tribunorum, et comitum, et diasostarum, et delegatorum, et praepositorum uniuscuiusque numeri. Iul. ep. nov. c. 123. §§. 532. 537.

Diastoleus. *Dispunctor rationum.* III. *Cn.* Boëthos logistarum, demogrammateos, logographos, diastoleos [al. diastoleas,] etc. c. 4. de tabular. scrib. 10. 69.

Diatretarius. (Subst.) *Qui diatreta facit.* III. *Cn.* Pictores, sculptores, diatretarii, [al. diabathrarii,] intestinarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Diatretus. (Adiect.) *Tornatus, Tessellatus.* III. *Cn.* Si calicem diatretum faciendum dedisti, — si non imperitia fregit, sed rimas habebat vitiosas etc. fr. 27. §. 29. ad L. Aqu. 9. 2.

Dicare. *Vovere, Despondere.* III. *Cn.* Quam (sc. rem) religioni dicavit. fr. 5. §. 8. de don. int. V. 24. 1. Qui fidem, quam deo dicaverant, polluerunt. Th. C. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat.

Dicatio. §. 1. *Praedicatio, Laus.* III. *Cn.* Quoniam praedicabilis erit, ad dicationem publicam merito perventurus. Th. C. IX. 34. c. 2. de famos. libell. §. 2. *Titulus honorarius.* III. *Cn.* Iam dicationis tuae est etc. Ib. XI. 30. c. 1. de app. et poen. Dicationis tuae officium. Ib. l. l. c. 21. cf. V. 14. c. 4. (Wck.)

Dicatus. (Partic.) *Addictus, Obsequens.* I. *Sy.* Sacrata, Sacrosancta, Dicata deo (virgo.) Th. C. IX. 25. c. 1. sqq. de raptu v. matrim. sanctim. III. *Cn.* Infulis dicati. Ib. XII. 1. c. 122. de decurion. Domestici dicatissimi. c. 6. §. 3. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Dicere. §. 1. *Pronunciare, Oratione exprimere.* I. *Sy.* Ferre, Dare (sententiam, v. testimonium.) fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. fr. 21. §. 1. de testib. 22. 5. Perhibere (testimonium.) fr. 3. §§. 5. sq. ib. 22. 5. Paul. V. 25. §. 2. Praedicere, Pronunciare. fr. 1. §. 1. fr. 31. §. 1. fr. 32. de aed. ed. 21. 1. Exprimere, Designare. Vatic. §. 210. III. *Cn.* Quidquid vel fit, vel dicitur (in calore iracundiae.) fr. 3. de divort. 24. 2. Ius anceps, ac pro dicentium impulsu vacillans. Vatic. §. 249. Docendi peritia, facundiaque dicendi, interpretandi subtilitas etc. Th. C. VI. 21. c. 1. de prof. qu. in urbe Const. In foro causas dicere. Ex vinculis causam dicere. fr. 1. de O. I. 1. 2. fr. 25. §. 1. de S. C. Silan. 29. 5. Nisi forte hoc sensit, — dicendo etc. Coll. LL. M. XI. 7. Qui vindicabat, — ita dicebat etc. — ille respondebat etc. Gai. IV. 16. sq. cf. I. 119. II. 24. Vatic. §. 50. Tabulas testamenti testator tenens, ita dicit etc. Vlp. XX. 9. Verba cretionis dicere. Ib. XXII. 28. cf. Gai. II. 171. Sententiam dicere in Senatu. Ordo sententiarum dicendarum. fr. 12. §. 1. de Senat. 1. 9. fr. 2. §. 1. de decurion. 50. 2. Neve cui ibi in eo ordine sententiam dicere, ferre liceto. Tab. Heracl. lin. 35. sq. aer. Neap. — §. 2. *Adpellare, Tradere, Referre.* I. *Sy.* Nominare, Adpellare, Vocare. Gai. I. 22. 184. sq. III. 56. Vlp. I. 10. fr. 2. §§. 8. sqq. de O. I. 1. 2. Iactare, Tradere. fr. 11. pro emt. 41. 4. fr. 95. §. 3. de solut. 46. 3. Inscribitur, Dicitur (is liber.) fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. III. *Cn.* Eaque tantummodo fas sit proferri, vel dici rescripta. c. 6. de div. rescr. 1. 23. Quamvis dicatur (a graeca voce figurata esse.) Gai. III. 93. Qui dicitur (introduxisse.) Ib. IV. 35. Qui dictus est. Qui dicuntur etc. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. fr. 1. §. 4. de off. Quaest. 1. 13. Pluribus modis, v. Alia significatione, dici. fr. 11. de I. et I. 1. 1. fr. 18. fr. 188. pr. de V. S. 50. 16. Dici ab, s. ex (eo.) Inde dici. fr. 2. §. 16. de O. I. 1. 2. fr. 2. §. 22. fr. 31. fr. 49. fr. 59. de V. S. 50. 16. Proprie, s. Recte, — Improprie, v. Abusive, dici. Vulgo dici. fr. 7. §. 1. de Senat. 1. 9. fr. 15. fr. 67. pr. fr. 71. pr. fr. 106. fr. 130. fr. 191.

de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Adlegare, Causari, Queri.* I. **Sy.** Obiicere, Queri, Docere. fr. 1. §§. 1. sq. 8. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Contendere, Agere, Instituere querelam. fr. 14. de probat. 22. 3. fr. 135. §. 4. de V. O. 45. 1. cf. fr. 9. §. 1. de d. m. 4. 3. Paul. IV. 5. §§. 2. 4. sqq. Arguere, Accusare (inofficiosum testamentum, v. falsum.) Ib. §§. 3. sqq. fr. 3. fr. 6. pr. §§. 1. sqq. fr. 22. pr. de inoff. testam. 5. 2. fr. 5. §§. 5. sqq. fr. 7. de h. qu. ut indign. 34. 9. III. **Cn.** Postulare, et dicere etc. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. cf. fr. 39. §. 6. de procur. 3. 3. Dicere, et desiderare. Cf. v. Desiderare. §. 3. Audire (querentes,) maxime si dicant etc. fr. 1. §§. 2. 5. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 25. de procur. 3. 3. Agere, et dicere etc. Coll. LL. M. II. 6. Gai. IV. 177. Dic. et probare. fr. 25. l. 3. 3. fr. 67. de iudic. 5. 1. Dare satis, — et sic falsum dicere. fr. 5. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Dicere, nec obtinere. Paul. IV. 5. §. 10. fr. 8. §. 14. de inoff. testam. 5. 2. Adpellaverat, quod diceret etc. — Ex diverso respondebatur. fr. 41. fam. ercisc. 10. 2. Erit haec etiam excusatio, si quis se dicat etc. Vatic. §. 200. Si recuset scriptus heres adire hereditatem, ob id quod dicat etc. Gai. II. 258. Vlp. XXV. 16. — **§. 4.** *Constituere disputando, vel respondendo.* I. **Sy.** Scribere, Respondere. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 3. §. 11. fr. 9. fr. 30. fr. 34. de N. G. 3. 5. Credere, Putare, Existimare. Gai. I. 188. II. 200. III. 184. III. **Cn.** Et dictum, et rescriptum. fr. 7. §. 2. de transact. 2. 15. Tractari potest, — et recte dicetur. fr. 3. Qu. c. eo. 14. 5. Quaerebatur, s. Quaesitum est, — Dicendum est, v. Dixi. fr. 19. pr. de iurisd. 2. 1. fr. 9. de R. C. 12. 1. fr. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Respondebatur, — Praeterea dicebatur etc. fr. 34. de N. G. 3. 5. Plerique putant, — quod ideo dictum est etc. Gai. II. 198. cf. 149. I. 172. Qui dixerunt, — non animadverterunt etc. Ib. IV. 1. Sed qui diversam sententiam probant, quid dicerent? Vatic. §. 76. Quid dicturi essemus, tractat, si etc. fr. 1. §. 47. de vi et vi arm. 43. 16. Apud veteres dicebatur, — postea variatum. Coll. LL. M. XV. 2. cf. c. 3. Per qu. pers. nob. adqu. 4. 27. Vulgo dicitur. Gai. II. 45. 49. fr. 4. de S. C. Mac. 14. 6. Vnde dicitur, — quod nimium subtiliter dictum est. Ib. III. 94. Generaliter dicendum. fr. 2. §. 23. vi bon. rapt. 47. 8. Sed et fortius dicendum est. fr. 2. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. cf. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. Solemus dicere, — sed hoc sic accipiendum est. fr. 7. §. 5. fr. 10. §. 2. de pact. 2. 14. cf. fr. 32. de S. P. R. 8. 3. Hoc est, quod dicitur etc. Gai. IV. 58. cf. II. 95. Potest quidem dici, sed etc. fr. 21. §. 1. de const. pec. 13. 5. cf. fr. 9. de iurisd. 2. 1. fr. 6. §. 1. fr. 22. de N. G. 3. 5. Vatic. §. 224. Adhuc idem erit dicendum, modo ut meminerimus etc. fr. 1. §. 5. de susp. tut. 26. 10. Nemo dicturus est, etc. fr. 50. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 5.** *Decernere, Irrogare.* I. **Sy.** Pronunciare, Proferre, Ferre (sententiam.) Paul. IV. 12. §. 5. fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12. fr. 32. §§. 1. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Irrogare (multam.) fr. 6. §. 9. de off. Praes. 1. 18. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Vindicias dicere (secundum libertatem.) fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Contra absentem sententia dicta. fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. Legem dicere (contractui, v. testamento.) fr. 5. de L. comm. 18. 3. fr. 14. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 126. de V. S. 50. 16. Conditio dicta (contractus.) fr. 6. §§. 1. sq. fr. 40. pr. §§. 1. sqq. de contr. emt. 18. 1. — **§. 6.** *Recipere in se, Adfirmare, Spondere.* I. **Sy.** Demonstrare, Praedicere. fr. 13. §. 2. de S. P. R. 8. 3. fr. 21. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Adfirmare. fr. 1. §. 1. fr. 18. pr. §§. 1. sq. fr. 19. pr. §§. 1. sqq. de Aed. ed. 21. 1. fr. 174. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. Vlp. VI. 1. sq. XI. 20. Mater pro filia partem dotis dedit, partem dixit. Vatic. §. 100. Ita cavit: — dico me accepisse, et habere etc. fr. 89. pr. de solut. 46. 3. Si venditor nominatim exceperit, — et de caetero dixerit, etc. fr. 14. §. 9. de Aed. edict. 21. 1. Quod venditor, ut commendet, dicit. fr. 37. de d. m. 4. 3. Quod dixit, promisitve. fr. 52. cf. fr. 19. §. 4. de Aedil. ed. 21. 1. Si in emtione modus dictus est, et non praestatur. fr. 2. pr. de A. E. V. 19. 1.

Dichoneutum. (Adiect.) *Bis conflatum, v. recoctum, Mixtura adulteratum.* III. **Cn.** Aes, quod dichoneutum vocatur, — de usu penitus et conversatione tollatur. Th. C. XI. 21. c. 1. de collat. aer.

Dicis gratia, s. **causa.** *Ad speciem, Simulate.* III. **Cn.** Si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum eis proderit. fr. 1. §. 34. de S. C. Silan. 29. 5. Nunc alius heres testamento instituitur, — alius dicis gratia, propter veteris iuris imitationem, familiae emtor adhibetur. Gai. II. 103. Nummo uno, dicis causa, venire (hereditatem.) Ib. II. 252. cf. 104. Plerumque hoc fit dicis gr., uno momento. Ib. I. 141.

Dictare. §. 1. *Palam dicere, v. constituere. Profiteri.* III. **Cn.** Qui producat adversarium suum ad album, et demonstret quod dictaturus [al. quod dicturus] est, vel id dicendo quo uti velit. fr. 1. §. 1. cf. fr. 6. §. 7. de edend. 2. 13. Permittit Praetor actori arbitrium, utrum iureiurando id decidere, an iudicium dictare sine noxae deditione velit. fr. 22. §. 4. de nox. act. 9. 4. Si fuero — stipulatus, — quasi in rem acturus, et postea in personam egero, vel alia actione acturus, aliam autem dictavero. fr. 13. §. 1. iudicat. solvi. 46. 7. cf. fr. 1. §. 4. Qu. legator. 43. 3. Quantas summas dictavero, dedero, (damnas esto dare.) fr. 95. de legat. III. (32.) Cum — dictare vellet heredem, sed testium copiam non haberet. Nov. Valent. III. de testam. II. 21. c. 2. pr. cf. c. 1. §. 3. — **§. 2.** *Praedicere, dum calamo excipit alter orationis verba.* III. **Cn.** Sive ipse scripsit, sive scribendum dictaverit. fr. 9. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Se scribere heredem, patre dictante. c. 1. de h. qu. sibi adscr. 9. 23. Miles notario suo testamentum scribendum notis dictavit. fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. Si specialiter subscriptio facta est: „Quod illi dictavi, et recognovi". fr. 1. §. 8. fr. 15. pr. §§. 1. 3. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 3.** *Praecipere, Decernere.* III. **Cn.** A Rectore Pr. contra te ius dictatum [al. dictum, v. iudicatum.] c. 5. si pend. appell. 7. 66. Eam sententiam promet, quam iuris atque aequitatis ratio dictaverit. Vatic. §. 292. cf. Th. C. IX. 40. c. 10. de

poen. Aequitas, v. Iuris disciplina, s. ratio, dictat. fr. 32. pr. de pecul. 15. 1. c. 8. de cond. ob. c. dat. 4. 6. Ipsis rebus dictantibus, videbatur etc. fr. 2. §. 11. de O. I. 1. 2.

Dictatio. *Actus dictandi.* III. **Cn.** Scribendum notis dictavit. — Quaero, an haec dictatio valere possit? fr. 40. pr. de mil. testam. 29. 1.

Dictator. **§. 1.** *Qui verba exceptori praeit.* III. **Cn.** Tam litigatores, quam libellorum dictatores. c. 39. §. 1. de app. et consult. 7. 62. — **§. 2.** *Imperans, Arbiter summus.* III. **Cn.** Nullus obsistat coetibus dictator, nemo conciliis obloquatur. Th. C. XII. 12. c. 1. de legat. et decr. — **§. 3.** *Summus reip. R. temporibus magistratus extraordinarius.* III. **Cn.** Dictatores proditi sunt, a quibus nec provocandi ius fuit. — Et his dictatoribus magistri equitum iniungebantur. fr. 2. §§. 18. sq. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11.

Dictio. **§. 1.** *Pronunciatio, Peroratio.* I. **Sy.** Causas orare, Causae dictio. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. cf. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. III. **Cn.** Convicii non impudici dictio (cur patrono denegetur?) fr. 11. §. 7. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Solemnis adseveratio promittentis.* III. **Cn.** Dotis datio, vel dictio. Valer. Probus de not. R. v. D. D. Ex dotis dictione obligari. Vatic. §. 99. cf. Ep. Inst. Gaii II. 9. §. 3. Etiamsi dictio, vel stipulatio, in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. Th. C. III. 13. c. 4. de dotib.

Dictum. (Subst.) **§. 1.** *Elocutio, Dicterium.* III. **Cn.** Dictum in iurgio in adversarium — fusum. Th. C. IV. 8. c. 5. §. 5. (Wck.) de liberali c. — **§. 2.** *Adseveratio, Adfirmatio.* I. **Sy.** Quod verbo tenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur. fr. 19. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Dicta, sive promissa, — quaecunque sic dicuntur, ut praestentur, non ut iactentur. fr. 19. §. 3. cf. §. 6. fr. 38. §. 10. fr. 47. pr. ib. 21. 1. — **§. 3.** *Iussus, Praeceptum.* I. **Sy.** Iussus (domini.) fr. 20. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Dicto audiens. fr. 19. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Dictus. (Partic.) *Memoratus.* I. **Sy.** Praedictus. Th. C. XIV. 3. c. 9. sq. de pistor. et catab. Memoratus. Cf. h. v.

Didascalus. *Sacrorum interpres.* III. **Cn.** (Anati) didascalo, et maioribus Iudaeorum. Th. C. XVI. 8. c. 23. de Iud. XVI. 9. c. 3. ne christ. manc.

Didymaeus. *Cognomen Apollinis.* cf. v. Apollo.

Diensis. *Ad Dium pertinens, Macedoniae civitatem.* III. **Cn.** In provincia Macedonia — Philippenses, Dienses, Stovenses iuris Italici sunt. fr. 8. §. 8. de censib. 50. 15.

Discolor. (Adiect.) *Versicolor.* III. **Cn.** Discoloribus palliis pectora contegentes. Th. C. XIV. 10. c. 1. §. 1. de habitu quo uti op.

Discordare. *Discrepare.* I. **Sy.** Dissidere. Th. C. XVI. 5. c. 42. c. 45. de haeret. cf. XI. 25. c. 1. de quadrim. brev.

Discordia. *Discrepantia, Certamen.* II. **Op.** Similitudo. c. 1. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 21. de iure delib. 6. 30. III. **Cn.** Evenit ut plebs in discordiam cum Patribus perveniret. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. Discordiis propinquorum sedandis prospicere. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.)

Discrepare. *Dissentire, Pugnare.* III. **Cn.** Quidquid a fide Christianorum discrepat. Th. C. XVI. 8. c. 19. de Iud. Quod nihil ab aenigmate discrepat. c. 1. de nudo ex iure Quir. 7. 25.

Discretio. **§. 1.** *Separatio, Ablegatio.* III. **Cn.** Superstitiosa coniuratio exsilii ipsius discretione solvatur. Th. C. XVI. 5. c. 53. de haeret. — **§. 2.** *Distinctio, Discrimen.* I. **Sy.** Differentia, Diversitas. c. 1. §. 1. comm. de manum. 7. 15. Th. C. IX. 21. c. 1. de fals. mon. III. **Cn.** Ne, — propter discretionem difficilem, ius incertum sit. fr. 62. §. 1. de usuf. 7. 1. Vt — competens discretio sit. c. 23. de SS. eccl. 1. 2. Adquirere, v. Admittere, nulla discretione etc. Paul. II. 21. A. §. 5. IV. 8. §. 22.

Discretus. (Partic.) *Separatus, Secretus.* (cf. v. Discernere.) III. **Cn.** In domo, — vel qualibet obstrusa et longissima a se possessione discreta (latere.) Th. C. VII. 18. c. 9. pr. de desertor.

Discrimen. **§. 1.** *Distinctio, Differentia.* II. **Op.** Par fortuna. Ib. IX. 2. c. 3. de exh. v. transm. **§. 2.** *Periculum.* III. **Cn.** Ad discrim. proelii pergentes. c. 19. de pact. 2. 3. In discrimine vitae, v. mortis, constitutus. fr. 39. §. 1. de legat. III. (32.) c. 5. ad S. C. Treb. 6. 49. Praeter iacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat. Th. C. XII. 1. c. 76. cf. c. 71. de decurion. Qui famosam actionem intendit, non debet vagari cum discrimine alienae existimationis. fr. 7. pr. de iniur. 47. 10. Omni eum metu ac suspicione, quod ex admissae rei discrimine sustinet, — liberari. Coll. LL. M. I. 10.

Discurrere. **§. 1.** *Divagari, Permeare.* I. **Sy.** Iter facere. Th. C. VIII. 5. c. 66. pr. §. 1. de cursu pub. III. **Cn.** Per omnium villas — vicosque cunctos discurrant. Ib. I. 7. c. 6. de off. Rect. Pr. — **§. 2.** *Decurrere.* I. **Sy.** Decurrere, Percurrere. c. 1. ne lic. potent. 2. 14. c. 13. §. 9. de iudic. 3. 2. c. 12. §. 2. de R. C. 4. 1.

Discursus. (Subst.) **§. 1.** *Concursus, Incursio, Decursio.* I. **Sy.** Incursus (barbaricus, s. barbarorum.) Nov. Valent. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §§. 9. 13. Cursus (veredorum.) Th. C. VIII. 5. c. 16. pr. §. 1. de cursu publ. III. **Cn.** In conflictus specula munitissima statione, vel discursus opportunitate etc. Ib. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. Inter incendia discursus. Ib. XV. 1. c. 45. de opp. pub. — **§. 2.** *Internuncium, Commercium.* III. **Cn.** Quarum (sc. nutricum) detestabile ministerium fuisse arguetur, redemtique discursus. Ib. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg.

Discus. *Instrumenti escarii genus.* III. **Cn.** De pondere vasorum non est necesse loqui. Sufficit igitur ita dici: „lancem, vel discum, vel pateram.“ fr. 19. §. 1. de furt. 47. 2. cf. fr. 26. §. 2. depos. 16. 3.

Discussio. **§. 1.** *Discussoris munus, Excussio.* III. **Cn.** Nulla togatis inspectio, nulla peraequatio ingeratur, nulla operis constructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur. c. 6. de advoc. div. iudicior. 2. 7. cf. c. 1. de ratioc. oper. 8. 13. Si quando e repub. visum fuerit, discussiones inspectionesque, aut aliquid simile agitari. Th. C. XIII. 11. c. 11. de censitor. cf. IX. 26. c. 4. ad L. Iul. de amb. Quoties in disceptatione constiterit, inique discussionem fuisse confectam, et fidem facti non poterit adprobare discussor. Ib. XI. 26. c. 1. de discussor. cf. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar. — **§. 2.** *Absolutio.* III. **Cn.** Omnium honorum et munerum civilium discussione [al. decursione] perfunctus. Ib. XII. 1. c. 5. de decurion.

Discussor. *Excussor, Examinator (rationum pub.)* III. **Cn.** Peraequatores ac discussores. Ib. XIII. 11. c. 7. c. 10. de censitor. Discussor, vel

rationalis. Ib. XI. 30. c. 45. pr. de app. et poen. XI. 36. c. 21. c. 29. Quor. app. n. rec. Disc. aut moderator. Ib. XVI. 8. c. 10. de Iud.

Discutere. §. 1. *Dissolvere, Dirimere.* I. **Sy.** Post diem periculi. Discusso periculo. fr. 4. pr. §. 1. fr. 6. de naut. foen. 22. 2. III. **Cn.** Qui iam discuti non possint, faucium tumores. fr. 14. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Futurum esset, ut discuterentur matrimonia. — In sponsalibus discutiendis placet. fr. 2. de donat. int. V. 24. 1. fr. 2. §. 2. de divort. 24. 2. — §. 2. *Excutere, Examinare.* III. **Cn.** Discutiendis publicis operibus — abstinere. c. 1. de ratiocin. opp. pub. 8. 13. Audire, et discutere de plano (levia crimina.) fr. 6. de accus. 48. 2. cf. Th. C. IX. 6. c. 2. ne praet. crim. mai. Vt experiretur, an consilio suo vel auctoritate discuti litem paterentur. fr. 13. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8.

Diserte. (Advb.) *Facunde, Eloquenter.* III. **Cn.** Acclamatum est: Nove, diserte; vere, diserte! Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.)

Disertus. (Adiect.) *Eloquens.* III. **Cn.** I. Ctorum disertissimus. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. Disertissimi iurisperiti. c. 5. de bon. qu. lib. 6. 61. cf. c. 9. de inst. et subst. 6. 25. VV. disertissimi, advocati. c. 13. de advoc. div. iudicior. 2. 7.

Disiicere. *Deiicere, Dissipare.* I. **Sy.** Dispergere, disjicere (acervum stercoris.) fr. 7. §. 6. fr. 9. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Disiunctim. (Advb.) *Seorsum.* I. **Sy.** Separatim. fr. 33. de legat. I. (30.) fr. 89. de legat. III. (32.) fr. 51. de cond. et dem. 35. 1. II. **Op.** Coniunctim. Cf. h. v.

Disiunctio. *Separatio, Distinctio.* I. **Sy.** Alternatio. Cf. h. v. II. **Op.** Coniunctio. fr. 28. §. 1. fr. 29. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Oratio, quae disiunctionem habet. fr. 28. §. 1. l. 50. 16. Certum dicit, qui suo nomine demonstrat iniuriam, neque ita, ut per disiunctionem hoc aut illud accidisse comprehendat. Coll. LL. M. II. 6.

Disiunctivus. (Adiect.) *Disiunctim conceptus.* II. **Op.** Coniunctivus. Cf. h. v. III. **Cn.** Haec verba: „Ille, aut ille", non solum disiunctivae, sed etiam subdisiunctivae orationis sunt. fr. 124. de V. S. 50. 16. Cum ex duabus disiunctivis conditionibus altera defecerit. fr. 63. de V. O. 45. 1. Disiunctivo modo comprehensa (enumeratio.) fr. 25. pr. Qu. dies legat. 36. 2.

Disiunctus. (Partic.) *Separatus, Seiunctus.* I. **Sy.** Pro separatione, Pro disiunctis (accipi.) fr. 53. pr. §. 1. de V. S. 50. 16. Discreti, Disiuncti. c. 1. §. 10. de caduc. toll. 6. 51. II. **Op.** Coniuncta, — Disiuncta (oratio.) fr. 28. §. 1. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Coniuncti, — Disiuncti (heredes, v. legatarii.) c. 1. §. 10. l. 6. 51. fr. 34. pr. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Mulier disiuncta a marito suo. Iul. ep. nov. c. 6. §. 28. c. 115. §§. 444. 447.

Disiungere. *Separare.* I. **Sy.** Segregare. Th. C. IX. 9. c. 1. §§. 1. 6. de mul. qu. se serv. Iulian. l. l. c. 36. §. 136. II. **Op.** Coniungere (conditiones.) fr. 70. pr. de fideiuss. 46. 1.

Dismenstruus. Cf. v. Dimenstruus.

Dispar. (Adiect.) §. 1. *Impar, Dissimilis.* I. **Sy.** Diversus. Paul. II. 5. §. 3. II. **Op.** Eodem, — Dispari (gradu.) fr. 67. §. 2. de legat. II. (31.) Aequae, s. Aequales, — Dispares (partes.) fr. 13. §. 3. de inst. act. 14. 3. fr. 7. §. 2. de reb. dub. 34. 5. III. **Cn.** Aequaliter pertinet, licet dispar in eo servo dominium habuerint. Gai. III. 59. Per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas. Vlp. VII. 4. Sexum disparem diversa claustrorum habere tutamina. Th. C. IX. 3. c. 3. de cust. reor. — §. 2. *Discretus, Divisus.* II. **Op.** Communis (administratio.) fr. 6. de fideiuss. et nom. 27. 7.

Disparare. *Separare.* III. **Cn.** Vt nec interpellantium credulitati valeret occurri, nec adlegationum qualitas disparari. Vatic. §. 35.

Dispendiosus. (Adiect.) *Damnosus.* III. **Cn.** Sub taxationibus pretiorum dispendiosis occasionibus adquiescere. Th. C. XI. 2. c. 4. tribut. in ips. spec. cf. VII. 4. c. 25. de erog. mil. annon.

Dispendium. §. 1. *Dependio, Sumtus.* III. **Cn.** Negotiatorum dispendiis minime obligentur. — Parangariarum quoque — cesset exactio. Ib. XVI. 2. c. 10. de episc. eccl. Civilia dispendia. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Vt non multa dispendia pro completione chartarum — sustinere videantur. c. 1. §. 7. l. l. 1. 27. — §. 2. *Incommodum, Detrimentum.* I. **Sy.** Amissio (bonorum etc.) Th. C. VII. 12. c. 1. de commeat. IX. 1. c. 14. de accus. et inscr. II. **Op.** Compendium. Cf. h. v. §. 3. Lucrum. fr. 31. pr. de A. E. V. 10. 1. III. **Cn.** Et commodum sentiat, et dispendium subeat, et periculum exspectet. c. 1. §. 9. de R. V. A. 5. 13. cf. c. 2. de poena iud. 7. 49. Servitutis adfligi dispendiis. Vatic. §. 33. Qui pudoris non possunt dispendium sustinere. Th. C. XIV. 10. c. 1. §. 3. de hab. quo ut op. Consequi, quod sine dispendio creditoris futurum est. fr. 38. de evict. 21. 2.

Dispensare. *Distribuere, Ministrare.* III. **Cn.** Aggeres Nilotici, per quos incrementa Nili dispensantur et coërcentur. fr. 10. de extr. crim. 47. 11. Qui (sc. servus) rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet. fr. 166. pr. de V. S. 50. 16.

Dispensator. §. 1. *A rationibus servus.* III. **Cn.** Qui vel ex artificio, vel officio — evidenter denotati essent, veluti: dispensator meus, cocus meus etc. fr. 24. de man. testam. 40. 4. cf. fr. 203. de V. S. 50. 16. Dominus servum dispensatorem manumisit, postea rationes ab eo accepit etc. fr. 16. de servo corr. 11. 3. fr. 62. de solut. 46. 3. Dispensatori, qui ignorante debitore remotus est ab actu, recte solvitur. fr. 51. ib. 46. 3. Gai. III. 160. Qui mutuam pecuniam contra interdictum dispensatori, vicariove eius crediderit. Fr. de I. F. §. 7. cf. §. 21. fr. 12. de inst. act. 14. 3. — §. 2. *Fiscalium, vel ecclesiasticorum, thesaurorum procurator et distributor.* I. **Sy.** Cui fiscalium thesaurorum tutela mandetur. Th. C. X. 24. Rub. cf. c. 1. de h. qu. c. disp. III. **Cn.** Illatae dispensatori pecuniae. c. 4. de fide instrum. 4. 21. Dispensator pauperum. c. 33. §. 4. de episc. et cler. 1. 3.

Disperdere. *Perdere, Absumere.* III. **Cn.** Quando tibi [al. tua] bona paterna avitaque nequitia

tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis etc. Paul. III. 4. A. §. 7. Si vere quaedam disperdidisset [al. deperdidisset,] si nulla restitutione recuperari possent etc. fr. 25. §. 7. Qu. in fr. cred. 42. 8.

Dispergere. **§. 1.** *Deminuere, Evertere.* I. **Sy.** Decoquere, Dilapidare. Th. C. XII. 6. c. 1. c. 9. c. 11. de susceptor. III. **Cn.** Si voluerint huius summae uncias inferre, — ne nummi dispergantur. fr. 47. §. 4. de adm. et per. 26. 7. — **§. 2.** *Distrahere, Dirimere.* I. **Sy.** Dissolvere (matrimonium.) c. 28. de nupt. 5. 4.

Disperire. *Omnino perire.* III. **Cn.** Quorum negotia disperire [al. desperire] iniquum erat, quae sane disperirent, si etc. fr. 5. pr. de O. et A. 44. 7.

Dispertire. *Distribuere.* III. **Cn.** Dispertire et dividere, et divisionem quandam facere. fr. 70. §. 5. de usuf. 7. 1.

Dispicere. *Inspicere, Excutere.* III. **Cn.** Dispicite P. C., numquid sit aequius etc. fr. 22. de hered. pet. 5. 3. Medie igitur haec a iudice erunt dispicienda, ut etc. fr. 25. de pign. act. 13. 7. cf. c. 1. de praed. et al. reb. min. 5. 71. Dispiciamus, ne nihil vetet etc. fr. 38. de S. P. R. 8. 3. De quibus singulis diligentius dispiciamus. Gai. II. 86. cf. 99. sq. IV. 114. sq. 138. 161. Ipse dispice, quemadmodum etc. c. 1. de edend. 2. 1.

Displicere. *Improbare, Poenitentiam agere.* III. **Cn.** Quod Nerva diceret, — Proculo displicebat; mihi verissimum videtur. fr. 32. depos. 16. 3. cf. fr. 20. §. 7. fam. ercisc. 10. 2. Hoc iudicium locum habet in confinio rusticorum; urbanorum, displicuit. fr. 4. §. 10. fin. regund. 10. 1. Non deberet displicere conditio iurisiurandi ei, qui detulit. fr. 34. §. 7. de iureiur. 12. 2. Si ita praedium venierit, ut, si displicuisset, inemtum esset. fr. 11. §. 13. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 3. de contr. emt. 18. 1.

Dispoliare etc. Cf. v. Despoliare.

Disponere. **§. 1.** *Collocare, Ordinare.* I. **Sy.** Constituere (opportunis locis.) fr. 1. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. III. **Cn.** Res, quas perpetuo ibi habuerit, atque ita disposuit [al. deposuit] ut etc. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Qui fundorum culturas rationesque disponit. Paul. IV. 8. §. 25. cf. fr. 7. de opt. v. elect. leg. 33. 5. In disponenda (quaestione) hic ordo servatur. Paul. III. 5. §. 11. Recte Sabinus disposuit, ut diceret. Cum omni subtilitate disposuit (Vlpianus.) fr. 33. de iure dot. 23. 3. c. 1. §. 9. de caduc. toll. 6. 51. — **§. 2.** *Statuere, Iubere.* I. **Sy.** Condere, Ordinare (arbitrium extremum.) Th. C. IV. 4. c. 3. §§. 1. sq. de testam. et cod. III. **Cn.** Ordinare et disp. Concedere et disp. Coll. LL. M. XV. 3. c. 2. de iureiur. pr. cal. 2. 59. Constitutio, per quam Imp. disposuit. c. 1. pr. de comm. serv. manum. 7. 7. Secundum nostrae constitutionis definitionem, quam disposuimus de etc. c. 4. de liber. praet. 6. 28. Cum eo (sc. Rectore Prov.) agant, illo insistente, disponente atque adgnoscente etc. Th. C. VIII. 8. c. 6. de exsecut. et exact. Disponere, — et controversiam differre. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Arbiter disponere non potest, ut etc. fr. 18. comm. div. 10. 3. Persona, cuius respectu hoc a testatore dispositum est. fr. 114. §. 14. de legat. I. (30.) Legata dare, vel fideicommissa, vel libertates disponere. c. 26. de testam. et quemad. 6. 23. Bona possidere, et legitimo modo ea disponere. §. 3. I. de adqu. p. arrog. 3. 10. cf. Iuliani ep. nov. c. 70. §. 256.

Dispositio. **§. 1.** *Ordinatio, Administratio.* III. **Cn.** Veredorum dispositiones. Iul. l. l. c. 22. §. 84. Qui idonea publicis dispositionibus ac necessitatibus ligna convectant. Th. C. XIII. 5. c. 10. de navicular. — **§. 2.** *Constitutio, Iussio (publica.)* I. **Sy.** Cura, Potestas et dispositio. Ib. I. 8. c. 3. (Wck.) de off. Quaestor. III. **Cn.** Omnia, quae consuetudo, vel dispositio nostra amplectitur. Ib. XI. 16. c. 10. de extr. s. sord. Hi, a quibus dispositionum nostrarum norma seriesque servatur. Ib. VI. 26. c. 9. de prox. comit. Proximi scriniorum, et magistri dispositionum. Honor proximi, s. Proximatus, et comitiva dispositionum. Ib. l. l. c. 2. c. 14. pr. cf. VI. 2. c. 12. de Senat. et de gleb. Scrinium memoriae, sive epistolarum, vel libellorum, sive dispositionum etc. Ib. VI. 26. c. 12. cf. c. 1. c. 10. Rev. sacerdotis praeceptis ac dispositionibus obsecundent. Ib. XVI. 2. c. 43. de episc. eccl. Rectorum consiliis et dispositione — fiat adscriptio. Ib. XI. 16. c. 3. de extr. s. sord. Civilium iudicum dispositionibus parere. c. 3. de off. mag. mil. 1. 29. — **§. 3.** *Constitutio privata.* I. **Sy.** Moderamina voluntatis. Vltimae dispositiones. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Th. C. II. 24. c. 1. fam. ercisc. III. **Cn.** Testamentum, — vel codicillus, — vel ultima quaedam dispositio. c. 28. pr. de testam. 6. 23. Sive inter vivos, sive in ultima dispositione. c. 1. §. 1. de comm. serv. man. 7. 7.

Dispunctio. **§. 1.** *Rationum examinatio.* III. **Cn.** Vtrum — saepius recognitio, dispunctio concedenda sit creditoribus? fr. 15. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. — **§. 2.** *Forma dispuncta, Tabula contributionis.* III. **Cn.** Vt quadrimenstruis brevibus — celebratae descriptionis dispunctio societur. Th. C. XII. 1. c. 173. §. 2. de decurion.

Dispungere. *Supputare.* I. **Sy.** Conferre accepta et data. fr. 56. pr. de V. S. 50. 16. Subnotare, (et quasi inventarium facere.) fr. 15. pr. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. III. **Cn.** Ad ipsa volumina rationum tradenda, percontandasque et examinandas rationes, et dispungendas atque excutiendas (factum.) fr. 6. §. 7. de statulib. 40. 7.

Disputare. **§. 1.** *Argumentis prolatis certare.* III. **Cn.** Et notando et disputando (decrevit, sc. Modestinus.) fr. 18. §. 26. de mun. et hon. 50. 4. Respondit, — et in disputando adiiciebat etc. fr. 19. de lib. et posth. 28. 2. Multa iure civili, contra rationem disputandi, pro utilitate communi recepta esse. fr. 51. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Qui audent disputare ea et adserere, quae institutio divina condemnat. Th. C. XVI. 5. c. 45. de haeret. — **§. 2.** *Iudicio experire.* I. **Sy.** Dicere (inofficiosum testamentum.) Disp. de etc. fr. 1. fr. 3. de inoff. testam. 5. 2. — **§. 3.** *Inquirere, Distinguere.* I. **Sy.** Nec requiritur an etc. Nec disputari potest. Gai. III. 10. cf. Epit. inst. Gaii. II. 8. §. 3.

Disputatio. **§. 1.** *Tractatio, Dissertatio.*

III. **Cn.** Longa erit disputatio, nam de ea re valde veteres dubitaverunt. Gai. I. 188. Fori disputatio. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. Libri disputationum. Cf. Flor. ind. Pandectar. v. Tryphoninus, v. Vlpianus. — **§. 2.** *Controversia, Lis.* I. **Sy.** Controversia. fr. 21. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. III. **Cn.** Neque potest ei — aliquid disputationis adferre. Ep. inst. Gaii. II. 9. §. 11.

Disquirere. *Quaerere, Inquirere.* III. **Cn.** Ante omnia disquiri debet, s. necesse est. c. 8. de petit. hered. 3. 31. c. 5. ad S. C. Mac. 4. 28.

Disquisitio. *Inquisitio.* III. **Cn.** Huius rei disquisitio iudicis est. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6.

Disrumpere. *Solvere, Distrahere.* I. **Sy.** Dissolvere, Dirimere (matrimonium.) Iuliani ep. nov. c. 36. §§. 132. 144.

Disseminare. *Circumferre.* III. **Cn.** Quotiescunque quid per terrarum orbem disseminatur, — aut nostri triumphi perferuntur. Th. C. VIII. 11. c. 3. ne qu. pub. laet.

Dissensio. *Discidium, Discordia, Disiunctio.* III. **Cn.** Sunt qui putant. — Maior illa dissensio intervenit in etc. Gai. II. 214. sq. Diversas sectas fecerunt. — Adhuc eas dissensiones auxerunt. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. In civilibus dissensionibus — contenditur. fr. 21. §. 1. de captiv. 49. 15. Id quod animo perpetuam constituendi dissensionem fit. fr. 3. de divort. 24. 2.

Dissensus. *Contrariae voluntatis declaratio.* I. **Sy.** Consensus contrarius. fr. 35. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissensu contrario dissolvi potest. fr. 80. de solut. 46. 3. cf. fr. 65. §. 3. pro soc. 17. 2.

Dissentire. *Contrarium consilium sequi. Dissidere.* II. **Op.** Consentire. Cf. h. v. §. 1. Convenire. Cf. h. v. §. 6. Si in unum sententiae (sc. omnium) concurrant. — Si dissentiunt. Gai. I. 7. cf. fr. 7. §. 19. de pact. 2. 14. Nostri praeceptores putant. — Diversae scholae auctores dissentiunt, aliudque esse existimant etc. Gai. III. 141. III. **Cn.** Si in nomine dissentiamus, verum de corpore constet. fr. 9. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Neque absens, neque dissentiens (adrogari potest.) fr. 24. de adopt. 1. 7. Auctorum sententiae dissentientes. c. 3. de A. v. R. P. 7. 32. Naturalis hominum ad dissentiendum facilitas. fr. 17. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8.

Disserere. *Verba facere, Pronunciare.* III. **Cn.** Si docendi peritiam, facundiamque dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque disserendi se habere patefecerint. Th. C. VI. 21. c. 1. de professor. Hoc loco breviter diss. de etc. fr. 4. §. 3. de grad. et adf. 38. 10.

Dissidere. *Adversari.* III. **Cn.** Qui ab ecclesiae cathol. sacerdote dissidet. Th. C. XVI. 5. c. 45. de haeret. Verae religionis tramite dissidentes. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Dissidium. Cf. v. Discidium.

Dissimilis. (Adiect.) *Dispar, Contrarius.* II. **Op.** Similis (conditio.) Gai. III. 118. Idem esse. — Dissimile esse. fr. 60. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. III. **Cn.** Sed haec dissimilia sunt; adeo enim etc. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Longe ei dissimile esse. fr. 32 mand. 17. 1.

Dissimiliter. (Advb.) *Diverse.* III. **Cn.** Diss. atque si etc. fr. 26. de contr. emt. 18. 1.

Dissimilitudo. *Diversitas, Discrimen.* II. **Op.** Haec similiter. — Haec dissimilitudo est. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 244. de V. S. 50. 16.

Dissimulare. *Veritatem celare.* I. **Sy.** Simulata, Colorata, Dissimulata (donatio.) c. 23. pr. §§. 2. sq. mand. 4. 35. II. **Op.** Admittere falsas, — Diss. proprias (probationes, v. excusationes.) fr. 1. §. 6. de S. C. Turp. 48. 16. Qui fallendi causa obscure loquitur. — Qui insidiose obscure dissimulat. fr. 43. §. 2. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Si idcirco dissimulaverit, dum rem occultari sperat. fr. 13. §. 5. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 40. de poen. 48. 19. Non facile scire potest, — aut, etiamsi sciat, dissimulare debet, ne etc. fr. 19. de novat. 46. 2. Quibus tacentibus et dissimulantibus. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de nat. fil. Patientem esse, — sed cum ingenio, — nec adeo dissimulare, si etc. fr. 9. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Dissimulare de etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 4. Qu. ad libert. 40. 13.

Dissimulatio. §. 1. *Actus dissimulandi.* I. **Sy.** Simulatio. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. III. **Cn.** Qui per eiusmodi dissimulationem deserviant, et tueantur vel sua vel aliena. fr. 1. §. 2. l. 4. 3. Pro dissimulatione vel negligentia (iuituri.) Th. C. VIII. 5. c. 4. pr. de cursu pub. Vel temeritate violatum, vel dissimulatione neglectum. Ib. XVI. 2. c. 34. de episc. eccl. cf. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord. Ficti divortii falsa dissimulatione — eruenda. c. 30. de iure dot. 5. 12. cf. fr. 27. de pact. dot. 23. 4. — **§. 2.** *Omissio, Derelictio.* I. **Sy.** Derelinquere, Dissimulatione abolere (iniuriam.) fr. 11. §. 1. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Palam, vel tacita dissimulatione (renunciatum.) c. 1. de l. I. R. min. 2. 22. Loca absentium squalida, et situ dissimulationis horrentia. Th. C. VII. 20. c. 11. de veteran.

Dissipare. §. 1. *Disturbare, Destruere.* III. **Cn.** Vicini aedificium dissip. fr. 3. §. 7. de incend. ruina. 47. 9. Dissip. columnas vel marmora, vel ornatum minuere. Th. C. IX. 17. c. 2. pr. de sepulc. viol. — **§. 2.** *Dilapidare, Decoquere.* III. **Cn.** Prodigi, qui — male dissipant bona. Vlp. XII. 3. Ita dissipaturus (sc. dotem,) — ut non hominem frugi oportet. fr. 22. §. 8. sol. matrim. 24. 3. Bona sua dilacerando et dissipando profudit. fr. 1. pr. de cur. furios. 27. 10. Quocunque modo vel dissipatae, vel consumtae (sc. res.) c. 12. §. 1. Qui pot. 8. 18.

Dissitus. (Partic.) *Remotus.* III. **Cn.** Quod spatium dissitis idoneum, et volentibus longum est. Th. C. V. 15. c. 4. (Wck.)

Dissociare. *Coniunctionem dirimere.* I. **Sy.** Distrahere (matrimonium.) c. 14. de nupt. 5. 4. II. **Op.** Coire societatem. fr. 4. pr. §. 1. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Neque ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare. c. 14. l. 5. 4. c. 23. §. 1. ad L. Iul. de ad. 9. 9. Culpa dissociandi matrimonii. Vatic. §. 121.

Dissolvere. §. 1. *Resolvere.* I. **Sy.** Solvere

(vincula, v. claustra.) Th. C. IX. 38. c. 3. c. 8. de indulg. crim. Resolvere (aedificium.) fr. 23. §. 7. de R. V. 6. 1. II. **Op.** Compingere. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. fr. 98. §. 8. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Cum spoliatur (sc. navis,) aut mergitur, aut dissolvitur, aut pertunditur. fr. 6. de incend. ruin. 47. 9. Dissolutum aut transfiguratum. fr. 10. §§. 6. sq. Qu. mod. ususf. 7. 4. — **§. 2.** *Dirimere, Distrahere.* I. **Sy.** Rescindere, Tollere (obligationem.) Gai. III. 168. sqq. 180. Paul. I. 1. §§. 2. sq. fr. 95. §. 4. de solut. 46. 3. Turbare (matrimonium.) fr. 1. §. 5. de lib. exhib. 43. 30. II. **Op.** Durare, v. Constare. — Dissolvi (adoptionem, v. matrimonium.) Gai. I. 161. fr. 7. de divort. 24. 2. III. **Cn.** Collegia — illicita mandatis et constitutionibus et S. Ctis dissolvuntur. fr. 3. pr. de colleg. et corp. 47. 22. Tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, incipit autem teneri reus litis contestatione. Gai. III. 180. Iudicium — non dissolvitur, nec officio iudicis absolutio continetur. fr. 42. §. 3. sol. matrim. 24. 3. Si ususfr. interierit, vel dissoluta fuerit pignoris obligatio. fr. 69. de solut. 46. 3. — **§. 3.** *Dependere, Solvere.* I. **Sy.** Persolvere, Exsolvere. Th. C. XI. 1. c. 29. c. 33. sqq. de annon. et trib. XII. 1. c. 109. sq. de decurion.

Dissolutio. §. 1. *Resolutio.* III. **Cn.** Dissolutione ac permutatione tali voluntas — mutata. fr. 3. §. 1. de auro arg. 34. 2. Matrimonii dissol. c. 3. ad L. Iul. de ad. 9. 9. — **§. 2.** *Satisfactio, Exsecutio.* III. **Cn.** Sine ulla trepidatione poenae facilis dissolutio est. Th. C. IV. 9. c. 1. (Wck.) de h. qu. a non dom. man.

Dissolutor. Dissolutrix. *Turbator, Turbatrix.* III. **Cn.** Sepulchrorum dissolutor, v. dissolutrix. c. 8. §§. 2. sq. de repud. 5. 17. cf. Th. C. III. 16. c. 1. eod.

Dissolutus. (Partic.) **§. 1.** *Sublatus, Diremtus.* III. **Cn.** Puto valere, quasi omni causa et adversus reum et adversus fideiussorem dissoluta. fr. 7. §. 1. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Remissus, Supinus.* III. **Cn.** Negligentia, v. Ignoratio, dissoluta. fr. 29. pr. mand. 17. 1. fr. 55. de Aedil. edict. 21. 1.

Dissonans. (Partic.) *Discrepans.* I. **Sy.** Dissonae, Dissonantes (sententiae.) fr. 24. pr. de manum. 40. 1. fr. 38. pr. de re iud. 42. 1.

Dissonantia. *Contrarietas.* I. **Sy.** Discordia. c. 2. §. 15. de vet. iure enucl. 1. 17.

Dissonus. (Adiect.) *Contrarius.* I. **Sy.** Dissonans. Cf. h. v. III. **Cn.** Nihil dissonum profana divisione facientes. Th. XVI. 1. c. 3. de fide cath. Diversis temporibus ac dissonis voluntatibus — ordinasse. c. 3. de codicill. 6. 36.

Distantia. *Differentia.* II. **Op.** Similitudo. Ep. inst. Gaii. II. 5. §§. 3. sqq. II. 7. §. 8.

Distare. §. 1. *Intervallo disiungi.* II. **Op.** Cohaerere. Cf. v. Cohaerens. §. 1. — III. **Cn.** Si aedes meae a tuis aedibus tantum distent, ut prospici non possint. fr. 38. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Differre, Diversum esse.* III. **Cn.** Quaestio est, quid distet etc. fr. 115. de V. S. 50. 16. Inter se distant (hae actiones.) fr. 8. §. 2. si servit. 8. 5. Eo distat a — quod etc. Gai. I. 3. III. 121.

Distendere. *Extendere.* III. **Cn.** Per quas (sc. provincias) res nostra distenditur. Th. C. VII. 13. c. 12. de tiron.

Disterminare. *Terminis distinguere.* III. **Cn.** Ea (sc. urbana praedia) communibus parietibus plerumque disterminantur. fr. 4. §. 10. fin. regund. 10. 1.

Distinctio. *Definitio accurata, Discrimen propositum.* III. **Cn.** Placuit, — optima sane distinctione. Gai. III. 197. cf. fr. 11. pr. de R. C. 12. 1. Et haec distinctio convenit illi, quae a Servio introducta et ab omnibus fere probata est. fr. 35. pr. locat. 19. 2. Distinctio subtilior adhibenda est. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Placet, non sine distinctione hoc fieri. fr. 14. de mil. testam. 29. 1. cf. fr. 24. §. 2. de iudic. 5. 1. Recipere, Servari, distinctionem. Gai. I. 127. fr. 15. §. 2. de castr. pecul. 49. 17.

Distinctus. (Partic.) *Discretus.* III. **Cn.** Certa ac distincta locis et numero pretia (statuimus.) Th. C. VII. 4. c. 31. de erog. mil. ann.

Distinguere. §. 1. *Disterminare.* III. **Cn.** Medius paries, qui utrasque aedes distinguat. fr. 4. de servit. leg. 33. 3. — **§. 2.** *Discernere, Discrimen statuere.* III. **Cn.** Singulas causas singulis adpellationibus distingui. Gai. II. 146. Maleficia voluntas et propositum delinquentis distinguit. fr. 53. pr. de furt. 47. 2. In mandatis Principum est, — nec distinguitur etc. fr. 3. de off. Praes. 1. 18. Complures distinguunt, et putant. Gai. I. 90. sq. Quod Labeo distinguit, et Pompon. probat. fr. 6. §. 6. de N. G. 3. 5. cf. fr. 7. §. 14. de pact. 2. 14. Pompon. videtur adquiescere distinguentibus. fr. 7. §. 3. de minor. 4. 4. — **§. 3.** *Decidere, Dirimere.* III. **Cn.** Publicas ac fiscales causas — sine aliqua intermissione distinguat [al. distringat.] c. 5. pr. de feriis. 3. 12.

Distractio. *Alienatio, Venditio.* I. **Sy.** Venditio. fr. 49. de minor. 4. 4. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. III. **Cn.** Necesse est Praetorem de distractione eius (sc. fundi) et transactione arbitrari. fr. 8. §. 15. de transact. 2. 15. Ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur (sc. absentes,) vel pignoris distractionem etc. fr. 1. de N. G. 3. 5. Adversus distractionem eorum pignorum et fiduciarum, — si non ita ut oportet a creditore distractae sint, restitui in integrum potest. Paul. I. 9. §. 9. Si praeposui ad mercium distractionem. fr. 5. §. 12. de inst. act. 14. 3.

Distractor. *Negotiator.* III. **Cn.** Argenti distractores, et alii negotiatores. c. 2. §. 2. de const. pecun. 4. 18. c. 27. de pignor. 8. 14. Quae (sc. possessiones) penes distractores inutiles permanebunt. Th. C. XI. 1. c. 4. de annon. et tribut.

Distractus. (Subst.) *Modus tollendi* II. **Op.** Contractus. §. 6. I. de obl. qu. quas. ex contr. 3. 27.

Distrahere. §. 1. *Distinere, Impedire.* I. **Sy.** Detinere, aut vexare. Distr. (funus.) fr. 1. §. 6. de iniur. 47. 10. fr. 3. §. 4. de sepulc. viol. 47. 12. III. **Cn.** Studii causa distracti. Vatic. §. 204. Vt non distrahatur ab ullius personae iustiore repetitione. fr. 31. §. 1. depos. 16. 3. — **§. 2.** *Dirimere, Dissolvere.* I. **Sy.** Dirimere, Dissolvere, Resolvere (so-

cietatem, v. emtionem.) fr. 27. fr. 63. §§. 10. sq. fr. 64. sq. pro soc. 17. 2. fr. 11. §§. 5. sq. de A. E. V. 19. 1. Discedere (a communione.) Distr. (negotium.) fr. 51. §. 1. famil. ercisc. 10. 2. II. **Op.** Contrahere. Cf. h. v. §. 3. — **§. 3.** *Expedire, Purgare.* III. **Cn.** Ne plus accipiatur sub obligatione praediorum foenoris, quam (quod) opus sit ad solvendum aes alienum, aut distrahendum, arbitrabitur. fr. 5. §. 10. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Rationibus distrahendis actio. fr. 1. §§. 19. 21. fr. 2. pr. de tut. et rat. 27. 3. — **§. 4.** *Alienare, Vendere.* I. **Sy.** Venditionem facere, Vendere. Vatic. §. 6. Paul. II. 4. §. 4. fr. 7. pr. fr. 8. fr. 13. de distr. pign. 20. 5. Venire, Distrahi. fr. 29. de contr. emt. 18. 1. fr. 1. sqq. de serv. export. 18. 7. III. **Cn.** Si minoris distractum est, vel locatum. fr. 8. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. Distrahi, aut pignorari iubere, ut pecunia expediatur. fr. 12. §. 6. de relig. 11. 7. Si quo constitit, — officinam conduxit, ibique distraxit, egit. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Quibus — dant vestem circumferendam, distrahendam. fr. 5. §. 4. de inst. act. 14. 3. cf. Paul. II. 4. §. 4. Ex causa iudicati capta et distracta pignora. fr. 9. pr. de minor. 4. 4. Paul. V. 5 A. §. 4. Si distracta pignora sunt, vel poena commissa mora tua. fr. 2. §. 8. de eo qu. c. loco. 13. 4. Dato curatore distrahi iubentur, (quae mora deteriora futura sunt.) §. 9. I. de susp. tut. 1. 26. cf. fr. 5. pr. de hered. pet. 5. 3.

Distribuere. *Partiri, Erogare.* I. **Sy.** Tribuere, Dare. Gai. IV. 72. fr. 5. §. 1. de h. qu. deiec. 9. 3. Partiri, Dividere (hereditatem, v. tutelam.) Paul. IV. 8. §§. 9. 19. fr. 1. pr. fr. 30. fam. ercisc. 10. 2. fr. 3. §. 9. de adm et per. 26. 7. III. **Cn.** Quae (sc. res) viritim distribuenda fuerit, et coacta. Th. C. VIII. 11. §. 3. ne qu. pub. laet. Si scriptus ex parte heres rogatus sit praecipere pecuniam, et eis, quibus testamento legatum erat, distribuere. fr. 96. §. 3 de legat. I. (30.) In multas legatariorum personas distributo patrimonio, poterat adeo heredi minimum relinquere. Gai. II. 226. cf. fr. 73. §. 5. ad L. Falc. 35. 2. Iacturae summam pro rerum pretio distribui oportet. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Distributio. **§. 1.** *Divisio, Partitio.* I. **Sy.** Contributio. Th. C. XIII. 1. c. 17. c. 20. de lustr. coll. — **§. 2.** *Largitio, Erogatio (publica.)* III. **Cn.** Si quid relictum sit civitatibus, — sive in distributionem relinquatur, sive in opus etc. fr. 117. de legat. I. (30.) Coss. sportularum, et distributionum, aliarumque impensarum nomine — consumant etc. Iuliani ep. nov. c. 98. §. 359. cf. Th. C. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin.

Districte. Cf. v. Destricte.

Districtio. *Incommodum.* III. **Cn.** Cum potest proferre (sc. diem compromissi,) quod sine ulla districtione [al. distinctione] ipsius interdum futurum est. fr. 16. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8.

Districtus. (Partic.) *Occupatus, Obligatus.* I. **Sy.** Obnoxius. Th. C. XIV. 4. c. 1. de suar. III. **Cn.** Cursus publici observatione districti [al. destricti.] Ib. VIII. 5. c. 4. de cursu pub. cf. XIII. 9. c. 3. pr. de naufrag.

Distringere. *Distinere, Impedire.* III. **Cn.** Vel iudicio publico privatove, vel valetudine, vel maiore re sua distringi. fr. 20. de procur. 3. 3. cf. fr. 15. §. 5. ad S. C. Turp. 48. 16. Numquam accedere (sc. ad eum locum,) quod vel data opera faceret, vel quia aliis locis necessario distringeretur. fr. 1. de eo qu. c. loco 13. 4. Non esse eum distringendum, sed in unum dandam actionem. fr. 12. rem. pup. salv. 46. 6. cf. fr. 27. §. 8. de pecul. 15. 1. fr. 3. de alim. leg. 34. 1.

Disturbare. *Turbare, Confundere.* III. **Cn.** Disturbasse rei merita, ac multitudine divulgasse. c. 13. pr. de prox. S. scrin. 12. 19.

Ditare. *Augere, Ditiorem facere.* III. **Cn.** Qui plena iuris civilis scientia ditarentur. Const. Th. II. de Th. C. auctor. (Wck. p. 9.) Quibus (sc. opibus) ille usus est ad omnem ditandam inquietandamque barbariem. Th. C. IX. 42. c. 22. de bon. proscr. Ditatus spoliis provincialium. Ib. VIII. 4. c. 22. de cohortal. Ne alieno scelere ditentur. c. 1. ex delict. defunct. 4. 17.

Ditio. **§. 1.** *Dominatio, Imperium.* III. **Cn.** (No)minisve latini, exterarumve nationum, quoive in arbitratu, dicione, potestate, amicitia. Fr. L. Servil. c. 1. Qui sub ditione sit romani nominis. c. 2. de incest. nupt. 5. 5. Quae (sc. terra) rom. ditioni supposita est. c. 3. de infant. expos. 8. 52. — **§. 2.** *Arbitrium, Potestas.* III. **Cn.** Patris ditioni naturaeque iuri subiugatis, patriae recidat potestati. Vatic. §. 248. cf. Th. C. IV. 10. c. 1. (Wck.) de libert. et eor. lib. Revertatur, in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. Ib. VIII. 13. c. 3. de revoc. donat.

Ditior. *Pecuniosus, Locuples.* I. **Sy.** Potior. Th. C. XI. 16. c. 3. sq. de extr. s. sord. II. **Op.** In paupertatem incidere. — Ditior fieri. fr. 3. pr. de don. int. V. 24. 1. Ditior, — Pauperior. fr. 17. §. 4. de adopt. 1. 7. Ditiores, — Mediocres, — Infimi. Th. C. I. 1. c. 4.

Diu. (Advb.) *Longo tempore.* I. **Sy.** Per prolixum tempus. fr. 3. §§. 2. sq. de R. M. 49. 16. II. **Op.** Vno momento. Gai. I. 141. Statim. — Diutius fr. 5. pr. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Cum diu multumque tractavit, — novissime ait. fr. 33. ad S. C. Treb. 36. 1. Ne diu, et fere semper, (incerta dominia essent.) fr. 1. de usurp. 41. 3. Si non diu in libertate fuisset, i. e. non minus decennio. fr. 16. §. 3. Qui et a qu. man. 40. 9. cf. fr. 3. §. 10. de A. v. A. P. 41. 2. Ita moderate (sc. praestitui annum,) ut neque ipsi urgerentur, — neque bona diu iacerent. fr. 1. §. 12. de succ. edict. 38. 9. Diu in solutione cessare, v. negotium trahere. fr. 38. §. 1. mand. 17. 1. fr. 64. de re iud. 42. 1. Qui diu usus est (servitute.) fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 5. §. 3. de itin. actuq. priv. 43. 19. Postea, ne diutius hoc fieret, placuit etc. fr. 2. §§. 3. sq. de O. I. 1. 2. Ne rerum dominia diutius in incerto essent. Gai. II. 44. Quae diutissime fuit cum marito. c. 2. de uxor. mil. 2. 52.

Divagari. *Vagari.* I. **Sy.** Aberrare, Abesse, Deesse. c. 52. §. 1. de episc. et cler. 1. 3. c. 3. de domest. et protect. 12. 17.

Divalis. (Adiect.) *Imperatorius, Principalis.* III. **Cn.** Quae divali lege praecepta, s. decreta sunt. Th. C. XI. 16. c. 17. de extr. s. sord. XII. 1. c. 74.

74. pr. de decurion. Quae (sc. privilegia) divalibus beneficiis sacris scriniis adtributa sunt. Ib. VI. 26. c. 17. pr. de prox. comit. Responsa, v. Scita, s. Iussa, divalia. Ib. VI. 32. c. 1. de castrensian. VII. 4. c. 30. de erog. mil. annon. VIII. 1. c. 5. de numerar.

Divendere. *Distrahere*. I. **Sy.** Vendere (res suas.) Vatic. §. 35.

Diversari. *Versari, Agere*. I. **Sy.** Commorari. fr. 27. §§. 1. sq. ad municip. 50. 1. III. **Cn.** Militantibus, probeque in actu reip. diversatis. Th. C. VI. 27. c. 4. §. 1. de agent. in reb.

Diverse. (Advb.) *Varie, Dissimiliter*. III. **Cn.** Cur tam diverse? Quod etc. fr. 9. §. 3. de trit. vino. 33. 6.

Diversitas. §. 1. *Discrimen, Discrepantia*. I. **Sy.** Discretio. Cf. h. v. §. 2. Discordia, Dissonantia. c. 2. §. 15. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** Si eiusdem tituli fuerunt, concurrunt (sc. privilegia,) licet diversitates temporis in his fuerint. fr. 32. de reb. auct. iud. 42. 5. Forsitan ex diversitate rerum vel personarum quibusdam emergentibus, quae varietatem inducunt. fr. 34. §. 8. de iureiur. 12. 2. Potest dici, secundum Sabinum. — Est tamen nonnulla diversitas. fr. 2. §. 2. pro emt. 41. 4. Rationem diversitatis vix idoneam reddi. Gai. II. 78. III. 98. fr. 3. §. 2. de iniust. rupt. 28. 3. — §. 2. *Intercapedo*. III. **Cn.** Ne longinqui itineris diversitate susceptor abductus etc. Th. C. XI. 7. c. 14. de exaction.

Diversorium. Cf. v. Deversorium.

Diversus. (Adiect.) §. 1. *Contrarius, Oppositus*. I. **Sy.** Adversus. fr. 4. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. Contra, Ex diverso. Cf. v. Contra (Advb.) §. 1. II. **Op.** Nostri praeceptores. — Diversae scholae auctores. Gai. I. 196. Similis ratio. — Illud diversum. Ib. II. 177. III. **Cn.** Diversum servari, v. dici. fr. 4. de off. adsess. 1. 22. fr. 26. §. 4. de nox. act. 9. 4. fr. 39. de manum. test. 40. 4. Diversa sententia obtinuit fr. 40. de R. C. 12. 1. Plerique in diversa sunt opinione. fr. 38. §. 3. de vulg. et pup. 28. 6. Ex diverso constat etc. Gai. II. 245. III. 201. IV. 109. Ex diverso causas adferre, v. respondere etc. Ib. I. 39. fr. 41. fam. ercisc. 10. 2. Probare diversum. fr. 80. §. 1 de furt. 47. 2. Diversa inter se testimonia praebere. fr. 27. pr. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. — §. 2. *Varius, Multiplex*. III. **Cn.** Plures res, quae diversis locis sunt. Vlp. XIX. 6. Qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Eodem patre nati, licet diversis matribus. Paul. IV. 8. §. 15. Personae diversae, fr. 60. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. Qui dedit diversis temporibus procuratores duos. fr. 31. §. 2. de procur. 3. 3. Ex diversis partibus heredes instituti. fr. 21. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Ad diversa — transferre. Th. C. IX. 23. c. 1. pr. si qu. pecun.

Divertere. *Dissociare, Distrahere (matrimonium.)* I. **Sy.** Repudiare uxorem. fr. 3. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Sive divertit, sive nupta est adhuc. fr. 27. §. 30. ad L. Aqu. 9. 2. Si verum divortium intercessit, et ad eundem rursum reversa, — manente dote, divortit. Vatic. §. 107. Per calorem misso repudio, si brevi reversa uxor est, nec divortisse videtur. fr. 3. de divort. 24. 2. Si mulier, cum culpa divertisset, velit sibi subveniri. fr. 9. §. 3. de minor. 4. 4. Ea conditione legare mulieri, v. cavere: Si a viro divortisset, v. non. fr. 8. §. 1. de usu et hab. 7. 8. c. 2. de cond. insert. 6. 46.

Diverticulum. Cf. v. Deverticulum.

Dives. (Adiect.) *Copiosus, Opulentus*. III. **Cn.** Dives marmorum vena. Th. C. X. 19. c. 11. de metall. Si ex divite pauperior effectus sit. fr. 4. de testam. tut. 26. 2.

Dividere. §. 1. *Partiri, Separare*. I. **Sy.** Partiri. Paul. I. 18. §§. 1. sqq. Distribuere. Cf. h. v. Erciscunda, Dividunda (hereditas.) Gai. II. 219. II. **Op.** Commune relinquere. fr. 122. §. 3. de V. O. 45. 1. Integrum percipere. — Dividi debere (pensiones.) fr. 58. pr. de usufr. 7. 1. Constitutus, — Per concursum divisus (ususf.) Cf. v. Constituere. §. 3. III. **Cn.** Ad eam partem redire debet, a qua initio divisus est (ususfr.) Vatic. §. 80. Sicilia, quae modico freto Italia dividitur. fr. 99. §. 1. de V. S. 50. 16. Si eadem provincia, postea divisa etc. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. In tres partes populus divisus. fr. 2. §. 20. cf. §. 2. de O. I. 1. 2. In quot vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. Paul. III. 4 B. §. 6. Quae sine interitu dividi non possunt. fr. 35. §. 3. de R. V. 6. 1. cf. fr. 1. §. 21. si qu. in fr. patr. 38. 5. Heres meus cum Titio hereditatem meam partitor, dividito! Vlp. XXIV. 25. Fratres, communem hereditatem consensu dividentes. fr. 57. fam. ercisc. 10. 2. Hereditas dividenda. fr. 41. ib. 10. 2. Commune dividundum. Cf. v. Commune. (Subst.) §. 1. Impetrare ut dividatur actio. Beneficium dividendae actionis. fr. 12. rem pup. salv. fore. 46. 6. cf. fr. 26. fr. 27. §. 4. de fideiuss. 46. 1. Nec dividitur obligatio, nec dubium est quin duret. fr. 25. §. 10. fam. ercisc. 10. 2. Non emendi, sed dividendi animo pretiis adscriptos (sc. servos) videri placuit. fr. 34. ib. 10. 2. (Cf. v. Divisus.) — §. 2. *Distribuere, Elargiri*. I. **Sy.** Erogare (annonarias species.) Th. C. I. 5. c. 5. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Dividuitas. *Partitio, Separatio*. I. **Sy.** Divisio. fr. 80. §. 1. ad L. Falc. 35. 2.

Dividuus. (Adiect.) *Divisus*. III. **Cn.** Exceptio litis dividuae et rei residuae. Gai. IV. 122. cf. 56.

Divinare. §. 1. *Vaticinari*. III. **Cn.** Narrandis somniis occultans artem aliquam divinandi. Th. C. IX. 16. c. 6. cf. c. 4. de malefic. — §. 2. *Coniecturam capere*. III. **Cn.** Culpa ab eo exigenda non est, cum divinare non potuerit, an etc. fr. 31. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 29. §. 2. mand. 17. 1.

Divinatio. *Vaticinatio*. III. **Cn.** Astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur. fr. 15. §. 13. de iniur. 47. 10. Non tantum divinatione, sed ipsa scientia eiusque libris — abstinere. Paul. V. 21. §. 4.

Divine. (Advb.) *Praeclare*. III. **Cn.** Divine admodum constituit D. Claudius. c. 1. ne lic. potent. 2. 14.

Divinitas. §. 1. *Numen divinum*. I. **Sy.** Deitas. Superna maiestas. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. c. 3. de fide cath. Nov. Th. II. de competit. 1. 17. c. 2.

pr. III. **Cn.** Vnicum praesidium in supernae divinitatis favore. Nov. Valent. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr. Divinitas te servet. Ib. de homicid. II. 20. c. 1. §. 4. Divinitatis auxilio (resistere debere.) Consult. vet. I. Cti. c. 6. §. 1. — **§. 2.** *Titulus Principis R.* I. **Sy.** Mansuetudo, Serenitas, Maiestas (nostra.) c. 17. de R. M. 12. 36. III. **Cn.** Nostrae divinitatis purpura. c. 2. de priv. scholar. 12. 30. In qua (sc. urbe regia) nos divinitate popria degentes. c. 6. pr. de h. qu. ad eccl. 1. 12.

Divinitus. (Advb.) **§. 1.** *Caelitus.* III. **Cn.** Vt pro arbitrio suo pravo excludant, quae divinitus concessa sunt. Coll. LL. M. XV. 3. — **§. 2.** *Iubente Imperatore.* III. **Cn.** Comperimus, div. quidem pridem fuisse dispositum. c. 13. de prox. S. scrin. 12. 19.

Divinus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad deum spectans.* III. **Cn.** Divinarum atque humanarum rerum (notitia.) fr. 10. §. 2. de I. et I. 1. 1. Divini et humani iuris (communicatio.) fr. 1. de R. N. 23. 2. Vel hominum causa, vel divini iuris, aut de religione (interdicta.) fr. 2. §. 1. de interdict. 43. 1. Legibus et divinis et imperialibus (vetitae haereses.) Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret. Ad cultum divinae reverentiae transire. Ib. XII. 1. c. 49. §. 1. de decurion. Perquam timidi metu divini numinis. fr. 8. pr. de cond. inst. 28. 7. Vis divina. fr. 24. §. 4. de damn. inf. 39. 2. (cf. v. Vis.) — **§. 2.** *Ad Principem pertinens, eiusque coniugem.* I. **Sy.** Nostra, Divina (domus.) Th. C. XII. 1. c. 114. Serenissima, Divina (Augusta.) c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. III. **Cn.** Honor domus divinae. fr. 12. ad S. C. Turp. 48. 16. Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet eius indulgentia proficiscitur. fr. 3. de const. Princ. 1. 4. Sacri oris imitator, et divinorum vultuum adpetitor. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Manus divina. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.)

Divisio. **§. 1.** *Determinatio.* III. **Cn.** Mechanici, et geometrae, et architecti, qui divisiones partium omnium incisionesque servant. Th. C. XIII. 4. c. 3. de excus. artif. — **§. 2.** *Partitio.* I. **Sy.** Contributio (anni, v. temporis etc.) fr. 5. fr. 7. pr. §§. 1. 4. sol. matrim. 24. 3. fr. 20. §. 5. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** De iure personarum divisio. Gai. I. 9. 48. 142. Obligationes, quarum summa divisio in duas species deducitur. Ib. III. 88. Si — communi dividundo iudicium agatur, et divisio tam difficilis sit etc. fr. 55. fam. ercisc. 10. 2. Iudicio divisionis de communi habere. fr. 77. pr. de legat. II. (31.) Quod divisionis arbitrio sufficit. Vatic. §. 256. fr. 33. fam. erc. 10. 2. Inter pupillos paternae hereditatis divisio facta est, praesente Praetore, sed non adsignante instrumento divisionis. fr. 20. de auctor. et cons. 26. 8. cf. Paul. I. 18. §. 2. fr. 30. fam. ercisc. 10. 2. Hereditatem inter se diviserunt, et caverunt sibi: „nihil se contra eam divisionem facturos.“ fr. 122. §. 6. de V. O. 45. 1. Post divisionem bonorum et aeris alieni. fr. 40. §. 2. de pact. 2. 14. Fiat divisio (sc. aquae) pro modo agri. fr. 25. de S. P. R. 8. 3. — **§. 3.** *Erogatio.* I. **Sy.** Distributio. fr. 117. fr. 122. pr. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Personalia civilia sunt munera: — annonae divisio etc. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Cum quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui. fr. 23. de ann. legat. 33. 1.

Divisus. (Partic.) *In partes disiunctus, Separatus.* II. **Op.** Ne alter sine altero quid gerat. — Divisis officiis praepositi. fr. 1. §§. 13. sq. de exerc. act. 14. 1. Iunctum. — Divisum. fr. 8. §. 2. de legat. I. (30.) Solidum. — Divisum. fr. 85. pr. de V. O. 45. 1. Divisa, — Indivisa (pars.) fr. 5. de usufr. 7. 1. Pro indiviso, — Pro diviso (commune, v. alienum.) fr. 5. §. 16. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 43. pr. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 25. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Divisa non videri, sed omnium communia permansisse. fr. 31. comm. div. 10. 3. Possunt iura interdum et separata a fundo esse, nec mensura aut temporibus divisa. fr. 19. §. 4. ib. 10. 3. fr. 5. pr. de aqua quot. 43. 20. De his, quae divisa eo iudicio non sunt, — arbiter postulatus. Paul. I. 18. §. 1. Pro diviso possideri non posse. fr. 8. de R. V. 6. 1. Regionibus divisis communis (insula.) fr. 29. de A. R. D. 41. 1. Regionibus divisus (inter socios) fundus. fr. 6. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. fr. 31. de usu et usuf. leg. 33. 2.

Divitiae. *Opes.* III. **Cn.** Paupertatis detegi vilitatem, et invidiae exponere divitias. c. 2. pr. Qu. et quib. qu. pars. 10. 34.

Divortium. *Discidium matrimonii.* I. **Sy.** Repudium. Vlp. XIV. 1. fr. 3. de divort. 24. 2. III. **Cn.** Si divortium est matrimonii, et hoc sine culpa mulieris factum est. Fr. Pauli I. Cti. ap. Boëthium ad Cic. Top. c. 4. cf. Vlp. VI. 10. Divortium inter virum et uxorem fieri dicitur. fr. 101. §. 1. de V. S. 50. 16. Filiis suis ab uxore divortio separata — fideicommissum relictum. fr. 22. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Si divortium quidem secutum sit, verumtamen iure durat matrimonium. fr. 1. §. 1. unde V. et U. 38. 11. Si vir uxori rem donaverit, et divortium intercesserit. fr. 1. §. 2. pro donat. 41. 6. Sub ipso divortii tempore, non ex cogitatione quandoque futuri divortii. fr. 12. de don. int. V. 24. 1. Verum, — Simulatum (divortium.) fr. 64. ib. 24. 1. cf. fr. 3. de divort. 24. 2. Divortii causa, v. consilio (donare, v. res movere etc.) Vlp. VII. 1. sq. fr. 60. §. 1. fr. 64. de don. int. V. 24. 1.

Diurnarius. *Actorum diurnorum exceptor.* III. **Cn.** Subscribendarii, tabularii, diurnarii, logographi, censuales. Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 1. de cohortal.

Diurnus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad tempus lucis spectans.* I. **Sy.** Interdiu deprehensus (fur.) fr. 4. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 54. §. 2. de furt. 47. 2. fr. 1. sq. de fur. baln. 47. 17. II. **Op.** Nocturnus (fur, v. effractor.) Coll. LL. M. VII. 2. sqq. fr. 2. de effractor. 47. 18. Diurnae, — Nocturnae (operae.) Paul. II. 18. §. 1. fr. 2. de ann. legat. 33. 1. fr. 3. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Diurna, — Nocturna (hora.) fr. 2. de aqua quot. 43. 20. fr. 25. pr. ad L. Iul. de ad. 48. 5. — **§. 2.** *Quotidianus, Tempus XXIV horarum complectens.* III. **Cn.** Officium diurnae vitae (retinere.) Paul. V. 23. §. 5. Mercedem diurnam praestare. fr. 23. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. Quantum filio meo diurnum sufficiat, — aestimabunt. fr. 47. §. 1. de adm. et per. 26. 7. Victualem substantiam —

ministrari, libellis duobus aut tribus diurnis. Th. C. IX. 3. c. 7. de cust. reor.

Diutinus. (Adiect.) *Diuturnus.* I. ***Sy.*** Longum, Diutinum (tempus.) fr. 25. pr. de poen. 48. 19. Longa, Diutina (possessio.) fr. 43. pr. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 3. fr. 9. de div. temp. praescr. 44. 3. III. ***Cn.*** Diutina possessione capere. fr. 36. fr. 43. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 13. §. 2. fr. 18. fr. 21. de usurp. 41. 3. Praescriptio diutinae possessionis. fr. 9. de div. temp. praescr. 44. 3.

Diuturnitas. *Longitudo temporis.* III. ***Cn.*** Diuturnitatis nobis memoriam in aevum relinquere. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Temporis, v. Longi temporis, diuturn. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. c. 2. Qu. non obiic. l. t. pr. 7. 35. Diuturnitate possessionis parta securitas. c. 7. de praescr. l. t. 7. 33.

Diuturnus. (Adiect.) *Per longum tempus continuatus.* I. ***Sy.*** Inveterata, Perpetua, Longa, Diuturna (consuetudo.) fr. 32. §. 1. fr. 33. fr. 35. de LL. 1. 3. fr. 6. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. III. ***Cn.*** Si quis diuturno usu et longa quasi possessione (ius aquae ducendae nanctus sit.) fr. 10. pr. si servit. 8. 5. Nulla usucapionis praerogativa, vel diuturni silentii praescriptio. c. 1. de comm. rer. alien. 4. 52. Incubatio diuturna, aut novella professio. c. 3. ne rei domin. 7. 38. Custodia diuturna. Th. C. IX. 3. c. 6. de custod. reor.

Divulgare. *Publici iuris facere.* I. ***Sy.*** Vulgare. Ib. V. 1. c. 9. de legit. heredit. IX. 42. c. 14. de bon. proscr. III. ***Cn.*** Si hoc animo recitatum testamentum est, — ut iudicia secreta eius, qui testatus est, divulgarentur. fr. 1. §. 38. depos. 16. 3. Mobiles autem res — in medium proferri divulgarique non patimur. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 3. Nota sunt atque omnibus divulgata (decreta.) Th. C. XVI. 8. c. 26. de Iud.

Divulgatio. *Promulgatio.* III. ***Cn.*** Ad omnium notitiam pervenire edictorum divulgatione praecipiat. Nov. Anthem. de mulier. VI. 1. c. 1. §. 5.

Divus. **§. 1.** *Deus.* III. ***Cn.*** Divis parentum sacer esto! Fr. LL. Romuli No. 2. Servii Tullii No. 1. — **§. 2.** *Titulus honorarius Principum R., post mortem in deos relatorum.* I. ***Sy.*** Deus. Vatic. §§. 195. 210. 220. 247. Divinus. Th. C. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. Divinae, Divae (memoriae.) Ib. l. l. c. 18. cf. Iust. C. c. 23. mand. 4. 35. c. 7. de natur. lib. 5. 27. II. ***Op.*** Divi, — Nostri (Principes.) Vatic. §§. 125. 149. 247. fr. 3. §§. 1. sq. de off. Proc. Caes. 1. 19. Secundum ius vetus, et rescripta Divorum, constitutionesque nostras. Th. C. XII. 11. c. 1. §. 2. de cur. calend. Constitutiones, quas D. Constantinus, posterioresque Principes, ac nos tulimus. Ib. I. 1. c. 6. pr. cf. c. 5. (Wck.) de const. Pr. III. ***Cn.*** Imp. Titus Antoninus rescripsit. — Div. quoque Hadrianus rescripsit. fr. 8. de postul. 3. 1. Ante formam a D. Marco datam D. Pius rescripsit. fr. 10. pr. de pact. 2. 14. Divi Marcus et Lucius (rescripserunt.) Vatic. §§. 168. 240. cf. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. fr. 24. de tut. et cur. dat. 26. 5. D. Marcus cum fratre suo. Divi Marcus et Commodus. fr. 7. fr. 31. de L. Corn. de fals. 48. 10. Coll. LL. M. IV. 3. cf. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Divi Fratres rescripserunt. Vatic. §. 154. fr. 6. §. 1. fr. 7. de R. D. 1. 8. fr. 3. de in ius voc. 2. 4. Tam DD. Fratres, quam per se D. Marcus rescripsit. §. 6. I. de excus. tut. 1. 25. Divi Severus et Antoninus. Divi Principes. fr. 30. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. fr. 14. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 1. §. 9. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Docere. **§. 1.** *Demonstrare, Probare.* I. ***Sy.*** Designare, Ostendere. fr. 14. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. fr. 10. pr. si servit. 8. 5. Probare. fr. 6. sq. fr. 8. sq. de probat. 22. 3. fr. 7. de excusatt. 27. 1. Vatic. §§. 240. 270. sq. III. ***Cn.*** Docere debet is, qui obiicit exceptionem, — nec sufficit ei ostendere etc. fr. 2. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Qui dicit, — licet in exceptione, docere debet etc. fr. 18. §. 1. de probat. 22. 13. Hoc solum remittere actori confessoriam actionem, ne necesse habeat docere etc. fr. 23. §. 11. ad L. Aq. 9. 2. Si docuerit, — indubitate impetrat etc. fr. 1. §. 44. de aqua quot. 43. 20. Cum — de iure suo doceret, superata apud iudicem — non provocaverat. fr. 16. pr. Qu. pot. 20. 4. Non minus accusatorem ad docenda, quae detulit, quam reum ad purganda, quae negat, — urgere. Th. C. IX. 37. c. 2. de abolit. Id, de quo cogitatum non docetur. fr. 9. §. 3. de transact. 2. 15. Sacrae constitutiones docent. Vatic. §. 149. — **§. 2.** *Certiorem facere.* III. ***Cn.*** De usu aquae — Praesidem Pr. doceri oportere. fr. 2. de extr. cogn. 50. 13. (cf. v. Doctus. §. 1.) — **§. 3.** *Instruere, Instituere.* I. ***Sy.*** Discipulos docere, Instituere, s. Instruere, artibus. Th. C. XIV. 9. c. 3. pr. §. 1. de stud. liberal. urb. R. Docens, Magister, Praeceptor. fr. 5. §. 3. fr. 6. ad L. Aqu. 9. 2. III. ***Cn.*** Quia non faciendae iniuriae causa percusserit, sed monendi et docendi causa. fr. 5. §. 3. l. 9. 2. Qui in hoc dumtaxat conductum locum habebat, ut ibi opus faciat, vel doceat. fr. 5. §. 3. de h. qu. effud. 9. 3. Servos artes, v. artificium, docere. fr. 6. de impens. in res dot. 25. 1. fr. 12. de legat. III. (32.) Pictorem, aut librarium docere. fr. 28. de R. V. 6. 1. Qui ius civile docent. Vatic. §. 150.

Docilis. (Adiect.) *Ad discendum promtus, v. idoneus.* III. ***Cn.*** Quae rudia sunt (sc. mancipia,) simpliciora esse, et ad ministeria aptiora, et dociliora. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Qui aquarum inventos ductus et modos docili libratione ostendunt. Th. C. XIII. 4. c. 3. de excus. artif.

Docimenus. (Adiect.) *Ad Docimaeum spectans, Phrygiae maioris civitatem.* III. ***Cn.*** Praeter trium metallorum debitoribus, Docimeni, Proconensis, et Troadensis, concessimus reliqua. Ib. XI. 28. c. 9. cf. c. 11. de indulg. debit.

Doctor. *Magister, Praeceptor.* III. ***Cn.*** Magistri studiorum doctoresque. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof. Doctores auctoresque (Eunomianorum facinoris.) Ib. XVI. 5. c. 31. sq. de haeret. Medici, — grammatici, et professores alii litterarum, et doctores legum. c. 6. de prof. et medic. 10. 52.

Doctrina. **§. 1.** *Actus erudiendi.* I. ***Sy.*** Eruditio, Institutio. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. Disciplina.

fr. 13. §. 22. de A. E. V. 19. 1. fr. 28. §. 1. de don. int. V. 24. 1. III. *Cn.* Si quis in pueros — impenderit, aut in doctrinam, aut alimenta. fr. 28. §. 1. l. 24. 1. Qui vel doctrinam, vel mysteria conventionum talium exercere consueverunt. Th. C. XVI. 5. c. 12. de haeret. — **§. 2.** *Peritia, Ars.* III. *Cn.* Ingenii qualitate et fiducia doctrinae (plura innovare instituit.) fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Profundioris scientiae atque doctrinae auctores. Th. C. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liber. urb. R. Studiosus alicuius doctrinae. fr. 19. ad exhib. 10. 4. Id doctrinae genus, quod unusquisque profitetur. Th. C. VI. 21. c. 1. de professor.

Doctus. (Partic.) **§. 1.** *Certior factus.* III. *Cn.* Si Praetor doctus sit, non expedire etc. fr. 7. de ann. legat. 33. 1. Suggerente magnificentia vestra, docta Imp. aeternitas. c. 2. de off. ei. qu. vic. al. 1. 50. — **§. 2.** *Peritus, Litteratus.* III. *Cn.* Cum eos (sc. libros) legisset, doctior et melior futurus esset. fr. 19. ad exhib. 10. 4. Homo doctus. Vir doctissimus. fr. 19. §. 1. de ann. legat. 33. 1. fr. 12. de stat. hom. 1. 5.

Documentum. **§. 1.** *Indicium, Specimen.* III. *Cn.* Quibus post documenta fidelis obsequii, — plena est impertienda tranquillitas. Th. C. VI. 35. c. 8. de priv. eor. qu. in S. pal. Quidquid — libelli absque documento et recitatione decernitur. Ib. XI. 30. c. 40. de app. et poen. — **§. 2.** *Monumentum probatorium.* III. *Cn.* Documentorum probationumque pensanda libramenta. Ib. IX. 41. c. 1. pr. ne sine iussu Princ. cf. IX. 37. c. 3. de abolition.

Dodrans. *Novem unciae.* III. *Cn.* Ne plus legare liceat, quam dodrantem, — ut heres quartam partem hereditatis habeat. Gai. II. 227. 255. sq. Vlp. XXIV. 32. XXV. 14. Fundorum alterum facere dodrantem bonorum, alterum quadrantem. fr. 35. pr. cf. fr. 15. §. 1. de hered. inst. 28. 5.

Dogma. *Praeceptorum summa, Doctrina.* III. *Cn.* Apostolica disciplina, evangelicaque doctrina. — Haereticum dogma. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. §. 1. de fide cathol. Haeretici, et diversi dogmatis sectatores. Ib. XVI. 5. c. 47. de haeret. Qui a catholicae religionis dogmate deviare contendunt. Ib. XVI. 10. c. 13. de pagan. cf. XVI. 6. c. 5. ne S. bapt.

Dolabra. *Ferramentum, tam ad caedendum quam perfringendum aptum.* III. *Cn.* Hamae et dolabrae. fr. 3. §. 3. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Ferramenta laniandae carnis causa praeparata, item trutinas, cultros, dolabras instrumento (sc. lanionis) relinquimus. fr. 18. pr. de inst. leg. 33. 7.

Dolare. *Ascia caedere, levigare.* III. *Cn.* Non eos dumtaxat, qui tigna [al. ligna] dolarent, (sc. fabros tignarios, al. lignarios, dici,) sed omnes qui aedificarent. fr. 235. §. 1. de V. S. 50. 16.

Dolere. *Dolore adfici, v. laborare.* III. *Cn.* Si ex corporis vitio id accidit, veluti quod iecur, quod pulmo — dolet. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Doliaris. (Adiect.) *Ad dolia pertinens.* III. *Cn.* Si doliare vinum emeris, — id videri actum, ut ante evacuarentur etc. fr. 1. §. 4. de peric. et comm. 18. 6.

Doliarium. *Apotheca doliorum.* III. *Cn.* Si ex doliario [al. doleario] pars vini venierit, — antequam admetiatur etc. fr. 35. §. 7. contr. emt. 18. 1.

Dolium. *Vasorum vinariorum species maior.* III. *Cn.* Vasa vinaria, v. torcularia. — Dolia, et seriae, et amphorae. fr. 206. de V. S. 50. 16. Dolia, licet defossa non sint, et cupae. fr. 8. pr. de instrum. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 37. fr. 93. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 3. §. 1. de trit. vino. 33. 6. Si quis legaverit: „ex illo dolio amphoras X." fr. 8. §. 2. de legat. II. (31.) In dolia coniicimus (vinum,) scilicet ut ex his postea in amphoras et cados diffundamus. fr. 15. de trit. vino. 33. 6.

Dolon. *Pugio, v. Stimulus, in flagro latens.* III. *Cn.* Flagello, quod in manu habebat, in quo dolon [al. dolor] inerat, verberare tabernarium coeperat. fr. 52. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Dolor. *Corporis, vel animi, cruciatus.* III. *Cn.* Qui alicuius partis corporis, vel certi doloris, sanitatem pollicentur. fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13. Qui sibi manus intulit, — nisi impatientia doloris, aut morbi, luctusve alicuius — fecerit etc. fr. 38. §. 12. de poen. 48. 19. fr. 34. pr. de milit. testam. 29. 1. Qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc impatientia iusti doloris admisit etc. Paul. II. 26. §. 25. fr. 38. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Et propensiore ira, et maiore dolore executurum eum accusationem credendum est. fr. 2. §. 8. fr. 15. ib. 48. 5. Coll. LL. M. IV. 11. Quoniam servitus eorum ad dolorem nostrum iniuriamque nostram porrigitur. fr. 2. de liberali. c. 40. 12.

Dolose. (Advb.) *Subdole.* III. *Cn.* Etsi inter initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo facit dolose. fr. 2. §. 5. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 9. §. 2. ad exhib. 10. 4. Si levior sit suspicio adversarii, quasi dolose versati. fr. 3. §. 1. de minor. 4. 4.

Dolosus. (Adiect.) *Improbus, Malitiosus.* III. *Cn.* Adversus varios et dolosos, qui aliis obfuerunt calliditate quadam, subvenit. fr. 1. pr. de d. m. 4. 3. Dolosis artibus circumventa. c. 6. sol. matrim. 5. 18.

Dolus. *Sollertia, ad decipiendum alterum adhibita, Fraus.* I. *Sy.* Calliditas, Machinatio. fr. 3. pr. de servo corr. 11. 3. fr. 12. §§. 2. sq. de liberali c. 40. 12. fr. 36. de V. O. 45. 1. Fraus, Malitia. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. fr. 4. §. 26. de d. m. exc. 44. 4. Coll. LL. M. I. 9. II. *Op.* Bona fides. fr. 7. §. 11. de Publ. 6. 2. fr. 11. depos. 16. 3. fr. 68. pr. de contr. emt. 18. 1. Culpa. Cf. h. v. §§. 3. sq. Imperitia, vel rusticitas. fr. 7. pr. §. 4. de iurisd. 2. 1. fr. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. Negligenter, — Dolo malo (facere.) fr. 3. §. 1. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. III. *Cn.* Veteres dolum etiam bonum dicebant. fr. 1. §. 3. de d. m. 4. 3. Dolus malus fit calliditate et fallacia. — Inest dolo et fraus. fr. 7. §§. 9. sq. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. cf. Vatic. §. 35. Dolo malo, aut fraudandi causa. Per fallaciam et dolo malo. fr. 3. §. 3. fr. 51. pr. pro soc. 17. 2. Dolo malo, in fraudem legis, (sententiam dicere.) fr. 15. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 7. §. 7. de pact. 2. 14. Si quid dolo malo domini captus fraudatusque actor est. fr. 36. de pecul. 15. 1. Quod metus causa, aut dolo malo, aut quod contra legem, Sve C. factum est. Gai. IV. 121. cf.

Paul. I. 8. §. 2. Qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo et fraude, suo nomine damnatus pactusve erit. fr. 1. fr. 4. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Dolus et culpa. Cf. v. Culpa. §. 4. Dolum accipere debemus, — qui in necem legatariorum et fideicommissariorum factus est. fr. 5. §. 15. ut in poss. legat. 36. 4. Qui sine culpa et dolo malo, casu quodam, damnum committit. Gai. III. 211. Neque habet rem, — neque d. m. fecit, quominus eam rem haberet. Ib. II. 215. Qui d. m. desierit possidere, v. d. m. fecit uti desineret. fr. 131. de R. I. 50. 17. cf. fr. 20. §. 6. fr. 25. §§. 2. sqq. fr. 36. §. 3. de hered. pet. 5. 3. Si sint tabulae apud pupillum, et dolo tutoris desierunt esse. fr. 4. de tabul. exhib. 43. 5. Dolo proximum esse, quod factum est. fr. 7. pr. depos. 16. 3. Furiosus, itemque infans, adfectu doli et captu contumeliae carent. Paul. V. 4. §. 2. Cf. v. Capax. Aetas, quae dolo non careat. fr. 4. §. 26. de d. m. exc. 44. 4. Ex ea parte cautionis: „Dolumque malum huic rei promissionique abesse, abfuturumque esse," — incerti agetur. fr. 121. pr. de V. O. 45. 1. cf. fr. 6. §. 9. de A. E. V. 19. 1. fr. 69. de V. S. 50. 16. Videri me dolum (malum) facere. Adhibere dolum. fr. 17. §. 4. de instit. act. 14. 3. fr. 18. §. 1. sol. matrim. 24. 3. Dolo facere, quomagis, v. quominus etc. fr. 4. §. 2. ne qu. eum. 2. 7. fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Lucrari ex dolo alterius. Lucrum facere propter dolum alienum. fr. 2. fr. 3. §. 1. de eo p. qu. fact. 2. 10. Si quid ex dolo procuratoris ad dominum pervenit. fr. 15. §. 2. de d. m. 4. 3. Illud nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur. fr. 27. §. 4. de pact. 2. 14. Contractus, quibus doli praestatio, vel bona fides inest. fr. 152. §. 3. de R. I. 50. 17. Teneri de dolo. De dolo malo actio. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. fr. 14. §. 13. Qu. met. c. 4. 2. Cum de dolo excipitur petitoris. Exceptio, v. Replicatio, doli. fr. 154. de R. I. 50. 17. cf. Gai. II. 76. sqq. 84. 120. IV. 116. sq.

Domare. *Mansuefacere.* III. **Cn.** Equitii legato usu, videndum ne et domare possit, et ad vehendum sub iugo uti. fr. 12. §. 4. de usu et hab. 7. 8. Quadrupedes, quae dorso collove domantur. Vlp. XIX. 1. Gai. I. 120. sq. II. 15. sq. Vatic. §. 259. Boves domiti, et pecora stercorandi causa parata. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7.

Domesticatus. (Subst.) *Dignitas domesticorum.* III. **Cn.** Ad domesticatum, s. officium domesticatus, adspirare, v. accedere. Nov. Th. II. de scholar. I. 21. c. 1. §. 2.

Domesticus. **§. 1.** *Ad domum et familiam alicuius pertinens.* I. **Sy.** Familia, Domestici. fr. 1. §. 1. fr. 25. §. 2. fr. 31. §§. 9. 11. 15. de Aedil. edict. 21. 1. Qui in eiusdem potestate est. Persona domestica. fr. 4. sqq. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Suus, Domesticus (heres.) Gai. II. 157. 161. De domo, v. Ex una domo (plures,) Domestici (sc. testes.) Vlp. XX. 3. 6. Paul. V. 15. §. 1. fr. 1. §. 3. fr. 10. §. 4. de quaestion. 48. 18. Familiare, — Domesticum (funus.) fr. 2. de in ius voc. 2. 4. fr. 4. §. 2. si qu. cautt. 2. 11. II. **Op.** Domestici, — Extranei. fr. 1. pr. de S. C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Qui se amicum, vel domesticum dicit eius. fr. 4. §. 3. de legation. 50. 7. Quodsi familiam domesticam uxoris, aut venaliciam pavit. fr. 31. §. 10. de don. int. V. 24. 1. Reprobatum est in ea re domesticum testimonium. Gai. II. 105. cf. Vlp. XX. 3. Perpetuo atque privato iure defendat, velut domesticum et avita successione quaesitum sibi habeat, suis relinquat etc. Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) Mediocritas, et rusticitas, et domesticae lites. Vatic. §. 244. Ius domesticae emendationis. Th. C. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. Furta domestica. fr. 11. §. 1. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Ad eos spectans, qui arctiore militia circa personam Principis, vel res Principales, occupati sunt.* III. **Cn.** Comites, tribuni militum. — Caeteri domestici, protectores, et agentes in rebus. Th. C. VIII. 5. c. 49. de cursu pub. Devotissimi domestici, qui nobis, ut indicio nominis adparet, familiarius, militando etc. Ib. VI. 24. c. 8. de domest. Protectorum domesticorum schola. Domestici ac protectores. Ib. l. 1. c. 3. sq. c. 7. c. 9. sq. VIII. 7. c. 9. de div. offic. VV. magnif. Comites dicatiss. domesticorum. c. 6. §. 3. de off. div. iudicum. 2. 8. cf. Th. C. XII. 1. c. 38. de decurion. — **§. 3.** *Comitatui magistratus superioris adtributus.* III. **Cn.** Nullus iudicum ad provinciam — quemquam secum ducere audeat, cui domestici vel cancellarii nomen imponat. Ib. I. 21. c. 3. (Wck.) de adsessor. Administrantium filii, nepotes, propinqui, participes, domesticique. Ib. III. 6. c. 1. si prov. Rect. cf. VIII. 15. c. 6. §. 1. de iis qu. admin. Domestici et notarii. Ib. VI. 10. c. 2. sq. de primicer. et notar. — **§. 4.** *Clandestinus, Occultus.* I. **Sy.** Tacite, Domestica cautione (obligare se.) fr. 103. de legat. I. (30.) fr. 3. pr. §§. 1. sqq. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Clandestinis ac domesticis fraudibus — confingi. Th. C. VIII. 12. c. 5. de donat.

Domicilium. **§. 1.** *Sedes rei familiaris.* I. **Sy.** Sedes. fr. 239. §. 2. de V. S. 50. 16. Domus. fr. 5. §. 4. de R. N. 23. 2. fr. 5. pr. §. 2. de iniur. 47. 10. II. **Op.** Origo. fr. 30. §. 1. de excusatt. 27. 1. fr. 6. §§. 1. 3. fr. 22. pr. §. 2. ad munic. 50. 1. III. **Cn.** Qui apud sedes suas et domicilium suum sunt. fr. 28. §. 5. de fideic. libb. 40. 5. Provincia, in qua is, qui possidet, sedes ac domicilium habet. Vatic. §. 326. cf. Th. C. VIII. 12. c. 3. de donat. Consistere aliquo, non dico iure domicilii, sed etc. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. fr. 27. §. 1. ad munic. 50. 1. Qui sunt eiusdem provinciae, vel ibidem domicilium habent. fr. 1. §. 2. de tut. et cur. dat. 26. 5. fr. 190. de V. S. 50. 16. Vatic. §. 203. Si, cum in provincia domicilium haberes, esses autem in urbe. fr. 28. §. 4. ex qu. c. mai. 4. 6. Conferre, v. Transferre, domicilium. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Adiectio domicilii. fr. 11. de Senat. 1. 9. Sequi domicilium alterius. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Necessarium domicil. habere. fr. 22. §. 3. cf. fr. 27. §. 3. fr. 31. ad municip. 50. 1. — **§. 2.** *Aedes, Habitatio.* III. **Cn.** Per agros, per cuncta domicilia (titulos adfigi.) Th. C. IX. 42. c. 20. de bon. proscr.

Domina. **§. 1.** *Mulier, quae dominium habet.* II. **Op.** Ancilla, Ministra. Paul. II. 26. §. 16. Th. C. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult. — **§. 2.** *Materfamilias.* III. **Cn.** Vxoris fidei commisit in haec

verba: Peto a te, domina uxor, ne etc. fr. 41. pr. de legat. III. (32.) fr. 40. §. 1. de auro arg. 34. 2. Domina sanctissima, scio etc. fr. 19. §. 1. de ann. legat. 33. 1. — §. 2. *Titulus feminarum Imperatoriae domus.* III. **Cn.** Domina ac venerabilis Augusta, Pulcheria, germana nostra. Th. C. XIII. 1. c. 21. de lustral. collat.

Dominari. *Praecellere, Obtinere.* III. **Cn.** In omnibus testatoris voluntatibus — dominari censemus. c. 23. de legat. 6. 37.

Dominatio. §. 1. *Imperium.* III. **Cn.** Nimia atque aspera dominatio. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Victorum dominatio. Th. C. IV. 8. c. 5. §. 5. (Wck.) de liberali c. — §. 2. *Dominii, v. Potestatis, ius.* II. **Op.** Libertas. fr. 64. de cond. indeb. 12. 6. III. **Cn.** Cavere debet, ne qua in re plus sua parte dominationem interponeret. fr. 78. de A. v. O. H. 29. 2.

Dominatus. (Subst.) *Dominium.* I. **Sy.** Ad alterum migrare. In dominatum alicuius cadere. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 16.

Dominicus. (Adiect.) §. 1. *Ad proprietarium spectans.* I. **Sy.** Pro qua parte quisque eorum dominus fuerit. Pro dominica parte. Gai. III. 59. 167. II. **Op.** Ex peculiari, — ex dominica causa (solvere.) fr. 19. de fideiuss. 46. 1. III. **Cn.** Pro dominicis partibus (conveniri etc.) fr. 40. §§. 3. sq. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 67. de A. v. O. H. 29. 2. Vsibus dominicis vacare, Dominici usus causa parari. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. fr. 3. pr. de penu leg. 33. 9. Si mutua pecunia accepta domum dominicam exornavit (sc. servus.) fr. 3. §. 4. de in rem verso. 15. 3. Quod servus, domini permissu, separatum a rationibus dominicis habet. fr. 5. §. 4. de pecul. 15. 1. Quod et dominica ratio deberet, et solita erat reddere. fr. 23. §. 1. de pecul. leg. 33. 8. cf. fr. 3. §. 2. de statulib. 40. 7. Negotium dominicum gerere. fr. 35. de solut. 46. 3. — §. 2. *Ad numen supremum spectans.* I. **Sy.** Solis, Dominicus (dies.) Th. C. II. 8. c. 1. c. 23. de feriis. VIII. 8. c. 1. c. 3. de exsecut. et exact. IX. 3. c. 7. de cust. reor. — §. 3. *Ad Imperatorem pertinens.* II. **Op.** Dominica praedia. — Privatorum possessiones. Iuliani ep. nov. c. 21. §. 79. III. **Cn.** Si villa dominica fuerit, seu cuiuslibet publici iuris. Th. C. XVI. 5. c. 21. de haeret. Sive cellariis, sive privatae rei nostrae, aut dominicae domui (deberi.) Nov. Marcian. de indulg. reliqu. Coloni, sive emphyteuticarii, dominici iuris. c. 2. ne rei domin. 7. 38.

Dominium. §. 1. *Ius plenum in qualicunque re, Dominatio.* III. **Cn.** Qui in universum dominium, vel iure civili vel iure praetorio, succedit. fr. 70. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. Paul. IV. 8. §. 6. Destinatione futuri dominii, aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Ib. l. l. §. 25. cf. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit. Rei suae dominium retinet, (qui furere coepit.) fr. 20. de statu hom. 1. 5. Qui in domo dominium habet. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Dominium proprietatis adquirere. fr. 17. Qu. mod. ususf. 7. 4. Dominium possessionis (obtinere etc.) Fr. Gregor. Cod. III. 3. §. 1. si sub alter. nom. cf. Th. C. VIII. 18. c. 2. de matern. bon. — §. 2. *Ius in re corporali, vindicatione munitum.* I. **Sy.** Proprietas. fr. 15. §. 8. Qu. vi aut cl. 43. 24. In bonis esse alicuius. Dominium esse apud eum. fr. 75. de iure dot. 23. 3. fr. 21. §. 4. ad munic. 50. 1. Nostrum esse. In dominium nostrum redigi. fr. 5. §. 1. de statu hom. 1. 5. fr. 25. pr. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Possessio. fr. 17. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Servitus. fr. 25. pr. l. 50. 16. Dominii mei, — Fructui mihi (esse.) Coll. LL. M. XII. 7. In dominio manere, — Alienari. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 67. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Postea divisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. Gai. II. 40. cf. I. 54. Ne rerum dominia diutius in incerto essent. Ib. II. 44. fr. 1. de usurp. 41. 3. Hereditas ad duos pluresve patronos aequaliter pertinet, licet dispar in eo servo dominium habuerint. Gai. III. 59. Vt missus in possessionem, etiam eam per longi temporis spatium in suum dominium capere possit. fr. 5. pr. cf. fr. 18. §. 15. de damn. inf. 39. 2. Si reus tempore dominium rei interim sibi adquirat. fr. 3. pr. de eo p. qu. fact. 2. 10. Rem suam tradere, et dominium transferre. fr. 10. §. 1. de cur. fur. 27. 10. Res, quae dominium transferunt. fr. 55. de O. et A. 44. 7. Iure emti dominium retinere. Vatic. §. 9. Creditor, ut proprium agrum tenere coepit iure dominii. fr. 63. §. 4. de A. R. D. 41. 1. Desiderare, permitti sibi iure dominii id possidere. fr. 59. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 7. §. 1. de usufr. 7. 1. — §. 3. *Ex iure Quiritium proprietas.* I. **Sy.** Ex iure Quiritium habere (rem.) Vlp. I. 16. II. **Op.** In bonis esse, s. haberi. Ib. l. l. Dominium habere. — Publiciana uti posse. fr. 18. de pignor. 20. 1. III. **Cn.** Per mancipationem praediorum dominium transferre. Vatic. §. 263. cf. Vlp. XIX. 2. sqq. 8. Iustum dominium. Gai. IV. 16. — §. 4. *Vniversitas bonorum Principis, vel fisci.* I. **Sy.** Vires fisci, Dominium fiscale. Th. C. IX. 42. c. 3. sq. de bon. proscr. Res nostra, Patrimonium privatum nostrum, Dominium sacrum. Ib. X. 1. c. 8. c. 15. sq. de iure fisci.

Dominulus. *Adfectionis epitheton.* III. **Cn.** P. Maevio, dominulo [al. domino] meo, ab heredibus meis dari volo pueros V ex meis. fr. 41. §. 4. de legat. III. (32.)

Dominus. §. 1. *Praepositus, Principalis.* I. **Sy.** Paterfam. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. Is, cuius negotium gessit (procurator,) v. cuius nomine defensor exstitit. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. fr. 64. de procur. 3. 3. II. **Op.** Dominus (litis.) — Procurator. fr. 13. pr. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 1. pr. fr. 8. §. 3. fr. 10. sq. fr. 15. sq. fr. 25. sqq. de procur. 3. 3. Cognitor. Vatic. §. 317. Defensor. fr. 76. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Dominum ex — primiceriis S. largitionum speciali beneficio ex — vicariis — esse praecipimus. Th. C. VI. 30. c. 19. de Palat. S. largg. — §. 2. *Titulus honoris et venerationis, tam numini supremo, quam Principi et personis domus Augustae, aliisque dignitate conspicuis adfectuve nobis devinctis, adtributus.* I. **Sy.** Principes, Domini nostri. Vatic. §. 247. Gesta in Senat. de recip. Th. C. (Wck. p. 6.) III. **Cn.** Dominus

et deus noster, Iesus Christus. c. 2. §§. 1. 23. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Dies natalis domini, et epiphaniae. c. 2. de feriis. 3. 12. Rogo, domine Imperator, audias me. fr. 3. de h. qu. in testam. 28. 4. Secundum dominorum praecepta. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 3.) Dominus ac filius noster. Dom. et patruus meus. Dom. et parens noster. Th. C. VI. 23. c. 4. pr. de decur. et silent. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. XIII. 10. c. 2. de censu s. adscr. — Iul. Paulo. Ex facto, domine, species eiusmodi incidit. fr. 22. pr. ad L. Falc. 35. 2. Quidam ad creditorem litteras eiusmodi fecit: — Domine etc. fr. 26. de const. pecun. 13. 5. Quidquid ex hereditate bonisve Titii, domini mei, patris vestri, ad me pervenit. fr. 88. §. 2. de legat. II. (31.) cf. fr. 57. de donat. int. V. 24. 1. — **§. 3.** *Proprietarius.* I. **Sy.** Is, cuius ea res est. Gai. II. 62. sq. II. **Op.** Qui habet usumfr., vel aliquam servitutem. fr. 8. §. 4. de relig. 11. 7. Proprietatis dominus. — Vsufructuarius, Vsuarius. fr. 15. §. 6. de usufr. 7. 1. fr. 16. §. 1. de usu et habit. 7. 8. III. **Cn.** Dominus membrorum suorum nemo videtur. fr. 13. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Titius hereditatis meae dominus esto. fr. 48. pr. de hered. inst. 28. 5. Si quid quasi non heres egit, sed quasi alio iure dominus. fr. 20. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Licet iuste possideant, non tamen opinione domini possident. fr. 22. §. 1. de nox. act. 9. 4. Eo animo nancisci possessionem, ut credat se dominum esse. fr. 13. §. 1. de Pub. in R. A. 6. 2. Nunquam pro domino esse incipere. fr. 5. pr. ut in poss. legat. 36. 4. Domini loco haberi. Gai. IV. 97. fr. 15. §. 2. de quaestion. 48. 18. Domini, vel hi qui vice dominorum sunt. fr. 157. pr. de R. I. 50. 17. Liber non fit, sed servus sine domino est. Vlp. I. 19. Voluntate domini in libertate esse. Ib. I. 12. Sciente domino, et cum possit non prohibente, servus id fecit. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. Actiones, quae servorum nomine in dominum dantur. Gai. IV. 69. sqq. Non quasi amici, sed quasi domini (negotium gessit, sc. liber homo b. f. mihi serviens.) fr. 36. de N. G. 3. 5. Nihil interest, si successores, aut pater, aut dominus argentarii eiusdem fuerunt professionis. fr. 9. §. 1. de edendo 2. 13. Qui obsequitur imperio patris, vel domini. fr. 4. de R. I. 50. 17. In potestatem domini rem furtivam venisse videri. fr. 215. de R. I. 50. 17. Vnus ex dominis. Vlp. I. 18. fr. 2. de servit. 8. 1. Plures earundem aedium domini. fr. 27. de damn. inf. 39. 2. — **§. 4.** *Ex iure Quiritium dominus.* II. **Op.** Ex iure Quiritium dominus esse. — In bonis rem habere. Gai. II. 40. sq. III. **Cn.** Sit plenissimus et legitimus quisque dominus. c. 1. de nudo iure Quir. 7. 25. Pleno iure dominorum fieri. Gai. I. 15. Si quis id, quod traditur ex iusta causa, non a domino, et nondum usucaptum petet. fr. 1. pr. de Publ. 6. 2. cf. Gai. II. 43.

Domitius. Domitia. **§. 1.** *Praenomen.* III. **Cn.** Domitius Labeo Celso S. fr. 27. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Domitia, Neronis filia. fr. 3. §. 5. de cond. c. dat. 12. 5. — **§. 2.** *Nomen singulae ex gentibus urbis Romae.* III. **Cn.** Cum Cn. Domitius filiae suae peculium — legasset. fr. 6. §. 4. de pec. leg. 33. 8.

Domnina. *Nomen mulieris.* III. **Cn.** In causa Domninae et Fortunati, illustrium personarum. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. §. 2.

Domuncula. *Domus parva.* III. **Cn.** Multas terras sine reditu, vel domunculas, vel vineas relinquere. Nov. 65. cf. fr. 3. §. 11. de sepulc. viol. 47. 12.

Domus. **§. 1.** *Aedificium, Aedes.* I. **Sy.** Praedium urbanum. Vlp. XIX. 1. Aedes. fr. 91. §. 5. de legat. III. (32.) fr. 15. §. 13. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa, agrove deiecerit etc. Paul. V. 26. §. 3. cf. fr. 52. de contr. emt. 18. 1. Si in oliveto olivarum, — aut si in domo furtum factum sit. Gai. III. 184. Quae ad instructum possessionis, vel domus, pertinent. Th. C. X. 8. c. 1. de bon vac. cf. Paul. III. 6. §§. 55. sqq. Agri, aut domus instrumenta. fr. 7. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Vrbana familia, item artifices — eidem domui servientes. Paul. III. 6. §. 58. Omnibus, quae in domo sunt, legatis. Ib. l. l. §. 59. cf. fr. 86. fr. 91. §. 4. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Domicilium.* I. **Sy.** Lar, Penates. fr. 1. §. 2. de adgn. et alend. 25. 3. Th. C. IX. 2. c. 3. c. 6. de exh. v. transm. Domicilium, Habitatio. fr. 5. de R. N. 23. 2. fr. 5. pr. §§. 2. sq. de iniur. 47. 10. fr. 22. §. 2. ad L. Iul. de ad. 48. 5. III. **Cn.** Tam domi, quam militiae. fr. 35. §. 4. de m. c. donat. 39. 6. Sive domi, sive in publico, vel quocunque loco. Th. C. IX. 34. c. 9. de famos. libell. De domo sua in ius vocari, v. extrahi. fr. 18. fr. 21. de in ius voc. 2. 4. Ius revocandi domum. fr. 28. §. 4. ex qu. c. maior. 4. 6. fr. 2. §§. 3. sqq. fr. 5. fr. 7. de iudic. 5. 1. Domum denunciare. Cf. v. Denunciare. §. 1. Numerare de domo. fr. 40. de R. C. 12. 1. Si neque domi habet (sc. pecuniam,) neque inveniat creditorem. fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. cf. fr. 37. de usur. 22. 1. Qui vindicem non dabat, domum ducebatur ab actore. Gai. IV. 21. cf. 25. Sive invito te discessero de domo tua, vel repudium tibi sine ulla querela misero. fr. 57. de donat. int. V. 24. 1. cf. Vatic. §. 107. Quae uxoris loco sine nuptiis in domo sit. fr. 144. de V. S. 50. 16. cf. c. 5. de don. A. N. 5. 3. c. 9. de nupt. 5. 4. — **§. 3.** *Universitas familiae.* Qui ex eadem domo et gente proditi sunt. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Familia et domus. fr. 11. §. 2. de B. P. s. t. 37. 11. Testes, quos accusator de domo sua produxerit. Paul. V. 15. §. 1. Ex una domo plures testes alieno negotio adhibere. fr. 17. de testib. 22. 5. Tria onera tutelarum in una domo. Vatic. §§. 187. sqq. 190. sqq. Dignitate et fama domus integra manente. fr. 14. §. 1. de servo corr. 11. 3. Vt diligentius dolorem animi sui, item iniuriam laesae domus non translatitie persequerentur. Coll. LL. M. IV. 11. — **§. 4.** *Origo, Prosapia.* III. **Cn.** De natalibus ipsius ac de omni vitae conditione examen habeatur, ita ut domum, genus non dissimulet et parentes. Th. C. VII. 2. c. 1. Qu. prob. deb. ad quamc. mil. cf. VI. 27. c. 4. pr. de agent. in reb. — **§. 5.** *Res familiaris, Patrimonium.* III. **Cn.** Quae praediis — ex consuetudine domus meae praestantur. fr. 21. pr. de ann. legat. 33. 1. fr. 23. §. 1. de pecul. leg. 33. 8. Quod diligens paterfam. in sua

domo facit. fr. 65. pr. de usufr. 7. 1. Iactura, quae ad totius domus eversionem pertinet. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Causa ad domum regiam pertinens. Th. C. X. 26. c. 1. de conduct. et hom. Privilegia domus pietatis nostrae, vel necessitudinum nostrarum. Nov. Valent. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §§. 2. 6. Nostra, vel venerabilis Augustae domus: §. 13. I. de usuc. 2. 6. Reditus domui nostrae debiti. Th. C. X. 1. c. 11. de iure fisci. cf. XII. 1. c. 114. de decurion. Sive cellariis, sive privatae rei nostrae, aut dominicae domui (debentur.) Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 1. Conductores, hominesve augustissimae domus nostrae. Th. C. X. 26. c. 1. sq. de conduct. et hom.

Donare. **§. 1.** *Liberaliter tribuere, Largiri.* I. **Sy.** Concedere, nullo iure cogente. fr. 29. pr. de donat. 39. 5. fr. 82. de R. I. 50. 17. Largiri. Th. C. IV. 6. c. 4. c. 6. (Wck.) de natur. fil. Dotem conferre. Dotis nomine donare. Vatic. §. 305. II. **Op.** Obligare. fr. 4. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Vendere. Gai. II. 50. Principaliter donare. — Remunerare. fr. 12. pr. mand. 17. 1. III. **Cn.** Quod dedi, aut donavi. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Donare, aut relinquere. Th. C. 1. 1. Dono et permitto. fr. 27. de donat. 39. 5. Alii precario concedere, vel donare. fr. 12. §. 2. de usufr. 7. 1. Si quid dilapidaverunt, perdiderunt, nec si donaverint. fr. 25. §. 11. cf. fr. 23. pr. de hered. pet. 5. 3. Nec donare (concedi,) — nec donationis causa consentire. fr. 165. de R. I. 50. 17. Fisco donari non oportet, nec ab eodem donatam suscipi. Paul. V. 12. §. 7. Eis omnibus inter se donare, capere liceto. Vatic. §. 298. Citra stipulationem donavit, si neque possessionem rerum singularum tradidit, neque per mancipationem etc. Vatic. §§. 263. 265. Si tibi tradam (sc. pecuniam) donandi gratia, tu eam quasi creditam accipias. fr. 36. de A. R. D. 41. 1. Donaturus — solvere. fr. 12. §§. 1. sq. mand. 17. 1. cf. fr. 5. §. 2. de iure dot. 23. 3. Animo donandi (fideiubere.) fr. 32. de pact. 2. 14. In hoc donare, ut etc. Vlp. VII. 1. Ea mente donare. fr. 1. §. 1. de donat. 39. 5. Permisit (sc. lex Cincia) eis, in infinitum donare. Vatic. §. 304. cf. Vlp. I. 1. Pro donato (usucapere.) fr. 1. pr. §. 1. fr. 5. sq. pro donat. 41. 6. — **§. 2.** *Remittere, Gratificari.* II. **Op.** Differre, — Remittere atque donare (iniuriam.) fr. 17. §. 12. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Praetori ea res quaerenda commissa est, non negligenda, nec donanda. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. Qui causam adversariis suis donant. fr. 212. de V. S. 50. 16. cf. Th. C. IX. 37. c. 2. de abolit.

Donarium. *Donum deo dedicatum.* III. **Cn.** Donaria, — si necdum sacris mysteriis sunt dedicata. Ib. XVI. 8. c. 25. §. 1. de Iud. Sacratissima atque arcana vasa, vel vestes, caeteraque donaria, quae ad divinam religionem necessaria sunt. c. 21. de SS. eccl. 1. 2. cf. Th. C. XVI. 5. c. 57. §. 2. de haeret.

Donatio. **§. 1.** *Actus donandi.* I. **Sy.** Liberalitas (et munificentia.) fr. 1. pr. de donat. 39. 5. Vatic. §§. 261. sqq. 266. sq. 274. sq. Munus. Cf. h. v. Largitio. Th. C. IX. 42. c. 1. pr. de bon. proscr. II. **Op.** Pretio accepto, — Donationis causa (facere etc.) fr. 16. §. 1. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Si quid ex hereditatibus, legatisve, aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit. Gai. II. 182. cf. Th. C. IV. 8. c. 6. §. 6. (Wck.) de liberali c. Venditionis, vel donationis, vel transactionis causa (quid agere.) fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. cf. Th. C. IV. 5. c. 1. pr. de litigios. Donationis causa mancipare, v. promittere. Vatic. §§. 265. 267. 310. (gerere, v. interponere pactum.) fr. 3. §. 10. de don. int. V. 24. 1. Paul. I. 1. §. 5. (remittere, v. accepto ferre.) fr. 1. de transact. 2. 15. fr. 5. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Donationis titulo conferre, s. transferre, v. possidere. c. 11. sq. c. 15. de donat. 8. 54. Lex donationis. fr. 22. de statu hom. 1. 5. Professio donationis apud acta factae. Vatic. §. 266 a. Contra legem Cinciam facta donatio. Ib. §. 294. Adfinitatis contrahendae causa donatio facta. Ib. §. 262. Dos, vel ante nuptias donatio. c. 20. §. 1. de collat. 6. 20. Vera et absoluta, — Mortis c. (donatio.) fr. 1. pr. de donat. 39. 5. fr. 35. §. 2. de m. c. donat. 39. 6. fr. 67. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Res donata.* III. **Cn.** Exinde ea usucapiet donationem [al. rem donatam,] qua ex die ratam heres donationem habuerit. fr. 4. pro donat. 41. 6.

Donatistae. *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Donatistae, vel caeterorum vanitas haereticorum Th. C. XVI. 5. c. 46. cf. c. 37. sq. c. 40. sq. c. 44. de haeretic. Donatistae superstitionis haeretici. Ib. 1. 1. c. 39.

Donativum. *Munus ab Imperatore militibus datum.* III. **Cn.** Medii temporis stipendium et donativa accipere. fr. 10. §. 1. de R. M. 49. 16. c. 1. eod. 12. 36.

Donator. Donatrix. *Qui, v. Quae, donationem confert in alterum.* II. **Op.** Qui donationem accepturus est. fr. 33. §. 3. cf. fr. 18. §. 3. fr. 19. §. 3. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Pinguius donatori succurrere debemus, quam ei qui verum debitum persolvere compellitur. fr. 49. cf. fr. 30. de re iud. 42. 1. Donator sponsus, — Donatrix sponsa. Th. C. III. 5. c. 5. pr. §. 1. de donat.

Donec. (Advb.) **§. 1.** *Quoad, Quousque.* III. **Cn.** Manet heredis eousque, donec etc. Gai. II. 213. Mea permanebit, donec etc. Ib. II. 41. Manifestum furtum esse, donec perferret eo, quo etc. Ib. III. 184. L. damnas esto — dare Attiae, donec nubat. fr. 17. pr. de ann. legat. 33. 1. Oportere rem deponi in aede aliqua, donec de hereditate iudicetur. fr. 1. §. 37. depos. 16. 3. cf. fr. 7. §. 2. Qu. satisd. cog. 2. 8. — **§. 2.** *Quamdiu, Dum.* II. **Op.** Donec abest. — Postquam abesse desierit. Vlp. XVI. 1. III. **Cn.** Eousque nostrum esse, donec nostra custodia coërceatur. Gai. II. 67. Donec in eodem sensu perseverant. Ib. III. 151. In pendenti esse, donec obligatio in ea causa est. fr. 80. de iure dot. 23. 3. Donec tu non extollis, est utilitas servitutis. fr. 5. si servit. 8. 5. Cum convenisset: Vt, donec usurae solverentur, sors non peteretur. fr. 4. §. 3. de pact. 2. 14. Donec prius iudicium agitatur, licentia agenti est etc. fr. 4. §. 3. de nox. act. 9. 4.

Donum. **§. 1.** *Quod sponte, ex animi dumtaxat liberalitate, alteri largimur.* I. **Sy.** Munus, Donum cum causa. fr. 18. fr. 194. fr. 214. de V.

V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si donum, munus, operas redemerit. Obligatione doni, muneris, operarum solutus (libertus.) fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Paul. II. 32. §. 1. cf. fr. 7. §. 3. fr. 37. pr. fr. 47. de oper. libert. 38. 1. Ne donum, vel munus, ipse Procos. — accipiat. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. Qui dono accepit, vel cui res legata est. fr. 14. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. Cui dono res data est. Quasi dono datum. Vatic. §. 275. fr. 35. §. 1. de m. c. donat. 39. 6. — **§. 2.** *Donarium, Donativum.* III. **Cn.** Dei, s. Deorum, dona (in templo.) fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. fr. 6. pr. de L. Iul. pecul. 48. 13. Paul. IV. 3. §. 3. Sancta vasa, sive sacra dona. Iuliani ep. nov. c. 7. §. 39. Annonae eorum, et dona ecclesiastica. Ib. c. 51. §. 192.

Dormire. *Somnum capere.* III. **Cn.** Cubicula, in quibus dormire consueverat. fr. 33. pr. de legat. III. (32.) Si furiosus, aut infans sit, aut dormiat. fr. 209. de V. S. 50. 16. cf. fr. 1. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 31. §. 3. de usurp. 41. 3.

Dormitorius. (Adiect.) *Ad dormiendum comparatus.* III. **Cn.** Carruca dormitoria cum mulis. fr. 13. de auro arg. 34. 2.

Dorsum. *Tergum.* III. **Cn.** Quadrupedes, s. Pecora, quae dorso collove domantur. Vlp. XIX. 1. Vatic. §. 259.

Dos. **§. 1.** *Vniversitas rerum, quae praesidii causa marito commissae sunt, ad onera matrimonii sustinenda.* I. **Sy.** Res uxoria. Vlp. VI. 6. c. 1. pr. §. 1. de R. U. A. 5. 13. III. **Cn.** Dos, et caetera mulieris bona. fr. 22. cf. fr. 16. de relig. 11. 7. Dos, et caetera quae nubenti tradidit. fr. 8. de dot. collat. 37. 7. Impar matrimonium — iubetur non proficere ad capiendas hereditates, et legata, et dotes. Vlp. XVI. 4. cf. XV. 1. Vxor, si rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum est, vel quod in vicem dotis sibi adscriptum est, restituere. fr. 2. pr. de dote praeleg. 33. 4. Res tradere, ut nuptiis secutis dotis efficiantur. fr. 9. §. 1. de iure dot. 23. 3. Paul. II. 21 B. §. 1. Dos matrimonio cohaerens, oneribus eius ac liberis communibus — confertur. fr. 16. pr. de castr. pecul. 49. 17. Patrem, etiam postea nuptiis consentientem, et matrimonium filii sui et dotem efficere. Vatic. §. 102. Duxit in matrimonium — filiamfam., cuius nomine dotem accepit a patre. Ib. l. l. Adventitia etc. dos. Cf. v. Adventitium. §. 3. Si quis mulieri, virginive, cognatus dotem conferre volet. Ib. §. 305. Qui uxori eius dotem facere volebat. fr. 49. de iure dot. 23. 3. Doti habere permisit. fr. 58. §. 1. ib. 23. 3. Dotis constituendae gratia, s. Ad dotem dandam, dicendam, promittendamve (tutorem petere etc.) Gai. I. 178. Vlp. XI. 20. sq. cf. VI. 1. fr. 61. pr. de iure dot. 23. 3. Dotis causa mancipari, vel in iure cedi, vel usucapi (praedium.) Gai. II. 63. Dotis nomine (dare, v. satis accipere.) Vatic. §. 97. Gai. III. 125. Si mulier — debitorem suum marito in dotem delegaverit. fr. 4. §. 21. de d. m. exc. 44. 4. Quod in dotem datum est. Vatic. §§. 103. 105. 111. fr. 67. fr. 69. §. 8. de iure dot. 23. 3. Dotis dationi consensisse. Vatic. §. 102. In dotem conversum esse id, quod datum est. Ib. §. 269. Stipulatio dotis causa facta. fr. 4. §. 2. de pact. 2. 14. Doti, s. In dotem, promittere. Promissio dotis. fr. 61. pr. fr. 69. pr. fr. 79. §. 1. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 21. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Dos, quae semel functa est, amplius fungi non potest. Vlp. VI. 11. Quoties ad ius, quod lex naturae eius tribuit, de dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formae suae redditur. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. Dos, quae a die (v. triennio) reddi debet. — Dos, quae praesens reddi solet. Vlp. VI. 8. 13. Retentiones ex dote. Ib. VI. 9. sqq. Vatic. §§. 105. sqq. 108. Exinde dotis exactionem competere, ex quo etc. fr. 24. pr. cf. fr. 22. §. 1. sol. matrim. 24. 3. Dotis persecutionem, v. repetitionem, habere. fr. 1. §. 9. de dote praeleg. 33. 4. Vlp. VI. 6. Iudicium de dote. fr. 18. §. 1. fr. 19. sol. matrim. 24. 3. Dotis iure, aut per condictionem (repetere posse.) fr. 67. de iure dot. 23. 3. — **§. 2.** *Quod rei alicui adtributum est, ut administrandae ei praesidio sit.* I. **Sy.** Enthecae, Dotes (praediorum.) fr. 34. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 68. §. 3. de legat. III. (32.) Th. C. V. 13. c. 18. V. 14. c. 4. (Wck.) III. **Cn.** Seio liberto meo fundos, illum et illum, do lego, ita ut instructi sunt, cum dotibus et reliquis colonorum, et saltuariis etc. fr. 20. §. 1. cf. pr. §§. 2. sq. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 52. §. 2. de fideiuss. 46. 1. Villa cum ea dote vel forma, cui nunc habetur obnoxia. Th. C. 1. 1. V. 14. c. 4. cf. XIV. 3. c. 13. de pistor.

Dotalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad dotem uxoris pertinens.* I. **Sy.** In dotem datae, Dotales, v. Quasi dotales (res.) fr. 8. §. 1. fr. 15. §. 3. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 54. de iure dot. 23. 3. fr. 22. §. 13. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Dotali instrumento stipulatio interposita. fr. 48. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 65. de iudic. 5. 1. Cautio dotalis. fr. 89. §. 5. de legat. II. (31.) Ex dotali pecunia comparatae res. fr. 54. de iure dot. 23. 3. Fundus dotalis. Praedium dotale. Paul. II. 21 B. §. 2. II. 22. §. 1. fr. 13. pr. §§. 1. sq. de fundo dot. 23. 5. — **§. 2.** *Ad perpetuum collegii alicuius patrimonium, vel praesidium, spectans.* III. **Cn.** Officinam cum animalibus, servis, molis, fundis dotalibus pistrinorum, postremo omnem enthecam tradet. Th. C. XIV. 3. c. 7. de pistor.

Dotare. *Dotem constituere.* I. **Sy.** Dotem dare. Iuliani ep. nov. c. 80. §. 306. III. **Cn.** Quos (sc. liberos) habent in potestate, — coguntur in matrimonium collocare et dotare. fr. 19. de R. N. 23. 2. Si curatores habes, hique dotare te bonis tuis cessant. c. 9. de adm. tut. 5. 37. Si voluntate dotantis in dotali instrumento — scripsisti. c. 4. de dot. promiss. 5. 11.

Dotatus. (Partic.) *Dote praeditus.* II. **Op.** Dotata, — Indotata (mulier.) fr. 78. §. 2. de iure dot. 23. 3. III. **Cn.** Vt tunc conferat mulier dotem, cum dotata esse coeperit. fr. 1. §§. 7. sqq. de dot. collat. 37. 7. Si — reversa post iurgium — mulier, — ne dotata sit conveniat. fr. 27. de pact. dot. 23. 4.

Draco. *Atheniensium legislator antiquissimus.* III. **Cn.** Et hoc est, quod Solon et Draco dicunt etc. fr. 23. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. §. 2. I. de I. N. 1. 2.

Draconarius. *Vexillifer.* III. **Cn.** In schola

praetorianorum. — In schola draconariorum. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Dromo. *Genus navis longae.* III. *Cn.* In quo traiectu etiam dromones, quantos provideris, ordinari facias. c. 2. §. 2. l. l. 1. 27.

Dubie. (Advb.) *Dubitanter.* I. *Sy.* Non dubie (posse) videtur. Non dubito, v. dubitabimus. fr. 65. §§. 3. sq. ad S. C. Treb. 36. 1. III. *Cn.* Quid ergo, si etc.? — Non dubie etc. fr. 13. §. 1. de tut. et cur. dat. 26. 5. cf. fr. 52. §. 26. de furt. 47. 2.

Dubietas. *Dubium, Ambiguitas.* I. *Sy.* Dubitatio. c. 19. sq. de iure delib. 6. 30 III. *Cn.* Ne qua sit dubietas, hac aperta definitione decernimus. Th. C. XI. 5. c. 2. de indiction. Nullius dubietatis exstet ambiguum. Ib. XII. 1. c. 86. de decurion. Illud sine ratione a quibusdam in dubietatem deductum. c. 20. pr. de collat. 6. 20.

Dubitanter. (Advb.) *Cum dubitatione.* III. *Cn.* Minus dubitanter [al. dubitatur,] Iulianus eodem loco scribit. fr. 9. §. 5. de pecul. 15. 1.

Dubitare. *Ambigere, Pro incerto habere.* II. *Op.* Dubitari, — Certum, v. Verum, v. Manifestum, esse. fr. 33. pr. §. 1. de procur. 3. 3. fr. 34. pr. de A. v. O. H. 29. 2. III. *Cn.* Dubitare, vel errare (de statu suo.) fr. 15. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Minime dicendum est, — Quis enim dubitat etc.? fr. 24. pr. de damn. inf. 39. 2. Fuit quaesitum. — Nec unquam dubitatum est. Gai. I. 4. sq. III. 193. fr. 9. de LL. 1. 3. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Licet antea dubitavit, tamen admisit (sc. Marcellus.) fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. Sunt tamen, qui de isto non recte dubitant, qui utique nullo modo dubitabunt, si etc. fr. 32. §. 9. de rec. qu. arb. 4. 8. Longa erit disputatio, nam de ea re valde veteres dubitaverunt. Gai. I. 188. Item dubitatum. — Et sane post veterum auctoritatem eo perventum est, ut etc. fr. 53. §. 1. de V. S. 50. 16. Iam non dubitatur, posse etc. Gai. II. 288. Neminem puto dubitaturum, quin etc. fr. 35. de iudic. 5. 1. Illud dubitari potest. Gai. III. 95. De uno dubitari potest. fr. 67. §. 1. de R. N. 23. 2. Dubitare posse, v. solere, utrum, v. quin. Gai. I. 129. fr. 150. de V. S. 50. 16. Scio dubitatum, — invenio tamen rescriptum. Vatic. §. 189. Quae iuris nostri definitio etiam ad aliam speciem dubitatam benigne extendatur. c. 5. §. 3. de necess. hered. 6. 27.

Dubitatio. *Ambiguitas, Haesitatio.* III. *Cn.* Quaeris. — Sed ea res nec dubitationem habet, nec unquam habuit, quin exploratum sit etc. fr. 3. de natal. restit. 40. 11. Solet tractari. — Dubitationem auget edictum etc. fr. 2. §. 1. de custod. et exhib. 48. 3. Illud recte quaeritur. — Causa dubitationis est etc. fr. 7. §. 11. de A. R. D. 41. 1. Dubitationis est, an possit etc. fr. 91. §. 6. de V. O. 45. 1. cf. fr. 46. de R. N. 23. 2. Illud dubitationem recipit. — Sed ipsa natura manifestissimum est etc. fr. 75. §. 4. de V. O. 45. 1. Magna dubitatio fuit de his. — Sed hoc iure utimur. fr. 73. §. 1. ad L. Falc. 35. 2.

Dubius. (Adiect.) *Incertus, Ambiguus.* II. *Op.* Dubia, — Certa (et indubitata, res v. libertas etc.) fr. 1. de transact. 2. 15. fr. 24. §. 4. de liberali c. 40. 12. III. *Cn.* Quoties dubia interpretatio est (libertatis.) fr. 20. de R. I. 50. 17. In re dubia benigniorem interpretationem sequi. fr. 192. §. 1. ib. 50. 17. Qui in dubiis quaestionibus contra fiscum facile responderit. fr. 10. de iure fisci. 49. 14. Res, quae an ad te pertineat, dubium est. Gai. IV. 89. Videndum, ne in dubio hoc, an ratum habeam, actio — pendeat. fr. 9. de N. G. 3. 5. Nec dubium est, quin etc. — videamus autem, ne etc. fr. 142. cf. 45. de V. S. 50. 16. Dubio procul (non fiet etc.) fr. 22. §. 5. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 30. §. 2. Qui et a qu. man. 40. 9.

Ducator. *Magister (navis.)* III. *Cn.* Si navis alteram — obruisset, aut in gubernatorem aut in ducatorem [al. ductorem] actionem competere. fr. 29. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Ducatus. (Subst.) *Ducis dignitas.* III. *Cn.* Qui ducatum administrant. Th. C. VI. 4. c. 28. de Praet. et Qu. Qui ducatum agere meruerunt. Ib. VI. 24. c. 11. de domest. et protect. cf. VI. 26. c. 13. de prox. comit.

Ducena. *Ducenariorum dignitas.* III. *Cn.* Si decurio — perfectissimatus, vel ducenae, vel centenae, vel egregiatus meruerit dignitatem. Th. C. XII. 1. c. 5. de decurion. cf. X. 20. c. 1. de murileg. Ducenae dignitatis merere principatum, s. Ad ducenae pervenire principatum. Ib. VI. 27. c. 20. sq. de agent. in reb.

Ducenaria. *Idem.* III. *Cn.* Ad ducenariam, centenariam, [al. ducenam et centenam. Th. C. I. 9. c. 1. de off. mag. offic.] et biarchiam nemo suffragio — perveniat. c. 1. eod. tit. 1. 31.

Ducenarius. *Ducentis ex schola agentium in rebus praefectus.* III. *Cn.* Ducenarii et centenarii, sive sexagenarii, non prius debent aliquem ex debitoribus convenire etc. Th. C. XI. 7. c. 1. de exaction. Sumentibus ducenariis principatum (hanc tribuimus facultatem.) Ib. VI. 27. c. 8. §. 2. de agent. in reb. Vt ex iisdem (sc. mittendariis) annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis — cingulo liberentur. Ib. VI. 30. c. 8. de Palat. S. largg.

Ducenti. (Adiect.) *Bis centum.* III. *Cn.* Si quis, C aureos debens, CC constituat. fr. 11. §. 1. de pecun. const. 13. 5. Si adversus ea factum erit, — solidi CC — condemnetur. fr. 42. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 3. pr. de sepulc. viol. 47. 12.

Ducere. §. 1. *Educere, Dirigere.* I. *Sy.* Deducere. Cf. h. v. §. 1. Derivare, Educere (aquam.) cf. v. Derivare. §. 1. Ponere, Aedificare (parietem, s. maceriam.) fr. 16. §. 1. fr. 17. comm. praed. 8. 4. Perducere, Abducere, Mittere. fr. 11. §. 7. commod. 13. 6. Gai. III. 196. fr. 203. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Si aqua in unum locum conducatur, et inde per plures ductus ducatur. fr. 3. §. 3. de riv. 43. 21. fr. 16. Quemad. servit. 8. 6. Paul. V. 6. §. 9. Si forte cloaca ducta sit ex urbano aedificio in proximum agrum. fr. 1. §. 8. de cloac. 43. 23. Si quis me prohibeat in mari piscari, vel everriculem ducere. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. Si quis equum gestandi causa commodatum longius secum aliquo duxerit. Gai. III. 196. Si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, sed duci eam vel ferri passus est. fr. 1. §. 1. si qu. ius

Effluere. §. 1. *Extra fluere, Effundi.* III. ***Cn.*** Si aqua, sudoribus manando, in aliquem primum locum effluere, atque ibi adparere incipit. fr. 1. §. 8. de aqua quot. 43. 20. Si quis dolia vitiosa ignarus locaverit, deinde vinum effluxerit. fr. 19. §. 1. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Elabi, Exire.* III. ***Cn.*** Tempore statuto iam effluente. c. 26. de fidei. et mand. 8. 41. Si triennium, v. quinquennium etc. effluxerit. fr. 10. de R. N. 23. 2. c. 7. ne de statu defunct. 7. 21.

Effodere. *Eruere, Evellere.* III. ***Cn.*** Qui terminos effodiunt, vel exarant, arboresve terminales evertunt. Paul. V. 22. §. 2. fr. 3. pr. de term. mot. 47. 21. Ne vim facias mihi quominus eum thesaurum effodiam, tollam, exportem. fr. 15. ad exhib. 10. 4. Ossa, — vel corpus — effodere, vel eruere sine decreto pontificum. fr. 8. pr. de religios. 11. 7. Si quis hominem luminibus effossis emat. fr. 43. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Efformare. Cf. v. Formare.

Effossio. *Actus effodiendi.* III. ***Cn.*** Qui — saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur. Th. C. X. 19. c. 10. de metall.

Effractor. *Perfossor parietum, vel ostiorum.* III. ***Cn.*** Effractores, — expilatores, — saccularii et directarii. fr. 1. §§. 1. sq. de effract. 47. 18. cf. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Coll. LL. M. VII. 4. Effractor, — qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat. fr. 1. §. 2. de effract. 47. 18. Nocturni, — diurni effractores. fr. 2. ib. 47. 18. fr. 16. §. 5. de poen. 48. 19.

Effractura. *Commissum effractoris.* III. ***Cn.*** Periculum vis maioris, vel effracturae latronum, (praestare.) Coll. LL. M. X. 9. Effracturae crimine accusatus. fr. 48. de bon. libert. 38. 2. Effracturae fiunt plerumque in insulis, in horreisque. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Effrenatus. (Partic.) *Indomitus.* III. ***Cn.*** Effrenata potestate, v. licentia (protrahere, v. praetendere.) fr. 1. §. 2. de testib. 22. 5. c. 21. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Effringere. *Vi adhibita aperire.* III. ***Cn.*** Qui aedes alienas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint etc. Paul. V. 3. §. 3. fr. 11. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 7. Qui furandi animo conclave effregit, vel aperuit, sed nihil abstulit. Paul. II. 31. §. 35. cf. I. 21. §. 6. fr. 53. pr. de furt. 47. 2. Qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum ostium, vel armarium. fr. 54. §. 4. ib. 47. 2. cf. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Qui de carcere eruperunt, sive effractis foribus etc. fr. 1. pr. de effract. 47. 18.

Effugere. **§. 1.** *Fugere, Abire.* I. ***Sy.*** Evagari. Coll. LL. M. XII. 7. Evadere (persecutionem.) fr. 44. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Evitare, Declinare.* III. ***Cn.*** Vt effugiant periculum, quod solent pati. fr. 15. §. 2. de pignor. 20. 1. Opinione hominum non effugiunt infamiae notam. fr. 2. pr. de obsequ. parent. 37. 15. Effugiendorum munerum causa (imaginem navicularii induere.) fr. 5. §. 9. de iure immun. 50. 5. — **§. 3.** *Recedere, Alienum esse.* II. ***Op.*** Pertinere ad (sensum, s. observationem legis.) c. 3. de ind. viduit. 6. 40. III. ***Cn.*** Res, quae adquisitionem effugiunt. c. 8. pr. de bon. qu. liber. 6. 61.

Effugium. *Ratio effugiendi.* III. ***Cn.*** Nullum effugium, — nullam spem salutis habituri. Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. I. 24. c. 1. §. 2.

Effundere. **§. 1.** *Profundere.* III. ***Cn.*** Ex cuius coenaculo deiectum, effusumve aliquid est. fr. 5. §. 5. de O. et A. 44. 7. fr. 1. pr. §. 3. fr. 5. §§. 3. sqq. de h. qu. deiec. 9. 3. Non solum (usta aut) rupta, aut fracta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa, — aut peremta etc. Gai. III. 217. fr. 10. pr. de cond. furt. 13. 1. Qui vinum spurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit. fr. 27. §. 15. ad L. Aqu. 9. 2. Nisi in terram uvas proiecit, ut effunderentur. fr. 27. §. 25. l. l. 9. 2. Si quis milium, vel frumentum meum effuderit in flumen. fr. 27. §. 19. l. l. 9. 2. — **§. 2.** *Eiicere, Effodere.* III. ***Cn.*** Si sutor puero — forma calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur. [al. offunderetur, v. suffunderetur.] fr. 13. §. 4. locat. 19. 2. — **§. 3.** *Dilapidare.* I. ***Sy.*** Exhaurire. cf. h. v. III. ***Cn.*** Suas pecunias iactare, et indebitas effundere. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. Si patria potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonii licentiam abutetur. Th. C. IX. 43. c. 1. §. 2. de sent. pass. — **§. 4.** *Proferre, Emittere.* III. ***Cn.*** Iniurias atroces in eum effundere, vel manus impias inferre. c. 10. de revoc. donat. 8. 56. Quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi usus effuderit. c. 21. de legat. 6. 37. Cumque — magna pars auctorum multum effuderit tractatum. c. 3. per qu. pers. nob. adqu. 4. 27. Quibus (sc. negotiis) effusa docebuntur (sc. rescripta.) Th. C. I. 2. c. 11. (Wck.) de div. rescr.

Effuse. (Advb.) *Prolixe.* III. ***Cn.*** Ita effuse intellectum trahere, v. interpretari. c. 3. ubi et ap. qu. cognit. 2. 47. c. 1. pr. de ann. exc. 7. 40.

Effusio. **§. 1.** *Profusio, Diffusio.* III. ***Cn.*** Quae (sc. iracundia) effusione humani sanguinis expiatur. Th. C. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec. — **§. 2.** *Dissipatio, Dilapidatio.* III. ***Cn.*** Immoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit. Vatic. §. 282. cf. Th. C. V. 13. c. 17. (Wck.)

Effusus. (Partic.) *Diffusus, Extensus.* II. ***Op.*** Conclusus. c. 1. §. 15. de R. U. A. 5. 13. — III. ***Cn.*** Tam effusus veterum atque inextricabilis tractatus. c. 5. pr. de necess. hered. 6. 27. Per totum textum effusae (litterae.) c. 1. §. 1. de Lat. libert. 7. 6. Infinitum et perperam effusum (meritum.) Nov. 36. pr.

Egens. (Partic.) *Pauper.* I. ***Sy.*** Inops. fr. 5. §§. 13. 19. 26. de agnosc. et alend. 25. 3. II. ***Op.*** Locuples. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. fr. 57. de manum. testam. 40. 4. Idoneus facultatibus. fr. 5. §§. 19. 26. de agnosc. et al. 25. 3. III. ***Cn.*** Pauperes atque egentes. c. 5. §. 1. ad L. Iul. mai. 9. 8. Th. C. XVI. 2. c. 14. pr. de episc. eccl. Patroni egentes, maxime si aegros se esse dicant, desiderentque a libertis exhiberi. fr. 1. §. 2. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 50. ad S. C. Treb. 36. 1. Liberis — egentibus consulere. Alere egentes, s. Alimenta praebere illis. fr. 20. sol. matrim. 24. 3. fr. 5. §§. 19. 26. de agnosc. et al. 25. 3. Paul. II. 32. §. 1. Qui poenam pecuniariam egentes eludunt. fr. 1. §. 3. de poen. 48. 19.

Egentia. *Egestas.* III. ***Cn.*** Postquam egentia laborare dignoscitur reus. Iulian. ep. nov. c. 3. §. 10.

Egenus. (Adiect.) *Egens.* I. ***Sy.*** Egens. Ad egestatem perductus. fr. 3. §. 6. ubi pup. 27. 2. fr. 1. §. 4. de tut. et rat. 27. 3. II. ***Op.*** In facultatibus positus. Locuples. fr. 1. §. 4. l. 27. 3. fr. 52. §. 21. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Cum exinde sustentatio, vel educatio, orphanis atque egenis — comparetur. c. 35. de episc. et cler. 1. 3.

Egere. **§. 1.** *Desiderare, Opus habere.* III. ***Cn.*** Commendatione non egere. — Adminiculis egere. fr. 1. de I. I. R. 4. 1. fr. 1. §. 1. si ususf. pet. 7. 6. — **§. 2.** *Paupertate laborare.* II. ***Op.*** In facultatibus esse. fr. 5. §. 13. de agnosc. et al. 25. 3. Totum, quod habent, extorquendum est. — Ratio ha-

benda est (personarum,) ne egeant. fr. 173. pr. de R. I. 50. 17.

Egerere. *Eiicere.* I. *Sy.* Tollere (rudera.) fr. 7. §. 2. de damn. inf. 39. 2. III. *Cn.* Si — inde aliquis terram egessiset abstulissetque. fr. 52. §. 8. de furt. 47. 2. Fures — ingressi meretricis res egesserunt. fr. 39. ib. 47. 2.

Egestas. *Paupertas.* II. *Op.* Si quid patrimonio accesserit. — Si ad egestatem fuerit perductus. fr. 3. §. 6. ubi pup. 27. 2. Locupletes. — Per egestatem abiecti in faecem vilitatemque plebeiam. Th. C. IX. 42. c. 5. de bon. proscr. III. *Cn.* Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis. Paul. III. 4 A. §. 7. cf. fr. 12. §. 2. de tutor. et cur. dat. 26. 5. Qui contemnere iniuriarum iudicium possit, ob infamiam suam et egestatem. fr. 35. de iniur. 47. 10. Dissociamur renunciatione, morte, capitis minutione, et egestate. fr. 4. §. 1. pro soc. 17. 2. Provinciales egestate victus atque alimoniae inopia laborantes. Th. C. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop.

Ego. (Pronomen.) III. *Cn.* Si ego pure stipuler, tu sub conditione promittas. Gai. III. 102. cf. 112. sq. Ego quidem eatenus cum eo habeo actionem. — At ille mecum agere non potest. Ib. III. 161. Quod ego a te peto, v. tecum agere volo. Ib. IV. 83. Ait Praetor: Ego dabo etc. fr. 1. §. 4. de postul. 3. 1. Ego, inquit Pompon., quaero. Vatic. §. 88. Ego: idem esse accipiendum etc. Ib. §. 223. Quaeritur. — Et ego puto etc. fr. 3. §. 11. de N. G. 3. 5. Quidam putant. — Ego didici. fr. 27. §. 1. de pact. 2. 14. Vatic. §. 50. Mihi, heredique meo. — Te, heredemque tuum. fr. 29. de V. S. 50. 16. Si filius meus emancipatus adoptaverit filium, hic nepos — mihi alienus est. fr. 10. §. 8. de in ius voc. 2. 4.

Egredi. §. 1. *Exire, Prodire.* I. *Sy.* Excedere (civitatem etc.) fr. 4. de poen. 48. 19. fr. 4. fr. 7. §. 8. de interdict. et releg. 48. 22. III. *Cn.* Ingressus (in suum,) inde egredi. fr. 1. §. 16. de aqua quot. 43. 20. Nulli egresso ad publicum — patescat occasio. Th. C. XVI. 4. c. 2. de h. qu. sup. relig. — §. 2. *Superare, Transscendere.* I. *Sy.* Excedere (mandatum, s. fines mandati.) fr. 5. pr. §. 2. fr. 41. mand. 17. 1. II. *Op.* Esse intra (aetatem.) fr. 39. pr. de minor. 4. 4. Pertinet ad (Praefectum Vr.) — Egressum est (notionem eius.) fr. 1. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. III. *Cn.* Personam non egreditur (arbitrium personae insertum.) fr. 45. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. Si qua alia mulier fuerit, cuius Praetor perpensam pietatem intellexerit, non sexus verecundiam egredientis [al. egredientem.] fr. 1. §. 7. de susp. tutor. 26. 10. Egredi contractus fidem non posse. c. 3. de duob. reis. 8. 40. Curator, cum officium suum egressus, sponte se obligaverit. fr. 43. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Iustam sumtus rationem, v. Taxationem, egredi. fr. 14. §. 6. de relig. 11. 7. fr. 1. pr. de A. E. V. 19. 1. Egreditur ea res notissimos terminos (depositi.) fr. 24. depos. 16. 3. Aetatem, v. Annos, egredi. fr. 39. pr. de minor. 4. 4. fr. 26. de tut. et cur. dat. 26. 5.

Egregiatus. (Subst.) *Dignitas eius, qui egregii titulo decoratus est.* III. *Cn.* Perfectissimatus, vel ducenae, vel centenae, vel egregiatus dari dignitas potest etc. Th. C. VIII. 4. c. 3. de cohortal. cf. X. 7. c. 1. de Caesarian. XII. 1. c. 5. de decurion.

Egregius. §. 1. *Praestans, Praeclarus.* III. *Cn.* Multorum, et bonorum, et egregiorum virorum et sapientissimorum consilio. Coll. LL. M. XV. 3. Prudenter, et egregia ratione humanitatis (damnasti.) fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Ob egregiam in remp. imperiumque R. insignem fidem. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. — §. 2. *Ad dignitatis publicae gradum spectans, (post perfectissimos constitutae.)* III. *Cn.* Sive perfectissimi sint, sive inter egregiorum ordinem locumque constiterint. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. Personae egregiae. fr. 15. de iureiur. 12. 2.

Eiicere. §. 1. *Proiicere, Deiicere, Abiicere.* I. *Sy.* Iactare, Iacere (merces.) fr. 21. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 7. pro derel. 41. 7. Delata (vi fluminis,) Deiecta, Eiecta (sc. navis.) fr. 8. de L. Rhod. 14. 2. fr. 3. §. 6. fr. 8. de incend. 47. 9. III. *Cn.* Eiicere, locove movere (terminos.) fr. 3. pr. de term. mot. 47. 21. Cum quidam poculum alterius ex nave eiecisset. fr. 55. cf. fr. 9. §. 8. de A. R. D. 41. 1. Si mulier pugno, vel equa ictu a te percussa eiecerit. fr. 27. §. 22. cf. fr. 39. pr. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 2. *Expellere, Arcere.* I. *Sy.* Exigere (reges.) fr. 2. §§. 3. 15. sq. de O. I. 1. 2. Repellere (a sua domo.) c. 1. §. 3. de Lat. libert. 7. 6. III. *Cn.* Si is — aut non admissus, aut eiectus inde fuerit. fr. 18. §. 15. de damn. inf. 39. 2. cf. Fr. legis Thor. Non solum magistratu suo eliciatur, sed etiam X librarum auri subeat poenam. Iul. ep. nov. c. 63. §. 215.

Eiusmodi. *Huius generis.* I. *Sy.* Talis (conventio.) fr. 18. fr. 42. fr. 58. de pact. 2. 14. III. *Cn.* Servus actor, vel eiusmodi homo. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Eiusmodi solemnitatem peragere posse. fr. 25. §. 1. de adopt. 1. 7.

Elabi. §. 1. *Effugere, Deserere.* III. *Cn.* Sacramentis, atque militiae — elapsos — (minime devocamus.) Th. C. VIII. 4. c. 13. de cohortal. — §. 2. *Decurrere, Transire.* III. *Cn.* Vt omnimodo, antequam elabatur indictio, — exsolvat. Ib. XI. 1. c. 35. de annon. et tribut.

Elaeemporia. cf. v. Elemporia.

Elatio. *Exportatio.* III. *Cn.* Si quid impensum est in elationem mortui. fr. 14. §. 3. de relig. 11. 7.

Elatus. (Partic.) *Altus, Conspicuus.* II. *Op.* Elati tituli dignitatum. — Inferiores honorariae dignitates. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 4. de decurion.

Electio. §. 1. *Actus eligendi, Creatio.* III. *Cn.* Imperatorem me factum P. C. vestrae electionis arbitrio, et fortissimi exercitus ordinatione. Nov. Maior. de ortu imper. IV. 1. §. 1. cf. c. 1. §. 5. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — §. 2. *Ius optandi.* I. *Sy.* Optio, Eligendi facultas. fr. 1. sq. fr. 4. fr. 6. fr. 8. pr. §. 3. de opt. leg. 33. 5. Vlp. XXIV. 14. Permittere, quem vellet (liberare.) Electionem concedere. fr. 22. de manum. vind. 40. 2. III. *Cn.* Non electione, sed solutione, s. perceptione, liberari. fr. 1. §. 43. de-

pos. 16. 3. fr. 7. §. 4. Qu. fals. tut. 27. 6. Et electio erit heredis, et gratificationi locus. fr. 46. pr. de relig. 11. 7. Quoties servi electio, vel optio datur. fr. 2. pr. de opt. leg. 33. 5. Qui sibi electionem constituit, adiectis his verbis: Vtrum ego velim. fr. 75. §. 8. de V. O. 45. 1. cf. fr. 10. §. 6. de iure dot. 23. 3. Cum electio ei relinquitur, utrum malit, dandi. fr. 109. §. 1. cf. fr. 37. §. 1. de legat. I. (30.) Legare, electione data. fr. 94. §. 2. ib. (30.) Si quis in intentione tollat electionem debitoris, quam is habet obligationis iure. Gai. IV. 53.

Electrinus. (Adiect.) *Ex electro confectus.* III. ***Cn.*** Vasis electrinis legatis, nihil interesse, quantum ea vasa — argenti aut electri habebant. fr. 32. §. 5. de auro arg. 34. 2.

Electrum. *Metallum, ex auro et argento conflatum.* III. ***Cn.*** Si quis putet, auri adpellatione electrum, vel aurichalcum contineri. fr. 4. pr. de legat. I. (30.) Vtrum argentum electro, an electrum argento cedat? fr. 32. §. 5. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 7. §. 8. de A. R. D. 41. 1.

Electus. (Partic.) *Lectus.* III. ***Cn.*** A Principibus electi sunt Praefecti Pr. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Quicunque heres curiali, vel legitimus, vel electus testamento etc. Th. C. XII. 1. c. 107. de decurion. Statutos 224, supernumerarios 610, electissimos inhaerere praecipimus. Ib. VI. 30. c. 15. pr. de Palat. S. largg. Fundos opimos comparent et electos. Ib. XI. 3. c. 1. sine censu v. reliqu.

Elegans. (Adiect.) **§. 1.** *Tersus, Nitidus.* III. ***Cn.*** Hoc etiam, quo elegantiores sint et mundiores, unguntur feminae. fr. 21. §. 1. de aur. arg. 34. 2. — **§. 2.** *Subtilis.* III. ***Cn.*** Elegans est illa distinctio, ut etc. fr. 85. de legat. III. (32.)

Eleganter. (Advb.) *Subtiliter, Concinne.* III. ***Cn.*** Et usitatius et elegantius esse, (sic subiici poenam.) fr. 137. §. 7. de V. O. 45. 1. Neque nudae proprietatis — fructus ullus intelligi potest, neque ususfr. rursus fructus eleganter computabitur. fr. 19. pr. de usur. 22. 1. Sed licet vim factam a quocunque Praetor complectatur, eleg. tamen Pompon. ait etc. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Vnde eleganter dicitur. Cum alioquin elegantius dicere poterit. fr. 7. §. 13. comm. divid. 10. 3. fr. 61. de adm. et peric. 26. 7. Eleganter tractat, v. adiicit (Celsus.) fr. 21. §. 11. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 18. §. 4. fam. erc. 10. 2. Sed istam sententiam Cels. eleg. deridet. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. Quam rem D. Severus et Imp. Antoninus elegantissime epistola sunt moderati. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Elegantissime putat (Iulian.) fr. 103. de solut. 46. 3.

Elementa. **§. 1.** *Principia artium et litterarum.* III. ***Cn.*** Totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. Prooem. I. §§. 3. sq. — **§. 2.** *Prima initia ordinis rerum naturae.* III. ***Cn.*** Vnde et mundi totius elementa processerunt, et eorum dispositio in orbem terrarum producta est. c. 1. pr. 1. l. 1. 17. Multi, magicis artibus ausi elementa turbare. Th. C. IX. 16. c. 5. de malefic. — **§. 3.** *Elementum, i. e. Momentum rei.* III. ***Cn.*** Nequaquam, utriusque obsequiis elementi contenta, suae fortunae desiderat incrementa. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §. 1.

Elemporia. *Olei coëmendi cura.* III. ***Cn.*** Elemporia [al. Elaeemporia] et ospratura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. fr. 18. §. 19. de mun. et hon. 50. 4.

Elenchus. *Vnio procerior.* III. ***Cn.*** Cum inaures, in quibus duae margaritae elenchi et smaragdi duo, legasset, et postea elenchos eisdem detraxisset. fr. 32. §. 8. de auro arg. 34. 2.

Elephantus, s. Elephas. *Bestia, insignis inter quadrupedes magnitudinis et solertiae.* III. ***Cn.*** Bestiae, — veluti ursi, leones, pantherae; elephanti autem et cameli quasi mixti sunt. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Animalia, quae ferarum bestiarum numero sunt, velut elephantes et cameli. Gai. II. 16. cf. Vlp. XIX. 1.

Elicere. **§. 1.** *Educere, Derivare.* III. ***Cn.*** Eius (sc. aquae) usum aut ex castellis, aut ex ipsis formis iubemus elicere. Th. C. XV. 2. c. 5. de aquaed. — **§. 2.** *Expetere.* I. ***Sy.*** Postulare, Impetrare (rescriptum etc.) Ib. I. 2. c. 2. sqq. (Wck.) de div. rescr. I. 16. c. 1. de off. Rect. Pr. III. ***Cn.*** Qui rescriptum a Principe falsa adlegatione elicuerint. Paul. I. 12. §. 6. Quidquid — ex rescripto fuerit elicitum, vel qualibet arte tentatum. Th. C. XV. 2. c. 8. sq. de aquaed. Quicunque extraordinarium iudicium — elicuerit, vel qui iam consecutus est. Ib. I. 16. c. 1. de off. Rect. Pr.

Elices. *Sulci aquarii, qui in segetibus fiunt.* III. ***Cn.*** Sulcos tamen aquarios, qui elices [al. ἔλικες] adpellantur, si quis faciat. fr. 1. §. 9. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Elidere. *Repellere, Infirmare.* I. ***Sy.*** Tollere, Submovere. fr. 27. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 17. de evict. 21. 2. III. ***Cn.*** Eligere emtor potest, utrum rem velit retinere, intentione per exceptionem elisa. fr. 17. l. 21. 2. Et si adversus eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet. fr. 21. §. 1. de pignor. 20. 1. Quodsi ideo te ab accusatione elidat, [al. elidet,] quasi etc. c. 4. de ord. cognit. 7. 19.

Eligere. *Optione facta inter plures praeferre. Deligere.* (cf. v. Electus.) I. ***Sy.*** Committere fidei alicuius, Eligere, Sequi (fidem eius.) fr. 60. de legat. II. (31.) fr. 1. §. 10. de separat. 42. 6. Praefici, Praeesse, Destinari, Eligi ad. fr. 18. §§. 7. sqq. 13. 15. sq. de mun. et hon. 50. 4. III. ***Cn.*** Sortiri eos oportet, aut ex consensu vel suffragio eligendus est amicus, apud quem deponantur. fr. 5. fam. ercisc. 10. 2. Si negligens in eligendis ministeriis fuit. Coll. LL. M. XII. 7. cf. fr. 3. pr. de publican. 39. 4. Plerumque non coguntur satisdare, scilicet quia satis idonei electi sunt. Gai. I. 200. Qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. Ib. III. 152. Si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat. fr. 12. §. 1. de sponsal. 23. 1. Si, cum duobus auxilium ferre non possit, elegit alteri esse auxilio. fr. 3. §. 4. de S. C. Silan. 29. 5. Quoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est etc. fr. 200. de R. I. 50. 17. Haec ratio et Oratione Imperatoris — electa est. fr. 3.

pr. de don. int. V. 24. 1. Praetorem non recte partibus suis functum; debuit enim ipse statuere et eligere, utrum magis etc. fr. 7. §. 4. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Ius suum eligentes, id, quod putant sibi competere, non amittant. fr. 19. de inoff. testam. 5. 2. Altera (sc. actione) electa, alteram consumi. fr. 34. pr. de O. et A. 44. 7. Si in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem. fr. 7. §. 7. de minor. 4. 4. Illa aut illa res, utram eliget (venditor.) fr. 25. pr. de contr. emt. 18. 1. Eligendi arbitrium, v. libertas. fr. 26. pr. si qu. om. c. test. 29. 4. fr. 71. §. 1. de cond. et dem. 35. 1.

Elimare. *Polire.* III. *Cn.* Libros — et legere et elimare. c. 1. §. 4. de vet. iure enucl. 1. 17.

Elimatus. (Partic.) *Perpolitus, Exquisitus.* III. *Cn.* Quidquid ex his utile atque aptissimum, et undique sit elimatum. c. 2. §. 11. l. l. 1. 17. Vt a te probata atque elimata ad nos desideria perferantur. Th. C. XII. 12. c. 8. de legat. et decr. Manet manebitque perpetuo elimata gloria conditorum. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 3. (Wck. p. 10.)

Eliminare. *Expellere.* I. *Sy.* Arcere. Th. C. IV. 15. c. 1. de quinqu. praescr.

Elocare. *Locatione in alium conferre.* I. *Sy.* Locare (vectigalia.) fr. 9. §. 1. fr. 11. §§. 1. 5. fr. 15. de publican. 39. 4. Erogare (praedia.) Th. C. V. 13. c. 15. c. 17. (Wck.)

Elocutio. *Dictio, Oratio.* II. *Op.* Intellectus. fr. 13. de solut. 46. 3. fr. 12. §. 2. rat. rem. hab. 46. 8. III. *Cn.* Pluralis elocutio. fr. 12. de testib. 22. 5. Plenissima luce, et perfectissima elocutione, et iustissima iuris ratione succincti (sc. sententiarum libri.) Th. C. I. 4. c. 2. (Wck.) de resp. prud. Quod magis intellectu percipi, quam elocutione [al. ex locutione] exprimi posset. fr. 13. l. 46. 3.

Elogium. §. 1. *Clausula adiecta. Adscriptio.* III. *Cn.* Idcirco elogium huic edicto subiectum est, cuius verba haec sunt. fr. 38. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. Vt, cum cognovit et constituit, remittat illum cum elogio ad eum, qui provinciae praeest. fr. 11. §. 1. cf. fr. 6. pr. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. fr. 3. pr. de R. M. 49. 16. Th. C. VIII. 8. c. 9. de exsecut. et exact. Cum elogium pater, cum filium exheredaret, proposuisset, et adiecisset propter eam causam exheredare etc. fr. 14. §. 2. de lib. et posth. 28. 2. fr. 1. §. 9. de Carb. ed. 37. 10. Th. C. V. 1. c. 4. §. 2. de legit. heredit. Maevio — cum hoc elogio fideicommissum reliquit. fr. 37. §. 2. de legat. III. (32.) — §. 2. *Vltimae voluntatis declaratio.* I. *Sy.* Testamentum, sive quaecunque ultima voluntas. Suprema vota deficientium. Elogia (ultima.) c. 17. sq. de testam. mil. 6. 21. c. 8. sq. Qu. test. fac. p. 6. 22. c. 23. de testam. et quemad. 6. 23. III. *Cn.* Testamentum, vel aliud ultimum elogium. c. 1. §. 14. de caduc. toll. 6. 51. c. 2. sq. comm. de manum. 7. 15. Mortuorum ultima elogia. c. 35. §. 3. de inoff. testam. 3. 28. Si inter fratres patris elogium compositum sit. c. 12. commun. utr. iud. 3. 38.

Eloquens. *Disertus.* III. *Cn.* Ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2. Viri eloquentissimi (fisci patroni.) c. 66. de decurion. 10. 31.

Eloquentia. *Facundia.* I. *Sy.* Facundia. Th. C. XIV. 9. c. 3. de stud. liber. urb. R. III. *Cn.* Plus eloquentiae, quam scientiae iuris (operam dedit.) fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. Quorum (sc. causidicorum) vitam, eloquentiam — explorat auctoritas. Nov. Valent. III. de postul. II. 11. c. 1. pr. Clarissimae eloquentiae lumina. c. 6. pr. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Eloqui. *Oratione palam proferre.* I. *Sy.* Pronunciare. fr. 13. §. 6. de h. qu. not. infam. 3. 2. III. *Cn.* Mutus, — qui eloqui nihil potest. §. 3. I. Qu. non est perm. fac. testam. 2. 12. Quod sentiunt, eloquantur decretis conditis. Th. C. XII. 12. c. 1. de legat. et decr.

Eloquium. §. 1. *Eloquentia.* III. *Cn.* Qui studiis et eloquio dignus primo loco videbitur. Ib. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. — §. 2. *Relatio, Denunciatio.* III. *Cn.* Quae pietatem nostram — decernere coëgit eloquium (Comitis et legati.) Ib. XI. 1. c. 34. de ann. et trib.

Elucere. *Adparere.* III. *Cn.* Nomen adiungendum est, ut eluceat de quo testator sensisse videatur. Paul. IV. 14. §. 1.

Eludere. *Illudere, Circumvenire.* I. *Sy.* Lusorium esse. Eludi posse. fr. 30. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 75. de indic. 5. 1. III. *Cn.* Id enim Praetor introduxit, ne eluderetur actio, non ut etiam lucrum faceret. fr. 26. pr. de nox. act. 9. 4. Se falso — profiteri, ad eludendas legum sanctiones. Vatic. §. 273. Ad eludendam legitimam accusationem, praetendere etc. fr. 11. §. 9. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Eluere. *Luere, Abolere.* III. *Cn.* Immènsorum cruciatuum semel eluisse supplicia. Th. C. IX. 40. c. 22. de poen. cf. Nov. Maiorian. de adulter. Nec speciali rescripto notam eluere [al. eruere] mereatur. Th. C. XII. 1. c. 85. de decurion. cf. Iust. C. c. 33. eod. 10. 31.

Elugere. *Luctum continuare per iustum tempus.* I. *Sy.* Lugere. Vatic. §§. 320. sq. fr. 11. §§. 1. 3. fr. 23. de h. qu. not. infam. 3. 2. III. *Cn.* Tempus, quo vir elugeretur, qui solet elugeri. fr. 11. §. 1. cf. fr. 1. fr. 10. §. 1. ib. 3. 2.

Eluscare. *Luscum facere.* III. *Cn.* Interficere, aut eluscare servum. fr. 27. de pignor. 20. 1. cf. fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Hominem debilitatum exhibere, vel eluscatum. fr. 17. ad exhib. 10. 4.

Emanare. §. 1. *Decurrere, Abire.* II. *Op.* Sin tempus annale emanaverit. — Intra id spatium. c. 12. §. 2. de petit. hered. 3. 31. — §. 2. *Prodire, Descendere.* III. *Cn.* Ex lege, v. S. Cto, eman. §. 24. I. de action. 4. 6. c. 7. ne de stat. defunct. 7. 21. Quoties ad eius iudicium specialis nostrae pietatis emanaverit iussio. c. 3. §. 2. ubi Senat. v. clariss. 3. 24.

Emancipare. *E mancipio dimittere. Manumissione interveniente sui iuris efficere liberos.* I. *Sy.* Manumittere (liberos suos.) fr. 28. de adopt. 1. 7. fr. 92. de cond. et dem. 35. 1. Potestate dimittere, Sui iuris efficere (filium.) fr. 28. l. 1. 7. II. *Op.* In potestate, s. familia, remanere. — Emancipari. Gai. II. 136. sq. Vlp. XXVIII. 2. sqq. 8. Paul. V. 9.

§. 4. fr. 17. pr. de R. N. 23. 2. Filiifam. s. Sui heredes. — Emancipati. fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. fr. 7. pr. de religios. 11. 7. Vlp. XXII. 14. 23. III. ***Cn.*** Naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, sed etiam emancipati et in adoptionem dati. Gai. III. 41. cf. I. 135. Emancipare, et sic adoptare. fr. 15. §. 1. fr. 41. de adopt. 1. 7. cf. fr. 5. de grad. et adfin. 38. 10. Qui in alterius potestate fuerit, posteave quam is emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit. fr. 1. pr. Qu. de pecul. act. 15. 2. cf. Paul. II. 25. §. 4. Sui iuris facti liberi, — sive emancipati sunt, sive alias exierunt de patris potestate. fr. 1. §. 6. de B. P. c. t. 37. 4. Emancipare (filium,) ut exeat de patria potestate. fr. 36. pr. de adopt. 1. 7. Emancipari, atque ita pristinum ius recuperare. fr. 33. cf. fr. 32. pr. ib. 1. 7. Qui emancipatus est, — hic sui iuris effectus etc. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Emancipati liberi, cum desierint sui heredes esse etc. Gai. III. 19. 26. Qui emancipatus, aut exheredatus erit, quive abstinuit se hereditate. fr. 2. pr. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5.

Emancipatio. **§. 1.** *Alienatio per aes et libram. Mancipatio.* I. ***Sy.*** Per aes et libram, Per emancipationem (testamentum.) §. 1. I. de testam. ord. 2. 10. cf. Fr. Laelii Felicis ad Qu. Mucium. Ap. Gell. XV. 27. III. ***Cn.*** Quae donatione, emancipatione, [al. mancipatione,] vel in iure cessione transferuntur. Consult. vet. I.Cti. c. 6. — **§. 2.** *Liberorum e patria potestate dimissio.* I. ***Sy.*** Mancipatio. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** In tempus emancipationis, vel cum sui iuris erit. Paul. IV. 1. §. 12. cf. c. 5. de d. m. 2. 21. Nec mortalitate patris, sed emancipatione patresfam. constituti. fr. 15. Qu. dies legat. 36. 2. cf. fr. 239. pr. de V. S. 50. 16. Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, i. e. si, posteaquam mancipati fuerint, manumissi sint. Vlp. X. 1. Gai. I. 132. Si citra emancipationem sui iuris factus sit, vel in adoptionem datus. fr. 2. §. 1. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. fr. 1. §. 4. Qu. de pec. act. 15. 2. Emancipationis libertate gaudere. Libertatem emancipatione largiri. Th. C. III. 7. c. 1. pr. de nupt. VIII. 18. c. 9. §. 3. de matern. bon. Cum per emancipationem adoptio dissoluta sit. Gai. I. 61.

Emanere. *Diutine abesse, citra commeatum.* III. ***Cn.*** Si ad diem commeatus quis non veniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset vel deseruisset. fr. 3. §. 7. cf. §. 4. de R. M. 49. 16. Qui nocte aliqua sine voluntate domini emansisset. fr. 17. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Emansio. *Delictum emansoris.* III. ***Cn.*** Levius delictum emansionis habetur, ut erronis in servis; desertionis gravius, ut in fugitivis. fr. 4. §§. 14. sq. de R. M. 49. 16.

Emansor. *Miles ultra commeatus tempora absens.* I. ***Sy.*** Qui, diu vagatus, ad castra redit. Remansor. fr. 3. §. 2. fr. 4. §. 13. fr. 5. §. 6. de R. M. 49. 16.

Embamma. *Condimentum ex aceto.* I. ***Sy.*** Intinctus. fr. 9. §. 2. de contr. emt. 18. 1. III. ***Cn.*** Si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut embamma. Ib. l. l. cf. fr. 9. §. 1. de trit. vino. 33. 6.

Embateuticus. (Adiect.) cf. v. Emphyteuticus.

Emblema. *Genus ornamentorum exemtilium in vasis pretiosis.* III. ***Cn.*** Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt. Paul. III. 6. §. 89. cf. fr. 19. §§. 5. sq. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. Si gemma ex anulo legetur, vel aliae materiae iunctae, vel emblemata. fr. 17. ib. 34. 2.

Embola. *Transvectio mercium, vel specierum.* III. ***Cn.*** Nullam navem, ultra 2000 modiorum capacitatem, ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem, — excusari. Nov. Th. II. de navib. n. exc. I. 7. c. 1. pr.

Emendare. **§. 1.** *Mutare in melius.* I. ***Sy.*** Corrigere. c. 2. de sent. ex peric. 7. 44. III. ***Cn.*** Adgressuris hoc opus et demendi supervacua, et adiiciendi necessaria, et mutandi ambigua, et emendandi incongrua tribuimus potestatem. Th. C. I. 1. c. 6. §. 1. cf. c. 5. (Wck.) de const. Pr. VI. 3. c. 4. de praed. Senat. Perscripti libri, nondum malleati, — vel emendati. fr. 52. §. 5. de legat. III. (32.) Actorum verba emendare, tenore sententiae perseverante. fr. 46. de re iud. 42. 1. Errorem suum emend. fr. 21. de manum. test. 40. 4. fr. 35. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Emend. eam moram, postea offerendo. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. Distinguendum, et replicatione emendandum, utrum etc. fr. 28. §. 2. de iureiur. 12. 2. Senatum, vel Praetorem, intervenire et emend. Gai. I. 87. cf. III. 25. fr. 10. §. 1. comm. div. 10. 3. — **§. 2.** *Integrum, v. Sartum, praestare.* I. ***Sy.*** Reficere (parietem.) Vitium (parietis) emendare, et idoneum praestare. fr. 7. si servit. 8. 5. — **§. 3.** *Castigare, Corrigere.* III. ***Cn.*** Conqueri, quod dominus ei convicium dixerit, vel quod leviter pulsaverit, vel emendaverit. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10. Libertum non obsequentem emendare, aut verbis aut fustium castigatione. fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Leges, per quas delinquentes, pro qualitate criminum, convenit emendari. Nov. Th. II. de tutor. I. 11. c. 1. pr.

Emendatio. **§. 1.** *Purgatio, Reformatio.* III. ***Cn.*** Non debuisse hoc petere, quia res emendationem non desiderabat. fr. 4. §. 10. de censib. 50. 15. cf. Th. C. XIII. 10. c. 8. pr. de censu s. adscr. Qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputarunt. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Ad disciplinae publicae emendationem (data est plenior licentia.) fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. — **§. 2.** *Castigatio.* I. ***Sy.*** Correctio, Animadversio (privata, s. domestica.) Th. C. IX. 12. c. 2. de emend. serv. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. III. ***Cn.*** Poena constituitur in emendationem hominum. fr. 20. de poen. 48. 19. Detestati criminosi congrua et severissima emendatione resecentur. Th. C. XVI. 5. c. 35. de haeretic.

Emendatus. (Partic.) **§. 1.** *Mendis carens, Inculpatus.* II. ***Op.*** Luxuriosus atque prodigus, aut alias vilis. — Emendatioris vitae (homo.) fr. 11. §. 1. de d. m. 4. 3. — **§. 2.** *Castigatus.* III. ***Cn.*** Qui nec generali lege admonitus, nec competenti sententia emendatus, et fidem cathol. turbat et populum. Th. C. XVI. 4. c. 3. de h. qu. sup. relig.

Emendicatus. (Partic.) *Humiliter expeti-*

tus, Furtim impetratus. III. **Cn.** Vel adfectata, vel emendicata (huius Ordinis gratia.) Ib. XII. 1. c. 129. de decurion. Qui, muneribus expeditis, non gratia emendicatisque suffragiis, et labore pervenerint ad etc. Ib. l. l. c. 75. Nisi qua de nostris altaribus, per adnotationem, vel rescriptum, vel quolibet genere fuerint elicita vel emendicata. Ib. XIV. 4. c. 8. pr. de suar. Insignibus Consularium emendicatis atque adsimulaticiis vestiuntur. Ib. VI. 22. c. 5. de honor. codic.

Emensus. (Partic.) *Decursus, Absolutus.* III. **Cn.** Post emensum fideliter obsequium, post deposita sacramenta militiae. Th. C. VI. 23. c. 1. de decur. et silent. Ante stipendia emensa. Ib. VII. 1. c. 4. de R. M. Emensis evectionibus (dandam commeandi facultatem.) Ib. VIII. 5. c. 27. de cursu pub. Emensis annis LX. Ib. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl.

Ementitus. (Partic.) *Confictus, Commenticius.* II. **Op.** Vera, — Ementita (dignitas.) Ib. IX. 2. c. 2. de exhib. v. transm. III. **Cn.** Non nudis adseverationibus, nec ementita professione, — sed matrimonio legitimo concepti. c. 14. de probat. 4. 19.

Emere. **§. 1.** *Mancipatione interveniente consequi.* III. **Cn.** Emtus mihi est pretio. Isque mihi emtus est hoc aere aeneaque libra. Vatic. §. 50. Gai. I. 119. II. 104. Filio familiae emente, pater eius testis esse non potest. Vlp. XX. 4. Commercium est emendi vendendique invicem ius. Ib. XIX. 5. — **§. 2.** *Mercari rem alterius, pretio iusto interveniente.* (cf. v. Emtum.) I. **Sy.** Comparare, Parare. Gai. IV. 27. Fr. de I. F. §§. 8. sq. fr. 22. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Eius (sc. possessio,) cui heres exstiterit, eiusque a quo emerit, aut donatione acceperit. Gai. IV. 151. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Emendorum, aut vendendorum (mancipiorum) societatem coire. Gai. III. 148. Si civis R. a cive R. servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Vlp. I. 16. cf. Gai. IV. 36. 126. Si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas. Ib. IV. 117. Qui hostiam emisset, nec pretium redderet. Ib. IV. 28. Pecunia, ex qua emendus erat (equus.) Ib. IV. 27. Aequo pretio, s. Vili, — Magno, emere. fr. 66. de legat. I. (30.) fr. 1. §§. 13. 16. si qu. in fr. patron. 38. 5. Per adiudicationem emere. fr. 7. §. 13. comm. div. 10. 3. In publicum emere. fr. 30. de N. G. 3. 5. — **§. 3.** *Licitari, Sub hasta comparare.* I. **Sy.** Mercari. Gai. IV. 146. III. **Cn.** Si cui heredes facti sumus, sive cuius B. Pnem petierimus, sive cuius bona emerimus, sive quem adrogaverimus. Ib. II. 98. cf. IV. 35. Qui publica bona emerit. Ib. IV. 146.

Emereri. *Commerere.* I. **Sy.** Merere. Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 3. §. 1. (Cf. v. Emeritus.)

Emergere. **§. 1.** *Exsurgere.* III. **Cn.** In locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur. Th. C. I. 9. c. 2. (Wck.) de off. mag. offic. — **§. 2.** *Proferri, Adparere.* I. **Sy.** Adparere (incipere). fr. 1. §. 8. de aqua quotid. 43. 20. II. **Op.** Imminere, vel in occulto esse. Celari. fr. 7. pr. de tribut. act. 14. 4. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** Si hanc aetatem egressus, licet vigoris nondum emersissent vestigia. c. 4. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Si post multum temporis emerserit aes alienum, vel codicilli, diu celati, prolati. fr. 2. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 8. de confirm. tut. 26. 3. Si quis sic solverit: Vt, si adparuisset esse indebitum, vel Falcidia emerserit, reddatur. fr. 2. pr. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 43. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. fr. 1. §. 11. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Si quid emerserit necessarium, v. inopinatum. c. 8. de LL. 1. 14. fr. 7. de feriis. 2. 12. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Et ex sermone — quaedam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. fr. 10. §. 5. de quaestion. 48. 18. Emersa dominii luce. c. 8. ad L. Fab. 9. 20. Diversis emergentibus causis. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §. 1. Si aliquando homines emergant, qui etc. c. 15. de opp. pub. 8. 12. Quod (sc. rescriptum) apud Sirmium nuper emersit. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret.

Emeritensis. *Civis Emeritae Augustae, oppidi in Lusitania.* III. **Cn.** In Lusitania Pacenses, sed et Emeritenses [al. Emeretenses, s. Emericenses,] iuris Italici sunt. fr. 8. pr. de censib. 50. 15.

Emeritum. (Subst.) *Quod veteranis praebetur, praemium. Emeritorum militum stipes.* III. **Cn.** Emerita accipere. Praemia et emeritum capere. — Privari emerito. fr. 3. §§. 8. 12. fr. 5. §. 7. de R. M. 49. 16.

Emeritus. (Partic.) *Merendo finitus. Absolutus.* I. **Sy.** Impleta, Emerita (stipendia.) fr. 9. pr. fr. 13. §. 3. l. l. 49. 16. II. **Op.** Cum frequentatur, — Emeritum (munus.) Vatic. §§. 145. 222. III. **Cn.** Quae (sc. missio) emeritis stipendiis, vel ante, ab Imperatore indulgetur. fr. 2. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Vatic. §§. 140. 144. Post emeritam missionem, s. post emeritae missionis epistolas. Th. C. VI. 35. c. 11. de priv. eor. qu. in S. pal. VII. 20. c. 4. §. 1. de veteran.

Emetiri. cf. v. Emensus.

Emicare. *Elucere, Excellere.* III. **Cn.** Qui similiter eloquentiae et legitimae scientiae artibus decoratus, et in ipsis rerum experimentis emicuit. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17.

Emigrare. **§. 1.** *Commigrare, Abire.* I. **Sy.** Migrare. fr. 13. §. 7. fr. 27. §. 1. locat. 19. 2. fr. 1. §§. 1. 4. de migrand. 43. 32. III. **Cn.** In synagogam — irruentes iubeas emigrare. Th. C. VII. 8. c. 2. de metat. — **§. 2.** *Transire, Evehi.* III. **Cn.** Quoties codicillis — ex alio ad alium gradum cum iisdem stipendiis emigrarit. Ib. VII. 3. c. 2. Qu. in grad. praefer.

Emigratio. *Migratio, Mutatio habitationis.* III. **Cn.** Detrimentum propter emigrationem inquilinorum, quod ex iusto metu factum est. fr. 28. de damn. inf. 39. 2.

Eminens. (Partic.) **§. 1.** *Prominens, Altus.* III. **Cn.** Cum paullatim colluendo locum eminentem supra alveum fecit (sc. amnis.) fr. 30. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat. fr. 12. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Conspicuus, Praeclarus.* II. **Op.** Eminentissimi, nec non etiam perfectissimi (viri.) — Ple-

Plebeii. c. 11. de quaestion. 9. 41. III. **Cn.** Viri eminentissimi Praefecti Pr. — caeterique illustres iudices. c. 2. de sent. ex peric. 7. 44. Qui de officio eminentium potestatum etc. Th. C. VIII. 7. c. 16. pr. de div. off. 12. 60. Honorati et urbibus suis eminentes. Ib. VIII. 11. c. 3. ne qu. pub. laetit.

Eminentia. §. **1.** *Fastigium, Culmen.* III. **Cn.** Ad sedis tuae eminentiam mittant (provinciales.) Ib. XII. 12. c. 3. de legat. et decr. — §. **2.** *Praeferentia.* III. **Cn.** Per eminentiam (dici.) Vlp. XI. 3. — §. **3.** *Titulus honoris, vel dignitatis.* I. **Sy.** Providentia, Sublimitas (tua.) c. 6. de aquaed. 11. 42. Culmen (Principale.) Nov. 143. pr. III. **Cn.** Excellens eminentia tua — cunctis faciat innotescere. Th. C. IX. 38. c. 9. de indulg. crim. Sublimi eminentiae tuae sacrum nostri numinis iudicium delegamus. Ib. XI. 30. c. 49. de app. et poen.

Eminere. §. **1.** *Prominere, Protendi.* I. **Sy.** Esse supra (terram.) fr. 10. arbor. furt. caes. 47. 7. III. **Cn.** Vt duobus digitis summitas lini retineatur, tres reliqui liberi ad susceptorem emineant, nec pondera deprimant. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator. — §. **2.** *Excellere.* III. **Cn.** In civitatibus, quae pollent et eminent. Ib. XIII. 3. c. 11. de prof. et medic.

Emisenus. (Adiect.) *Ad Emesam spectans, Syriae civitatem.* III. **Cn.** Emisena, s. Emisenorum, civitas Phoenices. fr. 1. §. 4. fr. 8. §. 6. de censib. 50. 15. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1.

Emittere. §. **1.** *Foras mittere, Dimittere.* I. **Sy.** Spiritum emittere. Decedere. Perire. fr. 18. pr. de reb. dub. 34. 5. III. **Cn.** Columbae, quae emitti solent de columbario. fr. 8. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Qui — in vincula coniectum emiserit. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. — §. **2.** *Celebrare, Proponere, Promulgare.* I. **Sy.** Facere, Scribere (litteras, s. epistolam.) fr. 5. §. 3. fr. 13. §. 5. fr. 24. de pecun. const. 13. 5. fr. 37. §§. 1. 3. de legat. III. (32.) Dirigere. Cf. h. v. §. 2. Manus emissa. Cautio. fr. 15. de probat. 22. 3. III. **Cn.** Si quod instrumentum a te emissum. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. Vt pro omnibus fundis securitas emissis cautionibus detur. Th. C. XII. 6. c. 2. pr. c. 27. pr. c. 32. §. 1. de susceptor. Rescriptum emissum ad. Litterae Principis, quas emisit ad. fr. 1. §. 3. de quaestion. 48. 18. fr. 5. §. 1. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 15. de fundo dot. 23. 5. Ex sacris constitutionibus multifariam emissis. Vatic. §§. 134. 247. Adpellatione emissa, libellos oblatos audire. Th. C. XI. 30. c. 58. §. 1. de app. et poen. Evectiones emittere. Ib. VIII. 5. c. 33. pr. de cursu pub.

Emolimentum. *Aedificiorum moles.* III. **Cn.** Novum opus qui volet in urbe moliri, — absolvat, non contractis veteribus emolimentis, [al. emolumentis,] non effossis nobilium operum substructionibus. Th. C. XV. 1. c. 19. de opp. pub.

Emolumentum. §. **1.** *Commodum, Vtilitas.* I. **Sy.** Lucrum, Commodum. fr. 29. fr. 52. §§. 5. sq. p. soc. 17. 2. fr. 3. pr. fr. 17. §. 2. de usur. 22. 1. Beneficium (legis Falcidiae.) fr. 47. §. 1. fr. 56. §. 5. fr. 59. pr. ad L. Falc. 35. 2. II. **Op.** Damnum, Periculum. fr. 52. §. 6. fr. 63. §. 8. p. soc. 17. 2. fr. 10. de hered. v. act. vend. 18. 4. Onus. fr. 14. §. 5. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Quod forte legato percepto magnum emolumentum ex aliquo negotio consecutus est, aut poenam stipulationis imminentem evasit. fr. 70. §. 1. de legat. II. (31.) Grave videbatur, et ignorantes et invitos tutores, sub alieni compendii emolumento, etiam periurium anceps subire. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3. Societas — nulla est, nec — emolum. ea liberalitas — habere poterit. fr. 32. §. 24. de donat. int. V. 24. 1. Eos heredes institutos, sed emolumento portionum eventu nuptiarum discretos. fr. 24. de cond. inst. 28. 7. Ex accessionibus hereditariis emolument. praestari. fr. 50. ad S. C. Treb. 36. 1. Donatio cum omni suo emolumento. fr. 11. §. 3. de don int. V. 24. 1. In tantum populi usibus profutura provisionis nostrae emolumenta porreximus. Th. C. XI. 2. c. 2. §. 1. ut tribut. in ips. spec. Cuius sententiae id erit emol., ut etc. fr. 10. §. 3. de in rem verso. 15. 3. — §. **2.** *Stipendia, Annonae.* I. **Sy.** Compendia, Commoda, Emolumenta (annonaria, s. annonarum.) Th. C. XIII. 3. c. 8. pr. c. 9. §. 1. c. 11. de med. et prof. III. **Cn.** Annonae, vel emolumenta. Emolumenta, caeteraque compendia. Ib. VII. 4. c. 27. de erog. mil. annon. VIII. 9. c. 2. de lucr. offic. Emolumentis contenti, quae tempore militiae perceperunt. Ib. VI. 20. c. 1. de Comit. ord. pr. XII. 6. c. 28. de susceptor.

Emortuus. (Partic.) *Exstinctus.* III. **Cn.** Quaestiones, temporum varietate longorum prorsus emortuae. Ib. XVI. 7. c. 3. §. 1. de apostat.

Emphanisticum. *Pensio a clericis pro consecratione praestanda.* III. **Cn.** Si quidem magnae ecclesiae clericus sit, emphanistica praestet, quae ex consuetudine praestari oportet. Iulian. ep. nov. c. 50. §. 191.

Emphyteusis. *Ius in agro alieno, circa usum rei et fructus percipiendos, cum plenum tum diuturnum.* I. **Sy.** Ius emphyteuticarium. c. 1. de iure emphyt. 4. 66. III. **Cn.** Dominium, vel emphyteusin, vel conductionem merere. c. 8. de fund. patrim. 11. 61. Fundorum patrimonialium emphyteusis. c. 7. ib. 11. 61. Res, quae per emphyteusin data est. c. 1. de iure emph. 4. 66. Venditio, donatio, permutatio, et emphyteuseos perpetuus contractus. Iul ep. nov. c. 7. §§. 32. 34.

Emphyteuta. *Colonus, iure emphyteuseos praeditus.* I. **Sy.** Emphyteuticarius. Is, qui emphyteusin suscepit. c. 5. de fund. patrim. 11. 61. c. 1. sq. de iure emph. 4. 66.

Emphyteuticarius. *Ad emphyteusin spectans.* III. **Cn.** Emphyteuticaria praedia, et quae ad privatarum rerum nostrarum corpora pertinent. Th. C. IV. 9. c. 3. ad S. C. Claud. Omnium rerum nostrarum, et totius perpetuarii, h. e. emphyteuticarii, iuris exactio. c. 1. de off. Com. S. pal. 1. 34. Fundi patrimoniales, vel emphyteuticarii. Th. C. II. 25. c. 1. de comm. div. XI. 16. c. 2. de extr. s. sord. Coloni, vel emphyteuticarii. c. 5. de fund. patrim. 11. 61. Contractus emphyteuticarius. c. 2. sq. de iure emph. 4. 66.

Emphyteuticus. (Adiect.) Idem. I. **Sy.** Em-

phyteuseos, Emphyteuticum (instrumentum.) c. 2. sq. l. l. 4. 66. II. ***Op.*** Privato, — Emphyteutico (iure, sc. possidere.) Th. C. V. 13. c. 17. (Wck.) Patrimonialis iuris, — Emphyteutici (fundi.) Ib. l. l. c. 19. sq. III. ***Cn.*** Ius emphyteuticum, vel embateuticum. fr. 3. §. 4. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. c. 13. de praed. et al. reb. min. 5. 71. Fundi patrimoniales, et qui ex emphyteutico iure ad domum nostram — devoluti sunt. c. 4. de fund. patrim. 11. 61. Th. C. V. 13 c. 19. (Wck.) Praedia iuris emphyteutici et domus divinae. Nov. Valent. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 3. cf. Th. C. XI. 5. c. 2. de indiction. Qui vectigalem, i. e. emphyteuticum, agrum possidet. fr. 15. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Vectigale, vel patrimoniale, sive emphyteuticum praedium. c. 13. de praed. et al. reb. min. 5. 71. Iuris perpetui emphyteutici, patrimonialis, iuris reip. (vagae aeternaeque calumniae.) Nov. Valent. III. de XXX ann. pr. II. 27. c. 1. pr.

Emplastrum. *Medicamentum, quo corporis pars morbosa obducitur.* III. ***Cn.*** Collyria, et emplastra, et adparatus omnis conficiendorum medicamentorum. Paul. III. 6. §. 62. cf. Gai. II. 79.

Emponema. *Melioratio.* I. ***Sy.*** Quae labore contrahentis in agro meliorata sunt. Emponemata. Iuliani ep. nov. c. 7. §. 34. cf. c. 58. §. 202. III. ***Cn.*** Nulla — adlegatione nomine meliorationis, vel eorum quae emponemata dicuntur, vel poena opponenda. c. 2. sq. de iure emph. 4. 66.

Emtio. §. 1. *Alienatio.* III. ***Cn.*** Lex XII Tabb. emtionis verbo omnem alienationem complexa videtur. fr. 29. §. 1. de statulib. 40. 7. — **§. 2.** *Contractus, quo rem alienam data pecunia comparamus.* III. ***Cn.*** Per permutationem rerum emtionem et venditionem contrahi, eamque speciem emtionis et venditionis vetustissimam esse. Gai. III. 141. Consensu fiunt obligationes in emtionibus et venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. Ib. III. 135. cf. 129. fr. 7. §§. 5. sq. fr. 58. de pact. 2. 14. Non tantum in traditionibus, sed et in emtionibus, et stipulationibus, et testamentis (adiectio haec etc.) fr. 169. de V. S. 50. 16. Adiunctiones, quas fundo legato testator ex variis emtionibus adplicaverat. Paul. III. 6. §. 49. Ex secunda emtione, i. e. ex litis aestimatione, emtori habere licere, non ex pristina. fr. 21. §. 2. de evict. 21. 2. fr. 3. p. emt. 41. 4. Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emtio, neque locatio rei suae consistere potest. fr. 45. pr. de R. I. 50. 17. Successio, quae nobis ex emtione bonorum competit. Gai. III. 77. — **§. 3.** *Instrumentum contractus inter emtorem et venditorem celebrati.* I. ***Sy.*** Chirographa, Emtiones (praediorum.) fr. 102. pr. de legat. III. (32.) Instrumentum emtionale, s. contractus venditionum. Conscriptio emtionalis. c. 17. de fide instrum. 4. 21. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. Iul. ep. nov. c. 111. §. 410. III. ***Cn.*** Cautiones debitorum emtionesque servorum (non videri legatas.) fr. 12. §. 45. de instr. leg. 33. 7. Qui emtiones agrorum suorum pignori posuit. c. 2. Qu. res pign. 8. 17.

Emtionalis. (Adiect.) *Ad emtionem spectans.* I. ***Sy.*** Emtio (p. se pos.) Conscriptio emtionalis etc. cf. v. Emtio. §. 3.

Emtor. §. 1. *Mancipio accipiens.* I. ***Sy.*** Qui a testatore familiam accipiebat mancipio. Familiae emtor. Gai. II. 103. 105. sq. Vlp. XX. 2. sq. — **§. 2.** *Qui, iusto pretio interveniente, rem alienam comparat.* I. ***Sy.*** Qui pretio emit. fr. 19. §. 5. de Aedil. ed. 21. 1. II. ***Op.*** Venditor. Auctor. Vlp. I. 16. fr. 1. pr. de rer. permut. 19. 4. fr. 156. §. 3. de R. I. 50. 17. III. ***Cn.*** Emtori, omnibusque ad quos ea res pertinet, (iudicium dabimus.) Emtor, et successores eius. fr. 19. §. 5. l. 21. 1. fr. 22. pr. §. 4. de liberali c. 40. 12. Si deterior res reddatur emtoris opera, aut familiae eius. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Emtor, idemque possessor (fundi.) fr. 75. de procur. 3. 3. Neque bonorum possessores, neque bonorum emtores. Gai. III. 81. cf. 80. IV. 35. Quanti emtorem potest invenire, tanti damnandus est. fr. 52. §. 29. de furt. 47. 2. cf. fr. 66. de legat. I. (30.) fr. 15. §. 5. de re iud. 42. 1. Nisi praedictum sit, ne aliter emtori res traderetur, quam si pretium emtor solverit. Gai. IV. 126. Emtoris loco esse. fr. 9. §. 3. Qu. potior. 20. 4. Pro emtore (possidere, v. usucapere.) fr. 13. §. 1. fr. 19. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 15. pr. fr. 33. §. 1. fr. 48. de usurp. 41. 3. fr. 1. sq. fr. 6. pr. fr. 7. pr. pro emt. 41. 4.

Emtrix. *Mulier, quae emit.* III. ***Cn.*** Vt, nisi intra certum tempus pretium fuisset exsolutum, emtrix arras perderet. c. 1. de pact. int. emt. 4. 54. cf. fr. 63. §. 1. de evict. 21. 2.

Eximere. **§. 1.** *Demere, Extrahere.* I. **Sy.** Solvere (uniones.) fr. 6. pr. §. 1. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Ne fodito, neve eximito, neve avellito (cotem.) fr. 15. de publican. 39. 4. Cum aut lapis exemtus, aut arbor eruta vel succisa est. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. Ne quis tignum alienum, aedibus suis iunctum, eximere cogatur. fr. 7. §. 10. de A. R. D. 41. 1. Si tu foramen, unde exemtum est (sc. tignum,) obturaveris. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. In laqueum — aper incidit: cum eo haereret, exemtum eum abstuli. fr. 55. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Arcere, Prohibere, Retinere.* II. **Op.** Eripere est, de manibus auferre per raptum. — Eximere (sc. est,) quoquomodo auferre. fr. 4. pr. §§. 1. sq. ne qu. eum. 2. 7. III. **Cn.** In ius vocatum, s. Debitorem, exim. fr. 1. §. 2. fr. 2. sq. fr. 4. §. 1. fr. 5. §. 3. ib. 2. 7. Gai. IV. 16. Is, cum quo de peculio agebam, a te vi exemtus est. fr. 55. de pecul. 15. 1. Qui exemtus est, (nihilominus manet obligatus.) fr. 5. §. 3. ne qu. eum. 2. 7. — **§. 3.** *Excipere, Deducere, Liberare.* I. **Sy.** Deducere. fr. 11. §. 3. de pecul. 15. 1. Liberare (obligatione.) fr. 19. de duob. reis. 45. 2. II. **Op.** Eximi ab aliquo. — Reverti ad eum. fr. 12. §. 2. fam. ercisc. 10. 2. Contingere aliquem (ignominiam.) — Eximendum esse (ignominia.) Gai. II. 154. III. **Cn.** Pati, cum posset eximere. fr. 7. Qu. sine manum. 40. 8. Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium, quamvis et hinc sit exemtus, et illo nondum pervenerit. fr. 1. §. 2. de B. P. ex testam. mil. 37. 13. Non eximi ab hoc onere (privilegio aetatis.) fr. 5. pr. de iure immun. 50. 6. An eximenda sint ex quantitate (sc. tributa?) fr. 32. §. 9. de usu et usuf. leg. 33. 2. Eximere se periculo (calumniae.) fr. 1. §. 13. ad S. C. Turp. 48. 16. Si occiderit iussu domini, Cornelia eum eximemus. fr. 17. §. 7. de iniur. 47. 10. Quoium nomen ex h. l. ex reis exemtum erit. Fr. L. Servil. c. 1. Qui exemtum reum non defert. fr. 12. ad S. C. Turp. 48. 16. fr. 11. §. 2. de accus. 48. 2. — **§. 4.** *Auferre, Adimere, Privare.* I. **Sy.** Si desiit agere posse. Si actio exemta esse dicetur. fr. 1. §. 1. fr. 26. §§. 4. sq. ex qu. c. mai. 4. 6. III. **Cn.** Si viae publicae exemtus commeatus sit. fr. 2. §. 25. ne qu. in loco pub. 43. 8. Cum feriae tempus eximunt. fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. Potestatem eximere reo (suo iure uti.) fr. 48. pr. mand. 17. 1. Cum semel negotium — temporibus fuerit exemtum. Th. C. II. 6. c. 1. de temp. cursu.

Eximius. (Adiect.) *Egregius.* III. **Cn.** Meritum eximiae singularisque virtutis. Th. C. XVI. 2. c. 16. de episc. eccl. Adnumerari supellectili, propter eximium usum et pretium. fr. 3. §. 4. de supell. leg. 33. 10. Merces eximii laboris. fr. 34. §. 1. de donat. 39. 5.

Exinanire. *Evacuare, Infirmare.* I. **Sy.** Exhaurire. cf. h. v. III. **Cn.** Patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinanisse. fr. 87. §. 3. de legat. II. (31.) cf. c. 1. c. 3. de inoff. donat. 3. 29. Quod debilitando, aut vinciendo, persecutionem pignoris exinanierit. fr. 27. de pignor. 20. 1.

Exinde. **§. 1.** *Inde ab, Deinde.* I. **Sy.** Ex tempore, v. die, quo. Gai. I. 129. fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Exinde, et quo etc. — non retro. fr. 3. de interd. 43. 1. Exinde, qua ex die. fr. 4. pro donat. 41. 6. Ex quo, — exinde etc. c. 8. pr. ad L. Iul. mai. 9. 8. Et hoc etiam D. Pius rescripsit. Et exinde multis rescriptis declaratum est. fr. 2. pr. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Ex eo loco.* III. **Cn.** Exinde abstrahi. Th. C. IX. 45. c. 5. cf. c. 3. §. 3. de h. qu. ad eccl. Pro eo (sc. sancta adpellaverunt,) quod exinde tolli aliquid aut coniungi non liceret. Ep. inst. Gaii. II. 1. §. 1. — **§. 3.** *Ex ea re.* I. **Sy.** Ex (XII. Tabb.) fr. 7. pr. de cap. demin. 4. 5. III. **Cn.** Si quando famosi libelli reperiuntur, nullas exinde calumnias patiantur hi etc. Th. C. IX. 34. c. 1. de famos. libell.

Exire. **§. 1.** *Egredi, Proficisci.* I. **Sy.** Ire ad, Exire in (pugnam.) Gai. II. 101. Discedere, Decedere. Ib. IV 164. fr. 3. §§. 7. 14. de vi et vi arm. 43. 16. III. **Cn.** Cum terminos urbis exierit (Praefectus Vr.) fr. 3. de off. Prf. Vr. 1. 12. Vicinales, quae exitur de via consulari. fr. 2. §. 23. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Relinquere, Abscedere, Separari.* I. **Sy.** Esse desinere in, Exire de (potestate.) Gai. I. 128. sqq. Vlp. X. 1. 5. Emitti (de scrinio, v. schola.) Th. C. I. 8. c. 1. sq. de off. Quaest. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. off. II. **Op.** Inferri in, — Exire ex (domo, v. familia.) fr. 32. de liberali c. 40. 12. Manere, Remanere, Relinqui in (potestate, v. familia.) Gai. I. 127. IV. 78. sq. fr. 8. de servo corr. 11. 3. fr. 67. §§. 5. sq. de legat. II. (31.) III. **Cn.** Caeteri liberi una mancipatione exeunt de parentium potestate. Gai. I. 132. Si sine capitis deminutione exierit de potestate parentis. Ib. III. 114. Quod usucaptum esset, et ob id de hereditate exiit. fr. 21. de hered. pet. 5. 3. Ne fundum alienent, et ne de familia nominis mei exeat. fr. 77. §§. 11. 27. fr. 88. §. 6. de legat. II. (31.) fr. 38. §. 1. fr. 94. de legat. III. (32.) **§. 3.** *Transire, Finiri.* III. **Cn.** Nisi dies compromissi exitura sit, nec proferri possit. fr. 13. §. 3. fr. 16. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Si quis — actione qua solutus ob id, quod dies eius exierit, cum absens non defenderetur. fr. 1. §. 1. fr. 17. §. 1. fr. 21. pr. fr. 23. §§. 3. sq. ex qu. c. mai. 4. 6. Si quis — moram fecerit, quominus in ius veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur. fr. 4. pr. ne qu. eum. 2. 7. fr. 10. Qu. fals. tut. 27. 6. Si res tempore periturae sunt, aut actionis dies exiturus est. fr. 9. pr. de feriis. 2. 12.

Existere. cf. v. Exsistere.

Existimare. **§. 1.** *Credere, Putare, Opinari.* I. **Sy.** Putare. Gai. II. 37. 51. 123. 218. sq. III. 98. 103. IV. 114. Placere. fr. 70. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Cum solus heres essem, existimarem autem etc. fr. 29. de usurp. 41. 3. Si quis se filiumfam. existimat, cum sit paterfam. fr. 21. de cond. et dem. 35. 1. Si dominus fundi homines armatos venientes existimaverit, [al. extimuerit,] atque ita profu-

gerit. fr. 33. §. 2. de usurp. 41. 3. Si — tibi dedero, falso existimans me eum tibi debere. fr. 12. fr. 15. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. Si iustam causam habuerit existimandi fr. 33. §. 1. de usurp. 41. 3. Si dissentiant, aliud alio existimante. fr. 57. de O. et A. 44. 7. Complures distinguunt, et existimant etc. Gai. I. 90. sq. Placet, — adeo ut quidam existiment etc. Ib. III. 166. Cum meminissem, et Iulianum in ea sententia esse, ut existimaret etc. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. Cassius negat, Iulianus contra existimat; quae sententia verior habetur. fr. 2. §. 1. de statulib. 40. 7. Labeo quidem existimat, — utimur autem hoc iure, ut etc. Gai. I. 135. Aequius esse existimo. fr. 7. de magist. conv. 27. 8. Existimo, non absurde posse defendi etc. fr. 6. de collat. bon. 37. 6. fr. 98. pr. de V. O. 45. 1. — **§. 2.** *Aestimare*, *Decernere*. I. **Sy.** Videri. fr. 69. §. 2. de evict. 21. 2. III. **Cn.** Cum proxime decreto tutorem me dandum existimaveris. Vatic. §. 166. Dispicite P. C. numquid sit aequius, — quia potest existimari etc. fr. 22. de hered. pet. 5. 3. Rescriptum, v. Constitutum, existimari etc. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. fr. 3. §. 1. de iure fisci. 49. 14. fr. 203. de V. S. 50. 16. Pietatis existimat [al. exigit] ratio etc. fr. 5. §. 15. de agn. et alend. 25. 3.

Existimatio. **§. 1.** *Opinio*, *Iudicium*, *Sententia*. I. **Sy.** Destinatus animus, Existimatio animi. fr. 27. §. 2. ad munic. 50. 1. Error, Existimatio falsa. fr. 36. pr. §. 1. de usurp. 41. 3. fr. 5. §. 1. pro suo. 41. 10. III. **Cn.** Vt plus sit in re, quam in existimatione (mentis.) fr. 2. §. 15. pro emt. 41. 4. cf. Vatic. §. 260. Opinio cuius et resupina existimatio. fr. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Si quis, aliqua existimatione deceptus, crediderit fr. 36. §. 1. de usurp. 41. 3. Flumen a rivo magnitudine discernendum est, aut existimatione circumcolentium. fr. 1. §. 1. de flumin. 43. 12. Vniversa integra in liberos — arbitrii sui existimatione transcribat. Th. C. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl. — **§. 2.** *Fama*. I. **Sy.** Dignitatis illaesae status. fr. 5. §. 1. de extr. cogn. 50. 13. Fama, Opinio. fr. 4. pr. §§. 1. sq. de susp. tut. 26. 10. Th. C. II. 10. c. 3. c. 5. (Wck.) de postul. Pudor. fr. 48. pr. mand. 17. 1. III. **Cn.** Si testes omnes eiusdem honestatis et existimationis sint. fr. 21. §. 3. cf. fr. 3. §. 1. de testib. 22. 5. fr. 17. §. 2. de testam. tut. 26. 2. Quae facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram. fr. 15. de cond. inst. 28. 7. Sciat, ad invidiam existimationemque suam pertinere. fr. 1. pr. de insp. ventre. 25. 4. Non debet vagari cum discrimine alienae existimationis. fr. 7. pr. de iniur. 47. 10. Eius existimationem, caput atque fortunas petiturus. Th. C. IX. 6. c. 3. ne pr. crim. mai. Cum notata fide et existimatione removeri, — Integra existimatione abire (tutela, v. cura.) fr. 4. pr. fr. 9. de susp. tut. 26. 10. Si id illaesa existimatione sua fiat. fr. 25. de procur. 3. 3. Minui, — Consumi, existimationem. fr. 5. §§. 1. sqq. de extr. cogn. 50. 13. Nullam existimationis infamiam — pertimescat. c. 14. ex qu. c. infam. 2. 12.

Exitium. *Interitus*, *Pernicies*. III. **Cn.** Quamvis saepe per eas (sc. civiles dissensiones) resp. laedatur, non tamen in exitium reip. contenditur. fr. 21. §. 1. de captiv. 49. 15. Custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Capitali poena, vel exquisitis potius exitiis suppliciisque plectatur. Th. C. I. 10. c. 1. de off. iud. omn. cf. VIII. 5. c. 47. pr. de cursu pub.

Exitus. **§. 1.** *Egressus*. III. **Cn.** Viae militares exitum ad mare, aut in urbes — habent. fr. 3. §. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. Si quis velit talem cloacam facere, ut exitum habeat in publicam cloacam. fr. 1. §. 9. de cloac. 43. 23. — **§. 2.** *Eventus*, *Finis*. I. **Sy.** Factum. fr. 7. fr. 14. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. II. **Op.** Consilium, Voluntas. fr. 14. l. 48. 8. fr. 3. §. 1. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Ordo et exitus (interdictorum.) Gai. IV. 161. Cum intelligeret, iudiciorum exitum interdum duriorem (nobis) constitui. fr. 1. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Quaero, quis exitus quaestionis sit? fr. 14. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Incertus exitus (fortunae.) c. 34. §. 4. de donat. 8. 54. Quia res fere sine exitu futura est, propter etc. fr. 17. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 15. §. 12. de damn. inf. 39. 2. Cum periculo res ad exitum perducitur. Gai. IV. 165. Publice expedit, suprema hominum iudicia exitum habere. fr. 5. testam. quemadm. aper. 29. 3. Redit res ad intestati exitum. fr. 20. pr. de B. P. c. t. 37. 4. — **§. 3.** *Interitus*, *Obitus*. I. **Sy.** Excessus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum. fr. 12. §. 2. de tut. et cur. dat. 26. 5. Vsque ad vitae supremum exitum. fr. 32. §. 3. de don. int. V. 24. 1. fr. 4. de adim. legat. 34. 4.

Exolere, s. **Exolescere.** *Deficere*, *Interire*. II. **Op.** Si largiretur annus. — Si anno utili exoleverit (iniuria.) fr. 14. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Exactis deinde regibus lege tribunicia, omnes leges hae exoleverunt. fr. 2. §. 3. de O. I. 1. 2.

Exonerare. **§. 1.** *Exportare onus*. II. **Op.** Onerare (navem.) fr. 1. pr. ut in flum. pub. 43. 14. — **§. 2.** *Levare*, *Liberare*. I. **Sy.** Extenuare, Relevare. c. 3. de comm. 4. 23. c. 2. sq. de pign. act. 4. 24. III. **Cn.** Id, quod alter eorum solverit, nihil ad exonerandum alterum pertinebit. fr. 21. cf. fr. 29. pr. de liberali c. 40. 12. Si onerosam crediderint (sc. hereditatem,) restituta ea exonerentur actionibus hereditariis. fr. 71. cf. fr. 16. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 50. §. 2. de legat. I. (30.) Qui ob poenam creditorum actione liberantur, non quoniam exonerare eos lex voluit. fr. 9. §. 4. ad S. C. Maced. 14. 6. Praepostere visus est petere exonerari priore munere, utrisque iam implicitus. fr. 1. §. 1. de opp. pub. 50. 9.

Exoneratio. *Relevatio*, *Liberatio*. I. **Sy.** Remissio (pensionis, s. mercedis.) fr. 15. §. 7. locat. 19. 2.

Exorare. **§. 1.** *Enixe orare*, *Obsecrare*. I **Sy.** Vota facere. Iul. ep. nov. c. 61. §. 205. c. 119. §. 512. III. **Cn.** Hoc etiam deprecantes exoramus S. — Mariae precibus. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Orando obtinere*, *s. impetrare*. I. **Sy.** Promerere, Merere. Th. C. XI. 20. c. 5. pr. de collat. donat. III. **Cn.** Si pater iniuriam suam, precibus exoratus, remiserit. fr. 5. §. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Puerum emit, — postea exoratus, accepto ab eo pretio, eum manumisit. fr. 3. de obsequ. pa-

rent. 37. 15. Aditi, exoratique sumus. Nov. Val. III. de postul. II. 37. c. 1. pr. Quem nocentes precantur incassum, quem vita melior exorat. Ib. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. §. 1.

Exorcisare. *Daemones expellere.* III. **Cn.** Si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar,) exorcisavit. fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13.

Exorcista. *Exorcisandi munere fungens.* III. **Cn.** Presbyteri, diaconi, subdiaconi, atque exorcistae, et lectores etc. Th. C. XVI. 2. c. 24. de episc. eccl. cf. XII. 1. c. 121. de decurion.

Exordium. *Initium, Principium.* I. **Sy.** Primordium. fr. 45. §. 1. de usurp. 41. 3. fr. 124. de V. O. 45. 1. Initium. Vatic. §§. 9. 14. 17. fr. 5. pr. fr. 11. de div. temp. praescr. 44. 3. Auspicia. Th. C. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et codic. II. **Op.** Postfactum. fr. 124. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** In ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio. Th. C. IX. 6. c. 3. ne praet. crim. mai. cf. IX. 5. c. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. Lis exordium auspicatur. Ib. II. 4. c. 4. sq. de denunc. v. edit. rescr. Nomen exordiumque sortiri. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 16. Exordium capere. fr. 3. §. 6. de lib. et posth. 28. 2. Propter legem in exordio datam (retineri.) fr. 42. pr. de m. c. donat. 39. 6.

Exoriri. **§. 1.** *Oriri, Accedere.* I. **Sy.** Fieri (incendia.) fr. 2. fr. 3. §. 1. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. III. **Cn.** Quae (sc. summa) exortis usuris pupillo aucta. fr. 58. §. 1. de adm. et per. 26. 7. — **§. 2.** *Exsurgere, Insurgere.* III. **Cn.** Lex Iulia — adversus eos exoritur, qui etc. §. 8. I. de pub. iud. 4. 18.

Exornare. **§. 1.** *Ornare.* I. **Sy.** Ornare. fr. 7. pr. de imp. in res dot. 25. 1. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Religionis interest, monumenta exstrui et exornari. fr. 1. §. 6. de mortuo infer. 11. 8. — **§. 2.** *Honorare.* III. **Cn.** Filiusfam. equestri militia exornatus. fr. 43. de milit. testam. 29. 1.

Exosus. (Partic.) **§. 1.** *Qui odio habet.* III. **Cn.** Qui, — gratiam communionis exosi, ab hominibus recesserunt. Th. C. XVI. 7. c. 5. de apostat. — **§. 2.** *Qui aliis odio est.* III. **Cn.** Vitiorum institutio deo atque hominibus exosa. Ib. XVI. 5. c. 12. de haeretic.

Expavescere. *Metuere.* III. **Cn.** Quod minime est expavescendum. fr. 29. §. 8. de lib. et posth. 28. 2. Nemo carcerem — vel a perversis, vel ab iratis iudicibus expavescat. Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction.

Expedire. **§. 1.** *Liberare, Salvum praestare.* III. **Cn.** Vtrum in eo casu ita haeserit aper, ut expedire se non possit ipse, an diutius luctando expediturus se fuerit? fr. 55. de A. R. D. 41. 1. Distrahi, aut pignorari iubebit, ut pecunia expediatur. fr. 12. §. 6. de relig. 11. 7. fr. 21. de usur. 22. 1. Tempus — ad expediendam pecuniam. Gai. III. 78. Alimenta expedire. fr. 6. ubi pup. 27. 2. — **§. 2.** *Extricare, Absolvere, Perficere.* I. **Sy.** Gubernare, Curam (reip.) exped. fr. 2. §§. 1. sq. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Opus expedire, quod conduxit. Lanam conducere expediendam. fr. 12. §. 6. de usu et habit. 7. 8. Vt — mulier se suosque aleret, tueretur ve, et universa onera sua expediret. fr. 4. de pact. dot. 23. 4. cf. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. Munera, quae sumtibus patrimonii, et damnis administrantis expediuntur. fr. 18. §. 18. cf. fr. 3. §. 17. de mun. et hon. 50. 4. Quod aliquatenus expediri potest circa (mutos.) fr. 65. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Expediendarum rerum gratia — placuit. fr. 11. de auct. et cons. 26. 8. Alioquin non posse rem expediri. Gai. III. 141. IV. 170. Manumissio per lictores hodie — expediri solet. fr. 23. de manum. vind. 40. 2. Secundum scripti iuris rationem expediri. fr. 16. de cond. et dem. 35. 1. Restitutae possessionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem. fr. 1. §. 4. uti possidet. 43. 17. cf. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Quae cognitio tam facile expediri potuit, ut intra LX. diem finiatur? fr. 12. §. 6. Qui et a qu. man. 40. 9. Vbi decretum necessarium est, per libellum id expedire Procos. poterit. fr. 9. §. 1. cf. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. De plano expedire (potest Procos. haec.) fr. 9. §. 3. ib. 1. 16. Quod officio iudicis expedietur. fr. 14. §. 8. de servo corr. 11. 3. — **§. 3.** *Procurare.* III. **Cn.** Truncatione digitorum damnum corporis expedisse. Th. C. VII. 13. c. 5. de tiron. — **§. 4.** *Proficere, Prodesse.* I. **Sy.** Vtile esse. Interesse. fr. 19. de servit. 8. 1. fr. 65. §. 5. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Et oportere, et expedire (nota esse etc.) fr. 18. pr. de iniur. 47. 10. Potest, si hoc expediat (pupillo.) fr. 20. de novat. 46. 2. Quam — ducere non expediat, etsi possit duci. fr. 1. §§. 2. sq. de aqua quot. 43. 20. Liberum est cuique, apud se explorare an expediat sibi consilium. fr. 2. §. 6. mand. 17. 1. Spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem, nec ne. Vlp. XXII. 27. fr. 5. pr. fr. 7. pr. de iure delib. 28. 8. fr. 71. ad S. C. Treb. 36. 1. Si adeo nullius sit pretii, ut ne expediat quidem tale mancipium domino habere. fr. 43. §. 6. cf. fr. 34. de Aedil. edict. 21. 1. Gai. II. 226. Quod ita demum is facit, si causa cognita aestimaverit hoc filiis expedire. Gai. I. 93. cf. §. 3. I. de adopt. 1. 11.

Expedite. (Advb.) *Apte, Promte.* III. **Cn.** Potuisse non exp. locare. fr. 6. §. 2. comm. div. 10. 3. Et est expeditius hoc dicere. fr. 9. pr. usufr. quemadm. 7. 9. Et haec paullo expeditius dicenda sunt. fr. 19. §. 5. ad S. C. Vell. 16. 1.

Expeditio. **§. 1.** *Exsecutio.* III. **Cn.** Sumtus iisdem ad faciendi itineris expeditionem praebere. c. 6. §. 2. de app. et consult. 7. 62. — **§. 2.** *Profectio militum expeditorum.* III. **Cn.** Contubernalis et communium expeditionum comes. fr. 40. pr. de auro arg. 34. 2. Ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum (curatorem condemnatum.) fr. 20. de compens. 16. 2. Milites, sive in expeditione degentes, sive in militiis. Iul. ep. nov. c. 108. §. 387. cf. Th. C. VII. 4. c. 4. c. 6. de erog. mil. annon. Quos nihil unquam vel necessitatibus nostris, vel expeditionibus bellicis profuisse constiterit. Ib. VI. 24. c. 6. de domest. et protect. VI. 35. c. 15. de priv. eor. qu. in S. pal.

Expeditionalis. (Adiect.) *Ad militarem ex-*

peditionem pertinens. III. **Cn.** Cum in expeditione milites degant, biduo expeditionalem annonam — consequantur. Th. C. VII. 4. c. 4. sqq. de erog. mil. ann. Quae ad portus expeditionales longius — sint profectae (sc. naves.) Ib. XIII. 9. c. 2. de naufrag. cf. XIII. 5. c. 35. de navicul.

Expeditus. (Partic.) **§. 1.** *Paratus, Instructus.* III. **Cn.** Procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. Gai. II. 101. Quae (sc. res) munita sit testibus, instructa documentis, signis ad probationem luce clarioribus expedita. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolit. — **§. 2.** *Proclivis, Facilis.* II. **Op.** Difficilis. fr. 32. §. 14. de don. int. V. 24. 1. Expeditum esse, s. Expeditum intellectum habere. — Considerari, Haesitari. fr. 91. pr. §. 3. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. Si non sit, unde ematur, aut non sit expedita emtio. fr. 2. rem pup. salv. 46. 6. Habere expeditam quantitatem. fr. 9. iudicat. solvi. 46. 7. Tam expeditam causam habere, ut etc. fr. 3. §. 5. de Carb. edict. 37. 10. Solutio eius obligationis expeditissima. fr. 54. §. 1. de V. O. 45. 1. Expeditum erit. Expeditissimum est. fr. 8. §. 4. de reb. auct. iud. 42. 5. Paul. V. 33. §. 2. In expedito esse, v. fore. fr. 67. §. 5. de legat. II. (31.) fr. 10. pr. de fideiuss. 46. 1.

Expellere. §. 1. *Eiicere, Exturbare.* I. **Sy.** Pellere, Repellere, Pulsare. Paul. V. 21. §. 1. fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. Deiicere, Eiicere. fr. 1. §. 32. fr. 18 pr. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 3. §. 6. fr. 5. de incend. ruina. 47. 9. III. **Cn.** Iacens res ex naufragio, quae fluctibus expulsa est. fr. 5. l. l. 47. 9. fr. 21. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. c. 1. de naufrag. 11. 5. Quem semel populus iussisset dedi, ex civitate expulisse videretur. fr. 17. de legation. 50. 7. Expulsus ab eo in Sardiniam. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Sive vir uxorem, sive uxor virum domo expulit. fr. 11. pr. rer. amot. 25. 2. Qui expulsus a conductione, in aliam se coloniam contulit. fr. 24. §. 4. cf. fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Arcere, Amovere.* I. **Sy.** Repellere. fr. 20. pr. de B. P. c. t. 37. 4. Pr. §. 6. I. de S. C. Tert. 3. 3. III. **Cn.** Cum heres institutus conditioni non paruisset, an expellendus est ab hereditate? fr. 27. pr. de cond. inst. 28. 7. Limine iudiciorum expelli. c. 3. sent. resc. n. posse. 7. 50. Per decisionem, v. constitutionem, exp. c. 1. de nudo iure Quir. 7. 25. §. 3. I. de libertin. 1. 5.

Expellenta. *Compulsor.* I. **Sy.** Compulsor. Iul. ep. nov. c. 124. §. 546.

Expendere. §. 1. *Impendere, Erogare.* (cf. v. Expensum. §. 1.) I. **Sy.** Exsolvere, Largiri. c. 2. de postlim. rev. 8. 51. Th. C. VI. 4. c. 5. de Praet. et Qu. Erogare. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si iam ei aliquid absit, quod pro muliere expendit, vel mandato eius praestitit. fr. 28. sol. matrim. 24. 3. Non enim ad hoc dedit, ut ipse habeat, sed ut genero pro filia expendat. fr. 5. §. 9. de iure dot. 23. 3. Cum emtor, mutuatus pecuniam, usuras gravissimas expendit. fr. 47. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Luere, Expensum ferre.* (cf. v. Expensum. §. 2.) I. **Sy.** Inferre (poenam etc.) Th. C. XI. 16. c. 7. sq. de extr. s. sord. XI. 36. c. 20. Quor. app. n. rec. III. **Cn.** Non a socero repetere, sed adfectioni tuae debes expendere. c. 13. de N. G. 2. 19.

Expensa, s. **Expensae. §. 1.** *Erogatio pecuniae, Sumtus, Impensae.* III. **Cn.** Qui neque tempus neque finem expensarum habet. fr. 1. pr. de cur. furios. 27. 10. Omnes expensas, quas b. f. emtor fecisse adprobaverit, ei praestare. fr. 39. §. 1. de minor. 4 4. cf. c. 12. pr. de petit. hered. 3. 31. Publicis expensis (iter facere.) fr. 42. de milit. testam. 29. 1. Ne — in eorum damnum expensa revocetur. Th. C. XI. 25. c. 1. de quadrim. brev. — **§. 2.** *Praestatio publica.* I. **Sy.** Functiones, Munera (senatorii ordinis.) Ib. VI. 24. c. 7. sqq. de domest. et protect. Annonae. c. 4. de off. mag. mil. 1. 29. Th. C. XI. 1. c. 22. de annon. et tribut.

Expensare. *Expendere, Expensum ferre.* III. **Cn.** Cupito exactionem commiserunt, isque nummos redactos expensavit eisdem tutoribus. fr. 41. §. 10. de fideic. libb. 40. 5.

Expensio. §. 1. *Factum dependendi, Distributio.* III. **Cn.** Susceptores canonis — expensionem susceptarum specierum probare cogantur. Th. C. XII. 6. c. 24. de susceptor. Expensio panis habeatur. Ib. I. 6. c. 7. (Wck.) de off. Prf. Vr. — **§. 2.** *Sumtus.* I. **Sy.** Erogatio. Ib. VI. 4. c. 22. §. 5. c. 24. de Praet. et Qu.

Expensum. (Partic.) **§. 1.** *Erogatum, Pecunia alii credita, vel soluta.* I. **Sy.** Sumtus, Impensae factae, Expensum. fr. 53. de pact. 2. 14. fr. 51. pr. de hered. pet. 5. 3. Datum. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. Decedere ex. Expensum ferri. fr. 25. §. 16. de hered. pet. 5. 3. fr. 22. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Acceptum et expensum. (Cf. v. Acceptum.) Si id, quod mihi Titius debet, tibi expensum tulero. Gai. III. 130. cf. 129. In nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur. Ib. III. 137. sq. Vt neque subtraxerit quid ex his, quae acceperit, neque expensum rationibus praescripserit, quod non dederat. fr. 111. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 59. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Expensum ferre,* i. e. *Imputare, Adscribere.* I. **Sy.** Sibi imputare (suam facilitatem etc.) Expensum ferre (facilitati suae, v. negligentiae.) fr. 3. §. 3. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 1. §. 17. de separ. 42. 6. fr. 24. Qu. in fr. cred. 42. 8.

Experiens. (Partic.) *Expertus, Peritus.* III. **Cn.** Ex aula nostra decedentes viri, — tamquam experientes et idonei, non patiantur etc. Th. C. VI. 35. c. 11. de priv. eor. qu. in S. pal.

Experientia. §. 1. *Experimentum, Periclitatio.* III. **Cn.** Anteriores leges — non minimam suae utilitatis experientiam litigantibus praebuerunt. c. 14. de iudic. 3. 1. — **§. 2.** *Peritia.* III. **Cn.** Praeses Pr. — notionem suam impertiet, non ignorans pro sua auctoritate atque experientia. Vatic. §§. 271. 274. Qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam. Th. C. XVI. 2. c. 43. de episc. eccl. — **§. 3.** *Titulus honorarius.* I. **Sy.** Laudabilitas (tua.) Ib. VIII. 5. c. 57. de cursu pub. III. **Cn.** Laudanda igitur exp.

tua. Coll. LL. M. V. 3. Rescribi placuit experientiae tuae. c. 1. de feriis. 3. 12. Exp. tua cognoscat. Th. C. XVI. 5. c. 28. de haeret.

Experimentum. *Tentamentum, Periclitatio.* I. **Sy.** Experientia. c. 14. de iudic. 3. 1. c. 1. pr. de Lat. libert. 7. 6. III. **Cn.** Si mulas tibi dedero, ut experiaris, — deinde mulae a grassatoribus fuerint ablatae intra dies experimenti. fr. 20. pr. §. 1. de praescr. vv. 19. 5. Ipsis rerum experimentis cognovimus. c. 2. ut in poss. legat. 6. 54.

Experiri. **§. 1.** *Tentare, Periculum facere.* III. **Cn.** Si quem quaestum fecit is, qui experiendum quid accepit, veluti si iumenta fuerint. fr. 13. §. 1. commod. 13. 6. cf. fr. 52. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 20. pr. §. 1. de praescr. vv. 19. 5. Quodsi hactenus intervenit, ut experiretur, an consilio suo vel auctoritate discuti litem paterentur. fr. 13. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 2.** *Comperire, Excipere, Pati.* I. **Sy.** Pati (servitutem alterius.) fr. 9. fr. 21. fr. 24. §. 8. fr. 41. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Quam (sc. indulgentiam) quo quisque pleniorem esset expertus, eo etc. fr. 3. §. 17. de S. C. Silan. 29. 5. Cum eadem pericula experiantur, iura quoque eadem merito sibi vindicant. fr. 1. pr. de B. P. ex testam. mil. 37. 13. Iura patronorum graviora experiri. fr. 51. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Liberale iudicium [al. liberali iudicio] exp. fr. 12. de quaest. 48. 18. — **§. 3.** *Iudicio agere.* I. **Sy.** Postulare. fr. 3. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 33. de N. G. 3. 5. Agere, Convenire. Gai. II. 39. IV. 64. sqq. fr. 39. §. 1. de procur. 3. 3. fr. 21. sol. matrim. 24. 3. fr. 63. de re iud. 42. 1. Persequi, Intentare, Intendere (crimen.) c. 1. sqq. de crim. expil. 9. 32. III. **Cn.** Apud eundem iudicem, v. Ad iudicem, exp. fr. 23. depos. 16. 3. fr. 1. ap. eum a quo app. 49. 12. Priusquam iure ordinario experiatur. Paul. III. 5. §. 18. Honorario iure, — Iure civili, experiri. fr. 1. §. 3. furti adv. naut. 47. 5. Optimum est ut, si quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris. fr. 7. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. cf. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. Cum quis actionem mutat, et experiatur, dummodo de eadem re experiatur etc. fr. 5. de exc. rei. iud. 44. 2. Iudicio, v. Praeiudicio, experiri. fr. 43. §. 10. de R. N. 23. 2. fr. 4. §. 23. de fideic. libb. 40. 5. fr. 30. de reb. auct. iud. 42. 5. Sive actione vellet adversus Campanos experiri, — sive exceptione adversus petentes. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Detineri, ut neque experiri neque mandare possit. fr. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Experiundi potestatem habere. — Impediri experiri. fr. 1. l. 44. 3. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 1. pr. Qu. de pecul. act. 15. 2. Ex persona mea, quasi cognitor aut procurator meus, exp. debes. Gai. II. 39. Adversus aliquem, s. Cum aliquo, exp. Gai. IV. 163. fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. fr. 30. fr. 33. de N. G. 3. 5. Exp. ex (noxa etc.) fr. 18. §. 1. de iudic. 5. 1. Exp. de (iniuriis etc.) fr. 7. §. 5. de iniur. 47. 10. fr. 1. §. 32. de vi et vi arm. 43. 16. Exp. in (reliquum etc.) Gai. IV. 66. fr. 14. §. 2. Qu. met. c. 4. 2.

Expers. (Adiect.) **§. 1.** *Vacuus, Immunis.* I. **Sy.** Sine culpa. Exp. culpae. fr. 61. de adm. et per. 26. 7. III. **Cn.** Personalium munerum expertes. Th. C. XVI. 2. c. 24. de episc. eccl. — **§. 2.** *Rudis, Ignarus.* III. **Cn.** Qui se neget litteras scire, — si modo non sit expers negotiorum. fr. 6. §. 19. de excusatt. 27. 1. cf. c. 6. de decurion. 10. 31. Miles, vel agricultor, et forensium rerum expers. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3.

Expetere. **§. 1.** *Precari, Orare.* I. **Sy.** Petere, Postulare, Poscere. Th. C. X. 10. c. 11. sqq. c. 16. c. 23. de petit. et ultro dat. III. **Cn.** Fundos patrimoniales semel expetitos et traditos refundere. Ib. V. 13. c. 32. (Wck.) Populi vocibus expeti. Expetente populo. Ib. XII. 1. c. 49. pr. §. 1. de decur. — **§. 2.** *Exigere.* III. **Cn.** Id ab unaquaque provincia censuimus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum. Ib. XI. 1. c. 33. de annon. et tribut. cf. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat. Sponte pronius inferant expetenda. Ib. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. Quae (sc. animadversio) non facultates eorum sit expetitura, sed sanguinem. Ib. X. 10. c. 20. de petit. et ult. dat.

Expiare. *Placare, Purgare.* III. **Cn.** Delubra — destrui, collocationeque venerandae christianae religionis signi expiari. Ib. XVI. 10. c. 25. de pagan. Quae (sc. iracundia) effusione humani sanguinis expiatur. Ib. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec. Huiusmodi scelus — flammis vindicibus expiabunt. Ib. IX. 7. c. 6. ad L. Iul. de adult.

Expiatio. *Vindicta.* III. **Cn.** Nisi qui digna expiatione est luiturus ausum immanis admissi. Ib. XIII. 5. c. 16. pr. de navicul.

Expilare. *Diripere, Depraedari.* I. **Sy.** Spoliare (hereditatem.) fr. 40. pr. de statulib. 40. 7. fr. 1. expil. hered. 47. 19. Compilare. fr. 33. de N. G. 3. 5. fr. 1. expil. hered. 47. 19. III. **Cn.** Qui aedes alienas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint. Paul. V. 3. §. 3. Si quis extraneus rem hereditariam, quasi subripiens vel expilans, tenet. fr. 21. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Expilatae hereditatis crimen. fr. 3. §. 5. de susp. tut. 26. 10. fr. 1. sqq. expil. hered. 47. 19.

Expilatio. *Spoliatio, Direptio.* III. **Cn.** Discerni solent rixae a grassaturis, expilationes a furtis etc. fr. 16. §. 6. de poen. 48. 19.

Expilator. *Depraedator.* III. **Cn.** Expilatores, qui sunt atrociores fures. fr. 1. §. 1. de effractor. 47. 18.

Expirare. Cf. v. Exspirare.

Explanare. *Explicare, Illustrare.* I. **Sy.** Declarare. cf. h. v. III. **Cn.** Quod quis obscurius in testamento vel nuncupat, vel scribit, an post somnia explanare possit? fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. cf. fr. 25. §. 4. de probat. 22. 3. V testibus adhibitis suam explanare voluntatem. c. 1. §. 2. de Lat. libert. 7. 6. Suam expl. optionem. Th. C. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et codic.

Explere. **§. 1.** *Plenum efficere, Replere.* III. **Cn.** Si fossas fecisset, — cogere oportere, fossas eum explere. fr. 24. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3. **§. 2.** *Implere, Consummare, Exsequi.* I. **Sy.** Replere, Finire. fr. 2. fr. 15. pr. de div. temp. praescr. 44. 3. Implere. fr. 63. §§. 7. sqq. fr. 65. §. 1. fr. 74. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 3. §. 8. fr. 4. §. 4. de

R. M. 49. 16. Consummare, Explicare, Exsequi. fr. 22. §. 11. fr. 27. §§. 2. 4. mand. 17. 1. III. **Cn.** Per ignorantiam magis, non explendi fideicommissi causa, hoc fecisse. fr. 68. §. 1. cf. fr. 27. §. 15. ad S. C. Treb. 36. 1. Quod faciendum viderit, expleat. Th. C. I. 15. c. 3. (Wck.) de off. Vicar. Expleta est numeratione substantia obligationis. fr. 6. ad S. C. Mac. 14. 6. Vsucapio, quae tempore constituto expleri solet. fr. 2. fr. 15. pr. de div. temp. praescr. 44. 3. Expleto tempore, quod defuisset (ad usucapionem.) fr. 6. §. 2. pro emt. 41. 4. Qui XIV annos aetatis expleverit. Gai. I. 40. Vlp. XI. 28.

Explicare.* **§. 1.** *Extricare, Liberare.* III. **Cn.** Si nullo alio modo, nisi praecisis funibus, explicare se potuit (navis.) fr. 29. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Rationes explic. fr. 69. §. 4. de legat. I. (30.) Quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem. fr. 31. de re iud. 42. 1. — **§. 2.** *Egredi, Supergredi.* II. **Op.** Immorari. — Explicare (mansionem.) Th. C. VIII. 5. c. 1. de cursu pub. — **§. 3.** *Expedire, Absolvere.* I. **Sy.** Exsequi, Peragere. fr. 24. §. 1. de app. et relat. 49. 1. Th. C. XI. 23. c. 1. c. 3. de protostas. XI. 30. c. 28. de app. et poen. Consummare. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1. Exstructum, Explicitum (templum.) fr. 17. de alim. v. cib. 34. 1. III. **Cn.** Eo modo collatio explicari potest, ut etc. fr. 2. §. 6. de collat. bon. 37. 6. Impendia, quae ad iter explicandum necessaria essent. fr. 7. ad S. C. Treb. 36. 1. Quod facile explicari possit scientia litterarum. fr. 93. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Quo facilius negotia explicentur, et probatio rerum salva sit. fr. 22. de testib. 22. 5. Vetera negotia explicare ac conservare. fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. cf. fr. 1. pr. de fideiuss. et nomin. 27. 7. Esse aliquem, per quem negotia sua provinciales explicent. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 6. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Ea, sine quibus jurisdictio explicari non potuit. fr. 2. de iurisd. 2. 1. Alias iureiurando aut testibus explicari. Paul. V. 15. §. 6. Civitas, in qua munus spontaneum crediderit explicandum. Th. C. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. cf. VI. 4. c. 33. de Praet. et Qu. — **§. 3.** *Exponere, Declarare.* III. **Cn.** Explicito tractatu, — transeamus nunc ad interpretationem. fr. 1. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 44. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Denique Sabinus hoc explicuit, addendo etc. fr. 11. depos. 16. 3. Cum desideria sua singulae civitates cupiunt explicare. Th. C. XII. 12. c. 7. de legat. et decr.

Explodere. *Abhorrere, Abolere.* III. **Cn.** Explosis atque reiectis (praescriptionibus.) Th. C. II. 5. c. 1. de domin. rei qu. posc. Si non agentis intentio per usucapionem, vel longum tempus, explosa sit. c. 7. de petit. hered. 3. 31. Explosis itaque his ridiculis ambiguitatibus, — existimabitur. c. 12. §. 1. de LL. 1. 14. Placuit, v. Visum est, explosis etc. c. 4. §. 1. de V. S. 6. 38. c. 31. de fideicomm. 6. 42.

Explorare. **§. 1.** *Inquirere, Examinare.* I. **Sy.** Inspicere, Exquirere. fr. 34. fr. 37. de LL. 1. 3. fr. 12. pr. §. 1. de cust. et exh. 48. 3. Examinare. Cf. h. v. Excutere. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. III. **Cn.** Diligenter explorabis, et si quid tale compereris, (consules nos.) fr. 14. l. 1. 18. Causa cognita statuendum est, explorandumque an etc. fr. 25. de legat. II. (31.) Explorare et investigare (maleficia.) fr. 8. pr. de quaestion. 48. 18. Cum iudex id exploraverit, et forte secundum me iudicatum sit. Gai. IV. 166. Legendas obferat rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit etc. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. Cum alienos adhibet, explorare eum oportet, cuius fidei, cuius innocentiae sint. fr. 7. §. 4. naut. caup. 4. 9. cf. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. Liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium. fr. 2. §. 6. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Expetere, Exigere.* III. **Cn.** Sin autem non talis census eius inveniatur, tunc et fideiussio — ab eo exploretur. c. 27. de episc. aud. 1. 4.

Exploratio. *Speculatio.* III. **Cn.** Is qui exploratione emanet, hostibus insistentibus, aut qui a fossato recedit. fr. 3. §. 4. de R. M. 49. 16.

Explorator. *Speculator.* III. **Cn.** Exploratores, qui secreta nunciaverunt hostibus, (proditores sunt.) fr. 6. §. 4. de R. M. 49. 16. Praesides periculum sustinebunt, cum super hac re exploratores iam missi sunt. Th. C. VIII. 5. c. 3. de cursu pub.

Exploratus. (Partic.) *Compertus, Probatus.* III. **Cn.** Quaeris; — sed ea res nec dubitationem habet, nec unquam habuit, quin exploratum sit etc. fr. 3. de natal. restit. 40. 11. Auctoritatis, prudentiae, fidei exploratae esse. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Explorati iuris est. fr. 52. §. 5. pro soc. 17. 2. c. 2. ad L. Falc. 6. 50. Pro exploratis haberi. fr. 1. §. 17. de quaestion. 48. 18. Exploratissimum est. fr. 5. §. 4. de O. N. N. 39. 1.

Expolitio. *Exornatio.* III. **Cn.** Neve ad — publicorum operum expolitionem sine mercede cogantur. Th. C. XIII. 4. c. 4. de excus. artif.

Expolitus. (Partic.) *Excultus.* III. **Cn.** Studiorum liberalium usu atque exercitatione pollere, et ita esse litteris expolitum, ut etc. Ib. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R.

Exponere. **§. 1.** *Extra ponere, Deponere.* I. **Sy.** Abiicere, Proiicere (partum etc.) Th. C. V. 7. c. 1. sq. de exposit. Positum, Expositum (habere.) fr. 5. §§. 6. 8. 10. 12. de h. qu. effud. 9. 3. III. **Cn.** Si propter necessitatem adversae tempestatis expositum onus fuerit. fr. 16. §. 8. de publican. 39. 4. cf. fr. 10. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. Qui partum perfocat, — qui abiicit, et qui alimonia denegat, et qui publicis locis misericordiae causa exponit. fr. 4. de agn. et alend. 25. 3. Qui nascuntur, matrum conditionibus — uti, quarum mox visceribus exponuntur. Th. C. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. — **§. 2.** *Proponere, Exsequi.* I. **Sy.** Interponere (stipulationem.) fr. 15. pr. §. 1. de procur. 3. 3. c. 2. c. 8. sq. de n. num. pec. 4. 30. Conscribere, Emittere (cautionem.) c. 1. c. 8. l. l. 4. 30. fr. 25. §. 4. de probat. 22. 3. Conferre (donationes.) c. 25. de don. int. V. 5. 16. III. **Cn.** Eius rei stipulatio — a Gallo Aquilio talis exposita est. fr. 18. §. 1. de acceptil. 46. 4. cf. c. 21. de furt. 6. 2. Fecerunt, ut epistolam in eos exponeret, debitorem sese esse — confitentem. fr. 31. de pecun. const. 13. 5. Ad adgnoscendum suum debitum secundam cautionem in creditorem exponere. c. 7. §. 5. de praescr.

XXX. 7. 39. cf. fr. 43. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Cessiones — in semet exponi properare. c. 22. mand. 4. 35. — **§. 3.** *Profiteri, Explicare.* I. **Sy.** Referre. Gai. I. 39. Definire. fr. 5. §. 4. fr. 6. de pecul. 15. 1. III. **Cn.** Antequam apud eum (sc. iudicem) causam perorarent, solebant breviter ei et quasi per indicem rem exponere. Gai. IV. 15. cf. fr. 1. de O. I. 1. 2. In iure apud eum, qui iurisdictioni praeest, exp. (desiderium suum.) fr. 1. §. 2. de postul. 3. 1. cf. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Summatim re exposita, (ad suspicionem iudicem adducam.) fr. 40. ad L. Aqu. 9. 2. Quidam referunt, — apud Vivianum — expositam esse in quaestione huiusmodi controversiam. fr. 14. pr. de iure codic. 29. 7. Superest ut exponamus. Gai. I. 116. Illud, de quo superius exposuimus. Ib. III. 194. Diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est. Ib. III. 54.

Exportare. *Extra portare.* I. **Sy.** Evehere. fr. 6. pr. de S. P. R. 8. 3. III. **Cn.** Ne vim facias mihi, quominus eum thesaurum effodiam, tollam, exportem. fr. 15. ad exhib. 10. 4. Si quis eum exportare, vehere, quae refectioni necessaria sunt, prohibeat. fr. 3. §. 10. de riv. 43. 21. cf. fr. 3. §. 2. de S. P. R. 8. 3. Quae exportandorum fructuum causa parantur. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Quod omnem rem suam, i. e. peculium, exportaverit antequam rationes redderet. fr. 40. §. 6. de statulib. 40. 7. Qui exportandus a domino de civitate sua venit. c. 5. cf. c. 3. si serv. export. 4. 55. Vatic. §. 6. fr. 4. §. 9. de manum. 40. 1. Exportandus si venierit ab Italia. fr. 2. de serv. export. 18. 7.

Exposcere. *Flagitare, Exigere.* I. **Sy.** Postulare. Th. C. XI. 36. c. 19. Quor. app. n. rec. III. **Cn.** Quae (sc. B. P.) causae cognitionem pro tribunali desiderat, vel quae decretum exposcit. fr. 2. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Si maior pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit. fr. 97. de solut. 46. 3. Nummum vetamus exposci pro animalibus. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 4. de curios. Qui quaestionem servorum exposcunt. c. 1. §. 1. de iureiur. pr. calumn. 2. 59.

Expositio. **§. 1.** *Propositio, Emissio.* III. **Cn.** Post huiusmodi securitatis expositionem (XXX. dies numerandi.) c. 14. §. 2. de n. num. pecun. 4. 30. — **§. 2.** *Nuncupatio, Relatio.* I. **Sy.** Enumeratio (personarum.) fr. 10. §§. 16. sqq. de grad. et adfin. 38. 10. III. **Cn.** In ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio. Th. C. IX. 6. c. 3. ne pr. crim. mai.

Expositus. (Partic.) *Subiectus, Obnoxius.* I. **Sy.** Suppositus atque obiectus (casibus, v. insidiis.) fr. 1. pr. de minor. 4. 4. fr. 2. §. 2. ad S. C. Vell. 16. 1. III. **Cn.** Publica (res) quae usibus populi perpetuo exposita est. fr. 2. I. de inut. stip. 3. 19.

Expostulare. **§. 1.** *Exigere, Requirere.* I. **Sy.** Deposcere. cf. h. v. III. **Cn.** Naturalis ratio expostulat. fr. 36. §. 5. de hered. 5. 3. Prout quaeque res expostulat. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Exponere in iure. Postulare.* III. **Cn.** Non accusantes (sc. servi) dominos, sed si verecunde expostulent, si saevitiam — apud praefectum Vr. exponant. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12.

Expressim. (Advb.) *Diserte, Aperte.* I. **Sy.** Specialiter (ac nominatim.) fr. 19. de app. et relat. 49. 1. c. 4. de praescr. XXX. 7. 39. II. **Op.** Expr. insertum. — Praetermissum. c. 6. de fruct. et lit. exp. 7. 51. III. **Cn.** Apertissime et expressim (disponere.) c. 1. §. 11. de caduc. toll. 6. 51. Edicti nuncupatione censeri, — vel expressius continere etc. c. 3. de LL. 1. 14.

Expressio. **§. 1.** *Figuratio.* (cf. h. v.) III. **Cn.** Qui (solidus) maiore habitu faciei extenditur. — Qui angustiore expressione concluditur. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circul. — **§. 2.** *Descriptio, Indictio.* III. **Cn.** Quod solemnis expressio popularibus commodis ex provincialium collectione desiderat. Ib. XI. 2. c. 3. tribut. in ips. spec.

Expressus. (Partic.) *Pronunciatus, Aperte descriptus.* I. **Sy.** Memoratus. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 4. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 5. II. **Op.** Sive expressum est, vel certe intellexit. fr. 6. de adsign. libert. 38. 4. Expressae, — Omissae (partes.) Gai. III. 150. Expressa, — Tacita, (conditio.) fr. 21. de iure dot. 23. 3. III. **Cn.** Nisi specialiter hoc expressum sit. fr. 27. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 4. §. 4. si qu. cautt. 2. 11. Quae nominatim expressa. fr. 35. de iudic. 5. 1. fr. 12. §. 46. de instr. leg. 33. 7. Vel expressa, vel compendio facta (substitutio.) c. 8. de impub. et al. 6. 26. Etiamsi super hac re expressior cesset sententia iudicantis. Th. C. IV. 18. c. 1. de fruct. et lit. exp.

Exprimere. **§. 1.** *Premendo elicere, Excutere, Extrahere.* III. **Cn.** Areae tuae ad frumenta, caeteraque legumina exprimenda utendi (servitus.) fr. 14. §. 3. de alim. leg. 34. 1. Quae (sc. fistula) aquam latius exprimeret. fr. 15. de S. P. R. 8. 3. Ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit. fr. 1. §. 23. de quaestion. 48. 18. — **§. 2.** *Effingere, Efformare.* III. **Cn.** Armaria, delphicae, pelves, — et similia, qua cunque materia expressa. Paul. III. 6. §. 56. Quodve signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, amoverit. Ib. V. 25. §. 1. — **§. 3.** *Explicare, Declarare.* I. **Sy.** Adiicere, Concipere, Comprehendere. fr. 25. §§. 8. sq. fr. 38. §§. 11. 14. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 13. §§. 3. sqq. de reb. dub. 34. 5. Declarare, Pronunciare, Nuncupare. fr. 13. §. 6. ib. 34. 5. fr. 25. Qu. testam. fac. p. 28. 1. III. **Cn.** Et ait Mela, — sed non exprimit de actionibus. fr. 20. §. 1 de praescr. vv. 19. 5. Non satis in ea re legislatorem voluntatem suam verbis expressisse. Gai. III. 76. Si expresserit iudex summam in sententia, solvique iusserit vel praestari, vel quo alio verbo hoc significaverit. fr. 59. pr. de re iud. 42. 1. Interdum haec adiectio testatoris voluntatem exprimit. fr. 13. pr. de hered. inst. 28. 5. Oratio, quam exprimunt litterae. fr. 38. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 56. pr. mand. 17. 1. Id nisi palam verbis exprimitur. fr. 99. pr. de V. O. 45. 1. Specialiter, s. Evidenter, s. Manifeste, exprimi. Paul. V. 33. §. 6. fr. 33. de excusatt. 27. 1. fr. 68. §. 3. de legat. III. (32.) Nulla for-

formula ad condictionis fictionem exprimitur. Gai. IV. 33. cf. 10.

Exprobrare. *Probro obiicere.* III. ***Cn.*** Cui beneficium datae libertatis exprobrari potest. — Cui fideicommissa libertas soluta est. Vatic. §. 225.

Expromere. *Proferre, Exsequi.* I. ***Sy.*** Adlegare (titulum, s. causas.) Vatic. §§. 155. sq. III. ***Cn.*** Omnes peremtorias praescriptiones — cogatur expromere. Th. C. XI. 30. c. 37. de app. et poen. In eos — supplicium iustae animadversionis expromi. Ib. XVI. 5. c. 44. de haeret.

Expromissor. *Qui pro alio novandi animo promittit.* I. ***Sy.*** Qui rogatu alterius reus factus est. fr. 7. §. 8. de d. m. 4. 3. fr. 5. §. 7. de iure dot. 23. 3. fr. 1. §. 8. Quar. rer. act. 44. 5. Qui, novatione facta, pecuniam expromisit. fr. 20. ad S. C. Mac. 14. 6. fr. 22. ad S. C. Vellei. 16. 1. III. ***Cn.*** Quod de fideiussore diximus, plenius acceptum est, qualibet ratione venditori de pretio satisfactum est, veluti expromissore, aut pignore dato. fr. 53. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 10. de pign. act. 13. 7. fr. 4. §. 3. de re iud. 42. 1. Si quis accepto tulerit debitori suo, cum conveniret ut expromissorem daret, nec ille det. fr. 4. de cond. c. dat. 12. 3. cf. fr. 8. §. 8. ad S. C. Vell. 16. 1. Nemo alienae rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione. fr. 110. §. 1. de R. I. 50. 17.

Expromittere. *Promissione in se recipere pristinam obligationem, tam propriam quam alienam.* I. ***Sy.*** Promittere. fr. 36. de iure dot. 23. 3. Qui pecuniam stipulatus est. Cui expromissum est. fr. 31. §. 3. fr. 35. §. 7. de m. c. donat. 39. 6. III. ***Cn.*** Si mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat, vel expromittat. fr. 22. ad S. C. Vell. 16. 1. cf. fr. 45. §. 4. mand. 17. 1. Debitor mulieris iussu eius pecuniam viro expromisit, deinde vir acceptam eam iussu mulieris fecit. fr. 36. de iure dot. 23. 3. Si is, cui mutua pecunia data fuerat, — novatione facta eam pecuniam expromisit. fr. 20. ad S. C. Mac. 14. 6. fr. 19. §. 4. de donat. 39. 5. Si is heredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiseram, dederit. fr. 104. §. 1. de legat. I. (30.)

Expugnare. **§. 1.** *Pugnando capere.* III. ***Cn.*** Qui aedes alienas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint. Paul. V. 3. §. 3. V. 26. §. 3. fr. 3. §§. 2. 6. fr. 11. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, quid rapuisse, recepisse d. m. — dicetur. fr. 1. pr. fr. 5. de incend. ruina. 47. 9. — **§. 2.** *Oppugnare, Adpetere.* III. ***Cn.*** Qui — auctoritatem nostri numinis ausi fuerint expugnare. Th. C. XVI. 4. c. 4. de h. qu. sup. relig. Inofficiosi querela exp. (testamenta.) c. 37. §. 1. de inoff. testam. 3. 28.

Expugnatio. *Adpetitio, Adgressio.* III. ***Cn.*** Luxuria castigata ab expugnatione pudicitiae. Nov. Maiorian. de adult. IV. 8. c. 1.

Expugnator. *Adgressor, Invasor.* III. ***Cn.*** Vt hostis publicus, et expugnator utilitatis inventae — congrediatur. Th. C. VI. 4. c. 22. §. 3. de Praet. et. Qu.

Expulsio. *Exturbatio, Deiectio.* III. ***Cn.*** Quaecunque de rebus eius illo expulsionis tempore a quocunque pervasa sunt. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 5.

Expungere. **§. 1.** *Obliterare, Delere.* III. ***Cn.*** Servi piscatores, — qui — urbicis rationibus expungebantur, nec mortis testatoris tempore in praediis legatis deprehensi fuerint. fr. 27. pr. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 15. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Dispungere.* III. ***Cn.*** Reip. rationes subscriptae et expunctae. fr. 13. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. fr. 8. §. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8.

Expurgatio. *Purgatio, Emendatio.* III. ***Cn.*** Post expurgationem prioris vitae. c. 23. §§. 1. 5. de nupt. 5. 4.

Exquirere. **§. 1.** *Inquirere, Examinare, Requirere.* I. ***Sy.*** Explorare. cf. h. v. §. 1. Exigere, Spectare (voluntatem.) fr. 8. fr. 9. pr. §§. 1. sqq. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. ***Cn.*** De his controversiis — neque sine iudice transigi, neque apud iudicem exquiri veritas aliter potest, quam etc. fr. 1. §. 1. testam. quemad. ap. 29. 3. E re itaque constituendum est. — Ergo hoc exquirite etc. Coll. LL. M. I. 6. Non diem et Consulem ad liquidum exquirendum, sed sufficere si quid sciat factum. fr. 2. §. 8. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Si quidem mea causa dedi, dum volo pretium exquirere. fr. 10. §. 1. commod. 13. 6. Liberti etiam — evocandi, exquirendaque defensio. fr. 5. §. 1. ex qu. c. in poss. 42. 4. Exquirere ex vicinis civitatibus honestissimum quemque, et nomina Praesidibus Pr. mittere. fr. 1. §. 10. de mag. conv. 27. 8. — **§. 2.** *Excogitare, Confingere.* (cf. v. Exquisitus. §. 2.) III. ***Cn.*** Quae (sc. fraudes) contra commoditates publicas exquiruntur. Nov. Th. II. de am. mil. fori praescr. I. 9. c. 2. pr.

Exquisitio. *Inquisitio.* I. ***Sy.*** Examinatio. c. 1. pr. de adsert. toll. 7. 17. cf. c. 9. §. 1. de sec. nupt. 5. 9.

Exquisitus. (Partic.) **§. 1.** *Diligenter quaesitus, Lectus.* III. ***Cn.*** Exquisitis remediis mansuetudo nostra prospexit. Th. C. XIII. 5. c. 38. pr. de navicul. Vt exquisitis poenis subdantur (infames.) Ib. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult. — **§. 2.** *Excogitatus, Confictus.* I. ***Sy.*** Commenticius et concinnatus. Ib. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. III. ***Cn.*** Exquisita et adinventa commenta. Coll. LL. M. XV. 3. Variis ambagum versutiis exquisita (donatio.) Vatic. §. 273. Exquisita lucra captare. Th. C. XI. 1. c. 32. de annon. et tribut.

Exscindere. cf. v. Excīdere.

Facere. §. 1. ***Fabricare, Arte et operis construere.*** I. ***Sy.*** Aedificare, Exstruere (insulam.) fr. 72. §. 2. fr. 84. fr. 124. de V. O. 45. 1. Fabricare. Cf. h. v. II. ***Op.*** Factum, — Infactum [al. Infectum] argentum, v. linum. fr. 70. §. 11. fr. 78. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 27. pr. §§. 1. 3. sqq. de auro arg. 34. 2. III. ***Cn.*** Quodve signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, amoverit, reseraverit. Paul. V. 25. §. 1. Qui pecuniam praestat ad aliquam comparandam rem, vel renovandam, vel faciendam. Iul. ep. nov. c. 90. §. 342. Locat artifex operam suam, i. e. faciendi necessitatem. fr. 22. §. 2. locat. 19. 2. Si quam rem nobis fieri velimus, veluti statuam etc. fr. 20. de contr. emt. 18. 1. Heredem meum volo — ut in patriam meam faciat porticum publicam. fr. 6. §. 2. de auro arg. 34. 2. Qui in via publica aliquid fecit. — Qui factum, immissum habet. fr. 2. §§. 35. 37. ne qu. in loco pub. 43. 8. — §. 2. ***Perpetrare, Committere.*** I. ***Sy.*** Adhibere, Admittere, Inferre (vim etc.) cf. v. Adhibere. §. 2. Committere (furtum etc.) Gai. III. 157. 182. 197. cf. fr. 225. de V. S. 50. 16. Excogitare (fraudem.) cf. h. v. II. ***Op.*** Mandare alii. Curare, ut ab alio (fiat etc.) fr. 7. §. 5. fr. 9. de iurisd. 2. 1. Pati. fr. 124. de V. S. 50. 16. Gai. III. 221. Paul. V. 4. §. 1. III. ***Cn.*** Poenae modus ex conditione personae, et mente facientis, magis statui potest. Coll. LL. M. XIII. 3. Qui vetante Praetore fecit, hic adversus edictum fecisse proprie dicitur. fr. 102. pr. de R. I. 50. 17. Praeterquam si quis eorum contra eum fecerit, qui ipse eorum quid fecisset. fr. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2. Contra voluntatem defuncti facere. Paul. III. 5. §. 13. cf. fr. 202. de V. S. 50. 16. Turpiter facere. fr. 3. §. 3. de calumn. 3. 6. Iure fecisse existimari. fr. 3. de I. et I. 1. 1. Ope videri fecisse. fr. 53. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. Paul. II. 31. §. 10. Qui convocatis hominibus vim fecerit, (quo quis verberetur, pulsaretur.) fr. 2. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Qui aedes alienas — expilaverint, — si quidem in turba cum telo fecerint etc. fr. 11. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Cui sorte obvenerit quaestio de sicariis, eius quod in urbe Roma — factum sit. Coll. LL. M. I. 3. Si tibi mandem, ut Titio furtum aut iniuriam facias. Gai. III. 157. 182. 221. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est. Paul. II. 31. §. 2. Si metus causa te fecisse, vel dolo malo, arguero. Gai. IV. 117. 119. — §. 3. ***Celebrare, Agere.*** I. ***Sy.*** Gerere. fr. 1. fr. 9. §§. 1. 8. Qu. met. c. 4. 2. Agere (verbis.) fr. 19. de V. S. 50. 16. Scribere (substitutionem etc.) Gai. II. 181. fr. 19. de iure codic. 29. 7. Emittere. cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Complura praeterea huius iuris ordinandi gratia — aguntur et fiunt. Gai. I. 112. Tabulas testamenti facere, signare. fr. 19. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi. fr. 18. §. 1. ib. 28. 1. Cum matrem tuam donationis instrumenta in neptem suam fecisse, nec ea tradidisse dicas. Vatic. §. 297. Nomina, quae pater usuris maioribus fecit. fr. 39. §. 14. de adm. et peric. 26. 7. Plures argentarii, quorum nomina simul facta sunt. fr. 9. pr. de pact. 2. 14. Si ego cum muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem cui haec factum vellet. fr. 4. pr. ad S. C. Vell. 16. 1. Pacta conventa, quae neque d. m., neque adversus leges — facta erunt. fr. 7. §. 7. de pact. 2. 14. Iuxta DD. Principum constitutiones super hac re factas. Vatic. §. 277. Solemniter facta (contestatio.) Vlp. XX. 1. Iure facta (adoptio.) fr. 38. sq. de adopt. 1. 7. Dies complendis solemnitatibus praestituti ad facienda haec. Th. C. XI. 30. c. 14. de app. et poen. Adoptio, quae per populum fit. Gai. I. 100. cf. 98. 107. Qui sacra impia, nocturnave — fecerint, faciendave curaverint. Paul. V. 23. §. 15. Ludos fac. cf. v. Ludi. — §. 3. A. ***Eligere, Creare.*** I. ***Sy.*** Eligere. Iul. ep. nov. c. 26. §. 97. cf. c. 5. §. 23. III. ***Cn.*** Codicillos honoris accipiant, et fiant ab illustribus, vel comitibus etc. Ib. c. 23. §. 88. — §. 4. ***Quaerere, Exercere.*** I. ***Sy.*** Exercere, Gerere (lenocinium, v. quaestum.) cf. v. Exercere. §. 2. III. ***Cn.*** Qui virtutis ostendendae causa hoc faciunt, sine mercede. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. cf. fr. 4. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Corpore quaestum facere. Vlp. XIII. 1. Artem ludicram fac. Ib. l. l. fr. 37. pr. de oper. libert. 38. 1. Medicinam fac. fr. 26. §. 1. ib. 38. 1. Argentariam fac. fr. 4. §§. 3. sq. de edend. 2. 13. — §. 5. ***Praestare, Praebere.*** I. ***Sy.*** Adferre (meliorem conditionem.) cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Cum intendimus: „dare, facere, praestare oportere." Gai. IV. 2. Qui ita interrogantur: „Idem dabis? Idem promittis? Idem facies?" Ib. III. 116. Heres meus damnas esto dare; dato, facito! Vlp. XXIV. 4. Si mater alimenta, quae fecit in filium, a patre repetat. fr. 5. §. 14. de agn. et alend. 25. 3. Qui uxori eius dotem facere volebat. fr. 49. de iure dot. 23. 3. Caetera ex interdicto facere nolebant, atque ob id non poterat res ex-

pediri. Numeratio facta post stipulationem. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Restitutionem rei facere. fr. 14. §§. 3. sq. ib. 4. 2. Praedia mihi vendidisti, et convenit ut aliquid facerem. fr. 28. de A. E. V. 19. 1. Data conditione: „Illud facito in diebus!" fr. 217. §. 1. de V. S. 50. 16. Abstinendi potestatem facit Praetor (etiam mancipato.) Gai. II. 160. — **§. 6.** *Solvere.* I. **Sy.** Solvere. fr. 176. de V. S. 50. 16. Solvendo non esse. Facere nihil posse. fr. 8. sq. de cond. indeb. 12. 6. fr. 18. §. 1. sol. matrim. 24. 3. Quatenus facultates, s. Non ultra facultates. In id, quod facere possunt, (conveniri.) fr. 49. de pact. 2. 14. fr. 16. sqq. fr. 21. sq. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Facere solidum non posse. fr. 63. pr. §§. 1. sqq. 5. pro soc. 17. 2. Si maritus minus facere potest, (in id, quod facere potest, condemnandus est.) fr. 36. sol. matrim. 24. 3. Si condemnatus nihil facere potest. fr. 21. de solut. 46. 3. Si dolo eius factum esset, quominus facere posset. fr. 18. §. 1. sol. matr. 24. 3. Quantum facere potuit, quamvis postea amiserit. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. Quodsi maritus plus constituit ex dote, quam facere poterat. fr. 3. pr. de pecun. const. 13. 5. In id, quod, s. Eatenus, quatenus (facere potest, conveniri v. condemnari.) fr. 16. fr. 18. fr. 19. §. 1. de re iud. 42. 1. In quantum facere potest, (condemnatur.) fr. 3. pr. de pecun. const. 13. 5. Si iudicatum fecerit. fr. 42. pr. de R. C. 12. 1. Faciat iudicata. fr. 21. de auct. et cons. 26. 8. Ni iudicatum facit. Frr. L. XII Tabb. III. 3. — **§. 6. A.** *Satisfacere.* III. **Cn.** Si adpareat eum, qui constituit, neque solvere neque fecisse. fr. 16. §§. 2. 4. fr. 17. fr. 21. §. 2. de const. pecun. 13. 5. — **§. 7.** *Curare, Exsequi, Conciliare.* I. **Sy.** Procurare. c. 2. Quemad. testam. aper. 6. 32. III. **Cn.** Si quis magistratus adversus haec d. m. — faxit, iussitve re fieri, dolumve adduit quod ea fiant. Fr. L. Siliae. Ap. Fest. v. Publica pondera. Idque magistratus — facito ut fiat. Fr. L. Mamil. c. 3. (p. 339. Goes.) Sei ita pareat condumnari popul. facitoque iudicetur. Fr. L. iudiciar. (Spangbg. p. 75.) Qu(aestor) praedes facito det. Fr. L. Servil. c. 17. Si tibi ex ea merce solvi fecit. fr. 7. §. 2. de tribut. act. 14. 4. Si heres iussus sit facere, ut Lucius C habeat. fr. 73. pr. de legat. I. (30.) Rogo te, ut id — facias pervenire ad filium tuum. fr. 75. §. 1. cf. fr. 19. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Persuaserunt P. Maevio, — et fecerunt ut epistolam in eos exponeret. fr. 31. de const. pec. 13. 5. — **§. 8.** *Perficere, Constituere.* I. **Sy.** Perficere, Consummare (aedificia.) fr. 139. de V. S. 50. 16. Constituere (ius etc.) Gai. I. 3. fr. 2. §. 12. de O. I. 1. 2. fr. 40. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Is, qui leges facit. Paul. IV. 5. §. 3. Senatum ius facere posse. fr. 9. de LL. 1. 3. Auctor fuit (D. Hadrianus) S.Cti faciendi. Gai. III. 73. Plebiscita — sine auctoritate eorum (sc. patriciorum) facta. Ib. I. 3. Lex (XII Tabb. etc.) facit. Vlp. I. 9. 11. Verba edicti faciunt. Gai. IV. 99. Et facit quidem totum (voluntas defuncti.) fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Quod in filio faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote. Gai. I. 135. Arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. Ib. III. 131. Quem sibi per adrogationem — filium facit. fr. 40. §. 1. de adopt. 1. 7. Creditoris fac. — Suam fac. (pecuniam.) fr. 24. de N. G. 3. 5. Si fecisses eius (hominem.) — Si tuus mansisset. fr. 15. de cond. c. dat. 12. 4. Dare nummos, et facere accipientis. fr. 3. §. 8. ib. 12. 4. fr. 55. de cond. et dem. 35. 1. Gai. II. 81. sq. 84. Qui vendidit, necesse non habet fundum emtoris facere. fr. 25. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Restituere est, etiam possessorem facere, fructusque reddere. fr. 22. de V. S. 50. 16. In bonis alicuius facere (rem.) c. 19. de donat. int. V. 5. 16. — **§. 9.** *Efficere.* I. **Sy.** Effici, Fieri, Esse. (cf. v. Efficere. §. 3.) fr. 2. §. 2. fr. 11. fr. 40. pr. de adopt. 1. 7. Evenire, Fieri. fr. 42. §. 2. de procur. 3. 3. Constituere. fr. 6. §. 9. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Sed is, qui — stipulatus est, et ratum habeat, — facit ut res in iudicium deducta videatur. fr. 66. de procur. 3. 3. Securum facere adversarium nostrum, datis fideiussoribus. fr. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Mandati te si condemnavero, famosum facio. fr. 6. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Ex compromisso arbiter infamiam non facit. fr. 13. §. 5. ib. 3. 2. Ea res agatur, quod praeiudicium hereditati non fiat. Gai. IV. 133. Pecunia, quae ex aestimatione partis tertiae fiebat. fr. 10. de praescr. vv. 19. 5. Sed quid fiet, si etc.? fr. 18. §. 9. de damn. inf. 39. 2. Vt fit, cum etc. fr. 42. §. 2. de procur. 3. 3. Potest fieri, ut etc. fr. 7. §. 1. de edend. 2. 13. Non multum facit, quod etc. fr. 7. §. 1. Qu. potior. 20. 4. Omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. fr. 38. de V. S. 50. 16. — Facit quaestionem etc. fr. 6. pr. ad L. Fab. de plag. 48. 15. — **§. 10.** *Excipere, Experiri, Pati.* III. **Cn.** Abortum facere. §. 1. I. de exher. liber. 2. 13. Si quis cum libera muliere consuetudinem habeat, — et ex ea liberos naturales fecerit. Iul. ep. nov. c. 67. §. 241. Nec ullum in legato damnum facere intelligi. fr. 56. de legat. I. (30.) Eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt. Gai. III. 85. — **§. 11.** *Versari, Agere.* I. **Sy.** Esse (in custodia.) fr. 11. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Degere (extra ecclesiam.) Iul. ep. nov. c. 6. §. 25. III. **Cn.** Is servus fugerat, et annum in fuga fecerat. fr. 14. §. 1. de statulib. 40. 7. Postquam desierit esse Praeses, in eadem provincia L dies faciat. Iul. ep. nov. c. 15. §. 57. c. 88. §. 337. — **§. 12.** *Aestimare, Ducere.* III. **Cn.** Magni enim facient provinciales, (servari sibi consuetudinem istam.) fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. (cf. v. Magnifacere.) Parvi facere (iussionem.) Th. C. XII. 1. c. 9. de decurion.

Facessere. *Exhibere.* III. **Cn.** Quive ob accusandum, negotiumve cui facessendum, pecuniam accepisse iudicatus erit. fr. 4. de accus. 48. 2.

Facies. **§. 1.** *Os, Vultus (hominis.)* I. **Sy.** Vultus. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solid. circul. III. **Cn.** Minime in eius facie scribatur, dum et in manibus et in suris possit. Ib. IX. 40. c. 2. de poen. — **§. 2.** *Externa rerum species, s. habitus.* I. **Sy.** Fronte, Facie (prima.) fr. 5. §. 1. de cond. sine c. 12. 7. fr. 12. de probat. 22. 3. III. **Cn.** Si proponatur instar quoddam, et quasi facies quaedam facta operis. fr. 21. §. 3. de O. N. N. 39. 1. Prima facie, — Re vera (videri, v. esse.) Gai. IV. 126. fr. 13. pr. ad S.

C. Vell. 16. 1. fr. 31. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. Qui aut aedificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutat. fr. 1. §. 11. de O. N. N. 39. 1. cf. fr. 3. §. 2. de term. mot. 47. 21. Nihil deminutum esse de facultatibus, — sed eandem faciem patrimonii permansisse. fr. 55. §. 4. de adm. et per. 26. 7.

Facile. (Advb.) **§. 1.** *Expedite.* III. **Cn.** Et frequenter et facile (evenire.) fr. 5. de LL. 1. 3. Non semper, nec facile (concurrere.) fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. Non quoniam facile est, (consentire omnes,) sed quia etc. fr. 17. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. Non tam facile est dicere etc. fr. 19. §. 5. de castr. pecul. 49. 17. Si modo facile ei fuerit (satisdare.) fr. 8. pr. cf. fr. 6. §. 12. de N. G. 3. 5. fr. 7. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Potest adversarius interdum facilius id praestare, quod non petitur. Gai. IV. 53. Quo facilius occultetur (excogitata fraus.) fr. 49. pr. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Commode, Congruenter.* III. **Cn.** Quibus (vestimentis) vir non facile uti potest sine vituperatione. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Vt facilius iudicantibus de adulterio probetur. fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen etc. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. Non facile, nisi etc. fr. 25. sq. fr. 39. §. 7. de procur. 3. 3. Quod non facile admissum est. fr. 1. §. 5. de separat. 42. 6. Facile constabit. — Non facile procedit, ut etc. fr. 91. pr. de legat. III. (32.) Gai. II. 50. Facilius putare, v. dicere. fr. 34. de N. G. 3. 5. fr. 2. Qu. res pign. 20. 3. — **§. 3.** *Temere, Leviuscule.* I. **Sy.** Temere. fr. 58. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Non quoscunque, nec facile, (in locum proprium substituant.) Th. X. 20. c. 16. de murileg. Mariti calor et impetus, facile decernentis [al. desaevientis.] fr. 22. §. 4. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Ne facile quis prosiliat ad accusationem. fr. 7. pr. de accus. 48. 2. De vivis curandum erat, ne facile bonorum venditiones paterentur. Gai. II. 79. Cum hi — facile transigerent, contenti modico praesenti. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. Facilius se mulier obligat, quam alicui donat. fr. 4. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Sed non debuit facile, quae ignorabat, adseverare. fr. 13. §. 3. de A. E. V. 19. 1.

Facilis. (Adiect.) **§. 1.** *Expeditus.* III. **Cn.** Si nihil pretio addatur, solutio tamen offeratur facilior pretii, vel maturior. fr. 4. §. 6. de in diem addict. 18. 2. Frequenter ignorantia liberos emimus; non autem tam facilis, frequens adoptio — filiorum est. fr. 44. pr. de usurp. 41. 3. Quod in facili est, si etc. fr. 8. de confirm. tut. 26. 3. Ex facili (solvenda pecunia.) fr. 4. §. 1. de eo qu. c. loc. 13. 4. — **§. 2.** *Proclivis, Pronus.* I. **Sy.** Propensus. fr. 47. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Vt in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur. fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 1. §. 1. si mul. ventr. nom. 25. 6. Non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. fr. 13. §. 3. de A. E. V. 19. 1. — **§. 3.** *Temerarius, Protervus.* III. **Cn.** Alioquin facillimus quisque ad iusiurandum decurrens etc. fr. 3. pr. de iureiur. 12. 2. cf. fr. 8. pr. de cond. inst. 28. 7.

Facilitas. **§. 1.** *Occasio promta.* III. **Cn.** Non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate (fideiussor locuples videtur dari.) fr. 2. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. — **§. 2.** *Inconstantia, Levitas.* III. **Cn.** Temeritatem facilitatis veniam continere, et inconsultum calorem calumniae vitio carere. fr. 1. §. 5. ad S. C. Turp. 48. 16. cf. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Si ab aliis circumventi, vel sua facilitate decepti — amiserunt. fr. 44. de minor. 4. 4. Facilitati suae expensum ferre, s. imputare debere. fr. 3. §. 3. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 1. §. 17. de separat. 42. 6. Donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate. fr. 1. de don. int. V. 24. 1.

Facinorosus. (Adiect.) *Flagitiosus.* I. **Sy.** Funestus. c. 8. pr. de haeretic. 1. 5. III. **Cn.** Habere gladii potestatem ad animadvertendum (in) facinorosos homines. fr. 3. de iurisd. 2. 1.

Facinus. **§. 1.** *Maleficium, Delictum omne.* III. **Cn.** Si aliqua rixa, — aut aliqua vis — facta esset, et ab his rebus facinus abesset, etc. fr. 20. de O. et A. 44. 7. Tripli poena, propter facinus, satisfacere cogitur. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Crimen publicum.* I. **Sy.** Scelus. Paul. V. 14. §§. 1. sq. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Crimen. Paul. l. l. fr. 1. §. 5. nih. innov. 49. 7. III. **Cn.** Alius vitam, alius pudorem publico facinore defendit. Paul. V. 23. §. 8. Oportet illic criminum iudicia fieri, ubi facinus dicitur admissum. Th. C. IX. 1. c. 16. cf. c. 10. de accus. et inscr. Quae non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris. fr. 11. §. 7. cf. fr. 1. §. 43. Qu. vi aut cl. 43. 24. An, per immanitatem facinoris, supplicio adficiendus sit? fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Vt et conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus. fr. 28. §. 15. de poen. 48. 19.

Factio. **§. 1.** *Factum agendi, s. celebrandi negotium.* III. **Cn.** Testamenti factio non privati, sed publici iuris est. fr. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. (cf. v. Testamentifactio.) — **§. 2.** *Facultas, Copia agendi.* I. **Sy.** Ius faciendi (testamenti.) Vlp. XVI. 1. XX. 16. Gai. II. 113. sq. fr. 10. §. 1. fr. 22. pr. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** Et civitatem R. retinet, et testamenti factionem non amittit. fr. 7. §. 3. de interd. et releg. 48. 22. Inter aliquos esse, v. Cum aliquo habere, testamenti factionem. Gai. II. 218. Vlp. XVI. 1. XX. 2. 8. XXII. 1. sqq. — **§. 3.** *Corpus, Consortium hominum.* III. **Cn.** Xviri — cum magistratum prorogarent sibi, — ut ipsi et factio sua perpetuo remp. occupatam retinerent. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. In reum maiestatis inquiri, — quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit. Paul. V. 29. §. 1. sq. Insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum. fr. 16. de app. et relat. 49. 1. cf. fr. 6. §. 9. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. Quisquis cum militibus, vel privatis, vel barbaris, scelestam inierit factionem. Th. C. IX. 14. c. 3. pr. ad L. Corn. de sicar. cf. VII. 1. c. 1. de R. M. Haereticorum factio. Ib. XVI. 2. c. 1. de episc. eccl. Per singulas factiones stabulorum (2000 modiorum fabae conferre.) Ib. XV. 10. c. 2. de equ. curul.

Factionarius. *Singulae aurigarum factioni praefectus.* III. **Cn.** Equos Hispani sanguinis vendendi solitam factionariis copiam non negamus. Ib. l. l. c. 1. pr.

Factiosus. (Adiect.) ***Factionibus studens, Seditiosus.*** III. **Cn.** Sive — fugit servus, tenebitur servi nomine, qui tam factiosam familiam habuit. fr. 13. §. 2. de publican. 39. 4. Si quid eruptio factiosa tentaverit. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 3. de haeret.

Factitare. *Vulgo facere.* I. **Sy.** Frequenter facere. fr. 7. §. 8. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 79. §. 1. de legat. III. (32.)

Factor. *Auctor, Exsecutor.* III. **Cn.** Si qui conscii, vel factores sceleris fuerunt. fr. 1. §. 21. de S. C. Silan. 29. 5. cf. fr. 6. §. 8. de R. M. 49. 16. Solent Praesides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores [al. fautores, v. factores facinorosi] agere dicuntur. fr. 7. de cust. et [illegible] 48. 3.

Factum. **§. 1.** *Actum, Facinus, Res gesta.* I. **Sy.** Exitus. Cf. h. v. §. 2. Actus. Cf. h. v. §. 2. Gestum. fr. 6. §. 11. de N. G. 3. 5. fr. 58. pr. de V. S. 50. 16. Peccatum. Th. C. IX. 40. c. 10. de poen. II. **Op.** Consilium, Propositio, Mens. Paul. V. 23. §. 3. fr. 9. de iurisd. 2. 1. fr. 53. §. 1. fr. 225. de V. S. 50. 16. Sententia. fr. 43. §. 12. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Rebus ipsis et factis (voluntatem suam declarare.) fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. Quod crimen non solum facto, sed et verbis impiis ac maledictis maxime exacerbatur. Paul. V. 29. §. 1. Gai. IV. 225. cf. Th. C. IX. 34. c. 1. de famos. libell. In his, in quibus factum personae, operaeve substantia desideratur. fr. 61. pr. de A. R. D. 41. 1. Servos nec torquere, neque flagellis caedere, neque in eum casum facto suo perducere, — quo deteriores fiant. Paul. III. 6. §. 23. Vt abstineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret; et curaret, ne fiat. fr. 189. de V. S. 50. 16. Adversus factum suum — movere controversiam. fr. 25. pr. de adopt. 1. 7. Alienum factum promittere. fr. 38. pr. §§. 1. sqq. de V. O. 45. 1. Certi hominis factum arguere. fr. 6. §. 4. naut. caup. 4. 9. Praestare facta (sociorum, v. servorum suorum, s. domesticorum.) fr. 22. pro soc. 17. 2. fr. 25. §. 7. fr. 31. §. 15. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 1. §. 6. furti adv. naut. 47. 5. Quod factum dupli damno, vel reliquorum eius solutione pensatur. Fr. de I. F. §. 6. — **§. 2.** *Rei praesentis habitus ac conditio. Singulae speciei elementa.* III. **Cn.** Facti quaestio. — Iuris auctoritas. fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. Facti, non iuris, (esse eam rem.) fr. 19. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 1. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. In facto potius, quam in iure consistere. Facti magis, quam iuris (esse.) fr. 10. de cap. minut. 4. 5. fr. 7. §. 3. de cur. furios. 27. 10. Tam iuris, quam facti (quaestionem moveri.) fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Conditiones facti, vel iuris, s. quae ex iure veniunt. fr. 21. fr. 60. pr. de cond. et dem. 35. 1. Ignorantia — non iuris, sed facti. fr. 11. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. Erit facti quaestio agitanda, (quid inter eos actum sit?) fr. 12. §. 4. Qu. potior. 20. 4. Ex facto incidit species eiusmodi. fr. 22. pr. ad L. Falc. 35. 2. Ex facto scio etc. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Ex facto consultus (suasit etc.) fr. 4. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 3. §. 1. de minor. 4. 4. In factum, v. In re facti (constitit.) fr. 34. de N. G. 3. 5. cf. fr. 52. §. 8. de O. et A. 44. 7. Quod in facto est. fr. 46. §. 1. de V. O. 45. 1. In ius, — In factum, (conceptae formulae.) Gai. IV. 45. sqq. 60. Ex facto, — In factum (actio.) fr. 25. §. 1. de O. et A. 44. 7. Legibus proditae, — In factum accommodatae (actiones.) fr. 11. cf. fr. 1. pr. fr. 2. sqq. de praescr. vv. 19. 5. In factum verbis temperandam actionem dandam, (ut bonae fidei mentio fiat.) fr. 11. §. 1. de d. m. 4. 3. Ex emto actio est, — aut proxima emti, in factum datur. fr. 6. de resc. vend. 18. 5. Exceptione in factum comparata, vel doli mali, (submoveri.) fr. 4. §. 32. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 14. §. 13. Qu. met. c. 4. 2. In factum concepta replicatione (retineri.) fr. 15. pr. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 3.** *Praeceptum, Decretum.* III. **Cn.** Cuius intentione contra generale factum fuerit constitutum. Th. C. XI. 29. c. 6. de relat. Comprobatum est factum — Proconsulis Baeticae a D. Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. Coll. LL. M. I. 11.

Facula. *Frustum ligni, aptum facibus.* III. **Cn.** Furtum non facies, — extraque hastam, hastile, ligna, napum, pabulum, utrem, follem, faculam, si quid ibi inveneris etc. Fr. L. Cincii I.Cti. Ap. Gell. XVI. 4.

Facultas. **§. 1.** *Potestas, Copia, Arbitrium.* I. **Sy.** Potestas. Gai. II. 160. 163. Coll. LL. M. IV. 7. sq. Arbitratus, Libera facultas. fr. 17. §§. 3. sq. de rec. qu. arb. 4. 8. Ius (testamenti faciendi.) fr. 6. pr. fr. 19. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Posse, Licere, Facultatem habere. Gai. I. 150. 152. sq. III. **Cn.** Facultatem et potestatem exhibendi habere. fr. 21. §. 3. de nox. act. 9. 4. Copia facultasque (praesentis corporis.) fr. 215. de V. S. 50. 16. Sed haec recedunt ab impedimento naturali, et respiciunt ad facultatem dandi. fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. Nec magis dominium servorum spectandum, quam facultatem habendi eos. fr. 1. §. 6. de pecul. 15. 1. Titio capite deminuto, facultas solvendi Titio non intercidit. fr. 95. §. 6. de solut. 46. 3. Si tunc facultatem pecuniae non habuit (reus.) fr. 73. de procur. 3. 3. Res, quarum salva substantia utendi fruendi potest esse facultas. Vlp. XXIV. 26. Vxoris iure ducendae facultas. Ib. V. 3. Promiscua facultas (potioris nominandi.) Vatic. §. 158. Libera facultas (mortis.) fr. 8. §. 1. de poen. 48. 19. — **§. 2.** ***Facultates**, i. e. **Vires patrimonii, Patrimonium ipsum.*** I. **Sy.** Patrimonium, Census, Fortunae, Substantia. fr. 16. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. II. **Op.** In facultatibus esse. — Egere. Cf. v. Egere. §. 2. Idoneus facultatibus. — Egens. Cf. v. Egens. Idoneus esse. — Labi facultatibus. fr. 8. de d. m. 4. 3. fr. 1. §. 11. de magistr. conv. 27. 7. III. **Cn.** Quamvis aeris alieni magnitudo — facultates patrimonii eius excedat. fr. 36. de bon. libert. 38. 2. Vt pro facultatibus defuncti, et depositione patrimonii (debeantur.) fr. 3. §§. 2. sq. de ann. legat. 33. 1. Modus ex facultatibus et dignitate mulieris maritique statuendus est. fr. 60. de iure dot. 23. 3. Pro modo facultatum suarum (egentem patronum alere.) Paul. II. 32. §. 1. Si quidem tutorem non facultates, sed fraudulenta in rebus pupillaribus, sed callida conversatio, (suspectum commendet.) fr. 31. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. Saepe de facultatibus suis amplius, quam in

his est, sperant homines. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. Facultates suas suspectas habere. Gai. II. 154.

Facundia. *Facultas disserendi.* I. **Sy.** Eloquentia. Cf. h. v. III. **Cn.** Pro modo litis, proque advocati facundia, et fori consuetudine, et iudicii — aestimationem adhibeat. fr. 1. §. 10. de extr. cogn. 50. 13. Excellere oportet (sc. magistros studiorum) moribus primum, deinde facundia. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof. Qui facundia graecitatis pollere noscuntur. Ib. XIV. 9. c. 3. de stud. liber. urb. R.

Facundus. (Adiect.) *Disertus.* I. **Sy.** Eloquentissimi, Facundissimi (viri.) c. 6. pr. §§. 2. sq. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Iul. ep. nov. c. 76. §§ 283. sq.

Faeneus. Cf. v. Foeneus.

Faex. *Sordes, Dedecus.* I. **Sy.** Sors vilior. Th. C. XV. 7. c. 4. c. 9. de scaenic. III. **Cn.** Si per egestatem abiecti sunt in faecem vilitatemque plebeiam. Ib. IX. 42. c. 5. de bon. proscr. Servili faece descendens. Ib. XVI. 5. c. 21. de haeret. Ne praedia — sordidorum munerum faece [al. fasce] vexentur. Ib. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl.

Falcidia. §. **1.** *Nomen legis, quae interdixit ne quarta pars bonorum heredi relictorum legatis exhauriretur.* III. **Cn.** Lex Falcidia, itemque S. C. Pegasianum, — quartam residuae hereditatis ad heredem voluit pertinere. Paul. IV. 3. §§. 3. 5. 9. cf. Gai. II. 227. 254. Vlp. XXIV. 32. XXV. 14. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Legem Falcidiam implorare, v. obiicere. fr. 78. pr. fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) Beneficium L. Falcidiae. fr. 23. de h. qu. ut ind. 34. 9. Ratio L. Falcid. fr. 77. §. 1. de legat. II. (31.) — §. **2.** *Id, quod legatariis ex hac lege deducitur, Quarta Falcidia.* I. **Sy.** Quadrans, qui heredi imponitur. Quarta. Falcidia (p. se.) fr. 11. §. 6. fr. 21. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. fr. 49. de iure fisci. 49. 14. c. 13. de R. C. 4. 1. III. **Cn.** Quod — ad me pervenit supra Falcidiam eius portionis. fr. 21. §. 1. l. 35. 2. Quod Maevio Falcidia aufert. fr. 10. de dote praeleg. 33. 4. In tabulis patris et filii unam Falcidiam servari. fr. 11. §. 5. ad L. Falc. 35. 2. — §. **3.** *Quarta Pegasiana.* III. **Cn.** Restituere totam hereditatem, non deducta Falcidia. fr. 1. §. 19. fr. 51. fr. 55. §. 2. fr. 58. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. — §. **4.** *Legitima portio, quae parentibus liberisque ex testamento debetur.* I. **Sy.** Debita, v. Legitima, (portio, s. pars.) fr. 8. §§. 8. sq. 11. 14. de inoff. testam. 5. 2. c. 30. §. 2. c. 31. eod. 3. 28. III. **Cn.** Et sic liberis Falcidia, i. e. uniuscuiusque portionis quarta portio, debetur. Interp. ad Paul. IV. 5. §. 6. Illibata donatio permanet, nisi tamen legis Falcidiae ratio comminui eam exegerit. Vatic. §. 281. cf. Iul. ep. nov. c. 4. §. 17. c. 37. §. 164. Solam eis Falcidiam debitae successionis relinquant. Th. C. XVI. 8. c. 28. de Iud. cf. IX. 14. c. 3. §§. 2. 5. ad L. Corn. de sicar. In quandam Falcidiam succedere. Ib. V. 1. c. 4. §. 1. de legit. heredit.

Falernus. (Adiect.) *Ad regionem Campaniae spectans, inter Calenum et Sinuessam.* III. **Cn.** Vini Falerni, quod domi nasceretur, quotannis in annos singulos binos culeos dato. fr. 17. §. 1. de ann. legat. 33. 1.

Fallacia. *Dolus, Fraus.* I. **Sy.** Calliditas. Cf. h. v. III. **Cn.** Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem (ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.) fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. cf. fr. 7. §. 9. de pact. 2. 14. Per fallaciam, dolove malo (amovere.) fr. 45. fr. 51. pr. pro soc. 17. 2. Vi, vel fallacia (potestatem hostium evadere.) fr. 26. de captiv. 49. 15. Vltro iurando, vel quadam alia fallacia, (persuadere, tamquam satis abundeque — sufficiat hereditas.) fr. 23. de d. m. 4. 3.

Fallaciter. (Advb.) *Dolose, Calumniose.* II. **Op.** Sincera mente (incusare.) c. 9. de calum. 9. 46. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolit.

Fallax. (Adiect.) *Ad decipiendum compositus.* I. **Sy.** Decipere, Dolo facere, Fallax esse. fr. 43. §. 3. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Ne alicuius fallax et arguta sollertia ab huius se praecepti intentione subducat. Th. C. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol. Iura excludantur fallacia. Ib. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr.

Fallere. §. **1.** *Latere, Effugere.* III. **Cn.** Quod ita paullatim adiicitur, ut oculos nostros fallat. Gai. II. 70. — §. **2.** *Confingere, Praetendere.* III. **Cn.** Qui — coactus, fallens adierit hereditatem. fr. 6. §. 7. de A. v. O. H. 29. 2. Cum possit mater — et patris odium punire, — nec suam naturam fallere. c. 33. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. — §. **3.** *Decipere, Circumscribere.* I. **Sy.** Decipere. Cf. h. v. Fraudare. fr. 1. pr. fr. 3. §§. 3. sq. si mens. fals. mod. 11. 6. III. **Cn.** Ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita (calliditas etc.) fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. Qui mensor non fuit, fefellit tamen in modo. fr. 7. §. 2. cf. fr. 1. pr. si mensor. 11. 6. Nihil penes eum residere oportere ex re, in qua fidem fefellisset. fr. 5. de L. commiss. 18. 3. Qui, pro sua fide atque industria, neque fallat, neque fallatur. Th. C. XII. 7. c. 2. de ponderator. Qui mancipium alienum, fallendo Principis conscientiam, manumisit. Ib. IV. 9. c. 1. (Wck.) de h. qu. a non dom. — §. **4.** *Falli, i. e. Labi, Errare.* III. **Cn.** Ni, s. Nisi, fallor. fr. 1. §. 1. de I. et I. 1. 1. fr. 1. de O. I. 1. 2.

Falsare. *Falsum facere, Supponere.* I. **Sy.** Corrumpere, dolove malo fraudem facere. fr. 32. pr. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Falsarius. *Falsorum artifex, s. auctor.* I. **Sy.** Falsum commisisse. Falsarium esse. fr. 1. §§. 4. 9. de L. Corn. de fals. 48. 10. cf. c. 24. de probat. 4. 19.

Falsitas. *Impostura, Falsum.* I. **Sy.** Fraus. Th. C. XII. 6. c. 27. pr. §. 2. de susceptor. III. **Cn.** Nisi temerator velit, falsitatis crimini subiectus, etc. c. 2. §. 19. cf. §§. 21. sq. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 8. §§. 2. sq. de repud. 5. 17. Quos manebat periculum, si quid edita falsitatis habuissent. Const. Valentin. ad constitutionar. (Wck. p. 8.) Qui vetuerint precum argui falsitatem. c. 3. si contra ius. 1. 22. Vitae solitariae falsitate coetum bonorum fugere. Th. C. XVI. 5. c. 9. pr. de haeret.

Falso. (Advb.) *Contra veritatem.* I. **Sy.**

Perperam (confiteri etc.) fr. 5. fr. 9. §. 4. de interr. in iure. 11. 1. III. *Cn.* Qui falso, vel varie, (testimonia dixerunt.) fr. 16. de testib. 22. 5. Si, per dolum, sciens falso aliquid adlegavit. fr. 75. de iudic. 5. 1. Sive falso id, sive vere putet. fr. 46. §. 7. de furt. 47. 2. Falso existimans, cum esset etc. fr. 96. de A. v. O. H. 29. 2. Falso praesumere, v. sibi persuadere. fr. 3. fr. 65. §. 2. de cond. indeb. 12. 6. Cum falso parentes instimulati, liberos suos vel exheredant, vel praetereunt. fr. 3. de inoff. testam. 5. 2. Falso sibi adscribi curare (legatum.) fr. 4. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Falsum. (Subst.) *Imposturae crimen.* I. *Sy.* Quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur. Coll. LL. M. VIII. 6. III. *Cn.* Qui in rationibus, tabulis, — sine consignatione falsum fecerint, vel rem amoverint. fr. 1. §. 4. cf. fr. 16. §§. 1. sq. fr. 23. de L. Corn. de fals. 48. 10. Falso recitato, non facto, (non incidit in Corneliam.) fr. 13. §. 1. ib. 48. 10. Poena falsi, vel quasi falsi. fr. 1. §. 13. ib. 48. 10. Accusare aliquem falsi. Lege Cornelia de falsis damnare. fr. 1. §§. 4. 6. ib. 48. 10. Quaestiones publicae de falso, de parricidio, de sicariis. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Datum ob falsum, (vel iudici ob gratiosam sententiam.) fr. 5. pr. de calumn. 3. 6.

Falsus. (Adiect.) *Commenticius, Simulatus, Erroneus.* I. *Sy.* Adulterinus. Cf. h. v. Falsis rumoribus induci, Decipi. fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui se simulat (creditorem.) Falsus (creditor.) fr. 43. pr. de furt. 47. 2. II. *Op.* Verus (emtor, v. tutor.) fr. 4. §. 5. de in diem addict. 18. 2. fr. 1. §. 3. Qu. falso tut. 27. 6. Naturales, — Falsae (confessiones.) fr. 13. pr. de interr. in iure. 11. 1. III. *Cn.* Si qui sibi falsum nomen imposuerit, genus, parentesve finxerit. Paul. V. 25. §. 11. fr. 13. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Falsi codicilli, qui veri aliquo tempore crediti sunt. fr. 23. §. 1. de iure patron. 37. 14. Si quis falsis constitutionibus, nullo auctore habito, utitur. fr. 33. de L. Corn. de fals. 48. 10. Qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda, (d. m. cöierint.) fr. 9. §. 3. ib. 48. 10. cf. fr. 33. de re iud. 42. 1. Si postea cognita rei veritate, et repertis falsis instrumentis, (accusare velit.) fr. 11. de exc. 44. 1. Falso tutore auctore, quem scit (tutorem) non esse. Vatic. §. 1. Si quis arguetur falsas rationes detulisse. fr. 15. §. 6. de iure fisci. 49. 14. Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum. Paul. III. 5. §. 14.

Falx. *Instrumentum ad secandum (frumentum, v. foenum etc.)* III. *Cn.* Quaerendi (sc. fructus gratia) parata: ligones, sarculi, falces putatoriae etc. — Cogendi: — quemadmodum torcularia, corbes, falcesque messoriae, falces foenariae. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 35. Securus vomerem, securus falcem possessor exerceat. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §. 2. Si quis sacrilega vitem falce succiderit. Th. C. XIII. 11. c. 1. de censitor.

Fama. §. **I.** *Rumor.* III. *Cn.* Per famam suspecta rimari. Th. C. X. 18. c. 2. de thesaur. Quae res — in eam famam mali iugitate pervenit. Ib. XII. 1. c. 186. de decurion. Omnes civiles causae, et praecipue eae, quae fama celebriores sunt. Ib. I. 12. c. 1. (Wck.) de off. Proc. et Leg. — §. **2.** *Existimatio, Opinio (publica.)* III. *Cn.* Existimatio. Cf. h. v. §. 2. Opinio. c. 6. §. 1. c. 7. de postul. 2. 6. Iul. ep. nov. c. 36. §. 141. II. *Op.* Famosi, s. Ignominiosi. — Integrae famae homines. fr. 7. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 28. §. 16. de poen. 48. 19. III. *Cn.* Capitis, famaeve periculum. fr. 36. pr. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 38. §. 9. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui alterius famam, fortunas, caput denique et sanguinem in iudicium devocaverit. Th. C. IX. 1. c. 11. de accus. et inscr. Famam alienam insectari, s. lacessere. fr. 15. §. 29. de iniur. 47. 10. fr. 38. §. 9. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Quorum fama sit hilarior. c. 7. de postul. 2. 6.

Fames. *Defectus cibi.* III. *Cn.* Ne auxilium contra saevitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Cum pecudes — fame necavisset, dum non patitur eis cibaria adferre. fr. 29. §. 7. cf. fr. 9. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Gai. III. 219. Qui exiguis solatiis vix aegreque miseram famem repellunt. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. §. 1. Obscoenissimam famem per totam Italiam desaevisse. Nov. Val. III. de parent. qu. fil. II. 33. c. 1.

Familia. §. **1.** *Servorum, vel libertorum, coetus in singula domo.* I. *Sy.* Servi (plures, v. omnes.) Paul. III. 5. §§. 1. sqq. 6. sqq. V. 6. §. 3. fr. 1. pr. §. 15. de S. C. Silan. 29. 5. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Corpus quoddam servorum. Omnes, qui in servitio, v. ministerio, sunt. Ministeria. fr. 195. §. 3. l. fr. 25. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 21. pr. fr 54. de donat int. V. 24. 1. Domestici. Cf. v. Domesticus. §. 1. III. *Cn.* Servilis familia. Qui sunt ex familia homines. fr. 12. §. 2. de publican. 39. 4. fr. 2. §. 14. vi bon. rapt. 47. 8. Qui ex familia (I. Sabini) ad statuam confugerunt. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Domo cum omni iure suo — legata, urbana familia, item artifices — eidem domui servientes, legato cedunt. Paul. III. 6. §. 58. Colonus, nec familia, quae agri colendi causa illic sit. — Vrbana familia. fr. 10. §. 4. de usu et habit. 7. 8 fr. 166. pr. de V. S. 50. 16. Publica familia. — Privatae familiae. fr. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Quod familia publicanorum (furtum fecisse dicetur.) fr. 12. §. 1. cf. fr. 1. pr. §. 5. de publican. 39. 4. Si quid post venditionem, traditionemque deterius emtoris opera, familiae, procuratorisve eius factum erit. fr. 1. §. 1. fr. 25. §§. 1. sq. fr. 31. §§. 9. 11. de Aedil. edict. 21. 1. Vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit. fr. 1. pr. §§. 11. sq. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 40. §. 2. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Paul. V. 6. §. 3. In servum, et in familiam, iudicium dabo. fr. 1. pr. de incend. ruina. 47. 9. Orcinus libertus effectus, ad familiam testatoris pertinebit. fr. 3. §. 3. de legit. tutor. 26. 4. Libertis praedium reliquit, ac petiit ne id alienarent, utque in familia libertorum retinerent. fr. 77. §. 27. de legat. II. (31.) — §. **1. A.** *Officialium, item tironum nondum in numeros relatorum, coetus atque consortium.* III. *Cn.* Descriptio ingenuorum ex officio fisci, inter fiscalem familiam facta. Paul. V. 1. §.

3. Qui familiae praesunt. Th. C. VIII. 5. c. 21. de cursu pub. Vt tam numeris, quam familiis, nec non et impedimentis, praeter eas annonas — praebeatur. Ib. VII. 4. c. 28. pr. cf. c. 17. c. 31. de erog. mil. ann. X. 1. c. 17. de iure fisci. — **§. 2.** *Adgnatorum, itemque cognatorum corpus.* I. **Sy.** Nomen. fr. 32. §. 6. fr. 69. §§. 1. 3. sq. de legat. II. (31.) Plures personae, quae ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur. fr. 195. §. 4. de V. S. 50. 16. Omnium adgnatorum corpus. fr. 195. §. 2. l. l. 50. 16. In potestate, In familia (esse, v. retineri.) Vatic. §§. 294. 296. Paul. IV. 8. §§. 8. sq. fr. 8. pr. de in ius voc. 2. 4. III. **Cn.** Ordinum dignitas familiarumque (salva sit.) fr. 1. §. 13. de insp. ventre. 25. 4. Ne fundum alienent (sc. heredes) et ne de familia nominis mei exeat. fr. 77. §. 11. cf. fr. 78. §. 3. fr. 69. §. 3. de legat. II. (31.) fr. 114. §. 15. de legat. I. (30.) Quae (sc. sepulchra) quis sibi familiaeque suae constituit. fr. 5. de relig. 11. 7. Princeps familiae (Porciae.) fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. Vlp. IV. 1. cf. fr. 195. §. 4. de V. S. 50. 16. Capitis minutio privata hominis et familiae eius iura, non civitatis, amittit. fr. 6. cf. fr. 3. pr. fr. 11. de cap. minut. 4. 5. In avi materni potestate, alienam familiam sequentes. Paul. IV. 8. §. 10. cf. Gai. I. 156. III. 71. Familia, ad quam per adoptionem venit. Adoptiva fam. fr. 1. §. 4. unde cogn. 38. 8. fr. 4. §. 10. de gradib. 38. 10. Filia, quae mansit in potestate, cum eiusdem familiae fratre heres instituta. fr. 5. pr. de dot. collat. 37. 7. Dat B. Pnem — quarto, cognatis proximis; quinto, Tum quem ex familia. §. 3. I. de B. P. 3. 9. Post familiam patroni, vocat Praetor patronum et patronam. Coll. LL. M. XVI. 9. — **§. 2. A.** *Natorum nostrorum coetus.* I. **Sy.** Liberi. Filii. fr. 40. §. 2. de V. S. 50. 16. Th. C. XII. 1. c. 57. de decurion. III. **Cn.** Matrem — tam filium, quam familiam eius, exhibuisse. fr. 34. de N. G. 3. 5. Liberorum familia. Gai. I. 195. fr. 78. §. 3. de legat. II. (31.) Si quos veterani servulos, familiasve ad agrum duxerint. Th. C. VII. 20. c. 8. de veteran. cf. VII. 1. c. 3. de R. M. Qui potestatem familiae potuit habere. Ib. V. 1. c. 6. de legit. heredit. — **§. 3.** *Vniversitas rei familiaris singuli patrisfam.* I. **Sy.** Facultates, Fortunae, Census, Pecunia, Bona. fr. 14. §. 8. fr. 16. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Patrimonium. Gai. II. 102. Hereditas (dividenda, s. erciscunda.) Ib. II. 219. fr. 11. fr. 14. de distr. pign. 20. 5. III. **Cn.** Familiam pecuniamque tuam endo mandatam tutelam custodelamque meam recipio. Gai. II. 104. cf. 102. Neque familiae emtor esse, neque testis libripensve fieri posse. Ib. II. 105. sq. Vlp. XX. 7. Vendere familiam (et nuncupare testamentum.) Gai. II. 109. 115. sq. 121. Non valere testamentum, forte quod familiae mancipatio vel nuncupatio defuit. Vlp. XXVIII. 6. cf. XX. 9. 13. Si intestatus moritur, cui suus heres nec sit, adgnatus proximus familiam habeto. Frr. L. XII Tabb. V. 4. sq. Arbiter, qui familiae erciscundae datur, s. addictus est. fr. 30. fam. ercisc. 10. 2. Paul. III. 6. §. 1. Si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo etc. Gai. IV. 42. Vlp. XIX. 16.

Familiaricus. (Adiect.) *Ad familiam (servorum) pertinens.* III. **Cn.** Familiarica [al. Familiaria] sunt (sc. vestimenta,) quae ad familiam vestiendam parata sunt. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Familiaris. **§. 1.** *Ad domum et familiam spectans.* I. **Sy.** Domesticus. Cf. h. v. §. 1. Quae quis sibi familiaeque suae constituit, Familiaria (sepulchra.) fr. 5. de relig. 11. 7. III. **Cn.** Ius sepulchri, tam familiaris quam hereditarii. c. 13. cf. c. 4. c. 8. eod. 3. 44. fr. 5. sq. l. 11. 7. Quos cum filio educatos esse testator expressit, propter familiare ministerium et usum filiorum necessarium etc. c. 2. Qu. n. poss. ad libert. 7. 12. Servus, aut colonus, vel adscripticius, familiaris, sive libertus, et huiusmodi aliqua persona domestica. c. 6. §. 5. cf. §. 4. de h. qu. ad eccl. 1. 12. Th. C. IX. 6. c. 3. ne praet. crim. maiest. — **§. 1. A.** *Ad certum officialium, in palatio Imp. militantium, genus pertinens.* III. **Cn.** Notariorum primicerius. — Praetoriani. — Tribuni residui ordinis. — Reliqui, quos domesticum inter notarios et familiares nobis nomen insinuat. Ib. VI. 10. c. 3. de primicer. et notar. — **§. 2.** *Amicus, Coniunctus.* III. **Cn.** Propinqui, familiares etc. Ib. IX. 40. c. 18. de poen. Is fuit Caesari familiarissimus. fr. 2. §§. 44. 47. de O. I. 1. 2. Epistolae familiares. Cf. v. Epistola. §. 1. — **§. 2. A.** *Solemnis, Antiquus.* III. **Cn.** Quid est enim vel iustitiae tam proximum, vel nobis magis familiare, quam etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. pr. cf. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. pr. — **§. 3.** *Ad patrimonium pertinens.* III. **Cn.** Ad utilitatem publicam pertinentia, vel sui iuris tuendi causa, vel officii tuendi causa, vel rei familiaris. fr. 2. §. 1. de interdict. 43. 1. Quos religio, aut honestior causa, vel calamitas aliqua, vel maior res familiaris — moretur. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 18. pr. de iudic. 5. 1. Cum haec actio non ad rem familiarem eiusdem, sed magis ad ultionem pertineat. fr. 6. de sepulc. viol. 47. 12. Dispendio rei familiaris adfligi. c. 3. de temp. I. I. Rnis. 2. 53. Substantiae familiaris emolumenta. Th. C. XI. 1. c. 1. de annon. et tribut.

Familiaritas. **§. 1.** *Consuetudo inter familiares, vel amicos.* III. **Cn.** Si qua ei (sc. Procos.) familiaritas sit cum provincialibus, vel coniunctio. fr. 4. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si qui de iudicis amicitiis vel familiaritate mentientes. Paul. V. 25. §. 13. Non levi notitia coniuncti, sed quibus fuerint iura cum patrefam., honestis familiaritatis quaesita rationibus. fr. 223. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Coetus domesticorum.* III. **Cn.** Si quis ex familiaribus, vel ex servis, in quemlibet dominum, — cuius familiaritati vel dominio inhaeserit etc. Th. C. IX. 6. c. 3. ne praet. crim. mai. — **§. 3.** *Similitudo, Adfinitas.* I. **Sy.** Similibus regulis constitui. Familiaritatem aliquam inter se habere. Gai. III. 142. 145. fr. 2. pr. §. 1. locat. 19. 2.

Familiariter. (Advb.) *More domestico.* III. **Cn.** Ex occasione secreti, ingredi fam. adfectare (domum iudicis.) Th. C. I. 7. c. 7. de off. Rect. Pr. Devotiss. domesticis, quos nobis — familiarius militando etc. Ib. VI. 24. c. 8. de domest. et protect.

Famositas. *Ignominia.* III. **Cn.** Ob turpitudi-

nem et famositatem (prohibentur quidam cognituram suscipere.) Vatic. §. 324.

Famosus. (Adiect.) **§. 1.** *Celebris, Inclytus.* I. **Sy.** Insignis. fr. 28. §. 15. de poen. 48. 19. fr. 16. de app. et relat. 49. 1. III. **Cn.** Electis viris nobilibus, exploratae fidei, famosae doctrinae. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 1. (Wck. p. 9.) — **§. 2.** *Turpitudine laborans.* I. **Sy.** Infamis. Paul. V. 4. §§. 19. sqq. Coll. LL. M. X. 2. Ignominiosus. Vlp. XVI. 2. fr. 48. §. 1. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Si qua tam atrox, tamque famosa persona sit, ut etc. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Vt calumniatorem videri notatum, ideoque esse famosum. c. 16. ex qu. c. infam. 2. 12. cf. Paul. II. 31. §. 15. V. 4. §. 9. Famosa et turpia nomina. fr. 63. §. 10. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. Th. C. XVI. 5. c. 13. de haeretic. — **§. 3.** *Infamans, Turpitudinem parans.* I. **Sy.** In alterius infamiam compositum, Famosum (carmen.) Paul. V. 5 A. §§. 15. sqq. III. **Cn.** Iniuriam patimur — extra corpus, conviciis et famosis libellis. Ib. V. 4. §§. 1. 6. Neve ex caupona ductum, vel ex famosarum ministeriis tabernarum. Th. C. VII. 13. c. 8. de tiron. Neque poenalis, neque famosa actio (competit.) c. 2. rer. amot. 5. 21. Si furti, vel aliis famosis actionibus, quis condemnatus. fr. 6. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. In actionibus, quae ex contractu proficiscuntur, licet famosae sint, et damnati notantur. fr. 7. ib. 3. 2. Condictiones, quae ex famosis causis pendent. fr. 36. de O. et A. 44. 7.

Famulari. *Servire, Obsequi.* III. **Cn.** Obsequio servili famulari. Th. C. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult. Ne personae famulantium facultate locupletes onera — evadant. Ib. XII. 1. c. 96. pr. de decurion. cf. I. 6. c. 6. (Wck.) de off. Prf. Vr. Vniversos — praedictae functioni conveniet famulari. Ib. XIII. 5. c. 35. de navicular. Vt privatis indulti meatus mensura famuletur. Ib. XV. 2. c. 6. de aquaed.

Famulatio. *Obsequium, Ministerium.* III. **Cn.** Nostrae pietatis famulationibus adhaerentes decani. c. 2. de decan. 12. 27.

Famulatus. (Subst.) **§. 1.** *Servitium.* III. **Cn.** In suum famulatum vindicandi copia. c. 4. de praepos. S. cubic. 12. 5. Qui tituli possint famulatus nexibus liberare (eum, qui convenitur.) Th. C. IV. 8. c. 3. de liberali c. — **§. 2.** *Obsequium.* III. **Cn.** Deferre, s. Adhibere, famulatum (statutis, s. iussionibus Principalibus.) Ib. XVI. 8. c. 23. de Iud. Nov. Th. II. eod. I. 6. c. 1. §. 10.

Famulus. *Mancipium.* I. **Sy.** Servus. c. 1. sq. de h. qu. in eccl. 1. 13. c. 1. §. 11. de Lat. libert. 7. 6. Servulus. Th. C. IV. 7. c. 1. pr. §. 1. de man. in eccl.

Fanaticus. *Speciem eius exhibens, qui quasi numine adflatus est.* I. **Sy.** Inter fanaticos caput iactare, et aliqua profari. Circa fana bacchari, et responsa reddere. fr. 1. §§. 9. sq. de Aedil. edict. 21. 1.

Fanum. *Locus sacer, Aedes sacra.* III. **Cn.** Fana, templa, delubra. Th. C. XVI. 10. c. 25. cf. c. 12. §. 3. de pagan. Qui hominem immolaverint, — fanum templumve polluerint. Paul. V. 23. §. 16. Qui ad fana deorum, vel ad statuas Principum confugiunt. Gai. I. 53.

Far. *Genus frumenti durissimum.* III. **Cn.** Ni suo vivit, qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato. Frr. L. XII Tabb. III. 4. Non amplius in singulas coenas sumtus esse facturos, quam centenos vicenosque aeris, praeter olus, et far, et vinum. Fr. Capitonis I. Cti. Ap. Gell. II. 24.

Fari. *Eloqui, Voce pronunciare.* I. **Sy.** Qui fari non potest. Infans. fr. 22. §. 1. fr. 30. §§. 1. sqq. 6. fr. 70. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Sive maturius, sive tardius, filius fandi sumat auspicia. Th. C. VIII. 18. c. 8. de matern. bon. Ab anniculo, quoad fari possit. fr. 1. §. 10. de insp. ventre. 25. 4. Qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent. fr. 5. de R. I. 50. 17. Qui se sierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium fariatur etc. Frr. L. XII Tabb. VIII. 22.

Farina. *Frumentum mola contritum.* III. **Cn.** Machinae, quibus farinae subiguntur. Paul. III. 6. §. 64.

Farrarius. Cf. v. Ferrarius.

Farreum. *Libi genus ex farre.* I. **Sy.** Farreus panis. Gai. I. 112. Vlp. IX. 1. III. **Cn.** Farreo in manum conveniunt, per quoddam genus sacrificii. Gai. I. 112. cf. 110.

Farreus. (Adiect.) *Ex farre confectus.* III. **Cn.** Panis farreus. Cf. v. Farreum.

Fas. *Licitum, Iustum, Rationabile.* III. **Cn.** Omne fas ac nefas miscuisse. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Praeter fas, praeterque morem vetustatis, (usurpare.) Th. C. IX. 32. c. 1. de Nili agger. Sed nec talis emtio — admittenda est, — nec enim fas est, eiusmodi casus exspectare. fr. 34. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Quam uxorem ducere vel non potest, vel fas non est. fr. 13. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. cf. c. 1. de revoc. donat. 8. 56. Locus sacer, — quo fas non sit uti. fr. 17. §. 3. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Cognatam violavit contra fas. fr. 5. de quaestion. 48. 18. Ne cuiquam fas sit etc. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 6. Minime fas est, ut etc. Th. C. XI. 30. c. 2. de app. et poen.

Fascia. *Tegumenti, vel vestimenti, species.* III. **Cn.** Fasciae crurales pedulesque, et impilia, (vestis loco sunt.) fr. 25. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Fascis. **§. 1.** *Virgarum fasciculus, quem lictor magistratui praeferebat.* I. **Sy.** Curulium ornamenta. Fasces. Nov. Val. III. de honorat. II. 12. c. 1. §. 1. de corporat. urb. R. II. 16. c. 1. III. **Cn.** Non amplius quam VI fascibus uti. fr. 14. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Consularitatis fasces, aut vexilla praesidalia (iterare.) Th. C. IX. 26. c. 4. ad L. Iul. de amb. Extollere potestatem fascium (extra metas propriae civitatis.) Ib. XII. 1. c. 174. de decurion. Potestatis securem merere, fascesque suscipere. Ib. VI. 22. c. 7. pr. de honor. codic. In fascibus sumendis, et in iudicandi munere etc. Vatic. §. 197. — **§. 2.** *Libellus, Index (census pub.)* III. **Cn.** Ita demum de publicis fascibus [al. fastibus] hi — eximantur. Th. C. VII. 13. c. 6. §. 2. de tiron. cf. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. — **§. 3.** *Onus, Sarci-*

cina. III. ***Cn.*** Imponimus praesentis multae fascem, ut etc. Ib. XI. 30. c. 22. de app. et poen.

Fastidium. *Taedium, Contemtus.* III. ***Cn.*** Vel fastidio, vel gratia cognitoris (se aut non auditum, aut dilatum.) Th. C. II. 1. c. 6. de iurisdict. De alieno necesse habebit pendere fastidio. Ib. IV. 8. c. 5. (Wck.) de liberali c.

Fastigium. *Dignitatis summitas, Altitudo honoris.* I. ***Sy.*** Culmen. Cf. h. v. Suggestus (consularis.) Nov. Val. III. de honorat. II. 12. c. 1. §§. 1. sq. III. ***Cn.*** Nec personae merito, nec honoris fastigio defendendus. Th. C. VII. 4. c. 1. de erog. mil. annon. Quicunque — praefecturae sublime fastigium, vel ministerium militare, vel consistorianae comitivae insignia meruerit dignitatis. c. 25. de procur. 2. 13. cf. Th. C. XII. 1. c. 121. de decurion. Fastigiis promotionum in sublime provecti. Ib. VI. 35. c. 5. de priv. eor. qu. in S. pal. cf. VI. 6. c. 1. de Coss.

Fastus. (Subst.) [cf. v. Fascis. §. 2.] *Superbia, Elatio animi.* III. ***Cn.*** Numerariorum fastus, vel rapaces quaestus. Th. C. VI. 35. c. 11. Erigendi supercilii fastus. Ib. X. 26. c. 1. de cond. et hom.

Fatalis. (Adiect.) **§. 1.** *Fato impendens.* I. ***Sy.*** Vis maior. — Damnum fatale. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. cf. fr. 2. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Obitus. Sors fatalis. Th. C. III. 13. c. 3. pr. de dotib. II. ***Op.*** Vitium negligentiae. — Fatalis casus necessitas. c. 5. de app. et consult. 7. 62. Augmenta foetuum et partuum. — Detrimenta fatalium. fr. 3. pr. de instr. leg. 33. 7. III. ***Cn.*** Damna, quae imprudentibus accidunt, h. e. damna fatalia. fr. 52. §. 3. pro soc. 17. 2. Si incendio vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale. fr. 5. §. 4. commod. 13. 6. Etiamsi sine culpa eius res periit, vel damnum datum est; nisi si quid damno fatali contingit. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. — **§. 2.** *Finalis.* III. ***Cn.*** In provocationibus ultimus fatalis dies. Iul. ep. nov. c. 110. §. 401. c. 113. §. 421. Tempora, quibus caeterae quoque lites fatali die post appellationem — terminantur. c. 32. pr. de app. et consult. 7. 62. c. 2. pr. de temp. et repar. 7. 63.

Fatalitas. *Fati necessitas.* I. ***Sy.*** Fortuiti casus. c. 1. de iure emph. 4. 66.

Fataliter. (Advb.) *Ex fatis.* II. ***Op.*** Est, quod eis imputetur. — Fat. accessit. fr. 135. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Fat. interemto (servo.) Paul. III. 6. §. 9.

Fateri. **§. 1.** *Confiteri.* I. ***Sy.*** Profiteri. c. 1. c. 4. de pign. et hyp. 8. 14. Confiteri. fr. 15. §. 1. fr. 16. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. II. ***Op.*** Negare, Inficiari. Gai. IV. 173. fr. 5. §. 2. de servo corr. 11. 3. III. ***Cn.*** Vel fatentes, vel convicti. Th. C. XVI. 5. c. 39. de haeretic. Si quis ultro de maleficio fateatur. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Ad edictum, sub titulo: Si fatebitur, iniuria occisum esse. Coll. LL. M. II. 4. Si fateatur, se debere, paratumque dicat solvere. fr. 21. de iudic. 5. 1. — **§. 2.** *Adsentire, Consentire.* I. ***Sy.*** Vulgo fatebitur, Non dubitatur, Constat. fr. 39. §§. 6. sq. de legat. I. (30.) fr. 27. pr. de A. R. D. 41. 1. III. ***Cn.*** Negat Iulianus. — Et hoc est fatendum, requirendum tamen et illud est. fr. 63. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Marcellus fatetur, si quis etc. fr. 12. §. 1. mand. 17. 1.

Fatigare. *Vexare.* I. ***Sy.*** Adficere iniuriis, v. oneribus. Th. C. XI. 16. c. 1. c. 3. de extr. s. sord. Vexare. Ib. VII. 7. c. 5. de pascuis. III. ***Cn.*** Nulla dignitatem sequatur expensa, neque eorum fatiget heredes. Ib. XIII. 3. c. 12. de medic. et prof. Ne — et publicarum rerum statum fatigent, et festivitatem impediant. Ib. XV. 5. c. 3. de spectac. Officium suum noverit — gravis multae discrimine fatigandum. Ib. VI. 10. c. 1. de primicer. et notar. Si ea (sc. mulier) penitus inopia fatigetur. c. 23. §. 1. ad S. C. Vell. 4. 29. Si contra id privilegium ad munus, fatigandi tui causa, quidam te devocaverint. c. 1. de sumt. recup. 10. 67. Cursum publicum fatigavit quorundam immoderata praesumtio. Th. C. VIII. 5. c. 12. de cursu pub.

Fatigatio. *Vexatio.* III. ***Cn.*** Nulla itineris fatigatione laedatur. Th. C. I. 6. c. 3. (Wck.) de off. Prf. Vr. Excepta omni necessitate omnique fatigatione, (indeptae dignitatis honore potiantur.) c. 14. de Palat. S. largg. 12. 24. cf. Th. C. VIII. 5. c. 19. de cursu pub.

Fatigatus. (Partic.) *Depressus, Adflictus, Vexatus.* I. ***Sy.*** Morbo fatigati et debiles. Fortunae iniuria miserabiles. Th. C. I. 10. c. 2. pr. §. 1. de off. iud. omn. II. ***Op.*** Qui integris viribus florent. — Fatigati (fundi.) c. 10. de fund. patrim. 11. 61. III. ***Cn.*** Advocati, qui — suae defensionis viribus — lapsa erigunt, fatigata reparant. c. 14. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Qui reatu aliquo, vel debitis fatigati. Th. C. IX. 45. c. 2. de h. qu. ad eccl.

Fatiscere. *Collabi, Ruinam minari.* III. ***Cn.*** Priusquam ea (sc. opera,) quae victa senio fatiscerent, repararent. Ib. XV. 1. c. 15. de opp. pub.

Fatuitas. *Perversitas animi.* III. ***Cn.*** Eunomiani, haereticae fatuitatis auctores. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 9.

Fatum. **§. 1.** *Sors mortalium. Vitae humanae exitus naturalis.* III. ***Cn.*** Fato suo vita excedere. Gai. IV. 81. Fati munus implere, s. explere. Coll. LL. M. III. 4. Th. C. VII. 8. c. 16. pr. de metat. In fatum concedere. fr. 20. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. Si quis (in) parentis, aut filii — fata properaverit. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid. — **§. 2.** *Casus fortuitus. Eventus incertus.* I. ***Sy.*** Casus. cf. h. v. §. 3. II. ***Op.*** Voluntas. fr. 32. pr. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Noxa. Coll. LL. M. I. 1. c. 1. ad L. Corn. de sicar. 9. 16. III. ***Cn.*** Quod fato contingit. Si fato fecerit. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. fr. 2. de cond. et dem. 35. 1. Non — utique et fatum possessor praestare debet. fr. 16. pr. de R. V. 6. 1. Ambigua fata causarum. c. 14. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Disceptationis fata. Th. C. XI. 30. c. 41. de app. et poen.

Fatuus. *Insipiens, Stultus.* II. ***Op.*** Valde sapiens (servus.) — Ita fatuus, vel morio, ut in eo usus nullus sit. fr. 4. §. 3. de Aed. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Pupillus, pupilla, furiosus, furiosa, fatuus, fatua, (cum istis quoque personis curator detur.) fr. 1. §. 11. fr. 2. sq. de postul. 3. 1.

Fauces. cf. v. Faux.

Favere. *Favore complecti, Studere, Opitulari.* III. **Cn.** Immortales deos romano nomini — faventes atque placatos futuros esse. Coll. LL. M. VI. 4. Ignoscentes facto potius, quam faventes. Th. C. XVI. 8. c. 24. de Iud. Humanae rationis est, favere miserioribus, et prope innocentes dicere, quos etc. Paul. IV. 12. §. 5. Hoc edicto Praetor favet naturali aequitati. fr. 1. pr. de pecun. const. 13. 5. Partui in hoc favetur, ut etc. fr. 1. §. 15. de ventre in poss. 37. 9. Si per iniquam distributionem pupilli rationibus favit (sc. tutor.) fr. 3. Qu. ex facto tut. 26. 9.

Favia. Cf. v. Fabia.

Favor. *Indulgentia, Gratia, Studium.* III. **Cn.** Ad curam Principis, non ad populi favorem, (pertinere.) fr. 1. pr. de L. Iul. amb. 48. 14. cf. fr. 31. pr. de poen. 48. 19. Supernae divinitatis favor. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr. Quod principalium constitutionum promto favore firmatur. c. 19. de pact. 2. 3. Favor constitutionis D. Marci debet locum habere etc. fr. 2. de fideic. libb. 40. 5. Eadem lege cautum est favoris causa, ne etc. Gai. IV. 14. Favore nuptiarum, et maxime propter adfectionem personarum, ad hoc decurrendum est. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. Et hoc verum est, favore religionis. fr. 17. pr. de usuf. 7. 1. Quod est iniquum, et contra institutum a maioribus libertatis favorem. fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. cf. fr. 29. de manum. testam. 40. 4. Idque et favor libertatis exigit, et verba patiuntur. fr. 17. §. 3. ib. 40. 4. Personae succurritur, quae meruit praecipuum favorem. fr. 42. de adm. et per. 26. 7. Cum pupilli favore, et publicae utilitatis, adsumta libertas sit in persona eius. fr. 10. §. 4. de testam. tut. 26. 2.

Favorabilis. (Adiect.) **§. 1.** *Favore dignus, Praeferendus.* III. **Cn.** Favorabilem apud me causam liberorum (Albini) filiorum numerus facit. fr. 7. §. 3. de bon. damn. 48. 20. Favorabiliores rei potius, quam actores, habentur. fr. 125. cf. fr. 122. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Aequus, Benignus.* III. **Cn.** Favorabile est, — admittere. fr. 20. de castr. pecul. 49. 17. Ibique arbitratu suo agere, cum favorabili editione. Th. C. XII. 1. c. 145. de decurion.

Favorabiliter. (Advb.) *Benigne.* I. **Sy.** Benignius, Favorabilius. fr. 10. §. 1. fr. 18. §. 1. de manum. testam. 40. 4. III. **Cn.** Hoc enim fav. eis praestetur. fr. 9. de A. v. O. H. 29. 2. Fav. rescripserunt. fr. 7. de L. Corn. de fals. 48. 10. Quodsi in obscuro sit, tunc favorabilius respondetur. fr. 10. §. 1. de manum. testam. 40. 4. cf. fr. 10. de serv. export. 18. 7.

Faustina. *Vxor Antonini (Pii, vel Philosophi.)* III. **Cn.** Sicuti D. Hadrianus in Plotinae, et proxime Imp. Antoninus in Faustinae Aug. persona constituit. fr. 57. de legat. II. (31.)

Faustus. (Adiect.) *Bene auspicatus, Prosper.* III. **Cn.** Faustorum nunciorum gaudia. Th. C. VIII. 11. c. 3. ne qu. pub. laet. Qui (sc. dies solus) dudum faustus [al. festus] habetur. Ib. XI. 7. c. 10. de exaction.

Fautor. Fautrix. (cf. v. Factor.) *Qui, v. Quae, favet atque indulget.* III. **Cn.** Aequitatis convenit esse fautores. c. 8. de pact. conv. tam sup. dot. 5. 14. Latronum fautrix. c. 8. §. 3. de repud. 5. 17.

Favus. *Loculus, quem apes fingunt e cera.* III. **Cn.** Favos si quos hae (sc. apes) fecerint, sine furto quilibet possidere potest. fr. 5. §. 3. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 26. pr. de furt. 47. 2.

Faux. *Gula.* III. **Cn.** Si quis habeat — faucium tumores. fr. 14. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Meatus oris et faucium. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg. cf. X. 10. c. 2. de petit. et ultro dat.

Fax. **§. 1.** *Taeda lignea.* III. **Cn.** Parata ad faces (sc. ligna.) fr. 55. §. 9. de legat. III. (32.) Si facem servo meo obieceris, et eum adusseris. fr. 27. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Iugalis taeda. Nuptiarum solemnitas.* III. **Cn.** Cum geniales senatorios thoros contaminari pollutarum mulierum face prohiberet. Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. §. 1. — **§. 3.** *Fomes, Instigatio.* III. **Cn.** Quae aboleri ante censuimus, novis calumniarum facibus inardescant, etc. Th. C. XII. 11. c. 2. de curat. calendar.

Febricitare. *Febri laborare.* III. **Cn.** Cum alter ex litigatoribus febricitans discessisset. fr. 60. de re iud. 42. 1.

Febricula. *Febris modica.* III. **Cn.** Levis febricula, aut vetus quartana, quae tamen iam sperni potest. fr. 1. §. 8. cf. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 60. de re iud. 42. 1.

Febris. *Morbi species notissima.* III. **Cn.** Motus corporis contra naturam, quem febrem adpellant. fr. 60. de re iud. 42. 1. Si propter febrem loquantur aliena. fr. 4. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Qui tertiana, aut quartana febri, aut podagra vexarentur. fr. 53. ib. 21. 1.

Februarius. *Anni mensis.* III. **Cn.** Extremo diei mensis Februarii adtribuit (omnes dies mensis intercalaris.) fr. 98. §. 1. de V. S. 50. 16. Calendis Ianuariis, vel Februariis, dari spondes? fr. 12. de V. O. 45. 1.

Fecunditas. **§. 1.** *Feracitas, Vbertas.* I. **Sy.** Partitudo. Th. C. IX. 42. c. 10. de bon. proscr. Ius liberorum. Fecunditatis privilegium. Ib. I. 1. c. 8. §. 1. c. 9. §. 1. — **§. 2.** *Prosapia multiplex. Liberi ipsi.* I. **Sy.** Progenies, Proles, Soboles. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §§. 3. sqq. cf. Th. C. XII. 1. c. 105. de decurion.

Fecundus. (Adiect.) *Ferax, Vber.* III. **Cn.** Si quid etiam latioribus ac fecundioribus fundis addi in praestatione potest. Th. C. XIII. 11. c. 5. §. 1. de censitor.

Felicissima. Felicissimus. *Ancillae, vel servi, nomen.* III. **Cn.** Felicissimo et Felicissimae, quibus libertatem dederat, fundum — legavit cum casa. fr. 41. §. 3. de legat. III. (32.)

Felicitas. *Prosperitas, Beatitudo.* II. **Op.** Infortunium. c. 28. de nupt. 5. 4. III. **Cn.** Aeternorum Principum felicitas eo usque procedit augmenti. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 3.) Si quis senatorium consecutus nostra largitate fastigium, vel generis felicitate sortitus. Ib. VI. 2. c. 2. pr. de Sena-

tor. Ex multis gentibus sequentes romanam felicitatem etc. Ib. XIII. 11. c. 9. de censitor.

Feliciter. (Advb.) *Fortunate, Auspicate.* I. **Sy.** Prospere (gestae res.) fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. c. 1. de feriis. 3. 12. III. **Cn.** Feliciter futua (XIVma indictio.) Th. C. XI. 20. c. 6. §. 1. de coll. donat.

Felix. (Adiect.) **§. 1.** *Prosper, Secundus.* III. **Cn.** Felici navigatione usus, maturius quam quisque pervenire (Ephesum.) fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. Quando votis communibus felix annus aperitur. Th. C. VII. 24. c. 1. de oblat. votor. Latum adeo felixque patrimonium. Ib. VII. 22. c. 11. §. 1. de fil. milit. — **§. 2.** *Cognomen, quod tam Principi ipsi, quam singulis reip. rom. partibus adtribuitur.* III. **Cn.** Romani imperatores, et pii felices multis annis imperetis. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.) Amplectenda felicis populi studia. Th. C. XV. 7. c. 3. de scaenic. Felicibus pro salute reip. occupationibus occupati. Ib. VII. 8. c. 14. de metat. Quos emeritos felicibus castris etc. Ib. VII. 21. c. 3. §. 2. de testimon. ex-tribun.

Femina. *Mulier.* I. **Sy.** Mulier. Gai. I. 110. sqq. 115 a. 144. 169. sqq. 173. 190. Vxor. Femina nupta. fr. 1. §. 1. fr. 8. de Senator. 1. 9. III. **Cn.** Tam masculi, quam feminae. Vlp. VIII. 5. X. 1. XI. 1. Neque feminam, neque pupillum, (sine tutore auctore rem mancipi alienare posse.) Gai. II. 80. cf. Vlp. XX. 7. Feminae, vel pupilli, vel alias debiles. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Neque femina, neque miles, neque qui reip. c. abfuturus est etc. (idoneus defensor intelligitur.) fr. 54. pr. de procur. 3. 3. Feminis — et propter sexus infirmitatem, et propter forensium rerum ignorantiam, (tutores constituuntur.) Vlp. XI. 1. Gai. I. 144. Feminae recentes ex partu. fr. 163. §. 1. de V. S. 50. 16. Consularis, v. Clarissima, femina. fr. 1. pr. §. 1. fr. 8. de Senat. 1. 9.

Femineus. (Adiect.) *Femininus.* II. **Op.** Virilis, — Feminea (persona.) Nov. Val. III. de XXX. ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 6. III. **Cn.** Erudita feminea musicae artis studio — mancipia. Th. C. XV. 7. c. 10. de scaenic.

Femininus. (Adiect.) *Muliebris.* II. **Op.** Virilis, Masculinus (sexus.) Gai. II. 124. 128. sq. 131. 134. sq. III. **Cn.** Quae (sc. persona) ignorare, propter rusticitatem, vel propter sexum femininum, ius suum possit. fr. 2. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Per feminini sexus personam cognati etc. Vlp. XXVIII. 9. Gai. I. 150. III. 24. 30.

Fenestra. *Foramen parietis, Valvae foraminis, quo aedes illustrantur.* III. **Cn.** Habitator in aliena aedificia fenestras et ostia imposuit. fr. 59. de R. U. 6. 1. cf. fr. 25. §. 2. locat. 19. 2. Eos, qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi nullo iure fenestras immisisse. fr. 40. cf. fr. 6. de S. P. U. 8. 2. Qui per fenestram monstraverat etc. fr. 9. in qu. c. pign. 20. 2. cf. fr. 3. de pign. act. 13. 7.

Fenus. cf. v. Foenus.

Fera. *Bestia, Bellua.* I. **Sy.** Bestia, Fera bestia Fera (p. se pos.) Gai. II. 16. III. 217. Vlp. XIX. 1. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. III. **Cn.** Humanum genus. — Caetera quoque animalia, ferae etiam. fr. 1. §. 3. de I. et I. 1. 1. Pecudum ac ferarum promiscuo ritu. Coll. LL. M. VI. 4. Vivariis inclusae ferae. fr. 62. §. 1. de usuf. 7. 1. Vt feras venetur, vel ut depugnaret feram, quae regioni nocet, (operas suas locare.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Feralis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad feras spectans.* III. **Cn.** Insutus culeo, et inter eius ferales angustias comprehensus etc. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid. Antra feralia. Cf. v. Antrum. Hos — feralis pestis absumat. Ib. IX. 16. c. 5. de malef. — **§. 2.** *Funestus.* III. **Cn.** Mysteria feralia. Ib. XVI. 5. c. 7. §. 3. de haeret. Qui eorum feralem fugerit sectam, et ad dei cultum respexerit. Ib. XVI. 8. c. 1. de Iud.

Ferax. (Adiect.) *Fertilis, Vber.* III. **Cn.** Sacrilega vitem falce succidere, aut feracium ramorum foetus hebetare. Ib. XIII. 11. c. 1. de censitor.

Fere. (Advb.) **§. 1.** *Ferme, Prope.* I. **Sy.** Paene. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Et fere populus annis prope C. hac consuetudine usus est. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Iam grandis natu, et fere annorum L. fr. 2. §. 47. ib. 1. 2. Fere haec, — et similia. Vlp. XXV. 2. Haec fere sunt, — utputa etc. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. Fere nulli alii sunt homines, qui etc. Gai. I. 55. Fere omnia, — exceptis etc. Ib. II. 17. — **§. 2.** *Plerumque, Vulgo.* III. **Cn.** Fugitivum fere ab effectu animi intelligendum esse, non utique a fuga. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Fere aliqui soleut (haec verba adiicere.) fr. 68. §. 1. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 54. pr. de cond. et dem. 35. 1. Causae fere huiusmodi solent adlegari. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Quod fere evenit (in personis mercatorum.) fr. 4. §. 2. de penu leg. 33. 9. — **§. 3.** *Praesertim.* III. **Cn.** Peregrini poterant fideicommissa capere, et fere haec fuit origo fideicommissorum. Gai. II. 285. Omne officium adsessoris — in his fere causis constat. fr. 1. de off. adsess. 1. 22.

Feretrius. *Iovis cognomen.* III. **Cn.** Cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Iovi Feretrio darier oporteat. LL. Numae Pompil. c. 4.

Feria, s. **Feriae.** *Dies cessationum (ab opere et iudiciis.)* I. **Sy.** Festus, Feriatus, Feriarum (dies.) Feriae. fr. 9. de feriis. 2. 12. c. 5. pr. eod. 3. 12. Th. C. II. 8. c. 1. sq. eod. III. **Cn.** Ferias secundum mores et consuetudinem (dare.) fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si feriae extra ordinem sint indictae. fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. Ferias a forensibus tantum negotiis dare vacationem. fr. 9. de feriis. 2. 12. A die VIII. Cal. Iul. — messis feria concedatur. c. 2. eod. 3. 12.

Feriaticus. Cf. v. Feriatus.

Feriatus. (Adiect.) *Otio addictus. Feriis destinatus.* I. **Sy.** Feriarum, Feriatus (dies.) cf. v. Feriae. III. **Cn.** De aliis speciebus Praetorem adiri etiam diebus feriaticis [al. feriatis.] fr. 2. cf. fr. 6. fr. 9. de feriis. 2. 12. Feriatis quoque diebus, si modo facultatem Praesidis adeundi accusator habuit, etc. fr. 11. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. Paul. II. 25.

§. 3. Nisi alia lege eadem dies feriata, in qua sententia dicta, est excepta. fr. 36. de rec. qu. arb. 4. 8.

Ferire. §. 1. *Percutere, Pulsare.* III. **Cn.** Ferire, caedendi causa. fr. 5. pr. arbor. furt. caes. 47. 7. Si culpa hominis factum esset, ut a bove feriretur. fr. 52. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 2. *Adtingere, Contingere.* I. **Sy.** Percellere (poena.) Th C. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. III. **Cn.** Eadem severitas feriat (utrumque.) Ib. IX. 25. c. 1. de raptu v. matrim. Capitali sententia, v. Condemnatione, feriri. Ib. IX. 16. c. 8. de malefic. IX. 42. c. 7. de bon. proscr.

Feritas. §. 1. *Ferarum impetus naturalis indomitus.* I. **Sy.** Ferocia. fr. 1. §. 4. si quadr. paup. 9. 1. III. **Cn.** Ex feritate magis, quam ex animalis genere, (bestias accipere.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Cum commota feritate nocuit (quadrupes.) fr. 1. §. 4. l. 9. 1. Si propter nimiam feritatem domari non possunt. Gai. II. 15. — §. 2. *Atrocitas morum. Crudelitas.* III. **Cn.** Ne sua feritate vel saevitia ea corrumpat. fr. 15. §. 3. de usufr. 7. 1. Hoc enim et tyrannici furoris et barbaricae feritatis occasio persuadet. Th. C. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. cf. V. 5. c. 2. pr. de postlim.

Ferocia. *Feritas naturae.* I. **Sy.** Feritas. Cf. h. v. §. 1.

Ferocitas. *Saevitia.* III. **Cn.** Quod ab hostium ferocitate contra naturalem libertatem inductum est. c. 1. de S. C. Claud. 7. 24. Hiemis intemperata ferocitas. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Ferox. (Adiect.) *Indomitus, Saevus.* III. **Cn.** Tantus furor, ita ferox, ita perniciosus, (ut sanitatis nulla spes supersit.) fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. A cane feroce laesus. fr. 2. §. 1. si quadrup. 9. 1.

Ferramentum. *Instrumentum ferreum.* III. **Cn.** Adparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta. Paul. III. 6. §. 62. Ferramenta laniandae carnis causa praeparata. fr. 18. pr. de instr. leg. 33. 7. Ferramenta ad effringendum — commodare. fr. 54. §. 4. de furt. 47. 2.

Ferrarius. (Subst.) *Nomen certi hominis, vel municipis.* III. **Cn.** Quae habeo in agro Ferrariorum, [al. Farrariorum.] fr. 58. §. 1. de usufr. 7. 1.

Ferrarius. (Adiect.) §. 1. *Ad ferrum pertinens.* II. **Op.** Auraria, — Aeraria, — Ferraria (praestatio.) Th. C. VI. 20. c. 6. de collat. donat. — §. 2. *Ferri cudendi peritus.* III. **Cn.** Fabri sagittarii, aerarii, — arcuarii, plumbarii, ferrarii, lapidarii. fr. 6. de iure immun. 50. 6. cf. Paul. III. 6. §. 50. Statuarii, musivarii, aerarii, ferrarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Ferre. §. 1. *Secum ferre, Auferre.* I. **Sy.** Baiulare. Cf. h. v. §. 1. Tollere, Subtrahere, Furari. fr. 21. §§. 5. sq. 8. de furt. 47. 2. fr. 6. pr. fr. 10. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. III. **Cn.** Si quis rem mobilem duci, vel ferri [al. auferri] passus est. fr. 1. §. 1. si qu. ius dic. 2. 3. Si salictum maturum, ita ne stirpes laederes, tuleris. fr. 27. §. 27. ad L. Aqu. 9. 2. Qui manu facta templum effregerunt, et dona dei noctu tulerunt. fr. 6. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — §. 2. *Adferre.* III. **Cn.** Auxilium ferre (dominis suis.) Paul. III. 5. §. 7. fr. 1. §§. 28. 35. sq. de S. C. Silan. 29. 5. Adversus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat (sc. Praeses Pr.) fr. 7. de off. Praes. 1. 18. — §. 3. *Proferre, Profiteri.* I. **Sy.** Dicere, Proferre, Pronunciare (sententiam.) fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. fr. 32. §§. 1. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 27. §. 2. fr. 39. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 1. pr. de app. et relat. 49. 1. Dare, Perhibere (testimonium.) Cf. v. Dare. §. 6. Th. C. IV. 4. c. 5. de testam. et codic. III. **Cn.** Suffragium ferre (in curia.) fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Bene latas sententias in peius reformare. fr. 1. pr. de app. et relat. 49. 1. Acceptum, v. Expensum, ferre. Cf. v. Acceptum, v. Expensum. — §. 3.A. *Circumferre.* III. **Cn.** Feruntur exempla, per quae etc. fr. 7. §. 3. de bon. damnat. 48. 20. Fertur (responsitasse, v. existimasse.) fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. fr. 1. §. 3. si pars hered. 5. 4. — §. 3.B. *Rogatione facta sanciendum proponere.* III. **Cn.** Cum placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum etc. fr. 2. §§. 24. sq. cf. §§. 2. 4. de O. I. 1. 2. Coss., Praetores, Tribuni Pl. — ad populum plebemve ferant. Valer. Probus de not. R. v. S. Q. M. etc. Lege lata factum est. fr. 2. §. 16. l. 1. 1. 2. — §. 3.C. *Condere, Promulgare.* I. **Sy.** Condere. Cf. h. v. Facere. (S. C.) §. 2. I. de S. C. Tertull. 3. 3. Pr. I. de S. C. Orphit. 3. 4. Cf. v. Facere. §. 8. III. **Cn.** Plebs R., quae Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit. §. 15. I. de L. Aqu. 4. 3. cf. fr. 1. §. 1. eod. 9. 2. His potestatem facit lex, pactionem quam velint sibi ferre. fr. 4. de colleg. et corp. 47. 22. — §. 4. *Conferre, Dirigere.* I. **Sy.** Referre ad (auctoritatem, v. causam.) fr. 7. de ann. legat. 33. 1. — §. 5. *Efficere.* I. **Sy.** Reditum efficere. Ferre (annua etc.) fr. 21. §. 1. de ann. legat. 33. 1. fr. 32. §. 7. de usu et usuf. leg. 33. 2. — §. 6. *Reportare, Consequi.* I. **Sy.** Percipere, Capere. fr. 42. pr. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 30. pro soc. 17. 2. Accipere, Adquirere. fr. 63. pr. §§. 1. sqq. de A. R. D. 41. 1. fr. 24. Qu. in fr. cred. 42. 8. Auferre. Cf. h. v. §. 3. Habere, Consequi. fr. 3. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 1. §§. 9. 11. 14. de coniung. c. emanc. 37. 8. fr. 41. §. 1. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** In tot portiones hereditas dividetur, ita ut singuli singulas portiones ferant. Gai. III. 16. cf. 8. 61. Esse iniquum, plus heredes nostros ferre, quam feremus ipsi. fr. 6. si fam. furt. 47. 6. Cum — dotem suam ferre, quam legatum, maluerit. fr. 53. pr. de legat. II. (31.) Ex medio non est laturus, (quod in alea — perdiderit socius.) fr. 59. §. 1. pro soc. 17. 2. Ne quis doli sui praemium ferat. fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. Vt ex communi pecunia luatur (sc. res,) eamque ferat is, cui etc. fr. 28. fam. ercisc. 10. 2. Diversas sententias iudicum tulit. fr. 15. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. — §. 7. *Excipere, Suscipere.* I. **Sy.** Excipere (supplicium etc.) Th. C. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar. IX. 16. c. 4. de malefic. Adsumere (nomen alterius.) fr. 63. §. 10. cf. fr. 7. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 19. §. 6. de donat. 39. 5. — §. 8. *Pati, Tolerare.* I. **Sy.** Pati. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Perpetuus quidem morbus, tamen ferendus his, qui circa eam sunt. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24.

3. Si id aetatis sit, ut stipendia ferre possit. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 1. Vt regionis qualitas tulerit. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid. Nec enim ferre Praetor debet — conquerentem. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10. cf. fr. 1. §. 2. de tut. et rat. 27. 3. Non est ei concedendum, — neque enim ferendus est, qui etc. fr. 1. §. 15. cf. §. 12. de separat. 42. 6. Non est ferendus, qui dicat etc. fr. 15. de iurisd. 2. 1. fr. 24. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Vatic. §. 207. Quod ferendum non est. fr. 33. de iure dot. 23. 3.

Ferreus. (Adiect.) *Ex ferro factus.* III. **Cn.** Nexus ferrei. Vincula ferrea. Th. C. VIII. 8. c. 9. de exsecut. et exact. XIV. 24. c. 1. de mens. olear. Manicae ferreae. Ib. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor.

Ferrum. **§. 1.** *Metallum notissimum.* III. **Cn.** Auri et argenti, et sulphuris, et aeris, et ferri, et caeterorum fodinas exercere. fr. 13. §. 5. de usuf. 7. 1. Cotem, ferro subigendo necessariam, hostibus venumdari. fr. 11. pr. de publican. 39. 4. — **§. 2.** *Arma, vel tela.* I. **Sy.** Telum. fr. 2. de abig. 47. 14. fr. 1. de fur. baln. 47. 17. Gladius. fr. 8. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48 8. III. **Cn.** Cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur. fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. Si id saepius, aut si ferro, conducta manu faciunt. Paul. V. 18. §. 2. Si cum ferro adgredi, et spoliare instituerunt. fr. 28. §. 10. de poen. 48. 19. Ad ferrum, aut ad bestias, aut in metallum damnari. fr. 8. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. Ferri, aut ignium poena. Th. C. IX. 6. c. 1. ne praet. crim. mai. — **§. 3.** *Ferreum vinculum.* III. **Cn.** Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet. Paul. I. 7. §. 9. Obrui, v. Ligari, ferro. Th. C. I. 5. c. 13. (Wck.) de off. Prf. Pr. V. 9. c. 1. §. 1. de fugitiv. colon.

Ferrumen. *Iunctura, qua metallum metallo iungitur.* I. **Sy.** Quae (sc. partes) ferrumine cohaereant. Ferruminata (massa.) fr. 27. §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Ferruminare. *Glutine, vel iunctura, iungere metalla.* I. **Sy.** Ferrumine cohaerens. Ferruminatum. Cf v. Ferrumen. III. **Cn.** Alieno plumbo plumbare, alienove argento ferruminare (scyphum.) fr. 27. pr. §. 2. l. 41. 1.

Ferruminatio. *Actus ferruminandi.* III. **Cn.** Si statuae suae ferruminatione iunctum brachium sit, — ferruminatio per eandem materiam facit confusionem. fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1.

Fertilis. (Adiect.) *Fecundus, Ferax.* II. **Op.** Opimae ac fertiles, — Defectae (terrae.) Cf. v. Defectus. (Partic.) III. **Cn.** Quae paludibus antea — videbantur adscripta, — quasi fertilia separatim censeri. c. 3. de alluvion. 7. 41. Exercere, instruere, fertilem idoneumque praestare (defectum fundum.) Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.)

Fertilitas. *Fecunditas, Vbertas.* III. **Cn.** Ad frugum fertilitatem translata. c. 3. de alluvion. 7. 41. Agrorum fertilitas destituta. c. 5. de fund. rei priv. 11. 65.

Fervere. *Grassari.* III. **Cn.** In quibus (sc. regionibus) fera et periculi sui nescia latronum fervet insania. Th. C. I. 11. c. 3. de defens. civit.

Ferula. *Instrumentum ad castigandos pueros.* III. **Cn.** Vt impuberes non torqueantur; terreri tantum solent, et habena vel ferula caedi. fr. 1. §. 33. de S. C. Silan. 29. 5.

Fervor. **§. 1.** *Calor vehemens.* III. **Cn.** Si uredo fructum oleae corruperit, aut solis fervore non adsueto id acciderit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. Aestivi fervores. Th. C. II. 8. c. 2. pr. de feriis. — **§. 2.** *Animi impetus.* III. **Cn.** Iuvenili facilitate ductus, vel etiam fervore aetatis accensus. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de ad. 48. 5.

Ferus. (Adiect.) **§. 1.** *Indomitus.* I. **Sy.** Fera. Bestia fera. Cf. v. Fera. III. **Cn.** Quadrupedem, quae pecudum numero non est, velut canem, aut feram bestiam, — vulnerare. Gai. III. 217. Ferae bestiae, quas vivariis incluserimus. fr. 3. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2. Apes ferae. fr. 26. pr. de furt. 47. 2. Natura fera (pavonum etc.) fr. 5. §§. 2. 5. sq. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Saevus, Sceleratus.* III. **Cn.** In quibus (sc. regionibus) ferâ, et periculi sui nescia, latronum fervet insania. Th. C. I. 11. c. 3. de defens. civit.

Fessus. *Fatigatus, Defectus.* III. **Cn.** Aetate fessus. fr. 3. fr 5. de m. c. donat. 39. 6. Diversis fessi incommodis. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 1. Fessae provincialium — fortunae. Nov. Maiorian. eod. tit. IV. 3. c. 1. pr.

Festinare. *Properare, Praecipitare.* III. **Cn.** Non utique — festinare debet, nec rursus utroque aut altero contentus esse. fr. 137. §. 3. de V. O. 45. 1. Emtor festinavit, et pretium numeravit. fr. 4. §. 4. de manum. 40. 1. Heredem te non scripsi, festinans per infirmitatem. fr. 61. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 6. de app. et relat. 49. 1. Festinare ad (decernendum, v. sententiam.) fr. 15. §. 22. de damn. inf. 39. 2. fr. 5. §. 21. ut in poss. legat. 36. 4. Qui — ad nostram clementiam properare festinant. Th. C. VIII. 5. c. 57. de cursu pub.

Festinatio. *Properatio.* II. **Op.** Praeceps festinatio. — Moratoria cunctatio. fr. 7. §. 1. de adm. et per. 26. 7. fr. 13. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Non poenae festinatione, sed praeveniendi periculi causa. fr. 6. §. 9. de iniust. rupt. 28. 3.

Festinus. (Adiect.) *Praeceps.* III. **Cn.** Festina cupiditate transire (caeteros.) Th. C. VII. 1. c. 7. de R. M. Festina celeritate deduci. Ib. XVI. 5. c. 53. de haeretic.

Festivitas. *Actus, v. Dies, solemnis.* I. **Sy.** Solemnitas. Ib. XV. 5. c. 2. §. 2. c. 3. de spectac. Celebritas (nuptiarum.) c. 22. c. 24. de nupt. 5. 4. III. **Cn.** Solemnes festivitates, et coetus, vel salutationes. Th. C. VI. 8. c. 1. de Praep. S. cubic. Intersint festivitati, et oblectamentis favorem eliciant populorum. Ib. XV. 9. c. 2. de expens. lud. Votiva festivitatis solemnitas. Ib. l. l. Iudaei quodam festivitatis suae solemni Aman. Ib. XVI. 8. c. 18. de Iud.

Festuca. *Virga.* I. **Sy.** Vindicta. Gai. IV. 16. III. **Cn.** Qui vindicabat, festucam tenebat. — Simul homini festucam imponebat. — Festuca autem uteban

tur, quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii. Ib. l. 1.

Festus. (Adiect.) *Festivus, Feriatus.* II. **Op.** Festi, — Communes (dies.) Th. C. XV. 4. c. 1. de imag. Imp. III. **Cn.** In municipio semper agit, — eo in foro, balineo, spectaculis utitur, ibi festos dies celebrat. fr. 27. §. 1. ad munic. 50. 1. Inire festa convivia. Th. C. XVI. 10. c. 17. de pagan.

Fetus, s. **Foetus.** §. **1.** *Actus pariendi.* III. **Cn.** Mulier, — cum V. liberis, quos uno foetu enixa est. fr. 7. pr. de reb. dub. 34. 5. Sacrilega vitem falce succidere, aut feracium ramorum foetus hebetare. Th. C. XIII. 11. c. 1. de censitor. — §. **2.** *Partus, tam animalium quam hominum, et tam editus quam nasciturus.* I. **Sy.** Partus (pecorum.) fr. 25. §. 20. de hered. pet. 5. 3. fr. 39. de usur. 22. 1. III. **Cn.** Sine quibus foetus sustineri, et ad partum usque produci non possit. fr. 1. §. 19. de ventre in poss. 37. 9. In pecudum fructu etiam foetus est, sicut lac, et pilus, et lana. fr. 28. pr. de usur. 22. 1. fr. 48. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Et partus ancillarum, et foetus pecorum, et fructus, et omnis causa. fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 4. §. 5. de usurp. 41. 3. Paul. II. 5. §. 2. II. 17. §. 7. Foetus iumentorum, et omnia quae fructuum nomine continentur. c. 1. §. 9. de R. U. A. 5. 13. Caro foetus demortui. fr. 70. §. 2. de usufr. 7. 1.

Fibula. *Ornamenti genus, quo vestes subnectuntur.* III. **Cn.** Fibulis quoque in chlamydibus his utantur, quae solo auro et arte pretiosae sunt. c. 1. nulli lic. in fren. 11. 11. cf. fr. 25. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Ficticius. (Adiect.) *Ad instar alterius rei efformatus.* III. **Cn.** Heredis loco constituuntur. — Ideoque — ficticiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur. Vlp. XXVIII. 12.

Fictilis. (Adiect.) *E terra fictus, A figulo fabricatus.* II. **Op.** Lignea, Vitrea, Aerea etc. (supellex.) fr. 3. §§. 3. sq. fr. 7. §. 1. de supell. leg. 33. 10. III. **Cn.** Licere fistulam suam, vel fictilem, vel cuiuslibet generis, in rivo ponere. fr. 15. de S. P. R. 8. 3.

Fictio. *Praesumtio ficticia. Accommodatio rei ad exemplum alterius.* III. **Cn.** In ea forma, quae publicano proponitur, talis fictio est. Gai. IV. 32. cf. 34. Nulla formula ad condictionis fictionem exprimitur. Ib. IV. 33. Legis Iuniae lator, cum intelligeret futurum, ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos pertinere desinerent etc. Ib. III. 56. cf. fr. 1. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Fictio legis Corneliae (et hereditatem et heredem facit.) fr. 18. pr. ib. 35. 2.

Fictitius. cf. v. Ficticius.

Ficus. *Genus notissimum fructuum arboris.* III. **Cn.** Cui dulcia legata essent, — omnia haec esse legata: mulsum, passum, — item uvas, ficos, palmas, caricas. fr. 16. §. 1. de trit. vino. 33. 6. cf. fr. 205. de V. S. 50. 16.

Fidedicere. *Fideiubere.* I. **Sy.** Fidem dicere (pro alio.) Cf. v. Fideiubere. III. **Cn.** Si minor maiorem fidedicat, — quem fidedixit, teneri potest. Interp. ad Paul. I. 9. §. 5.

Fideicommissarius. (Subst.) *Successor mortis causa, per fideicommissum constitutus.* I. **Sy.** Is, cui rogatus sum restituere (legatum usumfr.) fr. 29. §. 2. Qu. mod. ususf. 7. 4. Qui fideicommissum accepit. fr. 11. §§. 1. sq. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Qui — in fraudem heredum, vel legatariorum, fideicommissariorum, aut libertatum (non profert tabulas testamenti.) Paul. IV. 7. §. 3. Hoc et in B.Pore, et in fideicommissariis quibus ex Trebelliano restituitur hereditas, caeterisque praetoriis successoribus observatum est. fr. 2. §. 19. pro emt. 41. 4. Apud fideicommissarium in causa depositi sit, donec de fideicommisso, quod ei debetur, constet. fr. 27. de reb. auct. iud. 42. 5.

Fideicommissarius. (Adiect.) *Ad fideicommissum pertinens. Precativis verbis a testatore constitutus.* I. **Sy.** Qui de fideicommissis ius dicit, s. cognoscit, (sc. Praetor.) Gai. II. 278. Vlp. XXV. 12. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. fr. 4. Quib. ad libert. procl. 40. 13. Fideicommissa, Fideicommissaria (epistola.) fr. 37. §. 3. de legat. III. (32.) [cf. v. Fideicommissus.] Fideicommissi, Fideicommissaria (verba.) Gai. II. 249. Vlp. XXV. 2. fr. 12. §. 1. de iniust. rupt. 28. 3. II. **Op.** Directus. Cf. v. Directus (Adiect.) §. 3. Nomine principali, non fideicommissario, (relinquere heredem.) Th. C. XVI. 5. c. 17. de haeretic. III. **Cn.** Cogi praestare fideicommissariam libertatem et hereditatem. fr. 16. §. 13. ad S. C. Treb. 36. 1. Servo alieno herede instituto, — et libertatem fideicommissariam dari posse constat. fr. 14. §. 1. de legat. II. (31.) cf. fr. 1. §. 7. si is qu. testam. lib. 47. 4. Hereditatem fideicommissariam relinquere (a legitimo herede.) fr. 13. §. 1. de iure codic. 29. 7. Fideicommissaria (hereditatis) restitutio. fr. 30. §. 1. ad S. C. Trebell. 36. 1. Codicilli, et fideicommissariae epistolae iure scriptae. c. 7. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

Fideicommissum. (Subst.) *Quod precativis verbis relictum est a testatore.* I. **Sy.** Quod non civilibus verbis, sed praecative relinquitur. Vlp. XXV. 1. cf. XXIV. 1. II. **Op.** Directo. — Per fideicommissum. Cf. v. Directe. §. 2. III. **Cn.** Legata et fideicommissa, sed et libertates, et heredis institutio. fr. 12. §. 1. de iniust. rupt. 28. 3. Vlp. XVII. 3. Iure legati, vel fideicommissi, vel implendae conditionis causa, (capere.) fr. 91. ad L. Falc. 35. 2. Cum quidam sic vel institutionem, vel legatum, vel fideicommissum, vel libertatem, vel tutelam scripsisset. c. 4. pr. §. 1. de V. S. 6. 38. Heredem nostrum obligatum relinquimus de fideicommisso restituendo. Gai. II. 277. cf. 184. fr. 76. ad S. C. Treb. 36. 1. Servus ab altero ex heredibus libertatem, ab altero fideicommissum hereditatis accepit. fr. 52. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. Codicillis — adscriptum fideicommissum. Paul. IV. 1. §. 10. Per fideicommissum relinquere, v. restitui iubere. fr. 8. §. 5. de transact. 2. 15. fr. 26. de N. G. 3. 5. Legatarius, a quo fideic. datum est. fr. 8. pr. de legat. III. (32.) Ex causa fideicommissi restituere, v. manumittere. Paul. IV. 2. §. 1. fr. 9. de in ius voc.

2. 4. Persecutio fideicommissi. Gai. II. 282. fr. 178. §§. 2. sq. de V. S. 50. 16. Tacitum fideic. Cf. v. Tacitus.

Fideicommissus. (Partic.) *Fideicommisso interveniente constitutus.* I. **Sy.** Per fideicommissum adscripta, s. data, Fideicommissaria, Fideicommissa (libertas.) fr. 90. de cond. et dem. 35. 1. fr. 1. fr. 24. §§. 1. sqq. 19. de fideic. libb. 40. 5. Per fideicommissum relicta, Fideicommissa (res.) Paul. IV. 1. §§. 7. sqq. 15. III. **Cn.** Exheredare filios, — eisque fideicommissam hereditatem dare. fr. 18. de lib. et posth. 28. 2. Omnibus civitatibus — restitui debere et posse hereditatem fideicommissam. fr. 26. ad S. C. Treb. 36. 1. Manumittere, aut fideicommissam libertatem praestare. Fr. de I. F. §. 19. Paul. IV. 12. §. 4. IV. 13. §. 3. Cui fideicommissa libertas soluta est. Vatic. §. 225. Rem fideicommissam si heres vendiderit. Paul. IV. 1. §. 15.

Fideicommittere. *Fideicommissum iniungere.* I. **Sy.** Relinquere ab aliquo fideicommissum. Fidei eius committere. Paul. IV. 1. §§. 1. sqq. 6. sqq. fr. 114. pr. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 1. §§. 1. sqq. 6. sqq. 9. de legat. III. (32.) Mandare fidei (heredis etc.) Rogare (codicillis.) fr. 123. pr. §. 1. de legat. I. (30.) Gai. II. 254. 277. Vlp. XXV. 10. sq. Per fideicommissum restitui iubere. fr. 26. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Nec testamenti faciendi ius, nec fideicommittendi constat habere. fr. 1. §. 4. cf. Pr. de legat. III. (32.) Vt aliquis heres recto iure instituatur, eiusque fidei committatur ut eam hereditatem alii restituat. Gai. II. 248. Eorum fidei committi posse, ad quos aliquid perventurum est morte eius. fr. 1. §. 6. de legat. III. (32.) Vlp. II. 9. Quae dari iussero, ea uti dentur, fiant, fidei eius committo. fr. 13. pr. de inoff. testam. 5. 2. A te, heres, peto fideique tuae committo, ut etc. fr. 25. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. Vlp. II. 7. Paul. IV. 1. § 6. Decedens patris sui fidei commisit codicillis, ut restitueret. fr. 18. pr. ad L. Falc. 35. 2. Heredibus institutis fideicommittere, — ut solverent. fr. 14. §. 1. ib. 35. 2.

Fideiubere. *Fidem suam certis verbis obligare, pro debito alieno.* I. **Sy.** Fidem dicere pro alio. fr. 62. §. 1. mand. 17. 1. In fidem suam recipere. Iul. ep. nov. c. 107. §. 373. Stipulatione promittere (alterius nomine.) fr. 7. fr. 9. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. III. **Cn.** Id fide tua esse iubes? fr. 75. §. 6. de V. O. 45. 1. Gai. III. 92. 112. 116. IV. 137. Liberandae fidei eius causa fideiub. fr. 46. §. 1. de N. G. 3. 5. Fideiussi pro te, et solvi. fr. 6. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Fideiubens. — Pro quibus fideiussum est. fr. 2. sq. de fideiuss. 46. 1. cf. Gai. III. 122. In obligationem alterius, — In naturalem suam obligationem (fideiubere.) fr. 21. §. 2. cf. fr. 69. l. l. 46. 1. Qui fideiussit „iudicatum solvi." fr. 8. §§. 2. sq. Qu. satisd. cog. 2. 8.

Fideiussio. *Fideiubendi actus.* I. **Sy.** Satisdatio. c. 3. de V. S. 6. 38. III. **Cn.** Quod ad fideiussiones et mutui dationes pro aliis — pertinet. fr. 2. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Lecta subscriptione fideiussionis, quoniam in sola C. annua se obligaverant, non in omnem conductionem etc. fr. 68. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Si fideiussor heres exstiterit ei, pro quo fideiussit, quasi reum esse obligatum, ex causa fideiussionis liberari. fr. 5. ib. 46. 1. Cum eo ob tutelam, non ex fideiussione, agitur. fr. 69. ib. 46. 1.

Fideiussor. *Qui, stipulatione interposita, fidem suam obligat pro solutione debiti alieni.* I. **Sy.** Fideiubens. fr. 3. de fideiuss. 46. 1. Qui alieno nomine obligatur. Qui pro alio intervenit. fr. 1. §. 8. de O. et A. 44. 7. fr. 11. pr. §. 1. ad munic. 50. 1. Satisdare. Dare fideiussores. Cavere. fr. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. fr. 1. fr. 6. Qu. satisd. 2. 8. II **Op.** Sponsores. — Fidepromissores. — Fideiussores. Gai. III. 115. 117. sqq. 126. III. **Cn.** Et reus, et fideiussor, (teneatur.) fr. 92. de R. I. 50. 17. cf. fr. 9. §. 8. fr. 11. fr. 14. §. 6. Qu. met. c. 4. 2. Principalis, — Sequens (fideiuss.) Fideiussoris fideiussor. fr. 8. §. 12. fr. 27. §§. 2. 4. de fideiuss. 46. 1. Nec committitur stipulatio, nec fideiussores tenentur. fr. 13. si qu. cautt 2. 11. Fideiussor, qui aliquem iudicio sisti promiserit. fr. 2. §. 5. Qu. satisd. cog. 2. 8. Si fideiussor in rem suam spopondit. fr. 24. de pact. 2. 14. Fideiuss. iudicio sistendi c. datus. — Fid. iudicatum solvi. fr. 2. pr. §§. 1. sq. 5. fr. 8. §. 3. Qu. satisd. cog. 2. 8. Emtionis, v. Conductionis, fid. fr. 54. pr. locat. 19. 2. fr. 56. de Aedil. edict. 21. 1. Evictionis fideiussores maximos (offerre.) Vatic. §. 12. Fideiussoribus oblatis cavere. Paul. III. 6. §. 27. Hoc nomine securum facere (sc. adversarium nostrum,) datis fideiussoribus. fr. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. cf. Gai. III. 117. Vt fideiussor, — pro rei qualitate, locuples detur. fr. 1. sq. in ius voc. ut eant. 2. 6. Evidentissime locuples, vel, si dubitetur, adprobatus fid. fr. 5. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Fideiussores, vel eosdem vel alios non minus idoneos, adhibere. fr. 10. §. 1. fr. 14. §. 8. Qu. met. c. 4. 2. Accipere fideiussorem (nomine, v. in causam etc.) fr. 14. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 56. de Aedil. edict. 21. 1. Fideiuss. omnibus obligationibus adiici potest. Gai. III. 119. Si in omnem causam se obligavit, s. adplicuit, fideiussor. — Nisi pro certa quantitate accessit. fr. 2. §§. 3. 5. Qu. satisd. cog. 2. 8. Creditor contraxit, et fideiussor intervenit. fr. 31. pr. de N. G. 3. 5. In vinculis, vel sub fideiussoribus, (decedere, v. remitti ad Praesidem.) fr. 3. §. 7. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. cf. fr. 7. de incend. ruina. 47. 9. Nisi si tam grave scelus admisisse eum constet, ut neque fideiussoribus neque militibus committi debeat. fr. 3. cf. fr. 1. de cust. et exhib. 48. 3.

Fideiussorius. (Adiect.) *Ad fideiussionem, vel fideiussorem, spectans* I. **Sy.** Fideiussionis, Fideiussoria (causa, s. obligatio.) fr. 14. fr. 21. §. 2. fr. 49. sq. de fideiuss. 46. 1. III. **Cn.** Si alienam — obligationem suscepisti, vel fideiussorio, sive mandatorio, vel quocunque alio nomine. c. 19. de fideiuss. et mand. 8. 41. Pro parte coheredis obligatio salva est, non fideiussoria, sed hereditaria. fr. 50. cf. fr. 14. fr. 49. §. 2. de fideiuss. 46. 1. Ex fideiussoria causa (conveniri, v. solvere etc.) fr. 8. de usufr. ear. rer. 7. 5. fr. 11. mand. 17. 1. fr. 9. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Nomine fideiussorio (obligare se, v. debere etc.) fr. 7. §. 3. de minor. 4. 4. fr. 4. de solut. 46. 3.

Fidelis. (Adiect.) **§. 1.** *Constans, Probus.* II. **Op.** Fidelis et diligens, — Suspectus (tutor.) fr. 8. de susp. tutor. 26. 10. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. III. **Cn.** Optimi fidelissimique (commilitones.) fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Liberti aliqui fideles. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Nobilis, prudens, fidelis, optime sibi conscius. Th. C. XI. 14. c. 1. de condit. in pub. horr. cf. Iul. ep. nov. c. 76. §. 289. — **§. 2.** *Qui religioni christianae fidem servat.* II. **Op.** Qui sanctam fidem prodiderint. — Christiani ac fideles. Th. C. XV. 5. c. 5. de spectac. XVI. 7. c. 2. pr. c. 4. pr. de apostat. — **§. 3.** *Accuratus, Intemeratus.* III. **Cn.** In quibus discingendis causis fidelem operam praestitit. Ib. I. 16. c. 3. (Wck.) de off. Rect. Pr. Si fidelis est ea instructio. Ib. I. 12. c. 2. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Artis huius peritis omne commisimus sub fideli arbitratione iudicium. Ib. II. 26. c. 4. cf. c. 1. (Wck.) fin. regund. Stabit ratum ac fidele, (quod iudicia nostra rescripserint.) Ib. XI. 30. c. 11. de app. et poen.

Fidelitas. *Fides.* III. **Cn.** Spectata fidelitate compellere (ad solutionem fiscalium pensitationum.) Th. C. XI. 7. c. 12. de exaction. Statim in libellum secuta fidelitate conferant (sc. emendatas sententias.) c. 2. de sent. ex peric. 7. 44.

Fideliter. (Advb.) **§. 1.** *Constanter, Probe.* II. **Op.** Diligenter ac fideliter, — Parum prudenter, — Maligne, v. In fraudem, (facere.) fr. 6. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. cf. fr. 20. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Parum fid. fecisse. fr. 48. pr. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Accurate.* III. **Cn.** Fid. repraesentare, (quae susceperat.) Fid. prodere (nomina debitorum.) Th. C. IX. 42. c. 18. de bon. proscr. XI. 7. c. 16. de exaction. XVI. 8. c. 14. de Iud. Dies — fidel. designetur. Ib. XI. 30. c. 29. de app. et poen.

Fidepromissor. *Qui solemni promissione fidem suam obligat pro debito alterius.* II. **Op.** Sponsor. Fideiussor. Gai. III. 115. sqq. IV. 113. III. **Cn.** Vt is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam — quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit. Ib. III. 123. Sponsor et fidepromissor per legem Furiam biennio liberantur. Ib. III. 121. sq.

Fidepromittere. *Fidepromissione se obligare.* II. **Op.** Spondere. Fideiubere. Ib. III. 92. sqq. Paul. I. 9. §. 5. III. **Cn.** Verbis obligatio fit ex interrogatione et responsione, velut: — Fidepromittis? Fidepromitto! Gai. III. 92. 112. 116.

Fides. **§. 1.** *Auctoritas, Fiducia.* III. **Cn.** In testimoniis dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est. fr. 2. cf. fr. 1. pr. fr. 13. de testib. 22. 5. Admittendi non sunt ad testimonii fidem. fr. 3. §. 5. ib. 22. 5. Multum fidei et auctoritatis apud iudicem patronum habiturum. fr. 13. pr. de iureiur. 12. 2. Non ad iuris solemnitatem, sed ad fidei pertinent quaestionem. c. 12. de testam. et quemad. 6. 23. Vt exteriores scripturae fidem interiori servent. Paul. V. 25. §. 6. cf. V. 15. §. 4. Quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur. Th. C. III. 7. c. 3. de nupt. Non ex indice, — sed ex authentico conveniendus est, etsi contractus fides possit ostendi. Paul. V. 12. §. 11. Qui, fidem publicam secuti, (deposuerunt.) fr. 24. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. Secundum fidem acceptorum et datorum, (ponatur ratio.) fr. 2. §. 2. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Ex fide eorum, quae probabuntur. fr. 6. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Si, cum scirem minorem, et ei fidem non haberem etc. fr. 13. de minor. 4. 4. Fides ei contra se habebitur. fr. 11. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Decurritur ad fidem (codicum.) fr. 9. §. 2. de edendo. 2. 13. Vt illic quoque par fidei forma servetur. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 7.) — **§. 1. A.** *Securitatis, vel incolumitatis, sanctio.* III. **Cn.** Vsque ad XXX. dies tantum fides publica valere debet. Iul. ep. nov. c. 21. §. 71. — **§. 1. B.** *Patrocinium.* III. **Cn.** Sodalis siet, queive in eodem conlegio siet, quoiave in fide is erit, maioresve in maiorum fide fuerunt. Fr. L. Serviliae. c. 4. — **§. 1. C.** *Promissionis, vel Obligationis debendi, periculum receptum.* III. **Cn.** Si petierit a te, — peto des ei nummos fide et periculo meo. fr. 24. de fideiuss. 46. 1. cf. c. 9. Qu. res pign. 8. 17. Seio concedi volo, quidquid mihi ab eo debitum est, vel fidem meam pro eo obligavi. fr. 28. §. 6. de liberat. leg. 34. 3. Si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emtori sine ulla satisfactione. fr. 19. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 84. §. 1. de R. I. 50. 17. Si non fide dominica, sed mercede. — fundum coluisset. fr. 18. §. 4. de instr. leg. 33. 7. cf. Vatic. §. 13. Contractus, quos alienam fidem secuti instituimus. fr. 1. de R. C. 12. 1. Eos ita heredes scribere, quorum fidem elegerunt. fr. 3. de probat. 22. 3. Qui fide alterius pro alio fideiussit. fr. 53. mand. 17. 1. Qui fidem suam pro ea, quam delegavit, apud maritum obligaverit. fr. 27. §. 2. ad S. C. Vell. 16. 1. cf. fr. 54. de fideiuss. 46. 1. Fidem suam adstringere, v. interponere, s. accommodare. fr. 67. de procur. 3. 3. fr. 60. §. 1. mand. 17. 1. fr. 10. pr. de h. qu. ut indign. 34. 9. Fidei tuae erit? Fidei meae erit! Paul. II. 3. §. 1. Renunciare, ut venditoris fides soluta esset. fr. 40. pr. de contr. emt. 18. 1. Liberandae fidei eius causa, fideiussisse. fr. 46. §. 1. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Opinio.* II. **Op.** Bona fides. — Dolus. cf. v. Dolus. III. **Cn.** Haec conventio contra bonam fidem, contraque bonos mores est. fr. 1. §. 7. depos. 16. 3. Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem, et exactam diligentiam rebus eius, pro quo intervenit, praestare debet. Paul. I. 4. §. 1. In contractibus, quibus doli praestatio, vel bona fides inest. fr. 152. §. 3. de R. I. 50. 17. Bona fide, et non in fraudem eorum, (gestum negotium.) fr. 34. de procur. 3. 3. Bona fide, et sine ulla gratia, (vendere.) fr. 1. §. 14. si qu. in fr. patron. 38. 5. Bonae fidei (contractus, v. obligatio.) fr. 27. §. 3. fr. 58. de pact. 2. 14. In emtione, caeterisque bonae fidei iudiciis. fr. 7. §§. 5. sq. ib. 2. 14. Si modo eas (sc. res) bona fide acceperimus, cum crederemus eum, qui tradiderit, dominum esse. Gai. II. 43. cf. 45. Huic — usucapio non competit, quia scilicet mala fide possidet. Gai. II. 49. — **§. 2. A.** *Religionis christianae dogma.* I. **Sy.** Religio (recta, s. veneranda.) Th. C. XVI. 9. c. 2. c. 4. ne christ. mancip. II. **Op.** Incredulitas. Ib. XVI. 8. c. 19. de Iud. III. **Cn.** Qui

Qui sanctam fidem prodiderint, et S. baptisma profanaverint. Ib. XVI. 7. c. 4. pr. §. 1. de apostat. Qu contra fidem catholicam sentit. Iul. ep. nov. c. 41. §. 171. Ministri verae orthodoxae fidei. c. 27. de episc. et cler. 1. 3. Verae ac Nicaenae fidei sacerdotia. Th. C. XVI. 1. c. 3. de fide cath. — **§. 3.** *Constantia in promissis servandis. Integritas.* I. **Sy.** Diligentia. fr. 33. pr. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. II. **Op.** Perfidia. fr. 1. §. 4. depos. 16. 3. Ex fide, — Fraudulenter (agere.) fr. 60. §. 4. mand. 17. 1. III. **Cn.** Quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter nos placuerunt, servare? fr. 1. pr. de pact. 2. 14. Bene tutelam, et ex fide administrare. fr. 67. §. 6. de R. N. 23. 2. Eandem fidem et diligentiam praestare, (quam tutor.) fr. 4. de eo qu. pro tut. 27. 5. Gratuitam, certe integram et abstinentem omni lucro, praestare fidem debere. fr. 38. de N. G. 3. 5. cf. fr. 5. §. 15. de don. int. V. 24. 1. Fidei ac verecundiae curatorum convenit. fr. 5. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. Explorata eorum fide et gravitate, (ad huius officii magnitudinem adhiberi.) fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. cf. Th. C. XII. 12. c. 16. de legat. et decr. XII. 7. c. 2. de ponderator. Si is, quem nominaverit, et potior necessitudine, et idoneus re fideque, vel absens reprehendatur. Vatic. §. 157. Nec enim salva fide minorem iis, quam suis rebus, diligentiam praestabit. fr. 32. depos. 16. 3. Ob merita tua, fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi etc. fr. 47. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Qui plenam fidem praestare defuncto maluit. Paul. IV. 3. §. 4. Contractus fidem custodire. Vatic. §. 41. Fidem placiti rumpere. c. 4. cf. c. 1. de d. m. 2. 21. Non enim de fide rupta agitur, sed de indemnitate etc. fr. 5. pr. depos. 16. 3.

Fidicina. *Quae lyra canit.* III. **Cn.** Fidicinam nulli liceat vel emere, vel docere. Th. C. XV. 7. c. 10. de scaenic.

Fidiculae. *Chordae, ad constringendos reos tormentis deditos.* III. **Cn.** Exsortes — volumus esse poenarum, quas fidiculae et tormenta constituunt. Th. C. IX. 35. c. 2. pr. cf. c. 1. de quaestion.

Fiducia. **§. 1.** *Confidentia, Fides.* III. **Cn.** Ingenii qualitate, et fiducia doctrinae, — plurima innovare studuit. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Si quis fiduciam sui haberet, — populo ad respondendum se praepara╌ret. Ib. l. l. Innocentiae ratio, cuius fiduciam geris. Coll. LL. M. III. 4. Si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia magistratus. fr. 32. de iniur. 47. 10. Si quis, fiducia ingenuitatis suae, ultro in se suscipiat probationes. fr. 14. de probat. 22. 3.* Quamquam mater filii negotia, secundum patris voluntatem, pietatis fiducia gerat. fr. 31. §. 6. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Pactum de restituenda re, vel persona, mancipationi illius vel in iure cessioni adiectum.* III. **Cn.** Qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit, vel in iure cesserit. Gai. II. 59. sq. Fiduciae causa facta (coëmtio.) Ib. I. 114. sq. Parens, qui contracta fiducia filium — emancipat. §. 8. I. de legit. adgnat. succ. 3. 2. cf. fr. 2. §. 15. ad S. C. Tert. 38. 17. Th. C. V. 1. c. 3. de legit. hered. Quive iudicio fiduciae, pro socio, tutelae, mandati, iniuriarum, deve dolo malo, condemnatus est, erit. Tab. Heracl. lin. 37. aer. Neap. Actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum, et aliae innumerabiles. Gai. IV. 33. 62. Paul. II. 13. §§. 6. sq. Coll. LL. M. X. 2. — **§. 3.** *Pignus rei, contracta fiducia constitutum.* III. **Cn.** Cum fiducia contrahitur — cum creditore, pignoris iure. Gai. II. 60. cf. 220. Res fiduciae data. Paul. II. 13. §§. 6. sq. III. 6. §. 69. Pignori, vel fiduciae dare. Ib. III. 6. §. 16. V. 1. §. 1. Ex causa fiduciae ablatus (fundus.) Vatic. §. 94. — **§. 4.** *Res ipsa, per fiduciam obligata.* III. **Cn.** Qui fiduciam, (quam) creditori mancipaverit aut in iure cesserit, detinet. Gai. III. 201. Fiduciam, et pignora apud se deposita, persequi. Paul. V. 26. §. 4. Fiduciam vendere, s. distrahere. Ib. I. 9. §. 8. II. 13. §§. 1. 3. 5.

Fiduciarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad pactum fiduciae spectans.* I. **Sy.** Fiduciae data, Fiduciaria (res.) Paul. II. 13. §§. 2. 5. sqq. Fiduciae causa facta, Fiduciaria (coëmtio.) Gai. I. 114. 115. a. b. III. **Cn.** Quidquid creditor per fiduciarium servum quaesivit. Paul. II. 13. §. 2. Naturalis, — Fiduciarius (pater.) Epit. inst. Gaii. I. 6. §. 3. Tutor fiduciarius. Tutela fiduciaria. Gai. I. 115. 166. 175. 194. sq. — **§. 2.** *Fideicommisso interveniente obligatus.* I. **Sy.** Fideicommissa, Fiduciaria (hereditas.) fr. 46. ad S. C. Treb. 36. 1. II. **Op.** Fideicommissarius (heres.) fr. 46. fr. 49. pr. ib. 36. 1. III. **Cn.** Is, cui fiduciaria hereditas restituta est. fr. 9. §. 1. de R. C. 12. 1. Testamento fiduciarium reliquit heredem, a quo petit etc. fr. 46. ad S. C. Treb. 36. 1.

Fiduciatus. (Adiect.) *Adiecto fiduciae pacto mancipatus alteri.* III. **Cn.** Filia, quam fiduciatam nominavit, h. e. emancipata. Interpr. ad Th. C. V. 1. c. 3. de legit. heredit.

Fidus. (Adiect.) *Fidelis, Fide dignus.* III. **Cn.** Fidum obsequium defuncti precibus praebere. fr. 45. ad S. C. Treb. 36. 1. Si ignoravit quidem furem esse, adseveravit autem bonae frugi et fidum. fr. 13. §. 3. de A. E. V. 19. 1. In specula — fidissimos quosque constituat. Th. C. XVI. 5. c. 16. de haeret. Adhibitis fidis custodibus, s. Sub fida prosecutione, (perduci, v. transmitti.) Ib. IX. 40. c. 17. de poen. XII. 1. c. 175. de decurion.

Fieri. Cf. v. Esse.

Figere. **§. 1.** *Adfigere, Infigere.* III. **Cn.** Si ad ianuam meam tabulas fixeris. fr. 22. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. Furca figendi (latrones.) fr. 28. §. 14. de poen. 48. 19. (cf. v. Adfigere.) — **§. 2.** *Promulgare, Sancire.* III. **Cn.** Aeternam fiximus legem, ne etc. Th. C. X. 20. c. 11. de murileg. Intra anni metas, quas fiximus. Ib. X. 10. c. 27. §. 2. de petit. et ultro dat.

Figlina, s. **Figulina.** *Officina figulorum.* III. **Cn.** Quidam cum in fundo figlinas haberet, figulorum opera — utebatur. fr. 25. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Si, ut vasa venirent, figulinae exercerentur. fr. 6. pr. de S. P. R. 8. 3.

Figlinus. (Adiect.) *A figulo fabricatus.* III.

Cn. Iuxta communem parietem camera ex figlino opere facta. fr. 19. §. 1. de S. P. V. 8. 2.

Figmentum. *Simulatio.* I. **Sy.** Simulare, se accepisse. Tituli falsi figmentum. c. 7. de contr. emt. 4. 38. III. **Cn.** Commenta mortalium figmentaque. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Figulinus. Cf. v. Figlinus.

Figulus. *Operum ex argilla fabricandorum artifex.* III. **Cn.** Non videri figulos in instrumento fundi esse. fr. 25. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Qui manu victum rimantur, — figuli videlicet aut fabri. Th. C. XIII. 1. c. 10. de lustr. collat.

Figura. **§. 1.** *Habitus externus.* II. **Op.** Fig. litterarum, v. verborum. — Oratio, Mens (testantis.) fr. 38. de O. et A. 44. 7. fr. 116. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Omnis materiae figura, sive tabulae sint ligneae etc. fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11. Non humanae figurae (partus.) fr. 135. de V. S. 50. 16. Maneat (sc. Palatinorum schola) in eadem potestate; et ordine, et figura. Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. cf. c. 23. §. 90. In aliam, s. adversariam, figuram transferri, s. transformari. Ib. c. 120. §. 525. cf. Iust. C. c. 2. §. 9. de iureiur. pr. cal. 2. 59. — **§. 2.** *Conditio, Causa, Species.* I. **Sy.** Materia, Pars (iuris.) Gai. II. 191. Species (capiendi.) fr. 31. pr. de m. c. don. 39. 6. Natura. c. 7. de dot. prom. 5. 11. III. **Cn.** In aliam vitae figuram transire. Iul. ep. nov. c. 4. §. 14. Loquimur de iis iuris figuris, quibus — adquiruntur (res.) Pr. I. de legat. 2. 20. Obligationes — nascuntur — proprio quodam iure, ex variis causarum figuris. fr. 1. pr. de O. et A. 44. 7. — **§. 3.** *Color, Praetextus.* III. **Cn.** Id, quod non figura conditionis accipere iussus est. fr. 30. §. 7. ad L. Falc. 35. 2. Sive clam, sive palam, sive sub aliqua figura, (uxorem duxerit, vel concubinam habuerit.) Iul. ep. nov. c. 6. §. 28.

Figurare. **§. 1.** *Efformare, Exprimere.* I. **Sy.** Formare. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Voces lingua figuratae. fr. 38. de O. et A. 44. 7. A graeca voce figuratum. Gai. III. 93. Quidquid ex auro — in monetis publicis — figuratum. Th. C. IX. 21. c. 7. de fals. monet. Solidi — nostris vultibus figurati. Ib. XII. 7. c. 1. de ponderator. — **§. 2.** *Simulare, Praetendere.* I. **Sy.** Colorare. Cf. h. v. III. **Cn.** Venditiones in liberas personas figuratae, et circumductiones etc. c. 6. de emancip. 8. 49.

Figuratio. *Efformatio, Expressio.* I. **Sy.** Expressio (solidorum etc.) Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solid. circul. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. III. **Cn.** Monetae adulterata figuratio. Ib. IX. 38. c. 7. Simili figuratione verbum potest esse subdisiunctivum. fr. 124. de V. S. 50. 16.

Filia. **§. 1.** *Proles femina, ex numero liberorum primi gradus.* I. **Sy.** Puella. fr. 14. de dote prael. 33. 4. Quae primum gradum liberorum obtinet. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7. II. **Op.** Ex filia venire. — Per virilem sexum descendere. Vatic. §. 224. III. **Cn.** Liberi, qui ex filia nepteve procreantur. Gai. III. 71. Amita, et fratris filia. Ib. III. 14. Si qua filia mihi genitur, (ei heres meus C. dato!) fr. 17. §. 1. cf. pr. de legat. I. (30.) Quicunque filio meo in matrimonium filiam suam collocaverit. Gai. II. 238. Vlp. XXIV. 17. sq. — **§. 2.** *Quae in patris potestate constituta est.* I. **Sy.** Quam in potestate habeo. Filiafamilias. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7. fr. 1. fr. 13. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Filia sua, qnam in potestate habet (sc. pater.) Coll. LL. M. IV. 2. Ex suis heredibus filius quidem. — Reliquae vero personae liberorum, velut filia, nepos, neptis. Vlp. XXII. 16. sq. Gai. II. 123. sq. Quae per in manum conventionem apud patrem nostrum iura filiae consecuta est. Gai. III. 14. cf. I. 111. 114. 115 b. 136. Eo modo filiae loco esse incipit, et quasi sua est. Ib. II. 139. 159. III. 3. Quae nobis adoptione filiae, aut neptis loco esse coeperit. Ib. I. 59.

Filiafamilias. *Quae potestati patriae subiecta est.* II. **Op.** Materfamilias. fr. 4. de h. qu. sui. 1. 6. III. **Cn.** Filiafamilias, et quae in manu est. Gai. III. 114. Filiifam. et filiae, quae sunt in aliena potestate. fr. 4. l. l. 1. 6. Ad dotis exactionem cum patre dat procuratorem (sc. filiafam.) fr. 8. pr. de procur. 3. 3.

Filius. **§. 1.** *Proles masculina, ex primo liberorum gradu.* I. **Sy.** Qui primum gradum liberorum obtinet. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7. III. **Cn.** Filius, nepos, pronepos, caeterive qui ex his descendunt. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. §. 5. I. Qu. testam. tut. 1. 14. Quisquis mihi alius filii, filiusve heres sit. fr. 116. cf. fr. 122. de V. S. 50. 16. Non est „sine liberis", cui vel unus filius, unave filia est. fr. 148. l. l. 50. 16. Adprobare, se ex L. Aelia Sentia liberorum causa uxorem duxisse, et ex ea filium anniculum habere. Gai. I. 29. Quod libertinus rem HS. XXX millium, aut filium non habeat. Coll. LL. M. IV. 5. Cum nepos adoptatur, quasi ex filio natus. fr. 6. cf. fr. 11. fr. 15. §. 1. de adopt. 1. 7. Frater, eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo. Gai. I. 156. III. 7. sq. Celsus filius. Nerva fil. Cf. v. Celsus, v. Nerva. — **§. 2.** *Filii*, i. e. *Liberi omnium graduum, et sexus utriusque.* I. **Sy.** Omnes, qui ex nobis descendunt. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Liberi (omnes.) fr. 84. fr. 122. ib. 50. 16. Vatic. §§. 191. sqq. Gai. I. 175. 181. — **§. 3.** *Filius*, pro: *Iustus filius.* I. **Sy.** Qui ex viro et uxore eius nascitur. fr. 4. fr. 6. de h. qu. sui. 1. 6. Legitimi liberi. Filii. Th C. III. 12. c. 2. sq. de incest. nupt. III. **Cn.** De veritate quaerendum, filius sit, an non. fr. 10. cf. fr. 6. l. l. 1. 6. Iustum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri. fr. 11. ib. 1. 6. Maritum auctorem esse iubet, aut filium eius puberem. Gai. I. 193. — **§. 4.** *Filiusfamilias.* I. **Sy.** Is, quem in potestate habet (pater.) fr. 17. §. 7. fr. 18. sqq. de pact. 2. 14. fr. 1. fr. 13. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Gai. I. 144. sq. Vlp. XI. 15. Filiusfamilias. fr. 7. §. 18. fr. 17. §. 7. fr. 18. sqq. de pact. 2. 14. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Ex suis heredibus filius quidem etc. Vlp. XXII. 16. 20. XXVI. 3. Gai. II. 123. 127. 134. 156. Vindicat apud Praetorem, filium suum esse. Ib. I. 134. Si pater filium ter venum duit, filius a patre liber esto. Ib. I. 132. Vlp. X. 1. Mortuo filio, vel emancipato. Ib. XXIII. 3. Gai. III. 6. Filius eman-

cipatus, cui pater peculium non ademit. Vatic. §. 260. Filio, filiaeque testamento tutorem dare. Gai. I. 145. Filius, vel servus. fr. 17. §. 7. fr. 18. sqq fr. 28. §. 2. de pact. 2. 14. Gai. IV. 70. sq. 77. sq. Si pater filii nomine (iniuriarum agat.) fr. 39. §. 4. de procur. 3. 3.

Filiusfamilias. *Qui alterius potestati patriae subiectus est.* I. **Sy.** Qui in potestate parentis est. fr. 1. §. 1. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7. Filius. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Paterfam. Qui sui iuris, s. suae potestatis, est. fr. 4. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 3. §. 4. de minor. 4. 4. fr. 6. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Paterfam., materfam., filiusfam., filiafam., quique deinceps vicem eorum sequuntur. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Per quos stipulari possumus, veluti per filiumfam., vel servum. Paul. V. 8. §. 1. Cum filiusfam. ex noxali causa mancipio datur. Gai. IV. 79. Filiusfam. pater. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. Patronus filiusfam. fr. 171. de V. S. 50. 16. Filiusf. Praetor, v. Cos. etc. fr. 3. de adopt. 1. 7. fr. 1. sq. de off. Praet. 1. 14. Filiusf. miles. fr. 12. §. 1. de N. G. 3. 5. Gai. II. 106. Vlp. XX. 10.

Fimus. *Coenum, Sordes.* III. **Cn.** Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obliniverit etc. Paul. V. 4. §. 13. Immundo fimo sordidatis fluentis (commune poculum polluere.) Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M.

Finalis. (Adiect.) *Ad agrorum fines pertinens.* I. **Sy.** Finium (quaestio.) fr. 8. §. 1. fr. 11. fin. regund. 10. 1. II. **Op.** Proprietatis, s. Dominii, (controversia, v. quaestio.) fr. 11. sq. ib. 10. 1. Th. C. II. 26. c. 1. sqq. (Wck.) eod. tit. III. **Cn.** Lapides finales furari, aut arbores finales caedere. §. 6. I. de off. iud. 4. 17. cf. fr. 3. §. 2. de term. mot. 47. 21. Iurgium finale. Th. C. l. l. c. 5. Qui finalem detulerit quaestionem. Ib. c. 2.

Fingere. **§. 1.** *Simulare, Praetendere.* I. **Sy.** Confingere. cf. h. v. III. **Cn.** Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit. Paul. V. 25. § 11. Qui finxit se servum, et sic veniit, decipiendi emtoris causa. fr. 13. pr. de liberali. c. 40 12. Qui, cum se pro patrefam. fingeret, mutuam pecuniam accepit. fr. 10. de re iud. 42. 1. cf. fr. 52. §. 15. de furt. 47. 2. Si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit. fr. 1. §. 34. de S. C. Silan. 29. 5. Sive se putet tutorem, sive scit non esse, fingit tamen esse. fr. 1. §. 1. de eo qu. pro tut. 27. 5. Cuius (sc. pecuniae) retinendae cupidine fictam adseverationem detegunt. fr. 8. §. 4. de vac. et exc. 50. 5. Nemo credat sponte fingenti. Th. C. IX. 1. c. 19. §. 1. de acc. et inscr. — **§. 2.** *Ficticiam causam proponere.* III. **Cn.** Quia non potest eam ex iure Quir. suam esse intendere, fingitur rem usucepisse. Gai. IV. 36. Introducta est contra eum, eamve, actio utilis, — in qua fingitur etc. Ib. IV. 38. cf. III. 84. Vlp. XXVIII. 12. Fingi esse heres. Ficto se herede agere. Ib. l. l. Gai. IV. 34. sqq. Civitas R. peregrino fingitur, si eo nomine agat. Ib. IV. 37. Si fingamus etc. fr. 6. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 32. §. 1. de eviction. 21. 2. Credo etc. — finge enim etc. fr. 13. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 23. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Finge, esse etc. fr. 38. de R. V. 6. 1. fr. 54. pr. mand. 17. 1.

Fini. *Vsque ad finem.* Cf. v. Finis. §. 2.

Finire. **§. 1.** *Finiri, i. e. Exitum rei adtingere. Absolvere.* I. **Sy.** Transire (diem.) fr. 38. pr. de minor. 4. 4. II. **Op.** Incipere, s. Coepisse, s. Inchoari. fr. 8. de feriis. 2. 12. fr. 58. §. 3. pro soc. 17. 2. Vatic. §. 126. Superante, — Finito (tempore.) Gai. II. 166. 168. Finiti, — Futuri (anni.) Ib. IV. 131. III. **Cn.** Alimenta finiri (cum vita.) fr. 8. §. 10. de transact. 2. 15. Cum tempore pubertatis finiatur (sc. pupillorum tutela.) Gai. I. 168. — **§. 2.** *Abolere, Tollere, Componere.* I. **Sy.** Perimere, Exstinguere. fr. 8. pr. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. fr. 15. sq. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Dissolvere. fr. 6. de sponsal. 23. 1. fr. 2. de pact. dot. 23. 4. II. **Op.** Constituere (sponsalia.) fr. 6. de sponsal. 23. 1. Durare, v. Remanere, — Finiri (obligationem etc.) fr. 21. §. 4. Qu. met. c. 4. 2. fr. 34. §. 2. de O. et A. 44. 7. c. 18. de postlim. rev. 8. 51. III. **Cn.** Quae iudicata, transacta, finitave sunt. fr. 1. §. 12. ad S. C. Tertull. 38. 17. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. c. 21. de solut. 8. 43. Apud Praetorem finiri haec oportet fr. 25. de procur. 3. 3. Ni eo die finiverit negotium. Gai. IV. 184. Si de pluribus rebus sit arbitrium receptum, nisi omnes controversias finierit etc. fr. 19. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Post speciem in auditorio eorum (Impp.) finitam. fr. 18. pr. de minor. 4. 4. Sive ab initio sine causa promissum est, sive fuit causa promittendi, quae finita est, vel secuta non est. fr. 1. §. 2. de cond. sine c. 12. 7. Si in quadruplum quis egerit, finiri in rem actionem. fr. 9. §. 6. Qu. met. c. 4. 2. Quasi iure pignoris finito etc. fr. 15. de captiv. 49. 15. cf. Paul. II. 13. §. 4. Finitur ususfr. aut morte, aut tempore. Ib. III. 6. §. 33. — **§. 2. A.** *Consumere.* III. **Cn.** Cum res in dotem datae plures ipso usu finitae essent, nec moriente marito fuerant. fr. 12. de dote praeleg. 33. 4. — **§. 3.** *Praefinire, Definire.* III. **Cn.** Quod tempore atque facto finitum est. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. Lege XII Tabb. finitae intestatorum hereditates. Gai. III. 18. Numerus legis Furiae Can. finitus. Ib. I. 139. Lege Papia finiti anni. Vl . XVI. 1.

Finis. **§. 1.** *Exitus.* III. **Cn.** Et caput, s. Initium, et finem (esse, s. procedere.) fr. 195. §. 5. de V. S. 50. 16. Prooem. Inst. §. 3. Donec de inofficioso iudicium aut inducatur, aut finem accipiat. fr. 7. pr. de hered. pet. 5. 3. Si alicuius rei societas sit, et finis negotio impositus, finitur societas. fr. 65. §. 10. pro soc. 17. 2. – **§. 2.** *Modus extremus, Terminus.* I. **Sy.** Ad finem, Fini (legitimae usurae.) fr. 1. §. 3. de pignor. 20. 1. fr. 4. §. 1. de naut. foen. 22. 2. III. **Cn.** Quis finis, aut quod initium sumeretur (veteris vini?) fr. 12. de trit. vino. 33. 6. Scripturae modus, qui certo fine concluditur. Paul. III. 6. §. 87. Solet cretio dari, i. e. finis deliberandi. Gai. II. 164. Ad finem centesimae, non ultra duplum, (debetur.) fr. 4. §. 1. de naut. foen. 22. 2. Quae tamen in commune tenuerunt, fine praestituto. fr. 32. §. 24. de donat. int. V. 24. 1. Dabitur ei compensatio, peculii

fini. fr. 19. de compens. 16. 2. cf. fr. 15. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. Fini virilis partis (retineat.) fr. 5. pr. de dot. collat. 37. 7. — **§. 3.** *Limes.* III. **Cn.** Patriae fines (iuberi excedere.) fr. 1. §. 1. de effractor. 47. 18. Publicos fines (a privatis detineri non oportet.) fr. 5. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Provinciae fines (ingredi, v. excedere.) fr. 4. §§. 3. sqq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 15. de off. Praes. 1. 18. In patria sua, vel intra fines eius. fr. 41. §. 6. de legat. III. (32.) Vniversitas agrorum intra fines cuiusque civitatis. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. Fines praedii tueri. fr. 16. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Vbi non possit (sc. iudex) dirimere fines. — Si forte per aliam regionem fines dirigere iudex velit. fr. 2. §. 1. fin. regund. 10. 1. Formula finium regundorum, quae est inter vicinos. Vlp. XIX. 16. Gai. IV. 42. De finibus fundi — agere, v. pacisci. fr. 21. Qu. in fr. cred. 42. 8. Controversia de finibus orta est, et arbiter electus est, ut arbitratu eius res terminetur. fr. 44. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 8. §. 1. fin. regund. 10. 1. Qui terminos, finium causa positos, abstulerunt. Coll. LL. M. XIII. 3. In demonstrandis finibus agri venditi — plus demonstrare. fr. 18. §. 1. fr. 63. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 2. §. 6. pro emt. 41. 4. — **§. 4.** *Definitio, Propositum.* I. **Sy.** Determinari et definiri. Suos habere fines. fr. 60. §. 2. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ex propositis finibus esse. fr. 124. ib. 50. 16. Intra certos fines cohiberi. Vatic. §. 158. Habet certum finem (ista actio.) fr. 1. §. 2. si is qu. testam. lib. 47. 4. Latae culpae finis est, (non intelligere id etc.) fr. 213. §. 2. fr. 223. pr. de V. S. 50. 16.

Finitimus. (Adiect.) *Vicinus, Proximus.* II. **Op.** Finitimae, et in eisdem locis constitutae, — Longius positae (possessiones.) Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) V. 15. c. 5. (Wck.) III. **Cn.** Cum crebra oriantur bella, et quaedam acriora a finitimis inferrentur. fr. 2. §. 18. cf. §. 27. de O. I. 1. 2. Curiales, quos his (sc. viris) gradus honore — convenit esse finitimos. Th. C. VIII. 11. c. 1. §. 1. ne qu. pub. laetit.

Finitivus. (Adiect.) *Definitivus.* III. **Cn.** Finitivam sententiam prolaturum. Interp. ad Th. C. I. 7. c. 2. de off. Rect. Pr.

Finitus. (Partic.) *Definitus, Determinatus.* III. **Cn.** Si certus ac finitus viae locus est. fr. 6. §. 1. Quemad. serv. 8. 6. Cum ius finitum et possit esse et debeat. fr. 2. de iur. et facti ign. 22. 6. Intra finitos annos. Th. C. XVI. 2. c. 19. de episc. eccl.

Firmamentum. *Confirmatio, Auctoritas.* I. **Sy.** Robur. Ib. IV. 4. c. 5. de testam. et codic. Confirmare, Ingerere firmamentum. Ib. l. 1.

Firmare. **§. 1.** *Confirmare, Comprobare.* I. **Sy.** Confirmare. Vlp. XXIV. 11 a. Vatic. §. 85. Valere, Firmari. Paul. III. 4 A. §. 8. III. **Cn.** Omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo. fr. 40. cf. fr. 34. de LL. 1. 3. Licet iure civili non valeat legatum, tamen S.Cto Neroniano firmatur. Vlp. l. l. An per aditionem et tabulae secundae firmarentur, quod videbantur evanuisse. fr. 14. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. — **§. 2.** *Adfirmare.* III. **Cn.** Qui litem reparare tentaverint, — firmantes etc. Th. C. XI. 34. c. 1. de iis qu. p. met. iud.

Firmatus. (Partic.) *Roboratus.* I. **Sy.** Firmissima, Plena perfectaque, Firmata (aetas, v. iuventus etc.) Th. C. II. 17. c. 1. pr. §§. 3. sq. de h. qu. ven. aet.

Firme. (Advb.) *Stabiliter, Pleno iure.* III. **Cn.** Hoc apud venerabiles ecclesias manere firme, nullius unquam manibus abstrahendum. Nov. 37. in f.

Firmitas. *Stabilitas, Valor.* I. **Sy.** Auctoritas. c. 4. de sent. et interloc. 7. 45. c. 2. si a non comp. iud. 7. 48. In irritum devocari. Nullam firmitatem habere. Vatic. §. 273. III. **Cn.** Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, — et adpellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur. Paul. V. 7. §. 1. cf. c. 40. de transact. 2. 6. Quae consilio recte geruntur, iure meritoque effectu et firmitate niti. c. 3. de repud. 5. 17. Causam — suam habere tam firmitatem quam exactionem. c. 32. de fideicomm. 6. 42. Comparatoribus data firmitate perpetua possidendi. Th. C. XI. 7. c. 4. de exaction.

Firmiter. (Advb.) *Firme.* III. **Cn.** Si contineri firmius ab alio poterit. fr. 1. §. 5. si quadrup. 9. 1. Firmiter in aeternum, veluti privato et inconcusso iure, possideat. Nov. Th. II. de patrim. I. 3. c. 1. §. 3. cf. Th. C. XI. 9. c. 1. de distr. pign. Obnoxius firmiter constitui. c. 7. pr. ad S. C. Maced. 4. 28. Firm. praecipimus custodiri (privilegia.) Th. C. XVI. 2. c. 13. de episc. eccl.

Firmitudo. *Firmitas.* III. **Cn.** Emancipatio irmitudine evacuetur. Vatic. §. 248.

Firmus. (Adiect.) **§. 1.** *Stabilis.* III. **Cn.** Quod enim tam firmum aedificium est, ut fluminis aut maris — vim sustinere possit? fr. 24. §. 4. cf. fr. 43. pr. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Validus.* II. **Op.** Per se firma esse. — Ex alieno arbitrio pendere. fr. 32. pr. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Quae proinde firma singula sunt, atque si omnia in unum congesta sint. Gai. II. 249. cf. Vatic. §. 245. Firmam pignoris obligationem habere. fr. 35. §. 1. de donat. 39. 5. Consilio eius, quasi parum firmo, restitit (sc. lex.) fr. 4. de serv. export. 18. 7. Firma lege sancire. Th. C. VIII. 13. c. 2. de revoc. donat.

Fiscalia. Cf. v. Fiscalis. (Adiect.) §. 2.

Fiscalis. (Subst.) *Qui in officio fisci militat.* III. **Cn.** In decuriarum ordine, nisi cui librariorum, vel fiscalium, sive censualium nomen est etc. Th. C. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R.

Fiscalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad fiscum spectans.* III. **Cn.** In fiscalibus, vel publicis, religiosisve locis. fr. 3. §. 10. de iure fisci. 49. 14. In publicis, vel privatis, vel fiscalibus causis. fr. 1. §. 3. de calumn. 3. 6. fr. 29. pr. de iure fisci. 49. 14. Res fiscales, quasi propriae et privatae Principis sunt. fr. 2. §. 4. ne qu. in loco pub. 43. 8. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta. Paul. V. 1. §. 3. Officium fiscale administrare. Ib. V. 12. §. 5. Pactis privatorum formam iuris fiscalis convelli non placuit. fr. 42. de pact. 2. 14. Poenarum fiscalium petitio. fr. 17. de iure fisci. 49. 14. Vsurae fiscales. fr. 6. pr.

eod. 49. 14. — **§. 2.** *Ad annonam publicam spectans, et tributa fisco pendenda.* I. **Sy.** Fiscalia, Census. Vatic. §. 35. III. **Cn.** Pensitationes fiscales, s. fiscalium. Th. C. XI. 1. c. 12. de ann. et tribut. XVI. 2. c. 15. §. 2. de episc. eccl. Vniversa fiscalia, quae de provinciis speranda sunt. Nov. Maiorian. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2. Panis Ostiensis, atque fiscalis. Th. C. XIV. 19. c. 1. de pret. pan. Ost.

Fiscus. **§. 1.** *Saccus plexilis.* III. **Cn.** Fisci, quibus ad premendam oleam utimur. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Pecuniae publicae thesaurus, cuius rationes Principis titulo tractabantur.* II. **Op.** Aerarium. c. 2. pr. de quadr. praescr. 7. 37. Ratio Caesaris et Augustae. fr. 6. §. 1. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Publica vectigalia, — ex quibus vectigal fiscus capit. fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 9. §. 8. de publican. 39. 4. Plerumque inde conrasas pecunias Praesides ad fiscum transmiserunt. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. Loca, quae sunt in fisci patrimonio. fr. 2. §. 4. ne qu. in loco pub. 43. 8. Bona eorum — velut pignoris iure fisco obligantur. Fr. de I. F. §. 5. cf. fr. 205. de R. I. 50. 17. Poenam fisco repraesentare, v. inferre. Fr. de I. F. §. 8. cf. §. 18. fr. 3. §. 5. de sepulc. viol. 47. 12. Quoties lege Iulia bona vacantia ad fiscum pertinent. fr. 96. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 9. de S. C. Silan. 29. 5. Bona fisco vindicata. fr. 8. de iure fisci. 49. 14. Gai. II. 285. Vlp. XVII. 2. Si — patres caducum vindicent, omnino fisco locus non est. Fr. de I. F. §. 3. Bona vacantia, fisco nondum nunciata. fr. 18. de usurp. 41. 3. §. 9. I. de usucap. 2. 6. In fiscum cogenda esse (bona.) fr. 31. de iure fisci. 49. 14. Bona a fisco propter debitum occupata. fr. 3. §. 4. de minor. 4. 4. Fisci causas agere, s. Advocatus fisci esse. fr. 10. pr. fr. 11. de postul. 3. 1. Fisci advocati, quibus ad tempus officium mandatum est. Fr. de I. F. §. 17. Patronus fisci. fr. 33. pr. ex qu. c. maior. 4. 6.

Fistula. **§. 1.** *Canalis, s. Tubus, per quem aqua fluit.* III. **Cn.** Aquas spurcare, fistulas, lacus — contaminare. fr. 1. §. 1. de extr. crim. 47. 11. Novum canalem, vel fistulas, — in rivo collocare. fr. 3. §. 2. de riv. 43. 21. cf. fr. 15. de S. P. R. 8. 3. Lines, labra, salientes, fistulae quoque quae salientibus iunguntur, quamvis longe excurrant extra aedificium. fr. 15. cf. fr. 17. §. 8. de A. E. V. 19. 1. Paul. III. 6. §. 65. Castellum, ex quo fistulis aqua duceretur. fr. 78. pr. de contr. emt. 18. 1. Fistulae, quas matrices vocant. Th. C. XV. 2. c. 5. de aquaed. — **§. 2.** *Vlcus altum et angustum, saniem emittens.* III. **Cn.** Qui alicuius partis corporis — sanitatem pollicentur, utputa si auricularis, si fistulae, vel dentium. fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13.

Fixus. (Partic.) **§. 1.** *Adfixus.* II. **Op.** Fixae, — Revulsae (imagines.) c. 22. de admin. tut. 5. 37. III. **Cn.** Vt ruta caesa, vincta fixaque. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Stabilis, Inconcussus.* III. **Cn.** Fixam atque inviolabilem permanere (legem.) Th. C. VI. 4. c. 18. de Praet. et Qu. Fixum intemeratumque servari. Ib. XII. 1. c. 139. de decurion. — **§. 3.** *Definitus, Descriptus.* III. **Cn.** Hic fixus ac stabilis servabitur modus. c. 1. de annon. et capit. 1. 52. Quemadmodum ab initio fixus est (sc. ususfr.,) ita et conservetur. c. 15. de usuf. et habit. 3. 33. Quae antiquitus fixis temporibus limitantur. Th. C. IV. 14. c. 1. §. 3. de act. certo temp. fin.

Flagellare. *Virgis, v. Fuste, caedere.* I. **Sy.** Flagello caedere. fr. 2. §§. 4. sq. de priv. delict. 47. 1. III. **Cn.** Si quis ancillam alienam subripuit et flagellaverit. [al. flagitaverit.] fr. 2. §. 5. de priv. delict. 47. 1.

Flagellum. **§. 1.** *Verber flexile.* I. **Sy.** Flagrum. fr. 9. §. 3. fr. 17. §. 2. fr. 45. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio. fr. 7. fr. 10. pr. de poen. 48. 19. cf. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Modicam castigationem fructuario competere. — Vi neque torqueat, neque flagellis caedat. fr. 23. §. 1. de usufr. 7. 1. Paul. III. 6. §. 23. Personae flagellorum ictibus subiectae. fr. 12. de decurion. 50. 2. Flagello, — in quo dolon inerat, verberare tabernarium coeperat. fr. 52. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Rheda, cum iumentis.* I. **Sy.** Quadrigae, vel flagella. Rhedae. Th. C. VI. 29. c. 5. pr. de curios.

Flagitare. (Cf. v. Flagellare.) *Provocare, Exigere.* I. **Sy.** Postulare, Poscere. Ib. VII. 9. c. 3. sq. de salgam. XI. 17. c. 2. sq. de equor. coll. II. **Op.** Iudiciis flagitati, — Sponte delecti (arbitri.) Ib. II. 8. c. 18. (Wck.) de feriis. VIII. 8. c. 3. de exsecut. et exact.

Flagitatio. *Provocatio, Nominatio.* III. **Cn.** Ita (sc. eum) ordinis senatorii complexus excipiet, ut reposcentium civium flagitatio non fatiget. Th. C. XII. 1. c. 57. de decurion.

Flagitiose. (Advb.) *Improbe, Nefarie.* III. **Cn.** Peritura collegerint, an, quae servari possint, flagitiose invaserint. fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9.

Flagitiosus. (Adiect.) *Facinorosus, Criminosus.* I. **Sy.** Foedus. Cf. h. v. (Adiect.) III. **Cn.** Nec societas — flagitiosae rei ullas vires habet. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Turpiter, et cum flagitiosa foeditate, (vivere.) c. 19. de inoff. testam. 3. 28. Ne — apud scelestos et flagitiosos animos permaneret (pietatis praemium.) Th. C. VIII. 13. c. 2. de revoc. donat. Quibus flagitiosus luxus est, (virile corpus muliebriter constitutum etc.) Coll. LL. M. V. 3.

Flagitium. *Factum impium, vel scelerosum. Facinus.* I. **Sy.** Turpiter. Non sine flagitio. fr. 2. §. 2. de captiv. 49. 15. II. **Op.** Si iam multa flagitia in tutela admisit. — Bene probati, et idonei atque honesti (tutores.) fr. 17. §. 1. de testam. tut. 26. 2. III. **Cn.** Si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri. Fr. XII. Tabb. VIII. 1. Qui propter nequitiam malosque mores, flagitiumve aliquod admissum, (mortem sibi consciscere voluit.) fr. 43. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Paul. V. 12. §. 1. Stuprum, flagitiumque impurum, (pati.) Ib. II. 26. §. 13. V. 4. §. 14. cf. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Ob flagitium militare damnati. c. 13. de testam. milit. 6. 21.

Flagrans. (Partic.) *Nondum exstinctus (li-*

bidinis impetus.) III. **Cn.** Vbi inventi fuerint in ipsa rapina, et adhuc flagranti crimine comprehensi. c. 1. pr. de raptu virgg. 9. 13.

Flagrum. *Scutica.* I. **Sy.** Flagellum. Cf. h. v. III. **Cn.** Vt omnino nullus in agitando fuste utatur, sed aut virga, aut certe flagro, cuius in cuspide infixus brevis aculeus. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Flamen. *Sacerdos.* III. **Cn.** Flamines maiores, i. e. Diales, Martiales, Quirinales. Gai. I. 112. cf. 130. Vlp. X. 5. Sacerdotales, et flamines perpetui, atque etiam duumvirales. Th. C. XII. 5. c. 2. Quemad. mun. civ. Cf. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil.

Flaminia. *Italiae regio.* I. **Sy.** Vrbicariae regiones. Picenum atque Flaminia, Apulia et Calabria, Bruttii et Lucania atque Samnium. Ib. IX. 30. c. 1. Quib. equor. us.

Flaminium. *Flaminis dignitas, Sacerdotium.* III. **Cn.** Post flaminii honorem, et sacerdotii vel magistratus decursa insignia. Th. C. XII. 1. c. 21. de decurion.

Flamma. *Ignis, Incendium.* III. **Cn.** Cum stramenta ardentia transilirent duo, — alter flamma consumtus est. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Palam flammis aboleri. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debitor. Vltima flammarum animadversione consumi. Ib. VII. 18. c. 2. de desertor. Flammarum exustionibus mancipari. Ib. IX. 21. c. 5. de fals. monet. Vltricibus, v. Vindicibus, flammis concremari etc. Ib. VII. 13. c. 5. de tiron. Coll. LL. M. V. 3.

Flammeus. (Adiect.) *Ignitus, Accensus.* III. **Cn.** Flammeis ignibus exurantur. Coll. LL. M. XV. 3.

Flare. *Flando efformare.* III. **Cn.** Qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit. fr. 9. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Flator. *Conflator metalli, monetae cudendae destinati.* III. **Cn.** III Viri monetales, aeris, argenti, auri flatores. fr. 2. §. 30. de O. I. 1. 2.

Flaturarius. *Idem.* III. **Cn.** Nonnullos flaturarios maiorinam pecuniam, — separato argento ab aere, purgare. Th. C. IX. 21. c. 6. de fals. monet.

Flatus. (Subst.) *Ventus.* III. **Cn.** Qui in portubus — onusta navigia, cum prosperior flatus invitat, — immorari permiserint. Ib. XIII. 5. c. 34. de navicul.

Flavialis. (Adiect.) *Epitheton generis Praetorum.* III. **Cn.** Prima Praetura, quae Flaviali nuncupatione signatur, — secunda Constantiniana, — tertia Triumphalis. Ib. VI. 4. c. 5. cf. c. 13. de Praet. et Qu.

Flavianus. (Adiect.) *Ad Flavium (scribam) spectans.* I. **Sy.** Liber Flavii. Ius civile Flavianum. fr. 2. §. 7. de O. I. 1. 2.

Flavius. **§. 1.** *Nomen, memoriam Imperatorum R. referens ex Flavia gente descendentium.* III. **Cn.** Imp. Caes. Flavius Iustinianus. Prooem. Inst. (Rubr.) — **§. 2.** *Nomen scribae Appii Claudii I. Cti.* III. **Cn.** Cn. Flavius scriba. fr. 2. §. 7. de O. I. 1. 2.

Flebilis. (Adiect.) *Luctuosus.* I. **Sy.** Miserabile, Flebile (cessionis bonorum adiutorium.) c. 7. sq. Qu. bon. ced. p. 7. 71. III. **Cn.** Flebilibus adsertionibus repetita prece saepius accipere. c. 22. §. 13. de iure delib. 6. 30.

Flectere. *Movere, Exorare.* I. **Sy.** Mitigare, Clementia flectere (iram, s. offensam.) c. 5. fam. ercisc. 3. 36. III. **Cn.** Spernit infelicitatem uxoris, et non ad eam flectitur etc. fr. 22. §. 8. sol. matrim. 24. 3.

Flere. *Deplorare, Conqueri.* III. **Cn.** Aerumnas suas, nuditatem fleverunt. Th. C. IX. 42. c. 13. de bon. proscr.

Florens. (Partic.) *Splendens, Viribus pollens.* III. **Cn.** Me incolumem praestet, ut cupio, felicissima et florente repub. Ib. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Vrbs florentissima. Ib. XV. 2. c. 4. de aquaed. Legionibus florentissimis inseri. Ib. VII. 20. c. 12. pr. de veteran. In earum metrocomiarum locum, quas temporis lapsus — viribus vacuavit, ex florentibus aliae subrogentur. Ib. XI. 24. c. 6. §. 4. de patrocin. vicor.

Florere. *Vigere, Excellere.* III. **Cn.** Qui intra penetralia regalis aulae totius vitae probitate floruerunt. Th. C. XIII. 3. c. 12. de medic. et prof.

Florescere. Idem, quod: *Florere.* III. **Cn.** Quos optamus florescere sollicitius, ne etc. Ib. VII. 20. c. 2. §. 2. de veteran. Cf. Nov. 37.

Flos. **§. 1.** *Herba florens.* III. **Cn.** Et lignis ad usum quotidianum, et horto, et pomis, et oleribus, et floribus, et aqua usurum. fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. — **§. 2.** *Vigor, Robur.* III. **Cn.** Nonnulli inter exordia militiae, in ipso aetatis flore, discedunt. Th. C. VII. 20. c. 12. pr. de veteran.

Fluctuare. *Agitari, Turbari.* III. **Cn.** Inter haec animo fluctuante. Nov. Th. II. (I. 26. c. 1. pr.) Ne fluctuet dubius. Th. C. IV. 8. c. 5. (c. 9. Wck.) de liberali c.

Fluctus. *Vnda, Aquarum moles.* III. **Cn.** Quousque maximus fluctus a mari pervenit. fr. 96. pr. cf. fr. 112. de V. S. 50. 16. Si quis eas (sc. res) fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari, nactus. fr. 9. §. 8. de A. R. D. 41. 1.

Fluentum. *Aqua decurrens, Flumen.* III. **Cn.** Per Aegyptum, intra XII. — cubitum, fluminis Nili ulla fluenta usurpare. Th. C. IX. 32. c. 1. de Nili agg. Nullus omnino immundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat. Ib. VII. 1. c. 13. de R. M.

Fluere. **§. 1.** *Manare, Decurrere.* I. **Sy.** Defluere. Cf. h. v. §. 1. Currere. fr. 38. de S. P. R. 8. 3. fr. 7. §§. 4. sq. fr. 56. §. 1. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Cum quis manu fecerit, quo aliter flueret (sc. aqua pluvia,) quam natura soleret. fr. 1. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ius mihi non esse, flumina ex meo in tuum parietem fluere. fr. 13. si servit. 8. 5. Cui aquae fluentes calidae noceant. fr. 3. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Effluere, Dilabi.* III. **Cn.** Tempus, quod postea fluxerit. c. 1. de usur. rei iud. 7. 54. c. 13. de usur. 4. 32. — **§. 3.** *Proficisci, Derivari.* III. **Cn.** Ex legibus XII Tabb. fluere coepit (ius civile.) fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Adpellatio ex eo fluxit, quod etc. fr. 239. §. 1. de V. S. 50. 16.

Flumen. **§. 1.** *Amnis, Fluvius.* I. **Sy.** Amnis. Cf. h. v. II. **Op.** Rivus. fr. 1. §. 1. de flu-

minib. 43. 12. III. **Cn.** Flumina et portus. fr. 4. §. 1. de R. D. 1. 8. Flumine, vel mari, (inundatus ager.) fr. 23. Qu. mod. ususf. 7. 4. Perennia flumina. — Torrentia. Publica, — Privata (flumina.) fr. 1. §§. 2. sqq. fr. 3. de flumin. 43. 12. Opus, quod in alveo fluminis, ripave ita factum sit, ut iter, cursus fluminis deterior sit, fiat. fr. 1. pr. §§. 12. 19. cf. §. 5. ib. 43. 12. Flumine interveniente, — si aut vado transiri potest, aut pontem habeat. Diversum, si pontonibus traiiciatur. fr. 38. de S. P. R. 8. 3. Inundatione fluminis occupatus, — eodem impetu recessu fluminis restitutus (ager.) fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Quodsi vis fluminis partem aliquam ex tuo praedio detraxerit, et meo praedio adtulerit. fr. 7. §. 2. ib. 41. 1. Gai. II. 70. sq. — **§. 2.** *Aquae pluviae copia largior, ex vicino praedio in meum decurrens.* III. **Cn.** Fluminum, et stillicidiorum servitus. fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. fr. 33. de contr. emt. 18. 1. Fit gravior servitus, i. e. pro stillicidio flumen. fr. 20. §. 5. fr. 28. de S. P. V. 8. 2. Ius mihi non esse, flumina ex meo in tuum parietem fluere. fr. 13. si servit. 8. 5.

Fluviatilis. (Adiect.) *Ad fluvium spectans.* I. **Sy.** Fluvii capax (navis.) fr. 1. §§. 6. 12. de exerc. act. 14. 1. II. **Op.** Marina, — Fluviatilis, [al. Fluvialis] sc. navis. fr. 1. §. 6. l. 14. 1.

Fluvius. *Amnis, Flumen.* I. **Sy.** Amnis. Cf. h. v. II. **Op.** Fluvii capaces, — Ad mare sufficientes, (naves.) fr. 1. §. 12. l. l. 14. 1.

Fluxus. (Subst.) *Decursio.* I. **Sy.** Cursus (aquae.) fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13.

Focaria. **§. 1.** *Quae circa focum ministrat.* III. **Cn.** Pistores, et in cauponio institores, et focaria. fr. 15. pr. cf. fr. 12. §§. 5. sq. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 37. — **§. 2.** *Ancilla, ad concubitum domini destinata.* III. **Cn.** Milites a focariis suis, hac ratione fictisque adulationibus, spoliari nolo. c. 2. de don. int. V. 5. 16. cf. c. 3. de cond. insert. 6. 46.

Focarius. *Servus focum curans.* III. **Cn.** Si qui opera mediastini fungitur, — utputa atriarii, et focarii, et his similes. fr. 1. §. 5. naut. caup. 4. 9.

Focus. *Locus, in quo ignis servatur.* III. **Cn.** Licere fumum non gravem, puta ex foco, in suo facere. fr 8. §. 6. si serv. 8. 5. Focum habere secundum parietem communem. fr. 27. §. 10. ad L. Aqu. 9. 2.

Fodere. *Egerere terram, Excavare locum.* III. **Cn.** Si quid ibi ruet, scindetur, fodietur, aedificabitur. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. Licere fodiendo, substruendo iter facere. fr. 10. de servit. 8. 1. Ne quid in illo fundo faciat, fodiat, serat, succidat, putet, aedificet etc. fr. 1. §. 27. de aqu. quot. 43. 20. fr. 11. de vi et vi arm. 43. 16. Cum mihi permisisses saxum ex fundo tuo eiicere, vel cretam, vel arenam fodere. fr. 34. de d. m. 4. 3. cf. fr. 1. §. 1. fr. 5. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Si tam alte fodiam in meo, ut etc. fr. 24. §. 12. de damn. inf. 39. 2.

Fodina. *Locus, ubi quid effoditur.* III. **Cn.** Cretifodinae, argentifodinae, vel auri, vel cuius alterius materiae sint. fr. 7. §. 14. sol. matrim. 24. 3. Lapidicinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas (instituere.) fr. 13. §. 5. de usufr. 7. 1.

Foedare. *Deformare, Corrumpere.* III. **Cn.** Non patimur, urbem Romam — pudoris contaminatione foedari. Coll. LL. M. V. 3. Iudaica nota foedare (sc. Christianum.) Th. C. XVI. 8. c. 22. de Iud. Quaecunque ab his foedantibus honores consumta sunt. Ib. XII. 1. c. 26. de decurion.

Foederatus. *Foedere iunctus.* III. **Cn.** Non dubito, quin foederati et liberi nobis externi sint. fr. 7. pr. cf. §§. 1. sq. de captiv. 49. 15. Sive milites sint, sive foederati, sive scholares, sive alia qualicunque armata militia decorati. Iul. ep. nov. c. 108. §. 387. cf. Nov. Val. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1. Foederati et dediticii Th. C. VII. 13. c. 16. de tiron.

Foeditas. *Turpitudo, Flagitium.* III. **Cn.** Turpiter, et cum flagitiosa foeditate, (vivere.) c. 19. de inoff. testam. 3. 28. Homicidii crimen, adulterii foeditas, maiestatis iniuria, maleficiorum scelus. Th. C. IX. 38. c. 4. de indulg. crim.

Foedus. (Subst.) **§. 1.** *Pactio de pace et amicitia, inter diversos populos servanda.* III. **Cn.** Aut ei vacatio rei militaris legibus, plebisve scitis, exve foedere erit. Tab. Heracl. lin. 19. aer. Neap. cf. Fr. L. Thoriae. Si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum habemus. fr. 5. §. 2. de captiv. 49. 15. Sive aequo foedere in amicitiam venit (sc. liber populus,) sive foedere comprehensum est, ut is populus alterius populi maiestatem comiter conservaret. fr. 7. §. 1. ib. 49. 15. — **§. 1. A.** *Compositio, Decisio.* III. **Cn.** Vetustissima dubitatio nostro foedere conquiescat. c. 31. de furt. 6. 2. — **§. 2.** *Consortium.* I. **Sy.** Nuptiae, Matrimonii foedus. Th. C. VIII. 13. c. 1. pr. §. 1. de revoc. don. III. **Cn.** Cui aut necessitudinis foedere, aut nexu sanguinis teneantur. Ib. XII. 1. c. 122. de decurion. cf. XVI. 2. c. 44. pr. de episc. eccl. Coniugale foedus. Ib. V. 1. c. 9. de legit. heredit. — **§. 3.** *Foeditas.* III. **Cn.** Nec enim honos ei servatur, quae se in tantum foedus [al. scelus] deduxit. fr. 47. de R. N. 23. 2.

Foedus. (Adiect.) *Inhonestus, Ignominiosus.* I. **Sy.** Flagitiosa, Foedissima (mulier.) c. 7. de postlim. rev. 8. 50. III. **Cn.** Turpis atque foeda communio (delictorum.) fr. 53. pro soc. 17. 2. Nequitia foedissima. c. 20. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Foedum atque indecorum (spectaculum.) Th. C. XV. 6. c. 2. de maium. Foedis commentis (occupare.) Ib. II. 29. c. 1. si cert. pet. de suffr.

Foenarius. (Adiect.) *Ad foenificium idoneus.* III. **Cn.** Cogendi (sc. fructus gratia, parata,) quemadmodum torcularia, corbes, falcesque messoriae, falces foenariae. [al. faenariae.] fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 36.

Foenebris. (Adiect.) *Foenori subiectus.* I. **Sy.** Sub usuris credita (pecunia.) fr. 48. pr. mand. 17. 1. fr. 9. pr. de usur. 22. 1. III. **Cn.** Mutuam pecuniam dare, et foenebrem exercere. fr. 34. pr. de R. C. 12. 1. Foenebris pecunia iuxta fidem veri a creditore tibi data. c. 13. ad S. C. Vell. 4. 29. Pecuniae foenebris — debito non soluto. fr. 9. pr. de usur. 22. 1.

Foenerare. s. **Foenerari.** **§. 1.** *Sub usuris collocare pecuniam. Foenori dare.* I. **Sy.** In foenus dare. fr. 47. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. Collocare (pecuniam.) fr. 15. ib. 26. 7. III. **Cn.** Si quis pecuniae foenerandae, agroque colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus est. Paul. II. 8. §. 2. Vt pecunias tuas potius in emtiones praediorum colloces, quam foeneres. fr. 2. §. 6. mand. 17. 1. Certam pecuniam sumere, et foenerare. fr. 6. §. 6. ib. 17. 1. Foeneravit pecuniam publicam sub usuris solitis. fr. 11. de usur. 22. 1. cf. fr. 38. de N. G. 3. 5. Si exigere foeneratam pecuniam non potuit. fr. 20. pr. mand. 17. 1. Si foeneraturo creditori mandet, pecuniam credere. fr. 71. §. 2. de fideiuss. 46. 1. — **§. 2.** *Mutuum accipere, tam usurarium quam sine usuris.* III. **Cn.** Si quis dominicam pecuniam ab eo foeneratus esset. fr. 35. de solut. 46. 3. S. C., quo foenerare filiisfam. est prohibitum. c. 3. ad S. C. Maced. 4. 28.

Foeneraticius. (Adiect.) *Ad foenus spectans.* I. **Sy.** Foeneratorius (contractus.) Foeneraticia (cautio.) Nov. 34. praef. c. 1. Nov. 138. Iul. ep. nov. c. 118. §. 505. III. **Cn.** Nomina, i. e. foeneraticiae cautiones. quae extra dotem sunt. c. 11. de pact. conv. 5. 14. In multis contractibus, et maxime in foeneraticiis cautionibus. c. 14. de contr. et comm. stip. 8. 38. cf. c. 16. de n. num. pecun. 4. 30. Ex foeneraticia [al. foeneratica] forsitan cautione, vel aliis similibus causis, solutionem facere. c. 25. de adm. tut. 5. 37.

Foenerator. *Qui foenus exercet.* III. **Cn.** Mercator ac foenerator. fr. 12. §. 43. de instr. leg. 33. 7. Foenerator, pecuniam usuris maritimis mutuam dando etc. fr. 6. de naut. foen. 22. 2. Lex Marcia adversus foeneratores (sc. constituit,) ut, si usuras exegissent etc. Gai. IV. 23.

Foeneratorius. (Adiect.) *Foeneraticius.* Cf. h. v.

Foeneus. *Inhabilis.* III. **Cn.** Si, occultatis idoneis, in eorum locum foeneos [al. faeneos] defectosve subiecerint. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debitor.

Foenum. *Gramina caesa et exsiccata.* III. **Cn.** Fructum percipi, spica aut foeno caeso, aut uva ademta, aut excussa olea. fr. 13. Qu. mod. ususf. 7. 4. cf. fr. 48. §. 1. de usufr. 7. 1. Convenerat, ne in villa urbana foenum componeretur. fr. 11. §. 4. locat. 19. 2.

Foenus. **§. 1.** *Negotium, s. Quaestus, usurarum.* I. **Sy.** Vsurae. Vatic. §. 9. fr. 24. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 58. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Exercere pecuniam. Foenori dare. fr. 10. §. 3. mand. 17. 1. Cf. v. Exercere. §. 2. III. **Cn.** Ne — negotientur, mutuamve pecuniam dent, foenusve exerceant. fr. 33. de R. C. 12. 1. cf. c. 3. si cert. petat. 4. 2. Cum in ea specie non foenus illicitum exerceatur, sed lex contractus non improbabilis dicatur. Vatic. §. 11. Foenus sortium, quas defunctus collocavit. fr. 24. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. Foenori accipere (pecuniam.) Foenori dare, s. In foenus dare, (pecuniam.) fr. 9. pr. fr. 47. §. 4. fr. 58. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Pecunia foenoris non soluta. Vatic. §. 9. Debitum, quod vel ex foenore, vel mutuo data pecunia sumsit exordium. Th. C. II. 4. c. 6. de denunc. v. edit. rescr. — **§. 2.** *Pecunia foenori collocata, Vsura.* I. **Sy.** Pecunia foenebris. fr. 33. sq. de R. C. 12. 1. c. 13. ad S. C. Vell. 4. 29. III. **Cn.** Non pecunia, sed foenus uberius promittitur. fr. 9. §. 1. de usur. 22. 1. Maioribus usuris foenus accipere. fr. 12. §. 9. mand. 17. 1.

Foetus. Cf. v. Fetus.

Folium. **§. 1.** *Arboris, vel herbae, germen.* III. **Cn.** Et horto, et pomis, et oleribus, et floribus, — sed neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum. fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. — **§. 2.** *Frutex.* III. **Cn.** Species pertinentes ad vectigal: — piper longum, piper album, folium pentasphaerum, folium barbaricum, etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Follis. **§. 1.** *Sacculus pecuniae.* III. **Cn.** Non utique, si ille in folle reliqua obtulerit, liber erit. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 2.** *Genus monetae apud Byzantinos, vel summa nummorum.* III. **Cn.** Pecuniae in nummis XXV millia follium consequantur. Th. C. VII. 20. c. 3. de veteran. XXX follium poena mulctari. Ib. XI. 36. c. 2. sq. Quor. app. n. rec. Duorum follium maneat cunctos indiscreta professio. Ib. VI. 2. c. 2. §. 2. de Senat. et de gleb. cf. VI. 4. c. 21. §. 5. de Praet. et Qu. Quidquid ex titulo senatorii follis in provinciis debetur. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 4.

Fomentatio. *Adplicatio rerum calidarum ad partes corporis laesas.* III. **Cn.** Quae fomentationis gratia parata sunt, vel medicinae. fr. 70. §. 7. de legat. III. (32.)

Fomentum. *Fomes.* III. **Cn.** Restinctis calumniarum fomentis. c. 19. de nupt. 5. 4.

Fomes. *Materia, Nutrimentum.* III. **Cn.** Ad cumulum — auri quantitatis, et frumentarii tituli fomitem redundare. Th. C. XIV. 6. c. 3. de frum. urb Const. Condendarum legum fomitem — invenisse. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. pr. Ne inficiandi fomitem ministremus obnoxiis. Th. C. II. 27. c. 1. §. 3. Si cert. pet. de chir. Nullum fomitem calumniae patimur litis accendi. Ib. X. 10. c. 29. §. 3. de petit. et ultro dat.

Fons. **§. 1.** *Locus, unde parennis aqua erumpit.* I. **Sy.** Caput aquae. fr. 1. §. 8. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Interdicta de aqua, item de fonte. fr. 1. §. 7. ib. 43. 20. fr. 1. pr. §. 6. de fonte. 43. 22. Confinis fons, ex quo per fundum — aquam iure ducebam. fr. 20. §. 2. de S. P. R. 8. 3. Qui in suo fodiens, vicini fontem avertit. fr. 1. §. 12. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Principium, Ortus.* III. **Cn.** Fundamentum et fons eius (sc. stipulationis,) ex quo annuae donationes profluxerunt. c. 34. §. 4. de donat. 8. 54. Dicimus (familiam Iuliam,) quasi a fonte quodam [al. eodem] memoriae. fr. 195. §. 4. de V. S. 50. 16.

Fontanus. (Adiect.) *Ad fontem pertinens.* II. **Op.** Fontana, — Putealis (aqua.) fr. 1. §§. 5. sq. de aqua quot. 43. 20. cf. fr. 1. pr. §. 1. de fonte. 43. 22.

Fo-

Foramen. *Apertura.* III. ***Cn.*** Foram., unde exemtum est tignum, obturare. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. Foramen in imo pariete conclavis, — proluendi pavimenti causa. fr. 28. ib. 8. 2.

Forensis. (Adiect.) *Ad forum iudiciale spectans, et ordinem iudiciorum privatorum.* II. ***Op.*** Criminum exsecutiones. — Forenses actiones. fr. 1. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. III. ***Cn.*** Miles, vel agricultor, et forensium rerum expers. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3. cf. Vlp. XI. 1. A forensibus negotiis dare vacationem. fr. 9. de feriis. 2. 12. Quae (sc. res) dignae forensi magnitudine videbuntur. c. 1. de defens. civit. 1. 55.

Fores. *Ianua domus exterior.* III. ***Cn.*** Aedificii fores confringere, s. effringere. fr. 27. §. 31. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 39. de furt. 47. 2.

Foricarius. *Conductor loculi, vel tabernae, in foro.* III. ***Cn.*** Fiscus ex suis contractibus usuras — accipit; ut solet a foricariis, [al. fornicariis,] qui tardius pecuniam inferunt, item ex vectigalibus. fr. 17. §. 5. de usur. 22. 1.

Forinsecus. (Advb.) *Ab exteriori parte.* III. ***Cn.*** In cuius domo fuerit, invigilantibus forinsecus quoque officiis publicis. Th. C. VII. 18. c. 4. §. 3. de desertor.

Forma. §. 1. *Species externa, Figura.* II. ***Op.*** Corpus, Res, Substantia. fr. 9. §. 3. ad exhib. 10. 4. fr. 13. §. 1. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Forma ac status (antiquorum aedificiorum.) fr. 11. pr. de S. P. V. 8. 2. Certi ponderis, certaeque formae (anulos facere.) Gai. III. 147. Certam formam, staturam, aetatem (in offerendis equis custodire.) Th. C. VI. 31. c. 1. de strator. Qui contra formam humani generis — procreantur. fr. 14. de statu hom. 1. 5. — **§. 1. A.** *Corpus humanum. Persona.* III. ***Cn.*** Quae — passim venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebuit. c. 22. ad L. Iul. de adult. 9. 9. — **§. 2.** *Descriptio, Determinatio.* III. ***Cn.*** In terra Italia IIIvir dedit, assignavit, reliquit, inve formas tabulasve retulit. Fr. legis Thoriae. Qui tabulam aeream legis, formamve agrorum, aut quid aliud continentem, refixerit. fr. 8. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Vt haec forma in agris servetur, quae vivo testatore obtinuerit. fr. 15. §. 1. de usu et usuf. leg. 33. 2. Qui ultra commeatum abest, vel ultra formam commeatui datam. fr. 2. §. 6. ad munic. 50. 1. Insula, ad eius provinciae formam pertinens. fr. 7. §. 1. de interd. et releg. 47. 22. Censualis forma. fr. 4. pr. de censib. 50. 15. Indictionis forma. Th. C. XI. 1. c. 19. de ann. et trib. — **§. 2. A.** *Gradus.* III. ***Cn.*** Centenarii, ducenarii etc. formae primae, v. secundae, v. tertiae. Th. C. VI. 30. c. 7. §. 1. de Palat. S. largg. — **§. 3.** *Effigies.* I. ***Sy.*** Expressio. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circ. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. III. ***Cn.*** Qui — sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. cf. Fr. L. Gall. Cisalp. II. 2. 25. Nummi in aliam formam. fr. 99. de solut. 46. 3. Forma calcei (cervicem percutere.) fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 3. A.** *Canalis aquae, Aquaeductus.* I. ***Sy.*** Ductus aquarum. Aquaeductus. fr. 27. §. 3. de usufr. 7. 1. fr. 41. de A. E. V. 19. 1. Th. C. XV. 2. c. 1. c. 5. sq. de aquaed. III. ***Cn.*** Vectigal praeteritum, — vel cloacarium, vel pro aquae forma. fr. 39. §. 5. de legat. I. (30.) Vt 1500 onera formis, alia sartis tectis annua deputentur. Th. C. XIV. 6. c. 3. de calc. coctor. Forma, cui nomen Augusta est. Ib. XV. 2. c. 8. de aquaed. — **§. 4.** *Formula, Regula, Tenor.* I. ***Sy.*** Formula. Gai. IV. 24. Genus (agendi.) fr. 2. §§. 7. 12. de O. I. 1. 2. Sanctio (pragmatica.) Iul. ep. nov. c. 7. §. 40. c. 21. §. 69. Sententia, Calculus. c. 4. §. 5. c. 5. pr. de rec. arbitr. 2. 56. III. ***Cn.*** Proponere, et ad formam redigere (sc. legis actiones.) fr. 2. §. 7. l. 1. 2. Capere et formam et originem. fr. 11. §. 6. ad L. Falc. 35. 2. Nemo ius publicum remittere potest, nec mutare formam antiquitus constitutam. fr. 5. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 7. §. 15. de pact. 2. 14. Quibus cum forma S.Cto sit data. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Formam ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari. Vatic. §. 156. Ex D. Pii Antonini litteris certa forma est, ut etc. c. 4. de locato. 4. 65. cf. fr. 31. de re iud. 42. 1. Secundum formam divalium responsorum. Th. C. VI. 32. c. 1. de castrensian. Oraculi nostri forma. Ib. II. 23. c. 1. §. 2. de R. V. Ex forma iurisdictionis (cavere etc.) fr. 5. §. 1. ut legat. serv. c. 36. 3. cf. fr. 20. pr. fam. ercisc. 10. 2. Ex forma, s. Secundum formam, edicti (permitti, v. debere etc.) fr. 14. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 8. de calumn. 3. 6. fr. 4. de inspic. ventre. 25. 4. Secundum formam compromissi (condemnare.) fr. 42. de rec. qu. arb. 4. 8. Contractui formam contrahentes dant. fr. 52. pr. de V. O. 45. 1. Mandati formam servare. — Extra mandati formam esse. fr. 46. fr. 48. §. 2. mand. 17. 1. — **§. 4. A.** *Habitus, Ratio, Modus.* I. ***Sy.*** Ad ius suum redire. Formae suae reddi. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. In libertate, In libertatis forma (servare, s. tueri.) Gai. III. 56. III. ***Cn.*** Quae certam formam erogationis annuae, non incertam liberalitatis voluntatem, habuerunt. fr. 10. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Praedia Caesaris, quae in formam patrimonii redacta. fr. 39. §. 10. de legat. I. (30.) In caeteris generibus poenarum eadem forma statuta est. fr. 22. de h. qu. not. infam. 3. 2. Hanc esse formam usurarum, ut etc. fr. 7. §. 10. de adm. et peric. 26. 7. Circa omnes par atque aequalis illationis forma teneatur. Th. C. I. 2. c. 7. de div. rescr. XI. 1. c. 20. de annon. et tribut.

Formalis. (Adiect.) **§. 1.** *Solemnis.* III. ***Cn.*** Observatio formalis, Verba formalia (in testamentis faciendis.) c. 26. de testam. 6. 23. — **§. 2.** *Speciosus, Imaginarius.* II. ***Op.*** Vera, s. Secundum praesens pretium (aestimatio.) — Formali pretio (aestimare rem.) fr. 61. fr. 62. §. 1. ad L. Falc. 35. 2.

Formare. §. 1. *Efformare, Exprimere.* I. ***Sy.*** Figurare, Cudere (nummum.) Th. C. IX. 21. c. 3. de fals. monet. IX. 22. c. 1. si qu. solid. circ. III. ***Cn.*** Trita mancipia — reformare, et ad suos mores formare. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Qui falsam monetam percusserint, si id totum formare noluerunt. fr. 19. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. cf. Th. C. l. l. IX. 21. c. 3. — **§. 1. A.** *Procreare, Efficere.*

I. **Sy.** Parĕre (actionem.) fr. 7. §§. 4. sq. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Nec per naturam humanae conditionis alium partum formare potest (sc. mulier.) fr. 30. §. 6. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 2.** *Concipere, Componere.* III. **Cn.** Ne instrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel testationes consignent. fr. 9. §. 5. de poen. 48. 19. Libelli ita formandi. Vatic. §. 166. Codicilli, seu scriptura quolibet tenore formata. c. 4. Quemad. testam. aper. 6. 32. cf. c. 3. de edict. D. Hadr. 6. 33. Vt iudex — ita suam sententiam possit formare. fr. 25. §. 3. de probat. 22. 3. c. 23. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Et actio formatur, et condemnatio moderatur. fr. 15. de N. G. 3. 5. c. 1. §. 11. de R. V. A. 5. 13. — **§. 3.** *Informare, Instruere.* III. **Cn.** Cunctos formari plenius conveniet, ut etc. Th. C. XI. 15. c. 2. de publ. compar. Quae (sc. dispositio) expresse navicularios in hunc ordinem formavit, ut etc. Ib. XIII. 5. c. 6. de navicul.

Formensis. (Adiect.) *Ad formas aquarum, s. aequaeductus, pertinens.* III. **Cn.** Vt — ab exsolvendis — nuper indictis caespes formensis, aeriensis etc. habeatur immunis. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 4.

Formianus. *Ad Formias pertinens, Campaniae civitatem.* III. **Cn.** Piscatoribus Formianis et Capenatis rescripsit. fr. 4. pr. de R. D. 1. 8.

Formidabilis. (Adiect.) *Metuendus.* III. **Cn.** Auctoritatis suae formidabile ministerium obiiciant (sc. iudices.) Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi.

Formidandus. cf. v. Formidare.

Formidare. *Vereri, Pertimescere.* III. **Cn.** Cunctis facimus potestat., neque aliquam sinimus quemquam calumniam formidare. c. 1. de venat. ferar. 11. 44. cf. c. 10. de vectig. et comm. 4. 61. Nullus — ad possessiones eorum, quod maxime formidant, inspector accedat. c. 12. de annon. et tribut. 10. 16. Ne iurisperitorum — velut ab ipsis adytis, exspectarentur formidanda responsa. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 1. (Wck. p. 9.)

Formido. *Metus vehementior.* III. **Cn.** Ne per diversas provinciarum partes — adparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem. Th. C. VIII. 8. c. 6. de exsecut. et exact. cf. VI. 36. c. 1. de equestr. dign. Vnde eum tam furiosa formido proripuit. Ib. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Quoscunque nunc aegra exspectatio quaestionis, poenaeque formido sollicitat. Ib. IX. 38. c. 4. de indulg. crim.

Formidolosus. (Adiect.) *Meticulosus.* III. **Cn.** Homines formidolosi, qui et ea timent, quae nulla digna sunt suspicione. c. 22. pr. de iure delib. 6. 30. cf. §. 3. I. de pup. subst. 2. 16.

Formio. cf. v. Phormio.

Formula. §. 1. *Forma, Recensio.* III. **Cn.** Ex formula census, quae Romae — proposita erit. Tab. Heracl. lin. 73. sq. aer. Neap. Qui in eo agro, loco, civ. R. sociumve nominis latini, ex formula togatorum etc. Fr. legis Thoriae. — **§. 2.** *Verborum solemnium conceptio, inprimis actionum. Actio.* I. **Sy.** Forma. Cf. h. v. §. 4. Concepta verba. Gai. IV. 30. Stipulatio (in albo proposita.) L. Gall. Cisalp. I. 6. sq. 23. sq. 34. sq. Actio. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Interdictum. Vatic. §. 312. III. **Cn.** Qui iuris ac legum formulas pandant. Th. C. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liberal. urb. R. Formula iuris antiqui, et inanis verborum conquisitio. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 1. pr. Iust. C. c. 1. de formul. et impetr. 2. 58. Formulae verborum, et conceptiones. Gai. IV. 139. fr. 47. §. 1. de N. G. 3. 5. Damni infecti ex formula restipulari, satisve accipere. L. Gall. Cisalp. I. 6. sq. 10. sq. 18. sq. Per formulas litigare. Gai. IV. 30. Ad iudicem, recuperatoresve itur, et ibi editis formulis quaeritur. Gai. IV. 141. cf. 93. cf. Coll. LL. M. II. 6. Non proponitur ulla formula, nec temere petenti datur. Gai. III. 222. Formulae, quae sub titulo de in ius vocando propositae sunt. Ib. IV. 46. Formulae, quibus pecuniam — nobis dare oportere intendimus. Ib. IV. 33. cf. 50. Praescribi solet, — deinde formula subiicitur. Ib. IV. 137. cf. 34. 60. Partes formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. Ib. IV. 39. sqq. Nulla formula ad condictionis fictionem exprimitur. Ib. IV. 33. cf. 34. Formulas, in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas vocamus. — Caeteras vero in factum conceptas vocamus. Ib. IV. 45. sqq. In incertis formulis plus peti non posse. Ib. IV. 54. Vulgaris formula in dominum danda est. fr. 42. pr. de furt. 47. 2. Iniquam formulam accipere. Gai. IV. 57. Fabiana formula — revocari. Paul. III. 3. §. 1.

Fornacarius. (Adiect.) *Ad fornacem pertinens.* III. **Cn.** Si fornacarius [al. fornicarius] servus coloni ad fornacem obdormivisset. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2.

Fornacator. *Qui fornacem succendit et custodit.* III. **Cn.** Instrumento balneario legato, — continetur et fornacator. fr. 13. §. 1. fr. 14. de instr. leg. 33. 7.

Fornax. *Caminus.* III. **Cn.** Si alius ignem subiecerit fornaci, alius negligenter custodierit. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2. Ad refectionem fornacis, fistularum, similiumque rerum (C. nummi ut praestarentur.) fr. 58. §. 2. locat. 19. 2.

Fornicarius. Cf. v. Foricarius, v. Fornacarius.

Forsan, s. **Forsitan. Fortasse,** s. **Forte.** (Advb.) **§. 1.** *Ferente fortuna.* III. **Cn.** Quae forte uno aliquo casu accidere possunt. fr. 4. de LL. 1. 3. Quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus. fr. 38. de V. S. 50. 16. Nisi forte morbus aut valetudo in causa sit. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. fr. 41. de procur. 3. 3. Si forte Praeses Pr. manumiserit, — priusquam cognoverit successorem advenisse. fr. 17. de off. Praes. 1. 18. Si forte in exsilium salva civitate abiit. fr. 4. pr. si qu. cautt. 2. 11. Minori quoque XXV annis succurrendum est, fortasse et mulieri. fr. 8. §. 2. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 43. pr. de procur. 3. 3. Movetur eo, quod — fortassis fiant eius (sc. fructus.) fr. 12. §. 5. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Vtputa, Velut.* III. **Cn.** Quodsi, v. Plane si, — forte si etc. fr. 10. de pign. act. 13. 7. fr. 198. de V. S. 50. 16. Aliter forsitan, atque si etc. fr. 43. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. Hoc forsitan ideo, v. Ideo fortasse. Gai. II. 64. fr. 2. de edend. 2. 13. Vel in omnes res, vel in unam forte aut duas. Gai. I. 150. Si quis forte ignoret, — fortasse et serviat. fr. 1. §. 2. de iur. et fact. ign. 22. 6. Potest, ut forte

etc. fr. 5. §. 1. de servit. 8. 1. fr. 7. §§. 6. 8. de interd. et releg. 48. 22. Videndum, v. Inquirendum, ne forte etc. fr. 17. pr. cf. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. fr. 1. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Si quid novi sit, forte si etc. Gai. III. 177. Querelam inofficiosi, — vel quam aliam, forte iniuriarum vel similem (instituere.) fr. 1. §. 8. si qu. in fr. patr. 38. 5. Et fortasse poterimus ita etc. fr. 34. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Forsitan addubitet quis. fr. 29. §. 8. de lib. et posth. 28. 2. Fortasse quis dicet, v. possit dicere. fr. 14. §. 9. de relig. 11. 7. fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.)

Fortis. (Adiect.) **§. 1.** *Bellicosus, Armipotens.* III. ***Cn.*** Fortissimi ac devotissimi milites. Th. C. VII. 4. c. 17. de erog. mil. ann. Virorum fortium (consortium, v. privilegia etc.) Ib. VII. 20. c. 12. §. 2. de veteran. VIII. 4. c. 28. de cohortal. — **§. 2.** *Constans, Fidelis.* III. ***Cn.*** Fortes, — Sanates. Fr. LL. XII. Tabb. I. 5. — **§. 3.** *Gravis.* III. ***Cn.*** Huius rei fortissimum argumentum, quod etc. fr. 1. pr. de off. eius cui mand. 1. 21.

Fortiter. *Instanter, Cum effectu.* III. ***Cn.*** Dubitat quidem, (Pompon.) sed fortiter defenditur. fr. 15. de auct. et cons. 26. 8. cf. fr. 85. de legat. III. (32.) Habet disceptationem, — et fortius dicendum est. fr. 10. §. 2. de testam. tut. 26. 2. cf. fr. 3. §. 4. usufr. quemadm. cav. 7. 9. fr. 81. §. 1. de V. O. 45. 1. Eadem et fortius adhuc dici possunt. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. cf. fr. 2. ne qu. eum. 2. 7. Quare fortius retinetur (ius,) — quod et Sabino recte placuit. fr. 12. Quemadm. servit. 8. 6. Quod fortius probabitur, si etc. fr. 55. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1.

Fortitudo. **§. 1.** *Virium integritas.* III. ***Cn.*** Neque de fortitudine quid eius (sc. muli) detrahitur, neque de utilitate. fr. 38. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Firmitas, Auctoritas.* I. ***Sy.*** Robur legitimum. c. 1. pr. de R. V. A. 5. 13.

Fortuito. (Advb.) *Casu.* I. ***Sy.*** Casu (fortuito.) §§. 27. sq. 39. I. de R. D. 2. 1. III. ***Cn.*** Per ignorantiam, aut fortuito. Coll. LL. M. XIII. 3. Fort., non iudicio testatoris, (consequi hereditatem.) fr. 6. §. 1. de legat. III. (32.) Non data ad hoc opera, sed fort. (invenisse.) §. 39. I. l. 2. 1.

Fortuitus. (Adiect.) *Forte et casu accidens.* I. ***Sy.*** Casu aliquo, sine facto personae, Fortuito casu (accidisse, v. interiisse.) fr. 61. de adm. et peric. 26. 7. Coll. LL. M. XII. 6. II. ***Op.*** Ex voluntate, s. Voluntarius. fr. 26. §. 5. de fideic. libb. 40. 5. c. 4. de inst. et subst. 6. 25. Necessaria, — Fortuita (absentia.) Th. C. XII. 1. c. 142. de decurion. III. ***Cn.*** Fortuita incendia, quae casu venti ferente — evadunt. Paul. V. 20. §. 3. cf. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. Quae continent fortuitam causam depositionis, ex necessitate descendentem. fr. 1. §. 2. depos. 16. 3. Res, quae fortuitis casibus subiectae sunt. fr. 7. §. 8. de minor. 4. 4. Nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, ut etc. fr. 37. §. 1. de N. G. 3. 5. Cum — aliqua fortuita calamitas eundem locum evertit. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11.

Fortuna. **§. 1.** *Eventus incertus, Vicissitudo, Casus.* I. ***Sy.*** Dei beneficium. Fortunae donum. fr. 63. §§. 1. 3. de A. R. D. 41. 1. c. 1. de thesaur. 10. 15. III. ***Cn.*** Si quando vel fortuna, vel ratio — coëgerit. Th. C. XIV. 15. c. 3. §. 1. de can. frum. urb. R. Casum adversamque fortunam (spectare.) fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Nec opponet fortunam et casus tristiores suos. fr. 3. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Futuros casus, et fortunam (praestare.) fr. 1. §. 11. de mag. conv. 27. 8. c. 1. de commod. 4. 23. Qui quid ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent. fr. 3. §. 8. de incend. ruina. 47. 9. Vniversorum debitorum fortunam suscipere. fr. 11. §. 1. de usur. 22. 1. cf. fr. 114. §. 14. de legat. I. (30.) Fortunae iudicii [al. iudicio] a domino commissus (sc. servus.) fr. 13. de statu hom. 1. 5. Fruatur fortunae munere. Th. C. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl. Si postea in adversam inciderit fortunam. c. 12. depos. 4. 34. cf. fr. 8. de pollicit. 50. 12. — **§. 2.** *Conditio, Status.* I. ***Sy.*** Conditio (et ius.) c. 3. c. 9. pr. §§. 1. sq. de natur. lib. 5. 27. Th. C. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. Status. Ib. XII. 1. c. 172. pr. §§. 1. sq. de decurion. III. ***Cn.*** Cuius incerta vita ac fortuna fuit. c. 4. de postlim. rev. 8. 51. Nullum praeiudicium circa fortunam suam statumque sustinere. c. 3. de h. qu. sp. pub. mun. 10. 43. Conditione deserta, ad aliam adspirare fortunam. Th. C. VIII. 4. c. 28. de cohortal. Alterius fortunae vel honoris homines. Ib. XII. 3. c. 2. §. 1. de praed. et manc. curial. Divina domus, aut quaelibet alia cuiuscunque dignitatis atque fortunae. c. 8. de exact. tribut. 10. 19. Imperialis, s. Augusta, fortuna. c. 18. de iudic. 3. 1. c. 7. de bon. qu. lib. 6. 61. — **§. 3.** *Fortuna, s. Fortunae, i. e. Facultates, Bona.* I. ***Sy.*** Patrimonium, Census, Substantia. fr. 16. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Th. C. XII. 1. c. 123. §§. 1. 6. de decurion. Bona. fr. 67. §. 1. fr. 73. pro soc. 17. 2. Facultates, Opes. Th. C. IX. 42. c. 18. c. 20. sqq. de bon. proscr. XVI. 2. c. 3. de episc. eccl. III. ***Cn.*** Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit. Paul. V. 23. §. 10. cf. Th. C. IX. 1. c. 5. c. 11. de accus. et inscr. Omnem fortunam et substantiam, si quam a matre susceperat. fr. 27. de probat. 22. 3. Pretiosissimam partem fortunarum suarum (reponere.) fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. c. 7. de incol. 10. 39. Argentarius coactor, cum paene totam fortunam in nominibus haberet. fr. 40. §. 8. de statulib. 40. 7. Societas universarum fortunarum. fr. 73. pro soc. 17. 2. Fortunis suis privare (sc. pupillos.) Vatic. §. 158.

Forum. **§. 1.** *Locus religiosus circa sepulchrum.* III ***Cn.*** Forum, bustumve usucapi vetat (sc. lex.) Fr. L. XII. Tab. X. 11. — **§. 2.** *Locus in urbe, in quo res venduntur et negotia aguntur.* I. ***Sy.*** Forensia negotia. fr. 9. pr. §. 4. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. III. ***Cn.*** Quod ad ornatum (sc. civitatis pertinet,) puta quod ad instruendum forum, theatrum, stadium legatum fuerit. fr. 122. pr. de legat. I. (30) Eo in (sc. municipio) foro, balineo, spectaculis uti. fr. 27. §. 1. ad munic. 50. 1. cf. fr. 39. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Forum, vel basilica. Paul. IV. 6. §. 2. fr. 1. §. 22. de A. v. A. P. 41. 2. Et qui in foro est, et qui in urbe, et in continentibus aedificiis. fr. 5. sq. de procur. 3. 3. Qui in foro Traiani habent stationes, (sc. arcarii Caesariani.) Vatic. §. 134. cf. fr. 7. §. 2. depos.

16. 3. Qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus bonorum annonam iuvent. Vatic. §§. 236. sq. cf. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Quae (sc. nundinatio) aut foro rerum venalium continetur, aut ampl. praefecturae est culmini deputata. Th. C. VII. 4. c. 32. c. 36. cf. c. 28. §. 1. de erog. mil. ann. — **§. 3.** *Locus, in quo iurisdictio exercetur.* I. **Sy.** Iudicium. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito. Fr. L. XII. Tabb. I. 7. In foro causas dicere. fr. 1. de O. I 1. 2. Disputatio fori. fr. 2. §. 5. ib. 1. 2. Conveniri in foro. Compelli in forum. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. fr. 1. pr. de feriis. 2. 12. Rei forum sequi. Vatic. §§. 325. sq. Vniuscuiusque forum competens. Th. C. XII. 1. c. 110. de decurion. Si quis — miles, vel alterius fori, esse coeperit. fr. 7. de iudic. 5. 1. Ius revocandi forum habere. Ib. l. 1. Iure fori uti. Praescriptionem fori habere. fr. 7. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. — **§. 3. A.** *Tribunal privatorum dumtaxat iudiciorum.* I. **Sy.** Examinatio civilis, s. Quod civiliter exercetur. Coll. LL. M. XI. 6. XII. 6. fr. 1. §. 4. de abig. 47. 14. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. II **Op.** Capite puniri. — Ad forum remitti. Coll. LL. M. VII. 4. XI. 6. sq. XII. 6. — **§. 3. B.** *Iurisdictio ipsa.* I. **Sy.** Iurisdictio. fr. 5. fr. 7. de iudic. 5. 1. Iudicium. Th. C. II. 10. c. 6. (Wck.) de postul. III. **Cn.** Episcopos et presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, — praeter religionem, posse cognoscere. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. pr.

Fossa. *Terra excavata, ad aquam recipiendam.* I. **Sy.** Receptaculum aquae (manu factum.) fr. 1. §. 5. ut in flum. pub. 43. 14. III. **Cn.** Quod ripae lacus, fossae, stagni muniendi (causa) nihil Praetor his cavit. fr. 1. §. 6. de ripa mun. 43. 15. cf. fr. 1. §. 8. de aqu. quot. 43. 20. Liceat mihi in agro tuo aggeres, vel fossas habere. fr. 1. §. 23. de aqu. et aqu. pl. 39. 3. Fossae agrorum siccandorum causa factae. fr. 1. §. 4. ib. 39. 3. Si in vicino tuo agro, cuniculo vel fossa aquam meam avoces. fr. 26. de damn. inf. 39. 2. Artifices, (et) qui fossam faciunt. fr. 6. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 72. pr. fr. 75. §. 7. de V. O. 45. 1.

Fossatum. *Fossa cum vallo.* III. **Cn.** Is, qui exploratione emanet, hostibus insistentibus, aut qui a fossato recedit. fr. 3. §. 4. de R. M. 49. 16. Cura munitioque limitis atque fossati. Th. C. VII. 15. c. 1. de terr. limit.

Fossor. *Qui fossam facit.* III. **Cn.** Pastores et fossores (ad legatarium pertinere.) fr. 18. §. 8. de instr. leg. 33. 7.

Fotiniani. Cf. v. Photiniani.

Fovea. *Scrobs, Fossa brevis ac profunda.* III. **Cn.** Qui foveas ursorum cervorumque capiendorum causa faciunt. fr. 28. pr. ad L. Aquil. 9. 2.

Fovere. *Tueri, Sustentare.* III. **Cn.** Civitas, in qua testator larem fovere ac degere noscitur. c. 49. §. 2. de episc. et cler. 1. 3. Ad fovenda, servandave eorum privilegia (postulari.) Nov. Th. II. de scholar. I. 21. c. 1. pr. cf. Iust. C. c. 9. de pact. int. emt. 4. 54. Vtrum novos lex faciat curiales, aut foveat quos invenit? c. 3. de natur. lib. 5. 27.

Fractura. *Locus fractus.* III. **Cn.** Vulnus, aut fractura ossium. L. Rom. Burg. 5.

Fractus. (Partic.) **§. 1.** *Infractus, Contritus.* III. **Cn.** Verbo „perisse", et scissum et fractum contineri, et vi raptum. fr. 9. de V. S. 50. 16. Si quid ustum, aut ruptum, aut fractum fuerit. Gai. III. 217. fr. 27. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum aut collisum etc. Gai. III. 223. Paul. V. 4. §. 6. Argentum fractum et collisum (infecto contineri.) fr. 27. §. 3. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Debilitatus.* II **Op.** Aetate solida, et integrò corpore. — Fractus senio, aut membris debilis, aut parvitate deformis. Th. C. VII. 20. c. 12. §§. 2. sq. de veteran. III. **Cn.** Agreste illud — robur, fracta molliter plebe tenuatum. Coll. LL. M. V. 3. — **§. 3.** *Abolitus.* III. **Cn.** Fractis atque convulsis, (quae perperam impressa sunt.) Th. C. I. 5. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Fragilis. (Adiect.) *Caducus, Debilis.* III. **Cn.** Fragile esse et infirmum (huiusmodi aetatum consilium.) fr. 1. pr. de minor. 4. 4. Res est fragilis et periculosa, et quae veritatem fallat. fr. 1. §. 23. de quaestion. 48. 18. Pecuniam sine peculio fragilem esse. fr. 79. §. 1. de legat. III. (32.)

Fragilitas. *Debilitas, Inconstantia.* III. **Cn.** Humani generis, s. Humana, fragil. Nov. Th. II. de navib. n. excus. I. 7. c. 1. pr. cf. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. Sexus muliebris, s. Muliebris, fragilit. c. 20. pr. de don. A. N. 5. 3. c. 12. pr. Qu. potior. 8. 18. Propter fragilitatem cautionis. fr. 66. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1.

Fragmentum. *Particula rei fractae.* III. **Cn.** Ius illi non esse, in suo lapidem caedere, ut in meum fundum fragmenta cadant. fr. 8. §. 5. si servit. 8. 5.

Framea. *Lancea.* III. **Cn.** Omnia tela, — non solum gladii, hastae, frameae, i. e. rompheae. fr. 3. §. 4. de vi et vi arm. 43. 16.

Franci. *Incolae regionis Germaniae.* III. **Cn.** Quaecunque in partibus Hispaniae, vel Galliae, seu Francorum, aguntur. c. 2. §. 2. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Francicus. (Adiect.) *Qui a Francis devictis nomen adsumsit.* III. **Cn.** Imp. Caes. Flav. Iustinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus etc. Prooem. Inst. (Rubr.)

Frangere. **§. 1.** *Rumpere, Conterere.* (cf. v. Fractus. §. 1.) III. **Cn.** Furem deprehensum aut occidisse, aut fregisse, aut effudisse (id, quod intercеperat.) fr. 10. pr. de cond. furt. 13. 1. Si ex plaustro lapis ceciderit, et quid ruperit, vel fregerit. fr. 27. §. 33. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 43. pr. de damn. inf. 39. 2. Si ea (sc. columna,) dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit. fr. 25. §. 7. locat. 19. 2. Si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit. fr. 13. §. 8. ib. 19. 2. — **§. 2.** *Debilitare.* cf. v. Fractus. §. 2. — **§. 3.** *Fallere, Decipere.* I. **Sy.** Rumpere (fidem.) fr. 1. §. 4. fr. 5. pr. depos. 16. 3. III. **Cn.** Si velit hodie fidem constitutae rei frangere. fr. 25. pr. de const. pec. 13. 5. Quoniam contractus fidem fregit etc. c. 6. de hered. v. act. vend.

4. 39. — **§. 4.** *Infirmare, Reprimere.* (Cf. v. Fractus. §. 3.) III. **Cn.** Liberalitatem captiosam interpretatio prudentium fregit. fr. 5. de transact. 2. 15.

Frater. *Cognatus masculus secundi gradus, ex iisdem parentibus prognatus.* III. **Cn.** Sunt autem adgnati, — velut frater eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo. Gai. I. 156. II. 119. III. 10. cf. Vlp. XI. 4. Frater eadem matre, — Fr. ex alia matre (natus.) fr. 11. de Carb. edict. 37. 10. fr. 4. unde cogn. 38. 8. Si frater consanguineus defuncti credat. fr. 1. §. 1. de iur. et facti ign. 22. 6. Fratres, vel sorores, uterini. c. 27. de inoff. testam. 3. 28. Frat. patruelis, i. e. patrui filius. Paul. IV. 11. §. 5. Amita, et fratris filia. Gai. III. 14. Vlp. V. 6. Cognati proprii, qui sunt ultra fratrem. fr. 1. de inoff. testam. 5. 2. Duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt. Vlp. XX. 6. Gai. II. 106. Maior frater. — Fr. minor (annis.) fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. Fratribus adversus fratrem (an competit actio?) fr. 35. de pact. 2. 14. cf. fr. 1. §. 10. de quaestion. 48. 18. Fratres Imperatores. Divi fratres. Vatic. §§. 220. 224. 240. fr. 38. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 33. de poen. 48. 19. Inter fratrem et sororem (prohibitae nuptiae.) Gai. I. 61. Si quis filium, filiamve, aut fratrem sororemve naturalem (manumittat.) Ib. I. 19. cf. fr. 71. §. 3. de legat. I. (30.) Parens, patronus, — liberive sui, frater, soror, uxor, socer etc. fr. 1. §. 11. cf. §§. 1. 7. sq. fr. 2. sqq. de postul. 3. 1. fr. 35. pr. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Blanda adpellatio amici.* III. **Cn.** Qui frater non est, si fraterna caritate diligitur, recte cum nomine suo, sub adpellatione „fratris", heres instituitur. fr. 58. §. 1. de hered. inst. 28. 5.

Fraternitas. **§. 1.** *Fratrum coniunctio.* I. **Sy.** Necessitudo consanguinitatis. c. 13. de probat. 4. 19. III. **Cn.** Per adoptionem quaesita fraternitas. fr. 17. pr. de R. N. 23. 2. Cum societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat. fr. 63. pr. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Fratrum personae.* I. **Sy.** Fratres. Tota fraternitas. c. 13. §. 2. de legit. hered. 6. 58.

Fraternus. (Adiect.) *Ad fratres spectans.* I. **Sy.** Fratris, Fraterna (hereditas, v. bona.) fr. 12. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 3. §. 7. de Carb. edict. 37. 10. III. **Cn.** Caritate fraterna diligi. fr. 58. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Adfectio fraterna. c. 4. de castr. pecul. 12. 37.

Fraudare. **§. 1.** *Circumvenire, Decipere.* I. **Sy.** Fallere. Cf. h. v. §. 3. In fraudem alicuius, Fraudandi eius causa (facere etc.) Gai. I. 37. 46. sq. fr. 3. pr. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Si dolo malo, aut fraudandi causa (coita sit societas.) fr. 3. §. 3. pro soc. 17. 2. Si quid praeterea d. m. patris capta fraudataque est mulier. fr. 36. de pecul. 15. 1. Si consilium et eventus fuerit fraudandorum creditorum. fr. 4. §. 19. de fideic. libb. 40. 5. fr. 14. fr. 17. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. Fraudandi animo (decerpere.) fr. 25. §. 2. de furt. 47. 2. Fraudatorum creditorum exceptio. fr. 9. §. 5. de iureiur. 12. 2. Fraudari in (pensione percipienda.) fr. 39. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Nec enim videtur voluisse fraudare edictum, qui etc. fr. 42. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Si annonam publicam fraudasse dicat dominum. fr. 1. de L. Iul. de annon. 48. 12. Fraudati vectigalis crimen. fr. 8. pr. de publican. 34. 9. — **§. 2.** *Spoliare, Privare.* I. **Sy.** Ademtam velle portionem. Fraudare hereditate. fr. 2. de h. qu. in testam. del. 28. 4. III. **Cn.** Neque omnino rescindere debemus venditionem, — nec fraudemus pretio emtorem. fr. 1. §. 12. si qu. in fr. patr. 38. 5. Ne pueri ingenuitate destinata fraudarentur. fr. 26. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Indignum, — impune eam maritum liberis fraudasse. fr. 4. de extr. crim. 47. 11.

Fraudatio. *Circumventio.* I. **Sy.** Fraus. fr. 1. pr. §§. 1. sq Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Qui fraudationis causa latitant. Gai. III. 78. fr. 7. §§. 1. sq. 5. 7. Qu. ex c. in poss. 42 4. Quae fraudationis causa gesta erunt (cum eo, qui fraudem non ignoraverit.) fr. 1. pr. fr. 3. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8.

Fraudator. *Qui fraudem exercet.* III. **Cn.** Qui, consentientibus creditoribus, aliquid a fraudatore vel emit, vel stipulatus est. fr. 6. §. 9. Qu. in fr. cred. 42. 8. Si fraudator pro filia sua dotem dedisset, scienti fraudari creditores. fr. 14. cf. fr. 25. pr. §. 1. ib. 42. 8. Nec eludendi licentiam callidis fraudatoribus relaxari. Th. C. XI. 36. c. 8. Quor. app. n. rec.

Fraudatorius. (Adiect.) *Ad fraudem compescendam comparatus.* III. **Cn.** Fraudatorio interdicto prospectum esse minoribus. Ib. II. 16. c. 1. de integri restit. cf. fr. 96. pr. de solut. 46. 3. Citra periculum interdicti fraudatorii hereditatem suspectam adibis. fr. 67. §§. 1. sq. ad S. C. Treb. 36. 1.

Fraudulenter. (Advb.) *Fallaciter, Dolose.* I. **Sy.** Fraudes admittere. Fraudul. versari. fr. 3. §§. 11. 13. de susp. tut. 26. 10. II. **Op.** Segniter (gerere.) c. 5. eod. 5. 43. cf. fr. 14. §. 2. de cust. et exhib. 48. 3. III. **Cn.** Si quid non administrandi animo, sed fraudul. alienasset, vel mandasset. fr. 60. §. 4. mand. 17. 1. Si — idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudul. negotia administret. §. 5. I. de curat. 1. 23. Quae exacta sunt, — neque calendario illata sunt, aut fraudul. acta. fr. 40. §. 4. de statulib. 40. 7. Revocatis alienationibus, quas fraudul. fecerant. fr. 39. §. 1. de iure fisci. 49. 14.

Fraudulentus. (Adiect.) *Insidiosus, Dolosus.* II. **Op.** Si dolus et calliditas intercessit. — Non fraudulentum consilium. fr. 47. pr. de R. I. 50. 17. cf. fr. 12. pr. de inoff. testam. 5. 2. III. **Cn.** Si quidem tutorem non facultates, sed fraudulenta in rebus pupillaribus, sed callida conversatio suspectum commendet. fr. 31. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. Vorax et fraudulentum propositum (numerariorum.) Th. C. VIII. 1. c. 4. de numerar. cf. X. 1. c. 7. de iure fisci.

Fraudulosus. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia etc. fr. 1. §. 3. de furt. 47. 2.

Fraus. **§. 1.** *Propositum malignum, Animus fallendi, vel delinquendi.* I. **Sy.** Dolus. Cf. h. v. II. **Op.** Culpa, Negligentia. Paul. II. 16. §. 1. fr. 63. de R. V. 6. 1. fr. 7. §. 1. de susp. tut. 26. 10. Casus. Coll. LL. M. I. 9. III. **Cn.** Doli, vel fraudis (habere mentionem.) fr. 5. de obsequ. parent. 37. 15. cf. fr. 8. §. 6. de liberat. leg. 34. 3. Vel consulto, — vel evidenti fraude. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12.

Per fraudem et frustrationem (alios vexare litibus.) fr. 233. pr. de V. S. 50. 16. Bona fide, et citra fraudem. fr. 22. de manum. testam. 40. 4. cf. fr. 34. de procur. 3. 3. Nomine artis ac fraudis (subiacere tortori.) Th. C. VIII. 1. c. 6. de numerar. Conscius fraudis. — Sine fraudis conscientia. fr. 30. de N. G. 3. 5. fr. 10. §. 4. Qu. in fr. cred. 42. 8. Consilium fraudis participasse. — Carere fraude. fr. 10. §§. 2. sq. l. l. 42. 8. fr. 96. pr. de solut. 46. 3. Citra tuam fraudem (abegisse.) fr. 9. §. 4. locat. 19. 2. Si nulla fraudis incurrat suspicio. fr. 2. de separat. 42. 6. fr. 17. §. 9. ad municip. 50. 1. Si fraus ab adversario intervenerit. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. — **§. 2.** *Factum fraudulosum, Delictum.* I. **Sy.** Noxa. fr. 23. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 131. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Pro modo commentae fraudis, poena vindicetur. Paul. V. 4. §. 8. Qui (sc. servus) magnas fraudes in meis rationibus commiserat. fr. 23. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Capitalem fraudem admittere. fr. 1. §. 1. fr. 23. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2. A.** *Circumventio, Ludificatio.* III. **Cn.** Quae neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, S.Cta, edicta Principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt. fr. 7. §. 7. de pact. 2. 14. fr. 44. pr. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 29. sq. de LL. 1. 3. Sunt etiam specialia S.Cta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt. Gai. I. 46. Qui se meae constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius executurum. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Si fraus sit S.Cto adhibita. fr. 7. §. 3. ad S. C. Mac. 14. 6. Si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum. Paul. III. 5. §. 13. Si quis in fraudem tacitam fidem accommodaverit. Vlp. XXV. 17. fr. 123. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 18. pr. de h. qu. ut indign. 34. 9. In fraudem (legis) datae libertates. Fr. de I. F. §. 19. fr. 4. §. 19. de fideic. libb. 40. 5. Si quis — alium nobis adversarium — substituerit, idque data opera in fraudem nostram fecerit. fr. 1. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Qui rationes, acta, libellos — sciens d. m. in fraudem alicuius deleverit etc. Paul. V. 25. §. 5. In fraudem stipulatoris (acceptam facere pecuniam.) Gai. III. 215. In fr. patroni etc. alienare, v. manumittere etc. fr. 16. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Gai. I. 37. 47. Vlp. I. 15. — **§. 2. B.** *Damnum, Periculum.* I. **Sy.** Licito iure, Auctoritate legis, Sine fraude (facere.) Coll. LL. M. IV. 2. III. **Cn.** Sine fraude sua duci iubeto, quique eorum quem — duxerit, id ei fraudi poenaeve ne esto! L. Gall. Cisalp. II. 18. sqq. S. C. de aedib. negot. c. non diruend. No. 42. sq. Spgbg. Sine fraude sua, iure liceat. fr. 25. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. Coll. LL. M. IV. 2. Si plus, minusve secuerunt, se fraude esto! Fr. L. XII. Tabb. III. 6. Haec neque creditoribus neque fisco fraudi esse. fr. 114. §. 14. de legat. I. (30.)

Frediani. *Genus adseclarum gentilitiae superstitionis.* III. **Cn.** Quae (sc. loca) Frediani, quae Dendrophori, quae singula quaeque nomina et professiones gentilitiae tenuerunt. Th. C. XVI. 10. c. 20. §. 2. de pagan.

Frenare. *Coërcere, Reprimere.* III. **Cn.** Si improborum temeritas aut metu legum, aut pudoris imperio frenaretur. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. pr. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 2.

Frenum. **§. 1.** *Habenae.* III. **Cn.** Equus — freni patiens. fr. 2. §. 1. de captiv. 49. 15. Sella cum frenis. Th. C. VIII. 5. c. 47. §. 1. de cursu pub. — **§. 2.** *Vinculum, Coërcitio.* III. **Cn.** Vt iudicibus immodice saevientibus freni quaedam adtemperies adhibita videatur. Ib. IX. 3. c. 2. de cust. reor. cf. XV. 2. c. 6. de aquaed.

Frequens. (Adiect.) **§. 1.** *Celeber, Adsiduus.* III. **Cn.** Qui aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes — advocatos sibi prospexerunt. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Qui (sc. philosophi) se frequentes atque utiles — contendentibus praebent. fr. 8. §. 4. de vacat. et excus. 50. 5. In frequentioribus civitatum locis. Th. C. XI. 8. c. 3. de superexact. — **§. 2.** *Vulgaris, Consuetus.* III. **Cn.** Non ubique, sed ubi frequentius est (hoc genus maleficii.) Coll. LL. M. XI. 7. Et frequens et pernecessaria est (haec clausula.) fr. 1. pr. de susp. tut. 26. 10. Non tam facilis, frequens adoptio — filiorum est. fr. 44. pr. de usurp. 41. 3. Est frequentissima haec causa (possessionis.) fr. 7. §. 2. Qu. ex c. in poss. 42. 4.

Frequentare. *Frequenter adire, vel agere.* I. **Sy.** Observare. fr. 37. de usur. 22. 1. fr. 7. §. 10. de adm. et peric. 26. 7. Versari inter manus hominum, — Frequentari (libros.) fr. 2. §§. 42. 45. sqq. de O. I. 1. 2 II. **Op.** In iudiciis frequentari. — In desuetudinem abire. §. 3. I. de libertin. 1. 5. §. 7. I. de iniur. 4. 4. Cum frequentatur, — Emeritum (munus.) Vatic. §§. 145. 222. III. **Cn.** Agite securi, atque ita patrimonia vestra tenete, colite, frequentate, ut etc. Th. C. X. 10. c. 19. de petit. et ultro dat. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. Saepius requiratur, et crebra interrogatione iudicis frequentetur, num etc. Ib. II 18. c. 1. de indic. Minus frequentantur, et in desuetudinem abierunt. fr. 1. §. 1. de interr. in iure. 11. 1 cf. fr. 2. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Vsurae, quae legitimo modo in regionibus frequentantur. fr. 10. §. 3. mand. 17. 1. cf. fr. 37. de usur. 22. 1. Comes, qui frequentandi cuiusque causa ut sequeretur destinatus fr. 15. §. 16. de iniur. 47. 10.

Frequentatus. (Partic.) *Frequenter aditus, Celebratus.* III. **Cn.** Itinera frequentata (obsidere.) Th. C. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar.

Frequenter. (Advb.) *Crebro, Saepe.* II. **Op.** Frequ. et facile, — Perraro, Quandoque (evenire etc.) fr. 4. sq. fr. 10. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Sine discrimine, et frequ. fr. 3. §. 15. de mun. et hon. 50. 4. Quae in oppido frequ. in eodem controversiarum genere servata sunt. c. 1. Qu. sit longa consu. 8. 53. In usu iuris frequ. uti nos etc. fr. 158. de V. S. 50. 16. Quamvis id frequ. fecit, non videri omnino usum. fr. 1. §. 6. de itin. actuq. priv. 43. 19. Solet Praetor frequentissime adiri, ut etc. fr. 1. pr. ubi pup. 27. 2. Frequentissime decurritur ad etc. fr. 9. §. 2. de edend. 2. 13.

Frequentia. *Multitudo, Copia.* III. **Cn.** Nonnunquam pro frequentia admissorum, iudicantis sententia temperatur. Paul. V. 3. §. 5. Consulatur adfini-

tas, adhibeatur frequentia procerum. Th. C. III. 7. c. 1. pr. de nupt.

Fretum. *Maris pars angusta.* III. ***Cn.*** Quae (sc. Sicilia) modico freto Italia dividitur. fr. 99. §. 1. de V. S. 50. 16.

Fretus. (Partic.) *Confisus, Nixus.* III. ***Cn.*** Cum — statu tui generis fretus es, — Praesidem pete etc. c. 1. de ord. cognit. 7. 19.

Fribusculum. *Leve iurgium.* I. ***Sy.*** Iurgium. fr. 31. de iure dot. 23. 3. fr. 27. de pact. dot. 23. 4. fr. 32. §. 12. de donat. int. V. 24. 1. III. ***Cn.*** Quodsi divortium non intercesserit, sed fribusculum [al. frivusculum, s. friviseulum, s. friusculum, s. frigusculum etc.] fr. 32. §. 12. l. 24. 1.

Frigidus. (Adiect.) **§. 1.** *Gelidus, Algidus.* II. ***Op.*** Caldae, — Frigidae (aquae.) fr. 1. §. 13. de aqua quotid. 43. 20. — **§. 2.** *Venerei stimuli expers.* III. ***Cn.*** Si quis non potuerit cum uxore sua misceri, forte enim naturae frigidae est. Iul. ep. nov. c. 36. §. 132.

Frigus. *Tempestas brumalis.* III. ***Cn.*** Vela, quae frigoris causa, vel umbrae, in domo sunt. fr. 12. §. 16. de instr. leg. 33. 7. Si servum quis alienum spoliaverit, isque frigore mortuus sit. fr. 14. §. 1. de praescr. vv. 19. 5.

Friguseulum. Cf. v. Fribusculum.

Frivolus. (Adiect.) **§. 1.** *Modicus, Levis.* I. ***Sy.*** Invecta mea et illata. Frivola mea. fr. 11. §. 5. de pign. act. 13. 7. — **§. 2.** *Protervus, Futilis.* III. ***Cn.*** Callidum frivolumque commentum. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 10. Quidquid elicitum fuerit, frivolum iudicetur. Th. C. II. 4. c. 4. de denunc. v. edit.

Frons, (frontis.) **§. 1.** *Anterior pars cuiusque rei.* III. ***Cn.*** Insula enata est in flumine contra frontem agri mei; — postea aucta est paullatim, et processit contra frontes et superioris vicini et inferioris. fr. 56. cf. fr. 30. pr. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Obtutus, Adspectus rei.* I. ***Sy.*** Facies. Cf. h. v. §. 2. Illico, Prima fronte. fr. 12. de probat. 22. 3. c. 11. depos. 4. 34. — **§. 3.** *Pudoris, vel impudentiae signum, quod facies hominis prodit.* III. ***Cn.*** Quod (sc. testimonium) integrae frontis homo dixerit. fr. 13. de testib. 22. 5. Qua fronte poterit hoc desiderari? fr. 38. §. 2. de adm. et peric. 26. 7.

Fructifer. (Adiect.) *Fructum ferens.* (Cf. v. Frugifer.) III. ***Cn.*** Si ex eo seges, vel vinea, vel olivae, vel fructiferae arbores concrementur. Paul. V. 20. §. 3. cf. §. 6.

Fructuarius. Fructuaria. (Subst.) **§. 1.** *Qui solo iure fruendi praeditus est.* II. ***Op.*** Vsuarius. Paul. III. 6. §. 25. fr. 42. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Qui, v. Quae, usumfructum in re alterius habet.* I. ***Sy.*** Vsufructuarius, s. Is, cuius ususfr. est. Paul. III. 6. §§. 19. sqq. fr. 7. pr. §§. 1. sqq. fr. 22. sqq. de usufr. 7. 1. fr. 2. de pecul. 15. 1. II. ***Op.*** Proprietarius. Paul. V. 7. §. 3. fr. 22. sq. fr. 25. §§. 2. sq. de usufr. 7. 1. Dominus (proprietatis.) Vatic. §. 42. fr. 9. §. 1. locat. 19. 2. fr. 18. §. 3. fr. 22. fr. 28. pr. de stipul. servor. 45. 3. III. ***Cn.*** Si debitor sit fructuarius, et paciscatur servus, in quo usumfr. habet. fr. 55. de pact. 2. 14. Defuncta fructuaria mense Decembri etc. fr. 58. pr. de usufr. 7. 1.

Fructuarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad ius utendi fruendi respiciens.* III. ***Cn.*** Stipulatio fructuaria, et damni infecti. fr. 4. §. 2. de V. O. 45. 1. cf. Gai. IV. 166. 169. Quod (sc. iudicium) adpellatur fructuarium, quo nomine actoris satis accipiatur. Ib. IV. 169. — **§. 2.** *Iuri utendi fruendi obnoxius, Vsufructuario serviens.* I. ***Sy.*** Fructuarius servus. Homo, s. Servus, in quo ususfr. alterius est. fr. 55. de pact. 2. 14. fr. 22. fr. 24. sq. de usufr. 7. 1. fr. 69. de solut. 46. 3. III. ***Cn.*** Servus fructuarius, vel usuarius. fr. 2. de pecul. 15. 1. Fruct. servus, vel alienus qui b. f. servit. fr. 118. pr. de V. O. 45. 1. Nec fruct. servus iussu eius, qui usumfr. in eo habet, (adire hereditatem poterit.) fr. 45. §. 3. de A. v. O. H. 29. 2. Fruct. servus, — stipulando ex re fructuarii, domino proprietatis adquireret. fr. 37. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Si fundo fructuario servitus debeatur. fr. 1. pr. si ususfr. pet. 7. 6.

Fructuosus. (Adiect.) **§. 1.** *Ferax, Fecundus.* II. ***Op.*** Minus fructuosus, — Vberiore reditu (fundus.) fr. 85. de iure dot. 23. 3. III. ***Cn.*** Quibus (sc. impensis) non factis quidem deterior dos non fieret, factis autem fructuosior effecta est. Vlp. VI. 16. sq. — **§. 2.** *Efficax, Vtilis.* I. ***Sy.*** Prodesse, Fructuosum esse. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. pr.

Fructus. **§. 1.** *Proventus rei naturalis. Quod ex arboribus percipitur, vel agris, vel animalibus.* I. ***Sy.*** Species (arborum.) Glans. fr. 236. §. 1. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Vsurae. Pensiones. fr. 28. pr. §. 1. fr. 36. de usur. 22. 1. fr. 39. §. 1. de legat. I. (30.) III. ***Cn.*** Et partus ancillarum, et foetus pecorum, et fructus, et omnis causa. fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 17. §. 1. de R. V. 6. 1. Paul. II. 17. §. 7. An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, — vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe atque obventionum. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Fructus et usurae. Paul. III. 8. §. 4. Gai. II. 280. Ex quibus agris paterfam. fructus caperet, quibus se toleraret. fr. 203. de V. S. 50. 16. Fructus, qui in illo fundo nati erunt. Gai. II. 203. cf. 76. Fructus annuos fundi (legare.) fr. 20. de usufr. 7. 1. Possessio cum suis fructibus. fr. 21. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Fr., qui solo cohaerebant, — Percepti (fructus.) Paul. III. 6. §. 46. Fructus pendentes, v. stantes. fr. 44. de R. V. 6. 1. fr. 27. pr. de usufr. 7. 1. Omnis fructus non iure seminis, sed iure soli percipitur. fr. 25. pr. de usur. 22. 1. Fructus percipiendo — suos facit. fr. 45. ib. 22. 1. Quod in fructus redigendos impensum est. fr. 46. ib. 22. 1. Quae quaerendorum, cogendorum, conservandorum fructuum gratia (fiunt, v. parantur.) fr. 36. de hered. pet. 5. 3. fr. 8. pr. fr. 12. §§. 1. sqq. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §§. 35. sqq. Aridi, — Vniversi (fructus.) fr. 50. de iure fisci. 49. 14. cf. Th. C. XII. 6. c. 15. de susceptor. Fructus, et quae fructuum vice sunt. fr. 83. pr. de legat. III. (32.) Loco fructuum esse, s. Pro fructibus accipi. fr. 29. de hered. pet. 5. 3. fr. 36. de usur. 22. 1. — **§. 2.** *Reditus, Commodum, Lucrum.*

I. **Sy.** Emolumentum. fr. 5. pr. de collat. 37. 6. Id, quod interest. fr. 4. §. 2. si servit. 8. 5. III. **Cn.** In quos ius fructusque transferetur. fr. 1. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. Ad perpetuam utilitatem agri — pertineat, an vero ad praesentis anni fructum. fr. 3. §. 1. de impens. in res dot. 25. 1. Annua tot ex fructu bonorum — accessura. fr. 26. §. 2. Qu. dies legat. 36. 2. Ex die accepti iudicii dupli fructus computantur. Paul. V. 9. §. 2. Praedes adversario dare litis et vindiciarum, i. e. rei et fructuum. Gai. IV. 16. 95. 166. sqq. In fructu id esse intelligitur, quod etc. fr. 42. de usu et usuf. leg. 33. 2. Venationem fructus fundi esse. fr. 26. de usur. 22. 1. Fructus rei est, (vel pignori dare licere.) fr. 49. ib. 22. 1. — **§. 3.** *Effectus, Vtilitas.* III. **Cn.** Convenientem desiderii tui fructum (reportabis.) c. 2. de bon. auct. iud. 7. 72. cf. Th. C. XIII. 5. c. 12. de navicular. Munificentiae suae fructum capere. fr. 2. pr. de opp. pub. 50. 10. Liberos eius omni paene fructu paterno defraudari. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. — **§. 4.** *Ius fruendi.* I. **Sy.** Vsusfr. fr. 3. sq. de oper. servor. 7. 7. fr. 43. de evictione. 21. 2. II. **Op.** Vsus. Paul. III. 6. §§. 24. sqq. fr. 64. de R. V. 6. 1. Dominium. Coll. LL. M. XII. 7. III. **Cn.** Nudus usus, i. e. sine fructu. — Fructus, sine usu. fr. 1. §. 1. fr. 14. pr. §§. 2. sq. de usu et habit. 7. 8. cf. fr. 5. §§. 1. sqq. usufr. quemad. cav. 7. 9. Paul. III. 6. §§. 24. sq. Fundus, cuius fructus alienus est. fr. 43. de religios. 11. 7. Neque servitutis fructus constitui potest. fr. 33. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Instrumenti fructum habere. fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1. Fructum habitationis praestare. fr. 8. §. 25. de transact. 2. 15.

Frugalitas. *Abstinentia, Temperantia.* III. **Cn.** Si constantem, aut laboriosum — esse, aut ex frugalitate sua peculium adquirentem (adfirmaverit.) fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Alienas res capere, et frugalitatem irridere donatoris. c. 10. de revoc. don. 8. 56.

Frugaliter. (Advb.) *Parce, Modice.* III. **Cn.** Quod exhibitione frugalit. sufficit, (modum alimentis dabit.) fr. 3. §. 3. ubi pup. 27. 2.

Fruges. **§. 1.** *Agrorum fructus, et prae caeteris legumina.* I. **Sy.** Legumina. fr. 77. de V. S. 50. 16. Paul. III. 6. §. 78. III. **Cn.** Quaecunque frugum fructuumque recipiendorum causa fiunt. fr. 1. §. 7. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Agro colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus. Paul. II. 8. §. 2. Fruges humidae, vel arentes. Th. C. II. 33. c. 1. de usur. Frugum promiscuarum modii C. Ib. VII. 20. c. 3. c. 8. de veteran. — **§. 2.** *Reditus fundi universus.* I. **Sy.** Reditus. fr. 77. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Opes.* I. **Sy.** Patrimonium. Ib. II. 17. c. 1. pr. de h. qu. ven. aet.

Frugi, (indeclin.) *Moderatus, Prudens.* II. **Op.** Bonae vitae, vel frugi (videri.) — Male conversari. fr. 3. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 1. §. 4. de servo corr. 11. 3. III. **Cn.** Contemplatio habenda est, h. e. cuius vitae sint hi, utrum frugi vitae, — an sequioris? fr. 8. §. 11. de transact. 2. 15. Si ignoravit quidem furem esse, adseveravit autem bonae frugi et fidum. fr. 13. §. 2. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 19. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Quam (sc. diligentiam) debent homines frugi et diligentes praestare. fr. 11. de peric. et comm. 18. 6. Si bonae frugi servus, intra annum mutatis moribus, occisus sit. fr. 23. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Vt a parentibus frugi fieri solet. fr. 77. §. 30. de legat. II. (31.)

Frugifer. (Adiect.) [cf. v. Fructifer.] *Fructus ferens.* II. **Op.** Frugiferae, — Infructuosae (arbores.) fr. 13. §. 4. de usufr. 7. 1. fr. 16. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Frui. **§. 1.** *Fructus rei lucrifacere.* I. **Sy.** Fructum, s. Fructus, rei percipere. fr. 23. comm. div. 10. 3. III. **Cn.** Frui et uti. fr. 1. pr. §§. 1. sq. Qu. dies usufr. 7. 3. Caveantque, per tempora se usuros et fruituros. fr. 7. §. 10. comm. div. 10. 3. (cf. v. Vti frui.) Vt — et colono frui, et inquilino habitare liceat. fr. 25. §. 1. fr. 33. locat. 19. 2. Quominus loco publico, quem — fruendum alicui locavit, ei, qui conduxit, — e lege locationis frui liceat etc. fr. 1. pr. §. 3. de loco pub. fr. 43. 9. cf. Tab. Heracl. lin. 73. sq. aer. Br. Alienam possessionem — retinere, et facultatem fruendi nancisci. Gai. IV. 167. Non meo nomine, sed suo, fruitus est emtor. fr. 29. pr. Qu. mod. ususf. 7. 4. Magis velle se matrem ita frui, ut liberos secum habeat fruentes. fr. 8. de usufr. adcr. 7. 2. Ius fruendi res liberorum suorum. Th. C. VIII. 18. c. 1. pr. de matern. bon. — **§. 2.** *Vti, Potiri.* II. **Op.** Carere. fr. 5. de servo export. 18. 7. III. **Cn.** Frui commodo (possessoris.) fr. 12. §. 3. de liberali. c. 40. 12. Publico salario frui. fr. 6. de off. adsess. 1. 22.

Frumentarius. (Adiect.) *Ad frumentum pertinens, Ad annonam (publicam) respiciens.* III. **Cn.** Et molae, et machinae, — asinus machinarius, machina frumentaria. fr. 12. §. 10. de instrum. leg. 33. 7. Horreum frumentarium novum — mobile. fr. 60. de A. R. D. 41. 1. Negotiatores frumentarii. fr. 9. §. 1. de vacat. et excus. 50. 5. Frumenti comparandi, — arcae frumentariae, calefactionis thermarum (sc. cura.) fr. 1. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Ratio frumentaria. fr. 2. §. 2. de adm. rer. ad civit. 50. 8. Tesserae frumentariae. fr. 52. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 49. §. 1. de legat. II. (31.)

Frumentatio. *Largitio annonae.* III. **Cn.** Frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensorum fraudem coërcere. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16.

Frumentum. **§. 1.** *Fruges, v. Grana, quae arista continentur, Triticum.* I. **Sy.** Id, quod arista se tenet. fr. 77. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** In nummis, et oleo, ac frumento, et similibus quae communi specie continentur. fr. 29. de solut. 46. 3. Gai. II. 196. III. 90. 124. Frumentum atque oleum, et caetera quae ad victum necessaria sunt. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. fr. 22. de N. G. 3. 5. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. Frumentum, quod serendi causa sepositum est. Ib. l. l. cf. Paul. III. 6. §. 35. Frumenta manu sata. fr. 40. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Frumenta, quae in herbis erant. fr. 78. §. 3. ib. 18. 1. Si quis milium, vel frumentum meum effuderit. fr. 27. §. 19. ad L. Aqu. 9. 2. Frumentum et hordeum. Th. C. XII. 6. c. 21. §. 1. de susceptor. — **§. 2.** *Annona pu-*

publica. I. **Sy.** Annona. Vatic. §§. 235. sqq. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** Navem fabricare, et Romam — frumentum portare. Vlp. III. 6. Gai. I. 34. Cura frumenti comparandi. fr. 1. §. 2. fr. 3. §. 12. fr. 18. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. Aediles, qui frumento praeessent. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Frumentum agentes. Vatic. §. 235.

Frustra. (Advb.) **§. 1.** *Temere, Sine causa.* III. **Cn.** Aequius, — vel frustra nonnunquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta. fr. 1. §. 2. de ventre in poss. 37. 9. Fr. timere, v. vereri. fr. 7. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 3. pr. de duob. reis. 45. 2. Vatic. §. 285. Fr. est, si quis dixerit. fr. 3. Qu. dies legat. 36. 2. Fr. existimare, v. putare. c. 1. de dot. promiss. 5. 11. c. 1. de h. qu. in prior. cred. loc. 8. 19. — **§. 2.** *Inutiliter, Sine effectu.* II. **Op.** Iure (desiderare.) Paul. III. 5. §§. 16. sq. Recte (dare tutorem, v. provocare.) fr. 7. pr. §. 1. de confirm. tut. 26. 3. fr. 23. §§. 1. 3. de app. et relat. 49. 1. Fr. convenisse etc. — Valere. fr. 14. pro soc. 17. 2. fr. 53. pr. fr. 56. de donat. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Non alias, quam si etc. v. Tunc demum etc. — nam frustra etc. fr. 65. de fideiuss. 46. 1. fr. 1. §. 1. Quand. app. 49. 4. Si quis est in hac causa, impossibile est quod promittitur; si non est, fr. est. fr. 31. de evict. 21. 2. Nec necessariam — exheredationem, cum, etsi fuerit facta, fr. est. fr. 4. §. 2. de hered. inst. 28. 5. cf. Paul. IV. 5. §. 1. Citra conventionem, — fr. distrahit. fr. 1. §. 1. de pignor. 20. 1. Quidquid demonstratae rei additur, — fr. est. fr. 1. §. 8. de dote praeleg. 33. 4. Fr. intendes, — sed renascetur tibi vindicatio. fr. 6. pr. si servit. 8. 5. Ob eas res iudicio mandati fr. convenietur, et ipse debitorem fr. conveniet. fr. 32. pr. de N. G. 3. 5.

Frustrari, v. **Frustrare.** *Extrahere, Cunctando decipere.* I. **Sy.** Cunctari, Morari. fr. 2. §§. 24. 27. ad S. C. Tert. 38. 17. fr. 233. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Qui conventi frustrantur, et qualibet tergiversatione et sollertia efficiunt, ne cum ipsis agi possit. fr. 24. sq. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 78. pr. de procur. 3. 3. Si, dum vult apud sequentem Praetorem agere, tempus frustratus est. fr. 26. §. 6. ex qu. c. mai. 4. 6. Frustrandae actionis causa latitare. fr. 3. de iudic. 5. 1. Ne quis — legem commissi frustratus incurrat. Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor. Ne colludio forte municipum, quae sunt iussa, frustrentur. Ib. XII. 1. c. 110. de decurion.

Frustratio. *Mora, Cunctatio, Adlegatio fallax et dilatoria.* I. **Sy.** Mora, Cessatio. fr. 3. §. 4. de usur. 22. 1. fr. 5. §. 20. ut in poss. legat. 36. 4. III. **Cn.** Per fraudem et frustrationem (alios vexare litibus.) fr. 233. pr. de V. S. 50. 16. Sine dolo malo et frustratione (facere.) fr. 9. comm. div. 10. 3. Qui frustrationis causa imploravit (beneficium L. Falcidiae.) fr. 89. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Omni privilegiorum, — vel cuiuslibet excusationis alterius frustratione submota. Th. C. XII. 1. c. 33. c. 38. de decurion. Moratoriis quibusdam frustrationibus interiectis (litigia protrahere.) Ib. XI. 36. c. 3. Quor. app. n. rec.

Frustrator. *Qui latitat, vel moras nectit.* I. **Sy.** Qui moram fecit. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. III. **Cn.** Litem in iudicium deductam, et a reo desertam, frustratoris amicus ultro egit, causas absentiae eius adlegans. fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. Ex ipso tempore delicti plus quam fr. debitor constitutus est. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16.

Frustratorius. (Adiect.) *Frustrationem parans, vel continens.* III. **Cn.** Frustratoria, morandi causa interposita (adpellatio.) fr. 41. pr. de usur. 22. 1. Moratoriae dilationes, frustratoriaeque non tam adpellationes quam ludificationes. Th. C. XI. 36. c. 1. cf. c. 4. c. 9. sq. Quor. app. n. rec.

Frustum. *Fragmentum.* III. **Cn.** Eius sella in frusta caedatur. Ib. VIII. 5. c. 47. §. 1. de cursu pub. Marmorum frustis — convulsis. Ib. XV. 1. c. 19. de opp. pub.

Frux. (cf. v. Fruges, v. Frugi.) *Ratio, Ingenium.* III. **Cn.** Ad melioris vitae frugem se reformare. c. 19. ex qu. c. infam. 2. 12.

Fucare. **§. 1.** *Facticium colorem inducere.* I. **Sy.** Intingere, Tingere. c. 3. de vest. holover. 11. 8. III. **Cn.** Fucandae atque distrahendae purpurae (facultas.) c. 1. Qu. res ven. n. poss. 4. 40. — **§. 2.** *Simulare.* III. **Cn.** Desperatio (sc. Donatistarum) fucata perfidia. Th. C. XVI. 5. c. 37. cf. c. 13. de haeretic. Sermo fucatus et phalerata verba. Nov. Marcian. Nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. §. 5.

Fucatio. *Tinctura.* III. **Cn.** CCC. paene librae blattae sericae clandestina fucatione — coloratae. Th. C. X. 20. c. 18. de murileg.

Fucus. **§. 1.** *Color purpuram imitans.* III. **Cn.** Species pertinentes ad vectigal: — purpura, — fucus etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. — **§. 2.** *Simulatio, Fallacia.* III. **Cn.** Ad fucum iniquitatis augendum lex — adscita est, scilicet ut diceretur etc. Th. C. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec. cf. Nov. Val. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. pr.

Fufidius. *Nomen I.Cti.* III. **Cn.** Quamquam apud Fufidium Sabino placeat. Gai. II. 154. Fuf. ait. — Nerva filius contra sentit. fr. 25. de manum. vind. 40. 2. Apud Fufidium quaestionum libro — ita scriptum est. fr. 5. de auro arg. 34. 2.

Fuga. **§. 1.** *Absentia clandestina, vel illicita.* III. **Cn.** Qui in acie prior fugam fecit. fr. 6. §. 3. cf. fr. 13. §. 5. de R. M. 49. 16. Deteriorem servum facit, qui fugam suaserit, et qui furtum. Paul. I. 13 A. §. 5. II. 31. §. 33. Si in fuga sit, vel peregre (sc. servus.) fr. 21. §. 3. de noxal. act. 9. 4. fr. 39. pr. de legat. I. (30.) Is, qui servum in fuga habet. fr. 27. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Servus in fuga positus. Paul. II. 31. §. 37 a. Fugae se tradendo, potestati dominorum se subtrahere. fr. 16. §. 4. de publican. 39. 4. Servus fugerat, et annum in fuga fecerat. fr. 14. §. 1. de statulib. 40. 7. Servi, qui — dominum per fugam deseruerunt. Paul. III. 5. §. 8. — **§. 2.** *Exsilium, Relegatio.* III. **Cn.** Exsilium triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga etc. fr. 5. de interd. et releg. 48. 22. Ad tempus relegatus, si expleto spatio fugae etc. fr. 4. §. 4. de R. M. 49. 16. cf. c. 2. de h. qu. in exsil. 10. 59. — **§. 3.** *De-*

clinatio, Evitatio. III. *Cn.* Nec rescripta — ad munerum fugam prodesse. Th. C XII. 1. c. 137. cf. c. 119. de decurion. — §. 4. *Res per fugam absens.* I. *Sy.* Fugitivus. Fr. de I. F. §. 9. fr. 2. §§. 1. 3. de L. Fab. 48. 15. cf. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1.

Fugare. §. 1. *In fugam agere.* III. *Cn.* Qui fugatus est, supervenientibus quibusdam. fr. 1. §. 29. de vi et vi arm. 43. 16. Qui oves tuas, aut boves fugavit, ut alius eas exciperet. Gai. III. 202. Si quis fumo facto apes alienas fugaverit, vel etiam necaverit. fr. 49. pr. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 2. *Exterminare, Prohibere.* III. *Cn.* Qui se fugati nominis adserunt sacerdotes Th. C. XVI. 5. c. 13. de haeret.

Fugax. (Adiect.) *Per fugam, v. Illicite, absens.* I. *Sy.* Desertor. Ib. VII. 18. c. 6. pr. §. 1. de desertor. III. *Cn.* In locum fugacium subrogentur. Ib. XII. 1. c. 119. de decurion. Servus fugax. Ib. II. 1. c. 8. pr. de iurisd.

Fugere. §. 1. *Fuga evadere.* I. *Sy.* Aufugere, Effugere. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 4. §. 2. de R. M. 49. 16. Profugere. fr. 4. §. 1. ib. 49. 16. III. *Cn.* Quae (sc. columbae) si manu refugiunt, domi tamen fugiunt. Coll. LL. M. XII. 7. Qui carcere effracto fugerit. fr. 13. §. 5. de R. M. 49. 16. Qui hostem, aut latronem, incendium, ruinamve fugeret. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Qui alieno servo persuaserit, ut dominum fugiat. Coll. LL. M. XIV. 3. Si fugerit servus a (b. f. possessore.) fr. 21. de R. V. 6. 1. — §. 2. *Declinare, Detrectare.* I. *Sy.* Defugere (munus.) Th. C. XIII. 5. c. 11. de navicular. XIII. 6. c. 1. de praed. navicul. III. *Cn.* Ad fugienda sacramenta militiae etc. Ib. VII. 13. c. 4. sq. de tiron. Poenam — nulla excusatione fugituri sunt. Ib. l. l. c. 8.

Fugiens. (Partic.) §. 1. *Celeriter se proripiens.* III. *Cn.* Vno sermone ex ore fugiens (professio criminis.) Ib. IX. 1. c. 5. de accusatt. — §. 2. *Qui in iudicio actoris impetum excipit. Reus.* II. *Op.* Actor, s. Agens. Litigator. — Fugiens (pars.) c. 13. §. 2. de iudic. 3. 1. c. 2. pr. §. 1. de iureiur. pr. cal. 2. 59. c. 8. pr. §. 3. de bon. qu. lib. 6. 61.

Fugitivarius. §. 1. *Fugitivorum conquisitor.* III. *Cn.* Servus a fugitivario comparatus. Paul. I. 6A. §. 1. Vt dares Titio, si fugitivum meum reduxisset, — non ambo pecuniam, ego et fugitivarius, deposuimus. fr. 18. de praesc. vv. 19. 5. — §. 2. *Fugitivorum receptor, vel adiutor.* III. *Cn.* Quae (sc. poena) de occultatoribus et fugitivariis data est. Th. C. X. 12. c. 1. §. 1. si vag. pet. manc.

Fugitivus. §. 1. *Servus, qui a domino aufugit.* I. *Sy.* Qui in fuga est. In fuga constitutus (servus.) fr. 12. §. 3. de usufr. 7. 1. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Fr. de I. F. §. 9. III. *Cn.* Qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores, — quis fugitivus, errove sit, noxave solutus non sit. fr. 1. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 1. §. 5. de fugitiv. 11. 4. Ne sollicites (sc. servum meum,) ut fur fiat, ut fugitivus fiat. fr. 50. de pact. 2. 14. Qui persuasu alterius a domino recessit, fugitivus est. fr. 43. §. 2. cf. fr. 17. pr. §§. 1. sqq. de Aedil. edict. 21. 1. Fugitivi simplices. — Qui pro libero se gesserint. fr. 2. de fugitiv. 11. 4. Absentes fugitivos venumdari, aut comparari, ampl. Ordo prohibuit. Fr. de I. F. §. 9. Paul. I. 6A. §. 2. Fugitivos conquirere, eosque dominis reddere. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. cf. fr. 1. §. 2. fr. 3. sq. de fugitiv. 11. 4. Ancilla, quamvis in fuga sit, — et licet fugitiva erat etc. fr. 84. §. 10. de legat. I. (30.) — §. 2. *Latitans.* I. *Sy.* Absens (actor.) c. 13. §. 2. de iudic 3. 1.

Fulcimentum. *Fulcrum.* III. *Cn.* Fulcimenta — etiam instrumento domus continebuntur. fr. 12. §. 19. de instr. leg. 33. 7.

Fulcire. §. 1. *Aedes firmare, ne in ruinas dilabantur.* III. *Cn.* In rem patris, vel domini vertere, — agrum puta colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo etc. Paul. II. 9. §. 1. cf. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. Impensae necessariae sunt, — veluti aggeres facere, flumina avertere, aedificia vetera fulcire, itemque reficere. fr. 14. pr. cf. fr. 4. de imp. in res dot. 25. 1. fr. 15. §. 30. de damn. inf. 39. 2. Quamdiu paries reficietur, — si non vult superior fulcire, deponat. fr. 8. pr. si servit. 8. 5. — §. 2. *Instruere, Augere.* (cf. v. Fultus.) III. *Cn.* Integris fortunis fulciri. Th. C. IX. 42. c. 24. §. 1. de bon. proscr. Qui variis honoribus fulciuntur. Ib. XI. 24. c. 1. de patroc. vicor.

Fulcrum. *Quod ad fulciendam rem et sustinendam adhibetur.* III. *Cn.* Si quid additum erit, toto cedit, ut statuae pes aut manus, — lecto fulcrum etc. fr. 26. §. 1. de A. R. D. 41. 1.

Fulgere. *Splendere.* III. *Cn.* Quae (sc. constitutio) in nostro codice fulget. §. 24. I. de action. 4. 6.

Fulgor. §. 1. *Splendor, Claritas.* III. *Cn.* Quod caelesti fulgore — confectum est. c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. Sit pessimum dedecus cognationis suae fulgori. c. 1. de S.C. Claud. 7. 24. — §. 2. *Fulmen.* III. *Cn.* Si quid de palatio nostro — degustatum fulgore esse constiterit. Th. C. XVI. 10. c. 1. de pagan.

Fullo. *Qui vestes densat, et purgat, et polit.* III. *Cn.* Si fulloni polienda, curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dederim. Gai. III. 143. 162. 205. sq. Paul. II. 31. §. 29. Si fullo vestimenta lavanda conduxerit. fr. 2. de cond. sine c. 12. 7. fr. 25. §. 8. fr. 60. §. 2. locat. 19. 2. Fullonum et sarcinatorum praepositus. fr. 5. §. 6. de inst. act. 14. 3.

Fullonica. *Officina fullonum.* III. *Cn.* Fullonicas circa fontem instituisse. fr. 3. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Meritoria, — quae vulgo diversoria, vel fullonica adpellant. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1.

Fulmen. *Ignis e nubibus excitatus.* III. *Cn.* Si hominem fulmen Iovis occisit. Fr. L. Numae Pompil. No. 6. Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2.

Fultura. *Actus fulciendi.* III. *Cn.* Sicut refectio parietis ad vicinum pertinet, ita fultura aedificiorum vicini etc. fr. 8. pr. si servit. 8. 5.

Fultus. (Partic.) *Subnixus.* III. *Cn.* Volun-

tas postrema legibus fulta. Th. C. V. 2. c. 1. de bon. decur.

Fumare. *Fumum emittere.* III. **Cn.** Quae (sc. loca) thuris constiterit vapore fumasse. Ib. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan.

Fumigare. *Fumo replere.* III. **Cn.** Si inferiorum dominus aedium, superioris vicini fumigandi causa, fumum faceret. fr. 44. de iniur. 47. 10.

Fumus. *Vapor ignis.* III. **Cn.** Ligna cocta, ne fumum faciant. fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.) Licere fumum non gravem, puta ex foco, in suo facere. fr. 8. §. 6. si servit. 8. 5. Fumo facto apes alienas fugare, vel etiam necare. fr. 49. pr. ad L. Aqu. 9. 2.

Functio. **§. 1.** *Exercitium.* III. **Cn.** Occidui corporis functionem ita salubri dispositione constituit. Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. pr. — **§. 2.** *Conversio rei incertum usum.* I. **Sy.** Mutua vice fungi, Permutationem, Functionem recipere (in genere suo.) fr. 2. §. 1. fr. 6. de R. C. 12. 1. fr. 51. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Functio dotis pacto mutari non potest. Consult. vet. I.Cti c. 4. — **§. 3.** *Praestatio, Administratio, Munus.* I. **Sy.** Munia, Munera, Functiones. Th. C. XII. 1. c. 134. c. 137. pr. §. 1. c. 140. c. 148. de decurion. Obsequia. Ib. VIII. 4. c. 22. sq. de cohortal. III. **Cn.** Suae potestatis, et nullis per provincias functionibus obligati. Ib. XII. 1. c. 74. §. 5. XIII. 3. c. 16. de medic. et prof. Sublatis militiae privilegiis, functioni propriae regionique reddatur. Ib. VIII. 4. c. 24. Functionibus patriae heredem generis ac munerum derelinquere. Ib. XII. 1. c. 74. pr. §. 1. cf. c. 76. Cunctas functiones civicis honoribus pensitare. Ib. l. l. c. 29. A functione obsequii recedere. Vatic. §. 248. — **§. 4.** *Pensitatio, Res publice dependenda.* I. **Sy.** Praestatio, Depensio, Pensitatio, Pensio. Th. C. XIII. 1. c. 4. sqq. c. 10. sqq. de lustr. collat. XIII. 3. c. 2. sq. de medic. et prof. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 5. Debita publica, Functiones publicae. c. 2. ubi qu. de curial. 3. 23. c. 1. in qu. c. mil. 3. 25. Capitatio (praedii.) c. 9. c. 13. de A. E. V. 4. 49. III. **Cn.** Functiones, seu civilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem — dependere. c. 6. de praescr. XXX. 7. 39. cf. c. 2. de Praet. et hon. praet. 12. 2. Functiones in canonicis et superindicticiis titulis — adgnoscere. Th. C. XI. 1. c. 36. de annon. et tribut. Nulla functione vel glebatione senatoria — fatigetur Ib. VI. 2. c. 12. de Senat. et de gleb. Vectigalium non parva functio est. Ib. XI. 12. c. 3. de immun. conc. Munere annonariae functionis absolvere. Ib. XI. 28. c. 4. c. 14. de indulg. debitor. Praeter censuales functiones — nonam partem tantummodo praeteriti assis publicarum toleret functionum. Ib. l. l c. 12. cf. X. 3. c. 7. pr. de loc. fund. iur. emph. Octavam partem inferant argentariae functionis. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. pr.

Functus. (Partic.) *Qui explevit, vel absolvit.* I. **Sy.** Perfunctus (magistratibus.) Th. C. VI. 4. c. 10. sq. de Praet. et Qu. Demortuus, Diem functus. Ib. l. l. c. 10. sq. c. 21. §. 1. fr. 4. de off. adsess. 1. 22.

Fundamentum. **§. 1.** *Aedium substructio.* III. **Cn.** Fundamenta iecit, vel locum purgavit. fr. 1. §. 3. de pollicit. 50. 12. Fundamenta clam iecisti, deinde caetera prohibente me aedificasti. fr. 11. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Cum aedificaret in suo, terram in eam aream amplius, quam fundamenta caementicia locatoris erant, congessit. fr. 57. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Praesidium, Firmamentum.* III. **Cn.** Velut caput et fundamentum intelligitur totius testamenti (heredis institutio.) Gai. II. 229.

Fundanus. (Adiect.) *Qui fundus factus est* (*in leges P. R.*) III. **Cn.** Municipium fundanum. — Municipes fundani. Tab. Heracl. lin. 85. sq. aer. Neap.

Fundare. *Fundamentis firmare. Constituere.* III. **Cn.** Per quos (sc. Xviros) — civitas fundaretur legibus. fr. 2. §§. 3. sq. de O. I. 1. 2. Vt remp. armis et religione fundarent. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr. Libri de iure civili, — qui omnem partem operis fundarent. fr. 2. §. 44. cf. §. 39. l. l. 1. 2. Iuris civilis, praeter veterem et bene fundatam peritiam, anxie diligens (sc. Volus. Maecianus.) fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. Accusatione fundata etc. Th. C. IX. 7. c. 7. ad L. Iul. de adult.

Fundere. **§. 1.** *Emittere, Edere.* I. **Sy.** Parĕre, Eniti, Edere (partum.) Paul. IV. 9. §§. 1. sqq. Th. C. IV. 6. c. 7. (Wck.) de natur. fil. — **§. 2.** *Pronunciare, Adlegare.* I. **Sy.** Iactare (dictum.) Ib. IV. 8. c. 5. §. 5. (Wck.) de liberali c. III. **Cn.** Preces fundere. c. 7. §. 1. de div. rescr. 1. 23. c. 17. de R. V. 3. 32. Iul. ep. nov. c. 69. §. 247. — **§. 3.** *Prosternere.* III. **Cn.** Scyras, — maximis (Hun) norum — copiis fusis, imperio nostro subegimus. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. mil.

Fundus. **§. 1.** *Ima pars cuiusque rei.* III. **Cn.** Statuae suae brachium aut pedem alienum adiicere, aut scypho ansam vel fundum etc. fr. 23. §. 2. de R. V. 6. 1. fr. 26. §. 1. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Praedium rusticum.* I. **Sy.** Possessio. fr. 15. §. 6. Qu. satisd. cog. 2. 8. Praedium (rusticum.) Paul. III. 6. §§. 48. sqq. Vlp. XIX. 1. fr. 42. fr. 52. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. Ager (cum aedificio.) fr. 211. cf. fr. 115. de V. S. 50. 16. Fundus et aedes. Res soli, s. immobiles. Gai. II. 42. 54. Vlp. XIX. 8. II. **Op.** Locus. Cf. h. v. III. **Cn.** Corporales res, veluti fundus, homo, vestis, aurum etc. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 75. §. 1. de V. O. 45. 1. Gai. II. 260. III. 141. Si de fundo, vel de aedibus — controversia erat. Ib. IV. 17. „Vti possidetis“ interdictum de fundi vel aedium possessione redditur. Gai. IV. 149. sq. 166. Interdicta: „Quem fundum“, vel: „Quam hereditatem.“ Frr. Inst. Vlpiani. §. 20. ed. Endlicher. Italicus, — stipendiarius (fundus.) Th. C. VIII. 12. c. 2. de donat. Privati fundi, vel emphyteutici. Ib. XI. 7. c. 19. de exaction. Ex pluribus fundis, quibus idem nomen impositum fuerat, unum — stipulari. fr. 106. cf. fr. 74. fr. 75. §. 1. de V. O. 45. 1. Pascua, quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat. Paul. III. 6. §. 54. Fundo ita, ut possederat, legato. Ib. l. l. §. 53. Fundo instructo legato. Ib. l. l. §. 51. Fundo cum omni instrumento — legato. Ib. §§. 43. sqq. 47. fr. 4. fr. 15. §. 2. de instr. leg. 33. 7. Actor, vel colonus ex alio fundo, in eodem constitutus. Paul. III. 6.

§. 48. Servitus, quae fundo debetur. — Fund. serviens, s. servus. fr. 23. §§. 2. sq. de S. P. R. 8. 3. fr. 20. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Cum fundum tibi darem, legem ita dixi: „Vti optimus maximusque esset." fr. 126. de V. S. 50. 16. cf. Paul. III. 6. §. 45.

Funebris. (Adiect.) *Ad funus et luctum spectans.* III. **Cn.** Scaenicae vestis usufr., vel aulaei, vel alterius adparatus. — Tam scaenica, quam funebris vestis. fr. 15. §. 5. de usufr. 7. 1.

Funerare, s. **Funerari.** *Sepelire.* I. **Sy.** Funus, v. Sepulturam, facere. Sepelire. fr. 12. §§. 3. sq. fr. 14. §§. 7. sq. fr. 32. pr. de relig. 11. 7. III. **Cn.** Qui fecerit quid, quominus aliquis funeretur, sepeliaturve. fr. 8. de sepulcr. viol. 47. 12. Paul. V. 26. §. 3. cf. fr. 14. §§. 7. 13. de relig. 11. 7. Mortuos funerari (de suo.) fr. 14. §. 13. cf. fr. 16. fr. 20. §. 2. fr. 22. ib. 11. 7.

Funerarius. (Adiect.) *Ad funerationem spectans.* I. **Sy.** Funeraticia, Funeraria (actio.) fr. 20. pr. fr. 27. §§. 1. sq. fr. 30. pr. de relig. 11. 7. III. **Cn.** Haec actio, quae funeraria dicitur, — continet funeris causa impensam. fr. 14. §§. 6. 12. ib. 11. 7. Privilegium funerarium, v. quod habet funeraria (sc. actio.) fr. 46. §. 2. ib. 11. 7. fr. 17. pr. de reb. auct. iud. 42. 5.

Funeraticius. Idem. I. **Sy.** Funerarius. Cf. h. v.

Funestare. *Contaminare.* I. **Sy.** Commaculare (se, nuptiis etc.) Th. C. III. 12. c. 3. de incest. nupt. III. **Cn.** Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis. Paul. I. 21. §. 2.

Funestus. (Adiect.) **§. 1.** *Funere pollutus.* III. **Cn.** Heredis familia ex mortis tempore funesta facta. fr. 28. §. 4. de stip. serv. 45. 3. — **§. 2.** *Infaustus, Perniciosus.* III. **Cn.** Nefariae preces, aut magici adparatus, aut sacrificia funesta. Th. C. IX. 16. c. 7. de malef. Haec scelera, velut contagium quoddam funestae pestis, (declinare.) Ib. IX. 28. c. 2. de crim. pecul. Funestorum Consulum nomina (aboleri.) Ib. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr.

Fungi. **§. 1.** *Exercere, Obire.* I. **Sy.** Perfungi (muneribus.) fr. 33. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Gerere, Adgnoscere (honores, v. officium, s. magistratum.) fr. 17. §§. 4. sq. de excusatt. 27. 1. fr. 38. §. 6. ad munic. 50. 1. fr. 3. §§. 6. 8. fr. 14. §. 6. de mun. et hon. 50. 4. Conferre (dotem.) Collatione fungi. fr. 3. de dot. collat. 37. 7. III. **Cn.** Qui Romae magistratu funguntur, quamdiu hoc funguntur etc. Vatic. §. 146. Omnium Romae magistratuum vice et officio fungi (sc. eum, qui provinciae praeest.) fr. 12. cf. fr. 10. sq. de off. Praes. 1. 18. Boni et innocentis viri officio eum fungi oportet. fr. 4. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Delatoris opera non esse functum, qui etc. fr. 38. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Suis partibus fungi. — Vice eius, qui mandavit, fungi. fr. 1. de off. adsess. 1. 22. fr. 16. de iurisd. 2. 1. In vicem satisdationis fungi (pignoribus etc.) fr. 7. de stipul. Praet. 46. 5. Patrimonii intributionibus fungi. fr. 22. §. 7. ad munic. 50. 1. — **§. 2.** *Accommodari. In usum converti.* III. **Cn.** Fideicommissum quoque munere Falcidiae fungetur. fr. 77. §. 1. de legat. II. (31.) cf. c. 3. de falsa c. adi. 6. 44. Dos, quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit. Vlp. VI. 11. Pretia rerum non ex adfectu, — sed communiter funguntur. fr. 63. pr. ad L. Falc. 35. 2. Inaedificati (sc. lapides,) et nondum functo monumento in hoc detracti etc. fr. 43. de R. V. 6. 1. — **§. 3.** *Absolvere, Satisfacere.* I. **Sy.** Decedere, Defungi, Fungi vita, v. diem suum. fr. 26. pr. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 26. §§. 1. sq. Qu. dies leg. 36. 2. fr. 9. de castr. pec. 49. 17. III. **Cn.** Poenae suae fungi. fr. 22. de poen. 48. 19.

Funis. *Restis.* III. **Cn.** Si machinae culpa factum, minus diligenter non ab ipso ligatae, vel funium perticarumque vetustate. fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. cf. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. Cum spoliatur (sc. navis,) — aut funes eius praeciduntur, aut vela conscinduntur etc. fr. 6. de incend. ruina. 47. 9. cf. fr. 29. §§. 3. 5. ad L. Aqu. 9. 2.

Funus. *Exsequiae hominis mortui.* III. **Cn.** Funus ducens familiare, iustave mortuo faciens. fr. 2. sq. de in ius voc. 2. 4. Sepultura et funus (filii.) fr. 19. de in rem vers. 15. 3. Vt heres in funere, aut in monumento, dumtaxat aureos C. consumeret. fr. 202. de V. S. 50. 16. Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat. Frr. L. XII. Tab. X. 5. Qui — funerari sepilirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit. Paul. V. 26. §. 3. Vt ad sepulchra — iter eius, aditus, ambitus funeris faciendi sit. fr. 5. de sepulc. viol. 47. 12. Funeris causa, — item eorum, quae sine piaculo non possunt praeteriri. fr. 7. de iure delib. 28. 8. Aes alienum, et funeris impensa. Paul. IV. 5. §. 6. Dedicare in funus (togam.) fr. 19. de in rem vers. 15. 3. Si modo eius mortui funus ad nos pertineat. Gai. II. 6.

Fur. **§. 1.** *Qui turpi lucro studet, in perniciem alterius.* III. **Cn.** Si ipsi tutores rem pupilli furati sunt. — Alii fures. fr. 55. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. His ab administratione remotis, — furibusque poenis legitimis subactis. c. 3. de off. Prf. Pr. 1. 26. — **§. 2.** *Qui rem mobilem alterius, dolo malo et lucrifaciendi causa, contrectat.* I. **Sy.** Qui alienam rem invito domino subtraxerit. fr. 225. de V. S. 50. 16. Qui d. m. rem alienam contrectat. Paul. II. 31. §. 1. III. **Cn.** Fures, vel effractores, vel caeteri similes. Coll. LL. M. VII. 4. cf. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 3. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Furibus, et quibusdam aliis possessoribus, (condici posse, sc. exstinctas res.) Gai. II. 79. Si ita quis stipulanti spondeat: „Sanum esse, furem non esse, vispellionem non esse, et caetera." fr. 31. de eviction. 21. 2. cf. fr. 174. de V. S. 50. 16. Qui res alienas rapit, — eum improbum furem esse. Gai. III. 209. fr. 14. §. 12. Qu. met. c. 4. 2. Manifestus, — Nec manifestus (fur.) Paul. II. 31. §. 2. fr. 3. fr. 5. fr. 8. de furt. 47. 2. Fur nocturnus, vel diurnus. Coll. LL. M. VII. 2. sq. Odio furum, — effectum est, ut — rei recipiendae nomine fures ex hac actione etiam teneantur. Gai. IV. 4. Pro fure damnum decidere. Ib. IV. 37. 45. Furis more damnari. Paul. V. 18. §. 3. fr. 5. §. 1. de calumn. 3. 6.

Furari. *Furtum facere.* I. **Sy.** Subripere,

Subtrahere. Paul. II. 31. §§. 19. sqq. 26. Furtum facere. fr. 50. §§. 1. sq. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Et furandi et iniuriae faciendae (capacem esse.) fr. 111. pr. de R. I 50. 17. Furandi consilio amovere (rem.) fr. 56. §. 3. de furt. 47. 2. Qui furandi animo conclave effregit, vel aperuit. Paul. II. 31. §. 35. Adfectus furandi. Gai. II. 50.

Furca. *Patibulum.* III. **Cn.** In metallum damnari non possunt (sc. decuriones,) nec in opus metalli, nec furcae subiici, vel vivi exuri. fr. 9. §. 11. de poen. 48. 19. Furca figi, v. In furcam tolli. fr. 28. §. 15. fr. 38. §. 2. ib. 48. 19.

Furere. **§. 1.** *Furore corripi, s. vexari.* I. **Sy.** In furore esse, s. agere. Furiosum esse. fr. 8. pr. §. 1. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. III. **Cn.** Ita absente (patre,) — vel etiam furente. fr. 5. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Si interim dominus furere coeperit, vel decesserit. fr. 6. pr. de precar. 43. 26. Qui a furioso, ignorans eum furere, emit. fr. 7. §. 2. de Pub. in R. A. 6. 2. Qui furenti gladium porrexit. fr. 7. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Impie grassari.* III. **Cn.** Qui (sc. Manichaei, Donatistae,) furere non desistunt. Th. C. XVI. 5. c. 38. de haeretic.

Furia. *Nomen compluribus legibus adtributum.* III. **Cn.** Lex Furia (testamentaria.) Gai. IV. 23. sq. 109. cf. II. 224. sqq. Vlp. I. 2. XXVIII. 7. Vatic. §. 301. L. Furia (de sponsu.) Gai. III. 121. sq. IV. 22. L. Furia Caninia. Ib. I. 42. sqq. 139. Vlp. I. 24.

Furialis. (Adiect.) *Vesanus.* III. **Cn.** Libera sit ad arguendos eos animis furialibus copia. Th. C. XVI. 2. c. 12. de episc. eccl.

Furiosus. (Subst.) *Homo in furore agens.* I. **Sy.** In furore constitutus. fr. 8. §§. 1. 3. de tut. et cur. dat. 26. 5. Cf. v. Furere. §. 1. III. **Cn.** Si vere furios. esset, vel demens. fr. 2. de inoff. testam. 5. 2. cf. fr. 27. §. 5. de rec. qu. arb. 4. 8. Furios., quem suae mentis esse existimas. fr. 18. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Quamdiu furios. — sanitatem receperit. fr. 1. pr. de cur. furios. 27. 10. Furiosus, — cum compos mentis non sit; sed si habet intermissionem etc. fr. 20. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Perpetuo furiosus. fr. 12. §. 2. de iudic. 5. 1. Furiosus, itemque infans. Paul. V. 3. §. 2. cf. ib. III. 6. §. 18. Gai. III. 109. fr. 209. de V. S. 50. 16. Furioso et furiosae, et muto, et surdo (tutorem vel curatorem dari posse.) fr. 8. §. 3. de tut. et cur. dat. 26. 5. cf. fr. 1. §. 11. fr. 2. sqq. de postul. 3. 1. Furiosus, aut prodigus. Fur., vel is, cui bonis interdictum sit. fr. 28. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 40. de R. I. 50. 17.

Furiosus. (Adiect.) **§. 1.** *In furore constitutus, Furens.* III. **Cn.** Pater furiosus. Mater furiosa. fr. 1. §. 1. fr. 4. de cur. furios. 27. 10. — **§. 2.** *Inconsultus.* III. **Cn.** Qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum. fr. 12. §. 2. de tutor. et cur. dat. 26. 5. cf. fr. 1. pr. de cur. furios. 27. 10.

Furius. *Ad singulam pertinens gentem civium in urbe Roma.* III. **Cn.** Appius Claudius — R litteram invenit, ut pro Valesiis Valerii essent, et pro Fusiis Furii. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2.

Furnarius. *Qui ex furno quaestum facit.* III. **Cn.** Si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit. fr. 24. §. 7. de damn. inf. 39. 2.

Furnus. *Locus, in quo panis decoquitur.* III. **Cn.** (cf. v. Furnarius.) Si furnum secundum parietem communem haberes. fr. 27. §. 10. ad L. Aqu. 9. 2.

Furor. **§. 1.** *Mentis alienatio gravior.* III. **Cn.** In furore, aut dementia constitutus. fr. 8. §. 1. de tut. et curat. dat. 26. 5. cf. fr. 6. de curat. furios. 27. 10. Propter furorem, vel quem alium casum dementiae, (agere non posse.) fr. 17. §. 11. de iniur. 47. 10. Hi, quos valetudo, vel furor, vel morbus perpetuus excusat. Vatic. §. 238. cf. fr. 2. §. 5. si qu. caut. 2. 11. Si tantus furor est, ita ferox, ita perniciosus, ut sanitatis nulla spes supersit. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Si intervallum furor habeat. — Si perpetuus morbus est. Ib. l. l. cf. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Paul. III. 4. A. §. 5. — **§. 2.** *Quaevis perversitas iudicii, Obcaecatio.* I. **Sy.** Labes, Perfidia, Vesania, Error (haereticorum.) Th. C. XVI. 5. c. 6. §§. 1. 3. c. 25. §. 1. c. 32. c. 60. de haeret. III. **Cn.** Tyrannici furoris et barbaricae feritatis occasio. Ib. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. Parricidali furore raptus. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Saxis, aut alio furoris genere — adtentare. Ib. XVI. 8. c. 1. de Iud. In hanc pertinaciam illiciti furoris erumpere, quod audeat etc. Ib. XII. 1. c. 85. de decurion.

Furtim. (Advb.) *Latenter.* I. **Sy.** Per furtum, Clam (caedere, sc. segetes, sive arbores.) Paul. II. 31. §. 25. fr. 8. §. 1. arbor. furt. caes. 47. 7. Ignorante domino, celandique eius causa, (caedere.) fr. 7. pr. cf. fr. 1. ib. 47. 7.

Furtive. (Advb.) Idem. III. **Cn.** Clam possidere eum, — qui furt. ingressus est possessionem, ignorante eo quem sibi controversiam facturum suspicabatur. fr. 6. pr. de A. v. A. P. 41. 2.

Furtivus. (Adiect.) **§. 1.** *Clandestinus, Occultus.* III. **Cn.** Per furtivam militiam, et fraudes varias dignitatum, (obsequia civitatum refugisse.) Th. C. XII. 1. c. 94. de decurion. Quae de furtivis compendiis obscure capta ac parta sunt. Ib. IV. 8. c. 6. §. 5. (Wck.) de liberali c. Impetratio furtiva. Ib. VIII. 5. c. 39. de cursu pub. — **§. 2.** *Per furem interceptus.* I. **Sy.** Subrepta, Furtiva (res.) Paul. II. 31. §. 34. fr. 9. sq. pro emt. 41. 4. fr. 215. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Res furtiva, aut vi possessa. Gai. II. 45. 49. Fur manifestus, — si cum re furtiva deprehendatur. fr. 5. pr. §. 1. de furt. 47. 2. cf. Gai. III. 186. sq. Qui putaverint, furtivum fundum fieri posse. Ib. II. 51. Si — scit, furtivum esse, quod venit. fr. 34. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Quod ex re furtiva redigitur, furtivum non esse. fr. 48. §. 7. de furt. 47. 2. Tignum furtivum. fr. 1. pr. de tign. iunct. 47. 3. — **§. 3.** *Ad furtum spectans.* III. **Cn.** Quoties ex maleficio oritur actio, utputa ex causa furtiva. fr. 10. §. 2. de compens. 16. 2. Ex furtiva causa dare oportere. fr. 8. §. 7. de liberat. leg. 34. 3. Condictio fur-

tiva, s. ex furtiva causa. fr. 3. §. 2. fr. 6. §. 4. fr. 21. §. 5. rer. amotar. 25. 2.

Furtum. **§. 1.** *Delictum eius, qui rem mobilem alterius d. m. contrectat.* I. **Sy.** Furari, Subripere, Furtum facere. Cf. v. Furari. III. **Cn.** Si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. Gai. III. 194. Actio furti, et iniuriarum, et — vi bonorum raptorum. Ib. IV. 8. 76. 112. 182. Qui furtum fecerit, damnumve dederit. Paul. II. 31. §. 7. Quae vi, vel furto ablata sunt. c. 1. de h. qu. vi. 2. 20. Ex contrectatione eorum furtum fecisse videri. Paul. II. 31. §. 29. Furto quidem facere, sed furti non esse actionem. fr. 1. de act. rer. amot. 25. 2. cf. Gai. III. 202. Extra furti crimen videri. Ib. III. 197. 208. Sine vitio furti, s. Sine furto, possidere. Ib. II. 50. III. 201. Facere, v. Admittere, s. Committere, — Pati, furtum. Ib. II. 50. III. 202. IV. 37. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. fr. 27. §. 4. a. de pact. 2. 14. Furt. manifestum, — nec manifestum. Gai. III. 183. sqq. Paul. II. 31. §§. 2. 6. fr. 2. de furt. 47. 2. Res, quae furto abest, s. subtracta est. fr. 13. §. 1. sq. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. Per furtum perire, v. auferri. fr. 35. §. 4. de contr. emt. 18. 1. fr. 58. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Depraedatio quaelibet.* III. **Cn.** Iudices, qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti. Th. C. IX. 27. c. 1. ad L. Iul. repet. cf. Iust. C. c. 3. de off. Prf. Pr. 1. 26. c. 1. pr §§. 2. sq. ut omn. iud. 1. 49. — **§. 3.** *Id, quod furto abest.* I. **Sy.** Res furtiva. Cai. III. 186. 188. 193. Paul. II. 31. §§. 3. 5. III. **Cn.** Apud quem furtum quaesitum et inventum est. Ib. l. l. §§. 3. 22. sq. Conceptum, Oblatum, Prohibitum, furtum. Gai. III. 183. 186. sqq. 190. sqq. Qui (sc. fur) deprehenditur cum furto. — Qui, abiecto furto, effugit. fr. 3. pr. fr. 7. §. 2. de furt. 47. 2.

Furvus. (Adiect.) *Niger, Ater.* III. **Cn.** Furtum a furvo, i. e. nigro, dictum, — quod clam et obscuro fiat, et plerumque nocte. fr. 1. pr. de furt. 47. 2.

Fuscare. *Obscurare.* III. **Cn.** Basilicam — neque alicuius imaginis — obumbratione fuscari. c. 21. de opp. pub. 8. 12.

Fuscina. *Telum tridens, quo piscatores utuntur.* III. **Cn.** Instrumento piscatoris legato, et retia, et nassae, et fuscinae, et naviculae, hami quoque — debentur. Paul. III. 6. §. 66.

Fusio. **§. 1.** *Efformatio et fabricatio (aeris, vel monetae.)* III. **Cn.** Si quis nummum falsa fusione formaverit. Th. C. IX. 21. c. 3. de falsa mon. — **§. 2.** *Depensio, Illatio publica.* III. **Cn.** Solent possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere, solent et fisco fusiones [al. functiones] praestare. fr. 27. §. 3. de usufr. 7. 1. Vsque in initium fusionis quintae, universa reliqua — relaxari. Th. C. XI. 28. c. 6. de indulg. debitor.

Fusius. Cf. v. Furius.

Fusor. *Aeris liquandi et efformandi artifex.* III. **Cn.** Musivarii, aerarii, ferrarii, marmorarii, deauratores, fusores etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excusat. artif.

Fustigare. *Fustibus caedere.* III. **Cn.** Si ingenua et vilior persona est, fustigetur. Interpr. ad Th. C. IX. 29. c. 2. de h. qu. latron. IX. 34. c. 1. de famos. libell.

Fustis. *Vectis, Clava.* I. **Sy.** Fustium, aut telorum, aut armorum metu terreri. Paul. V. 6. §. 4. cf. fr. 54. §. 2. de furt. 47. 2. fr. 41. de V. S. 50. 16. Animadverti gladio oportet, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel quo alio modo. fr. 8. §. 1. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 17. de S.C. Silan. 29. 5. Si quis ab aliquo vulneratus, aut verberatus, fustibusve caesus fuerit. Gai. III. 225. cf. 220. Fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio. fr. 7. de poen. 48. 19. Corrigere, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Ictus fustium. fr. 22. de h. qu. not. infam. 3. 2. Caedi fustibus. Paul. V. 18. §. 1. V. 21. §. 1. Subiici fustibus. fr. 45. de iniur. 47. 10.

Fustuarius. (Adiect.) *Fustibus exigendus, s. exercendus.* III. **Cn.** Supplicium fustuarium. Nov. Maiorian. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. §. 1. de curial. IV. 7. c. 1. §§. 4. 14.

Futurus. (Partic.) *Qui erit, Qui eventurus est.* I. **Sy.** Destinatus. fr. 7. §. 1. de iure dot. 23. 3. Infectum (sc. damnum.) Nondum factum, quod futurum veremur. fr. 2. fr. 7. §. 2. de dam. inf. 39. 2. Incerta, Futura (consulere.) Th. C. XVI. 10. c. 7. c. 9. de pagan. II. **Op.** Futuri iudicii causa, non eius quod iam sit. fr. 8. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Etiam praeteritum, nec solum futurum (tempus demonstrare.) fr. 123. de V. S. 50. 16. In pendenti potest esse, vel in futurum concipi. fr. 35. de iudic. 5. 1. Et quae nondum sunt, futura tamen sunt. fr. 15. pr. de pignor. 20. 1. III. **Cn.** Intra Idus Sept. quae tunc proximae futurae essent. fr. 122. §. 1. fr. 126. §. 2. de V. S. 50. 16. In futurum sibi prospicere. fr. 48. pr. de usufr. 7. 1. De futuro (nulla legis actio prodita est.) Vatic. §. 49. Fructus futuros stipulari. fr. 73. pr. de V. O. 45. 1. Futuras res emi posse. fr. 34. §. 2. de contr. emt. 18. 1. In futurum casum (fidem accommodare.) fr. 10. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Futuros casus, et fortunam (praestare.) fr. 1. §. 11. de magistr. conv. 27. 8.

Gaas. *Nomen praedii cuiusdam.* III. **Cn.** Sumito praedia ea omnia, quae sunt usque ad praedium quod vocatur Gaas, finibus Galatiae. fr. 35. §. 1. de legat. III. (32.)

Gabinius. *Ad Gabios pertinens, civitatem Latii.* III. **Cn.** Fundus, quem in territorio Gabiniorum [al. Gabinorum] habet. fr. 8. de pollicit. 50. 12.

Gades. *Insula oceani, in capite Hispaniae Baeticae.* III. **Cn.** Servos, quos Gadibus haberet, (triduo dare damnare, sc. heredem.) fr. 12. §. 1. de legat. I. (30.)

Gaditanus. (Adiect.) *Ad Gades pertinens.* III. **Cn.** Iupiter Tarpeius, — Mars in Gallia, Minerva Iliensis, Hercules Gaditanus etc. Vlp. XXII. 6. Qui curam calendarii Gaditanorum — administrabat. Vatic. §. 187.

Gaius, s. **Caius.** *Nomen I.Cti celeberrimi*

apud Romanos, (florentis temporibus Antonini Pii et Marci Ant.) III. **Cn.** Commentarii Gaii [al. Caii] nostri, tam institutionum quam rerum quotidianarum. Prooem. Inst. §. 6. cf. Const. Omnem reip. §. 1. fr. 54. pr. de cond. et dem. 35. 1. Et non sine ratione est, quod Gaius noster dixit. fr. 39. de stipul. serv. 45. 3. Papiniani, Paulli, Gaii, Vlpiani atque Modestini scripta universa firmamus. Th. C. I. 4. c. 3. (Wck.) de resp. prud.

Galata. *Qui est ex Galatia.* III. **Cn.** Galatarum gens. Gai. I. 55.

Galatia. *Regio Asiae minoris.* III. **Cn.** Praedium — finibus Galatiae. fr. 35. §. 1. de legat. III. (32.) Qui ante Vicarius Ponticae vocabatur, modo Comes Galatiae primae nominetur. Iul. ep. nov. c. 15. §. 53. cf. c. 120. §. 525.

Galbanum. *Succus, seu lacrima, cuiusdam herbae.* III. **Cn.** Species pertinentes ad vectigal: — amomum, — aroma Indicum, galbanum [al. chalbane,] laser etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Galea. *Munimentum capitis, ex aere vel corio.* III. **Cn.** Arma alienasse, — loricam, scutum, galeam, gladium. fr. 14. §. 1. de R. M. 49. 16. fr. 41. de V. S. 50. 16.

Gallia. *Provincia duplex P. R. contermina Germaniae atque Italiae.* III. **Cn.** Continentes provincias accipere debemus eas, quae Italiae iunctae sunt, utputa Galliam. fr. 99. §. 1. de V. S. 50. 16. Praefecti Galliarum et Italiae. Th. C. X. 19. c. 9. de metall. cf. XIII. 1. c. 11. de lustr. collat. Nisi tale sit (sc. marmor,) ut lapis ibi renascatur; quales sunt in Gallia, sunt et in Asia. fr. 7. §. 13. sol. matrim. 24. 3. Mars in Gallia. Vlp. XXII. 6.

Gallicanus. (Adiect.) *Ad provincias Galliarum spectans.* III. **Cn.** Non solum latina, vel graeca (sc. lingua,) sed etiam punica, vel gallicana, vel alterius cuiuscunque gentis. fr. 11. pr. de legat. III. (32.) Tam episcopi gallicani, quam aliarum provinciarum. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. §. 3

Galliciani. *Qui titulis largitionalibus in provinciis gallicanis prospiciebant.* III. **Cn.** Comites Italicianorum et Gallicianorum. Th. C. VI. 19. c. 1. de Consular. et Praes.

Gallicus. (Adiect.) *Ad genus auri vilioris pertinens.* III. **Cn.** Nullus solidum integri ponderis — recuset exactor, excepto eo gallico, cuius aurum minore aestimatione taxatur. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 14.

Gallina. *Femina in genere gallinaceo.* III. **Cn.** Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinae — debebuntur. Paul. III. 6. §. 76. cf. fr. 5. §. 6. de A. R. D. 41. 1. Sive de maxima re, sive de minima quaeratur, velut de gallina. Iul. ep. nov. c. 63. §. 209.

Gallinaceus. (Adiect.) Cf. v. Gallus.

Gallus. *Mas in eodem animalium genere.* III. **Cn.** Culeo insuatur (sc. parricida,) cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia. fr. 9. pr. de L. Pomp. de parricid. 48. 9.

Gallus. *Incola Galliarum.* III. **Cn.** Lugdunenses Galli, item Viennenses in Narbonensi, (iuris Italici sunt.) fr. 8. §. 1. de censib. 50. 15. Quod iam Gallis prodest, ad Illyricum etiam Italiaeque regiones convenit redundare. Th. C. VIII. 5. c. 28. de cursu pub.

Gargilianus. (Adiect.) *Ad Gargilium pertinens.* III. **Cn.** Fundum Gargilianum legavit cum casa. fr. 41. §. 3. de legat. III. (32.)

Garum. *Liquamen ex intestinis piscium, sale maceratis.* III. **Cn.** Quae esui potuique non sunt, — utputa ea, in quibus esse solemus, oleum forte, garum, muria, mel. fr. 3. §. 1. de penu leg. 33. 9.

Gaudere. **§. 1.** *Laetitia adfici.* III. **Cn.** Gaud. et gloriari. Th. C. XVI. 2. c. 16. de episc. eccl. — **§. 2.** *Compos esse, Vti.* I. **Sy.** Frui, Potiri. Ib. XV. 8. c. 2. de lenon. XVI. 2. c. 8. de episc. eccl. III. **Cn.** Cuius (sc. mulieris liberae) consuetudine gaudebat. c. 10. de natur. lib. 5. 27. Qui, curialibus muneribus obnoxii, honorariis dignitatibus gaudent. Th. C. XII. 1. c. 34. de decurion. Re familiari gaudentes. Ib. VII. 22. c. 5. de fil. militar.

Gaudiosa. *Nomen adpellativum.* III. **Cn.** Id. Aureliae Sabinae, sive Gaudiosae. Vatic. §. 274.

Gaudium. *Voluptas, Delectatio.* I. **Sy.** Laetitia (publica.) Gaudia. Th. C. VIII. 11. c. 2. sqq. ne qu. pub. laet. IX. 38. c. 6. c. 8. de indulg. crim.

Gemellus. *Partus geminus.* III. **Cn.** Si ex gemellis — unus occisus fuerit. Gai. III. 212. fr. 22. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Geminare. **§. 1.** *Repetere.* I. **Sy.** Iterare, (sanctitatem baptismi.) Th. C. XVI. 5. c. 58. §§. 2. 6. de haeret. XVI. 6. c. 1. sqq. ne S. bapt. — **§. 2.** *Augere.* III. **Cn.** Vbi nox geminaverit custodiam. Ib. IX. 3. c. 1. pr. de custod. reor.

Geminus. (Adiect.) **§. 1.** *Duplex.* I. **Sy.** Duae, Geminae (portiones.) Ib. VIII. 4. c. 7. de cohortal. III. **Cn.** Si gemina arbor esset, et supra terram iunctura eius emineret. fr. 10. arbor. furt. caes. 47. 7. — **§. 2.** *Gemellus.* I. **Sy.** Duo, Geminos (edere, s. parere.) fr. 15. sq. de statu hom. 1. 5.

Gemitus. *Actus gemendi.* III. **Cn.** Sub duro patientiae gemitu. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2.

Gemma. *Lapillus pretiosus, perlucidae materiae.* III. **Cn.** Gemmae, — perlucidae materiae, veluti smaragdi etc. — Lapilli contrariae — naturae, ut obsiani etc. fr. 19. §§. 17. sqq. de auro arg 34. 2. Lapilli, gemmae, caeteraque quae in litore invenimus. fr. 3. de R. D. 1. 8. Si quis legaverit aurum, gemmas, margaritas, quae in eo auro essent. fr. 11. cf. fr. 19. §§. 13. sq. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 88. Si gemma ex anulo legetur, vel aliae materiae iunctae, vel emblemata. fr. 17. cf. fr. 19. §. 16. l. l. 34. 2. Numismatum aureorum, vel argenteorum, quibus pro gemmis uti solent, ususfr. fr. 28. de usufr. 7. 1.

Gemmatus. (Adiect.) *Gemmis ornatus.* III. **Cn.** Lecti inargentati, vel inaurati, atque gemmati. fr. 3. §. 3. de supell. leg. 33. 10.

Gemmeus. (Adiect.) *Ex gemma fabricatus.* III. **Cn.** Auro legato, vasa aurea continentur; et gemmis, gemmea (vasa.) fr. 19. §. 20. de auro arg. 34. 2.

Gena. *Mala in facie hominis.* III. **Cn.** Mulieres genas ne radunto. Fr. L. XII. Tabb. X. 4.

Genearchicus. (Adiect.) *A genitore familiae descendens.* III. ***Cn.*** Habeant communionem et in praediis illis, quae genearchica vocabantur. Iul. ep. nov. c. 29. §. 102.

Gèner. *Filiae, vel neptis, maritus aut sponsus.* I. ***Sy.*** Filiae vir. fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10. Maritus neptis, proneptis etc. fr. 136. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Generi et nurus adpellatione sponsus quoque et sponsa continetur. fr. 6. §. 1. fr. 8. de grad. et adf. 38. 10. fr. 5. de testib. 22. 5. Qua lege (sc. Cornelia) cavetur: Vt non iudicet, qui ei, qui agit, gener, socer, vitricus, privignus, sobrinusve est, propiusve eorum quemquam ea cognatione adfinitateve adtinget. fr. 5. pr. de iniur. 47. 10. cf. fr. 1. §. 11. fr. 2. de postul. 3. 1. fr. 4. sq. de testib. 22. 5. Ex veterano praetoriano genero socerum avum effectum. Vatic. §. 195. Genero pro filia expendere. fr. 5. §. 9. de iure dot. 23. 3. cf. c. 5. de donat. int. V. 5. 16.

Generalis. (Adiect.) **§. 1.** *Vniversalis, Indistinctus.* I. ***Sy.*** Communis (indulgentia.) c. 4. sq. c. 7. c. 9. de sent. pass. 9. 51. II. ***Op.*** Specialis (lex, v. exceptio etc.) Coll. LL. M. II. 5. fr. 39. de A. E. V. 19. 1. fr. 1. §. 8. de L. Corn. de fals. 48. 10. fr. 147. de R. I. 50. 17. Cui nominatim mandatum sit. — Generale mandatum. fr. 25. §. 1. de minor. 4. 4. Personalis (constitutio etc.) fr. 1. §. 2. de const. Princ. 1. 4. fr. 40. pr. de pact. 2. 14. Th. C. XI. 28. c. 3. c. 9. de indulg. debitor. III. ***Cn.*** Perpetuo sancimus generalique decreto. Ib. XI. 21. c. 3. de collat. aer. Nomen est quidem generale, in duas autem species dividitur. fr. 1. §. 1. de adopt. 1. 7. Et quasi generale quid retinendum est, ut etc. fr. 93. §. 2. de solut. 46. 3. Ex generali capite (sc. testamenti) libertatem consequi. fr. 59. pr. de man. testam. 40. 4. Ex generali clausula adiuvari. Ex generali edicto succurrere. fr. 33. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 57. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Actio, v. Iurisdictio, generalis. Gai. IV. 13. fr. 4. pr. de off. eius. 1. 21. — **§. 2.** *Ad genus rerum spectans.* I. ***Sy.*** Genus, Generale (legatum.) fr. 9. pr. de supell. leg. 33. 10.

Generalitas. *Ambitus indefinitus.* III. ***Cn.*** Nec his, quae specialiter quibusdam concessa sunt, — ad generalitatis observantiam pertinentibus. c. 3. de LL. 1. 14. Cum generalitatis designatio universa consumat. Nov. Val. III. de XXX. ann. pr. II. 27. c. 1. §. 3. Edictorum viribus, aut sacra generalitate subnixae (sc. constitutiones.) Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. cf. II. 2. c. 1. ne in sua c. qu. iud. Iust. C. c. 3. de silent. 12. 16.

Generaliter. (Advb.) **§. 1.** *Indefinite, Vniversaliter.* I. ***Sy.*** Ad omnia. fr. 1. §. 1. Qu. iussu. 15. 4. In rem. fr. 7. §. 8. de pact. 2. 14. II. ***Op.*** In singulas personas (constitui etc.) fr. 8. de LL. 1. 3. fr. 7. §. 8. de pact. 2. 14. Gener. dicere. — Species exprimere. fr. 7. pr. comm. praed. 8. 4. Specialiter. Coll. LL. M. II. 5. fr. 1. pr. de iniur. 47. 10. fr. 1. §. 1. Qu. iussu. 15. 4. fr. 1. §. 14. de dote praeleg. 33. 4. Nominatim. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Nihil in perpetuum, neque generaliter definire possumus. fr. 14. pr. de div. temp. praescr. 44. 3. Gen. et in rem (Praetor hoc edicto loquitur.) fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. In summa, ut gen. — tractemus. fr. 65. pr. de cond. indeb. 12. 6. Non solum cum quis, — sed gen. etc. Gai. III. 195. Si gen. omnibus (legaverim.) Ib. II. 238. Cui omnium rerum gen. procuratio mandata sit. Vatic. §. 133. Gen. comprehendere omnem, quicunque etc. fr. 69. de V. S. 50. 16. Gen. dare damnatus (heres.) fr. 45. §. 1. de legat. I. (30.) Gen. pignori dari. fr. 29. pr. Qu. et a qu. man. 40. 9. Placuit gen. Gai. III. 158. cf. fr. 4. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. — **§. 2.** *Ad genus rerum spectans.* I. ***Sy.*** Genus (stipulari.) fr. 2. §. 1. fr. 54. pr. de V. O. 45. 1. II. ***Op.*** Si gen. mihi hominem debeas, et paciscar: Ne Stichum petam. fr. 27. §. 7. de pact. 2. 14.

Generare. **§. 1.** *Gignere, Procreare.* III. ***Cn.*** Temporale vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo a generandi facultate. fr. 9. pr. de lib. et posth. 28. 2. cf. fr. 6. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 38. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. Qui habitu corporis pubes adparet, i. e. qui generare possit. Vlp. XI. 28. cf. Gai. I. 196. Ex ancillae utero generati (servi.) Th. C. IV. 6. c. 7. (Wck.) de natur. fil. — **§. 2.** *Procurare, Promovere.* III. ***Cn.*** Nihil ei — ex hoc praeiudicium generare. fr. 7. de agnosc. et alend. 25. 3. Cui cum generatur iniuria etc. Th. C. VI. 29. c. 9. pr. de curios.

Generatim. (Advb.) **§. 1.** *Per singula genera.* III. ***Cn.*** Ius civile primus constituit (Qu. Mucius,) generatim in libros XVIII redigendo. fr. 2. §. 41. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Generaliter.* III. ***Cn.*** Et gen. ita respondendum est. fr. 55. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Quod gen. constitutum esset. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. pr.

Generositas. *Claritas.* III. ***Cn.*** Splendor senatoriae generositatis. Nov. Anthem. de mulier. VI. 1. c. 1. §. 2. Quibus (sc. muneribus) patriae suae nascendi generositas debet esse munifica. Nov. Val. III. de postul. II. 11. c. 1. §. 1.

Genialis. (Adiect.) *Coniugalis.* III. ***Cn.*** Genialis thori ac lectuli (invasor, v. vindex.) Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Genitalis. (Adiect.) *Natalis.* I. ***Sy.*** Cui natus est, (sc. loco.) Genitale (solum.) Th. C. V. 10. c. 1. pr. §§. 1. 3. de inquil. et colon. Originalis ac debita, Propria (curia, v. civitas.) Ib. XII. 1. c. 159. c. 161. de decurion. XVI. 10. c. 20. pr. de pagan. II. ***Op.*** Contra naturam (feritas.) Pr. I. si quadrup. 4. 9.

Genitor. *Parens.* I. ***Sy.*** Progenies, Genitores. c. 24. de episc. aud. 1. 4. Pater et mater. Genitores. c. 19. pr. §. 1. de haeret. 1. 5. III. ***Cn.*** Quae (sc. personae) ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur. fr. 195. §. 4. de V. S. 50. 16. Maxima iniquitas ex hac sanctione contra genitores efficiebatur. c. 10. de sec. nupt. 5. 9.

Genitrix. *Mater.* I. ***Sy.*** Mater. c. 21. de agric. et censit. 11. 47. III. ***Cn.*** Semper virginis et Dei genitricis, Mariae precibus. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. cf. c. 8. §. 1. de S. trinit. 1. 1.

Genitus. (Partic.) *Generatus, Procreatus.* I. ***Sy.***

I. **Sy.** Liberi (Senatorum.) Geniti ex (Senatoribus.) fr. 10. de Senator. 1. 9. III. **Cn.** Omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. fr. 38. de V. S. 50. 16. Qui libertinus duos pluresve a se genitos, natasve, in sua potestate habebit. fr. 37. pr. de oper. libert. 38. 1. Quicunque mihi filius genitus fuerit. §. 1. I. de exher. liber. 2. 13.

Genius. *Numen, Deus (tutelaris.)* III. **Cn.** Larem igne, mero genium, penates nidore venerari. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. Si quis iuraverit — per genium Principis. fr. 13. §. 6. de iureiur. 12. 2.

Geno. *Gigno.* Cf. v. Genitus, v. Gignere.

Gens. §. 1. *Consortium, quod inter singulos cives R. intercedebat, ratione generis et sacrorum.* I. **Sy.** Genus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Plebes ea dicitur, in qua gentes civium patriciae non insunt. Fr. Ateii Capitonis I.Cti. Ap. Gell. X. 20. Quotiens quaereretur, genus vel gentem quis haberet, nec ne? fr. 1. de probat. 22. 3. Omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte eiusdem familiae adpellabuntur, qui ex eadem domo et gente proditi sunt. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. — §. 2. *Populus, Civitas.* I. **Sy.** Populus, Homines. Civitas. fr. 9. de I. et I. 1. 1. Gai. I. 55. 189. 197. III. **Cn.** Ius gentium est, quo gentes humanae utuntur. fr. 1. §. 4. de I. et I. 1. 1. Ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. fr. 9. ib. 1. 1. Gai. I. 1. 52. Naturale ius, et gentium. fr. 31. pr. depos. 16. 3. Romana gens. Coll. LL. M. XV. 3. Si externarum gentium quis id fecerit. Ib. l. l. cf. fr. 6. de captiv. 49. 15. Certae provinciae, — et gentes. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29. Barbaricae gentes. Prooem. Inst. §. 1. Galatarum gens. Gai. I. 55.

Gentilicius. (Adiect.) §. 1. *Ad civium R. consortium illud spectans, quod gentis nomen prae se ferebat.* III. **Cn.** Totum gentilicium ius (in desuetudinem abiisse.) Gai. III. 17. Intestatorum gentiliciorum hereditates. Coll. LL. M. XVI. 4. — §. 2. *Ethnicus, Paganus.* I. **Sy.** Superstitio, Professio gentilicia, s. pagana. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. c. 20. pr. §. 2. de pagan. III. **Cn.** Mos gentilicius. Ib. XI. 24. c. 6. §. 3. de patroc. vicor.

Gentilis. §. 1. *Qui iuris gentilicii erga cives R. particeps est.* I. **Sy.** Qui meo nomine adpellantur. Qui inter se eodem nomine sunt. Gentiles. Fr. L. Cincii I.Cti. Ap. Fest. v. Gentilis. Fr. Qu. Mucii I.Cti. Ap. Cic. in Topic. c. 6. III. **Cn.** Si nullus adgnatus sit, eadem lex XII Tabb. gentiles ad hereditatem vocat. Gai. III. 17. cf. Fr. XII Tabb. V. 5. Paul. IV. 8. §. 3. — §. 2. *Barbarus, Peregrinus.* I. **Sy.** Barbarus. Th. C. III. 14. c. 1. de nupt. gentil. III. **Cn.** Cum legati gentilium venerint. Ib. XII. 12. c. 5. de legation. cf. XI. 30. c. 62. de app. et poen. Nullum ex gentilibus liberum adprobari licet. Vatic. §. 34. — §. 3. *Paganus, Ethnicus.* I. **Sy.** Paganus. Ib. XVI. 5. c. 46. de haeretic. III. **Cn.** Iudaei atque gentiles. Ib. l. l. Superstitiones gentilium. Ib. l. l. c. 63.

Gentilitius. cf. v. Gentilicius.

Genuinus. (Adiect.) *Innatus, Genitalis, Originarius.* I. **Sy.** Originaria, Genuina (functio.) Th. C. XIV. 4. c. 8. pr. c. 10. §. 1. de suar. III. **Cn.** Pietas genuina [al. gemina] efficit. fr. 3. §. 4. de hom. lib. exhib. 43. 29. Genuinus natalis nostri dies. Th. C. VI. 26. c. 11. c. 17. de proxim. Comit.

Genus. §. 1. *Origo, Prosapia, Gens.* I. **Sy.** Liberi et posteri. Genus posterique. fr. 13. de mun. et hon. 50. 4. fr. 1. §. 2. de iure immun. 50. 6. Processisse ab, Descendere ex (aliquo.) Eiusdem generis, s. Ex eodem genere ortum (esse.) fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. fr. 220. pr. §. 3. de V. S. 50. 16. Origo, Prosapia. Th. C. XII. 1. c. 10. c. 14. c. 177. §. 1. c. 178. de decurion. Nativitas. c. 2. de ord. iudic. 3. 8. III. **Cn.** Quae non a patre, sed a genere, a civitate, a rerum natura tribuerentur. fr. 3. de interd. et relegat. 48. 22. Si quis sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit. Paul. V. 25. §. 11. Si aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis instrui non possunt (sc. Centumviri, itemque iudex tutelaris.) Ib. V. 16. §. 2. cf. fr. 1. de probat. 22. 3. c. 2. de ord. iudic. 3. 8. Litigare de conditione sua non pati, quod forte sibi suoque generi vellet aliquam iniuriam inferri. fr. 1. pr. de liberali c. 40. 12. Non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris (potior esse debet.) Paul. II. 28. §. 2. cf. Th. C. III. 7. c. 1. §. 1. (Wck.) de nupt. Ex paterno genere, vel amicis paternis. Ib. VIII. 18. c. 4. de matern. bon. — §. 2. *Ordo, Corpus.* I. **Sy.** Corpus (hominum.) Ib. XIII. 5. c. 16. §. 1. c. 20. de navicular. II. **Cn.** Species (possidendi, etc.) fr. 3. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 194. de V. S. 50. 16. Gai. I. 188. Ex feritate magis, quam ex animalis genere (accipere bestias.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. III. **Cn.** Deduci in genera (species.) Gai. I. 188. Per singula, ex genere et magnitudine impendiorum (aestimari.) fr. 15. de imp. in res dot. 25. 1. Quae nomen sui generis separatim non haberent. fr. 6. de supell. leg. 33. 10. Suo generi adnumerari. Proprium genus haberi. fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.) Eiusdem, — Alterius, generis esse. Gai. I. 194. sq. IV. 66. Hominum genera. Genus humanum. fr. 4. de I. et I. 1. 1. fr. 14. de statu hom. 1. 5. fr. 1. pr. de A. R. D. 41. 1. — §. 3. *Incerta species rerum ex ordine illarum certo.* I. **Sy.** Genus, Generale (legatum.) Cf. v. Generalis. §. 2. Eiusdem naturae, Eiusdem generis (res.) Gai. III. 90. II. **Op.** Res, quae in genere suo functionem recipiunt (per solutionem.) — Res, in quibus aliud pro alio solvi non potest. fr. 38. de iudic. 5. 1. fr. 2. §. 1. de R. C. 12. 1. Genera, — Species (dare, v. stipulari.) fr. 2. pr. §§. 1. sq. ib. 12. 1. fr. 54. pr. §. 1. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Eiusdem generis et eadem bonitate, v. Eius generis et qualitatis (alias res solvere, s. restituere.) fr. 3. de R. C. 12. 1. fr. 42. de iure dot. 23. 3. — §. 4. *Forma, Ratio.* I. **Sy.** Forma (agendi.) fr. 2. §. 7. 12. de O. I. 1. 2. fr. 68. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Ex persona eorum, et ex genere causae constituendum. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Non loco, sed genere usus distingui. fr. 12. de supell. leg. 33. 10. fr. 166. pr. de V. S. 50. 16. Quod non est contra genera servitutum. fr. 8. §. 2. si servit. 8. 5. Quo genere actionis experiamur. fr. 1. de cond. ex lege. 13. 2. cf. fr. 7. §. 4. de exc. rei iud. 44. 2. Recte acturum, et eo genere rem salvam habiturum. fr.

23. §. 1. de usurp. 41. 3. Omni genere (manumitti.) fr. 26. de manum. 40. 1. Quocunque genere. — Quidve aliud alio genere. Paul. II. 31. §. 15. V. 4. §. 15.

Geometra. *Terrae mensor.* III. **Cn.** Praeceptores studiorum liberalium, — rhetores, grammatici, geometrae. fr. 1. pr. de extr. cogn. 50. 13. Vatic. §. 150. Mechanici, et geometrae et architecti. Th. C. XIII. 4. c. 3. de excus. artif.

Geometria. *Mensuratio terrae.* III. **Cn.** Ars mathematica. — Ars geometriae. c. 2. de malef. 9. 18.

Gerere. **§. 1.** *Ferre, Portare.* I. **Sy.** Esse cum (telo.) Portare (telum.) fr. 3. §. 1. fr. 11. §. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Paul. V. 23. §. 7. III. **Cn.** Arma tenere, vel gerere. Iul. ep. nov. c. 21. §. 81. Si, ut habiliter gemmae geri possint, inclusae auro fuerint. fr. 20. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Agere, Exercere, Exhibere.* I. **Sy.** Agere, Se gerere (pro libero.) fr. 10. sq. de liberali c. 40. 12. Facere quasi, Vti tamquam (heres.) Gerere pro (herede.) Gai. II. 166. Vlp. XXII. 26. Paul. IV. 8. §. 25. fr. 20. pr. §§. 1. sqq. de A. v. O. H. 29. 2. III. **Cn.** Si quis tam impotenter se gerat, ut etc. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Cum saepius seditiose et turbulenter se gesserint. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19. Bene, — Negligenter, se gerere. fr. 18. de fideic. libb. 40. 5. fr. 9. §. 4. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Qui se pro milite gessit, vel illicitis insignibus usus est. fr. 27. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Omissa cretione, pro herede gerere. Gai. II. 176. sqq. III. 85. Vlp. XXII. 34. Vniversi fiduciam gerant, ut etc. c. 9. ubi caus. fisc. 3. 26. — **§. 3.** *Administrare, Tractare, Celebrare.* (cf. v. Gestum.) I. **Sy.** Administrare. Cf. h. v. §. 3. Agere. Cf. h. v. §. 7. Facere, Exercere (negotium etc.) fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 1. pr. §. 2. fr. 3. §§. 1. sq. Qu. in fr. cred. 42. 8. Tractare (rationes.) fr. 8. fr. 13. §. 2. de man. testam. 40. 4. Contrahere. fr. 33. de cond. indeb. 12. 6. fr. 2. §§. 1. sq. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Non quod scriptum, sed quod gestum est, (inspicitur.) c. 3. Plus val. quod ag. 4. 22. Quaeque per eum — acta, facta, gestaque sunt. fr. 2. §. 1. de cur. bon. d. 42. 7. cf. fr. 19. sq. de V. S. 50. 16 Gestum — qualiter qualiter; sive contractus sit, sive quid aliud contigit. fr. 7. pr. de minor. 4. 4. Quae iure gesta sunt. fr. 4. de h. qu. in testam. del. 28. 4. Non alienare ei (sc. rem Caesaris,) sed diligenter gerere commissum est. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Pro fide rei gestae. fr. 40. §. 2. de pact. 2. 14. Quod vi, metusve causa, v. Quod metus causa, gestum erit. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. Quae fraudationis causa gesta erunt. fr. 1. pr. §. 2. fr. 3. Qu. in fr. cred. 42. 8. Ad actum gerendum, pretiumve participandum, (venum se dari pati.) fr. 6. §. 5. de iniust. rupt. 28. 3. Omnes, qui iure tutores sunt, et gerunt tutelam. fr. 1. §. 19. de tut. et rat. 27. 3. Mater, cum filiorum suorum patrimonium gereret. c. 6. pr. ad S. C. Vellei. 4. 29. Quod per aes et libram gestum est. Gai. III. 173. Bellum gerere. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Rempub. gerere. fr. 11. pr. de usur. 22. 1. Gestum in republ. fr. 2. §. 1. ad munic. 50. 1. Provincias gerere [al. regere.] fr. 2. §. 11. de O. I. 1. 2. Magistratum (neve) petito, neve capito, neve gerito, neve habeto. Tab. Heracl. lin. 21. sq. aer. Neap. cf. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Gerendorum honorum facultas. fr. 14. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 1. §. 3. de off. Quaestor. 1. 13. Nullus haereticus militet, vel curas publicas gerat. Iul. ep. nov. c. 102. §. 364.

Geritio. *Gestio.* III. **Cn.** Licet ex hoc ipso neque pro herede geritio, [al. gestio,] neque aditio praesumitur. fr. 14. §. 8. de relig. 11. 7.

Germana. Cf. v. Germanus (Adiect.)

Germania. *Provincia imperii R., Rhenum versus finibus Galliae contermina.* III. **Cn.** Praedia in Germania trans Rhenum emit. fr. 11. pr. de evict. 21. 2. Si eadem provincia, postea divisa, sub duobus Praesidibus constituta est, velut Germania, Mysia. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. In Germania inferiore Agrippinenses. fr. 8. §. 2. de censib. 50. 15.

Germanicus. **§. 1.** *Nomen et filii et nepotis Octaviani.* III. **Cn.** Edicta Germanici Caesaris militem desertorem faciebant, qui etc. fr. 4. §. 13. de R. M. 49. 16. D. Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptavit. §. 11. I. de adopt. 1. 11. — **§. 2.** *Titulus honorarius, ob Germanos devictos, Imperatoribus tributus.* III. **Cn.** Imp. Caes. Flav. Iustinianus, Alamannicus, Gothicus, — Germanicus etc. Prooem. Inst. (Rubr.)

Germanus. (Subst.) *Germaniae incola.* III. **Cn.** Ab hostibus captus, utputa a Germanis et Parthis. fr. 24. cf. fr. 27. de captiv. 49. 15.

Germanus. (Adiect.) *Ab eodem patre eademque matre prognatus.* II. **Op.** Germani, — Vterini (fratres.) Th. C. II. 19. c. 1. de inoff. testam. Germanae, consanguineae, vel sororis uterinae filius. §. 4. I. de legit. agn. succ. 3. 2.

Gerontocomium. *Asylum debilium, senio laborantium.* II. **Cn.** Donationes facere — in S. ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, — vel in gerontocomium etc. c. 19. c. 22. sq. de SS. eccl. 1. 2.

Gerulus. *Nunciator.* I. **Sy.** Officiales, per quos convenit gesta transmitti. Geruli (litterarum, v. gestorum.) Th. C. XI. 30. c. 29. c. 31. de app. et poen. cf. VIII. 11. c. 4. ne qu. pub. laet.

Gesta. Cf. v. Gestum. §. 2.

Gestare. **§. 1.** *Portare, Vectare.* III. **Cn.** Mulier, quam in utero nihil gestare constabat. fr. 4. de S.C. Silan. 29. 5. Deambulandi et gestandi (ius habere.) fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Cum aut lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia (prodierit Praetor.) fr. 7. de manum. vind. 40. 2. Equus gestandi causa commodatus. Gai. III. 196. — **§. 2.** *Gerere, Exhibere.* III. **Cn.** Qui per diversa officia militiae sacramenta gestarunt. Th. C. XII. 6. c. 5. de susceptor.

Gestatio. *Locus, per quem lectica quis portatur.* III. **Cn.** Gestationes, vel deambulationes. Cf. v. Deambulatio.

Gesticulari. *Gestum facere, histrionum more.* III. **Cn.** In aliam quam voluptatem (sc. in-

stitui,) gesticulandi, vel aliter se movendi gratia. fr. 8. §. 11. de poen. 48. 19.

Gestio. (cf. v. Geritio.) ***Cura, Administratio.*** III. **Cn.** Negotiorum gestio. Cf v. Negotium.

Gestire. ***Inhiare.*** III. **Cn.** Suggestio tua, quae proposito nostro placere gestiens etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. Nostra clementia, provincialibus suis prospicere gestiens. Nov. Marcian. nemin. exhib. de prov. III. 1. c. 1. pr. Legatis — exinanire gestivit (duas uncias.) c. 1. de inoff. don. 3. 29.

Gestor. ***Administrator, Procurator.*** III. **Cn.** Negotiorum gestor. Cf. v. Negotium. Religiosae domus administrator, vel cuiuscunque curae ecclesiasticae gestor. Iul. ep. nov. c. 115. §. 452.

Gestum. (Partic.) **§. 1.** ***Res gesta.*** I. **Sy.** Gestus. Cf. h. v. Factum. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Res gesta, Metus c. gestum etc. Cf. v. Gerere. §. 3. Vt gesta per filium (rata sint.) Th. C. IX. 43. c. 1. §. 1. de sent. pass. Culpabilia gesta. Ib. VI. 29. c. 3. de curios. Ex ante gesto (postulari posse.) fr. 3. §. 10. de susp. tut. 26. 10. [Cf. v. Gerere. §. 3.] — **§. 2.** ***Gesta***, i. e. ***Acta publica, Monumenta scripta.*** I. **Sy.** Instrumenta. c. 4. pr. de castrens. 12. 26. c. 3. §. 2. de priv. schol. 12. 30. Monumenta publice confecta. Th. C. XI. 30. c. 29. c. 31. de app. et poen. Acta. Ib. VII. 16. c. 3. de litor. et itin. cust. VIII. 12. c. 1. §. 2. c. 3. c. 5. c. 8. de donat. III. **Cn.** Iudices, vel ius gestorum habentes. c. 14. §. 4. de SS. eccl. 1. 2. Gesta, quae sunt translata in publica monumenta. c. 6. de re iud. 7. 52. Securitates semel publicatae, et gestis lectae. Th. C. XII. 6. c. 26. de susceptor. praepos. Quos negotii textus amplectitur, una cum gestis omnibus, praesentibus atque praeteritis, — transmitti. Ib. IX. 16. c. 10. de malefic. Quae lecta sunt, — gestis adhaerebunt. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 6.) Sub testificatione gestorum (tradi etc.) Th. C. XII. 6. c. 28. de susceptor. XV. 1. c. 41. de opp. pub. Municipalium gestorum confectio. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 10.

Gestus. (Subst.) ***Gestio, Administratio, Negotium gestum.*** I. **Sy.** Gestum. fr. 3. §§. 9. sq. de susp. tut. 26. 10. II. **Op.** In ipso gestu posita, — Honoraria (praefectura.) Iul. ep. nov. c. 64. §. 216. III. **Cn.** Quodsi, posteaquam gessit, tunc se gestu abstinuit. fr. 5. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Suspectus postulari ex eo gestu, quem administravit (antequam trans mare abesset.) fr. 3. §. 9. de susp. tutor. 26. 10. Si dubitetur, an tutor sit, vel an duret tutor, vel an gestus illi commissus sit. fr. 23. de adm. et peric. 26. 7. fr. 14. §. 1. de solut. 46. 3.

Gibberosus. (Adiect.) ***Dorsum habens tumore incurvum.*** III. **Cn.** Gibberosi, [al. gibbosi,] vel curvi, vel pruriginosi. fr. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Gignere. ***Generare, Procreare.*** (Cf. v. Genitus.) III. **Cn.** Si qua filia mihi gignitur [al. genitur.] fr. 17. §. 1. de legat. I. (30.) Quos (sc. liberos) tam nefaria coniunctione genuerint. Coll. LL. M. VI. 4. Quae in his terris, quas incolunt, atque in eodem rure gignuntur. Th. C. XIII. 1. c. 3. de lustr. collat.

Gladiator. **§. 1.** ***Gladiorum cudendorum artifex.*** III. **Cn.** Fabri sagittarii, aerarii, — scandularii, gladiatores etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. — **§. 2.** ***Qui gladio pugnat in arena.*** I. **Sy.** Qui depugnandi causa auctoratus est. Tab. Heracl. lin. 38. sq. 64. sq. aer. Neap. III. **Cn.** Si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut etc. Gai. III. 146. Ludis, cumve gladiatores ibi pugnabunt. Tab. Heracl. l. l. lin. 64. — **§. 3.** ***Damnandae nequitiae homo.*** III. **Cn.** Si cum convicio dixerit: — „Non filius meus, latro, gladiator.“ fr. 3. pr. de lib. et posth. 28. 2.

Gladiatorius. (Adiect.) ***Ad gladiatores spectans.*** III. **Cn.** In ludum gladiatorium (dari.) Th. C. IX. 18. c. 1. ad L. Fab. XV. 12. c. 3. de gladiator. Qui in urbe Roma gladiatorium munus impendunt. Ib. XV. 12. c. 2. Gladiatoria (arena.) Vatic. §. 72.

Gladius. **§. 1.** ***Armorum species notissima.*** I. **Sy.** Ferrum. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Arma alienasse, — loricam, scutum, galeam, gladium etc. Cf. v. Galea. Gladii, hastae, frameae. fr. 3. §. 2. de vi et arm. 43. 16. Si gladium strinxerit, et in eo percusserit. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. — **§. 2.** ***Ensis, quo caput amputetur noxiis.*** III. **Cn.** Animadverti gladio oportet, non securi, vel telo etc. fr. 8. §. 1. de poen. 48. 19. Haberi gladii potestatem, ad animadvertendum (in) facinorosos homines. fr. 3. de iurisd. 2. 1. Potestas gladii, vel alterius coërcitionis. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si quem forte gladius ultor adflixerit, aliave quaelibet vitam adimens poena consumserit. Th. C. IX. 42. c. 2. de bon. proscr. In eos — vindex legum gladius exseratur. Ib. XIV. 17. c. 6. de annon. civ. Puniri gladio. Ib. X. 10. c. 10. de petit. et ultro dat. — **§. 3.** ***Gladiatorum depugnatio.*** I. **Sy.** Qui auctoramento rogatus est ad gladium. Qui depugnandi causa auctoratus est. Coll. LL. M. IV. 3. cf. Tab. Heracl. lin. 38. sq. aer. Neap. III. **Cn.** Qui ad gladium dantur, (intra annum consumendi sunt.) Paul. V. 17. §. 3. Capite damnatus, vel ad bestias, vel ad gladium, vel alia poena quae vitam adimit. fr. 6. §. 6. de iniust. rupt. 28. 3. cf. fr. 25. §. 3. de A. v. O. H. 29. 2. Est differentia inter eos, qui ad gladium, et eos qui ad ludum damnantur. Coll. LL. M XI. 7. cf. 6.

Glans. ***Arborum silvestrium fructus.*** I. **Sy.** Omnis species, s. fructus arborum. fr. 1. §. 1. de glande leg. 43. 28. fr. 236. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam. fr. 14. §. 3. de praescr. vv. 19. 5. Glans caduca. fr. 30. §. 4. de V. S. 50. 16. Glandem, quae ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. fr. 1. pr. de glande leg. 43. 28.

Glarea. ***Congeries lapidum minutiorum. Terra sabulosa.*** III. **Cn.** Si vi fluminis ager deletus sit, ut glarea iniecta, aut fossa limo repleta. fr. 11. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. In viam terrenam glaream iniicere. fr. 1. §. 2. de via pub. et itin. pub. 43. 11.

Glauce-Tyche. ***Nomen mulieris.*** III. **Cn.** Maevio CC. legavit, et fidei eius commisit, ut C. daret Glauce-Tyche, [al. Glaucae-Tychae, v. Claudiae,] Elpidi autem L. fr. 37. §. 1. de legat. III. (32.)

Glaucinum. *Vnguentum ex herba glaucio.* III. **Cn.** Non tantum ea, — quibus unguimur voluptatis causa, sed et valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, [al. gleucina,] crina, rosa etc. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Gleba. §. 1. *Caespes terrae.* III. **Cn.** Pars aliqua inde sumebatur, et in ius adferebatur, — velut ex fundo gleba sumebatur, et ex aedibus tegula. Gai. IV. 17. — §. 2. *Fundus integer, Praedium ipsum.* I. **Sy.** Rus, Terra. c. 7. c. 15. de agricol. 11. 47. Th. C. XI. 24. c. 6. §§. 2. sq. de patroc. vicor. Territorium. Ib. XII. 1. c. 186. de decurion. III. **Cn.** Pecuniae usum in glebae commodum conferre. Ib. l. l. c. 72. Gleba paternae substantiae. Ib. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. Tam privatae, quam emphyteuticae glebae possessor. Nov. Val. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. pr. — §. 3. *Pensio*, v. *Canon*, *praedio incumbens.* III. **Cn.** Glebam, possessionum (non personarum) esse. Th. C. VI. 2. c. 10. de Senator. et de gleb. Glebam, vel follem, sive VII. solidorum functionem, — iubemus aboleri. c. 2. de Praetor. 12. 2. Nulla equorum praestatio maneat, ne gleba senatoria ab his poscatur. Th. C. XII. 1. c. 138. de decurion.

Glebalis. (Adiect.) *Ad glebam spectans.* I. **Sy.** Glebae, s. Glebalis, exactio, v. praestatio. Glebalis auri collatio. Onera glebalia. Ib. VI. 2. c. 3. sq. c. 6. c. 10. sq. c 13. de Senat. et de gleb. III. **Cn.** Aut inter decuriones coronarium aurum, aut inter Senatores glebalem praestationem — recognoscant. Ib. XII. 13. c. 2. de auro coron. Immunes a senatoriis descriptionibus habeantur, nec descriptio glebalis eos ideo adtineat. Ib. VI. 23. c. 1. cf. c. 4. §. 1. de decurion. et silent. XIII. 3. c. 16. de medic. et prof.

Glebatio. *Glebalis collatio.* I. **Sy.** Glebalis praestatio (inter Senatores.) Glebatio (senatoria.) Th. C. VI. 2. c. 12. de Senat. et de gleb. XII. 13. c. 2. de auro coron.

Glicia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Gaius lib. singul. ad legem Gliciam [al. Glitiam.] fr. 4. de inoff. testam. 5. 2.

Glomerare. *In cumulum colligere.* I. **Sy.** Adgregare, Congregare, Coadunare. c. 2. §§. 4. sq. 7. de vet. iure enucl. 1. 17.

Gloria. *Claritas nominis. Fama, cum meriti praedicatione.* III. **Cn.** Gloriae causa et virtutis, non iniuriae gratia, (videtur damnum datum.) fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Nec aut severitatis, aut clementiae gloria adfectanda est. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. Nullius rei cupidiores fuere, quam gloriae. Th. C. VI. 24. c. 3. de domest. et protect.

Gloriari. *Cum gloria praedicare, vel potiri.* I. **Sy.** Laetari. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. Decorari, Potiri (honore, v. privilegiis.) c. 14. de Palat. S. largg. 12. 24.

Glorificus. (Adiect.) *Gloria plenus.* III. **Cn.** Relicta observatione glorificae tuae sedis. c. 7. §. 2. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Gloriosus. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Sancta et gloriosa semper (virgo — Maria.) c. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Amplissimus atque gloriosissimus, praefectorius ac consularis. Th. C. I. 1. c. 6. §. 2. (Wck.) de const. Pr. cf. Iul. ep. nov. c. 21. §. 73. c. 47. §. 183. Gloriosissimus Principum. Nov. Val. III. de confirm. LL. nov. II. 26. c. 1. pr. Gloriosorum vulnerum cicatrices. Th. C. VII. 20. c. 12. §. 1. de veteran.

Glos. *Soror mariti mei.* I. **Sy.** Viri soror. fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10.

Gnarus. (Adiect.) *Sciens, Peritus.* III. **Cn.** Ne quid — violetur, nisi prius Comes — fuerit gnarus. Th. C. X. 1. c. 9. de iure fisci. Gnarus iuris et legum. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 5.

Gnaviter. Cf. v. Naviter.

Gonaticus. (Adiect.) *Nomen certi agri, dominici iuris.* III. **Cn.** Fundos tamiaci iuris in provinciis positos, nec non etiam possessiones Gonatici [al. gomaticii, v. goniaci] saltus, sub certa forma — distrahi. c. 2. de praed. tamiac. 11. 68.

Gothicus. *Gothorum victor.* III. **Cn.** Imp. Caes. Flav. Iustinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus etc. Cf. v. Alamannicus.

Grabatus. Cf. v. Crabattus.

Gracchus. *Alter ex filiis Corneliae, quae patrem habuit Africanum superiorem.* III. **Cn.** Seditio, qua Gracchus occisus erat. fr. 66. pr. solut. matrim. 24. 3.

Graculus. *Avis e corvorum genere.* III. **Cn.** Omnis vis, cui resisti non potest, — utputa fluminum, graculorum, sturnorum, et si quid simile acciderit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2.

Gradatim. (Advb.) *Per gradus.* II. **Op.** Omnes simul, — Grad. (vocare.) fr. 1. §. 7. de coniung. c. emanc. 37. 8. III. **Cn.** Grad. et per ordinem (muneribus expeditis.) Th. C. XII. 1. c. 75. de decurion. cf. fr. 11. pr. de mun. et hon. 50. 4. Hoc grad. consequitur, ut prius ex testamento delatam, deinde legitimam repudiet. fr. 70. pr. de A. v. O H. 29. 2. Grad. admittuntur cognati ad B. Pnem. fr. 1. §. 10. unde cogn. 38. 8. Illo cessante hoc facere, alii grad. — succedant. c. 15. §. 4. de testam. man. 7. 2.

Gradilis. (Adiect.) *Ad gradus pertinens, unde erogatio annonae publicae ministranda erat.* II. **Op.** Aedificiorum, s. Aedium, — Gradilis (panis.) Th. C. XIV. 17. c. 1. sqq. de annon. civ. III. **Cn.** Ne quid super gradili pane fraudis oriatur, — omne illud, quod populo penditur, palam in gradibus, non clam a pistoribus, ministrari. Ib. l. l. c. 4. cf. c. 3. Panis gradilis in alium gradum translatio inhibetur. Ib. c. 2. c. 5.

Gradus. §. 1. *Actus gradiendi, Passus.* III. **Cn.** Qui ad fugam gradum unum alterumve promovit. fr. 17. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. — §. 2. *Scalae, earumque singulae partes.* I. **Sy.** Scalae. Th. C. XV. 1. c. 45. de opp. pub. III. **Cn.** Vel gradus, vel clivos, propius ianuam meam iure facere possum. fr. 20. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Panis gradilis in alium gradum translatio. Cf. v. Gradilis. — §. 3. *Statio definita.* III. **Cn.** Qui terminos statutos extra suum gradum [al. agrum,] finesve moverint d. m. fr. 3. pr. de term. moto. 47. 21. — §. 4. *Ordinis cuiusque*

distinctiones singulae, vel dispositiones. I. **Sy.** Locus. fr. 4. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 53. de hered. inst. 28. 5. fr. 2. §. 4. de B. P. s. t. 37. 11. Coll. LL. M. XII. 5. Statio. Ordo. Th. C. VII. 1. c. 10. de R. M. VII. 3. c. 2. Qu. in gradu praef. Dignitas, Titulus dignitatis. fr. 49. de R. N. 23. 2. fr. 14. pr. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Th. I. 9. c. 3. (Wck.) de off. Mag. offic. III. **Cn.** Ad honores per gradus pertinentes sumtus (honeste factus.) fr. 45. pr. de N. G. 3. 5. cf. fr. 3. §. 15. de mun. et hon. 50. 4. Inferioris, — Antecedentis gradus (homines.) fr. 49. de R. N. 23. 2. Militiae gradus. Gradus deiectio. fr. 44. de milit. testam. 29. 1. fr. 3. §§. 1. 5. 9. 14. 20. fr. 5. pr. de R. M. 49. 16. Poenarum, v. Custodiarum, gradus. fr. 28. §§. 13. sq. de poen. 48. 19. Primo, aut secundo, vel etiam ulteriore gradu, liberum et heredem instituere. Gai. II. 154. cf. 174. 176. Vlp. XXII. 33. fr. 53. de hered. inst. 28. 5. Qui post eum secundum gradum in tutela habuerit. Gai. I. 170. Inter medias heredum institutiones, v. inter gradus, exheredare. fr. 3. §. 4. de lib. et posth. 28. 2. fr. 3. §. 2. de iniust. rupt. 28. 3. Heres, vel legitimus, vel electus testamento graduve. Th. C. XII. 1. c. 107. de decurion. Intestati datur B. P. per VII gradus. Vlp. XXVIII. 7. cf. 11. Gai. III. 27. sqq. fr. 1. pr. Qu. ordo in B. P. 38. 15. — **§. 4.** *Classes singulae, vel numeri singulorum ordinum, in serie cognatorum.* II. **Op.** Omnibus simul, — His, qui proximo gradu sunt, (dare hereditatem.) Gai. III. 11. cf. I. 164. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit. Prior, — Inferioris gradus, (cognatus.) fr. 2. de succ. edict. 38. 9. III. **Cn.** Gradus (sc. cognationis) dicti sunt a similitudine scalarum. fr. 10. §. 1. de grad. et adfin. 38. 10. Potior quis esse debet, non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris. Paul. II. 28. §. 2. Gradum dicere, vel nomen collegii, — et ius cognationis exprimere. Vatic. §. 210. Si is, qui in eo gradu est, in potestate habeat eum, qui mihi longiore gradu sit. Ib. §. 301. cf. Gai. III. 27. Adgnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praecesserit. Quodsi plures eodem gradu consistunt, (simul admittuntur.) Paul. IV. 8. §. 17. Vlp. XXVI. 5. Quoties quaeritur, quanto gradu quaeque persona sit. fr. 10. §. 9. de grad. et adfin. 38. 10. Quinque gradus pleni excepti sunt (sc. lege Cincia,) et ex sexto una persona. Vatic. §. 299. cf. §§. 298. 301. Vltra consanguineorum gradum. Gai. III. 14. Vlp. XXVI. 6. Qui in potestate parentium sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, — sive inferiorem. Gai. I. 99. Qui ex gradu adscendentium, vel descendentium, (uxorem duxerint.) fr. 68. de R. N. 23. 2. Cognati ex transverso gradu. Vlp. V. 5. Gai. I. 60.

Graece. (Advb.) *Lingua graeca expressum.* I. **Sy.** Graecus sermo. Vox graeca. Gai. III. 93. Verba graeca. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 8. III. **Cn.** Si quis latine interrogaverit, respondeatur ei graece. fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1. Graece scriptum (fideicommissum.) Vlp. XXV. 9. Gai. II. 281. Gr. rescripsit (ad epistolam Antiochensium.) fr. 3. de cust. et exh. 48. 3.

Graecia. *Europae regio, Achaiam praecipue et Peloponnesum comprehendens.* III. **Cn.** Romae, seu antiquae Graeciae, (sc. certaminis sacri merito coronati.) c. 1. de athlet. 10. 53. Quas Graecia adpellat ἐπιδημίας. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Graecianus. Cf. v. Gratianus.

Graecitas. *Lingua Graeca.* II. **Op.** Romanae eloquentiae doctrina. — Facundia graecitatis. Th. C. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liberal. urb. Rom.

Graecus. *Ad Graeciam pertinens.* I. **Sy.** Graecia. Graeci. fr. 4. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. cf. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Atticae doctrinae, Graecus (grammaticus.) Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. III. **Cn.** Maximus, v. Summus, apud Graecos (orator etc.) fr. 16. §. 6. de poen. 48. 19. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. Quod Graeci aiunt, v. vocant. fr. 3. §. 6. de incend. ruina. 47. 9. cf. fr. 35. §. 1. de m. c. don. 39. 6. fr. 5. §. 1. fr. 19. de V. S. 50. 16. Ad graecam vocem expressum. Gai. III. 93. Graecis verbis dare (cognitorem etc.) Vatic. §. 319. fr. 46. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Civitates graecae. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2.

Gramen. *Herba.* III. **Cn.** Noxiis quaesita graminibus, et diris immurmurata secretis, (venena componere.) Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Grammatica. *Ars emendate loquendi et scribendi.* III. **Cn.** Duo societatem coierunt, ut grammaticam docerent. fr. 71. pr. pro soc. 17. 2.

Grammaticus. *Grammaticae peritus.* III. **Cn.** Praeceptoribus tantum studiorum liberalium — rhetores continebuntur, grammatici, geometrae. fr. 1. pr. de extr. cogn. 50. 13. cf. Vatic. §. 149. fr. 6. §§. 1. sqq. de excusatt. 27. 1. Rhetores et grammatici, atticae romanaeque doctrinae. Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. cf. VI. 21. c. 1. de Com. qu. in urb. Const. Grammatici homines. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Grammatophylacium. *Tabularium.* III. **Cn.** Ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. fr. 9. §. 6. de poen. 48. 19.

Granarium. *Frumenti apotheca.* III. **Cn.** Granaria, quia in his fructus custodiuntur. fr. 12. §. 1. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 18. pr. de A. E. V. 19. 1.

Grandaevus. (Adiect.) *Iam in provecta aetate constitutus.* III. **Cn.** Si infractis viribus grandaevam proferat senectutem. Th. C. XII. 1. c. 83. de decurion. Cf. VII. 22. c. 7. de fil. militar.

Grandis. (Adiect.) **§. 1.** *Magnus, Largus.* I. **Sy.** Grave, Grande (damnum, v. aes alienum.) fr. 9. pr. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. III. **Cn.** Puta saltum grandem pignori datum. fr. 25. de pign. act. 13. 7. Si grandes arbores essent, (non posse eas caedere.) fr. 11. de usufr. 7. 1. Ad remunerandum tam grande beneficium. fr. 1. pr. de bon. libert. 38. 2. Alterius grandis commodi captandi gratia, id agere etc. fr. 4. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Provectus.* II. **Op.** Tenerae aetatis. — Grandis natu. fr. 11. de decurion. 50. 2. cf. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2.

Grando. *Gutta aquae, in aëre congelata.*

Ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ruentis grandinis lapidatione quaterentur. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic.

Granum. *Semen frugum. Frumentum.* I. **Sy.** Singula corpora (frumenti.) Singula grana. §. 28. I. de R. D. 2. 1. III. **Cn.** Vt instructa sunt (sc. praedia,) cum vino, grano, calendario. fr. 6. de instr. leg. 33. 7. Pretium grani, quod invehitur, statuere. fr. 3. §. 1. de L. Iul. de annon. 48. 12.

Grassari. §. **1.** *Atrociora facinora palam exercere.* I. **Sy.** Homicidia facere. fr. 28. §. 15. de poen. 48. 19. Grassans, Adgressor. Cf. h. v. III. **Cn.** Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos. fr. 28. §. 15. l. 48. 19. Sublatis susceptoribus, grassantium cupido conquiescit. Paul. V. 3. §. 4. — §. **2.** *Libidinose agere, Conturbare.* III. **Cn.** Pari, v. Occulto, furore grassari. Th. C. II. 33. c. 2. de usur. XVI. 6. c. 2. §. 1. Ne S. bapt. Si forte grassatus in tutela est, aut sordide egit, vel perniciose pupillo, vel aliquid intercepit etc. fr. 3. §. 5. cf. fr. 6. de susp. tutor. 26. 10. — §. **3.** *Contingere, Ferire.* III. **Cn.** In sepulchrorum violatores poena grassetur. Th. C. IX. 17. c. 2. §. 2. de sepulch. viol.

Grassator. §. **1.** *Depraedator, Spoliator.* III. **Cn.** Grassatores, qui praedae causa id faciunt, proximi latronibus habentur, et si cum ferro adgredi et spoliare instituerunt etc. fr. 28. §. 10. de poen. 48. 19. cf. fr. 20. §. 1. de praescr. vv. 19. 5 — §. **2.** *Conturbator.* III. **Cn.** Iuris publici legumque grassator. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1.

Grassatura. *Admissum grassatorum.* III. **Cn.** Vt furta manifesta a nec manifestis discerni solent, rixae a grassaturis, expilationes a furtis. fr. 16. §. 6. de poen. 48. 19.

Gratanter. (Advb.) *Cum gratia.* I. **Sy.** Largitio nostrae clementiae. Grat. admisimus, v. adgnovimus. Th. C. XII. 1. c. 169. de decurion. Nov. Val. III. de fruct. int. marit. II. 15. c. 1. pr.

Grate. (Advb.) *Iucunde.* III. **Cn.** Liberti pupillorum grate facient, (si tutores, — male gerentes rem patronorum, suspectos fecerint.) fr. 3. §. 1. de susp. tutor. 26. 10.

Gratia. §. **1.** *Memoria beneficiorum, Officium pietatis.* III. **Cn.** Implere gratiam (patriae.) Th. C. XII. 1. c. 171. pr. de decurion. — §. **2.** *Benignitas, Favor.* II. **Op.** Inimicitia. fr. 3. pr. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. III. **Cn.** Haec enim res nonnunquam infamat, et materiam gratiae vel ambitionis tribuit. fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. Obtinere (sc. causam,) vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio posse. fr. 17. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si evidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes. fr. 15. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 26. §. 4. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Si deceperunt, gratia forte aut pecunia, falsa renunciantes. fr. 1. §. 2. de magistr. conv. 27. 8. Bona fide vendere, et sine ulla gratia. fr. 1. §. 14. si qu. in fr. patr. 38. 5. Per gratiam atque colludium (furto subducere.) Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Suspecti gratiae testes. Paul. V. 15. §. 1. — §. **2. A.** *Adgratiatio, Remissio (pretii, vel poenae.)* I. **Sy.** Indulgentia, Gratia facta (sententiae.) c. 4. de sent. pass. 9. 51. Remittere, Gratiam facere. Paul. II. 1. §. 3. fr. 6. fr. 32. fr. 41. de iureiur. 12. 2. II. **Op.** Mercede. Pecunia accepta. fr. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 4. pr. si qu. om. c. testam. 29. 4. III. **Cn.** Decreti gratiam facere. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Poenae gratiam facere. Th. C. IX. 38. c. 5. de indulg. crim. — §. **2. B.** *Voluntas erga alium, Propositum.* II. **Op.** Bona gratia. — Ira sui animi et offensa. fr. 32. §. 10. fr. 62. pr. de don. int. V. 24. 1. fr. 14. §. 4. Qui et a qu. man. 40. 9. III. **Cn.** Quae (sc. matrimonia) bona gratia separantur. c. 1. §. 16. de R. U. A. 5. 13. cf. Iul. ep. nov. c. 36. §§. 132. 148. — §. **3.** *Beneficium.* I. **Sy.** Sanctitas (baptismi.) Th. C. XVI. 6. c. 1. ne S. bapt. XVI. 7. c. 5. de apostat. — §. **4.** *Iucunditas.* III. **Cn.** Quae — gratia, et quae amoenitas sit locorum. Ib. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. — §. **5.** *Gratia.* (Advb.) i. e. *Causa.* I. **Sy.** In hoc, ut etc. Gai. I. 19. fr. 13. de manum. vind. 40. 2. Pro aliquo. Alicuius gratia. fr. 17. de R. I. 50. 17. Causa. Gai. l. l. Vlp. VII. 1. III. **Cn.** Sive nostra gratia mandemus, sive aliena. Gai. III. 155. sq. fr. 2. pr. §§. 1. sq. mand. 17. 1. Distinguere, cuius gr. — acceperit. fr. 21. de usufr. 7. 1. Negotium gerere eius rei gratia, (cui praepositus fuit.) Gai. IV. 71. Non adipiscendae hereditatis gratia (legum beneficio usi sunt,) sed vindictae gr. fr. 6. de I. I. R. 4. 1.

Gratianus. (Adiect.) *A Gratio, vel Gratiano, cognominatus.* III. **Cn.** Tyrannae sorori meae fundum meum Gratianum [al. Graecianum] — relinquo. fr. 20. §. 7. de instr. leg. 33. 7.

Gratificanter. (Advb.) *Gratiae causa.* III. **Cn.** Quod ne forte provincialis iudex facile aut gr. indulgeat. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 9.

Gratificari. *In gratiam alicuius facere.* III. **Cn.** Cum variae sunt hominum voluntates, quorundam — gratificari volentium his, quibus hereditas relicta est. fr. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Si, utroque instante, tibi gratificatus tutor solvit. fr. 6. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. cf. fr. 27. §. 14. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Gratificante, aut vendente scriba, vel etiam consentiente, (percipere.) Th. C. XIV. 17. c. 6. de annon. civ.

Gratificatio. *Gratia, Beneficium.* II. **Op.** Iuste exigere. — Per gratificationem accipere. fr. 24. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Et electio erit heredis, et gratificationi locus. fr. 46. pr. de relig. 11. 7.

Gratiose. (Advb.) *Gratificando.* I. **Sy.** Per gratiam. fr. 7. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Si neque sordide, neque gratiose (comparaverint,) sed non bonam conditionem elegerint. Ib. l. l.

Gratiosus. (Adiect.) §. **1.** *Referens gratiam. Ingratitudinis expers.* III. **Cn.** Augusti beneficiis gratiosa (colonia.) fr. 1. §. 1. de censib. 50. 15. Trino partu fecunditati publicae gratiosa. Th. C. IX. 42. c. 9. §. 1. de bon. proscr. — §. **2.** *Favori studens.* I. **Sy.** Quod ex gratia fit. Gratiosum. Ib. X. 17. c. 3. de fide et iure hast. III. **Cn.** Ob falsum, vel iudici ob gratiosam sententiam datum. fr. 5. pr. de calumn. 3. 6. Vel gratiosa conniventia, vel ignobili

dissimulatione (admittere.) Th. C. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord. Gratiosa, vel necessitate expressa (professio.) Ib. XII. 1. c. 177. §. 1. de decurion.

Gratis. (Advb.) *Sine mercede, vel praemio.* I. ***Sy.*** Gratuito. fr. 1. §. 9. de h. qu. deiec. 9. 3. fr. 5. §. 2. de iniur. 47. 10. II. ***Op.*** Pecunia accepta. fr. 4. §. 1. si qu. om. c. testam. 29. 4. Si merces intervenerit. Mercede statuta. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. Gai. III. 162. III. ***Cn.*** Gratis, et sine sumtibus, v. sine ullo suffragio. c. 3. §. 5. c. 7. pr. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Vt publice, sumtu heredum, — praebeatur gratis (sc. balneum.) fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.)

Gratuito. (Advb.) Idem. I. ***Sy.*** Gratis. Cf. h. v. II. ***Op.*** In conducto (habitare.) — Grat. (habit. v. uti.) fr. 1. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 32. de donat. 39. 5.

Gratuitus. (Adiect.) *Sine praemio, vel mercede, datus. Non debitus.* II. ***Op.*** Interveniente pecunia, Acceptis nummis, (dare.) — Gratuitum (beneficium) praestare. fr. 1. §. 4. mand. 17. 1. fr. 3. de obsequ. parent. 37. 15. Gratuita, — Debita (libertas.) c. 1. de libert. et eor. lib. 6. 7. III ***Cn.*** Gratuitam, certe integram et abstinentem omni lucro, (praestare fidem debere.) fr. 38. de N. G. 3. 5. Hospites, et qui gratuitam habitationem accipiunt. fr. 15. §. 1. de precar. 43. 26. cf. Gai. IV. 153. fr. 17. pr. de praescr. vv. 19. 5. Gratuita utenda data (pecunia.) fr. 2. cf. fr. 1. §. 4. de calumn. 3. 6. fr. 8. in qu. c. pign. 20. 2.

Gratulari. §. **1.** *Vota nuncupare. Gratias agere.* III. ***Cn.*** Qui missi sunt ad gratulandum Principi. fr. 35. §. 1. ex qu. c. maior. 4. 6. Cum tibi debeat gratulari, quod furti eum actione non facias obnoxium. c. 3. de depos. 4. 34. — §. **2.** *Laetari, Gaudere.* III. ***Cn.*** Contra eundem agere contendant, scientes gratulantesque quod etc. Th. C. X. 1. c. 1. de iure fisci. Nec gratulentur, se privilegio esse munitos. Ib. XVI. 10. c. 14. de pagan. Iugatio, quae talium privilegiorum sorte gratulatur. Ib. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl.

Gratulatio. *Supplicatio.* III. ***Cn.*** Publice fit (sc. abolitio) ob diem insignem, aut publicam gratulationem. fr. 8. ad S.C. Turp. 48. 16. Nihil ab invitis provincialibus gratulationis nomine exigendum. Th. C. VIII. 11. c. 5. ne qu. pub. laet.

Gratus. (Adiect.) §. **1.** *Iucundus, Acceptus.* III. ***Cn.*** Ne quid ei obficiatur ad gratiorem prospectum et liberum. fr. 15. de S. P. V. 8. 2. Solem auferre, si quidem eo loci, quo gratum erat eum non esse. fr. 18. pr. ib. 18. 2. Qui eas (sc. usuras) a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti. fr. 17, §. 1. de usur. 22. 1. — §. **2.** *Beneficiorum memor.* III. ***Cn.*** Etsi parum gratus exsistet, cui dono res data est. Vatic. §. 275. Sperasse, quod in testamento quoque gratus circa eum fieret. fr. 8. §. 3. de bon. libert. 38. 2.

Gravamen. *Incommodum, Molestia.* II. ***Op.*** Emolumentum, Lucrum. c. 5 de legit. tutor. 5. 30. c. 1. §. 4. de caduc. toll. 6. 51. III. ***Cn.*** Huiusmodi onus et gravamen functionis (cognoscere.) c. 9. c. 13. de A. E. V. 4. 49. Vel modum, vel aliud gravamen (introducere.) c. 32. c. 36. pr. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. Ad tutelae grav. non venire. c. 5. de legit. tut. 5. 30.

Gravare. §. **1.** *Premere, Onerare.* III. ***Cn.*** Si adulter inimicitiis oppressus est, vel falsis argumentis, testibusque subornatis apud Praesidem gravatus. fr. 17. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si satis prima condemnatione gravaverit reum. fr. 11. arbor. furt. caes. 47. 7. Ex huiusmodi sententia gravatam potius opinionem, quam infamia adflictam esse. c. 25. ad L. Iul. de adult. 9. 9. cf. c. 19. ex qu. c. infam. 2. 12. — §. **2.** *Obligare.* I. ***Sy.*** Indemnis esse. Non gravari hoc nomine. fr. 1. §. 15. de vi et vi arm. 43. 16. Subigere, Subiugare (fideicommisso.) c. 30. de fideicomm. 6. 42. c. 1. comm. de legat. 6. 43.

Gravate. (Advb.) *Invite, Aegre.* III. ***Cn.*** Pati debet commendari sibi civitatem, laudesque suas non gr. audire. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Gravatus. (Partic.) *Vexatus.* I. ***Sy.*** Laesus. Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 2. §. 2.

Gravidus. (Adiect.) *Praegnans.* I. ***Sy.*** Gravi utero, Praegnans, Gravida (mulier.) Paul. II. 24. §§. 5. sqq. fr. 2. §. 4. si qu. cautt. 2. 11. fr. 11. de iure codic. 29. 7.

Gravis. (Adiect.) §. **1.** *Copiosus, Repletus.* III. ***Cn.*** Qui gravi utero uxorem esse ignorabat. fr. 11. de iure codic. 29. 7. Vt gravis sors pro ea, qua [al. quae] resederit, portiuncula navalis esse non possit, cum aliis fuerit dispendiis liberata. Th. C. VI. 2. c. 13. de Senat. et de gleb. — §. **2.** *Constans.* III. ***Cn.*** Congruit bono et gravi Praesidi curare, ut etc. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Apud bonos et graves (opinionem eius onerant.) c. 13. ex qu. c. infam. 2. 12. — §. **3.** *Molestus.* I. ***Sy.*** Onerosus (creditor.) fr. 25. de pign. act. 13. 7 II. ***Op.*** Gravioribus, — Levioribus (vinculis primi.) fr. 8. §. 6. de poen. 48. 19. Facilius, et levibus usuris. — Difficilius, et gravibus usuris. fr. 3. de eo qu. c. loc. 13. 4. fr. 12. §. 9. mand. 17. 1. fr. 12. de usur. 22. 1. fr. 7. §. 8. fr. 9. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. III. ***Cn.*** Remittere, quae venditori gravia erant. fr. 4. §. 6. de in diem add. 18. 2. Si — grave aes alienum sit, quod ex poena crescit. fr. 23. §. 3. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. Si honores isti habuerunt mixtam munerum gravem impensam. fr. 7. §. 22. de interd. et releg. 48. 22. cf. fr. 6. de iure immun. 50. 6. — §. **4.** *Infectus, Vehemens.* II. ***Op.*** Capitales, vel gravissimae inimicitiae. — Levis offensa. fr. 3. §. 11. fr. 22. de adim. legat. 34. 4. III. ***Cn.*** Ob gravem infirmitatem (pro derelicto habere servum.) fr. 2. Qu. sine manum. 40. 8. Si quis in gravi [al. ingravi, v. ingravescente] valetudine adfectus (opem domino ferre non potuerit.) fr. 3. pr. de S.C. Silan. 29. 5. — §. **5.** *Atrox, Severus, Durus.* I. ***Sy.*** Atrox (iniuria.) Coll. LL. M. II. 2. Gravior, Durior (sententia, v. causa.) fr. 13. §. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 3. pr. fr. 5. pr. de solut. 46. 3. II. ***Op.*** Graviores, — Leviores (mores.) Vlp. VI. 12. Gravior, — Levis (culpa.) fr. 54. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Mediocres, — Graves (culpae, v. causae.) Th. C. III. 16. c. 2. pr. de repud. III. ***Cn.*** Poena gravior, ultra legem

imposita. fr. 13. §. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. Grave, et contra rerum ordinem (iudicamus.) Th. C. XI. 7. c. 21. de exaction. Levissima libertatis conditio, — quae ad libertatem perducit, quamvis natura gravior et durior sit. fr. 35. de cond. et dem. 35. 1. Quo quisque pleniorem (sc. indulgentiam) esset expertus, eo graviorem sceleri suo poenam merebitur. fr. 3. §. 17. de S. C. Silan. 29. 5. Graviore animadversione indigere. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. Si quis tam notus, et tam gravis in abigendo fuit, ut[illegible] Coll. LL. M. XI. 7. Ne in ipsa cognitione gravi[illegible]liquid emergat. fr. 3. §. 1. de susp. tutor. 26. 10. Grave est, (fidem fallere.) fr. 1. pr. de pecun. const. 13. 5. Grave videbatur etc. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3. Exemplo grave est. c. 10. de distr. pign. 8. 28.

Graviscanus. (Adiect.) *Ad Graviscas spectans, civitatem Etruriae.* III. **Cn.** Reipub. Graviscanorum lego in tutelam viae, — quae est in colonia eorum, usque ad viam Aureliam. fr. 30. de legat. II. (31.)

Gravitas. **§. 1.** *Firmitas, Perseverantia.* III. **Cn.** In testimoniis dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est. fr. 2. de testib. 22. 5. Non exacta gravitas et constantia, quasi a philosopho, desideretur. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Nec militari gravitati convenit. c. 4. de comm. rer. alien. 4. 52. Vestrae gravitatis est, — constituere. fr. 27. pr. de liberali c. 40. 12. — **§. 2.** *Titulus honorarius.* III. **Cn.** Gravitatem tuam interpellent. — Illico ad scientiam nostram referat gravitas tua. Th. C. I. 5. c. 1. de off. Prf. Pr. cf. XI. 30. c. 13. de app. et poen. Gravitatem tuam censemus disceptatricem esse debere (dominicis colonis.) c. 7. ubi caus. fisc. 3. 26. Convenit, gravitatem tuam (dare etc.) Th. C. XIV. 8. c. 1. de centon. et dendr.

Graviter. (Advb.) **§. 1.** *Difficulter, Moleste.* III. **Cn.** Qui gr. loquitur, (morbosus non est.) fr. 9. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Acriter, Acerbe.* I. **Sy.** Durissime, Severitate (puniri, v. tractari.) Coll. LL. M. XI. 7. sq. fr. 1. §. 8. fr. 3. §. 16. de susp. tutor. 26. 10. III. **Cn.** Vnde gr. commovemur. Th. C. XVI. 8. c. 9. de Iud. Vi aegritudinis gr. oppressum (fati munus implesse.) Coll. LL. M. III. 4. Ne quisquam putet, gr. hoc adversus eos constitutum. fr. 1. §. 1. naut. caup. 4. 9. In quos gr. animadverti solet. Paul. V. 4. §. 13. Si gravius quis puniatur. fr. 1. §. 1. de requir. v. abs. 48. 17.

Gregalis. (Adiect.) *Qui eiusdem est gregis.* I. **Sy.** Particeps sectae. Th. C. XVI. 5. c. 66. pr. de haeretic

Gregarius. (Adiect.) *Qui est ex numeris infimis in exercitu.* III. **Cn.** Iunioribus gregariisque militibus (in ipsa specie praebeatur.) Ib. VII. 6. c. 5. de milit. veste.

Gregatim. (Advb.) *Per greges.* III. **Cn.** Quadrupedes, quae gr. pascuntur. Paul. III. 6. §. 73. fr. 65. §. 4. de legat. III. (32.) Armentum, et equitium, caeteraque quae greg. habentur. fr. 1. §. 3. de R. V. 6. 1.

Gregorianus. (Adiect.) *A Gregoriano cognominatus.* III. **Cn.** Gregorianus atque Hermogenianus codex. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. Corpus Gregoriani. Consult. vet. I. Cti. c. 1. sq. c. 9. Lex, s. constitutio, Gregoriani. L. Rom. Burg. Tit. 3. 14. 38.

Gremialis. Cf. v. Cremialis.

Gremium. *Penetralia.* III. **Cn.** In ecclesiae gremio (servulis concedere libertatem.) Th. C. IV. 7. c. 1. pr. de manum. in eccl. Confugere in gremia (potentissimarum domorum.) Ib. XII. 1. c. 6. de decurion. Filii in gremio indulgentiae suae (sc. matris) positi. Nov. Maior. de sanctim. IV. 6. c. 1. §. 7.

Grex. **§. 1.** *Animalium copia, v. numerus.* II. **Op.** Singula capita, s. corpora. Vnum, vel alterum pecus. fr. 1. §. 3. de R. V. 6. 1. fr. 31. fr. 70. §. 3. de usufr. 7. 1. fr. 3. pr. §. 2. de abig. 47. 14. III. **Cn.** Corpora plura, non soluta sed uni nomini subiecta, velut populus, legio, grex. fr. 30. pr. de usurp. 41. 3. cf. fr. 76. de iudic. 5. 1. Cum gregis ususfr. legatus est, et usque eo numerus pervenit gregis, ut grex non intelligatur. fr. 31. Qu. mod. ususf. 7. 4. cf. fr. 22. de legat. I. (30.) Qui a stabulo abegit domitum pecus, non a silva nec grege. fr. 3. §. 1. de abig. 47. 14. Paul. V. 18. §. 2. Gregis, vel armenti (ususfr. legatus.) fr. 68. §. 2. fr. 70. §. 3. de usufr. 7. 1. Gregum et pecorum partus. fr. 25. §. 20. de hered. pet. 5. 3. Greges pecorum, pastores, saltuarii. fr. 8. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Grex alicuius pecoris. Gai. IV. 17. — **§. 2.** *Hominum coetus.* III. **Cn.** Qui e tali hominum genere et grege reperitur. Th. C. XVI. 5. c. 7. pr. c. 39. c. 54. §. 4. de haeretic, Si quis e grege cohortalinorum. Ib. VIII. 4. c. 26. de cohortal.

Gubernaculum. **§. 1.** *Clavus in puppi navis.* III. **Cn.** Quae coniuncta navi essent, veluti gubernacula, malus, antennae, velum. fr. 44. de evictione. 21. 2. — **§. 2.** *Summa reipub. administrandae. Dominatio publica.* III. **Cn.** Ex quo noster Imp. reipub. gubernacula tenuit. Iul. ep. nov. c. 29. §. 102. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr. In administratione civili ac provinciae gubernaculis. Th. C. VI. 17. c. 1. de Comit. qu. prov. reg. XII. 1. c. 77. de decurion. Gubernacula urbium administrare. Ib. l. 1. c. 171. Orbis terrarum, qui nostris gubernaculis regitur. c. 14. de iudic. 3. 1.

Gubernare. *Regere, Administrare.* III. **Cn.** Initio civitatis nostrae — omnia manu a regibus [al. manu regis] gubernabantur. fr. 2. §. 1. cf. §. 14. de O. I. 1. 2. Regere et gubernare provincias. Th. C. VI. 19. c. 1. de Consular. et Praes. Qui gubernant officia palatina. Ib. XV. 12. c. 2. de gladiator. Vt utrumque tempus, et bellorum et pacis, recte possit gubernari. Prooem. Iust. in pr. Maiorum patrimonia — r[illegible]ctius gub. Th. C. II. 17. c. 1. pr. de h. qu. ven. aet. Habeat pater — plenissimam potestatem, uti frui, gubernareque res. c. 6. §. 2. de bon. qu. lib. 6. 61.

Gubernatio. *Cura, Gestio.* I. **Sy.** Administratio. c. 5. de legit. tutor. 5. 30. III. **Cn.** Eo (sc. curatore) sufficiente ad fidem gubernationis. c. 7. §. 6. de cur. furios. 5. 70. Optima legum gubernatio. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17.

Gubernator. *Rector, Moderator.* III. **Cn.** Munerum graviorum conditio, ut sunt — veterinarii, ar-

architectus, gubernatores etc. fr. [illegible]ure immun. 50. 6. Quodsi absente domino id a magistro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum sit. fr. 11. §. 2. de publican. 39. 4. Aut in gubernatorem, aut in ducatorem, (actionem competere.) Cf. v. Ducator. Agrorum gubernatores. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 2. §§. 1. sq. cf. c. 1. §§. 1. sq.

Gula. *Fauces.* III. **Cn.** Servi, quem tonsor radebat, gula praecisa adiecto cultello. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2.

Gulosus. (Adiect.) *Vorax, et delicatioris cibi adpetitum habens.* III. **Cn.** Aleatores et vinarios (non contineri edicto,) — quemadmodum nec gulosos, nec impostores etc. fr. 4. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1.

Gustus. *Degustatio.* III. **Cn.** Alia causa est degustandi, alia metiendi; gustus enim ad hoc proficit, (ut improbare liceat.) fr. 34. §. 5. de contr. emt. 18. 1.

Gutturosus. (Adiect.) *Qui habet guttur protuberans.* III. **Cn.** Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat, (sanus videtur.) fr. 12. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1.

Gymnicus. (Adiect.) *Gymnasticus.* III. **Cn.** Gymnici agonis spectacula. Th. C. XV. 7. c. 3. de scaenic.

Gynaeceum. *Textrina imperialium vestium.* I. **Sy.** Textrinum (nostrum.) Ib. X. 20. c. 3. c. 9. de murileg. III. **Cn.** Procurator praepositus gynaeceo, tabularius etc. Ib. IX. 27. c. 7. ad L. Iul. repet. Aliquis ex familiis gynaecei. Ib. X. 20. c. 7. Compedibus vinctus ad gynaecei Carthaginis ministerium deputetur. Ib. IV. 6. c. 3. de natur. fil. XI. 1. c. 24. de annon. et tribut.

Gynaeciarius. (Adiect.) *Ad gynaeceum pertinens.* I. **Sy.** Gynaecei (mancipium.) Th. C. X. 20. c. 2. sq. c. 7. c. 9. de murileg. III. **Cn.** Corpus gynaeciariorum, vel lintheariorum, etc. Ib. l. l. c. 16. Praepositi thesaurorum atque baphiorum, procuratores gynaeciariorum ac monetariorum etc. Ib. XI. 28. c. 3. de indulg. debit.

Gynaecius. Idem. III. **Cn.** Baphii et gynaecii [al. gynaeciarii.] c. 2. de murileg. 11. 7.

Habena. *Scuticae genus.* III. **Cn.** Terreri tantum solent (sc. impuberes,) et habena vel ferula caedi. fr. 1. §. 33. de S. C. Silan. 29. 5.

Habere. §. 1. *Tenere, Detinere, Servare.* I. **Sy.** Constitutum, Destinatum, Paratum esse. Haberi (gratia, s. in hoc.) fr. 55. pr. §§. 2. sq. 7. de legat. III. (32.) fr. 30. pr. §. 5. fr. 203. de V. S. 50. 16. c. 1. sq. eod. 6. 38. Tenere. fr. 1. §. 33. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 38. §. 9. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Habere me a vobis (auri pondus etc.) fr. 26. §. 2. depos. 16. 3. Quas (sc. res) perpetuo quis ibi habuerit, atque ita deposuit ut perpetuo haberet. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Perdidisse (sc. rationes,) aut in longinquo habere, veluti trans mare. fr. 6. §. 9. de edend. 2. 13. Qui, cum habeat (sc. tabulas) et proferre possit, eas proferri non curat. Paul. IV. 7. §. 4. Qui venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit. fr. 3. pr. §. 1. cf. fr. 1. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 23. §. 1. Vt fructus in vicini villa cogantur, coactique habeantur. fr. 3. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Qui civem R. — celaverit, vinxerit, vinctumque habuerit, vendiderit etc. Coll. LL. M. XIV. 3. Si durius habitos (sc. servos,) quam aequum est, — cognoveris. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Nisi forte diligentius eum (sc. servum) habiturus esset.* fr. 5. §. 3. de cond. caus. dat. 12. 4. Qui negligenter ignes apud se habuerint. — Vt innocentem ignem habeant. fr. 4. cf. fr. 3. §§. 1. 4. de off. Prf. Vigg. I. 15. fr. 9. §. 3. locat. 19. 2. Coll. LL. M. XII. 7. Ius tibi non esse, parietem illum ita habere. fr. 14. §. 1. si servit. 8. 5. cf. fr. 19. §. 1. fr. 20. pr. de S. P. V. 8. 2 Quae (ministeria) in usum quotidianum habentur. fr. 7. de pign. 20. 1. Quadrupedes, quae — gregatim habentur. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 40. §. 1. fr. 41. sq. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 1. A.** *Pleno iure possidere.* I. **Sy.** Meum esse (usumfr.) fr. 11. §. 2. de iureiur. 12. 2. Rei dominus esse. fr. 38. §. 9. de V. O. 45. 1. cf. fr. 1. §. 33. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 188. pr. de V. S. 50. 16. Possidere (praedia.) Gai. II. 72. fr. 7. §. 3. de A. R. D. 41. 1. II. **Op.** Accipere, ut habeat. — Acc. quod erit restituturus, s. ad alium translaturus. fr 1. §. 1. si qu. aliqu. test. 29. 6. fr. 71. pr. de V. S. 50. 16. Emere, ut ipse haberet. Em., ut venderet. fr. 203. ib. 50. 16. III. **Cn.** Quodque earum rerum iis Coss. ii habuerunt, possederunt, usi fructive sunt. Plebisc. de Thermensib. I. 18. sq. cf. Fr. legis Thoriae. Quodve tu meum habes, tenes, possides. fr. 18. §. 1. de acceptil. 46. 4. Rem peculiarem tenere possunt; habere, possidere non possunt. fr. 49. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Quo iure, quaque conditione ea praedia L. Titii hodie sunt, ita veniunt, ita habebuntur. fr. 81. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Heres meus damnas esto sinere, L. Titium hominem Stichum sumere, sibique habere. Gai. II. 209. 214. sq. Vlp. XXIV. 3. fr. 20. de opt. leg. 33. 5. Quominus illi eam arborem adimere, sibique habere liceat, (vim fieri veto!) fr. 1. pr. §. 7. de arbor. caed. 43. 27. Ita dare, ut eum habere liceat. fr. 45. §. 1. de legat. I. (30.) cf. fr. 29. §. 3. de legat. III. (32.) Vt „habere licere" emtori caveatur. fr. 11. §§. 8. 17. de A. E. V. 19. 1. fr. 38. de V. O. 45. 1. Quoties res ita amittitur, ut eam emtori habere non liceat, propter ipsam evictionem. fr. 21. §. 1. fr. 34. §. 1. fr. 57. pr. de evictione. 21. 2. Si quis hominem — occiderit, — sive ita rem corruperit, ne haberi possit. fr. 9. pr. ad exhib. 10. 4. Id, quod aliquando habuimus, recipimus (per usucapionem.) Gai. II. 59. cf. fr. 4. §. 9. de usurp. 41. 3. Bona teneantur debitoris, quae nunc habet, et quae postea adquisierit. fr. 15. §. 1. cf. fr. 6. fr. 34. §. 2. de pignor. 20. 1. Fr. de I. F. §. 5. — **§. 2.** *Praeditum, Instructum esse.* I. **Sy.** Obtinere (vim legis.) fr. 38. de legib. 1. 3. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. Gai. I. 5. 7. Esse apud aliquem (iurisdictionem, v. legis actionem.) Paul. II. 25. §. 4. fr. 2. §. 1. fr. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Competere, Dari (actionem, v. ius.) Gai. III. 46. 49. Vlp. I. 21. VI. 6. sq. XVIII. 1. fr. 41. de pact. 2. 14. fr. 5. sqq. de d.

m. 4. 3. Demonstrare posse (patrem.) fr. 23. de statu hom. 1. 5. III. *Cn.* Eadem illi (Augustae) privilegia tribuunt (sc. Principes,) quae ipsi habent. fr. 31. de LL. 1. 3. Perinde ius habere, atque etc. — Minus ius in ea re habere. Vlp. XXIX. 4. Gai. III. 166. Vatic. §. 209. Ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc dari eam, quae data est his etc. Ib. §. 236. cf. fr. 17. §. 3. de excus. 27. 1. Quaedam provinciae etiam hoc habent, ut etc. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Qui magistratum, potestatemve habebit. fr. 1. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. Imperium, v. Ius gladii, hab. fr. 8. fr. 11. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 3. sq. de off. Praes. 1. 18. Qui claram dignitatem se habere praetendebat. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. Habere (sc. ius) ex lege (XII Tabb. v. Aelia Sentia, v. Papia.) Vlp. XXIX. 4. sq. Gai. I. 31. Quae non habent iuris ordinarii exsecutionem. fr. 178. §. 2. de V. S. 50. 16. Tutores sunt, qui eam vim ac potestatem habent. fr. 1. §. 1. de tutel. 26. 1. Qui commentarios habet Praefecti. Vatic. §. 222. Filii, quos habuit ac retinuit in potestate pater. Ib. §. 294. Liberis suis in potestatem habentibus testamento tutores dare. Ib. §. 229. Quem in suis heredibus, cum moritur, habuit. fr. 73. §. 1. de R. I. 50. 17. Ius liberorum mater habet, quae tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet neque habuit. Paul. IV. 9. §. 9. Quodsi ex alio matrimonio liberos superstites habeant. Vlp. XV. 1. Orbi, qui liberos non habent. Gai. II. 111. 286. Qui testamento liberos habent. Ib. II. 286. Quo (sc. tempore) quis uxorem habet. Paul. II. 20. §. 1. cf. Gai. I. 63. sq. Incipere habere tutorem. — Reponere, quos habet, tutores. Ib. I. 115. 195. Si habeant praesentem dominum. fr. 10. de procur. 3. 3. Morans eo loco, habens in substantia plus minus tantum. Vatic. §. 166. Qui satis idonee habet, (pro magnitudine rei.) fr. 234. §. 1. de V. S. 50. 16. Qui (sc. filius) castrense habuit peculium. fr. 8. pr. de in ius voc. 2. 4. Non exigimus, ut habeant voluntatem, vel mandatum, sed ne contraria voluntas probetur. fr. 40. §. 4. de procur. 3. 3. Locum habere (ad etc.) fr. 6. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. (cf. v. Ad. §. 6.) — **§. 2. A.** *Continere, Complecti.* I. *Sy.* Conceptum esse in etc. Gai. IV. 106. III. *Cn.* Familiaritatem aliquam inter se habere, Ib. III. 145. Cum metus habeat in se ignorantiam. fr. 14. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Hanc adiectionem — non conditionem in se habere, sed admonitionem. fr. 6. §. 1. de tutel. 26. 1. Nullam obligationem (sc. esse,) quae non habeat in se conventionem. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Nullum habet in se delictum, quasi etc. fr. 1. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Quae (sc. noxae) publicam exercitionem — habent. fr. 200. de V. S. 50. 16. Tabulae habent diem et Cos. fr. 6. §. 6. de edend. 2. 13. Oratio, quae neque coniunctionem neque disiunctionem babet. fr. 28. §. 1. de V. S. 50. 16. Haec omnia habent disceptationem Praetoris. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. Dubitationem hab. fr. 25. pr. de minor. 4. 4. fr. 41. pr. de V. O. 45. 1. Plurimum facti habet (possessio.) fr. 19. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 3.** *Consequi, Obtinere.* I. *Sy.* Consequi, Nancisci. Gai. II. 126. Nancitor, Habeto. Frr. L. XII Tabb. V. 4. sq. III. *Cn.* Ne — petito (sc. magistratum,) neve capito, neve gerito, neve habeto. Tab. Heracl. lin. 21. sq. aer. Neap. [illegible] legis Thoriae. Alii usumfr. in iure cedere potest (sc. dominus,) ut ille usumfr. habeat, et ipse nudam proprietatem retineat. Gai. II. 30. Vt, quod adcrescendi iure habiturae essent (sc. feminae,) si suae fuissent, id ipsum etiam per B. Poss. habeant. Ib. II. 126. cf. fr. 19. de inoff. testam. 5. 2. Hereditas — dividitur, ita ut unus filius et plures nepotes singulos semisses habeant. Coll. LL. M. XVI. 6. Cf. fr. 2. de adsign. libert. 38. 4. Singuli partes habere debent. Gai. II. 223. Denunciare — his scilicet, totam habituris hereditatem, vel partem eius. fr. 1. §. 12. de inspic. ventre. 25. 4. Vt creditores haberent, a quo suum consequerentur. Gai. II. 55. Effectum non habere. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. — **§. 4.** *Exhibere, Exsequi, Celebrare.* III. *Cn.* Ex sententia, — pro alio habita, alium praegravari. fr. 21. de h. qu. not. infam. 3. 2. Pars actorum habitorum in consistorio, apud Imp. Th. C. XI. 39. c. 5. c. 8. de fide test. Vt ordo non aliter habeatur. fr. 3. de decur. ab ord. 50. 9. Non auctore Procuratore, — neque habitis hastis, neque omni ordine peracto, venditae res esse. c. 1. de fide et iure hast. 10. 3. cf. Th. C. X. 2. c. 1. sq. de dom. ad rem priv. Evidentissimis probationibus, in scriptis habitis, ostendere. fr. 25. §. 4. de probat. 22. 3. Testatio sine scriptis habita. fr. 4. de fide instr. 22. 4. Tractatu habito (societas coita,) fr. 32. pro soc. 17. 2. Diversae sententiae a legum prudentibus habitae. c. 11. de rem. pign. 8. 26. Habendi vel non habendi contractus (sc. libera potestas.) c. 5. de O. et A. 4. 10. Sine scriptis habita emtio. fr. 2. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Habita compensatione fructuum, solutoque quod reliquum deberetur. fr. 52. §. 1. de pact. 2. 14. Adfectionem habere (gerendi negotii.) fr. 19. §. 2. de N. G. 3. 5. Luctum hab. patris memoriae. fr. 25. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Desinere in usu haberi. Gai. II. 253. — **§. 5.** *Existimare, Censere, Iudicare.* I. *Sy.* Putari, Intelligi, Haberi. fr. 76. de iudic. 5. 1. fr. 162. pr. de V. S. 50. 16. Contineri (nomine.) fr. 8. de Senat. 1. 9. Dici, Accipi, Esse, Videri. fr. 5. sqq. fr. 10. fr. 12. §. 1. ib. 1. 9. cf. fr. 2. §§. 45. sq. de O. I. 1. 2. fr. 53. pr. §. 1. fr. 242. pr. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Vt maior iuris auctoritas haberetur, (constituit.) Imo magnae auctoritatis hoc ius habetur. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 36. de LL. 1. 3. Qui facultates suas suspectas habet. Gai. II. 154. Qui tanti habuit, re carere, ne etc. fr. 4. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Praetor B. Prem heredis loco in omni causa habet. fr. 117. de R. I. 50. 17. Haberi vice (absentis.) fr. 15. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Hab. loco (infamium, v. domini etc.) fr. 21. de h. qu. not. infam. 3. 2. Gai. IV. 97. Vlp. XXV. 14. Hab. inter, v. in numero. Coll. LL. M. XV. 2. Gai. I. 120. Sic habendum, quasi etc. fr. 37. de d. m. 4. 3. cf. fr. 7. pr de Senat. 1. 9. fr. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Proinde, s. Perinde, haberi ac si etc. Gai. III. 73. 218. Vlp. I. 12. XVI. 3. — **§. 6.** *Oportere, Compelli.* I. *Sy.* Habere redimendos. Compelli debere redimere. fr. 55. §. 2. de manum. testam. 40. 4. III. *Cn.* Qui, si reddere id cogatur, laribus — carendum habeat. fr. 38. de R. V. 6.

1. Neque laborare habet, ut se repraesentet. fr. 15. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. In eum locum perducti, in quo operari habent [al. debent.] fr. 10. §. 1. de poen. 48. 19. Ad dotis quantitatem, neque amplius, (neque) habebit mandare actiones. fr. 43. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 3. §. 1. de censib. 50. 15.

Habilis. (Adiect.) *Aptus, Conveniens.* I. **Sy.** Idoneus. fr. 2. §§. 34. 36. ad S. C. Tert. 38. 17. Th. C. XII. 1. c. 32. c. 35. de decurion. III. **Cn.** Quae rudia sunt, (sc. mancipia,) simpliciora esse, et ad ministeria aptiora, et dociliora, et ad omne ministerium habilia. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Servos donare, ut manumittat, et habiles ad militiam libertos habeat. fr. 6. de castr. pec. 49. 17. Si indignos, i. e. minus habiles, ad tutelam petierit. fr. 2. §. 34. ad S. C. Tert. 38. 17. Si quis cloacam in viam publicam immitteret, exque ea re minus habilis via per cloacam fiat. fr. 2. §. 26. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Habiliter. (Advb.) *Commode.* III. **Cn.** Si, ut habiliter gemmae geri possint, inclusae auro fuerint. fr. 20. de auro arg. 34. 2.

Habitaculum. *Habitatio.* I. **Sy.** Aedes, Domus. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. pr. §§. 1. sq. III. **Cn.** Domus et habitacula. Th. C. XVI. 5. c. 3. de haeretic. Qui per quaslibet aedes habitaculi causa recepti fuerint. Ib. VII. 9. c. 4. de salgam.

Habitare. §. **1.** *Colere, Incolere.* III. **Cn.** Plato cum institueret, quemadmodum civitas bene beate habitari possit. fr. 2. de nundin. 50. 11. — §. **2.** *Domicilio uti.* I. **Sy.** Inhabitare. fr. 32. de usufr. 7. 1. II. **Op.** Hospitio recipi. Hospitari. fr. 6. §. 3. naut. caup. 4. 9. fr. 1. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3. III. **Cn.** Quae loca servis publicis ab Censore habitandi, utendi causa adtributa sunt. Tab. Heracl. lin. 8. aer. Neap. Curare debet, ut — et colono frui, et inquilino habitare liceat. fr. 25. §. 1. locat. 19. 2. Fructus percipere, aut locando, aut ipse percipiendo, habitandoque. fr. 11. §. 1. de pignor. 20. 1. cf. fr. 60. pr. locat. 19. 2. Habitare, aedificiumque habere (in sepulchro.) fr. 3. §. 6. cf. §. 11. de sepulc. viol. 47. 12. Habitare, — vel in suo, vel in conducto, vel gratuito. fr. 1. §. 9. de h. qu. deiec. 9. 3. Habitandi causa (ususfr., v. usus, domus relictus.) fr. 10. §. 2. de usu et habit. 7. 8. Ad habitandum (commodum, v. utile, sc. aedificium.) fr. 60. pr. locat. 19. 2. fr. 183. de V. S. 50. 16.

Habitatio. §. **1.** *Domicilium.* I. **Sy.** Sedes. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. III. **Cn.** Larem habitationemque, vel sedes certas, in provincia atque oppido collocare. Ib. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senat. et de gleb. — §. **2.** *Aedificium, in quo habitatur.* I. **Sy.** Domus, Aedificium, Aedes. Cf. v. Domus. §. 2. fr. 25. §. 1. locat. 19. 2. fr. 20. §. 2. de instr. leg. 33. 7. III. **Cn.** Positum, sive in habitationis, vel coenaculi, sive etiam in horrei, vel cuius alterius aedificii. fr. 5. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3. Qui fundum fruendum, vel habitationem alicui locavit. fr. 25. §. 1. locat. 19. 2. In urbanis habitationibus locandis etc. fr. 4. pr. de pact. 2. 14. cf. fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. Si cui balnei ususfr. legatus sit, et testator habitationem hoc fecerit. fr. 12. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4. — §. **2.** *Ius habitandi.* III. **Cn.** Sive habitatio, sive vestiarium, sive de praediis alimentum legabitur. fr. 8. §. 1. cf. §§. 12. sqq. de transact. 2. 15. Si habitatio legetur, an perinde sit atque si usus? fr. 10. pr. §§. 2. sq. de usu et habit. 7. 8. Apud quos deposuerimus, aut quibus commodaverimus, aut quibus gratuitam habitationem constituerimus. Gai. IV. 153. Hospites, et qui gratuitam habitationem accipiunt. fr. 15. §. 1. de precar. 43. 26. Si habitatoribus habitatio lege venditionis recepta est. fr. 53. §. 2. cf. fr. 13. §. 30. fr. 21. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Habitationis exceptio. Cf. v. Exceptio. §. 3.

Habitator. §. **1.** *Incola.* I. **Sy.** Populi provinciarum. Habitatores. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. III. **Cn.** Nicensium civitas, seu habitatores eius. c. 6. de div. praed. urb. 11. 69. Neque possessores, neque habitatores eiusdem civitatis. Primates, seu habitatores. Iul. ep. nov. c. 124. §. 556. — §. **2.** *Inquilinus, vel colonus.* I. **Sy.** Qui habitat, s. inhabitat. Habitans. fr. 10. de S. P. V. 8. 2. fr. 1. pr. §§. 4. 8. fr 6. §. 2. de h. qu. deiec. 9. 3. fr. 9. pr. de donat. 39. 5. Inquilinus. fr. 28. fr. 37. fr. 43. §. 1. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Quanti dominus praediorum locasset, quod eius temporis habitatores habitare non potuissent. fr. 30. pr. cf. fr. 27. locat. 19. 2. fr. 53. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Vagus et infidus habitator. Nov. Val. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. §. 1.

Habitudo. *Habitus.* I. **Sy.** Habitus (corporis.) Pr. I. Qu. mod. tut. fin. 1. 22. III. **Cn.** Imbecillitas valetudinis, aut habitudo corporis, aut mediocritas proceritatis. Th. C. VII. 1. c. 5. de R. M.

Habitus. (Subst.) §. **1.** *Conditio, Indoles.* III. **Cn.** Hominis eius status et habitus. fr. 7. §. 11. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Morbum — esse habitum cuiusque corporis contra naturam. fr. 1. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. Donec in eodem habitu matrimonii permanent. fr. 8. de cond. caus. dat. 12. 4. Fundus qualiter se habens, cum in suo habitu possessus est. fr. 12. Quemadm. servit. 8. 6. — §. **2.** *Species externa, Facies.* I. **Sy.** Habitudo. Cf. h. v. Forma, Expressio. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solid. circ. III. **Cn.** Qui habitum philosophiae indebite et insolenter usurpare cognoscitur. Th. C. XIII. 3. c. 7. de medic. et prof. Qui habitu corporis pubertatem ostendit. Gai. I. 196. Vlp. XI. 28. — §. **3.** *Cultus, Indumentum, corporis.* I. **Sy.** Vestimenta, Vestis, Indumenta. fr. 15. §. 15. de iniur. 47. 10. Th. C. XIV. 10. c. 1. pr. §. 1. c. 4. de habitu quo uti op. III. **Cn.** Si non matronali habitu femina fuerit. fr. 15. §. 15. 1. 47. 10. Si barbaro habitu processeris. Paul. III. 4. B. §. 2. Cum esses in sacerdotio, et dignitatis habitum et ornamenta praeferres. c. 4. de iniur. 9. 35. Cuiuscunque religiosi consortii, vel habitus, constitutus. Iul. ep. nov. c. 115. §. 439. cf. §§. 481. 494. Habitum sibi vindicare militarem. Th. C. l. l. c. 1. pr.

Hactenus. (Advb.) *Eo usque, In tantum.* I. **Sy.** Eatenus, Eo. Cf. v. Eatenus, v. Eo. §. 6. Ne ultra. Non amplius. fr. 1. §. 17. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Et puto non admitti (substitutionem,) nisi forte ad quartam solam, — et hactenus ut etc. fr. 22. §. 1. de adopt. 1. 7. Et hactenus erit audiendus, si dicat etc. fr. 25. de procur. 3. 3. Hact. lege XII Tabb.

finitae sunt (intestatorum hereditates.) Gai. III. 18. Satis est, hact. (quasi per indicem tetigisse.) Ib. III. 54. Hact., — quod etc. fr. 34. §. 2. de usufr. 7. 1. Hact., ut etc. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. fr. 11. de usu et habit. 7. 8. fr. 3. §. 5. de in rem vers. 15. 3. Hact. — quatenus etc. fr. 8. §. 5. si servit. vind. 8. 5. fr. 3. Qu. iussu. 15. 4. fr. 1. pr. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Dumtaxat.* I. **Sy.** Ita (scribere, v. adscribere.) fr. 61. pr. §§. 1. sq. de manum. testam. 40. 4. c. 1. de dot. promiss. 5. 11.

Hadrianus. **§. 1.** *Nomen Imperatoris R., qui Traianum regnantem excepit.* III. **Cn.** Imp. Caes., Traiani Parthici filius, D. Nervae nepos, Hadrianus A. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Idque a D. Nerva introductum, postea a Senatu auctore Hadriano diligentius constitutum est. Vlp. XXIV. 28. D. Hadr. Praesidibus (Galliarum) scripsit. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. — **§. 2.** *Nomen, Antonino Pio adtributum.* I. **Sy.** D. Pius. D. Hadrianus. Coll. LL. M. XI. 6. sq.

Haedus. Cf. v. Hoedus.

Haemimons, s. Haemus mons. *Regio Thraciae.* III. **Cn.** Cum adpellatio interposita fuerit per Bithyniam, Lydiam, Hellespontum, — Europam, ac Rhodopen, et Haemum montem. Th. C. I. 6. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Vr. (Iust. C. c. 23. de app. et consult. 7. 62.)

Haerere. **§. 1.** *Cohaerere, Inhaerere, Inesse.* III. **Cn.** In laqueum — aper incidit; cum eo haereret, exemtum eum abstuli. fr. 55. de A. R. D. 41. 1. Si longiore tempore fundo meo haeserit (sc. pars ex tuo praedio.) fr. 7 §. 2. ib. 41. 1. Si eius — contubernio haesisti. c. 24. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Omnibus titulis hic („pro possessore") haeret, et quasi iniunctus est. fr. 13. §. 1. de hered. pet. 5. 3. — **§. 2.** *Implicari, Obligari, Teneri.* I. **Sy.** Innecti. Th. C. XIII. 5. c. 16. §. 1. de navicul. III. **Cn.** Causari quid non poterit, ne conditio deficiat, et haereat actionibus. fr. 13. pr. ad S. Treb. 36. 1. Reversus continuo haeret tutelis ante susceptis, etiam intra annum. fr. 45. §. 1. de excusatt. 27. 1.

Haeresis. **§. 1.** *Dogma, praeceptis catholicae Christianorum fidei contrarium.* I. **Sy.** Superstitio perversa. Opinio damnata. Sacrilegum dogma. Th. C. XVI. 5. c. 5. c. 8. de haeret. II. **Op.** Catholica disciplina. Ib. l. l. c. 9. pr. III. **Cn.** Omnes haereses, omnesque perfidias, omnia schismata, superstitionesque gentilium (insectamur.) Ib. l. l. c. 63. Quae (sc. secta) ne haeresis vocaretur, adpellationem schismatis praeferebat. Ib. XVI. 6. c. 4. pr. Ne S. bapt Apollinarii, caeterique diversarum haeresum sectatores. Ib. XVI. 5. c. 14. — **§. 2.** *Professio, Praestatio, ad certum collegium spectans.* I. **Sy.** Functio (navalis, s. navicularia.) Ib. XIII. 6. c. 9. sq. de praed. navicular. Cf. fr. 6. §. 2. de excusatt. 27. 1.

Haereticus. *Addictus haeresi, vel ad illam spectans.* II. **Op.** Catholicae legis observator. Orthodoxus. Ib. XVI. 5. c. 1. c. 62. pr. de haeret. Iul. ep. nov. c. 41. §. 172. III. **Cn.** Haeretici atque schismatici. Haeretici, et diversi dogmatis sectatores. Th. C. l. l. c. 1. c. 47. Haereticae superstitionis turba. Ib. l. l. c. 10.

Haesitare. *Cunctari, Dubitare.* II. **Op.** Haesitatur. — Expeditum intellectum habet. fr. 91. §. 3. cf. fr. 15. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Sed de hoc potest haesitari, quoniam etc. fr. 22. §. 9. de L. Corn. de fals. 48. 10. Super quo haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam. Th. C. XI. 29. c. 2. de relat.

Haesitatio. *Dubitatio.* III. **Cn.** Habebit haesitationem, numquid etc. fr. 5. §. 1. si pars hered. 5. 4. Incurrebat haesitatio. — Sed denegari non potest etc. fr. 42. pr. de m. c. don. 39. 6.

Hama. *Ferramentum aduncum, coërcendis incendiis idoneum.* III. **Cn.** Acetum, quod exstinguendi incendii causa paratur, item centones, siphones, perticae quoque et scalae, — et hamae, et scopae. fr. 12. §. 18. cf. §. 21. de instr. leg. 33. 7. fr. 3. §. 3. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Haman. Cf. v. Aman.

Hamus. *Vncus, quo pisces capiuntur.* III. **Cn.** Instrumento piscatoris legato, — hami quoque, et caetera eiusmodi usibus destinata, debentur. Paul. III. 6. §. 66.

Hariolus. *Futurorum divinator.* III. **Cn.** Nemo haruspicem consulat, aut mathematicum, nemo hariolum. Th. C. IX. 16. c. 4. cf. c. 6. de malefic. Qui — mathematicos, hariolos, haruspices, vaticinatores consulit. Paul. V. 21. §. 3. Cf. Coll. LL. M. XV. 2.

Harpago. *Telum aduncum (ad disiiciendos muros, vel extrahendas res.)* III. **Cn.** Canales, et harpagones, et hamas (instrumento contineri.) fr. 12. §. 21. de instr. leg. 33. 7.

Haruspex. *Qui ex victimarum intestinis futura vaticinatur.* III. **Cn.** Haruspices, et sacerdotes. Th. C. IX. 16. c. 2. cf. c. 1. de malefic. Haruspex, mathematicus, hariolus. Cf. v. Hariolus. Quid portendat, ab haruspicibus requiratur. Th. C. XVI. 10. c. 1. pr. de pagan.

Haruspicina. *Haruspicum ars et professio.* III. **Cn.** Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. Ib. IX. 16. c. 9. de malefic.

Hasta. **§. 1.** *Quodcunque fertur vel movetur, in altum prominens.* III. **Cn.** Eundi agendique ius, et trahendi quoque, et rectam hastam ferendi, [al. referendi, s. deferendi.] fr. 7. pr. de S. P. R. 8. 3. — **§. 2.** *Missilium telorum genus.* III. **Cn.** Si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo etc. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5. Gladii, hastae, frameae. fr. 3. §. 2. de vi et vi arm. 43. 16. — **§. 3.** *Insigne iudicii, vel auctionis publicae.* III. **Cn.** Festuca utebantur, quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii. — Vnde in C.viralibus iudiciis hasta praeponitur. Gai. IV. 16. Magistratus, qui hastae praeesset. fr. 2. §. 29. de O. I. 1. 2. Instituant auctionem, hastis habitis ex licitatione currente. Th. C. X. 2. c. 1. de dom. ad rem priv. cf. X. 16. c. 1. de fisci debit. X. 17. c. 2. de fide et iure hast. Quibus res huiusmodi sub hastae solemnis arbitrio fiscus addixerit. Ib. l. l. X. 17. c. 1. Fiscalis hastae fides.

c. 8. de remiss. pign. 8. 26. In fiscalibus auctionibus, vel hastis (statuta tempora.) c. 4. de fide et iure hast. 10. 3.

Hastile. *Lignum hastae.* III. **Cn.** Furtum non facies, — extraque hastam, hastile, ligna, napum, pabulum, — si quid ibi inveneris etc. Fr. L. Cincii. I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4.

Haurire. **§. 1.** *Ex profundo depromere, vel educere.* III. **Cn.** Aquam per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda. fr. 2. comm. praed. 8. 4. Servitutes aquae ducendae et hauriendae. fr. 1. §. 1. de fonte. 43. 22. Paul. I. 17. §. 2. Ius hauriendi et adeundi. fr. 3. §. 3. de S. P. R. 8. 3. — **§. 2.** *Colligere.* III. **Cn.** Si unus servus tuus hausisset et abstulisset, alter hauriendo deprehensus esset. fr. 35. §. 1. de furt. 47. 2.

Haustus. (Subst.) **§. 1.** *Factum hauriendi, vel recipiendi.* III. **Cn.** Qui aurae communis haustu et lucis adspectu diu privati sunt. Th. C. IX. 40. c. 22. de poen. — **§. 2.** *Ius hauriendi (aquam alterius, v. publicam.)* I. **Sy.** Aquaehaustus. Cf. h. v. Ius hauriendi, Ius aquae hauriendae. fr. 10. de S. P. V. 8. 2. fr. 3. §. 3. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. §. 1. de fonte. 43. 22. III. **Cn.** Si ex flumine publico perenni haustu velim uti. fr. 17. §. 4. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Aquaeductus et haustus aquae. fr. 2. §§. 1. sq. de S. P. R. 8. 3. Haustus aquae et pecoris ad aquam adpulsus. fr. 14. §. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. Servitus haustus. fr. 1. §. 6. de aqua quot. 43. 20.

Hebetare. *Enervare.* III. **Cn.** Si quis sacrilega vitem falce succiderit, aut feracium ramorum fetus hebetaverit. Th. C. XIII. 11. c. 1. de censitor.

Hedera. *Planta virens, arboribus et parietibus adhaerens.* III. **Cn.** Hederae quoque et arundines (arbores non male dicentur.) fr. 3. §. 1. arbor. furt. caes. 47. 7.

Helena. *Cognomen filiae Constantini Imp.* III. **Cn.** Propter Crispi atque Helenae partum, (omnibus indulgemus.) Th. C. IX. 38. c. 1. de indulg. crim.

Helenopontus, s. **Hellenopontus.** *Pars certa Ponti, provincia imperii R.* III. **Cn.** Duorum Pontorum unus sit Praeses, — et nominetur provincia Helenopontus. Iul. ep. nov. c. 27. §§. 98. sqq. Moderator Helenoponti et Ponti Polemoniaci. Ib. c. 25. § 96. c. 120. §. 525. Cf. Iust. C. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. c. 10. de agricol. et cens. 11. 47.

Heliocaminus. *Locus concameratus, soli expositus.* III. **Cn.** Sin vero heliocamino, vel solario, (sc. id, quod ponitur, solem auferat,) — quia umbram facit in loco, cui sol fuit necessarius etc. fr. 18. pr. de S. P. V. 8. 2.

Heliopolitanus. (Adiect.) *Ad Heliopolin spectans, Aegypti civitatem.* III. **Cn.** Heliopolitana (sc. colonia,) quae a D. Severo — Italicae coloniae remp. accepit. fr. 1. §. 2. de censib. 50. 15. Resp. Heliopolitanorum. c. 3. Qu. potior. 8. 18.

Hellenopontus. cf. v. Helenopontus.

Hellespontus. *Regio Asiae citra Propontidem.* III. **Cn.** Consularis Hellesponti. Th. C. I. 12. c. 5. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Per Bithyniam, Lydiam, Hellespontum, insulas etiam etc. Ib. I. 6. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Vr.

Heracleanus. (Adiect.) *Ad Heracleam spectans.* III. **Cn.** Cum — per Heracleanam [al. Heracletantem, v. Heracleotanam] civitatem transitum faceremus. Nov. Th. II. de loc. reip. I. 23. c. 1. pr.

Herba. *Germen terrae viride ac tenerum.* III. **Cn.** Si adhuc adeo tenerum sit, ut herbae loco sit, (non debere arboris numero haberi.) fr. 4. arbor. furt. caes. 47. 7. Frumenta, quae in herbis erant, (cum vendidisses.) fr. 78. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Si raucis aut herbis segetes corruptae sint. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. Sunt sagmina quaedam herbae, quas legati P. R. ferre solent. fr. 8. §. 1. de R. D. 1. 8.

Herbula. *Planta minutior.* III. **Cn.** Lignorum adpellatione in quibusdam regionibus — et herbulae quaedam, vel spinae, vel vepres continebuntur. fr. 55. §. 5. de legat. III. (32.)

Herciscere. Cf. v. Erciscere.

Hercules. *Heros Thebanus, cuius cultus celeberrimus fuit apud Graecos et Romanos.* III. **Cn.** Deos heredes instituere, — Martem in Gallia, Minervam Iliensem, Herculem Gaditanum etc. Vlp. XXII. 6.

Herculeus. (Adiect.) *Ab Hercule cognominatus.* III. **Cn.** Ad curiarum honorarium patronatum, aut ad societatem consortiumque Laurentum, aut ad decuriae Herculeae suffragium (adspirare.) Th. C. VIII. 5. c. 46. de cursu pub.

Hereditarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad ius succedendi mortis causa, vel ad personam heredis, spectans.* I. **Sy.** Quae quis sibi, haeredibusque suis, constituit. Hereditaria, (sc. sepulchra.) fr. 5. de religios. 11. 7. Quod citra nomen et ius heredis accipere non poterat. Hereditarium. fr. 20. §§. 1. sqq. de A. v. O. H. 29. 2. II. **Op.** Viriles, — Hereditariae (partes.) fr. 59. §. 3. de hered. inst. 28. 5. fr. 32. de vulg. et pup. 28. 6. Suo, s. Proprio, — Hereditario (iure, v. nomine.) fr. 73. de eviction. 21. 2. fr. 14. pr. fr. 15. §. 3. fr. 87. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. fr. 93. pr. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Feminae hereditario iure succedentes. Th. C. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. — **§. 2.** *Ad universitatem bonorum defuncti pertinens.* I. **Sy.** Testatoris, s. Defuncti, (debitores, v. bona etc.) Gai. II. 35. 154. sq. 163. Vlp. XIX. 14. Hereditatis, v. Quae in hereditate sunt, Hereditaria (commoda etc.) Gai. II. 226. 254. sq. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. fr. 21. §. 1. de N. G. 3. 5. II. **Op.** Principale, — Hereditarium (iuramentum.) c. 12. pr. de R. C. 4. 1. III. **Cn.** Si heres rem defuncto commodatam, — existimans eam esse hereditariam, vendiderit etc. Gai II. 50. cf. 52. Non tantum hereditaria corpora, sed et quae non sunt hereditaria, quorum tamen periculum ad heredem pertinet. fr. 19. pr. de hered. pet. 5. 3. Cum debitoribus hereditariis, aut qui res hereditarias occupaverint, consistere. fr. 49. ib. 5. 3. Debita pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt. Gai. II. 35. Rebus hereditariis tamquam heres (v. tamquam dominus) uti. Id. II. 166. Vlp. XXII. 26. Paul. IV. 8. §. 25. Qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit, et qui servis hereditariis

— utitur. Paul. l. l. Hereditariam obligationem suscipere. fr. 17. Qu. met. c. 4. 2. fr. 50. de fideiuss. 46. 1. Omnes hereditarias actiones (in hereditatis petitionem venire.) fr. 20. §. 4. de hered. pet. 5. 3. Aes alienum hereditarium (exsolvere etc.) Gai. III. 84. fr. 20. §. 2. l. l. 5. 3. Si debuerim et mihi et caeteris hereditariis creditoribus solvere. fr. 13. fr. 45. §. 2. de N. G. 3. 5. Molestiis hereditariis implicari. fr. 4. §. 11. de d. m. exc. 44. 4. Exposito hereditario metu etc. fr. 45. ad S. C. Treb. 36. 1.

Hereditas. **§. 1.** *Ius succedendi mortis causa in universitatem bonorum.* I. ***Sy.*** Ius successionis. Successio in universum ius, quod defunctus habuit. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 24. fr. 208. de V. S. 50. 16. Bonorum possessio. fr. 138. ib. 50. 16. III. ***Cn.*** Simile est atque in hereditate, vel legato, vel quod ab aliis donatum — traditur. fr. 63. §. 1. de A. R. D. 41. 1. cf. Gai. II. 182. Hereditatis, legatorumve nomine capere. Ib. I. 24. cf. II. 110. sq. 226. 275. III. 24. Vlp. XVI. 4. XXII. 3. 8. Ad quos intestatarum mortuarum hereditates pertinent. Qui per legem ad hereditatem vocatus est. Ad quos adgnationis iure hereditates redeunt. Gai. I. 192. II. 35. sq. III. 14. Vlp. XIX. 13. sq. Qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur. Paul. III. 4 A. §. 8. Gai. I. 165. fr. 7. pr. de cap. minut. 4. 5. Fideicommisso relicta hereditas. Gai. II. 274. Sive ex testamento, sive ab intestato, sive ex lege XII Tabb., sive ex aliqua lege, deferatur hereditas. fr. 2. pr. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 130. de V. S. 50. 16. Vocari ad, — Repudiare, Omittere (hereditatem.) Gai. III. 7. 26. Paul. IV. 8. §. 1. fr. 6. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Ius succedendi in universa defuncti bona, ex civili dumtaxat iure.* II. ***Op.*** Bonorum possessio. — Hereditas (iure civili.) Gai. III. 34. fr. 119. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Ad quem lege hereditas, bonorumve possessio cum re pertinet. Vlp. XXVI. 8. Neque iure civili testamentum valere, — neque iure praetorio, — ut neque hereditas adiri, neque B. P. dari possit. fr. 14. de testib. 22. 5. cf. Paul. III. 5. §. 1. fr. 9. §§. 3. sq. de auctor. et cons. 26. 8. §. 1. I. de auctor. tut. 1. 21. **§. 3.** *Vniversitas rerum hereditariarum.* I. ***Sy.*** Bona. Gai. III. 14. fr. 8. §. 5. fr. 9. de legat. II. (31.) fr. 3. pr. §. 1. de B. P. 37. 1. III. ***Cn.*** Servus hereditarius et heredi futuro, et hereditati recte stipulatur. fr. 35. de stipul. serv. 45. 3. Hereditas personae vice fungitur, sicut municipium etc. fr. 22. de fideiuss. 46. 1. cf. fr. 15. pr. fr. 22. de usurp. 41. 3. Qui semel constituit, ad se hereditatem pertinere, ac se rebus eius immiscuit. Paul. III. 4. B. §. 11. Cum creta fuerit, vel adita, hereditas. Th. C. II. 16. c. 2. §. 4. de integri rest. cf. Gai. III. 212. Vlp. XXII. 28. Res, quae in hereditate continentur. Corpora eius hereditatis. fr. 1. §. 1. de D. R. 1. 8. Gai. II. 35. Vlp. XIX. 14. Qui sine causa totam hereditatem pro possessore possidet. Gai. IV. 114. Petere, Vindicare hereditatem. Gai. II. 57. 120. IV. 133. Paul. IV. 5. §. 4. fr. 27. §. 8. de pact. 2. 14. Avocare, Evincere hereditatem. Gai. II. 148. III. 35. sqq. Vlp. XXVIII. 13. Rogavit restituere hereditatem; — cum nollet adire, ut suspectam, coactus iussu Praetoris adiit et restituit. fr. 59. pr. cf. fr. 3. pr. §§. 1. sqq. fr. 27. §. 10. ad S. C. Treb. 36. 1. Partam quartam — hereditatis retinebis, dimidiam et quartam ex fideicommisso restitues. fr. 27. §. 10. l. 36. 1. cf. Gai. II. 257. Paul. IV. 2. §. 1. Exhausta legatis, aut fideicommissis, — hereditas. Paul. III. 8. §. 1. Locuples, s. Opulenta, — Suspecta, Damnosa (hereditas.) Gai. I. 192. fr. 1. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 9. §. 3. de auct. et cons. 26. 8. fr. 119. de V. S. 50. 16. Ex cuius persona hereditas caduca facta est. Vlp. XVII. 3. Communem hereditatem inter se dividere. fr. 35. de pact. 2. 14. fr. 9. Qu. cui. univ. nom. 3. 4.

Heredium. *Praedium hereditarium.* III. ***Cn.*** Hortus. — Heredium. — Tugurium. Fr. L. XII Tabb. VII. 3.

Heres. **§. 1.** *Qui per universitatem in bona defuncti succedit.* I. ***Sy.*** Successor, (qui in universum ius, v. qui in alterius locum, succedit.) fr. 14. §. 2. Qu met. c. 4. 2. fr. 19. §. 5. de Aedil. edict. 21 1. fr. 1. pr. de succ. edict. 38. 9. fr. 170. de V. S. 50. 16. fr. 42. fr. 157. §. 2. de R. I. 50. 17. III. ***Cn.*** Si quid quasi non heres egit, sed quasi alio iure dominus. fr. 20. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Heredi et in heredem dari, caeterosque successores, et ad quos ea res pertinet, et in eos. fr. 3. §. 9. de contrar. tut. 27. 4. cf. fr. 1. §. 15. Qu. legator. 43. 3. Heredes, et hi qui successorum loco habentur. fr. 14. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Heres, vel qualiscunque successor. fr. 1. §. 43. de aqua quot. 43. 20. cf. fr. 21. §. 2. de pecul. 15. 1. Heres, similesque personae. fr. 3. §. 5. si mensor. 11. 6. fr. 1. §§. 17. 23. de tut. et rat. 27. 3. fr. 1. §. 8. ne vis fiat. 43. 4. Heres, vel caeteri. fr. 27. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Quae (sc. sepulchra) quis sibi heredibusque suis constituit. fr. 5. de relig. 11. 7. Stipulatio: „Mihi, heredique meo: Te, heredemque tuum.“ fr. 29. de V. S. 50. 16. Neque ipsi, — neque heredi eius, (praedium auferri.) Gai. III. 145. Patri, v. Domino, et heredi eius, (prodesse.) fr. 19. §. 1. fr. 21. pr. de pact. 2. 14. Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem. fr. 6. de R. I. 50. 17. Heres permanet, et ob id creditoribus tenebitur. Gai. II. 35. III. 85. Vlp. XIX. 14. Pleno iure heres. Gai. III. 85. Ex asse, s. Pro solido, heres. fr. 31. pr. de procur. 3. 3. fr. 141. §. 1. de R. I. 50. 17. Qui vel ius pro herede, vel pro possessore possidet, vel rem hereditariam. fr. 9. fr. 11. pr. de hered. pet. 5. 3. cf. fr. 1. pr. Quor. bon. 43. 2. Pro herede possidere, v. usucapere. Gai. II. 52. 58. III. 201. IV. 144. fr. 3. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 3.** *Qui civili dumtaxat iure in universa defuncti bona succedit.* II. ***Op.*** Bonorum possessor. Gai. III. 78. fr. 20. §. 13. de hered. pet. 5. 3. fr. 14. §. 17. de relig. 11. 7. Honorarii successores. fr. 10. ad S. C. Vell. 16. 1. fr. 13. §. 11. de acceptil. 46. 4. III. ***Cn.*** Si cui heredes facti sumus, sive cuius B. Pnem petierimus, sive cuius bona emerimus, sive quem adrogaverimus etc. Gai. II. 98. Adversus heredem, bonorumve possessorem, caeterosque successores. fr. 14. §. 17. de relig. 11. 7. Possessor bonorum, caeterique qui heredis loco sunt. Gai. IV. 111. 172. cf. III. 32. Vlp.

XXVIII. 12. fr. 1. de poss. hered. pet. 5. 5. fr. 2. de B. P. 37. 1. Iure civili heres. Gai. III. 36. Sua heres. fr. 9. de dot. collat. 37. 7. Cf. v. Suus. — **§. 3.** *Qui testamento scriptus est heres.* II. **Op.** Heredi, — Extraneo, (legari posse.) Gai. II. 222. sq. Sive heres sit, sive is cui hereditas restituta est. fr. 6. de I. I. R. 4. 1. Fideicommissarius. Cf. h. v. (Subst.) III. **Cn.** Qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum, legatariorum, fideicommissariorum, aut libertatum, non profert. Paul. IV. 7. §. 3. Et heredes instituendi, et legata et libertates dandi, tutelas quoque constituendi (potestas.) fr. 120. de V. S. 50. 16. Gai. I. 40. Non relinquendi heredem nomine principali, non fideicommissario, non legatario (licentia.) Th. C. XVI. 5. c. 17. de haeret. Testamentum, in quo nemo recto iure heres instituitur. Gai. II. 248. Olim familiae emtor heredis locum obtinebat. Ib. II. 103. Irritum fit testamentum, veluti si iure facto testamento nemo exstiterit heres. Vlp. XXIII. 4. cf. I. 14. Gai. III. 11. 13. Sive legatum acceperit, sive heres institutus sit, vel ab intestato successerit. Paul. IV. 1. §. 4. Testamento liber et heres relictus (sc. servus.) Gai. I. 21. cf. Vlp. I. 14. Testamento scriptis heredibus decedere. fr. 25. pr. de adopt. 1. 7. Nuncupare, s. Pronunciare, heredes (primos, v. secundos.) fr. 25. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Non tantum proximus heres, sed etiam scriptus. fr. 227. §. 1. de V. S. 50. 16. Coniunctim scripti heredes. fr. 142. l. 1. 50. 16. — **§. 4.** *Coheres.* I. **Sy.** Coheres. Gai. II. 243. III. **Cn.** Sive unus ex heredibus sit, sive extraneus. Ib. II. 222. Si iudex uni ex heredibus, aut sociis, aut vicinis, rem aliquam adiudicaverit. Vlp. XIX. 16. Iudicium familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda — accipi solet. Gai. II. 219. cf. fr. 42. §. 6. de procur. 3. 3. Si uni coheredi plures heredes exsistant. fr. 42. §. 6. l. — **§. 5.** *Is, a quo legatum relictum, vel cuius fidei commissum est.* II. **Op.** Legatarius. Gai. II. 214. sqq. 251. sqq. Is, qui fideicommissam recepit hereditatem, s. Is, cui hereditas ex Trebelliano S. C. restituta est. fr. 17. de transact. 2. 15. fr. 42. §. 3. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare, nec quidquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis. Gai. II. 224. sqq. Quod coërcendi heredis causa relinquitur. Ib. II. 235. 243. Vlp. XXIV. 17. Heredem nostrum obligatum relinquimus de fideicommisso restituendo. Gai. II. 277.

Heri. (Advb.) *Hesterno die.* II. **Op.** Hodie. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10.

Herilis. (Adiect.) *Ad herum spectans.* I. **Sy.** Domini (iussio.) c. 3. Per qu. pers. nob. adqu. 4. 27. III. **Cn.** Si herilem lectulum ancilla adscenderit. Th. C. IV. 8. c. 3. de liberali c. Servus, — herili testamento cognito etc. c. 7. de cond. insert. 6. 46.

Hermaphroditus. *Androgynus.* III. **Cn.** Herm. an ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis ostendit. fr. 15. §. 1. de testib. 22. 5. cf. fr. 10. de statu hom. 1. 5. Herm. — si in eo virilia praevalebunt etc. fr. 6. §. 2. de lib. et posth. 28. 2.

Hermodorus. *Ephesius nobilis, qui temporibus Xvirorum legib. scrib. Romae vixit.* III. **Cn.** Leges XII Tabb., quarum ferendarum auctorem fuisse Xviris Hermodorum quemdam Ephesium, exsulantem in Italia, quidam retulerunt. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2.

Hermogenes. Cf. v. Hermogenianus. §. 1.

Hermogenianus. **§. 1.** *Ab Hermogene cognominatus.* I. **Sy.** Hermogenis, Hermogeniani (equi.) Th. C. X. 6. c. 1. de grege dom. XV. 10. c. 1. de equ. curul. — **§. 1. A.** *Adsecla Hermogenis haeretici.* III. **Cn.** Ariani et Macedoniani, — Batrachitae, Hermogeniani etc. c. 5. de haeretic. 1. 5. — **§. 2.** *Ad Hermogenianum I.Ctum spectans.* III. **Cn.** Codex Gregorianus atque Hermogenianus. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. Corpus Hermogeniani. Consult. vet. I.Cti. c. 4. c. 6. c. 9. Constitutio, s. Lex, Hermogeniani. L. Rom. Burg. 14. [al. 15.] 23. 37.

Hero. Cf. v. Ero.

Herus. *Dominus (servi.)* I. **Sy.** Dominus. fr. 11. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2.

Heurematica. Cf. v. Eurematica.

Hibernacula. *Loca, in quibus milites per hiemem habitant.* III. **Cn.** In hibernacula milites deducere. Plebisc. de Thermens. II. 5.

Hibernus. *Ad hiemem spectans.* I. **Sy.** Hieme. Hiberno tempore. fr. 1. §§. 2. sq. de aqua quot. 43. 20. II. **Op.** Aestivum, — Hibernum (tempus.) fr. 1. §. 3. ib. 43. 20. Aestivus, — Hibernus (saltus.) fr. 67. de legat. III. (32.)

Hic. (Advb.) **§. 1.** *Hoc loco.* III. **Cn.** Vtrubique (posse conveniri,) et hic, et ibi. fr. 19. §. 4. de iudic. 5. 1. Non similiter hic edicitur, ut etc. fr. 9. de iurisd. 2. 1. Hic loqui constat. fr. 195. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *In hac re, v. specie.* III. **Cn.** Sed hic quidam modus servandus est. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. Et magis est, ut et hic causa cognita dari debeat (sc. dilatio.) fr. 7. de feriis. 2. 12. Ex bono et aequo et hic exceptio ei accommodanda est. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Sed cum nulla subest causa propter conventionem, hic constat non posse constitui obligationem. fr. 7. §. 4. de pact. 2. 14.

Hic, *Haec, Hoc.* (Pronom. demonstrat.) **§. 1.** *Iste, Idem.* III. **Cn.** Illud (sc. ius) omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune. fr. 1. §. 4. de I. et I. 1. 1. Vel ex hac, vel ex illa causa. Gai. II. 283. Non hoc dicit, — sed illud solum. fr. 90. de V. S. 50. 16. Adiectio haec — hoc significat, ut etc. fr. 169. ib. 50. 16. Haec, si post condemnationem; si autem ante sententiam etc. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. Haec ita, — (si cum eo agetur;) non etiam, (si agat.) fr. 42. de R. I. 50. 17. cf. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Sed haec ita, nisi si etc. fr. 23. de R. I. 50. 17. Tutelae damnari, hoc non natura probrum est. fr. 42. de V. S. 50. 16. Hoc tempore. fr. 1. §. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Ad hoc usque temporis. fr. 8. §. 4. de inoff. testam. 5. 2. Legis virtus, v. Lex naturae, v. Natura cavillationis, haec est, ut etc. fr. 7. de LL. 1. 3. fr. 24. de statu hom. 1. 5. fr. 177. de V. S. 50. 16. Hic quoque casus, de quo loquimur. Gai. I. 39. — **§. 2.** *Ille. Is.* III. **Cn.** Sic accipimus, non accusantes dominos, hoc enim servo nequaquam permittendum est. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Si quis illicite

aedificasset, i. e. hoc, quod dirui constitutiones iubent. fr. 11. §. 14. de legat. III. (32.) Quaedam provinciae etiam hoc habent, ut etc. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 3. de off. Praes. 1. 18. Est hoc praecipuum (in Procuratore Caesaris,) quod etc. fr. 1. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. Hoc enim primum deliquit, quod etc. fr. 4. §. 5. de edend. 2. 13. Haec, pro quibus pacisci non licet. fr. 7. §. 16. cf. fr. 27. §. 4a. de pact. 2. 14. In summa in hoc ventum est, ut etc. fr. 214. de V. S. 50. 16. In hoc, ut (procurator sit, manumittere servum.) fr. 13. de manum. vind. 40. 2. Ad hoc (relinquere etc.) fr. 8. §. 5. de transact. 2. 15. Paul. V. 16. §. 9. De hoc (iusiurandum adactum.) fr. 7. §. 16. de pact. 2. 14. Propter hoc. fr. 4. §. 11. de d. m. exc. 44. 4. Hoc ipso. Cf. v. Ipse.

Hiemalis. (Adiect.) *Hibernus.* II. **Op.** Aestivus. Cf. h. v.

Hiemare. *Hiberna agere.* III. **Cn.** Milites in oppidum — hiemandi causa introducere. Plebisc. de Thermens. II. 45. sq. In illis V. urbibus — vicissim hiemandum sibi iudices recognoscant. c. 6. de off. Rect. Pr. 1. 40.

Hiems. §. **1.** *Pars anni frigida, ab aequinoctio autumnali incipiens.* I. **Sy.** Hibernum tempus. Cf. v. Hibernus. II. **Op.** Aestas. Cf. h. v. III. **Cn.** Senis mensibus aestas atque hiems dividitur. fr. 1. §. 32. de aqua quot. 43. 20. Tempore hiemis navigatio saepe periculosa est, semper incerta. c. 6. de off. Rect. Pr. 1. 40. — §. **2.** *Tempestas gravis.* III. **Cn.** Habebitur ratio humanitatis, sicut haberi solet et hiemis, et navigationis, et caeterorum quae casu contingunt. fr. 38. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 4. §. 1. de hered. inst. 28. 5.

Hieracitae. Cf. v. Batrachitae.

Hierapolis. *Emporium Syriae.* III. **Cn.** In quibusdam locis, et cum calidae sunt (sc. aquae,) irrigandis tamen agris necessariae sunt, ut Hierapoli. fr. 1. §. 13. de aqua quot. 43. 20.

Hierapolitanus. *Ad Hierapolin pertinens.* III. **Cn.** Hierapolitani in Asia. fr. 1. §. 13. l. 43. 20. Hierapolitanae civitatis (legati.) Th. C. XIII. 11. c. 8. de censitor. In Hierapolitana urbe residentes. Ib. XV. 11. c. 2. de venat. ferar.

Hiereus. *Presbyter Iudaeorum.* III. **Cn.** Hiereos et archisynagogos, et patres synagogarum etc. Ib. XVI. 8. c. 4. cf. c. 1. sq. de Iud.

Hierophanta. *Antistes, qui sacra et caerimonias docet.* III. **Cn.** Sacerdotes, ministri, praefecti, hierophantae agrorum, sive quolibet alio nomine nuncupantur. Th. C. XVI. 10. c. 14. de pagan.

Hierophylax. *Sacrorum custos.* III. **Cn.** Vt det — sacerdoti, et hierophylaco, [al. ἱεροφύλακι] et libertis, qui in illo templo erunt, denaria X. fr. 20. §. 1. de ann. legat. 33. 1.

Hierosolymitanus. (Adiect.) *Ad Hierosolyma spectans, metropolin Iudaeae.* III. **Cn.** Patriarcha Hierosolymitanae civitatis. Iul. ep. nov. c. 11. §. 47. c. 115. §. 431.

Hilaris. (Adiect.) *Favorabilis, Secundus.* III. **Cn.** Duo tantum, — vel plures, quorum fama sit hilarior. c. 7. de postul. 2. 6.

Hinc. (Advb.) *Ex qua parte, vel causa.* I. **Sy.** Ab eo (dici.) §. 5. I. Qu. mod. ius pot. solv. 1. 12. III. **Cn.** Hinc descendere, v. nasci. fr. 1. §. 3. de I. et I. 1. 1. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14.

Hippice. *Ludi genus.* III. **Cn.** Ordinet — ludos: Monobolon, — perichyten, et hippicen. c. 3. de aleator. 3. 43.

Hippo. *Africae emporium.* II. **Cn.** Navis, adversa tempestate depressa, — Hipponem delata est. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2.

Hippocentaurus. *Fabulosum animal.* III. **Cn.** Si quis — dari stipulatus fuerit — hippocentaurum, qui esse non possit. §. 1. I. de inutil. stipul. 3. 19. cf. fr. 97. pr. de V. O. 45. 1.

Hippocomus. *Curator et custos equorum, cursui publico destinatorum.* III. **Cn.** Non patimur hippocomos per eos, qui veredis utentur, indigna spoliatione vexari. Th. C. VIII. 5. c. 50. de cursu pub. Qui sagum hippocomorum — voluerit usurpare, vel scindere. Ib. l. l. c. 37. cf. c. 48. pr.

Hippocrates. *Princeps medicorum apud Graecos.* III. **Cn.** Iam receptum est, propter auctoritatem doctissimi viri, Hippocratis. fr. 12. de statu hom. 1. 5. cf. fr. 3. §. 12. de suis et legit. 38. 16.

Hippodromus. *Equorum curriculum.* III. **Cn.** Agat Senatus conventus in hippodromis. Nov. 62. c. 1. §. 1.

Hircosus. (Adiect.) *Qui hircinum odorem olet.* III. **Cn.** Non esse morbosum, os alicui olere, veluti hircosum, strabonem. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Hispadones. *Epitheton Eunomianorum haereticorum.* III. **Cn.** Eunomiani hispadones [al. spadonum, v. histapodes,] nec faciendi, nec adipiscendi habeant licentiam testamenti. Th. C. XVI. 5. c. 17. de haeretic.

Hispania. *Duplex imperii R. provincia, quae alias Iberiae nomine venit.* III. **Cn.** Capta Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Nec tantidem Romae et in Hispania aestimabitur (oleum.) fr. 63. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Vicarius Hispaniarum. Th. C. VIII. 2. c. 2. de tabular. Navicularii Hispaniarum. Ib. XIII. 5. c. 8 de navicul.

Hispanus. (Adiect.) *Ad Hispaniam pertinens.* III. **Cn.** Hispani sanguinis (equi.) Ib. XV. 10. c. 1. pr. de equ. curul.

Histapodes. Cf. v. Hispadones.

Historia. *Rerum gestarum narratio.* III. **Cn.** Si in chartis — carmen, vel historiam, vel orationem scripsero. fr. 9. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Fidem de exemplis praesentibus mereantur historiae. Nov. Th. II. de lenon. I. 18. c. 1. pr.

Histrio. *Fabularum actor in scaena.* III. **Cn.** Si qua — pictura pantomimum. — aut vilem offerat histrionem. Th. C. XV. 7. c. 12. de scaenic. Si forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex. fr. 7. §. 5. de oper. libert. 38. 1. cf. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1.

Histrionicus. (Adiect.) *Histrionalis.* III. **Cn.** Quorum (sc. servorum) operas locabat, vel pistorias,

rias, vel histrionicas, vel alias similes. fr. 73. §. 3. de legat. III. (32.)

Hoc. Cf. v. Hic.

Hodie. (Advb.) **§. 1.** *Hoc die.* I. **Sy.** Confestim. fr. 24. de oper. libert. 38. 1. II. **Op.** Postera die. Post dies. fr. 12. pr. de duob. reis. 45. 2. fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Olim. fr. 21. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Retro. fr. 6. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. III. **Cn.** Si — dicat: Hodie constet de fideicommisso, hodie agamus! fr. 3. pr. ut in poss. legat. 36. 4. Non ideo minus iudicium erit, quod hod. non potest iudicare. fr. 39. pr. de iudic. 5. 1. Hodie dare spondes? fr. 118. §. 1. fr. 141. §. 4. de V. O. 45. 1.— **§. 2.** *Nunc, Praesenti tempore.* I. **Sy.** Hoc tempore. Gai. I. 171. Vlp. XI 8. II. **Op.** Antea. Cf. h. v. Olim. Vatic. §§. 125. 127. sq. fr. 1. pr. §. 1. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Et ideo hodie in hanc usque aetatem adolescentes curatorum auxilio reguntur. fr. 1. §. 3. de minor. 4. 4. Sabinus et Cassius, — Nerva vero et Proculus — putant. Sed hodie ex D. Pii Antonini constitutione hoc magis iure uti videmur. Gai. II. 195. Posse hodie de omni iniuria — civiliter agi, (Imp. noster rescripsit.) fr. 7. §. 6. de iniur. 47. 10. Hodie ex constitutione Imp. Antonini omnia caduca fisco vindicantur. Vlp. XVII. 2. Quod quidem hodie magis usurpatur. fr. 24. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Aquae et ignis interdictio, in quam hod. successit deportatio. fr. 3. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Communionis causa, quae praecessit, quaeque hodie duraret, si res non intercidisset. fr. 31. fam. ercisc. 10. 2. cf. Vlp. XX. 2. Quantaecunque partes (sc. Homeri) hod. inveniantur. fr. 52. §. 2. de legat. III. (32.) Hodieque exstat. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2.

Hodiernus. (Adiect.) *Praesentis diei.* III. **Cn.** Vsque in hodiernum. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. Hodierno die. §. 2. I. Qu. mod. oblig. toll. 3. 29.

Hoedus. *Foetus caprae.* III. **Cn.** In pecudum fructu etiam foetus est. — Itaque agni, et hoedi, et vituli etc. fr. 28. pr. de usur. 22. 1.

Holographus. (Adiect.) *Totus (manu propria) perscriptus.* III. **Cn.** Per holographam scripturam — votum supremae prodere voluntatis. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. pr. §. 1.

Holosericus. (Adiect.) *Totus ex serico confectus.* III. **Cn.** Nulli privatorum liceat, holosericam vestem — largiri. Th. C. XV. 9. c. 1. de expens. ludor.

Holoverus. (Adiect.) *Vero purpurae colore tinctus.* I. **Sy.** Serica tincta conchylio, nullius alterius permixtione, subtexta. Vestimenta holovera. Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holover.

Homericum. *Dictum Homeri.* III. **Cn.** Sext. Caecilius ait, — et illud Homericum adfert. fr. 13. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Homeritae. *Gens Arabiae Felicis.* III. **Cn.** Gens Auxumitarum et Homeritarum. Cf. v. Auxumitae.

Homerus. *Princeps poëtarum apud Graecos.* III. **Cn.** Summus apud Graecos poëtarum, Homerus. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 16. §. 8. de poen. 48. 19. Argumentoque utuntur graeco poëta, Homero. Gai. III. 141. Si Homeri corpus sit legatum. fr. 52. §. 2. de legat. III. (32.) Sic denique et Homerus in Odyssea ait. fr. 65. §. 4. ib. (32.)

Homicida. *Hominis obtruncator.* I. **Sy.** Qui aliquo genere teli hominem occidit, (mortisve causam praestitit.) Coll. LL. M. I. 2. sqq. III. **Cn.** Homicida est, igitur tenebitur lege Cornelia de sicariis. Ib. IV. 9. Eum, qui hominem non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Homicidae, in hominum caedem nefaria voluntate grassati. Nov. Val. III. de homicid. II. 20. c. 1. §. 2. Omnibus indulgemus, praeter veneficos, homicidas, adulteros. Th. C. IX. 38. c. 1. c. 3. de indulg. crim.

Homicidium. *Hominis occisio.* I. **Sy.** Caedes. c. 4. sq. ad L. Corn. de sicar. 9. 16. III. **Cn.** Furtum, vel adulterium, vel homicidium admittere. Gai. III. 194. In homicidio et in incendio — ante quaestionem confessum etc. fr. 6. §. 2. de interd. et releg. 48. 22. Homicidii crimen, adulterii foeditas etc. Th. C. IX. 38. c. 4. de indulg. crim. Distinctionem casus et voluntatis in homicidio servari. Coll. LL. M. I. 6. cf. IV. 2.

Homo. **§. 1.** *Animal rationale, cuiuscunque sexus.* I. **Sy.** Genus humanum. Homines. fr. 1. §§. 3. sq. de I. et I. 1. 1. II. **Op.** Alterum animal. Omnia animalia. — Soli homines. Ib. l. l. cf. fr. 135. de V. S. 50. 16. III **Cn.** Commune omnium hominum (ius.) fr. 9. de I. et I. 1. 1. Inter homines esse desinere. fr. 57. cf. fr. 56. de legat. II. (31.) Cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparaverit. fr. 28. §. 1. de usur. 22. 1. Quo loco passim homines spectaculi causa admittantur. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Coactis, v. Armatis hominibus, (deiicere, expugnare etc.) Paul. V. 26. §. 3. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Multum hominem venisse Romam. fr. 158. ib. 50. 16. — **§. 1. A.** *Masculus, Vir.* I. **Sy.** Tiro. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. §§. 1. sqq. de tiron. II. **Op.** Mulier. fr. 38. §. 5. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Persona, Caput.* I. **Sy.** Singuli. fr. 1. fr. 3. de I. I. R. 4. 1. Populus, Gens, Homines. Gai. I. 55. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Persona. Gai. I. 8. sqq. II. 225. fr. 1. fr. 15. pr. de servit. 8. 1. III. **Cn.** Neque cives R., nec ulli alii homines, qui sub imperio P. R. sunt. Gai. I. 53. 55. fr. 1. §. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Eius populi, v. provinciae, — Extranei (homines.) Fr. L. Cincii I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4. fr. 3. de off. Praes. 1. 18. Liber homo. — Servus. Gai. I. 10. fr. 6. §. 7. fr. 36. de N. G. 3. 5. Honestioris loci homo. fr. 8. §. 23. de transact. 2. 15. Hominibus vel lapsis, vel circumventis (Praetor subvenit.) fr. 1. de I. I. R. 4. 1. Rusticitati hominis parcendum. fr. 2. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Constantissimus, Idoneus, — Vanus, Deperditus et nimium securus (homo.) fr. 6. Qu. met. c. 4. 2. fr. 3. §. 1. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 42. de V. S. 50. 16. Septeni per hominem scripuli largitionibus inferantur. Th. C. X. 19. c. 12. de metall. — **§. 3.** *Servus.* I. **Sy.** Mancipium, Servus. fr. 27. §. 7. de pact. 2. 14. fr. 9. §§. 2. sq. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 48. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. Res. Gai. I. 119. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.**

53

Res singulae, velut fundus, homo, vestis, argentum, pecunia. Gai. II. 260. cf. 13. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. Si vinum, vel frumentum, et si fundum, vel hominem stipulemur. Gai. III. 124. cf. 141. Qui hominem promisit, si statuliberum solvat etc. fr. 38. §. 3. fr. 72. §. 5. de solut. 46. 3. Villicus, hominesque, et omnia quae, — ut fundus esset instructus, — in eo habuit. c. 2. de V. S. 6. 38. Res, et homines ad negotiationem parati. fr. 185. eod. 50. 16. Vsusfr. et hominum, et caeterorum animalium. Gai. II. 32. fr. 5. §. 3. usufr. quemadm. 7. 9. Si quem hominem A. Agerius emit, — ei traditus est etc. Gai. IV. 36. cf. 40. sq. 93. 160. §. 4. *Minister, Actor, Domesticus*. I. **Sy.** Colonus. Th. C. XIII. 1. c. 3. de lustr. collat. Qui negotia eorum legitime administrant. Homines eorum. Iul. ep. nov. c. 1. §. 2 cf. Th. C. XIII. 11. c. 15. de censitor. III. **Cn.** Homines vestri, ac rusticani (etiam in vestris possessionibus commorantes.) Ib. XIII. 1. c. 3. c. 6. Senatorum substantiae, et homines eorum. c. 4. de dignitat. 12. 1. Conductores, hominesve augustissimae domus. Th. C. X. 26. c. 1. de conductor. et hom. XVI. 5. c. 52. §. 1. de haeretic. Praeses, vel homines eius. Iul. ep. nov. c. 30. §. 105. cf. c. 21. §. 70. Quid Dux stipendiorum nomine, pro se suisque hominibus, et quid eius officium consequetur. c. 2. §§. 6. 19. cf. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Homologus. *Colonus adscripticius, Conditionalis.* III. **Cn.** Qui vicis, quibus adscripti sunt, derelictis, et qui homologi more gentilicio nuncupantur. Th. C. XI. 24. c. 6. §. 3. de patroc. vicor. Functiones publicas, et liturgos, quos homologi coloni praestare noscuntur, — cognituri. Ib. l. l. c. 6. pr.

Honestamentum. *Honoris praerogativa.* III. **Cn.** Post expletos honores civicos, honestamentis praestitis potiantur. Th. C. XII. 1. c. 4. cf. c. 74. §. 4. de decurion.

Honestare. *Honorare, Decorare.* III. **Cn.** Curiae splendore honestare [al. cohonestare] naturales liberos. c. 3. de natur. lib. 5. 27. cf. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 9.

Honestas. *Dignitas, Decus.* I. **Sy.** Dignitas. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Valetudinis et honestatis suae rationem habere. fr. 26. pr. de oper. libert. 38. 1. Si testes omnes eiusdem honestatis et existimationis sint. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. Quos morum honestas, mentisque sollertia, et certa fama commendat. Th. C. II. 17. c. 1. §. 1. de h. qu. ven. aet. Ob retinendae pudicitiae cultum, ac servandam natalium honestatem. c. 7. de postlim. rev. 8. 51. Matrisfam. honestatem non habuisse. fr. 41. §. 1. de R. N. 23. 2. Contemplatione morum et causa publicae honestatis. Paul. V. 4. §. 21. Per — apocrisiarium defendi, cum omni scilicet honestate. Iul. ep. nov. c. 73. §. 264.

Honeste. (Advb.) *Cum honestate.* II. **Op.** Quae quandoque honeste, et sine periculo vitae praestantur, — Turpes (operae.) fr. 16. pr. cf. fr. 38. pr. de oper. libert. 38. 1. III. **Cn.** Si is sit (sc. hospes,) qui hon. cum. ea — habitaturus sit. fr. 7. de usu et hab. 7. 8. Hon. vivere. fr. 10. §. 1. de I. et I. 1. 1. In potestatem honeste reverti non posse, (nisi adoptione.) fr. 12. de adopt. 1. 7. Hon. sacramento solutus, v. missus. fr. 2. pr. de veteran. 49. 18. c. 5. de milit. testam. 6. 21. Commodavit — uxori, quo honestius culta ad se deduceretur. fr. 5. §. 10. commod. 13. 6. Licere tutori, respectu existimationis pupilli, erogare ex bonis eius, quod ex suis non honestissime fuisset erogaturus. fr. 12. §. 2. de adm. et peric. 26. 7.

Honestus. (Adiect.) **§. 1.** *Honore praeditus, Nobilis.* I. **Sy.** Qui sunt in aliquo honore positi. Honestiores. fr. 1. §. 2. de effractor. 47. 18. fr. 3. §. 2. stellionat. 47. 20. II. **Op.** Honestus, inculpatae vitae. — Notatus et reprehensibilis. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. Honesta, — Vulgaris, et [illegible] ctaque (persona.) fr. 5. §. 1. de legit. tut. 26. 4. fr. 17. §. 13. de iniur. 47. 10. fr. 12. de decurion. 50. 2. Humiliores, s. Tenuiores homines. — Honestiores. Paul. V. 19. §. 1. V. 20. §§. 5. sq. V. 21. §. 2. V. 22. §. 2. fr. 11. de sepulc. viol. 47. 12. fr. 28. §. 2. fr. 38. §. 3. de poen. 48. 19. Plebeius, — Honestior. fr. 1. §. 2. de effract. 47. 18. III. **Cn.** Honesta et sancta (persona patris ac patroni.) fr. 9. de obsequ. par. 37. 15. Bene probati, et idonei atque honesti (tutores.) fr. 17. §. 1. de testam. tut. 26. 2. Honestior nobilisque persona. Th. C. III. 8. c. 1. de sec. nupt. Praesentibus testibus, vel honestis viris. Paul. IV. 6. §. 2. cf. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. fr. 58. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Homo honestioris loci. fr. 8. §. 23. de transact. 2. 15. Honestissimum quemque (exquirere ex vicinis civitatibus.) fr. 1. §. 10. de magistr. conv. 27. 8. cf. fr. 24. de tut. et curat. dat. 26. 5. — **§. 2.** *Decens, Conveniens* II. **Op.** Honesta et licita res. — Maleficium. fr. 57. pro soc. 17. 2. Honesta, — Turpis (causa.) fr. 1. pr. §§. 1. sq. de cond. ob turp. c. 12. 5. Honestus modus. — Immoderata (luxuria.) fr. 40. pr. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Non solum quid liceat, sed et quid honestum sit, (considerandum.) fr. 42. pr. de R. N. 23. 2. Quod et honestius esse, et merito obtinuit. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 51. de donat. int. V. 24. 1. Non modo honesto titulo, sed et pleniore iure (tribui hereditates.) fr. 5. §. 6. cf. fr. 44. §. 6. de legat. praest. 37. 5. Honesta et verecunda (praecedens causa.) c. 9. de procur. 2. 13. Iusta et honesta causa. fr. 20. solut. matrim. 24. 3. c. 3. de admin. tut. 5. 37. Quos religio, aut honestior causa, vel calamitas aliqua, — moretur. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5. Adfectio honesta, nec incognita. Amor honestus. fr. 17. §. 4. de adopt. 1. 7. fr. 3 pr. de don. int. V. 24. 1. cf. fr. 223. §. 1. de V. S. 50. 16. Tam ignobilis (sc. patrona,) ut ei honestae sint vel saltem liberti sui nuptiae. fr. 13. de R. N. 23. 2. Aliquid non honestum (iubere.) fr. 21. §. 7. de rec. qu. arb. 4. 8. Non inique aliquid eius honestissimo calori permittetur. Coll. LL. M. IV. 10. Dotem — dari lex praecipit honestam, i. e. neque satis modicam, ut sit dedecus etc. Iul. ep. nov. c. 37. §. 164.

Honor, s. **Honos. §. 1.** *Dignatio, Observantia.* I. **Sy.** Honoris causa (datus,) Honorarius (tutor.) Cf. v. Honorarius. Venerabilem esse. Honorem ei tribui. fr. 5. pr. de iure immun. 50. 6. Reverentia. fr. 10. pr. §§. 1. 3. sq. 13. fr. 13. de in ius voc. 2. 4. fr. 45. §. 6. fr. 47. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Ad honorem ornatumque civitatis pertinere. fr. 122.

pr. de legat. I. (30.) Honor eius auctus est, non conditio mutata. fr. 33. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Maritalis honor et adfectio. fr. 31. pr. de donat. 39. 5. Honore pleno diligere. fr. 16. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Honor bene transacti matrimonii, fides etiam communium liberorum. fr. 67. §. 10. de legat. II. (31.) Ex honore matrimonii dignitatem mulierum (augeri etc.) Vatic. §. 104. Cum honori suo provinciales id vindicent. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Non tantum honori personarum, sed et maiestati dei indulgetur. fr. 32. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Et legitimus tutor habeatur, et non minus huic quam patronis honor praestandus est. Gai. I. 172. Honor, quem liberti patronis habere debent. fr. 1. pr. de bon. libert. 38. 2. Patronus, qui amisit honorem, v. cui honos non servatur, s. non debetur. fr. 10. §§. 6. 11. de in ius voc. 2. 4. fr. 47. de R. N. 23. 2. Honori parentium ac patronorum tribuendum est. fr. 2. pr. de obsequ. parent. 37. 15. In honorem (sacerdotii, v. matrimonii, sc. dare, v. negare etc.) Gai. I. 145. Paul. V. 11. §. 1. fr. 2. de act. rer. amot. 25. 2. — **§. 2.** *Munificentiae documentum, Praemium.* I. **Sy.** Merces. Honorarium. fr. 1. pr. §§. 5. 10. de extr. cogn. 50. 13. III. **Cn.** Cum hereditates non modo honesto titulo, sed et pleniore honore tribuantur. fr. 5. §. 6. de legat. praest. 37. 5. Maneant (sc. res) apud liberos, praecipui honoris vice. Iul. ep. nov. c. 36. §. 139. Qui, honore proprio omisso, — alienam institutionem maluit. fr. 26. pr. si qu. om. c. testam. 29. 4. Honore legati aliquem prosequi. fr. 36. pr. de excusatt. 27. 1. Militibus adsignatus (sc. ager,) modico honoris gratia possessori dato. fr. 15. §. 2. de R. V. 6. 1. — **§. 3.** *Dignitas publica.* I. **Sy.** Dignitas. Potestas. Cf. v. Dignitas. §. 3. Ius (decurionis.) fr. 6. §§. 3. 5. de decurion. 50. 2. II. **Op.** Honor, vel sacerdotium. Hon. vel magistratus. fr. 11. de pollicit. 50. 12. cf. Gai. I. 96. Munera, vel honores. fr. 4. §. 1. fr. 6. §. 3. fr. 8. fr. 10. fr. 14. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. fr. 7. §. 22. de interd. et relegat. 48. 22. III. **Cn.** In actu positi. — Adumbrati honores. Th. C. VI. 22. c. 6. sqq. VIII. 5. c. 44. de cursu pub. Ab honoribus, aut muneribus his cohaerentibus, (excusationem praestare.) fr. 2. §. 1. de vacat. 50. 5. Honores, qui sumtum habent. — Impendia legationum, quae solo ministerio obeuntur. fr. 6. de legation. 50. 7. cf. fr. 1. §. 3. fr. 18. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. In hoc donare viro suo, ut is ab Imperatore lato clavo, vel equo publico, similive honore honoretur. Vlp. VII. 1. fr. 42. de don. int. V. 24. 1. Decurionum honore decorari. fr. 6. §. 3. de decurion. 50. 2. Quocunque aliquo nomine religiosi honoris, vel dignitatis femina nuncupata. c 13. de SS. eccl. 1. 2. — **§. 3. A.** *Magistratus.* I. **Sy.** Honores publici. Magistratus. fr. 6. pr. fr. 11. pr. §§. 1. sq. de mun. et hon. 50. 4. Qui potestatem aliquam habent. Honorem gerentes. fr. 17. §. 5. de excusatt. 27. 1. §. 3. I. eod. 1. 25. III. **Cn.** Ne Senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Vt quis decurio quidem sit, ad honores autem non admittatur. fr. 7. §. 21. de interd. et releg. 48. 22. Potest alicui et unus honor interdici. fr. 7. §. 22. ib. 48. 22. Quam (sc. vim) magistratus recte intulit, scilicet iure licito, et iure honoris quem sustinet. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Ingressus, et quasi primordium gerendorum honorum, sententiaeque in Senatu dicendae, (est Quaestura.) fr. 1. §. 3. de off. Quaest. 1. 13. Quod (sc. honorarium ius) ab honore Praetoris venerat. fr. 2. §. 10. de O. I. 1. 2. cf. fr. 7. §. 1. de I. et I. 1. 1.

Honorabilis. (Adiect.) *Honorandus, Colendus.* III. **Cn.** Viri honorabiles. Th. C. VI. 18. c. 1. de comit. vac. Honorabilis et venerandus (sc. dominicus dies.) c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12.

Honorare. (cf. v. Honoratus.) **§. 1.** *Cultu et observantia prosequi.* III. **Cn.** Simulacra imposito thure venerari, ac — plena religionis iniuria honorare. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan. Laus eos et dignitas honorabit. Ib. VIII. 1. c. 3. de numerar. — **§. 2.** *Praemio adficere, Donare.* III. **Cn.** Nisi in arena passi sunt se honorari. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Liberis, s. Liberorum iure, honorata (sc. patrona etc.) Gai. III. 50. sqq. Vlp. XXIX. 6. sq. Qui per servum suum — legato honoratur. fr. 15. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Vt ex hac causa possit et ipse legato honorari, et ipse legari. c. 2. de comm. servo man. 7. 7.

Honorarium. (Subst.) *Salarium, Praemium.* I. **Sy.** Quod datur alicui ad remunerandum. fr. 1. pr. si mensor. 11. 6. Honor. Cf. h. v. §. 2. Summa honoraria. Cf. v. Honorarius. §. 3. III. **Cn.** Honoraria imputare. Licitum honorarium non egredi. fr. 9. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. fr. 1. §. 10. de extr. cognit. 50. 13. Existimationi suae immensa atque illicita compendia praetulisse (sc. advocatos,) nomine honorariorum. Th. C. II. 10. c. 3. de postul.

Honorarius. (Adiect.) **§. 1.** *Honoris causa factus, s. constitutus.* I. **Sy.** Imaginarius. Ib. VI. 22 c. 7. pr. §. 1. c. 8. pr. de honor. codic. Honoris causa datus (tutor.) fr. 60. §. 2. de R. N. 23. 2. fr. 26. §. 1. de testam. tut. 26. 2. II. **Op.** Legitimae, — Honorariae (dignitates.) Th. C. IX. 27. c. 2. ad L. Iul. repet. Qui administrando gesserint potestates. — Honorariae dignitates. Ib. VI. 22. c. 7. pr. §. 1. c. 8. pr. cf. Iust. C. c. 2. ut dignitatt. ordo. 12. 8. Qui administrant, — Honorarii (tutores.) fr. 3. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. fr. 14. §. 1. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Quos honorarios vocavit antiquitas, vel qui — nulla prius laboribus rudimenta posuerunt. Th. C. XI. 18 c. 1. Qu. a praebit. tiron. Inter vacantes, vel honorarios, (illustrem dignitatem consecutus.) Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §. 6. cf. §. 4. Ex administratoribus, caeterisque honorariis viris. Th. C. XIII. 5. c. 14. §. 4. de navicular. cf. VI. 26. c. 2. de prox. comit. disp. Qui, sine administratione, honorariis decorati fuerint codicillis. c. 3. §. 2. ubi Sen. v. Clariss. 3. 24. cf. c. 2. ut dignitatt. ordo. 12. 8. Inanes umbras, et cassas imagines dignitatum, codicillis honorariis sectantes. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 4. cf. c. 41. de decurion. Honorarii Consulatus insignibus (decorari.) c. 3. de Coss. 12. 3. — **§. 2.** *Ad iurisdictionem magistratus P. R. spectans. Ad edictum magistratus iuri dic. pertinens.* I. **Sy.** A Praetore constitutus (curator.) Vlp. XII. 1. Praetorium, Honorarium (ius.) fr. 7. §. 1. fr.

8. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §§. 10. 12. de O. I. 1. 2. Edictum perpetuum. Ius honorarium. fr. 52. §. 6. de O. et A. 44. 7. II. **Op.** Civile (ius.) — Honorarium, (vel extraordinarium, sc. ius.) fr. 65. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 10. de V. S. 50. 16. Civilis, — Honoraria (obligatio.) fr. 1. §. 1. de novat. 46. 2. cf. fr. 8. §. 4. de acceptil. 46. 4. Lege, — Iure honorario, (obligari.) fr. 52. §§. 5. sq. de O. et A. 44. 7. Legitima, — Honoraria (actio.) Coll. LL. M. II. 5. fr. 32. pr. ad L. Falc. 35. 2. Legitimus (successor.) Heres (p. se.) fr. 7. §. 9. de Pub. in R. A. 6. 2. fr. 10. ad S. C. Vell. 16. 1. fr. 6. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Bonorum possessores, — et caeteri honorarii successores. fr. 24. §. 1. famil. ercisc. 10. 2. Actio de peculio, caeteraeque honorariae. fr. 2. cf. fr. 1. §. 1. de pecul. 15. 1. Haec actio post annum non datur, cum sit honoraria. fr. 22. §. 6. de liberali. c. 40. 12. — **§. 3.** *Ad salarium, vel honorarium, spectans.* I. **Sy.** Honorarium. Merces. Summa honoraria. fr. 1. §§. 10. 12. sq. de extr. cognit. 50. 13.

Honoratus. (Partic.) **§. 1.** *Dignitate praeditus. Honoribus functus.* I. **Sy.** Celsiores, Honorati (viri.) Honorati (p. se pos.) c. 2. sq. de off. div. iud. 1. 48. Emerito iam honore pollentes. Honorati. Th. C. VIII. 11. c. 1. §. 1. c. 2. ne qu. pub. laetit. III. **Cn.** Honorati, aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris, personae. Coll. LL. M. XV. 3. Omnes honorati, seu civilium seu militarium dignitatum. Th. C. XIV. 12. c. 1. de honorat. vehic. Qui, post administratam provinciam, honorati auctoritate fulcitur. Ib. VI. 35. c. 9. de priv. eor. qu. in S. pal. Honorati, et urbibus suis eminentes. Ib. VIII. 11. c. 3. Exceptis Senatoribus, atque honoratis, sed et his qui provincias administrant, veteranis etiam etc. Ib. IX. 30. c. 1. Quib. equor. us. Sive Senator, honoratus, principalis, decurio, vel plebeius. Ib. VII. 13. c. 7. §. 2. de tiron. Clerici, et honorati, ac possessores, et curiales. c. 19. de episc. aud. 1. 4. Nullum honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento vicariam potestatem adire oportet. Th. C. I. 15. c. 16. (Wck.) de off. Vicar. Senatus, aliique huiuscemodi conventus, qui honoratorum frequentiam flagitant. Ib. VI. 20. c. 1. de Comit. ord. pr. — **§. 2.** *Honestus, Decorus.* III. **Cn.** Honoratissima quiete donari. Ib. XII. 1. c. 55. de decurion. VI. 23. c. 2. sq. de decur. et silent. — **§. 3.** *Praeditus, Instructus.* III. **Cn.** Liberis honorata. Cf. v. Honorare. §. 2. Medietatis cuiusdam moderatione honorata (sc. dos.) Iul. ep. nov. c. 37. §. 164. — **§. 4.** *Nomen personae.* III. **Cn.** D. Severus in persona Arrii Honorati pupilli decrevit. fr. 37. §. 1. cf. fr. 74. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1.

Honorianus. (Adiect.) *Ab Honorio Imp. cognominatus.* III. **Cn.** Porticus thermas Honorianas praecurrat. Th. C. XV. 1. c. 50. de opp. pub.

Honorias. *Nomen regionis, quae Paphlagoniae contermina est.* III. **Cn.** Magistratus Paphlagoniae — habeat duplicem potestatem, i. e. tam Paphlagoniae quam Honoriados. Iul. ep. nov. c. 28. §. 101. cf. c. 25. §. 96. c. 120. §. 525.

Honorificentia. *Honoris praestatio. Observantia.* I. **Sy.** Reverentia. c. 2. sq. de off. div. iud. 1. 48. III. **Cn.** Si his honorificentia non deferatur, qui etc. Th. C. VI. 24. c. 4. de domest. et protect.

Hora. *Diei et noctis pars vicesima quarta.* III. **Cn.** Et diem et horam denunciatione complecti. — Nec diem nec horam comprehendere. fr. 5. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 3. pr. de accus. 48. 2. Diurnarum, aut nocturnarum horarum (aquaeductum habere.) fr. 2. fr. 5. §. 1. de aqua quot. 43. 20. Alternis horis, vel una hora quotidie (servitutem habere.) fr. 7. fr. 10. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Cuiusque diei maior pars est horarum VII. primarum diei, non supremarum. fr. 2. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 2. de ann. legat. 33. 1. Inter horam secundam et decimam diei. Paul. IV. 6. §. 2. cf. Tab. Heracl. 56. sq. aer. Br. Quaevis hora lucis. fr. 8. de feriis. 2. 12. Post sextam horam noctis. fr. 5. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 7. de usurp. 41. 3.

Hordearius. (Adiect.) Cf. v. Hordiarius.

Hordeum. *Frumenti genus.* III. **Cn.** Tam legumina, quam hordeum et triticum continentur, (sc. frugibus legatis.) Paul. III. 6. §. 78. cf. fr. 3. §. 8. de penu leg. 33. 9. Zythum, quod — ex tritico, vel hordeo, vel pane conficitur. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. Pecunia, ex qua hordeum equis erat comparandum. Gai. IV. 27.

Hordiarius. (Adiect.) *Ad hordeum spectans.* I. **Sy.** Hordiarium aes. Pecunia, ex qua hordeum equis erat comparandum. Gai. IV. 27.

Horologium. *Instrumentum, quod horas indicat.* III. **Cn.** Quae non sunt adfixa, instrumento (sc. domus) non continentur, — excepto horologio aereo. fr. 12. §. 23. de instr. leg. 33. 7.

Horrearius. (Subst.) *Conductor horrei (universi.)* II. **Op.** Locator totorum horreorum. fr. 60. §. 9. locat. 19. 2. cf. fr. 5. pr. ad exhib. 10. 4. III. **Cn.** Horrearius, — aut conductor apothecae etc. fr. 5. §. 3. de h. qu. deiec. 9. 3.

Horreaticus. (Adiect.) *In horreis (publicis) constitutus.* I. **Sy.** Quae in horreis habentur. Condita. Horreaticae species. Th. C. XI. 14. c. 1. c. 3. de condit. in pub. horr.

Horrens. (Partic.) *Asper, Horridus.* III. **Cn.** Squalida, et situ dissimulationis horrentia (sc. loca absentium.) Ib. VII. 20. c. 11. de veteran.

Horrescere. *Expavescere.* I. **Sy.** Pertimescere. c. 19. sq. de testam. et quemad. 6. 23. cf. Th. C. IV. 4. c. 5. de testam. et codic.

Horreum. *Aedificium frugibus, vel aliis rebus pretiosioribus, servandis destinatum.* III. **Cn.** Per omnes civitates — ex horreis, balneis, ergasteriis, tabernis, domibus, coenaculis etc. Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. cf. XV. 1. c. 35. de opp. pub. Si horreum fuit conductum, vel diversorium, vel area. fr. 3. in qu. c. pign. 20. 2. cf. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. Si in villa, vel in horreo (habeat instrumentum.) fr. 6. pr. de edend. 2. 13. Pistrinum et horreum, insulae dotali adiectum. fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16. Domini horreorum insularumque. fr. 56. locat. 19. 2. In insulis, in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. fr. 3. §. 2. de off.

Prf. Vigg. 1. 15. cf. fr. 20. §. 8. de instr. leg. 33. 7. fr. 32. §. 4. de auro arg. 34. 2. Horreum penuarium, vel cella penuaria. fr. 3. §. 11. de penu leg. 33. 9. Horr. vinarium, cum vino et vasis etc. fr. 7. de instr. leg. 33. 7. Horr. frumentarium. fr. 60. de A. R. D. 41. 1. Horrea Caesaris. Fiscalia horrea. fr. 21. §. 1. Qu. potior. 20. 4. Th. C. VII. 4. c. 16. de erog. mil. annon. XV. 1. c. 12. de opp. pub. Horreorum portuensium patroni. Ib. XIV. 23. c. 1. de patron. horr. Procuratores, seu susceptores, vel praepositi pagorum et horreorum. Ib. VII. 4. c. 1. cf. XI. 4. c. 1. ne coll. p. logogr.

Horridus. (Adiect.) *Terribilis.* III. ***Cn.*** Pateat insuetis horridus carcer aliquando luminibus. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Horror. *Formido.* III. ***Cn.*** Quas (sc. causas) dignus et meritus horror inscriptionis impleverit. Ib. II. 1. c. 8. §. 2. de iurisdict.

Hortamentum. *Hortatio, Excitatio.* I. ***Sy.*** Suasiones, Hortamenta. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg. III. ***Cn.*** Nobis hortamento fuit, ut etc. c. 1. de precib. Imp. off. 1. 19.

Hortari. *Admonere, Suadere, Excitare.* III. ***Cn.*** Iubemus, hortamur, ut etc. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Si bonae frugi servum pepulit ad delinquendum; an vero et si malum hortatus est, vel malo monstravit quemadmodum faceret? fr. 1. §. 4. de servo corr. 11. 3. cf. §. 11. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. Remuneranda pericula eorum, quin etiam et hortanda praemiis. fr. 5. §. 3. de iure immun. 50. 6.

Hortator. *Suasor.* III. ***Cn.*** Cognoscat, utrum is fuerit petitionis hortator. Th. C. X. 12. c. 2. §. 3. si vag. pet. manc.

Hortatus. (Subst.) *Adhortatio, Excitatio.* III. ***Cn.*** Monitio atque hortatus. Th. C. XII. 1. c. 39. de decurion. Cuius hortatu, consiliove (servus alienus fugerit.) §. 23. I. de action. 4. 6. Hortatu tuo a me accepit (pecuniam mutuam.) fr. 20. pr. de d. m. 4. 3.

Hortensia. *Legis nomen.* III. ***Cn.*** Lex Hortensia, qua cautum est, ut plebiscita universum populum tenerent. Gai. I. 3. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2.

Hortulanus. *Horti cultor.* III. ***Cn.*** Hortulani, qui — hortos ab aliquibus conducunt. Iul. ep. nov. c. 58. §. 202.

Hortulus. *Hortus.* I. ***Sy.*** Hortus. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. X. 3. c. 5. de loc. iur. emph. III. ***Cn.*** Quidquid fuerit interiacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. Th. C. IX. 45. c. 4. pr.

Hortus. *Locus circumseptus, in quo arbores et olera coluntur.* III. ***Cn.*** Vineae, pomaria, horti. fr. 54. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Si extra urbem, Romae tamen sit, sed et si in hortis sit urbi iunctis. fr. 4. §. 5. de penu leg. 33. 9. cf. fr. 5. sqq. de procur. 3. 3. Si in villa habitet, vel in hortis. fr. 5. §. 3. de iniur. 47. 10. Domus, cum horto adplicito. fr. 41. §. 1. de legat. III. (32.) Si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii. fr. 198. de V. S. 50. 16. cf. fr. 13. §. 4. de usufr. 7. 1. Qui hortos publicos a repub. conductos habebat. fr. 30. §. 1. de legat. III. (32.) Si Sallustianos hortos, qui sunt Augusti, — legaverit quis. fr. 39. §. 8. de legat. I. (30.)

Hospes. *Qui brevi apud nos diversatur.* I. ***Sy.*** Qui tantisper hospitatur. fr. 1. §. 9. de h. qu. deiec. 9. 3. III. ***Cn.*** Quisquis omnino nostro nomine sit in possessione, velut procurator, hospes, amicus. fr. 9. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 5. §. 4. de h. qu. deiec. 9. 3. fr. 1. §. 7. fr. 3. §. 4. de itin. actuq. priv. 43. 19. Neque ab annona, — neque ab hospite recipiendo, — excusari posse. fr. 18. §§. 29. sq. de mun. et hon. 50. 4. fr. 10. §. 2. de vacat. et excus. 50. 5. Hospites, et qui gratuitam habitationem accipiunt. fr. 15. §. 1. de precar. 43. 26. — **§. 2.** *Qui hospitium alteri praebet.* III. ***Cn.*** Vt nihil ab hospite, quod vel hominum vel animalium pastui necessarium creditur, postuletur. Th. C. VII. 8. c. 10. §. 2. de metat. VII. 9. c. 2. sq. de salgamo.

Hospitaculum. *Locus, ubi hospites diversantur.* I. ***Sy.*** Hospitium. Cf. h. v. §. 1.

Hospitalis. (Adiect.) *Ad hospitium praebendum spectans.* I. ***Sy.*** Hospitia praebenda. Hospitalitas. Hospitale ius, s. Hospitalis molestia. Th. C. VII. 8. c. 3. c. 5. §. 2. c. 7. sqq. c. 16. de metat. XIII. 3. c. 16. c. 18. de medic. et prof.

Hospitalitas. *Hospitiorum praebitio.* I. ***Sy.*** Hospitia praebenda. Ius hospitale. Cf. v. Hospitalis. III. ***Cn.*** Munus, s. Praebitio hospitalitatis. Th. C. VII. 8. c. 3. c. 5. §. 2. c. 10. sqq. de metat.

Hospitari. *Hospitio uti.* I. ***Sy.*** Hospitantes, Hospitaturi, s. Hospitandi, Hospites. Th. C. VI. 23. c. 4. §. 1. de decur. et silent. VII. 8. c. 3. sqq. de metat. XIII. 3. c. 3. c. 16. de medic. et prof. II. ***Op.*** Habitare. Cf. h. v. §. 2.

Hospitiolum. *Hospitium modicum.* I. ***Sy.*** Hospitium. Cf. h. v. §. 1.

Hospitium. **§. 1.** *Domus, ubi diversantur hospites accepti.* I. ***Sy.*** Hospitem, s. Hospitandum, recipere. Hospitia praebere. fr. 3. §. 13. fr. 18. §§. 29. sq. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. VII. 8. c. 16. de metat. XIII. 3. c. 16. c. 18. de medic. et prof. Hospitiolum, Hospitium modicum. fr. 5. §. 1. de h. qu. deiec. 9. 3. Hospitaculum [al. Hospitalia.] Ib. l. l. III. ***Cn.*** Gratis, sive hospitio receptus, (habitare.) fr. 5. §. 2. de iniur. 47. 10. cf. fr. 6. §. 3. naut. caup. 4. 9. fr. 5. §. 1. de h. qu. deiec. 9. 3. Dum hospitium quis conducit, sarcinulas componit etc. fr. 15. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 29. de damn. inf. 39. 2. Milites, quibus supervenientibus hospitia praeberi in civitate oportet. fr. 3. §. 13. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 4. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. — **§. 2.** *Sedes.* III. ***Cn.*** Sacrosanctum cunctis esse debere hospitium virilis animae. Coll. LL. M. V. 3. — **§. 3.** *Coniunctio inter hospites.* III. ***Cn.*** Si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum habemus. fr. 5. §. 2. de captiv. 49. 15.

Hostia. *Animal sacrificii causa caedendum.* III. ***Cn.*** Adversus eum (sc. pignoris capio introducta, lege XII Tabb.) qui hostiam emisset, nec pretium redderet. Gai. IV. 28. Nemo se hostiis polluat, nemo insontem victimam caedat. Th. C. XVI. 10. c. 10. cf. c. 12. §. 1. de pagan.

Hosticolum. Cf. v. Hosticum.

Hosticum. *Locus hostilis, Ager hostium.* III. **Cn.** Qui [illegible]tsunt gradus, ut iure militari testari non possint, si in hostico deprehendantur, et illic decedant etc. fr. 44. de milit. testam. 29. 1. Qui in hostico [al. h[illegible]o, s. hostico loco] suprema iudicia sua quoquo modo ordinassent. fr. 1. pr. de B. P. ex testam. mil. 37. 13.

Hostilia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Lege Hostilia permissum erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reip. c. abessent, qui quaeve in eorum cuius tutela essent. Pr. I. Per qu. ag. poss. 4. 10.

Hostilis. (Adiect.) *Ad hostes spectans. Infestus.* III. **Cn.** Quae res hostiles apud nos sunt. fr. 51. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Incursio hostilis. c. 1. de commod. 4. 23. Cum illud hostile et abominandum sit. fr. 11. de D. R. 1. 8.

Hostilitas. *Hostium dominatio.* III. **Cn.** Subtrahantur (sc. tempora,) quae claruerit sub hostilitate consumta. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 12.

Hostis. **§. 1.** *Peregrinus quilibet.* III. **Cn.** Morbus sonticus. Status dies cum hoste. Fr. L. XII Tabb. II. 2. Adversus hostem aeterna auctoritas. Ib. III. 7. — **§. 2.** *Qui genti alicui adscriptus est, cui nec foederis, nec amicitiae, nec hospitii iura sunt cum populo R.* I. **Sy.** Perduelles. Hi, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus. Hostes. fr. 24. de captiv. 49. 15. fr. 118. fr. 234. pr. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Amici, — Hostes (populi R.) fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. III. **Cn.** Qui a latronibus detinetur. — Qui ab hostibus captus est. fr. 118. fr. 199. de V. S. 50. 16. cf. fr. 19. §. 2. fr. 24. de captiv. 49. 15. In hostium, praedonumve potestate, aut in vinculis esse. fr. 19. de procur. 3. 3. De vi hostium, vel latronum, vel populi (tueri, vel liberare.) fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Ab hostibus captus, utputa a Germanis et Parthis. fr. 24. fr. 27. de captiv. 49. 15. Qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt et in hostium numerum se conferunt. fr. 5. §. 1. de capit. minut. 4. 5. Factumve dolo malo cuius dicitur, quominus hostes in potestate populi R. veniant. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Adiuvare, ut ex amicis hostes P. R. fiant. Ib. l. l. Qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit. fr. 3. ib. 48. 4. Hostibus prodita provincia, vel civitas. fr. 10. ib. 48. 4. Transfugae ad hostes. fr. 38. §. 1. de poen. 48. 19. Ab hostibus capti, postliminio reversi. fr. 15. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Qui ab hostibus remeavit. fr. 141. de V. S. 50. 16. Servus hostium fieri. Gai. I. 129. cf. Vlp. X. 4. Qui hostium potitus est. fr. 15. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Ab hostibus redimi. — Victis hostibus recuperari. fr. 21. pr. fr. 26. de captiv. 49. 15. — **§. 3.** *Qui adversarius patriae suae iudicatus est.* III. **Cn.** Hi, quos Senatus hostes iudicavit, (vel) lege lata. fr. 5. §. 1. de cap. minut. 4. 5. Hostes, vel perduellionis damnati. fr. 11. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Iudiciorum oculis communis hostem salutis ostendat. Th. C. IX. 16. c. 11. de malefic. Facultates eorum, qui sub hoste publico egerunt. Ib. X. 8. c. 4. de bon. vac.

Huc. (Advb.) *In hunc locum.* III. **Cn.** Quidquid hic [al. illic] diximus, huc erit transferendum. fr. 38. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Hucusque. *Vsque in eam rem.* III. **Cn.** Ita ut vetusta aetate servatum est, hucusque praerogativa veniente, ut etc. Th. C. VIII. 9. c. 1. de lucr. officior.

Huiusce. Cf. v. Huiuscemodi.

Huiuscemodi, s. Huiusmodi. **§. 1.** *Huius generis.* III. **Cn.** Magni facient, — servari sibi consuetudinem istam et huiusmodi praerogativas. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quod generaliter et in omnibus huiuscemodi casibus observandum est. fr. 19. pr. de iurisd. 2. 1. Causae fere huiusm. solent adlegari. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Neque societas, neque collegium, neque huiusm. corpus. fr. 1. pr. Qu. cuiusq. univ. nom. 3. 4. Et caeterorum pecorum, sive armentorum, quae ad huiusmodi praebitionem spectant. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Comparandorum huiusce fundorum copia. Th. C. XII. 3. c. 2. pr. de praed. et manc. curial. — **§. 2.** *Cuiuscunque generis.* III. **Cn.** Igitur istiusmodi viri, — huiuscemodi illi erunt etc. Ib. XII. 1. c. 27. de decurion. cf. XV. 7. c. 9. de scaenic.

Humane, s. Humaniter. (Advb.) *Benigne.* III. **Cn.** Capite punitur; humane militiam mutat. fr. 3. §. 13. de R. M. 49. 16. Quamquam natura graviora sunt, humanius — tractari solent. fr. 38. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Humanius facturus videtur Praetor, si etc. fr. 21. de R. C. 12. 1. Humanius dicetur, v. dixerit quis. fr. 56. sol. matrim. 24. 3. fr. 4. de sent. pass. 48. 23.

Humanitas. **§. 1.** *Conditio rerum humanarum. Infirmitas generis humani.* I. **Sy.** Conditio humana. fr. 6. pr. fr. 14. §. 7. de religios. 11. 7. fr. 27. pr. de cond. inst. 28. 7. III. **Cn.** Vtrum negotium quis, vel defuncti, vel heredis gerit, vel ipsius humanitatis, an vero misericordiae tribuens etc. fr. 14. §. 7. l. 11. 7. Si infirmitate impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis. fr. 38. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 1. A.** *Vitae humanae praesidia.* I. **Sy.** Alimoniae. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 17. III. **Cn.** Si quidquam in usum vestium, vel alimoniae, impensum est, humanitati sit praestitum. Th. C. V. 5. c. 2. §. 1. de captiv. Productos reos e custodia carcerali videant et interrogent, ne his humanitas clausis — denegetur. Ib. IX. 3. c. 7. de cust. reor. — **§. 2.** *Benignitas, Clementia.* I. **Sy.** Indulgentia, Liberalitas. Ib. IX. 38. c. 6. c. 10. sq. de indulg. crim. Solatium. Ib. VI. 29. c. 5. §. 1. de curios. VIII. 5. c. 4. §. 1. de cursu pub. II. **Op.** Nimia subtilitas, Ius subtile. fr. 13. pr. de liber. et posth. 28. 2. fr. 4. §. 2. de manum. testam. 40. 4. fr. 12. §. 5. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** Prudenter, et egregia ratione humanitatis, (damnare.) fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Boni consulere debeat humanitatis [al. humanitatem] sententiae. fr. 3. pr. de decurion. 50. 2. Humanitatis intuitu hoc et latius et pinguius interpretandum esse. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. Humanitatis gratia indulgere, v. obtinere. fr. 16. §. 1. de compens. 16. 2. fr. 86. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Humanitatis ratione (omnem provocationem audiri debere.)

fr. 6. de app. et relat. 49. 1. Recte dicetur, humanitate suggerente. fr. 1. pr. Quand. app. 49. 4. Habet humanitatem. fr. 7. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Recepta humanitate placuit. Vatic. §. 281. Nec solum his personis hanc humanitatem Praetor solet exhibere, verum et si quis alius sit. fr. 1. §. 4. de postul. 3. 1. Pro sua humanitate (D. Marcus — hanc rem temperavit.) fr. 31. de L. Corn. de fals. 48. 10. Nostra humanitas. Nov. 23. c. 4. Tanta circa nos divinae humanitatis est providentia. c. 2. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 31. de testam. et quemad. 6. 23. Ne iustae poenitudinis humanitas amputetur. Th. C. XI. 30. c. 56. de app. et poen. cf. VII. 9. c. 1. de salgam. Speciali humanitate tribuimus. Ib. XII. 1. c. 155. de decurion.

Humaniter. Cf. v. Humane.

Humanitus. (Advb.) *More humano.* I. ***Sy.*** Aliquid humanum (contingere, s. accidere.) Decedere. fr. 26. pr. depos. 16. 3. fr. 30. §§. 2. 4. de adim. legat. 34. 4.

Humanus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad homines spectans, et ordinem rerum naturalem.* I. ***Sy.*** Hominum, Humanae (res.) fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. de interdict. 43. 1. Vita. Res humanae. fr. 10. §. 1. de vulg. et pup. 28. 6. c. 15. sq. de pact. 2. 3. c. 5. Quand. dies legat. 6. 53. Humanitas, Humanitus, Humanum. Cf. v. Humanitas. §. 1. v. Humanitus. II. ***Op.*** Rem humanam et naturalem pati. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2. Factum humanae sortis. fr. 21. pr. de evict. 21. 2. cf. fr. 35. §. 4. de m. c. donat. 39. 6. Si — vel in rebus humanis, vel saltem concepti fuerint (sc. sui heredes.) fr. 1. §. 8. de suis et legit. 38. 16. Si sit quidem res in rebus humanis, sed dari non possit. fr. 91. §. 1. de V. O. 45. 1. Qui eo tempore — in rebus humanis et in eo officio fuerint. fr. 20. §. 1. de ann. legat. 33. 1. In rebus humanis agens. Vatic. §. 313. Rebus humanis eximi, v. subtrahi. c. 8. de O. et A. 4. 10. c. 5. Quand. dies legat. 6. 53. Naturae humanae congruum. fr. 65. §. 3. de legat. III. (32.) Cum ipso genere humano proditum (sc. ius.) fr. 1. pr. de A. R. D. 41. 1. Capitatio humana atque animalium. Th. C. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Humanae fragilitatis praetextu. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. Fidei humanae congruum. fr. 1. pr. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Profanus.* II. ***Op.*** Divinum, — Humanum (ius.) fr. 1. pr. de R. D. 1. 8. fr. 1. de R. N. 23. 2. Sacer, vel religiosus, — Humani iuris (locus.) Gai. III. 97. fr. 10. §. 2. de I. et I. 1. 1. c. 9. de pact. int. emt. 4. 54. — **§. 3.** *Benignus, Aequus.* I. ***Sy.*** Benignior, Humanior (interpretatio.) fr. 3. de h. qu. in testam. 28. 4. III. ***Cn.*** Est enim humanior et utilior (ista interpretatio.) fr. 24. de const. pecun. 13. 5. Et humanius est, et magis aequitatis ratione subnixum. fr. 84. pr. de hered. inst. 28. 5. Aequius videtur, — neque humanum fuerit. fr. 37. de fideic. libb. 40. 5. In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet. fr. 10. §. 1. de reb. dub. 34. 5. cf. fr. 23. pr. de S. P. V. 8. 2. Et verum puto, — hoc enim humanius est. fr. 3. de off. Praet. 1. 14. Humanum est (confirmari, v. exigi.) fr. 13. §. 1. de donat. int. V. 24. 1. fr. 24. ad munic. 50. 1. Humana interpretatione placuit. fr. 1. §. 6. ad S. C. Tert. 38. 16.

Humare. *Humo tegere, sepeliendi causa.* I. ***Sy.*** Condere. Cf. h. v. Sepelire. fr. 37. pr. de relig. 11. 7. III. ***Cn.*** Non totus, qui sepulturae destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est. fr. 2. §. 5. cf. fr. 37. pr. de relig. 11. 7. Vt certus numerus hominum in uno loco humetur. fr. 4. comm. praed. 8. 4. Humatum corpus — transferre. Th. C. IX. 17. c. 7. de sepulc. viol.

Humatio. *Actus humandi.* I. ***Sy.*** Sepultura. fr. 2. §. 5. de relig. 11. 7. fr. 22. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Humerale. *Armorum genus, quod humeros tegit.* III. ***Cn.*** Si partem, (sc. armorum) — si tibiale, vel humerale, alienavit. fr. 14. §. 1. de R. M. 49. 16.

Humeri. *Persona ipsa.* III. ***Cn.*** Imponere humeris provincialium (aerariae praestationis adiectionem.) Th. C. XI. 1. c. 23. de annon. et tribut.

Humidus. (Adiect.) *Humorem habens.* II. ***Op.*** Arentes, — Humidae (fruges.) Th. C. II. 33. c. 1. de usur.

Humilis. (Adiect.) **§. 1.** *Declivis, Demissus.* II. ***Op.*** Altiorem, — Humiliorem (viam facere.) fr. 1. §. 2. de via pub. et itin. 43. 11. — **§. 2.** *Qui inferioris ordinis, vel existimationis est.* I. ***Sy.*** Turpis. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Plebeii, Tenuiores, Humiliores. fr. 11. §. 1. de d. m. 4. 3. fr. 1. §. 8. fr. 3. §. 16. de susp. tut. 26. 10. fr. 28. §. 2. fr. 38. §. 3. de poen. 48. 19. II. ***Op.*** Potentiores viri. — Humiliores. fr. 6. §. 2. de off. Praes. 1. 18. Humilis loci, s. Humiliores. — Honestiores. fr. 38. §. 3. 1. 48. 19. cf. fr. 3. §. 5. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 19. §. 1. Senator. — Plebeius, vel humili loco natus. Ib. V. 4. §. 10. Gai. III. 225. Si humiliore loco sint. — Si in aliquo gradu id fecerint. fr. 12. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. Si vel dignitate aliqua, vel fortunis utuntur. — Qui humilioris fortunae sunt. Th. C. VII. 10. c. 1. §. 2. ne qu. in palat. III. ***Cn.*** Humilis, calumniator, notae nequitiae. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Humilis, vel abiecta (persona.) c. 7. de incest. nupt. 5. 5. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Humilis et deploratus. Cf. v. Deploratus. Humilibus officiis, aut extraordinariis oneribus (occupari.) Ib. XII. 6. c. 31. de susceptor. Qui negotia humiliora disceptent. Ib. I. 16. c. 8. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Humilitas. *Vilitas, Indignitas.* II. ***Op.*** Dignitas (vitae.) Paul. V. 15. §. 1. III. ***Cn.*** Contemti et miserae humilitatis inclinati. Th. C. XVI. 2. c. 41. de episc. eccl. Regradationis humanitate plecti. Ib. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Humor. *Liquor, Aqua.* III. ***Cn.*** Vitio vesicae collectum humorem continere non posse. fr. 14. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Quamvis humorem capiat paries. fr. 19. pr. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 57. locat. 19. 2.

Humus. *Terra, Solum.* III. ***Cn.*** Humi corpus dare. fr. 40. §. 2. de auro arg. 34. 2. Humo operta (saxa.) Th. C. X. 19. c. 14. de metall.

Hunni. *Populi Sarmatiae.* III. ***Cn.*** Scyras, barbaram nationem, maximis (Hun) norum, quibus

se coniunxerant, copiis fusis, — subegimus. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit.

Hyacinthinus. Cf. v. Ianthinus.

Hyacinthus. *Gemma hyacinthini coloris.* III. ***Cn.*** Margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus, adamas etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. Vniones et hyacinthos quosdam in aliam speciem ornamenti, quod postea pretiosius fecit aliis additis gemmis et margaritis, convertisse. fr. 6. §. 1. cf. pr. de auro arg. 34. 2.

Hydraula. *Organi hydraulici pulsandi artifex.* III. ***Cn.*** Hydraulae munerum civilium immunitatem — adprobare minime possunt. c. 4. de excus. mun. 10. 47.

Hydromeli. *Aquae mulsae genus.* III. ***Cn.*** Si quis vinum legaverit, — nec camum, nec cervisia continebitur, nec hydromeli. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6.

Hydroparastatae. *Haereticorum genus.* III. ***Cn.*** Encratitae, Apotactitae, Hydroparastatae, vel Saccophori. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 3. cf. c. 9. §. 1. c. 11. c. 65. §. 2. de haeretic. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 9.

Hydrophylax. *Custos aquarum.* I. ***Sy.*** Aquarum, s. Aquaeductuum, custos. c. 10. de aquaed. 11. 42.

Hypaethrum. *Locus subdialis. Aedificii pars, caelum versus aperta.* III. ***Cn.*** Vela, quae in hypaethris extenduntur. fr. 12. §. 20. de instr. leg. 33. 7. Quod hypaethri tegendi causa poneretur. fr. 242. §. 2. de V. S. 50. 16.

Hyperocha. *Exsuperantia, Superfluum.* I. ***Sy.*** Quod amplius est in pignore. Pignoris hyperocha. fr. 20. Qui potior. 20. 4.

Hypocaustum. *Vaporarium.* III. ***Cn.*** Sphaeristerium, et hypocausta, et quaedam ipsius valetudini apta, (in hortis facere.) fr. 16. mand. 17. 1. Ad balnei calefactionem, sive diaetarum hypocaustarum (sc. ligna legata.) fr. 55. §. 3. de legat. III. (32.)

Hypodiaconus. *Qui sub diacono minister est.* I. ***Sy.*** Subdiaconus. Th. C. XII. 1. c. 49. pr. c. 163. de decurion. XVI. 2. c. 7. c. 24. de episc. eccl.

Hypodium. Cf. v. Hypopodium.

Hypomnematographus. *Commentariensis.* III. ***Cn.*** Si quos spontaneos hypomnematographi munificos — ad publicas nominaverint functiones. Th. C. XII. 1. c. 192. de decurion.

Hypopodium. *Instrumentum, quod pedibus subiicitur personae recubantis, vel sedentis.* III. ***Cn.*** Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, et scamna, et hypopodia [al. hypodia] — legato cedunt. Paul. III. 6. §. 65.

Hypotheca. **§. 1.** *Pignoris ius, absque possessione rei pignori datae, constitutum.* I. ***Sy.*** Pignus, cuius possessio non transit ad creditorem. fr. 9. §. 2. de pign. act. 13. 7. §. 7. I. de action. 4. 6. II. ***Op.*** Pignora, vel hypothecae. fr. 2. fr. 16. §. 9. de pignor. 20. 1. fr. 1. pr. Qu. potior. 20. 4. fr. 33. §. 1. de usur. 22. 1. fr. 43. fr. 97. de solut. 46. 3. Pignori, hypothecaeve, s. Pignoris, hypothecaeve nomine, (dare, v. obligare etc.) fr. 11. §§. 2. sq. de pignor. 20. 1. fr. 12. pr. §. 8. Qu. potior. 20. 4. fr. 23. de probat. 22. 3. c. 8. §. 5. de bon. qu. lib. 6. 61. — **§. 2.** *Ius pignoris qualecunque.* I. ***Sy.*** Pignus. fr. 5. §. 1. de pignor. 20. 1. §. 7. I. de action. 4. 6. III. ***Cn.*** Pro dominio, vel hypotheca earum rerum (actiones.) §. 13. I. de usuc. 2. 6. Creditores, qui hypothecas non habent. fr. 10. pr. de pact. 2. 14. — **§. 3.** *Actus pignorandi.* I. ***Sy.*** Obligatio. Pr. I. Qu. alien. lic. 2. 8. II. ***Op.*** Alienatio. Ib. l. l. cf. c. 3. de h. qu. ven. aet. 2. 45. c. 8. §. 5. de bon. qu. lib. 6. 61. — **§. 4.** *Res ipsa, pignori obligata.* III. ***Cn.*** Si pactum sit a creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus. fr. 7. §. 1. de distract. pign. 20. 5. Pecunia soluta, recipere hypothecam. Ib. l. l. Fructus hypothecarum usuris compensari. fr. 1. §. 3. de pignor. 20. 1.

Hypothecarius. (Adiect.) *Ad hypothecam spectans, vel pignoris ius.* I. ***Sy.*** Serviana, et Quasi-Serviana, Hypothecaria (actio.) fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. §. 7. I. de action. 4. 6. III. ***Cn.*** Creditor hypothecarius. fr. 1. §. 3. de separat. 42. 6. Formula hypothecaria. Gaius, v. Marcianus, lib. singul. ad hypothecariam formulam. Cf. Hommel palingenes. Vol. I. p. 103. sqq. 429. sqq. Persecutio hyp. c. 1. si antiqu. cred. 8. 20. Creditores, qui hypothecaria secum agerent. fr. 57. de legat. I. (30.)

Hysginum. Cf. v. Isginum.

Iacens. (Partic.) Cf. v. Iacere.

Iacēre. **§. 1.** *Procumbere, Prostratum esse.* III. ***Cn.*** In stabulo iaceat (sc. sterculinum,) an acervus sit. fr. 17. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Alicubi merces iacebant in angulo, et unda penetravit. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Qui alienum quid iacens, lucri faciendi causa sustulit. fr. 43. §§. 4. 7. de furt. 47. 2. cf. Paul. II. 31. §. 27. — **§. 2.** *Sine domino, et quasi pro derelicto, esse.* II. ***Op.*** Sive iacent bona, fisco spernente, sive adgnoverit. fr. 4. §. 17. de fideic. libb. 40. 5. Iacebat hereditas. — Post aditam hereditatem. fr. 13. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. ***Cn.*** Ne bona hereditaria vacua sine domino diutius iacerent et creditoribus longior mora fieret. fr. 1. pr. de succ. edict. 38. 9. cf. fr. 1. de B. P. furios. 37. 3.

Iacěre. (cf. v. Icere.) **§. 1.** *Iaculari, Iactare, Immittere.* I. ***Sy.*** Iactare. Cf. h. v. §. 1. Proiicere (molem.) Ponere (fundamenta.) fr. 2. §. 8. ne qu. in loco pub. 43. 8. fr. 11. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. ***Cn.*** Si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo etc. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5. Fundamenta clam iecisti, deinde caetera prohibente me aedificasti. fr. 11. §. 5. l. 43. 24. — **§. 2.** *Eiicere, Abiicere.* I. ***Sy.*** Eiicere, Proiicere, Reiicere, Dimittere, Iactare, (res.) Cf. v. Eiicere. §. 1. fr. 2. §. 8. fr. 4. §. 2. fr. 8. de L. Rhod. 14. 2. fr. 9. §. 8. de A. R. D. 41. 1. fr. 21. §§. 1. sq. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 43. §. 10. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Si quis sponte rem iecit, vel iactavit. fr. 43. §. 10. l. 47. 2. Ius ei esse, terram, rudus, saxa iacere, posita habere. fr. 3. §. 2. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4.

Iactantia. *Iactatio, Ostentatio.* III. **Cn.** Si quadam iactantia, vel contumacia cervices erexerint. Th. C. IV. 10. c. 1. (Wck.) de libert. et eor. lib. cf. XI. 30. c. 11. §. 1. de app. et poen.

Iactare. **§. 1.** *Iaculari.* I. **Sy.** Iacere (pilas, v. moles.) fr. 30. §. 4. de A. R. D. 41. 1. fr. 2. §. 8. fr. 3. §. 1. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Quolibet prohibentis actu, i. e. vel dicentis se prohibere, vel manum opponentis, lapillumve iactantis prohibendi gratia. fr. 20. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. Si iactum retis emero, et iactare retem piscator noluit. fr. 12. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Eiicere, Disiicere, Abiicere.* I. **Sy.** Iacere, Eiicere, Proiicere (res.) Cf. v. Iacere. §. 2. III. **Cn.** Qui merces, salva nave, iactavit. Paul. II. 7. §. 2. cf. fr. 7. pro derel. 41. 7. Qui missilia iactat in vulgus. fr. 9. §. 7. de A. R. D. 41. 1. Qui solvit, numquam ita resupinus est, ut facile suas pecunias iactet, et indebitas effundat. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. Quae in terram alienam iactantur. Epit. inst. Gaii. II. 1. §. 4. — **§. 3.** *Vehementer movere, v. agitare.* III. **Cn.** Quod — in convivio, dum sago iactatur, culpa M. Evaristi ita male acceptus fuerit, ut etc. Coll. LL. M. I. 11. Inter fanaticos caput iactare, (et aliqua profari.) fr. 1. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 4.** *Gloriari.* III. **Cn.** Quae sic dicuntur, ut praestentur, non ut iactentur. fr. 19. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Qui solum consilium — suscepit, licet id se facturum iactaverit. fr. 225. de V. S. 50. 16. Qui tam diu conticuerunt, quod pro salute Principis habere se dicere iactant. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. Effuso sermone sese iactare. c. 7. de dot. promiss. 5. 11. — **§. 5.** *Divulgare.* I. **Sy.** Traditum est, Iactatur (vulgo.) fr. 11. pro emt. 41. 4. fr. 95. §. 3. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Qui, sub obtentu et monitu deorum, quaedam vel renunciant, vel iactant, vel scientes confingunt. Coll. LL. M. XV. 2. Si palam et aperte testatori maledixerit, et infaustas voces adversus eum iactaverit. fr. 9. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Nec ad solam cuiusquam invidiam petulantia verba iactentur. c. 2. de seditios. 9. 30.

Iactatio. *Ostentatio, Gloriae captatio.* III. **Cn.** Si quis taedio vitae, vel valetudinis adversae impatientia, vel iactatione, [al. iactationis,] ut quidam philosophi, (mori magis, quam damnari, maluerit.) fr. 6. §. 7. de iniust. rupt. 28. 3. Metum non iactationibus tantum, vel contestationibus, (probari.) c. 9. de h. qu. vi. 2. 20.

Iactura. **§. 1.** *Iactus.* I. **Sy.** Iactus (mercium.) Cf. h. v. §. 1. — **§. 2.** *Damnum, Poena.* III. **Cn.** Vt, qui iactura adfectus est, damni disceptet, (vel modice vindicaretur.) fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. cf. fr. 17. de auct. et cons. 26. 8. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Ne ex aliena iactura sibi lucrum adquirat. fr. 12. §. 1. de distract. pign. 20. 5. Iactura causae adfici. c. 1. ne lic. potent. 2. 14. Parem capitis ac vitae — cogetur subire iacturam. Th. C. IX. 27. c. 5. ad L. Iul. repet. Praeter iacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat. Ib. XII. 1. c. 76. de decurion. Praeiudicialis multae excipere ac sustinere iacturam. Ib. XI. 30. c. 50. de app. et poen.

Iactus. (Subst.) **§. 1.** *Iaculatio, Eiectio.* I. **Sy.** Iactura (mercium.) fr. 1. fr. 2. pr. §. 2. fr. 4. pr. §§. 1. sq. de L. Rhod. 14. 2. III. **Cn.** Qui casu, iactu teli, hominem imprudenter occiderit. Paul. V. 23. §. 7. Si lapilli iactu impedierit. fr. 6. §. 1. si servit. 8. 5. cf. fr. 1. §. 6. Qu. vi aut cl. 43. 24. Si levandae navis gratia, s. laborante nave, iactus mercium factus est. fr. 1. fr. 2. pr. de L. Rhod. 14. 2. Paul. II. 7. §. 1. — **§. 2.** *Id, quod eiectum est. Res iacta.* III. **Cn.** Si iactum ex nave factum alius tulerit. fr. 43. §. 11. de furt. 47. 2. — **§. 3.** *Quidquid eiiciendo consecuturi sumus. Captura.* III. **Cn.** Cum futurum iactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis positis a venatore, vel pantheram ab aucupe. fr. 11. §. 18. cf. fr. 12. de A. E. V. 19. 1.

Iaculari. **§. 1.** *Missilia mittere.* I. **Sy.** Iaculis ludere. fr. 9. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. §. 4. I. eod. 4. 3. — **§. 2.** *Depugnandis bestiis operam dare.* III. **Cn.** Qui iaculandi causa ad urbem missus est, erit. Coll. LL. M. IX. 2.

Iaculatorius. (Adiect.) *Ad iaculandum inserviens.* III. **Cn.** Per campum iaculatorium iter intempestive facere. fr. 9. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Iaculum. *Telum missile.* I. **Sy.** Iaculari. Iaculis ludere. Cf. v. Iaculari.

Iam. (Advb.) **§. 1.** *Inpraesentiarum, Nunc, Statim.* II. **Op.** Futuri iudicii causa, non eius quod iam sit. fr. 8. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Qui controversiam hereditatis patitur iam, vel sperat. fr. 3. §. 6. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Quae iam in rebus humanis est. — Posthuma. fr. 164. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Iam receptum, et ideo credendum est. fr. 12. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Iam non dubitatur. Gai. II. 288. III. 146. Iam hoc iure utimur. fr. 4. pr. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 15. §. 1. ad S. C. Turp. 48. 16. Iam iamque (curiis tradi oportet militarium filios.) Th. C. XII. 1. c. 32. de decurion. Eo tempore, quo iam pubes, vel liber, vel paterfam. effectus est. fr. 15. de N. G. 3. 5. Qui iam tutores, vel curatores sunt. Vatic. §. 135. Iam tamen fideiussore — damnato, frustra defensionem reus suscipit. fr. 5. pr. iudicat. solvi. 46. 7. — **§. 2.** *Antea, Pridem.* III. **Cn.** Iam dudum. Cf. v. Dudum. Iam maiore tempore. fr. 2. §. 17. de O. I. 1. 2. Iam ex multis temporibus. §. 3. I. de libertin. 1. 5. Secundum quod iam dictum est. fr. 16. §. 1. cf. fr. 14. §. 15. Qu. met. c. 4. 2. Quia iam data est (sc. dilatio,) amplius dari non potest. fr. 7. de feriis. 2. 12. Iam tunc, cum etc. fr. 41. §. 3. de iure dot. 23. 3. — **§. 3.** *Inde, Post.* III. **Cn.** Iam tunc, ex quo captus est, (decessisse intelligi.) fr. 12. §. 1. de captiv. 49. 15. L. Pap. Popp. — iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit. Vlp. XXIX. 3. Iam tempore liberatum esse, v. vindicare non posse. fr. 10. pr. si qu. cautt. 2. 11. fr. 9. §. 4. ad exhib. 10. 4. Iam pretium Stichi minuetur, quoniam etc. fr. 55. ad L. Aqu. 9. 2. Si fuerit inundatus (sc. ager, vel locus,) ut stagnum iam sit, aut palus. fr. 10. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Post interitum rei, iam nec posse etc. fr. 3. de in diem addict. 18. 2. — **§. 4.** *Amplius, Praeterea.* III. **Cn.** Posse ex testamento hereditatem adiri, — nullo iam filio impedimento, Gai. II. 123. Idque non iam ex co-

dicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto. Th. C. XIV. 4. c. 9. cf. c. 10. §. 2. de suar. Non iam relegatione — plectatur, sed supplicium capitale excipiat. Ib. IX. 10. c. 1. ad L. Iul. de vi.

Ianitrix. *Soror eius, quae fratri mariti nupta est.* III. ***Cn.*** Duorum fratrum uxores ianitrices dicuntur, apud Graecos ἐνατέρες. fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10.

Ianthinus. (Adiect.) *Violaceus.* III. ***Cn.*** Purpurae adpellatione omnis generis purpuram contineri puto; sed coccum non continebitur, fucinum et ianthinum continebitur. fr. 70. §. 13. de legat. III. (32.) Quae (sc. purpura) blatta, vel oxyblatta, atque ianthina [al. hyacinthina] dicitur. c. 1. Qu. res. ven. n. poss. 4. 40.

Ianua. **§. 1.** *Ostium.* III. ***Cn.*** Aperto pariete domus suae, — ianuam in publico aperuit. fr. 41. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Vel gradus, vel clivos propius ianuam meam iure facere possum. fr. 20. §. 1. ib. 8 2. — **§. 2.** *Aditus quicunque.* III. ***Cn.*** Agentibus ianuam aperimus. Nov. Th. II. de ducian. v. limit. I. 2. c. 1. §. 2. Cum XXmi anni clausa aetas adolescentiae patefacere sibi ianuam coeperit. Th. C. II. 17 c. 1. pr. de h. qu. ven. act.

Ianuaria. Cf. v. Ianuarius. §. 2.

Ianuarius. **§. 1.** *Nomen mensis.* I. ***Sy.*** Iano dicatae, Ianuariae (Calendae.) Nov. Maior. de ortu imper. IV. 1. §. 1. III. ***Cn.*** Fine, v. Suprema die, mensis Ianuarii. fr. 7. §. 1. sol. matrim. 24. 3. Calendis Ianuariis, vel Februariis, dari spondes? fr. 12. fr. 141. §. 6. de V. O. 45. 1. — **§. 2.** *Nomen servi, vel liberi hominis.* III. ***Cn.*** Cum Ianuario servo meo geri negotium veto! fr. 47. pr. de pecul. 15. 1. Marina et Ianuaria aestimabunt. fr. 47. §. 1. de adm. et peric. 26. 7.

Ianus. *Numen Italicum.* III. ***Cn.*** Iano Quirino agnum marem caedito! Fr. LL. Numae Pompil. c. 4. Iano dicatae (Calendae.) Cf. v. Ianuarius. §. 1.

Ibi. (Advb.) **§. 1.** *Eo loco.* I. ***Sy.*** Eo loco, quo. Ibi, ubi. fr. 1. sqq. de reb. auct. iud. 42. 5. In eodem loco. fr. 6. pr. de R. D. 1. 8. Illic. fr. 1. pr. §. 37. de vi et vi arm. 43. 16. II. ***Op.*** Alibi, quam eo loco. fr. 8. §§. 5. sq. cf. fr. 7. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Et hīc, et ibi. fr. 19. §. 4. de iudic. 5. 1. III. ***Cn.*** Ibi, unde (oriundi sunt.) fr. 11. de Senat. 1. 9. Ibi, ubi etc. fr. 7. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 8. de iudic. 5. 1. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. sqq. de reb. auct. iud. 42. 5. Vbi, — ibi etc. fr. 30. de iudic. 5. 1. Quae, ut ibi sint, illata fuerint. fr. 7. §. 1. In qu. c. pign. 20. 2. cf. fr. 32. de pignor. 20. 1. Fundus cum his, quae ibi erunt. fr. 44. fr. 78. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 1. pr. §§. 33. sqq. de vi et vi arm. 43. 16. Si ibi met [al. sibimet] ipsae inciderint, delapsaeve fuerint (sc. ferae.) fr. 62. §. 1. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *In ea re, In certa parte.* III. ***Cn.*** Si conduxisti navem, — et ibi amphoras portasti. fr. 10. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. Si quid ibi ruet, scindetur, fodietur, aedificabitur. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. cf. fr. 43. pr. de damn. inf. 39. 2. Pro rei qualitate locuples detur, (sc. fideiussor;) exceptis necessariis personis, ibi enim etc. fr. 1. sqq. in ius voc. ut eant. 2. 6. Vbicunque, — ibi etc. fr. 33. §. 2. de procur. 3. 3. Multa ibi dicitur, ubi etc. fr. 131. de V. S. 50. 16. cf. fr. 5. §. 1. de calum. 3. 6. — **§. 3.** *Apud, Penes.* I. ***Sy.*** Apud aliquem, Ibi (esse.) Vlp. X. 4. XXIII. 5. fr. 7. pr. de ann. legat. 33. 1. — **§. 4.** *Circa, In.* I. ***Sy.*** In eam rem (praepositus.) fr. 1. §§. 7. sq. de exerc. act. 14. 1. III. ***Cn.*** In sanctionibus adiicitur: Vt, qui ibi aliquid commisit, capite puniatur. fr. 9. §. 3. de R. D. 1. 8.

Icere. (cf. v. Ictus.) *Cogere, Ferire.* I. ***Sy.*** Ictu percutere. fr. 27. §. 22. fr. 39. pr. ad L. Aqu. 9. 2. III. ***Cn.*** Cum eo, qui coëgisset, lege Aquilia agere, quia equam in iciendo [al. eiiciendo] ruperat. fr. 39. pr. 1. 9. 2.

Iconiensis. (Adiect.) *Ad Iconium spectans, Lycaoniae urbem.* III. ***Cn.*** In Asia — episcopus Iconiensis. Th. C. XVI. 1. c. 3. de fide cathol.

Icosaproti. **Icosaprotia.** *Vigintiprimi. Vigintiprimatus.* III. ***Cn.*** Munera decaprotiae et icosaprotiae. — Decaproti et icosaproti. Cf. v. Decaprotia. v. Decaprotus.

Ictus. (Partic.) *Percussus.* III. ***Cn.*** Ita vulneratus servus, — postea ab alio ictus, decessit. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2.

Ictus. (Subst.) *Percussio.* I. ***Sy.*** Verbera (plumbatarum, v. fustium.) c. 8. c. 14. ex qu. c. infam. 2. 12. Th. C. IX. 35. c. 2. §. 1. de quaestion. III. ***Cn.*** Si ictu, aut terrore, mulus turbatus sit. fr. 27. §. 34. ad L. Aqu. 9. 2. Vno ictu, et uno impetu (utrumque occidere.) fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si voluntate eum, vel ictu fustis aut lapidis, occiderit. Th. C. IX. 12. c. 1. de emendat. servor. cf. Coll. LL. M. I. 10. Si mulier pugno, vel equa ictu a te percussa eiecerit. fr. 27. §. 22. ad L. Aqu. 9. 2. Si quis de ponte aliquem praecipitavit, — sive ipso ictu perierit etc. fr. 7. §. 7. ib. 9. 2. Vnde deiectum, vel effusum quid erit, — si eo ictu homo liber perisse dicetur etc. fr. 1. pr. de h. qu. deiec. 9. 3. cf. Paul. V. 23. §. 12. Vt avaritia eius legitimis ictibus feriatur. c. 33. pr. de inoff. testam. 3. 28. Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis etc. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2.

Id. Cf. v. Is.

Idcirco. (Advb.) *Propterea.* I. ***Sy.*** Ideo. Per hoc. Propter hoc. fr. 2. §. 4. fr. 4. §§. 1. 3. si qu. cautt. 2. 11. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 6. §. 1. mand. 17. 1. III. ***Cn.*** Idc. fieri, s. effici, ut etc. v. ne etc. fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. fr. 1. §. 8. de arbor. caed. 43. 27. Idc., quia v. quoniam. fr. 43. §. 12. de R. N. 23. 2. fr. 33. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. fr. 90. pr. de furt. 47. 2. Non idc. minus, quod etc. fr. 15. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Cum eo transactum, idcircoque non esse infamem. fr. 13. §. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. Ab hereditate se abstinebant, et idc. plerique intestati moriebantur. Gai. II. 224.

Idem. (Pronom.) **§. 1.** *Iste, Ipse.* (cf. v. Eodem.) I. ***Sy.*** Hic, Iste, Ille. fr. 2. §§. 4. 6. de O. I. 1. 2. fr. 33. de R. N. 23. 2. II. ***Op.*** Alius. Cf. h. v. Diversus. fr. 2. §§. 1. sq. de S. P. R. 8. 3. Vel eodem die, vel intermisso tempore. Paul. II. 25. §. 2. Idem, — Plus, vel minus, (adstipulari.) Gai. III. 113. III. ***Cn.*** Eodem patre nati, licet diversis matribus. Paul.

IV. 8. §. 15. cf. Gai. I. 61. Plures earundem aedium domini. fr. 27. de damn. inf. 39. 2. Duo rei promittendi eiusdem pecuniae. fr. 28. §. 3. de iureiur. 12. 2. cf. fr. 2. fr. 12. §. 1. fr. 19. de duob. reis. 45. 2. Neque eadem duobus nupta esse potest. Gai. I 63. Quisquis, — idem etc. fr. 70. pr. de V. S. 50. 16. Per quos, — per eosdem etc. fr. 59. de pact. 2. 14. cf. Gai. I. 165. Idem hoc, v. Eadem haec. fr. 27. §. 1. fr. 225. de V. S. 50. 16. Non solum ipse potestati adrogatoris subiicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate. Gai. I. 107. Plures heredes, iidemque legitimi. Paul. IV. 8. §. 26. Creditor, idemque debitor. fr. 2. de compens. 16. 2. Emtor, idemque possessor. fr. 75. de procur. 3. 3. Fratres, iidemque coheredes. c. 7. de collat. 6. 20. Praetor, idemque tutor. fr. 1. de manum. vind. 40. 2. Si idem, cum eodem, pluribus actionibus agat. fr. 11. pr. de iurisd. 2. 1. Gai. IV. 122. Idem crimen, ab eodem, in eundem instaurari non posse. fr. 4. § 1. ad S. C. Turp. 48. 16. Qua lege (sc. Cornelia) idem pro eodem, apud eundem, eodem anno, vetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae, quam in XX millium. Gai. III. 124. cf. fr. 56. §. 1. fr. 71. pr. de fideiuss. 46. 1. fr. 19. pr. ad S. C. Vell. 16. 1. — **§. 2.** *Aequalis.* I. **Sy.** Item, Aeque. fr. 3. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 5. §§. 1. sq. si qu. cautt. 2. 11. fr. 5. pr. §. 1. fr. 46. pr. de N. G. 3. 5. fr. 70. pr. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Diversa (causa.) Dispar (nomen.) fr. 15. §§. 1. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. c. 8. §. 2. de haeret. 1. 5. Idem esse. — Interesse. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** In singulis simili ratione idem contingit. Gai. II. 176. Aeque eandem habere (definitionem, v. vim.) fr. 55. §. 8. de legat. III. (32.) fr. 47. de V. S. 50. 16. Eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent. fr. 31. de LL. 1. 3. Iisdem exceptionibus utitur, quibus etc. fr. 7. si qu. cautt. 2. 11. Eiusdem conditionis liberi fiant, cuius conditionis sunt etc. Gai. I. 13. Eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit (defunctus.) fr. 59. de R. I. 50. 17. Quod placuit de etc. — idem probatur etiam de etc. Gai. II. 92. cf. I. 172. Idem iuris est aliquatenus, si etc. Ib. I. 68. cf. 70. Idem ius sibi dici (non adspernari,) quod ipse aliis dixit. fr. 1. pr. § 1. cf. fr. 3. pr. §§. 1. 5. Qu. quisq. iur. 2. 2. Quod diximus, si etc. — idem dicendum erit et si etc. fr. 16. pr. Qu. met. c. 4. 2. Quod idem placet. fr. 70. de contr. emt. 18. 1. Eadem dicta esse intelligere, v. Eadem dici posse. fr. 28. de adopt. 1. 7. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. Idem responsum scio, v. respondendum est. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. fr. 17. de transact. 2. 15. Hoc eodem valente, et si quis etc. c. 5. de V. S. 6. 38.

Identidem. (Advb.) *Subinde.* III. **Cn.** Vetamus. — Quinetiam ident. commonemus. Th. C. VIII. 13. c. 4. de revoc. donat. Valeat vindicatio, ident. desiderata tribuatur. Ib. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr.

Ideo. (Advb.) *Ob eam rem.* I. **Sy.** Idcirco, Per hoc, Propter hoc. Cf. v. Idcirco. III. **Cn.** Ideo, ut etc. v. ne etc. fr. 17. pr. de adopt. 1. 7. fr. 19. §. 3. de N. G. 3. 5. fr. 16. de cond. caus. dat. 12. 4. fr. 23. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Ideo, quia etc. s. quoniam. Gai. I. 30. 63. II. 153. 164. III. 20. 136. 198. IV. 11. 114. 144. fr. 27. de LL. 1. 3. fr. 7. §. 4. de iurisd. 2. 1. fr. 5. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 6. pr. de cond. indeb. 12. 6. Ideoque, licet etc. v. etsi, s. etiamsi. Gai. II. 187. IV. 78. Vlp. XXII. 30. Et ideo (videntur errare, v. puto etc.) fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. Indubitatum est, v. Sufficit etc. — et ideo etc. fr. 6. §. 12. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. cf. fr. 12. de statu hom. 1. 5. Iustum, ideoque servandum est. fr. 52. §. 2. cf. fr. 13. §. 1. de pact. 2. 14. Non potest etc. — ideoque nec etc. Gai. II. 237. cf. 217. sq. Vlp. XXIV. 21. XXVIII. 12. Et quia etc. — ideoque si etc. fr. 6. de iurisd. 2. 1.

Idiocheirum. *Scriptura propria. Manus propria.* III. **Cn.** Nisi forte — trium, vel amplius, virorum subscriptiones eisdem idiocheiris contineantur. c. 11. Qu. potior. 8. 18. Quae ἰδιόχειρα graece adpellantur. Ib. l. l. 8. 18.

Idolum. *Simulacrum inanium deorum.* I. **Sy.** Simulacrum, Imago. Th. C. XVI. 7. c. 6. de apostat. XVI. 10. c. 6. c. 8. c. 12. pr. §. 2. c. 18. de pagan.

Idonee. (Advb.) *Sufficienter, Convenienter.* III. **Cn.** Aut omnino non, aut non idonee (satisdare, v. cavere.) §. 2. I. de satisdat. tut. 1. 24. cf. fr. 1. §. 17. de mag. conven. 27. 8. Quid est idonee (cavere)? Satisdato utique, aut pignoribus datis. fr. 4. §. 8. de fideic. libb. 40. 5. Qui stipulante servo publico satis idonee dederit. c. 3. de postlim. rev. 8. 51. Quamvis nemo gesserit, aut si alius idonee gesserit. fr. 8. §. 6. mand. 17. 1. Id. negotia sua tueri non posse. Minus id. rem suam administrare. Vlp. XII. 4. c. 1. de h. qu. ven. aet. 2. 45. Quod interfuit id. venisse. fr. 13. pr. de A. E. V. 19. 1. Qui magis idonee reficere parietem velit. fr. 41. de damn. inf. 39. 2. Satis idonee (prospectum est.) c. 1. Quor. legat. 8. 3. Qui satis idonee habet, (pro magnitudine rei etc.) fr. 234. §. 1. de V. S. 50. 16.

Idoneus. (Adiect.) **§. 1.** *Habilis, Iustus, Probabilis.* I. **Sy.** Satis aptus, Bonus (paries.) fr. 35. sqq. de damn. inf. 39. 2. Iusta, Idonea (causa.) fr. 15. pr. de reb. auct. iud. 42. 5. fr. 1. de div. temp. pr. 44. 3. fr. 2. §. 3. de d. m. exc. 44. 4. III. **Cn.** Exercere, instruere (sc. fundum,) fertilem idoneumque praestare. Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) Emendare vitium (parietis,) et idoneum praestare. fr. 7. si servit. 8. 5. Quietam ac verecundam, atque etiam idoneam, — domum sequi. fr. 10. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Suspectam habens, vel minus idoneam, custodiam domus. Paul. II. 12. §. 4. Vitio animi, vel corporis, minus idoneus. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. Si vel invito domino fecit, vel quo non debuit tempore, aut si minus idoneae navi impusuit. fr. 13. §. 1. locat. 19. 2. Minus idoneis hominibus committere (navem.) fr. 16. §. 1. de R. V. 6. 1. Liberantur, ut idoneiores praediis fiscalibus habeantur. fr. 5. §. 11. de iure immun. 50. 6. Si persona idoneior [al. idoneor] accedat (ad emtionem.) fr. 4. §. 6. de in diem addict. 18. 2. Eligendus, v. Praeferendus, is qui idoneior est. fr. 18. de testam. tut. 26. 2. fr. 3. §. 12. de lib. hom. exhib. 43. 29. Qui non tam idoneum hominem elegerit, ut recte

id perferri possit. fr. 11. cf. fr. 20. commod. 13. 6. Bene probati, et idonei atque honesti (tutores.) fr. 17. §. 1. de testam. tut. 26. 2. cf. c. 14. de contr. et comm. stip. 8. 38. Si is — et potior necessitudine, et idoneus re fideque. Vatic. §. 157. cf. Th. C. XII. 6. c. 7. c. 9. de susceptor. praepos. Apud virum idoneum (deponere.) fr. 5. de tabul. exhib. 43. 5. Si talis sit, ut ostendat eum ne quidem rebus suis administrandis idoneum esse. Vatic. §. 129. Quod quivis paterfam. idoneus facit. fr. 10. de adm. et peric. 26. 7. Cuius diversitatis vix idonea ratio redditur. Gai. II. 78. III. 98. Si idoneas causas adlegare possit. fr. 4. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Causa mortis idonea non videtur, — nisi etc. Coll. LL. M. II. 7. Si — idonea culpa detegatur, quod (suspectum facere supersederit.) fr. 12. rem pup. salv. 46. 6. Satis idoneae (sc. videbantur illis temporibus) istae pecuniariae poenae. Gai. III. 223. Legesque in posterum habeant — ad possidendi libros [earum] facilitatem idoneas. c. 2. §. 13. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Sufficiens, Promtus (ad solvendum debitum, vel ad satisfaciendum.)* I. ***Sy.*** Locuples, Satis idoneus. fr. 5. §. 1. fr. 7. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 112. §. 1. de V. O. 45. 1. fr. 234. §. 1. de V. S. 50. 16. Solvendo, Idoneus (esse.) fr. 7. §§. 9. sq. de d. m. 4. 3. fr. 14. §§. 1. sq. de in diem addict. 18. 2. Quod non sufficit, Non idoneum (pignus.) fr. 28. de R. C. 12. 1. II. ***Op.*** Idonei et sufficientes. — Tenues et exhausti. fr. 6. pr. de mun. et hon. 50. 4. Idoneus facultatibus. — Egens. Cf. v. Egens. III. ***Cn.*** Si dixit se locupletem, — si fideiussores idoneos daturum, vel pecuniam confestim se soluturum. fr. 43. §. 3. de furt. 47. 2. Si persona, vel cautio sit idonea. fr. 11. pr. ad munic. 50. 1. Si tu Titium mihi commendaveris, quasi idoneum, cui crederem. fr. 66. §. 4. de furt. 47. 2. cf. fr. 42. mand. 17. 1. Idoneus possessor, et solvendo. fr. 2. §. 1. de fundo dot. 23. 5. Personam mulieris, ut idoneae, sequi. fr. 27. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Si idoneus promissor non sit. — Si in aliquid idoneus esset debitor. fr. 112. §. 1. de V. O. 45. 1. Pro non idoneis, qui sunt idonei, conveniuntur. fr. 46. §. 9. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 2. de quib. reb. ad eund. iud. 11. 2. Sufficit, — per unum idoneum indemnitati poenae consuli. Paul. V. 33. §. 3. Si non ad damnum resarciendum idoneus est. fr. 49. de admin. et peric. 26. 7. Si — inveniatur non idonea hereditas, heres autem idoneus. fr. 5. cf. fr. 1. §. 17. de separat. 42. 6. fr. 40. de d. m. 4. 3. Nomina, quae iuste putat non esse idonea. fr. 35. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 19. §. 4. ad S. C. Vell. 16. 1. Pupillaris pecunia, ut possit idoneis nominibus credi, servata. fr. 102. pr. de de solut. 46. 3. Paul. II. 14. §. 6.

Idus. *Dies VIII., qui in singulis mensibus excipiunt Nonas.* III. ***Cn.*** Calendis (Ianuariis.) — Idem in Idibus etiam et Nonis prohandum est, et generaliter in omnibus diebus. fr. 41. §. 2. de V. O. 45. 1. Intra Ianuariarum Iduum diem. c. 4. de coll. fund. patr. 11. 64. Intra Idus Septembres, quae tunc proximae futurae essent. fr. 122. §. 1. 1. l. 45. 1. In diem Iduum. Th. XIII. 9. c. 3. §. 3. de naufrag.

Iecur. *Hepari viscerum maiorum species.* III. ***Cn.*** Os alicui olere, — quod iecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Inspectio iecoris, extorumque praesagium. Th. C. XVI. 10. c. 9. de pagan.

Ieiunitas. *Inanitas, Venter ieiunus.* III. ***Cn.*** Ob digeriem prius unius noctis tantum ieiunitate vacuetur (sc. animal.) Th C. XIV. 4. c. 4. §. 2. de suar.

Ieiunium. *Abstinentia a cibo.* III. ***Cn.*** Quorum (sc. dierum) observationibus et ieiuniis peccata purgantur. Ib. II. 8. c. 24. (Wck.) de feriis.

Ieiunus. (Adiect.) *Tenuis, Vilis.* I. ***Sy.*** Sterilis (fundus.) Th. XI. 20. c. 5. pr. c. 6. pr. de collat. donat. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §. 4. III. ***Cn.*** Ieiunae ac desertae possessiones. Th. C. 1. 1. c. 5. pr. Squalidiora atque ieiuna (territoria.) Ib. XIII. 11. c. 3. de censitor. Messis ieiuna. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Iesus. cf. v. Christus.

Igitur. (Coniunct.) *Itaque. Ergo.* III. ***Cn.*** Vt igitur, — ita etc. fr. 153. de R. I. 50. 17. cf. fr. 6. §. 1. de edend. 2. 13. Igitur cum etc. v. Cum igitur. Gai. III. 7. fr. 2. de statu hom. 1. 5. Ita igitur. Gai. II. 190. Igitur si v. g. Ib. IV. 89. De quibus singulis dispiciamus. Ig. quod etc. Gai. II. 86. sq. cf. IV. 142. Hic constat etc. — Igitur etc. fr. 7. §. 4. de pact. 2. 14. Secundum hanc ig. opinionem. Gai. II. 222. Sive igitur etc. — sive etc. fr. 8. §. 3. de transact. 2. 15.

Ignarius. Cf. v. Tignarius.

Ignarus. (Adiect.) *Inscius, Ignorans.* I. ***Sy.*** Qui ignorat. Ignorans. fr. 41. de R. C. 12. 1. fr. 29. pr. §§. 1. sq. 4. mand. 17. 1. III. ***Cn.*** Certiorare fideiussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum. fr. 29. pr. §. 2. l. 17. 1. Si incertus quis sit, an etc. — Sed et si iuris sui sit ignarus, putetque etc. fr. 1. pr. de legat. III. (32.) fr. 12. §. 1. de liberali c. 40. 12. Si forte per imperitiam, vel per rusticitatem, ignarus edicti — (aperuit.) fr. 3. §§. 22. de S. C. Silan. 29. 5.

Ignave. (Advb.) *Citra sollertiam.* III. ***Cn.*** Qui (sc. iudex) tam ignave conniventiam adhibuerit. Th. C. XI. 36. c. 26. Quor app. n. rec.

Ignavia. *Desidia, Inertia.* III. ***Cn.*** Per contumaciam, sive ignaviam, vel aegram valetudinem, (reip. negotia non gerere.) fr. 13. pr. ad munic. 50. 1. Ob ignaviam, vel negligentiam, vel dolum, (posse removeri.) fr. 4. §. 4. de susp. tutor. 26. 10. cf. fr. 2. §. 41. ad S. C. Tertull. 38. 17. Plerumque per ignaviam, vel per timiditatem eorum, (quibus relinquitur libertas fideicommissa,) vel ignorantiam iuris sui, — vel serius petitur, vel in totum non petitur. fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5.

Ignavus. (Adiect.) *Iners.* III. ***Cn.*** Quidam ut desides recusant, — quidem adeo ignavi sunt, ut etc. Th. C. VII. 22. c. 1. de fil. militar.

Ignis. **§. 1.** *Flamma, Materia accensa.* III. ***Cn.*** Aqua et igni accipere. fr. 66. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Aquae et ignis interdictio. fr. 2. §. 1. de poen. 48. 19. Cf. v. Interdicere. Ius esse, in suo ignem facere. fr. 8. §. 6. si servit. 8. 5. Ignem ne habeto! — Ignem innocentem habere. fr. 11. §. 1. cf. §.

4. locat. 19. 2. Negligenter ignes apud se habere. fr. 4. cf. fr. 3. §§. 1. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Ignem exstinguere, vel ita munire ut non evagetur. Coll. LL. M. XII. 7. cf. 2. Ignis vi quaedam cremata. Ib. X. 3. Profanos aris accendi ignes. c. 7. de pagan. 1. 11. — **§. 2.** *Poena vivicomburii.* I. **Sy.** Ignibus tradi. Cremari. Th. C. IX. 6. c. 2. ne praet. crim. mai. IX. 9. c. 1. pr. de mul. qu. se serv. III. **Cn.** Ignium et proscriptionis (supplicium.) Ib. III. 12. c. 3. de incest. nupt. Neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solemni poenae subiugari. Ib. IX. 15. c. 1. de parricid. Flammeis ignibus exuri. Coll. LL. M. XV. 3.

Ignobilis. (Adiect.) *Vilis, Turpis.* III. **Cn.** Si patrona tam ignobilis sit, ut ei honestae sint vel saltem liberti sui nuptiae. fr. 13. de R. N. 23. 2. Perpetua urantur infamia, ac ne in extrema quidem vulgi ignobilis parte numerentur. Th. C. XVI. 7. c. 5. de apostat. Cf. I. 9. c. 3. (Wck.) de off. Mag. off. Quos vita culpabiles, et origo habet ignobiles. Ib. VI. 27. c. 18. de agent. in reb. Gratiosa conniventia vel ignobilis dissimulatio. Ib. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord.

Ignominia. *Dedecus, Infamia.* III. **Cn.** Pudor potius oneratur, quam ignominia videtur irrogari. fr. 20. de h. qu. not. infam. 3. 2. Ignominiae causa, s. Cum ignominia, mittere ab exercitu. fr. 1. fr. 2. pr. §§. 2. sqq. ib. 3. 2. fr. 4. §. 6. fr. 6. §. 7. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. Aliqua ignominia notari. fr. 24. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Gai. IV. 60. 182. Ignominia, quae accedit ex venditione bonorum. Ib. III. 154. Neque enim modica filii ignominia est, si etc. fr. 1. §. 1. de liberali c. 40. 12.

Ignominiose. (Advb.) *Cum ignominia.* III. **Cn.** Milites, — qui scilicet ign. sunt soluti. c. 8. de quaestion. 9. 41.

Ignominiosus. (Adiect.) *Turpitudine laborans.* I. **Sy.** Famosus, Infamis. fr. 2. §. 5. fr. 4. pr. §. 5. fr. 6. §§. 1. 6. sq. fr. 13. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. II. **Op.** Honesta, s. Quae non laedit existimationem, — Ignominiosa (missio.) fr. 2. §. 2. ib. 3. 2. fr. 3. §. 1. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. III. **Cn.** Etsi tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut dedecori sit tam ipsi, quam patri, mulierem talem habere. fr. 3. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4. cf. fr. 24. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Ignorans. (Partic.) *Ignarus, Inscius.* I. **Sy.** Ignarus. Cf. h. v. II. **Op.** Sciens. Paul. II. 21. A. §§. 6. sq. fr. §§. 21. sq. de S. C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Imprudens rem meam emisti, et ignorans usucepisti. fr. 19. §. 3. de N. G. 3. 5. Praesente, et non ignorante (promissore.) fr. 56. §. 4. de eviction. 21. 2. Et absente, et ignorante (adversario.) Gai. IV. 84. Invitus, vel ignorans. Gai. III. 72. sq. Paul. II. 21. A. §. 9. fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16. fr. 26. de R. I. 50. 17. Ipso iure, etiam ignorantes, constituuntur (sc. heredes.) Paul. IV. 8. §. 5. Etiam ignorantibus adquiri, s. quaeri. fr. 16. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 24. pr. de O. et A. 44. 7. Ignorans, an (habeat liberos.) Ignorans, qui essent. §. 6. I. de exher. liber. 2. 13. §. 12. I. de hered. inst. 2. 14. Sive scientes, sive ignorantes (quid esset, quod comminisceretur.) fr. 1. §. 1. de eo p. qu. fact. 2. 10.

Ignorantia. *Inscitia.* I. **Sy.** Error. Cf. h. v. §. 2. Ignoratio. Cf. h. v. II. **Op.** Scientia. fr. 5. sq. fr. 9. §. 2. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 28. Qu. et a qu. man. 40. 9. Consilio, s. Sponte, — Per ignorantiam, (aut fortuito,) delinquere. Coll. LL. M. I. 12. XIII. 3. fr. 1. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Per ignaviam, vel per timiditatem, vel ignorantiam iuris sui. Cf. v. Ignavia. Per ignorantiam, vel socordiam. fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12. Neque enim interest emtoris, cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Per dolum accipientis, vel aliquam iustam ignorantiae causam. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. Iusta et probabilis ign. Gai. III. 160. Supina, v. Deperditi et nimium securi hominis, ignorantia. fr. 15. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 3. §. 1. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. Iuris, — Facti, ign. fr. 1. pr. fr. 2. fr. 4. fr. 7. sqq. ib. 22. 6. fr. 11. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. Sciens, ut ignorantiam simulare non possit. c. 17. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Per ignorantiam, cum crederet (eam civem R. esse.) Gai. I. 67. Cum metus habeat in se ignorantiam. fr. 14. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Tenebitur, — nec ignorantia eius erit excusata. fr. 19. §. 1. locat. 19. 2. Causari ignorantiam litterarum. fr. 11. §. 3. de inst. act. 14. 3. Forensium rerum ign. Vlp. XI. 1.

Ignorare. (cf. v. Ignorans.) *Nescire, Cognitum non habere.* I. **Sy.** Incertum esse. Ignorari. fr. 39. §. 3. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Notum habere. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Scire, v. Cognoscere. Gai. II. 195. Vlp. XXII. 32. fr. 35. de pact. 2. 14. fr. 8. fr. 13. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 42. fr. 112. §. 1. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Nec ignorare quemquam, nec dissimulare permittimus. c. 12. de iur. et facti ign. 1. 18. Si quis dicat ignorasse se litteras, vel non observasse (quod propositum erat.) fr. 11. §. 3. de inst. act. 14. 3. Qui ignoravit eam rem alienam esse, aut putavit etc. fr. 109. de V. S. 50. 16. Etiamsi ignoravit ea, — tamen teneri debere. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Quae (sc. persona) ignorare, propter rusticitatem vel propter sexum femininum, ius suum possit. fr. 2. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Si ita pater absit, ut ignoretur ubi sit, et an sit. fr. 10. de R. N. 23. 2. Ignorandum non est etc. fr. 1. §. 2. de testam. tut. 26. 2.

Ignoratio. *Inscitia.* I. **Sy.** Ignorantia. fr. 15. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 55. de Aedil. edict. 21. 1. II. **Op.** Ignoratio, aut oblivio. — Memoria firma. Th. C. IV. 8. c. 6. §. 3. (Wck.) de liberali c. III. **Cn.** Iuris ignoratione lapsus. — Deceptus ignoratione facti. fr. 79. de legat. II. (31.) fr. 17. de h. qu. ut indign. 34. 9. Non ex remissioris negligentiae vitio, sed iustae ignorationis ratione. c. 5. de peric. tutor. 5. 38. Nulla se ignoratione defendat. Th. C. VI. 5. c. 2. ut dignit. ordo serv.

Ignoscere. *Excusare, Veniam dare.* I. **Sy.** Excusare. fr. 2. §. 1. de nox. act. 9. 4. fr. 5. §§. 9. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9. Adiuvare (exceptione.) Succurrere, Subvenire. fr. 2. §§. 2. sq. 6. fr. 4. pr. §§. 1. 3. si qu. cautt. 2. 11. II. **Op.** Imputare, Punire. fr. 2. §§. 36. sq. 44. ad S. C. Tertull. 38. 17. III. **Cn.** Ignoscite, nam potueram vobis amplius relinquere, nisi

etc. fr. 17. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Ignoscentes facto potius, quam faventes. Th. C. XVI. 8. c. 24. de Iud. Non debet repelli hoc edicto, — ignoscendum enim ei est. fr. 14. §. 6. de bon. libert. 38. 2. Ad quaedam — ignoscitur servis. fr. 11. §. 7. Qu. vi aut cl. 43. 24. Casus, cui ignosci debeat. fr. 6. §. 9. de edend. 2. 13. Aquilia (sc. lex,) quasi ignoverit servo, qui domino paruit. fr. 2. §. 1. de nox. act. 9. 4.

Ignotus. (Adiect.) *Incognitus, Non compertus.* I. **Sy.** Ita abesse, ut ignoretur etc. Apertissime esse ignotus, (ubi degit, et an superstes sit.) fr. 10. de R. N. 23. 2. II. **Op.** Notum, — Ignotum (esse.) fr. 65. §. 10. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Si quis adsertore inops, atque ignotus. Th. C. IV. 8. c. 1. §. 1. de liberali c. Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut si quis putet me L. Titium esse, cum sim C. Seius. fr. 18. §. 3. de iniur. 47. 10. cf. fr. 15. §. 14. de excusatt. 27. 1. fr. 46. de hered. inst. 28. 5. Ignoti iuris non est. c. 5. de revoc. his. 7. 75.

Iliensis. *Troianus.* III. **Cn.** Iliensibus, — propter coniunctionem originis rom., iam antiquitus — plenissima immunitas tributa est. fr. 17. §. 1. de excusatt. 27. 1. cf. fr. 1. §. 2. ad municip. 50. 1. Mars in Gallia, Minerva Iliensis, Hercules Gaditanus etc. Vlp. XXII. 6.

Illacrimari. *Lacrimas fundere.* II. **Op.** Excandescere (adversus eos, quos malos putat.) — Illacrimari (precibus calamitosorum.) fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18.

Illaesus. *Non laesus, Salvus.* I. **Sy.** Integra, Illaesa (existimatio.) fr. 25. de procur. 3. 3. fr. 4. pr. de susp. tut. 26. 10. III. **Cn.** Si quid extrinsecus ex depositis rebus, illaesis horreis, perierit. c. 1. de locato. 4. 65. Coll. LL. M. X. 9. Disciplinam illaesam inoffensamque servasse. Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam.

Illatio. **§. 1.** *Invectio.* III. **Cn.** Illatio, quae sepulturae causa fit. fr. 2. sqq. de relig. 11. 7. — **§. 2.** *Exsecutio, Exercitio.* III. **Cn.** In corpus (sc. iniuriam patimur,) illatione stupri. Paul. V. 4. §. 1. — **§. 3.** *Oblatio, Delatio.* III. **Cn.** In quo casu sacramenti etiam illationem locum habere sancimus. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32. — **§. 4.** *Depensio tributaria.* I. **Sy.** Collatio. Th. C. XI. 1. c. 2. c. 29. de annon. et tribut. XI. 19. c. 1. de collat. fund. III. **Cn.** Tributorum illatio. Tributariae illationes. Ib. XI. 1. c. 2. Iul. ep. nov. c. 30. §. 105. Auri, v. Argenti illatio. Th. C. VI. 22. c. 2. de honor. codic. XI. 1. c. 32. Specierum largitionalium illatio. Ib. VIII. 5. c. 13. de cursu pub.

Illatum. (Partic.) *Importatum.* I. **Sy.** Importata, Illata (in praedia pignori data.) fr. 32. de pignor. 20. 1. fr. 7. §. 1. In qu. c. pign. 20. 2. Invecta mea et illata. Frivola mea. Cf. v Frivolus. §. 2. III. **Cn.** Vt inducta in fundum, illata, ibi nata, pignori essent. fr. 11. §. 2. Qu. potior. 20. 4. cf. c. 5. de locat. 4. 65. Ne non omnia illata vel inducta, sed ea sola quae ut ibi sint illata fuerint, pignori sint. fr. 7. §. 1. in qu. c. pign. 20. 2.

Ille. (Pronom. demonst.) **§. 1.** *Alius, Alter.* II. **Op.** Hic. Ipse. Gai. I. 100. II. 30. fr. 1. §§. 3. sq. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §§. 2. 7. de O. I. 1. 2. Meam, — Illius (esse, sc. rem.) fr. 40. §. 2. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Ad illud tempus referendum est, — non ad id, quo etc. fr. 12. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. cf. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Illi duo consulares fuerunt; Brutus praetorius etc. fr. 2. §. 39. de O. I. 1. 2. Iulianus scribit. — Ille (sc. Mauricianus) ait. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Iste, Certus quis.* I. **Sy.** Haec, Illa (verba.) fr. 68. sqq. fr. 73. de V. S. 50. 16. Intra certum, Intra illum (diem.) fr. 40. §. 1. fr. 41. de pact. 2. 14. Nunc, Illo tempore. fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. II. **Op.** Fructus, illi tamen, qui etc. — Non tantum ei, qui etc. sed omnes. fr. 45. de usur. 22. 1. fr. 48. pr. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Si duas res promiserit, illam aut illam. fr. 7. §. 7. de minor. 4. 4. Illud, aut illud, quod ego voluero. fr. 76. pr. de V. O. 45. 1. Ille aut ille, uter eorum etc. fr. 108. §. 3. de legat. I. (30.) Illi cum illo (do.) fr. 31. de statulib. 40. 7. cf. fr. 7. de usufr. adcr. 7. 2. Ex Cal. illis, usque ad Cal. illas. Vatic. §. 50. Ille illi salutem. fr. 59. §. 5. mand. 17. 1. Ille scripsi me accepisse, et accepi ab illo. fr. 41. §. 2. de usur. 22. 1. Imperante illo D. Augusto, imperii anno illo. Iul. ep. nov. c. 42. §. 173. Apud illum Praetorem — professus est, — in civitate illa, domo illius, mense illo etc. fr. 3. pr. de accus. 48. 2. Ita data conditione: „Illud facito in diebus.“ fr. 217. pr. de V. S. 50. 16. cf. Vlp. XXIV. 18. Illud explorandum, s. observandum, s. tenendum, s. videndum est. fr. 34. de LL. 1. 3. fr. 15. de off. Praes. 1. 18. fr. 12. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 7. de feriis. 2. 12. Illud palam est, quod etc. Gai. II. 78. Illa ratio est, quod etc. Ib. II. 54. sq. fr. 6. §§. 8. sq. de edend. 2. 13. Etiam ex illa causa, si etc. Gai. I. 184. De illo quaeritur, v. videamus. fr. 3. §. 2. pro soc. 17. 2. fr. 3. §. 8. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21.

Illecebrae. *Incitamentum, Blanditiae.* III. **Cn.** Morientium voluntate, alternis illecebris, fraude et circumventione percipere (sc. emolumenta.) Th. C. XVI. 5. c. 49. de haeretic. Si cupiditas virginalis — ad illicitas trahatur illecebras. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Illectus. (Adiect.) *Non collectus.* I. **Sy.** Quae iacet, s. deiecta est, in messe, Illecta (stipula, v. spica.) fr. 13. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16.

Illegitime. (Advb.) *Iniuste.* II. **Op.** Legitime, Ex iustis nuptiis, (concipere.) Gai. I. 88. sqq.

Illegitimus. (Adiect.) *Illicitus, Iniustus.* III. **Cn.** Illegitimam insectandi alicuius causam, quidve aliud alio genere (componere.) Paul. V. 4. §. 15.

Illibatus. (Adiect.) *Intactus, Integer.* I. **Sy.** Integrum illibatumque. Inviolatum. Immutilatum. c. 18. c. 21. ex qu. c. infam. 2. 12. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. Vniversum esse alicuius. Illibatum habere. fr. 20. §. 5. fam. ercisc. 10. 2. fr. 116. pr. de legat. I. (30.) II. **Op.** Illibatum esse, s. permanere. — Detrahi. Comminui. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Vatic. §. 281. III. **Cn.** Quae bona et vera sunt, ut — illibata probarentur et statuerentur. Coll. LL. M. XV. 3. Maneant illibata atque perpetua. Th. C. XIII. 5. c. 19. de

navicul. Vti tempore illibato. Ib. II. 16. c. 2. §. 2. de integri rest.

Illic. (Advb.) *Eo loco.* I. **Sy.** Ibi. Gai. I. 129. Vlp. X. 4. fr. 50. pr. §§. 1. sq. de iudic. 5. 1. In eodem fundo. c. 1. sq. de V. S. 6. 38. III. **Cn.** Illic, ubi (domicilium habet.) fr. 50. §. 2. l. l. 5. 1.

Illicere. *Pellicere, Persuadere.* I. **Sy.** Ipsa eum illexerat, ut crederet, quod constante matrimonio hoc fingebat. fr. 1. §. 8. de inspic. ventre. 25. 4.

Illicite. (Advb.) *Iniuste.* I. **Sy.** Contra mandata, v. disciplinam. fr. 2. §§. 1. sq. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 9. pr. fr. 13. §. 1. de R. M. 49. 16. II. **Op.** Licito iure. Coll. LL. M. IV. 2. sq. Impune. Iure. fr. 60. §§. 4. sqq. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Ill. atque improbe (adspirare ad civiles honores.) c. 11. de liberali c. 7. 16. Si quis illicite aedificasset, i. e. hoc, quod dirui constitutiones iubent. fr. 11. §. 14. de legat. III. (32.) Errore matrimonium illicite contrahatur, an contumacia iuris et sanguinis contumelia concurrunt. fr. 38. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Quod ill. adiectum, s. scriptum est, (pro non adiecto, s. scripto, haberi.) fr. 29. de usur. 22. 1. fr. 14. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Illicitus. (Adiect.) *Vetitus, Prohibitus.* II. **Op.** Permissum, Licitum. fr. 13. pr. de S. P. V. 8. 2. fr. 1. §§. 1. sq. fr. 2. sq. de colleg. et corp. 47. 22. Legitimum (foenus.) fr. 13. §. 26. de A. E. V. 19. 1. (Vatic. §. 11.) III. **Cn.** Illicita ministeria, sub praetextu adiuvantium militares viros. — Sub specie tributorum illicitas exactiones (fieri prohibeat.) fr. 6. §. 3. cf. pr. §. 9. de off. Praes. 1. 18. Ne, sub praetextu — illicitum collegium coëat. fr. 1. pr. cf. §. 1. fr. 2. sq. de colleg. et corp. 47. 22. Si quis illicitum iusiurandum detulerit, scilicet improbatae publice religionis. fr. 5. §. 3. de iureiur. 12. 2. Astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur. fr. 15. §. 13. de iniur. 47. 10. Incestum, quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur. fr. 38. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 27. de usu et usufr. leg. 33. 2. Solent etiam mercedem huius rei accipere, — nec videtur illicitum esse hoc, quod datur. fr. 15. de praescr. vv. 19. 5.

Illico. (Advb.) *Confestim, Ex continenti.* I. **Sy.** Protinus, Statim. Th. C. IX. 21. c. 2. pr. §. 4. de fals. monet. XII. 6. c. 16. sq. de susceptor. Quam celerrime, s. ocissime, Prima fronte. c. 11. depos. 4. 34. III. **Cn.** Ill. ab, v. post. §. 4. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. Pr. I. Qu. mod. tut. fin. 1. 22. Ill. postquam etc. fr. 1. de penu leg. 33. 9. Coll. LL. M. VI. 5. Si te vi deiecero, illico tu me, deinde ego te. fr. 17. de vi et vi arm. 43. 16.

Illidere. *Impingere.* III. **Cn.** Si quis puerum saxo illisisset. [al. inlisisset.] fr. 7. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2.

Illigare. **§. 1.** *Colligare, Coniungere.* I. **Sy.** Inclusum, Contextum, Illigatum. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. Infixa, Illigata, (aedibus.) fr. 21. fr. 26. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Implicare, Obligare.* I. **Sy.** Adstringere. Th. C. XII. 1. c. 137. pr. §. 1. de decurion. Obnoxium facere. c. 22. ad S. C. Vell. 4. 29. III. **Cn.** Illigare se, s. Illigari, nexibus (iuramenti, v. curiae etc.) c. 4. §. 2. de rec. arbitr. 2. 56. Th. C. XII. 1. c. 156. c. 161. XVI. 5. c. 48. de haeret. Si quis crimine illigatus. Iul. ep. nov. c. 21. §. 70. Periculo se depositi illigasse. fr. 1. §. 35. depos. 16. 3. Quando tali poenae fuerint illigati. c. 26. de fideiuss. 8. 41.

Illo. (Advb.) *Illuc.* III. **Cn.** Locum sepulchri ad hoc (sc. excipere,) ut ipse posterique eius illo inferrentur. fr. 10. de relig. 11. 7. Illo spectat, — ut etc. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10.

Illotus. (Adiect.) *Immundus.* III. **Cn.** Omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis ut ita dixerim manibus, (protinus — tractare.) fr. 1. de O. I. 1. 2.

Illucere. **§. 1.** *Lucem auspicari.* III. **Cn.** Ex eo, quo XXVI. ti anni dies illuxerit. Th. C. II. 16. c. 2. pr. de integri rest. — **§. 2.** *Adparere, Manifestum fieri.* III. **Cn.** Apud quem (sc. Praesidem) si illuxerit, non — processisse. c. 10. de praed. et al. reb. min. 5. 71. Quae (sc. stipulatio) si subdita esse illuxerit. c. 15. de transact. 2. 4.

Illucescere. *Adparere incipere.* III. **Cn.** Vt ex multis comparationibus litterarum fides veritatis illucescere possit. Iul. ep. nov. c. 66. §. 234.

Illudere. *Decipere, Fallere.* III. **Cn.** Etsi eos spes falsi honoris illuserit. Th. C. XII. 1. c. 24. de decurion. Functionibus publicis, s. Commodis curiarum, illudere. Ib. l. l. c. 43. c. 119. Irrepere ad (collegium,) alia officia illusurus. Ib. l. l. c. 62.

Illuere. *Adluere.* III. **Cn.** Id, quod amnis fundo — illuit [al. alluit.] fr. 16. §. 3. fam. ercisc. 10. 2.

Illuminare. *Illustrare.* III. **Cn.** Natales suos non illustris ordine civitatis illuminare. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 8. Ad imperatorem referre, ut sibi iuris obscuritas illuminetur. Iul. ep. nov. c. 106. §. 370. Et ex sermone — quaedam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. fr. 10. § 5. de quaestion. 48. 18. cf. Th. C. II. 27. c. 1. si cert. pet. de chir.

Illusor. *Fraudator.* III. **Cn.** Non illusor utilitatis alienae, nec futurae disceptationis circumscriptor occurrat. Th. C. X. 10. c. 27. §. 4. de petit. et ultro dat. Neque commento fraudis id usurpet legis illusor. c. 7. de agricol. 11. 47.

Illustrare. **§. 1.** *Lucem adferre.* III. **Cn.** Quo et descriptionis aequitas illustretur, et descriptus documentis evidentibus fulciatur. Th. C. XII. 1. c. 173. §. 1. de decurion. — **§. 2.** *Honore adficere.* III. **Cn.** Ducere illustrandos (filios.) c. 6. §. 1. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Si qui — provinciae legatione suscepta, nostris sunt obtutibus illustrati. Th. C. VI. 22. c. 1. cf. c. 8. pr. de honor. codic. Dignitate illustratus. c. 28. de nupt. 5. 4.

Illustratus. (Subst.) *Dignitas personarum illustrium.* III. **Cn.** In magistratu positus, vel in maiore dignitate, usque ad illustratus gradum. c. 13. §. 8. de iudic. 3. 1.

Illustris. (Adiect.) **§. 1.** *Inclytus, Nobilis.* III. **Cn.** Veterum illustrium fabricarum reparatio. Th. C. XV. 1. c. 16. de opp. pub. — **§. 2.** *Titulus ho-*

norarius, superioris ordinis dignitatibus tributus. II. **Op.** Illustres. — Spectabiles. — Senatores. — Clarissimi etc. Ib. XVI. 5. c. 52. pr. de haeret. III. **Cn.** Qui a patriciis et Consulibus, [al. consularibus,] usque ad omnes illustres viros, descendunt. fr. 12. §. 1. de Senator. 1. 9. cf. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §. 1. Illustres personae, sive eas praecedentes. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32. Iul. ep. nov. c. 121. §. 526. Illustres. — Caeteri, quadam minore dignitate decorati. c. 16. de dignitatt. 12. 1. Illustres iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt. Nov. 23. c. 4. Illustrium magistratuum privilegium. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §. 5. Vir clariss. et illuster (Praefectus Pr. et Cos.) Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 3.)

Illuvies. **§. 1.** *Sordes, Immunditia.* III. **Cn.** Os alicui olere, — ex illuvie oris accidere solere. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Turpitudo, Probrum.* III. **Cn.** Mole saltem criminum et illuvie victimarum (discerent abstinere.) Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8. Consulatu a taetra illuvie, et a commemoratione nominis eius, et caenosis sordibus vindicato. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen.

Illyricianus. (Adiect.) *Ad Illyriam spectans.* I. **Sy.** Illyricus. Ib. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. II. **Cn.** Illyriciani omnes, quos patria complectitur. Ib. X. 10. c. 25. de petit. et ultro dat. Partes, v. Necessitates, Illyricianae. Ib. XV. 1. c. 49. de opp. pub. cf. XI. 17. c. 4. de equor. collat. Suggestio Illyricianae advocationis. c. 5. de V. S. 6. 38. cf. c. 9. de advoc. div. iudicior. 2. 7.

Illyricum. (Subst.) *Illyria, regio complectens Liburniam et Dalmatiam.* III. **Cn.** Per Illyrici partes. Per provincias Illyrici. Th. C. X. 10. c. 25. de petit. et ultro dat. XI. 28. c. 9. de indulg. debit. Per Achaiam, Macedoniam, totumque Illyricum. Ib. VI. 4. c. 11. de Praet. et Qu. Per Macedoniam et Illyrici tractum. Ib. X. 19. c. 8. de metall. Illyrici et Italiae (Praefect. Pr.) Ib. IX. 40. c. 13. (inscr.) de poen. Omnes Illyrici civitates. Ib. XII. 1. c. 177. pr. de decurion.

Illyricus. (Adiect.) *Illyricianus.* I. **Sy.** Illyricianus. Cf. h. v.

Imaginarius. (Adiect.) *Ficticius, Simulatus.* I. **Sy.** Simulate agere. Imaginaria facta (venditio.) c. 20. de donat. int. V. 5. 16. Fictum repudium. Imaginarii nuncii. c. 3. de repud. 5. 17. Codicillariae, Imaginariae tantum atque honorariae (dignitates.) Th. C. VI. 22. c. 7. pr. c. 8. pr. de honorar. codic. III. **Cn.** Falsae, vel imaginariae (apochae.) Ib. XI. 1. c. 2. de annon. et tribut. Nuda et imaginaria (venditio.) fr. 55. de contr. emt. 18. 1. Qui per collusionem imaginarium colonum — supposuit. fr. 49. pr. de A. E. V. 19. 1. (Vatic. §. 13.) cf. c. 10. de de distract. 8. 28. Cum nomen emtionis imaginarius iste emtor accommodet. fr. 4. §. 7. de manum. 40. 1. Contemplatione donationis, imaginaria venditio contrahi non potest. Paul. II. 23. §. 4. Est autem mancipatio — imaginaria quaedam venditio. Gai. I. 119. cf. 113. Per aes et libram fit (sc. testamentum.) i. e. per mancipationem imaginariam. Vlp. XX. 2. Acceptilatio est veluti imaginaria solutio. Gai. III. 169. sq. 173. In imaginariam servilem causam deduci. fr. 3. §. 1. de cap. minut. 4. 5.

Imago. **§. 1.** *Effigies, Simulacrum.* III. **Cn.** Si in tabula aliquis pinxerit, velut imaginem. Gai. II. 78. cf. fr. 12. de auro arg. 34. 2. Vt imagines et statuae, quae ornamenta reip. sunt futurae, in publicum ponantur. fr. 2. de loco pub. fruend. 43. 9. fr. 6. §. 2. de auro arg. 34. 2. fr. 5. pr. de opp. pub. 50. 10. Si quis de honoribus decernendis alicuius passus non sit decerni, utputa imaginem alicui, vel quid aliud tale. fr. 13. §. 4. de iniur. 47. 10. Statuae aut imagines Imperatoris (iam consecratae.) fr. 6. cf. fr. 4. §. 1. fr. 5. §. 2. fr. 7. §. 4. ad L. Iul. mai. 48. 4. Maiorum imagines. c. 22. de admin. tut. 5. 37. — **§. 2.** *Exemplum, Species, Color.* I. **Sy.** Sub imagine alterius personae, Per suppositam imaginarii emtoris personam (tenere.) c. 10. de distr. pign. 8. 28. II. **Op.** Veritas. fr. 23. pr. de lib. et posth. 28. 2. Status (ingenuitatis.) Vatic. §. 226. c. 1. ad L. Visell. 9. 21. III. **Cn.** Inanes umbras, et cassas imagines dignitatum (codicillis honorariis sectantes.) Th. C. XII. 1. c. 74. §. 4. de decurion. Coloratam iuris imaginem referentes (dispositiones ultimae.) Ib. II. 24. c. 1. fam. ercisc. Effugiendorum munerum causa imaginem induere (navicularii.) fr. 5. §. 9. de iure immun. 50. 6. Imago societatis induxit (eiusdem partis praestationem.) fr. 1. §. 2. de bon. libert. 38. 2.

Imbecillis, s. **Imbecillus.** (Adiect.) *Debilis, Impotens.* II. **Op.** Sanus, — Imbecillior factus. fr. 24. §. 5. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 38. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Prolixae, vel imbecillae admodum aetatis (homines.) fr. 5. §. 12. de iure immun. 50. 6. Imbecilli et debiles. Invalidi et imbecilles. Th. C. VII. 20. c. 4. §. 2. de veteran. VII. 22. c. 5. de fil. militar. Surdus quoque inter imbecillos numerandus est. fr. 3. §. 8. de S.C. Silan. 29. 5.

Imbecillitas. *Infirmitas, Debilitas.* I. **Sy.** Infirmitas (aetatis, v. sexus.) fr. 7. §. 5. de minor. 4. 4. fr. 2. §§. 2. sq. ad S.C. Vellei. 16. 1. fr. 4. §. 8. rem pup. salv. 46. 6. III. **Cn.** Senio, et corporis imbecillitate (vexari.) fr. 2. §. 7. de vac. et exc. mun. 50. 5. Imbecillitas valetudinis, aut habitudo corporis etc. Th. C. VII. 1. c. 5. de R. M. Si imbecillitate dextrae, validius sinistra utitur. fr. 12. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Propter naturalem imbecillitatem (coire uxori minime valere.) c. 10. de repud. 5. 17. Si quid — periit per aetatis imbecillitatem. fr. 7. §. 5. de minor. 4. 4. cf. fr. 68. de solut. 46. 3.

Imber. *Pluvia.* III. **Cn.** Quae (sc. aqua pluvia) de caelo cadit, atque imbre excrescit. fr. 1. pr. §. 16. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Si quando vel imbribus, vel mari, vel qua alia ratione, ad tempus excrevit (sc. flumen.) fr. 1. §. 5. de flumin. 43. 12. cf. fr. 20. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Imbres, aut ruentis grandinis lapidatio. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic.

Imbibere. *Concipere.* III. **Cn.** Vnicuique, quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est. Ib. 1. 1. c. 9.

Imbuere. *Instituere.* I. **Sy.** Erudire (studiis.) c. 2. de alim. pup. 5. 50.

Imbutus. (Partic.) *Instructus, Institutus.* I.

I. **Sy.** Praeditus (arte.) c. 1. §. 5. de comm. servo man. 7. 7. III. **Cn.** Si servos pigneratos artificiis instruxit creditor, si quidem iam imbutos etc. fr. 25. de pign. act. 13. 7. cf. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Colorati, et quasi primitiis omnium imbuti. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. Mysteriis christianis imbuti. Th. C. XVI. 8. c. 19. de Iud.

Imitari. *Exemplum alterius rei exprimere, s. referre.* I. **Sy.** Obtinere vicem (legis.) Imitari (legem.) Gai. I. 7. cf. §§. 9. sq. I. de I. N. 1. 2. III. **Cn.** Si quis alienum chirographum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel describat. fr. 23. de L. Corn. de fals. 48. 10. Vt — Princeps imitatus sit ius in eo, (qui propter infirmitatem non potest testari.) fr. 43. pr. de vulg. et pup. 48. 6. cf. Gai. IV. 111. Vt imitetur (sc. Praetor) edictum suum illud, quo etc. fr. 23. §. 1. de hered. inst. 28. 5.

Imitatio. *Actus imitandi.* III. **Cn.** Adfectio paterna et imitatio. c. 34. de inoff. testam. 3. 28. Si imitatione conservorum apud emtorem talis factus est. fr. 25. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. Dicis gratia, propter veteris iuris imitationem, (familiae emtor adhibetur.) Gai. II. 103. 105. Ad eius (sc. edicti) regulas, eiusque coniecturas et imitationes. c. 2. §. 18. de vet. iure enucl. 1. 17. Secundum imitationem fisci, habeant — actiones. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. Adultera imitatione in vendendo subiicere (figuratum solidum.) Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circ.

Imitator. *Falsarius, Adulterator.* III. **Cn.** Sacri oris imitator, et divinorum vultuum adpetitor. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Immanis. (Adiect.) **§. 1.** *Ferus, Crudelis.* III. **Cn.** Saevitia immanium barbarorum. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv. — **§. 2.** *Ingens, Enormis.* III. **Cn.** Immania lucra sectari. c. 9. de cohortal. 12. 58. cf. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. Immanissima opprimi mole reliquorum. Ib. V. 13. c. 31. (Wck.) Sacrilegia immanissima. c. 8. §. 5. de haeret. 1. 5.

Immanitas. *Feritas, Saevitia.* III. **Cn.** Barbaricae immanitatis ritu. Coll. LL. M. VI. 4. Vt flagitii poscit immanitas. Ib. V. 3. Pro criminum immanitate damnari. Th. C. IX. 40. c. 16. pr. de poen. cf. fr. 13. sq. de off. Praes. 1. 18. Pari sceleris immanitate damnare. Th. C. XI. 36. c. 4. Quor. app. n. rec.

Immaturus. (Adiect.) *Nondum maturus, Intempestivus.* I. **Sy.** Intempestive, Immatura (caesa, sc. silva.) fr. 48. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 18. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. Nondum viripotens, Ante aetatem nupta, Immatura (virgo.) fr. 32. §. 27. fr. 65. de don. int. V. 24. 1. fr. 13. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 38. §. 3. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Olea immatura lecta, item foenum immaturum caesum. fr. 48. §. 1. cf. fr. 27. pr. de usufr. 7. 1. fr. 42. de usu et usufr. leg. 33. 2. Qui ancillam alienam, virginem immaturam, corruperit. Paul. I. 13. A. §. 6. cf. fr. 25. de iniur. 47. 10.

Immemor. (Adiect.) *Qui non meminit.* III. **Cn.** Immemor libertatis et generis, infamissimam suscipiens vilitatem. Th. C. XII. 1. c. 92. de decurion. Vitae suae etiam et iuris immemores, adtrectare ita audent. Ib. XVI. 8. c. 19. de Iud. Immemor honestatis. Ib. IV. 9. c. 1. ad S.C. Claud. XV. 7. c. 5. de scaenic.

Immemoria. *Oblivio.* I. **Sy.** Infirmitas memoriae. fr. 44. pr. de A. v. A. P. 41. 2.

Immensitas. *Enormitas.* III. **Cn.** Ne super immensitate pretiorum necessitas conquerendi exsurgat. Th. C. VIII. 4. c. 6. de cohortal.

Immensus. *Immodicus, Infinitus.* I. **Sy.** Immoderata, Immodica, Immensa (liberalitas, v. donatio.) c. 2. sqq. de inoff. donat. 3. 29. II. **Op.** Intra certam quantitatem, — In immensum (iurare.) fr. 4. §. 2. de in lit. iur. 12. 3. III. **Cn.** Propter immensas contentiones. fr. 26. de S. P. V. 8. 2. Immensum pretium eius rei petere. fr. 71. §. 3. de legat. I. (30.)

Immerens. (Adiect.) *Qui non meruit.* III. **Cn.** Docere immerentem se, et ideo et indigne praeteritum. fr. 5. de inoff. testam. 5. 2.

Immergere. *Ingerere, Miscere.* I. **Sy.** Immiscere (se, sc. bonis etc.) fr. 20. §§. 2. 5. de A. v. O. H. 29. 2. Inserere (se, v. nomen suum.) Th. C. XIV. 17. c. 5. de annon. civ.

Immerito. (Advb.) *Citra rationem.* III. **Cn.** Quamquam non imm. quibusdam placeat. Gai. II. 243. Non imm. culpae eorum adscribendum est. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Datur non immerito; licet enim etc. fr. 16. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Non imm., quoniam etc. Vatic. §. 85.

Immeritus. (Adiect.) *Indignus, Non competens.* III. **Cn.** Immeriti honoris splendore privati. Th. C. XII. 1. c. 25. de decurion. Proiicere ob immeritas causas. Ib. II. 29. c. 1. si cert. pet. de suffr.

Imminens. Cf. v. Imminere. §. 2.

Imminere. **§. 1.** *Impendēre.* I. **Sy.** Impendere (in aedes etc. sc. arborem.) Paul. V. 6. §. 13. fr. 1. pr. §§. 2. 5. 7. 9. de arbor. caed. 43. 27. III. **Cn.** Quae (sc. aedes) damnose [al. damnosae] imminent. fr. 40. §. 3. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Vicinum, v. Praesto, esse. Contingere.* I. **Sy.** Si urgeat, Si immineat (aes alienum.) fr. 5. §. 14. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Praesens, Imminens (periculum.) fr. 2. de m. c. donat. 39. 6. III. **Cn.** Cuius lapidicinae fundo tuo immineant. fr. 3. §. 2. de S. P. R. 8. 3. Imminere, vel in occulto esse, (conditionale debitum.) fr. 7. pr. de tribut. act. 14. 4. Vt incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem heredibus eius. c 15. pr. de contr. et comm. stip. 8. 38. Praetores, ét quibus imminet necessitas (iudicandi etc.) Th. C. VI. 4. c. 3. de Praet. et Qu. Cum in ipso limine contractus immineat evictio. Vatic. §. 12. Spes imminentis libertatis. fr. 1. §. 1. si is qu. testam. lib. 47. 4. Licet periculum immineat (naufragii.) fr. 12. §. 1. de usufr. 7. 1. — **§. 3.** *Insistere, Intercedere.* III. **Cn.** Consentire, vel sua sponte, vel iudice imminente. fr. 84. §. 13. de legat. I. (30.) Vt rectoribus vigilent, immineant (sc. palatini.) Th. C. I. 10. c. 6. (Wck.) de off. Com. S. largg. Cf. Iust. C. c. 10. de off. Rect. Pr. 1. 40. His senatoribus — immineant (sc. censuales,) quo cognoscant etc. Ib. VI. 2. c. 5. de Senat. et de gleb. cf. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R.

Imminuere. *Deminuere.* (cf. v. Imminutus.) I. **Sy.** Minuere, Deminuere. Cf. v. Deminuere. §. 1. III. **Cn.** Quodsi non ut totum contractum tolleret, pactum conventum intercessit, sed ut imminueret. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. Quorum portio, in unum filium donationibus collatis, imminuta est. fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) Patrimonium totum imminuere (sc. aes alienum,) non certi loci facultates. fr. 50. §. 1. de iudic. 5. 1.

Imminutio. *Deminutio.* I. **Sy.** Recisio (legatorum.) fr. 35. §§. 1. sq. de hered. pet. 5. 3. III. **Cn.** In suo robore durare, nec aliquam imminutionem accipere. c. 5. de legit. tut. 5. 30. Opinionis suae imminutionem pati. c. 6. §. 1. de postul. 2. 6. Imminutionis oneribus premi. Th. C. X. 25. c. 1. de privil. dom. Aug.

Imminutus. (Partic.) **§. 1.** *Deminutus.* III. **Cn.** Eundemque numerum, — quocunque fuerit casu imminutus, electione — impleri. c. 17. pr. de advoc. div. iudicior. 2. 7. — **§. 2.** *Non minutus, Integer.* III. **Cn.** Vt undique patronus suum ius habeat imminutum. fr. 44. pr. de bon. libert. 38. 2.

Immiscere. **§. 1.** *Commiscere, Confundere.* III. **Cn.** Neve quis in aurum, argentum, aes publicum quid indet, neve immisceat etc. fr. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Si quis frumento arenam, vel aliud quid immiscuit, ut difficilis separatio sit. fr. 27. §. 20. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Immittere, Ingerere se.* I. **Sy.** Obferre (se, negotiis alienis.) fr. 3. §§. 9. sq. de N. G. 3. 5. Miscere (se, hereditati, v. bonis.) fr. 3. §. 2. fr. 7. §§. 5. 9. de minor. 4. 4. fr. 11. sq. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 67. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. II. **Op.** Abstinere (hereditate.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Qui sponte, et nulla necessitate cogente, immiscuit se negotiis alienis et ea gessit. fr. 3. §. 10. de N. G. 3. 5. Immisc. se rei, ad se non pertinenti. fr. 36. de R. I. 50. 17. cf. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Administrationi se immisc. fr. 8. pr. de fideiuss. et nom. 27. 7. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac se rebus eius immiscuit. Paul. III. 4. B. §. 11. Etiamsi se immiscuerint hereditati (sc. impuberes,) praestat abstinendi facultatem. fr. 57. pr. de A. v. O. H. 29. 2. cf. Gai. II. 163. Si — abstinuerit se hereditate. — Sed si fuerit rursus immixtus etc. fr. 2. §. 10. ad S. C. Tert. 38. 17. cf fr. 5. §. 2. Qu. c. eo. 14. 5.

Immissio. *Factum, s. Ius, immittendi.* III. **Cn.** Fumi autem, sicut aquae, esse immissionem. fr. 8. §. 5. si servit. 8. 5.

Immissor. *Immittens, Dirigens.* III. **Cn.** Malefici, vel incantatores, vel immissores tempestatum. Interpr. ad Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic.

Immissus. (Partic.) Cf. v. Immittere. §§. 1. 2.

Immitis. (Adiect.) *Saevus.* III. **Cn.** Immitis adparitor, et exsecutio militaris. Nov. Maiorian. de indulg. reliquor. IV. 3. c. 1. §. 2.

Immittere. **§. 1.** *Mittere, Dirigere.* I. **Sy.** Mittere. fr. 35. §§. 3. sq. de hered. inst. 28. 5. Mancipare (carceri.) Th. C. VI. 29. c. 1. de curios. III. **Cn.** Ex superiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. fr. 8. §. 5. si servit. 8. 5. cf. fr. 3. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Non teneri eum interdicto, quia non immittat aquam, sed non recipit. fr. 2. §. 28. ne qu. in loco pub. 43. 8. Navem immittendo, aut serraculum ad navem ducendo, — damnum dare. fr. 29. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 13. §. 2. locat. 19. 2. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit, eam ego immisso pecore depasco. fr. 9. §. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 14. §. 3. de praesc. vv. 19. 5. Si quis — aliquem evitans, in taberna proxima se immisisset. fr. 2. §. 1. si quadrup. 9. 1. Si quis ex manu telum, aut aliud quid, immisisset. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Immoliri, Infigere.* III. **Cn.** Quoties quis in nostro aedificare, vel in nostrum immittere, vel proiicere vult. fr. 5. §. 10. cf. §§. 8. sq. de O. N. N. 39. 1. cf. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. Immittendi tigna in parietem vicini, et denique proiiciendi protegendive (servitus.) fr. 2. cf. fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. Tigni immissi servitutem debere. fr. 6. ib. 8. 2. Quae in iure consistunt, — ut immissa, vel protecta. fr. 15. §. 2. de precar. 43. 26. fr. 6. §. 2. arbor. furt. caes. 47. 7. Si — eum (sc. parietem) reficere, vel demolire, vel in eum immittere quid opus sit. fr. 12. comm. div. 10. 3. fr. 52. §. 13. pro soc. 17. 2. In loco sacro facere, inve eum immittere quid veto. fr. 1. pr. ne qu. in loco sacr. 43. 6. fr. 2. pr. ne qu. in loco pub. 43. 8. Aperto pariete communi, nullo iure fenestras immisisse. fr. 40. de S. P. V. 8. 2. — **§. 3.** *Conferre, Adplicare.* III. **Cn.** Sacrilegas manus immittere (in extrahendos eos.) Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. Si modo nihil extrinsecus accidit, quod corpus eius in aliquam valetudinem immitteret. fr. 14. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Quod N. Negidius sillum immisit A. Agerio infamandi causa. Coll. LL. M. II. 6.

Immo, s. **Imo.** (Advb.) **§. 1.** *Vel contra.* III. **Cn.** Sed nihilo minus, imo magis (et is tenebitur etc.) fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. Tam difficilis, imo paene impossibilis (conditio.) fr. 4. §. 1. de statulib. 40. 7. Neque enim sic homo supinus, imo magis stultus (invenitur, ut etc.) c. 14. de hered. inst. 6. 24. Titius, imo Seius, (heres esto!) fr. 47. pr. eod. 28. 5. Stichus, immo Pamphilus. fr. 21. de manum. testam. 40. 4. — **§. 2.** *Quin etiam.* III. **Cn.** Imo etiam, s. Imo et. fr. 4. pr. de off. eius. 1. 21. fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. fr. 50. de A. R. D. 41. 1. Imo forsitan et contra. fr. 49. de usurp. 41. 3. cf. fr. 91. de furt. 47. 2. Proximus heres significatur; imo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus. fr. 227. §. 1. de V. S. 50. 16. Nihil proderit reo; — imo nec confideiussoribus proderit. fr. 23. de pact. 2. 14. Labeo. — Paulus: imo puto (idcirco id falsum esse etc.) fr. 21. si servit. 8. 5. cf. fr. 78. de R. V. 6. 1. fr. 10. de L. Rhod. 14. 2. Pompon. scribit. — Scaevola: Imo puto etc. fr. 9. de N. G. 3. 5. Immo magnae auctoritatis hoc ius habetur. fr. 36. de LL. 1. 3.

Immobilis. (Adiect.) **§. 1.** *Qui moveri non potest.* I. **Sy.** Res soli. Fundus et aedes. Immobilis res. Gai. II. 42. Vlp. XIX. 8. fr. 15. pr. §§. 1. 3. sqq. Qu. satisd. cog. 2. 8. cf. c. 14. pr. de SS. eccl. 1. 2. II. **Op.** Mobilis (res.) Vlp. XIX. 6. 8. fr. 63. de procur. 3. 3. fr. 23. pr. de usurp. 41. 3. — **§. 2.** *Perpetuus, Constans.* III. **Cn.** Ipsis quinetiam

provincialibus — haec optio immobilis decernatur, ut etc. Th. C. VII. 13. c. 10. de tiron.

Immoderate. (Advb.) *Immodice, Libidinose.* III. **Cn.** Qui a praeceptore — ideo fugit, quia imm. eo utebatur. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Nec vero imm. suo iure utatur. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. servor.

Immoderatio. *Immoderantia, Vsurpatio.* I. **Sy.** Impudentia. Consult. vet. I.Cti. c. 9. III. **Cn.** Quod non iam pactio, sed quaedam — immoderatio doceatur. Ib. 1. 1.

Immoderatus. (Adiect.) *Immodicus, Libidinosus.* I. **Sy.** Immensa, Immodica, Immoderata (liberalitas etc.) c. 2. sqq. de inoff. donat. 3. 29. II. **Op.** Honestus modus. — Immoderata luxuria. fr. 40. pr. cf. fr. 39. §. 4. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Infinita, vel immoderata (aestimatio.) fr. 40. pr. l. 39. 2. Si immoderatae fuerunt (sc. nives,) et contra consuetudinem tempestatis. fr. 78. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Feminae immoderatae atque intemperantes. c. 22. de admin. tutor. 5. 37. Vt nec immoderatus venditor, nec emtor inveniatur iniustus. Th. C. XII. 3. c. 1. de praed. et manc. curial.

Immodeste. (Advb.) *Modestiae expers.* III. **Cn.** Dictum in iurgio in adversarium immodestius iactatum, petulantiusque fusum. Th. C. IV. 8. c. 5. §. 5. (Wck.) de liberali c.

Immodice. (Advb.) *Sine modo.* I. **Sy.** Vltra modum. fr. 14. §. 6. de relig. 11. 7. II. **Op.** Recte arbitrari etc.) fr. 30. pr. de oper. libert. 38. 1. III. **Cn.** Vt neque plus imputetur, — quam factum est, neque tantum, quantum factum est, si immodice factum est. fr. 14. §. 6. l. 11. 7. Si laesa es immodice. c. 5. de d. m. 2. 21.

Immodicus. (Adiect.) **§. 1.** *Ingens, Insolitus.* I. **Sy.** Immoderatus. Cf. h. v. Pluris iusto, Immodico (pretio.) fr. 14. §. 2. de legat. III. (32.) fr. 31. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. Supra vires (dotis.) Satis immodicum. fr. 15. pr. de donat. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Immodicae et illicitae computationis modus. fr. 2. §. 5. de adm. rer. ad civit. 50. 8. Non vendere, vel immodico pretio vendere. fr. 14. §. 2. de legat. III. (32.) Si immodicum aes alienum interveniat. fr. 66. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 2.** *Iniquus.* III. **Cn.** Species solitas praestari, sed immodica pro iisdem reddi pretia. Th. C. XI. 1. c. 24. de ann. et tribut.

Immolare. *Rei divinae causa mactare.* I. **Sy.** Caedere (hostiam.) Th. C. XVI. 10. c. 10. c. 12. pr. §. 1. de pagan. III. **Cn.** Qui hominem immolaverint, exve eius sanguine litaverint etc. Paul. V. 23. §. 16.

Immolatio. *Factum immolandi.* III. **Cn.** Hostiarum immolationibus, damnandisque sacrificiis — interdicimus. Th. C. XVI. 10. c. 25. de pagan.

Immolitus. (Partic.) *Constructus, Fabricatus.* III. **Cn.** Ne quis in iis locis — quid inaedificatum, immolitumve habeto. Tab. Heracl. lin. 70. aer. Brit.

Immorari. **§. 1.** *Commorari, Remanere.* III. **Cn.** Emisso [al. Misso] in possessionem, et aliquamdiu immorato [al. morato,] nemo caveat. fr. 15. §. 21. de damn. inf. 39. 2. Immorentur [al. Immorientur] cum sobole professioni. Nov. Th. II. de bon. fabricens. I. 4. c. 1. pr. Biennii spatio — gerant officium, neque ulterius cuiquam hoc loco liceat immorari. Th. C. VI. 33. c. 1. de decan. — **§. 2.** *Moras inferre.* III. **Cn.** Immorari debet, donec etc. Ib. VIII. 5. c. 1. de cursu pub.

Immori. cf. v. Immorari. §. 1.

Immortalis. (Adiect.) **§. 1.** *Mortalitati non subiectus.* III. **Cn.** Deo immortali (donatum.) fr. 4. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — **§. 2.** *Diuturnus, Infinitus.* III. **Cn.** Ne lites fiant paene immortales, et vitae hominum modum excedant. c. 13. pr. de iudic. 3. 1. Prope immortali timore teneri. c. 7. pr. de praescr. XXX. 7. 39.

Immortalitas. **§. 1.** *Memoria diuturna. Gloria aeterna.* III. **Cn.** Quos non adumbratis honoribus — immortalitati [al. sint mortalitate] coniunximus. Th. C. VI. 22. c. 6. de honor. codic. — **§. 2.** *Numen immortale, Divinitas.* III. **Cn.** Ad immortalitatis respicere praesidium, et summum numen invocare. c. 2. pr. de vet. iure enucl. 1. 17.

Immunditiae. *Sordes, Squalor.* III. **Cn.** Et caelum pestilens, et ruinas minantur immunditiae cloacarum, si non reficiantur. fr. 1. §. 2. de cloac. 43. 23.

Immundus. (Adiect.) *Spurcus, Sordidus.* III. **Cn.** Immundo fimo sordidatis fluentis polluere (commune poculum.) Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M.

Immunis. *Expers (onerum.) Liber, Solutus.* I. **Sy.** Exsors. Cf. h. v. Vacationem munerum tribuere. Inter immunes habere. fr. 6. de iure immun. 50. 6. II. **Op.** Praestandum. — A dependendis fructibus immune (esse.) fr. 3. §. 1. de usur. 22. 1. Alteri satisfieri oportere. — Debitam sibi partem immunem habere. fr. 34. de bon. libert. 38. 2. III. **Cn.** Tributum his remisit capitis (sc. D. Vespasianus,) sed D. Titus etiam solum immune factum interpretatus est. fr. 8. §. 7. de censib. 50. 15. Immunis ab honoribus et muneribus civilibus. fr. 17. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Inter adlectos et immunes a senatoriis descriptionibus habeantur. Th. C. VI. 23. c. 1. de decur. et silent. VI. 26. c. 15. de prox. com. disp.

Immunitas. *Liberatio a muneribus, vel tributis.* I. **Sy.** Vacatio (muneris, s. a muneribus.) fr. 3. fr. 5. §. 7. fr. 6. de iure immun. 50. 6. fr. 18. de V. S. 50. 16. Vatic. §§. 131. 149. Privilegium, Praerogativa. Th. C. XIII. 3. c. 16. de medic. et prof. III. **Cn.** Vacatio, itemque immunitas, (quae liberis et posteris alicuius data est.) fr. 13. de mun. et hon. 50. 4. cf. Vatic. §§. 124. 129. 131. 134. sqq. 149. Indulgentiam immunitatemque merere (capitationis.) Th. C. XI. 12. c. 2. de immun. conc. Nullam immunitatem solvendi publici vectigalis usurpare posse. fr. 9. §. 8. de publican. 39. 4. Immunitates operum publicorum concessione iudicum adepti. Th. C. XV. 1. c. 5. de opp. pub. Navium maritimarum immunitatem habere. fr. 5. §. 5. de iure immun. 50. 6. Plenissima immunitas tributa est (sc. Iliensibus,) ut etiam tutelae excusationem habeant. fr. 17. §. 1. de excusatt. 27. 1. Rebus concessa, — Personis data (immunitas.) fr. 1. §. 1. de iure immun. 50. 6. fr. 3. §. 1. fr. 4. §. 3. de censib. 50. 15. Coll. LL. M. XVI. 9. Collegium, quod immunitatem pariat. fr. 5. §§. 7. 13. de iure imm. 50. 6.

Immurmurare. *Murmurare.* III. ***Cn.*** Noxiis quaesita graminibus, et diris immurmurata secretis, (venena componere.) Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Immutabilis. (Adiect.) *Vicissitudinis expers, Constans.* II. ***Op.*** Mutabilia, — Immutabilia (vocabula.) fr. 4. pr. de legat. I. (30.) III. ***Cn.*** Ipsarum legum verbis accommodatae erant (sc. legis actiones,) et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur. Gai. IV. 11. Causa eius (sc. statuliberi) immut. est. fr. 9. §. 1. de statulib. 40. 7.

Immutabiliter. (Advb.) *Constanter.* III. ***Cn.*** Si imm. verum fuit, (te Capitolium non adscendisse.) fr. 99. §. 1. de V. O. 45. 1.

Immutare. *Mutare, Reformare.* I. ***Sy.*** Mutare. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. fr. 1. §. 7. ne qu. in flum. pub. 43. 13. II. ***Op.*** Idem, s. In eodem statu, manere. — Immutari. fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 65. de contr. emt. 18. 1. III. ***Cn.*** Nihil immutare licet (sc. praetoriis stipulationibus,) neque addere, neque detrahere. fr. 52. pr. de V. O. 45. 1. Neque minuere, neque immutare potest (conditionem primi compromissi.) fr. 25. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Qui tabulam aeream legis — refixerit, vel quid inde immutaverit. fr. 8. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Excolere, quod invenit, potest, qualitate aedium non immutata. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. Alieno facto ius alterius immutatum iri. fr. 6. Quemad. servit. 8. 6. Nec ex praetorio, nec ex solemni iure, privatorum conventione quidquam immutandum est. fr. 27. de R. I. 50. 17. Nihil igitur a privilegiis immutetur. Th. C. XVI. 2. c. 29. de episc. eccl.

Immutatio. *Mutatio.* I. ***Sy.*** Immutato hoc. Immutatione facta (per singulas personas.) fr. 10. §§. 16. sq. de grad. et adf. 38. 10.

Immutilatus. (Adiect.) *Non mutilatus, Integer.* I. ***Sy.*** Illibatum atque integrum. Immutilatum. c. 20. pr. §. 1. de don. A. N. 5. 3. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. II. ***Op.*** Ruptum fieri (testamentum.) — Immutilatam manere (voluntatem.) c. 4. de posth. hered. inst. 6. 29.

Impactus. (Partic.) Cf. v. Impingere. — **§. 1.** *Illisus, Iniectus.* III. ***Cn.*** Si navis tua, impacta in meam scapham, damnum mihi dedit. fr. 29. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Coniectus.* III. ***Cn.*** Quamvis innocentes inveniantur ex eo crimine, propter quod impacti sunt in carcere. fr. 13. de cust. et exhib. 48. 3.

Impar. (Adiect.) **§. 1.** *Inaequalis.* III. ***Cn.*** In loco impari positae (tres aedes.) fr. 25. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Ex his quidam, — licet impari numero. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. cf. Paul. IV. 8. §. 9. Summam imparem habere. fr. 104. de R. I. 50. 17. Non esse duos reos, a quibus impar suscepta est obligatio. fr. 9. §. 1. de duob. reis. 45. 2. — **§. 2.** *Non sufficiens, Inhabilis.* III. ***Cn.*** Si adparuerit, vel imparem te impendiis esse. Coll. LL. M. III. 3. cf. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. Paupertas, quae operi et oneri tutelae impar est. fr. 40. §. 1. cf. fr. 7. de excusatt. 27. 1. Vatic. §§. 240. 243. Impar matrimonium adpellatur, et — iubetur non proficere ad capiendas hereditates, et legata, et dotes. Vlp. XVI. 4. cf. 3. c. 27. de nupt. 5. 4. Huiusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes. c. 12. de legit. hered. 6. 58.

Impatiens. (Adiect.) *Qui tolerare aliquid non vult.* III. ***Cn.*** Aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie constrictus, (se praecipitem dedit.) c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

Impatienter. (Advb.) *Properanter.* I. ***Sy.*** Praepropere. Th. C. XI. 36. c. 2. sq. Quor. app. n. rec.

Impartire. Cf. v. Impertire. v. Impertitio.

Impatientia. **§. 1.** *Intolerantia, Inconstantia.* I. ***Sy.*** Impetu tractus, Impatientia (iusti doloris.) Paul. II. 26. §. 5. fr. 38. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. II. ***Op.*** Patientia, sive duritia (tormentorum.) fr. 1. §. 23. de quaestion. 48. 18. III. ***Cn.*** Si impatientia doloris, aut taedio vitae, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit. fr. 6. §. 7. de R. M. 49. 16. cf. fr. 6. §. 7. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 38. §. 12. de poen. 48. 19. fr. 3. §. 6. de bon. cor. qu. ante sent. 48. 21. Paul. V. 12. §. 1. — **§. 2.** *Festinatio.* III. ***Cn.*** Cum — haec impatientia, vel iniquitate iudicum denegantur. Th. C. XI. 36. c. 18. Quor. app. n. rec. Si — impatientia litigatoris eruperit. Ib. XI. 30. c. 54. de app. et poen.

Impedimentum. **§. 1.** *Vitium, Obstaculum.* I. ***Sy.*** Vitium (corporis.) fr. 101. §. 2. de V. S. 50. 16. Difficultas, Incommodum. fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. Incommodare, difficiliorem facere, vel prorsus impedire (navigationem.) Impedimento esse (navigationi.) fr. 1. §. 15. de flumin. 43. 12. fr. 1. §. 2. de ripa mun. 43. 15. Obesse, Obsistere, Impedimento esse. Paul. IV. 8. §. 8. fr. 43. §. 1. de legat. I. (30.) III. ***Cn.*** Si ipse servus scierit, — nec ullum impedimentum sit, quominus certiorem dominum faceret. Gai. II. 190. Posse ex testamento hereditatem adiri putant, nullo iam filio impedimento. Ib. II. 123. Facere impedimentum (conditioni.) fr. 33. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Si et aliud impedimentum sit (de non adeunda hereditate etc.) fr. 3. §. 32. de S.C. Silan. 29. 5. Cui, propter impedimentum iuris, (non competit libertas.) fr. 76. §. 4. de legat. II. (31.) Posse eum (haec detrahere,) nec ad hoc ei S. C. futurum impedimento. fr. 43. §. 1. de legat. I. (30.) Sine aliquo impedimento legis Iuliae (coërceri posse.) Paul. V. 26. §. 2. cf. c. 2. de liber. praeter. 6. 28. — **§. 2.** *Impedimenta, i. e. Homines et iumenta, sarcinis exercitus adtributa.* III. ***Cn.*** Vt tam numeris, quam familiis, nec non et impedimentis, — id tantum in specie praebeatur etc. Th. C. VII. 4. c. 28. pr. de erog. mil. ann.

Impedire. **§. 1.** *Officere, Obstare.* I. ***Sy.*** Impedimento esse. Cf. v. Impedimentum. §. 1. Prohibere. fr. 2. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. fr. 40. pr. de procur. 3. 3. III. ***Cn.*** Plerumque incerta haec et inopinata turbant provinciales, et actus impediunt. fr. 4. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quod navigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorsus impediat. fr. 1. §. 15. de flumin. 43. 12. Non tam manumittere is, quam non impedire manumittentem intelligitur. fr. 4.

§. 2. de manum. vind. 40. 2. Si concurrere volent, aut impedient invicem, — aut — fructus vacabit. fr. 2. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Si morbo impeditus, aut reip. causa avocatus, adesse non potuit reus. fr. 75. de iudic. 5. 1. cf. fr. 1. §. 1. de off. Cos. 1. 10. fr. 1. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Si plus ego percipere potui, et per metum impeditus sum. fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. Si — promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit, quominus ad iudicium veniret. fr. 3. §. 3. cf. §. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. Non enim negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis. fr. 16. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Interdicere, Vetare.* II. **Op.** Concedere, Permittere. fr. 5. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 5. §. 18. fr. 6. de donat. int. V. 24. 1. Dare (iudicem, v. executionem.) fr. 12. §§. 2. sq. de iudic. 5. 1. fr. 66. de V. O. 45. 1. Valere, — Impediri. fr. 3. §. 3. fr. 5. pr. §§. 2. 9. 14. fr. 7. pr. §. 1. fr. 8. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Perfectam videri, — Iura impedisse (donationem.) Vatic. §. 96. III. **Cn.** Si non lex Ael. Sentia, sed alia lex, vel S. C., aut etiam constitutio, servi libertatem impediat. fr. 83. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 29. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Gai. I. 37. Qui legitime, — nullo iure impediente, manumissi sunt. Vlp. I. 6. cf. fr. 10. pr. de cond. inst. 28. 7. Quidam lege impediuntur, ne iudices sint, quidam natura, quidam moribus. fr. 12. §. 2. de iudic. 5. 1. Actiones, quas — habent, impediendae non erunt. fr. 40. §. 2. de pact. 2. 14. Si eosdem tutores habeant, multo magis quis impeditam alienationem dicet. fr. 7. pr. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9.

Impelia. Cf. v. Impilia.

Impellere. §. 1. *Propellere, Vrgere.* I. **Sy.** Incurrere, Incidere, Impingi, Impelli. fr. 29. §§. 2. sq. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Quidam ex his servulum, cum pilam percipere conaretur, impulit, servus cecidit etc. fr. 52. §. 4. ib. 9. 2. — **§. 2.** *Incitare, Provocare.* III. **Cn.** Qui persuadet, et impellit, atque instruit consilio. fr. 50. §. 3. de furt. 47. 2. cf. fr. 7. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2.

Impendēre. §. 1. *Supra pendēre.* I. **Sy.** Inclinata, Impendens (arbor.) fr. 4. §. 5. si servit. 8. 5. III. **Cn.** Si arbor aedibus impendeat. — Si vero agro impendeat. fr. 1. §§. 2. 5. 9. cf. pr. §. 7. de arbor. caed. 43. 27. — **§. 2.** *Imminere, Instare.* I. **Sy.** Imminens, Impendens (periculum, s. damnum, v. metus.) Paul. II. 23. §. 1. fr. 2. de m. c. donat. 39. 6. — **§. 3.** *In suspenso esse.* I. **Sy.** In pendenti haberi. fr. 11. §§. 9. sq. de donat. int. V. 24. 1.

Impendere. §. 1. *Erogare, Dependere.* I. **Sy.** Erogare. Cf. h. v. §. 3. Sumtus facere. fr. 12. §§. 2. sq. 5. sq. fr. 14. §. 3. de relig. 11. 7. fr. 13. §. 22. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** Si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditori eius obligaverit. fr. 5. §. 1. de O. et A. 44. 7. cf. Vlp. VII. 3. Licet praedia quaedam talia sint, ut magis in ea impendamus, quam de illis adquiramus. fr. 41. §. 1. de usufr. 7. 1. Compensari debet hoc, quod impendit, cum eo quod domino debetur. fr. 6. §. 4. de pecul. leg. 33. 8. Ad recipienda ea, quae impendit — experiri posse. fr. 55. §. 1. locat. 19. 2. Donatam sibi pecuniam impendere (aut in obsonio etc.) fr. 31. §. 9. de donat. int. V. 24. 1. Impend. aliquid circa (res meas.) fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. Impendi causa (fructuum percipiendorum, v. explicandarum venditionum.) fr. 7. §. 16. sol. matrim. 24. 3. fr. 72. ad L. Falc. 35. 2. Impendere de suo. fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. fr. 5. pr. de O. et A. 44. 7. Aedificio impendere (partem patrimonii.) Gai. I. 33. — **§. 1. A.** *Instituere, Celebrare.* III. **Cn.** Gladiatorium munus imp. (in urbe R.) Th. C. XV. 12. c. 2. de gladiator. — **§. 2.** *Conferre, Concedere.* III. **Cn.** Libertati a maioribus tantum impensum est, ut etc. Ib. IV. 8. c. 6. pr. (Wck.) de liberali c.

Impendium. §. 1. *Sumtus, Impensa.* I. **Sy.** Quod impensum est. Impensa. fr. 45. de usufr. 7. 1. fr. 14. §. 1. fr. 29. pr. comm. div. 10. 3. fr. 18. §§. 2. sq. commod. 13. 6. fr. 7. §. 16. sol. matrim. 24. 3. Sumtus. fr. 46. §. 6. de procur. 3. 3. fr. 79. pr. de iudic. 5. 1. fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. III. **Cn.** Res, quae patrimonia onerare magis impendio, quam augere fructibus consueverunt. fr. 1. §. 20. de ventre in poss. 37. 9. Non tantum dotem dare debet, sed etiam impendia, quae ad nuptias facienda sunt. fr. 52. de admin. et peric. 26. 7. Si neque difficultatem, neque turpitudinem ullam habet conditio, nec impendium aliquid. fr. 63. §. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. Nullum impendium, vel opera (intercedit heredis.) fr. 44. §. 1. ib. 36. 1. Periculo et impendiis actoris (perferenda res.) fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. Suo impendio dare. fr. 20. pr. de oper. libert. 38. 1. Impendii causa persolvere. Coll. LL. M. I. 11. Valetudinis impendia, s. quae pro curatione fecerit. fr. 45. de usufr. 7. 1. fr. 7. pr. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Depensio, Collatio.* I. **Sy.** Pensio, Praebitio. Th. C. XI. 16. c. 13. de extraord. s. sord. Stipendium, Tributum. fr. 13. de impens. in res. dot. 25. 1. III. **Cn.** Expensarum non excedant duorum solidorum librata impendia. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. lud.

Impensa. §. 1. *Sumtus.* I. **Sy.** Impendium. Cf. h. v. §. 1. Sumtus factus. fr. 12. §§. 2. sq. 5. sq. fr. 14. §. 3. fr. 37. pr. de relig. 11. 7. fr. 13. de cond. furt. 13. 1. fr. 2. §. 17. de hered. v. act. vend. 18. 4. III. **Cn.** Mercedes et impensas praestare. fr. 45. §. 1. de A. E. V. 19. 1. cf. Gai. II. 76. sqq. fr. 34. §. 1. de usufr. 7. 1. Pecuniam certam in funus, impensamque perferendi corporis — dare. fr. 112. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 8. §. 5. de legat. II. (31.) Deducto aere alieno, et funeris impensa. fr. 8. §. 9. de inoff. testam. 5. 2. Paul. IV. 5. §. 6. Vt impensam praestet, aut noxam det. fr. 7. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 6. §. 7. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Factum impensa (furis.) fr. 13. de cond. furt. 13. 1. Supervacuae impensae. fr. 39. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Impensae necessariae, — quas forte in aegrum — impenderit. Coll. LL. M. X. 2. Vtiles, — Voluptariae, s. Voluptuosae, — Omnes (impensae.) fr. 38. sq. 1. 1. 5. 3. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. fr. 14. de imp. in res dot. 25. 1. Vlp. VI. 14. sqq. — **§. 2.** *Res, quae impendendo constructa est.* III. **Cn.** Impensae, quae recipiunt separationem. fr. 9. de imp. in res dot. 25. 1. Retentionem facere impensae. Tollere, — Relin-

quere (impensas.) fr. 9. l. 25. 1. cf. fr. 39. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 31. §. 2. de don. int. V. 24. 1.

Impense. (Advb.) *Studiose.* III. ***Cn.*** Impensius providendum est, (statui publico.) Th. C. XII. 19. c. 2. de h. qu. cond. propr.

Impensus. (Partic.) *Intentus, Accuratus.* III. ***Cn.*** Impensa obsequia. Nov. D. Severi, de abrog. capit. V. 1. c. 1. pr. Impensiorem sollicitudinem adhibere. Th. C. VI. 29. c. 10. de curios.

Imperare. **§. 1.** *Iubere.* I. ***Sy.*** Praecipere. fr. 7. §§. 4. sq. arbor. furt. caes. 47. 7. Indicere. fr. 6. sq. de vac. et exc. 50. 5. Damnare (heredem.) Cf. h. v. §. 2. Iubere. fr. 51. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 37. pr. ad L. Aqu. 9. 2. III. ***Cn.*** Legis virtus (haec) est: imperare, vetare, permittere, punire. fr. 7. de LL. 1. 3. Neve quis magistratus — imperato, quo quid magis ii dent, praebeant. Plebisc. de Thermens. II. 51. sq. Qui iussit, si modo ius imperandi habuit. fr. 37. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Et constitit institutio, et est qui ius imperandi habet. fr. 38. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Testes, quibus imperari potest, ut testes fiant. fr. 6. de testib. 22. 5. Servos quosdam vi depulit, alios retinuit et vinxit, aut etiam eis imperavit. fr. 1. §. 46. de vi et vi arm. 43. 16. Si eam rem imperare solitus fueris, quam prudens et diligens paterfam. imperaturus ei servo non fuerit. fr. 54. pr. de A. E. V. 19. 1. Servus, qui — solitus fuerat et familiae imperare. fr. 12. §. 3. de instr. leg. 33. 7. Desidero quoque, et Impero, [al. Impetro] verba utile faciunt fideicommissum. Paul. IV. 1. §. 6. — **§. 2.** *Regnare, Remp. administrare.* III. ***Cn.*** Imperante illo D. Augusto, imperii anno illo. Iul. ep. nov. c. 42. §. 173. Romani Imperatores — multis annis imperetis. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.)

Imperative. (Advb.) *Forma imperandi.* I. ***Sy.*** Legis modo. Vlp. XXIV. 1. II. ***Op.*** Precativo modo. Ib. l. l.

Imperativus. (Adiect.) *Imperative conceptus.* II. ***Op.*** Imperativa, et directa, — Inflexa (verba.) c. 15. de testam. et quemadm. 6. 23.

Imperator. **§. 1.** *Supremus belli dux.* III. ***Cn.*** Si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget. Gai. III. 94. Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent. fr. 4. §. 2. de statu hom. 1. 5. — **§. 2.** *Summus reip. administrator. Princeps.* I. ***Sy.*** Caesar. fr. 1. §. 2. fr. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 5. §. 2. fr. 6. ad L. Iul. mai. 48. 4. Princeps. Gai. I. 5. 53. Vatic. §. 149. fr. 1. sqq. de const. Pr. 1. 4. fr. 13. de transact. 2. 15. fr. 1. sq. de h. qu. not. infam. 3. 2. III. ***Cn.*** Adversus imperatorem, vel rempub., arma movere. Paul. V. 29. §. 1. Qui — civem R., antea ad populum, nunc ad imperatorem (adpellantem, necarit.) Ib. V. 26. §. 1. Sanctissimus et nobilissimus imperator. fr. 3. de natal. rest. 40. 11. Sacratissimi imperatoris (constitutio.) Gai. I. 53. Optimi imperatoris (Antonini) epistola. Ib. I. 102. Tam ex rescriptis divorum, quam ex constitutionibus imperatorum nostrorum. Vatic. §. 125. Imp. noster Antoninus Aug. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Fratres imperatores. Ib. §. 224. Imperatorum — oratio in Senatu recitata. Vlp. XXVI. 7. Quod imperator decreto, vel edicto, vel epistola constituit. Gai. I. 5. cf. fr. 1. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Beneficium, v. Indulgentia, imperatoris. fr. 3. ib. 1. 4. fr. 1. §. 5. de legat. III. (32.) Qui (sc. iudices) ab imperatore extra ordinem petuntur. Paul. V. 5. A. §. 1. In hoc donare viro suo, ut is ab imperatore lato clavo, vel equo publico, similive honore honoretur. Vlp. VII. 1. Sibi et uxori ab imperatore petere (civitatem.) Gai. I. 94. cf. III. 20. Impetrare ab imperatore (restitutionem.) fr. 5. pr. de reb. dub. 34. 5. cf. fr. 4. de poen. 48. 19. Consulere imperatorem. Scribere imperatori. Ad imperatorem causam remittere. fr. 1. §. 2. fr. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 7. §. 1. de interd. et releg. 48. 22. fr. 26. de app. et relat. 49. 1.

Imperatorius. (Adiect.) *Imperialis, Principalis.* III. ***Cn.*** Magis imperatorium, magisque credidimus gloriosum. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 4. (Wck. p. 10.) Quae (sc. provincia) inter imperatorias primasque virtutes obtinet principatum. Ib. de patrimonial. I. 3. c. 1. pr. Praecipua imperatoriae maiestatis cura. Ib. de Iud. I. 6. c. 1. pr. Imperatoriae iussionis auctoritas. Th. C. XII. 10. c. 1. ne praefectian.

Imperfectus. (Adiect.) *Non absolutus, Non validus.* I. ***Sy.*** Nullas vires habere. Nullum, Imperfectum (esse.) fr. 9. pr. fr. 35. §§. 1. sq. de contr. emt. 18. 1. II. ***Op.*** Perfici. Factum (esse.) — Imperfectum (opus etc.) fr. 5. pr. de mortuo infer. 11. 8. fr. 30. §. 3. locat. 19. 2. Perfectum, s. Iure factum, — Imperfectum (testamentum, v. flagitium etc.) fr. 3. §. 3. fr. 35. de milit. testam. 29. 1. fr. 2. §. 1. testam. quemad. aper. 29. 3. Paul. V. 4. §. 14. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 5. III. ***Cn.*** Imperfecto tempore locationis, — quod superest etc. fr. 26. de usufr. 7. 1. Aetas imperfecta. Th. C. III. 5. c. 3. de sponsal. Si sub imperfecta cretione heres institutus sit. Vlp. XXII. 34. Removetur donatio, ut imperfecta. fr. 7. de m. c. donat. 39. 6.

Imperialis. (Adiect.) *Ad Imperatorem spectans.* I. ***Sy.*** Principalis. fr. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 13. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. c. 23. pr. §. 1. de nupt. 5. 4. III. ***Cn.*** Legibus et divinis, et imperialibus, (vetitae haereses.) Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeretic. Generalia sunt rescripta, et oportet imperialia statuta suam vim obtinere. fr. 3. §. 5. de sepulc. viol. 47. 12. Imperiales sententiae, in cognitionibus prolatae. fr. 96. de cond. et dem. 35. 1. fr. 240. de V. S. 50. 16. Imperiali beneficio opus esse. fr. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Beneficiorum imperialium decreta. Th. C. II. 4. c. 5. de denunc. v. edit. Cum satis abundeque imperiale est etc. c. 2. de comm. servo man. 7. 7.

Imperialiter. (Advb.) *Pro imperii dignitate.* III. ***Cn.*** Nostrum esse proprium subiectorum commodum, imp. existimantes. c. 1. §. 14. de caduc. toll. 6. 51.

Imperite. (Advb.) **§. 1.** *Sine peritia, vel arte.* II. ***Op.*** Bene, Recte (secare.) Cf. v. Bene. Si imperite versatus est (sc. mensor.) — Sed et si negligenter. fr. 1. §. 1. si mensor. 11. 6. — **§. 2.** *Impro-*

vide. III. **Cn.** Imperite vel callide (rerum offerendarum in dotem, habeat donatio mentionem.) Th. C. III. 5. c. 8. pr. de sponsal.

Imperitia. §. **1.** *Defectus peritiae, vel artis.* II. **Op.** Per imperitiam, — Propter infirmitatem (non posse.) fr. 8. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Si vitio materiae factum sit. — Si imperitia facientis. fr. 27. §. 29. ib. 9. 2. fr. 13. §. 5. locat. 19. 2. III. **Cn.** Requiramus, num imperitia eius aut negligentia id accidit. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 9. §. 5. locat. 19. 2. Iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigere. fr. 1. pr. de app. et relat. 49. 1. cf. fr. 26. pr. de testam. tut. 26. 2. fr. 14. §. 4. de bon. libert. 38. 2. — §. **2.** *Ignorantia.* I. **Sy.** Error, Ignorantia. fr. 20. pr. famil. ercisc. 10. 2. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ign. 22. 6. II. **Op.** Malitia. fr. 2. §. 1. de inspic. ventre. 25. 4. Sciens, non tamen dolo. — Per imperitiam, vel per rusticitatem. fr. 3. §. 22. de S.C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Error, qui imperitiam detegit. fr. 15. de iurisd. 2. 1. Ne per collusionem aut imperitiam alterutrius contendentium — constituatur. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Militibus, propter nimiam imperitiam, — remissa est (diligens observatio etc.) Gai. II. 109.

Imperitus. (Adiect.) *Non peritus, Ignarus.* III. **Cn.** Si, pro perito, imperitus locatus sit servus. fr. 27. §. 34. ad L. Aqu. 9. 2. Propter usum imperitorum, [al. imperatorum,] — esse videtur, et error ius facit. fr. 3. §. 5. de supell. leg. 33. 10.

Imperium. §. **1.** *Iussus, Arbitrium privatum circa alios.* I. **Sy.** Dominatio. Coll. LL. M. III. 3. III. **Cn.** Iubere, vetareve. — Contrario imperio tollere, et repetere. fr. 14. de re iud. 42. 1. Nullo cogentis imperio, sed libero arbitrio et voluntate (confecta, sc. pacta.) Th. C. II. 9. c. 3. (Wck.) de pact. Metu legum, aut pudoris imperio, frenari. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. pr. A patronis rursus sub imperia ditionemque mittantur. Th. C IV. 11. c. 1. (Wck.) de libert. et eor. lib. — §. **2.** *Dominatio publica, tam populi R., quam Principis.* III. **Cn.** Qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt et in hostium numerum se conferunt. fr. 5. §. 1. de cap. minut. 4. 5. Litora, in quae populus R. imperium habet. fr. 3. pr. ne qu. in loc. pub. 43. 8. Neque civibus R., neque ullis aliis hominibus qui sub imperio P. R. sunt, licet etc. Gai. I. 53. Civitates omnes, quae sub imperio P. R. sunt. Vlp. XXIV. 28. Cuncti sub imperio nostro agentes. Coll. LL. M. VI. 4. Lex regia, quae de imperio eius (sc. Principis) lata est. Lex imperii. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. c. 3. de testam. et quemad. 6. 23. Cum ipse imperator per legem imperium accipiat. Gai. I. 5. Quibus (sc. diebus) vel in lucem editi, vel imperii sumus sceptra sortiti. Th. C. XV. 5. c. 2. pr. de spectac. In exordio imperii mei datae (sc. leges.) Ib. IX. 16. c. 9. de malefic. — §. **3.** *Iubendi, s. Imperandi ius, magistratibus P. R. maioribus competens.* III. **Cn.** Neve quis magistratus, prove magistratu, neve quis, pro quo imperio potestateve erit, intercedito. L. Gall. Cisalp. I. 51. sq. cf. fr. 1. §. 1. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. fr. 7. fr. 10. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Paul. V. 26. §. 1. Quibus id (more) concessum est, propter vim imperii, sicut Praefectus Vr., caeterique Romae magistratus. fr. 12. §. 1. de iudic. 5. 1. Qui imperium potestatemque [al. potestatemve] habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur. Paul. V. 5. A. §. 1. cf. fr. 26. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. Dum magistratum, aut imperium habebunt. Fr. legis Servil. c. 3. Tamdiu valent (sc. imperio continenti iudicia,) quamdiu is, qui ea praecepit, imperium habebit. Gai. IV. 105. sq. cf. 80. 103. sq. III. 181. Neque officio iudicis, neque Praetoris imperio, neque legis potestate confirmantur (obligationes etc.) fr. 27. de O. et A. 44. 7. Vbicunque Praetor, salva maiestate imperii sui salvoque more maiorum, dicere ius constituit. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Qui maius imperium in eadem iurisdictione habet. fr. 58. de iudic. 5. 1. Magistratus superiore, aut pari imperio. fr. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 14. pr. de manum. 40. 1. Merum imperium, quod lege datur. fr. 1. §. 1. fr. 5. §. 1. de off. eius. 1. 21. fr. 3. de iurisd. 2. 1. Qui (sc. magistratus) imperium habent, qui coërcere aliquem possunt, et in carcerem duci iubere. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Quae magis imperii sunt, quam iurisdictionis. fr. 4. de iurisd. 2. 1. fr. 6. §. 2. de tutel. 26. 1. fr. 26. ad munic. 50. 1. Imperium mixtum, s. non merum, quod iurisdictioni cohaeret. fr. 2. sq. de iurisd. 2. 1. — §. **4.** *Territorium ad rempub. pertinens. Fines dominationis pub.* III. **Cn.** Ampliari imperium hominum adiectione. fr. 7. §. 3. de bon. damnat. 48. 20. Profugit ab hostibus, et intra fines imperii nostri esse coepit. fr. 30. de captiv. 49. 15. Imperio nostro subegimus etc. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit.

Impersonaliter. (Advb.) *Citra nominationem certae personae.* III. **Cn.** Sive mihi, sive sibi, sive conservo suo, sive imp. (stipuletur.) fr. 15. de stipul. servor. 45. 3. cf. Iul. ep. nov. c. 107. §. 377.

Impertire. *Communicare, Largiri, Adhibere.* I. **Sy.** Dare (dilationem, v. auxilium.) fr. 7. de feriis. 2. 12. fr. 18. ex qu. c. mai. 4. 6. Nominare, Nominationes impertire. Th. C. XII. 5. c. 1. Quemad. mun. civ. III. **Cn.** In causa adulterii dilatio postulata impertiri [al. impartiri, s. impetrari, s. impediri] non potest. Paul. II. 26. §. 17. De facto consulentibus (sc. iudicibus) non debent Praesides consilium impertire. fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. Praeses Pr. — notionem suam impertiet. Vatic. §. 271. Extraordinariam iurisdictionem idem vir clar. impertiet [al. impertietur.] c. 14. de fideiuss. et mand. 8. 41. Praetor, qui impertiendis tutoribus praesidet. Th. C. III. 17. c. 4. §. 4. de tut. et cur. cr.

Impertitio. *Actus impertiendi.* III. **Cn.** Quae (sc. lex) et naturae vitium dignitatis impertitione [al. impartitione] soletur. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 3.

Impetiginosus. (Adiect.) *Impetigine laborans.* III. **Cn.** Impetiginosum morbosum non esse, si eo membro, ubi impetigo esset, aeque recte utatur. fr. 6. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1.

Impetigo. *Asperitas cutis, cum prurigine.* III. **Cn.** Membrum, ubi impetigo esset. Cf. v. Impetiginosus.

Impetrabilis. (Adiect.) *Aptus ad impetran-*

dum. III. **Cn.** Plane ei — impetrabile est; nam si docuerit, indubitate impetrat ius etc. fr. 1. §. 44. de aqua quot. 43. 20. Cum impetrabile huius fuerit postulatum. Th. C. X. 10. c. 34. de petit. et ultro dat.

Impetrare. *Exorare, Precibus obtinere.* I. **Sy.** Permitti, Concedi. fr. 51. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. fr. 1. §§. 38. 40. sqq. de aqua quot. 43. 20. Obtinere. fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. Qu. quisq. iur. 2. 2. Accipere, Percipere. Cf. v. Accipere. §. 1. Th. C. II. 17. c. 1. pr. §. 1. de h. qu. ven. aet. III. **Cn.** Desiderantes audiri, impetrareque a Praetore, ut etc. fr. 1. §. 1. de separat. 42. 5. cf. fr. 38. sq. de adopt. 1. 7. Privatim a Praesidibus postulari ac impetrari solet. fr. 1. §. 8. ad S. C. Turpil. 48. 16. cf. fr. 3. §. 6. de contrar. tut. 27. 4. Si quis petierit, — et impetraverit. fr. 9. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 34. de pign. act. 13. 7. fr. 46. de hered. inst. 28. 5. Precibus impetrare. fr. 6. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Th. C. XI. 7. c. 15. de exaction. Rescriptum, quod impetrandi dat facultatem. fr. 12. pr. de religios. 11. 7. Decreto Praetoris impetrare. fr. 1. pr. de separat. 42. 6. Principali beneficio imp. Fr. de I. F. §. 16. Vlp. III. 2. A Caesare, s. Imperatore, s. Principe, imp. fr. 1. §§. 9. sq. de postul. 3. 1. fr. 24. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 5. pr. de reb. dub. 34. 5. Vlp. XVI. 1. Ius, v. Veniam etc. impetr. fr. 3. pr. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 25. de in ius voc. 2. 4. Impetr. ut, v. ne etc. fr. 3. pr. §. 3. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 10. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 1. §. 1. de separat. 42. 6.

Impetratio. *Consecutio, Exoratio.* I. **Sy.** Auctoritas elicita (rescriptionis.) Th. C. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. III. **Cn.** Actionis impetr. c. 2. de form. et imp. 2. 58.

Impetrator. *Impetrans.* III. **Cn.** Impetratores beneficii. Th. C. XII. 6. c. 3. de susceptor.

Impetratum. (Partic.) *Impetratum beneficium.* I. **Sy.** Constitutio, Impetrata (patris nostri.) Th. C. XI. 30. c. 28. de app. et poen. III. **Cn.** Talis se impetrati obiectione defendere. Ib. VII. 21. c. 3. pr. de testim. ex-tribun. Fructu careat impetrati. Ib. XIII. 5. c. 12. de navicul.

Impetus. §. **1.** *Invasio, Impressio, Vehementia.* I. **Sy.** Vis (fluminis.) fr. 7. §. 2. fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Concussio, Depraedatio. Th. C. I. 7. c. 1. de off. Rect. Pr. III. **Cn.** Maioris rei impetus, qui repelli non potest. fr. 2. Qu. met. c. 4. 2. cf. Th. C. IV. 20. c. 1. Qui bon. ex L. Iul. Prope uno ictu, et uno impetu (utrumque occidere.) fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Nemo conclamationibus utatur, nemo moveat tumultum, aut impetum committat. c. 5. de h. qu. ad eccl. 1. 12. Damnum datum tempore impetus. c. 9. unde vi. 8. 4. Rapinae, tumultus, — impetus praedonum. fr. 23. de R. I. 50. 17. Inopinato fortunae impetu amittere (rem familiarem.) fr. 4. ut in poss. legat. 36. 4. Vel fluminis impetu, vel ruina (amissa, sc. via publica.) fr. 14. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Si eodem impetu discesserit aqua, quo venit. fr. 23. Qu. mod. ususf. 7. 4. cf. fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. — §. **2.** *Commotio animi, Fervor.* II. **Op.** Aut proposito, aut impetu, aut casu (delinquitur.) fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. Impetus primus. — Secundae cogitationes. Nov. Valent. III. de invasor. II. 8. c. 2. pr. III. **Cn.** Mariti calor et impetus, facile decernentis, (refrenandus.) fr. 22. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Impetu tractus doloris. fr. 38. §. 8. ib. 48. 5. Impetu quodam immensae liberalitatis (effundere omne patrimonium.) c. 2. de inoff. don. 3. 29.

Impietas. §. **1.** *Pietatis atque officii oblivio.* I. **Sy.** Ingratus esse. Impietatis argui. c. 7. de revoc. donat. 8. 56. — §. **2.** *Proditio fidei. Infidelitas.* III. **Cn.** Si qui — vel Iudaei impietatis amentia, vel stolidae paganitatis errore atque insania detinentur. Th. C. XV. 5. c. 5. de spectac.

Impiger. (Adiect.) *Indefessus, Strenuus.* III. **Cn.** Impigro quinquennii labore perferre (armatae sacramenta militiae.) Th. C. VII. 1. c. 6. pr. de R. M.

Impigre. (Advb.) *Strenue, Sine mora.* III. **Cn.** Omnem luendae rei diligentiam adhibere, — et sumtus ex fructibus impigre facere. Th. C. VIII. 18. c. 1. de bon. matern.

Impilia. *Tegumenta e lana coacta, (tam pedibus vestiendis apta, quam lectulis insternendis parata.)* III. **Cn.** Fasciae crurales pedulesque, et impilia, [al. inpilia, s. item pilea,] vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. fr. 25. §. 4. de auro arg. 34. 2. Supellectile legata, haec continentur: — lecti etiam inargentati, culcitrae, toralia, impilia etc. [al. imperia, s. impelia.] fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10. Cf. fr. 25. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Impingere. §. **1.** *Illidere.* (Cf. v. Impactus. §. 1. I. **Sy.** Incurrere, Impingi. fr. 29. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. — §. **2.** *Coniicere.* (Cf. v. Impactus. §. 2.) I. **Sy.** Recipere (in carcerem.) fr. 13. de cust. et exhib. 48. 3. — §. **3.** *Infligere.* III. **Cn.** Labore perfunctis impingi contumeliosam status quaestionem. Nov. Val. III. de XXX. ann. pr. II. 27. c. 1. §. 1.

Impius. (Adiect.) §. **1.** *Indevotus, Sceleratus.* I. **Sy.** Ingratus. Th. C. VIII. 13. c. 1. pr. cf. c. 2. c. 4. c. 6. de revoc. donat. III. **Cn.** Quod crimen — verbis impiis ac maledictis maxime exacerbatur. Paul. V. 29. §. 1. Si filius matrem — contumeliis adficit, vel impias manus eis infert. fr. 1. §. 2. de obsequ. parent. 37. 15. Filius meus impiissimus, male de me meritus. fr. 48. §. 1. de hered. inst. 28. 5. — §. **2.** *Officio pietatis erga deos, vel patriam, contrarius.* III. **Cn.** Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, — fecerint. Paul. V. 23. §. 15. Impios se, vitando patriam, demonstrare. Th. C. XII. 18. c. 2. si curial. relict. civ.

Implacabilis. (Adiect.) *Qui placari non potest.* III. **Cn.** Si implacabilem animum inducant. Th. C. IV. 8. c. 1. §. 2. de liberali c. Implacabilem incurrere offensam. Nov. Th. II. de competit. I. 17. c. 2. §. 6.

Implere. §. **1.** *Complere, Replere.* III. **Cn.** Cum vel flumen sic abundasset, ut implesset omnem locum. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Excipienda, vel implenda (rescripta, curare.) c. 2. de petit. bon. subl. 10. 12. — §. **2.** *Explere, Absolvere.* I. **Sy.** Complere (usucapionem, v. annum, v. numerum.) Gai. II. 41. sq. Paul. III. 4. A. §. 1. Th. C. XIII. 5. c. 14. pr. de

de navicul. Intra tempora (possessionis.) Ante impletam (possessionem.) fr. 13. pro emt. 41. 4. cf. fr. 35. de usu et usufr. leg. 33. 2. Peracto, Impleto (quinquennio.) fr. 35. l. 33. 2. Perfectum, Impletum (testamentum.) Th. C. II. 24. c. 1. famil. ercisc. III. **Cn.** Impleto asse, sine parte heredes instituti. Paul. III. 4. B. §. 6. Si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi — impleatur, iure desiderat. Ib. IV. 5. §. 7. Vt, quidquid gregi deperierit, ex foetibus impleatur. Ib. III. 6. §. 20. Numerus liberorum postea impletus. fr. 2. §. 3. de vac. et excus. 50. 5. Si stipendia impleta sint. fr. 9. pr. cf. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. Fati munus implere. Coll. LL. M. III. 4. Post impletam legitimam aetatem. fr. 41. pr. de fideiuss. 46. 1. Implere coeptam (possessionem.) fr. 23. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Semel impleta usucapione, proinde pleno iure incipit — tua res esse. Gai. II. 41. — **§. 3.** *Exsequi, Satisfacere, Praestare.* I. **Sy.** Explere. Cf. h. v. §. 2. Parere (conditioni.) Impl. (conditionem.) fr. 86. de cond. et dem. 35. 1. fr. 13. pr. de manum. testam. 40. 4. fr. 3. pr. §. 1. de statulib. 40. 7. Perfungi (officio.) Impl. (officium.) fr. 3. §§. 1. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. Satisfacere (alicui.) Impl. (desiderium eius.) fr. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Exsolvere (creditoribus.) Implere (creditores.) c. 15. §. 3. de testam. man. 7. 2. III. **Cn.** Magis resolvetur, quam implebitur (conventio.) fr. 2. §§. 3. sq. pro emt. 41. 4. Aequum est, eum fidem implere. fr. 4. §. 8. de manum. 40. 1. Heredes, qui non defunctorie debitum officium impleverant. fr. 21. §. 2. de S.C. Silan. 29. 5. Quatenus mea interest implesse eum mandatum, si modo implere potuerit. Gai. III. 161. Venditionem implere (cogi.) fr. 46. de A. E. V. 19. 1. Cum posset conditio libertatis ante aditam hereditatem impleri, et legatum manumisso deberi. fr. 86. de cond. et dem. 35. 1. Conditionis implendae gratia (accipere etc.) fr. 91. ad L. Falc. 35. 2. fr. 15. de manum. vind. 40. 2. Numerationem implere (residuae quantitatis.) fr. 1. pr. Qu. pot. 20. 4. Necessitatem solutionis impl. Th. C. XII. 6. c. 12. de suscept. Qui functiones publicas impl. non possint. Ib. XII. 1. c. 140. c. 148. de decurion. — **§. 4.** *Probare, Confirmare.* I. **Sy.** Docere, Probare. fr. 19. pr. §§. 1. sqq. fr. 23. de probat. 22. 3. fr. 3. §. 3. de testib. 22. 5. II. **Op.** Impl. (accusationem.) — Desistere (ab accusatione.) fr. 13. sqq. ad S. C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Suam intentionem implere. fr. 14. de inoff. testam. 5. 2. Qui hoc intenderit, nec impleverit. fr. 5. pr. de manum. 40. 1. cf. fr. 3. §. 3. de testib. 22. 5. Si hoc probet actor, illud quoque implere debet. fr. 23. cf. fr. 19. pr. de probat. 22. 3. Cum nullis extrinsecus argumentis accusatio impleatur. fr. 15. §. 1. de quaestion. 48. 18.

Implicare. **§. 1.** *Connectere.* I. **Sy.** Coniicere (in aedificium.) Implicare (rebus soli.) fr. 30. §. 1. de usurp. 41. 3. — **§. 2.** *Immiscere, Addicere, Obligare.* I. **Sy.** Subire (onera.) Impl. se (oneribus.) fr. 38. fr. 42. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Miscere (se, sc. contractibus illicitis.) Th. C. III. 1. c. 3. de contr. emt. X. 1. c. 10. de iure fisci. Trudi in (metallum.) Implicari (metallo.) Ib. XII. 1. c. 6. de decurion. III **Cn.** Legatum — praetulit, ne molestiis hereditariis implicaretur. fr. 4. §. 11. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 87. de legat. I. (30.) Patrimonium suum publicis implicet nexibus. c. 7. de fund. patrim. 11. 61. Mercandis distrahendisque rebus institutum vitae et voluntatis implicuit. Th. C. XIII. 1. c. 10. de lustr. collat.

Implicitus. (Partic.) **§. 1.** *Comprehensus.* III. **Cn.** Quod implicitus ei (sc. statulibero) casus libertatis fuerit. fr. 6. si ex nox. c. 2. 9. Impliciti sceleris auctores. Th. C. XVI. 6. c. 4. §. 1. ne S. bapt. — **§. 2.** *Contortus, Multiplex.* III. **Cn.** Cum quo (sc. mensulario) rationem implicitam habebat, propter accepta et data. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. Implicitam esse facti quaestionem. fr. 52. pr. pro soc. 17. 2.

Implorare. *Exposcere, Petere.* I. **Sy.** Desiderare. fr. 13. §. 1. fr. 35. de minor. 4. 4. III. **Cn.** In libertatem reclamare, et liberale iudicium implorare. fr. 3. §. 10. de A. v. A. P. 41. 2. Summatim aestimandum, — an forte b. f. imploretur iudicium de testamento. fr. 7. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Si certum sit, repudiatam vel omissam hereditatem, frustra hoc edictum imploratur. fr. 1. §. 4. ut in poss. legat. 36. 4. Decretum Praetoris impl. fr. 39. §. 9. de adm. et peric. 26. 7. Principale auxilium impl. fr. 13. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Beneficium legis Falcidiae, s. legem Falc. impl. fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) fr. 58. fr. 89. §. 1. ad L. Falc. 35. 2.

Imponere. **§. 1.** *Superponere.* I. **Sy.** Supra aedificare. Super ponere. fr. 20. §. 6. fr. 24. de S. P. V. 8. 2. fr. 47. de damn. inf. 39. 2. II. **Op.** Demere, Detrahere. fr. 59. de R. V. 6. 1. fr. 17. §. 10. fr. 18. §. 1. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** Si areae legatae — aedificium impositum est. fr. 39. de legat. II. (31.) fr. 18. §. 4. de damn. inf. 39. 2. Vt utrarumque aedium onera, quae modo iure imponantur, communis paries sustinere possit. fr. 36. ib. 39. 2. Novum tectorium parietibus imponere. fr. 44. de usufr. 7. 1. Perforatae (sc. tabulae) triplici lino constringantur, atque impositum supra linum cerae signa imprimantur. Paul. V. 25. §. 6. — **§. 2.** *Inferre, Deponere.* I. **Sy.** Cogere, Mittere in (navem, sc. merces.) fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1. Deponere. fr. 37. §. 1. fr. 40. de relig. 11. 7. III. **Cn.** Vtrum pro his, qui impositi, an pro his qui deportati essent, merces daretur? fr. 10. pr. de L. Rhod. 14. 2. cf. fr. 4. §. 2. naut. caup. 4. 9. In quo (sc. monumento) corpus impositum sit. fr. 37. §. 1. de relig. 11. 7. Pecora praediis imponere. fr. 14. §. 1. de impens. in res dot. 25. 1. Quod lancem sive ideo haberi iubeat, ut manibus occupantis nihil subiiciatur, sive ideo ut, quod invenerit, ibi imponat. Gai. III. 193. Imposito thure venerari (simulacra.) Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. §. 1. de pagan. — **§. 3.** *Admovere.* III. **Cn.** Ecce tibi vindictam imposui! Et simul homini festucam imponebat. Gai. IV. 16. fr. 14. §. 1. de man. 40. 1. fr. 12. §. 2. de liberali c. 40. 12. — **§. 4.** *Iniungere, Constituere.* I. **Sy.** Poenam imponere, Punire. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de effract. 47. 18. Cogere, Necessitatem imp. fr. 31. pr. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 18. §. 5. de castr. pec. 49. 17. Constituere (servitutem.) fr. 19. de servit. 8. 1. III. **Cn.** Honores adi-

pisci permiserunt, sed et necessitates eis imposuerunt etc. fr. 3. §. 3. de decur. 50. 2. Non debere Praetorem pati, donum, munus, operas imponi ei, qui ex fideicommissi causa manumittatur. fr. 47. cf. fr. 2. pr. fr. 7. §. 3. de oper. libert. 38. 1. Nec operae imponi huiusmodi liberto possunt, nec impositae exiguntur. fr. 95. de legat. I. (30.) Quae liberti imposita libertatis causa praestant. fr. 8. de donat. 39. 5. cf. fr. 44. pr. de liberali c. 40. 12. Quadrans, qui heredi imponitur ipsius. fr. 49. de iure fisci. 49. 14. Conditio imposita alicui. fr. 4. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Iusiurandum imponere [al. opponere] liberto. fr. 6. §. 4. de iure patr. 37. 14. Quia venditor — non sibi vult legem imponi, nec potest, sed ei qui accepit. fr. 7. §. 8. de donat. int. V. 24. 1. Et vindicare interdum, et alienare, et servitutem praedio imponere possumus. fr. 205. de R. I. 50. 17. cf. fr. 105. de cond. et dem. 35. 1. Vel imponi, vel adquiri servitus potest (futuro quoque aedificio.) fr. 23. §. 1. de S. P. V. 8. 2. fr. 32. de S. P. R. 8. 3. Vt patiaris eam servitutem, quam debuit, imponi. fr. 8. pr. de A. E. V. 19. 1. Qui a capite ducunt (sc. aquam,) vel imposita servitute, vel quia putant impositam. fr. 1. §. 39. de aqua quot. 43. 20. Ex iure impositam servitutem videri. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 5.** ***Adhibere, Adtribuere.*** III. **Cn.** Qui sibi falsum nomen imposuerit. Paul. V. 25. §. 11. Quibus idem nomen impositum. fr. 106. de V. O. 45. 1. An — constitutio D. Marci imponat ei libertatem? fr. 7. §. 8. de don. int. V. 24. 1. Voluntas maioris venditoris libertatem imponit. fr. 11. §. 1. de minor. 4. 4. In imponenda ratione legis Falcidiae (omne aes alienum deducitur.) c. 6. pr. c. 8. ad L. Falc. 6. 50. Vt sententia legibus consentanea imponatur. Iul. ep. nov. c. 69. §. 248. — **§. 5. A.** ***Exercere, Exsequi.*** III. **Cn.** Qui, imposita fuga, munera — destituunt. Th. C. III. 1. c. 8. de contr. emt. — **§. 6.** ***Praeficere.*** I. **Sy.** Praeponere (magistrum navi etc.) fr. 1. pr. §§. 2. sqq. de exercit. 14. 1.

Importare. **§. 1.** ***Invehere, Inferre.*** I. **Sy.** Deferre. Cf. h. v. §. 1. Inferre. Cf. v. Illatum. III. **Cn.** Quaecunque in praedia — inducta, invecta, importata, ibi nata, paratave essent. fr. 32. de pignor. 20. 1. fr. 14. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 1. pr. de migr. 43. 32. Quae vi fluminis importata sunt. fr. 9. §. 1. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** ***Intendere.*** I. **Sy.** Experiri, Actionem importare. fr. 11. §. 2. de divort. 24. 2. Accusare. Crimen imp. fr. 14. §. 4. de bon. libert. 38. 2. fr. 9. §. 1. de statulib. 40. 7. — **§. 3.** ***Irrogare, Conciliare.*** I. **Sy.** Irrogare (infamiam, s. ignominiam.) fr. 22. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 5. de decurion. 50. 2. III. **Cn.** Aliquid importare iniuriae (sacerdotibus etc.) Th. C. XVI. 2. c. 31. de episc. eccl.

Importune. (Advb.) ***Perperam.*** I. **Sy.** Intempestive. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Inaniter (adpellare.) Th. C. XI. 36. c. 1. c. 26. Quor app. n. rec.

Importunitas. ***Molestia, Vexatio.*** I. **Sy.** Gravis importunitas. Molestiae. Ib. VII. 7. c. 5. de pascuis. XIV. 15. c. 4. pr. de can. frum. urb. R. Moratoriae dilationes, frustratoriaeque — ludificationes. Importunitates. Ib. XI. 36. c. 1. c. 7. Quor. app. n. rec.

Importunus. (Adiect.) ***Intempestivus, Inconveniens.*** III. **Cn.** Quisquis praedium — importunus intraverit. Th. C. VII. 8. c. 7. de metat. Importuna et respuenda reposcere. c. 1. de fund. limitr. 11. 59.

Impositicius. (Adiect.) **§. 1.** ***Ad imponendum, v. superponendum, aptus.*** III. **Cn.** Canthari, per quos aquae saliunt, — maxime si impositicii [al. impositití] sint. fr. 41. §. 11. de legat. I. (30.) — **§. 2.** ***Ex impositione, s. constitutione, profectus.*** I. **Sy.** Cum quis, posteaquam servitutem aedibus suis imposuit, contra servitutem fecit. Impositicia causa (operis novi nunciationis.) fr. 5. §. 9. de O. N. N. 39. 1.

Impositio. **§. 1.** ***Actus imponendi, Adplicatio.*** III. **Cn.** Medicaminis datio, vel impositio. c. 28. pr. de testam. et quemad. 6. 23. Vindictae impositio. c. 2. si adv. libert. 2. 31. — **§. 2.** ***Exactionis genus.*** III. **Cn.** Quodsi non inveniatur, qui praedictam suscipiat possessionem, vel alio modo impositio sive iniectio item differatur. Iul. ep. nov. c. 124. §. 548.

Impossibilis. (Adiect.) ***Qui existere non potest.*** I. **Sy.** Quae existere, s. per rerum naturam admitti, non potest, Impossibilis (conditio.) Gai. III. 98. Paul. III. 4. B. §. 1. II. **Op.** Possibilis, Vtilis et praesens (conditio.) Paul. l. l. fr. 7. fr. 137. §. 6. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Si tam difficilem, imo paene impossibilem, conditionem adiecerit. fr. 4. §. 1. de statulib. 40. 7. Ea, quae dari impossibilia sunt, vel quae in rerum natura non sunt. fr. 135. de R. I. 50. 17. Nisi ita coniunctae possessiones sint, — ut impossibilem separationem effecerint. fr. 1. §. 12. de separat. 42. 6. cf. fr. 55. fam. ercisc. 10. 2. Ne impossibile iniungatur tutelae munus, quod obiri a liberto non potest. fr. 45. §. 4. de excusatt. 27. 1. Impossibile, nostrisque legibus incognitum est. c. 21. de furt. 6. 2. Vel legibus interdictum, vel alias probrosum, vel etiam impossibile. c. 1. de h. qu. poen. nom. 5. 41. Sub impossibili conditione, vel alio mendo, facta institutio. fr. 1. de cond. inst. 28. 7. Nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea conditio, quae natura impossibilis est, inserta esset. fr. 137. §. 6. de V. O. 45. 1. Impossibile est, scire etc. fr. 2. de h. qu. deiec. 9. 3. Impossibile est, ut etc. fr. 1. §. 7. de flumin. 43. 12. Impossibilium nulla obligatio est. fr. 185. de R. I. 50. 17.

Impossibilitas. ***Exitus impossibilis.*** III. **Cn.** Ne, dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate, cadat. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47.

Impostor. ***Decipiens, Insidiator.*** III. **Cn.** Gulosi, impostores, aut mendaces, aut litigiosi. fr. 4. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar,) exorcizavit. fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13.

Impostura. ***Circumventio gravior.*** III. **Cn.** Si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. fr. 3. §. 1. stel-

lion. 47. 20. Mathematicorum callida impostura, et obstinata persuasio. Coll. LL. M. XV. 2.

Impotenter. (Advb.) *Interveniente abusu potentiae. Libidinose.* I. **Sy.** Si quis tam impotenter se gerat, ut etc. Si per potentiam eius etc. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Impotentia. *Libido, Temeritas.* III. **Cn.** Quando improborum impotentia factum est, ut etc. Th. C. V. 13. c. 33. (Wck.) Qui per impotentiam occuparunt (fundos.) Ib. XIII. 11. c. 8. de censitor.

Impraesentiarum. Cf. v. In. §. 2.

Impraestatio. Cf. v. Praestatio.

Imprecari. *Mali quidpiam precari.* III. **Cn.** Si incantavit, si imprecatus est, si — exorcizavit. fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13.

Impressio. **§. 1.** *Expressio (signaculi.)* III. **Cn.** Vel superna codicillorum impressio, vel scriptura interior. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. — **§. 2.** *Adgressio, Concussio.* III. **Cn.** Qui metu, et impressione alicuius terroris, — mentitus est. Paul. V. 1. §. 4. Potestatis iussu et impressione compelli. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. pr. Vt, quod fortunae impressio sustulit, id — largitas augusta compenset. Ib. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 1. Impressionem potentium cohibendam. Th. C. XII. 1. c. 173. pr. de decurion.

Impressum. (Partic.) *Expressum (sigillum.)* III. **Cn.** Signum utrum anulo tantum impressum adhibemus, an vero et si non anulo, verum alio quodam impresso? fr. 22. §. 5. Qu. testam. fac. p. 28. 1.

Imprimere. **§. 1.** *Exprimere, Efformare.* I. **Sy.** Imponere (signa.) c. 1. ut nem. lic. 2. 17. Signare. Imprimere signum. Paul. V. 25. §. 6. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. fr. 22. §. 5. Qu. testam. fac. p. 28. 1. III. **Cn.** Venerabiles formas impr. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. In tabulas impr. (apices.) Ib. VI. 35. c. 4. de priv. eor. qu. in S pal. — **§. 2.** *Inserere.* I. **Sy.** Statuere. Ib. I. 5. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Improbabilis. (Adiect.) *Non probandus.* II. **Op.** In fraudem iuris videri additum. — Legem contractus non improbabilem dici. Vatic. §. 11. III. **Cn.** Qui — contractibus licitis, utiles non adeo improbabili more se exhibent. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Remoto captandae mortis alterius voto improbabili. c. 11. de transact. 2. 4.

Improbare. *Non probare, Reiicere, Damnare.* I. **Sy.** Vituperare, Reprobare. fr. 4. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7. fr. 8. pr. fr. 14. de cond. inst. 28. 7. Reiicere. fr. 2. §§. 35. 38. sq. ad S. C. Tertull. 38. 17. Abolere. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Comprobare, Probare. Gai. II. 117. Vlp. XXI. 1. Permittere. fr. 13. §. 1. fr. 14. pr. de app. et relat. 49. 1. Improbari. — Valere. fr. 57. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Non solere improbari adpellationem eorum, qui vel unam causam adpellandi probabilem habuerunt. fr. 13. §. 1. de app. et relat. 49. 1. Quae (sc. conditiones) contra bonos mores, vel derisoriae sunt, aut huiusmodi quas Praetores improbaverunt. fr. 14. sq. de cond. inst. 28. 7. cf. fr. 70. de hered. inst. 28. 5. fr. 15. §. 5. de iniur. 47. 10. Severitate S. Cti improbabitur (contractus.) fr. 9. §. 2. ad S. C. Maced. 14. 6. Cassio placuit, — sed huius sententiam plerique improbant. Gai. III. 71. Pomponius, relata Iuliani scriptura, dicit non se improbare. fr. 18. §. 5. de damn. inf. 39. 2. Et Proculus Labeonis sententiam improbat, et in Iavoleni sententia est. fr. 60. de A. v. O. H. 29. 2. Secundum ordinem rei gestae, moribus improbanda est (conventio.) fr. 27. de pact. dot. 23. 4. Contra publicam quietem — improbandas artes exercere. Coll. LL. M. XV. 2. Iusta causa improbandae operae. fr. 13. pr. de ann. legat. 33. 1. (Cf. v. Improbatus.)

Improbatio. **§. 1.** *Reprobatio.* II **Op.** Probatio (operis.) fr. 60. §. 3. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Probatio.* I. **Sy.** Probatio. fr. 18. §. 2. de probat. 22. 3.

Improbatus. (Partic.) *Reprobatus, Damnatus.* III. **Cn.** Si excusati sint illi (sc. tutores,) vel improbati. fr. 2. §. 35. ad S. C. Tertull. 38. 17. Improbatos probare (sc. fideiussores.) fr. 10. pr. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere coëgit. fr. 24. §. 3. de pign. act. 13. 7. Si improbato more versatus sit. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Plerisque improbata est (illa institutio.) Vlp. XXI. 1. Libri improbatae lectionis. fr. 4. §. 1. famil. ercisc. 10. 2. Illicitum iusiurandum, — scilicet improbatae publice [al. publicae] religionis. fr. 5. §. 3. de iureiur. 12. 2.

Improbe. (Advb.) *Nequiter, Mala fide, Inique.* I. **Sy.** Non probe, Parum probe. fr. 27. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 13. §. 11. de damn. inf. 39. 2. Recte, Neque improbe, neque imprudenter (recusare.) fr. 10. §. 1. si qu. om. c. testam. 29. 4. II. **Op.** Probe, Vtiliter (desiderare etc.) fr. 17. de h. qu. ut ind. 34. 9. Coll. LL. M. X. 2. III. **Cn.** Qui servum sollicitat ad aliquid vel faciendum, vel cogitandum improbe. fr. 1. §. 3. de servo corr. 11. 3. Impr. turpiterque committere. Th. C. II. 1. c. 3. de iurisd. Non impr. respondit, sed scriptura ductus. fr. 11. §. 8. de interr. in iure. 11. 1. Qui testamentum inofficiosum impr. dixit, et non obtinuit. fr. 8. §. 14. de inoff. testam. 5. 2. Qui impr. coeunt in alienam litem. fr. 6. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Impr. resistit, quominus etc. fr. 41. de pign. act. 13. 7. Nimis impr. negatur. c. 5. de novat. 8. 42.

Improbitas. *Inhonestas, Pravitas, Fallacia.* I. **Sy.** Fraus. Mala fides. fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 1. naut. caupon. 4. 9. fr. 12. §. 1. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Si — morum ante celata, vel ignorata, emersit improbitas. fr. 8. de confirm. tut. 26. 3. Dum honori postulantium datur, vel improbitati ceditur. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. Indebitae conventionis iniuria, et iniquae exactionis repellatur improbitas. Th. C. XVI. 2. c. 14. pr. de episc. eccl. Ab improbitatibus insolentum (vindicare.) Nov. Maiorian. de defens. civit. IV. 2. c. 1. Nemo de improbitate sua consequitur actionem. fr. 12. §. 1. de furt. 47. 2.

Improbus. (Adiect.) **§. 1.** *Improbatus, Iniustus.* III. **Cn.** Quod ii improbaverint, improbum esto. Fr. legis parieti fac. Ap. Spangbg. p. 73. Hoc pactum valere; non enim improbum est, si quis etc. fr. 49. de pact. 2. 14. Th. C. VIII. 5. c. 4. §. 1. de cursu pub. Ob causam accepit, nec improbam causam. fr. 15.

de praescr. vv. 19. 5. Daturum se aliquid, vel facturum, quod non improbum est. fr. 8. §. 6. de cond. inst. 28. 7. Quare — tam improba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est. Gai. II. 55. Suum negotium deserere, nolens in lite improba perseverare, quam calumniae causa instituerat. fr. 10. de re iud. 42. 1. cf. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. Improbum foenus exercere. c. 20. ex qu. c. infam. 2. 12. Postulare improbo desiderio. c. 27. de transact. 2. 6. — §. 2. *Impius*, *Malitiosus*. I. **Sy.** Scelerosus. Th. C. I. 20. c. 2. sq. (Wck.) de defens. civ. III. **Cn.** Improbus, intestabilisque esto! Fr. L. XII. Tabb. VIII. 22. Improbum petulansque maledictum. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. cf. IX. 6. c. 4. ne praet. crim. Si quis — improbum iudicem potuerit adprobare. Ib. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Qui vi rapuit, fur improbior esse videtur. fr. 14. §. 12. Qu. met. c. 4. 2. fr. 2. §. 10. vi bonor. rapt. 47. 8. Gai. III. 209. Femina improbissima, quae inverecunde postulans etc. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Puto improbum esse eum, qui velit etc. fr. 51. §. 1. de re iud. 42. 1. fr. 2. §. 2. de vulg. et pup. 28. 6.

Improfessus. (Adiect.) *Quem professi non sumus.* I. **Sy.** Mancipia invecta non profiteri. Improfessi servi. fr. 16. §§. 1. 3. de publican. 39. 4.

Improprie. (Advb.) *Minus stricte, s. accurate.* II. **Op.** Proprie (dici.) fr. 1. pr. de suis et legit. 38. 16. fr. 130. de V. S. 50. 16.

Improvidentia. *Incuria.* II. **Op.** Circumspectio diligens. Vatic. §. 35.

Improvidus. (Adiect.) *Incautus.* III. **Cn.** Error improvidus, vel simplex ignorantia, vel aetatis infirmae lapsus. Th. C. IV. 9. c. 3. ad S. C. Claud. Improvida et minus honesta (electio.) c. 23. pr. de nupt. 5. 4.

Improvise. (Advb.) *Praeter exspectationem.* III. **Cn.** Repente atque improvise (convehi.) Th. C. XI. 1. c. 9. de annon. et tribut.

Improvisus. (Adiect.) *Non provisus, Inopinatus.* II. **Op.** Quae e lege fiunt, — Ex improviso indictae (collationes.) fr. 8. §. 3. de vac. et excus. 50. 5. III. **Cn.** Necessaria absentia et improvisa. fr. 6. ubi pup. 27. 2. Si ex improviso, dum iter facit, — capiatur quis. fr. 5. §. 5. cf. fr. 3. §. 12. de R. M. 49. 16. Quae ex improviso casu potius, quam fraude, accidunt. Coll. LL. M. I. 9. cf. fr. 36. §. 2. de milit. testam. 29. 1.

Imprudens. (Adiect.) §. 1. *Imperitus.* III. **Cn.** Errore inductus, — et imprudens iuris. §. 1. I. de vi bon. rapt. 4. 2. Quod plerumque ab imprudentibus dici solet, — non esse verum. fr. 17. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. — §. 2. *Inscius*, *Ignarus.* II. **Op.** Prudens (stipulari.) fr. 66. §. 4. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Imprudens rem meam emisti, et ignorans usucepisti. fr. 19. §. 3. de N. G. 3. 5. cf. fr. 24. §. 1. fr. 29. de A. E. V. 19. 1. Damna, quae imprudentibus accidunt, h. e. damna fatalia. fr. 52. §. 3. pro soc. 17. 2.

Imprudenter. (Advb.) §. 1. *Minus considerate. Imperite.* III. **Cn.** Imprudentius atque inhonestius (arbitrantur.) Th. C. II. 29. c. 1. si cert. pet. de suffr. Imprudenter aliquem eligere. fr. 21. §. 3. de N. G. 3. 5. — §. 2. *Inscienter. Sine consilio.* III. **Cn.** Neque improbe, neque imprudenter [al. impudenter] institutos legata recusare substitutis data. fr. 9. §. 1. si qu. om. c. testam. 29. 4. Qui casu (iactu) teli hominem impr. occiderit. Paul. V. 23. §. 3.

Imprudentia. §. 1. *Imperitia.* I. **Sy.** Stultitia. fr. 51. pr. de evict. 21. 2. III. **Cn.** Si per imprudentiam iudicis, aut errorem, (emtor rei victus est.) fr. 51. pr. l. 21. 2. Imprudentia adsessoris ius aliter dictum, quam oportuit. fr. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. — §. 2. *Ignorantia*, *Negligentia.* III. **Cn.** Et aetati et imprudentiae succurri. fr. 108. de R. I. 50. 17. Si errasse videbitur, det imprudentiae veniam. fr. 15. pr. de iure fisci. 49. 14. Vtique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam. fr. 5. §. 4. de O. et A. 44. 7. Per imprudentiam plus, quam in peculio est, solvere. fr. 11. fr. 32. §. 1. de cond. inded. 12. 6.

Impubes. *Qui nondum puberem aetatem adtigit.* I. **Sy.** Qui perfectae aetatis non sit. Gai. I. 189. sq. Pupillus. Cf. h. v. II. **Op.** Pubes (factus.) fr. 4. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 32. sq. de adopt. 1. 7. Adolescens. fr. 7. pr. de susp. tut. 26. 10. §. 4. I. eod. 1. 26. III. **Cn.** Impubes servus, vel ancilla nondum viripotens. fr. 1. §. 32. de S. C. Silan. 29. 5. Intra annum et VI menses etiam unus cuiuscunque aetatis impubes amissus etc. Vlp. XVI. 1. Vt quis liberis impuberibus testamentum facere possit, donec masculi ad XIV annos perveniant, feminae ad XII. fr. 2. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Impubes — facere testamentum non potest, quoniam nondum plenum iudicium animi habet. Vlp. XX. 12. cf. c. 1. de falsa monet. 9. 24. Si proximus pubertati sit (sc. impubes,) et ob id intelligat, se delinquere. Gai. III. 208. cf. fr. 5. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 3. §. 1. de iniur. 47. 10. De impuberibus absentibusque (causam cognoscere.) Gai. I. 93. Impuberes sine tutore agentes. c. 10. de iur. et facti ign. 22. 6.

Impudens. (Adiect.) *Indecorus*, *Inverecundus.* II. **Op.** Impudentior, — Iustior (petitio.) Th. C. XII. 12. c. 3. de legat. et decr. cf. IX. 34. c. 10. de famos. libell. Iust. C. c. 33. §. 8. de episc. et cler. 1. 3.

Impudenter. (Advb.) *Illicite*, *Inverecunde.* III. **Cn.** Manus impias — impudenter adtollere. Ib. XVI. 5. c. 15. de haeretic. Qui impudentius ausi sunt postulare. Ib. XIV. 15. c. 4. pr. de can. frum. urb. R.

Impudentia. *Inverecundia*, *Audacia.* III. **Cn.** Impudentia eius, quia diversa duobus testimonia praebuit. fr. 27. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Iniuriae impudentiaeque causa (multari.) Th. C. IV. 8. c. 1. §. 1. de liberali c.

Impudicitia. *Impuritas morum.* III. **Cn.** In servos saevire, vel ad impudicitiam turpemque violationem compellere. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Puero stuprum persuadere, — mulierem puellamve interpellare, quidve impudicitiae gratia facere. fr. 1. §. 2. de extr. crim. 47. 11.

Impudicus. (Adiect.) *Castitatis expers.* II. **Op.** Pudicus, Castus. fr. 10. de iniur. 47. 10. c. 8. §. 2. de repud. 5. 17. III. **Cn.** Convicii non impudici

dictio. fr. 11. §. 7. l. l. 47. 10. Turpis, vel impudica conversatio. c. 5. de sponsal. 5. 1.

Impugnare. *Adgredi.* I. **Sy.** Oppugnare (iudicium parentis.) fr. 40. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 24. de h. qu. ut indign. 34. 9. III. **Cn.** De iure disputavit, non iudicium impugnavit, aut accusavit. fr. 24. l. 34. 9. fr. 87. de legat. I. (30.) Imp. utilitatem (pupilli.) fr. 42. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Ius civile imp. fr. 5. §. 1. de pact. dot. 23. 4.

Impugnatio. *Adpetitio.* III. **Cn.** Innocentes, sub specie falsae criminationis, non patimur callidorum impugnatione subverti. Th. C. IX. 39. c. 3. de calumniat.

Impulsio. *Compulsio.* III. **Cn.** Nullus executor vexare contumeliis clericos, — nullis impulsionibus molestare — conetur. c. 33. §. 6. de episc. et cler. 1. 3.

Impulsus. (Subst.) **§. 1.** *Impetus.* III. **Cn.** Vtrum impulsu fluminis ruit aedificium, an deterius ante factum etc. fr. 24. §. 11. de damn. inf. 39. 2. Cum eo, cuius impulsu ceciderat, agere. fr. 52. §. 4. cf. fr. 7. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Compulsio.* III. **Cn.** Quod mortis adegit impulsus. Th. C. XV. 14. c. 14. de infirm. h. qu. s. tyr.

Impune. (Advb.) *Citra poenam.* I. **Sy.** Sine fraude. Coll. LL. M. IV. 2. sq. II. **Op.** Non recte, Illicite. fr. 60. §§. 4. 6. de R. N. 23. 2. Impune fieri. — Vindicari. fr. 1. §. 2. de aleator. 11. 5. III. **Cn.** Quas personas sine permissu Praetoris impune in ius vocare non possumus. Gai. IV. 187. Posse impune prohiberi. fr. 1. §. 18. de aqua quot. 43. 20. Imp. vim patietur. fr. 1. §. 2. de via pub. 43. 11. Imp. eum occidit, nec utilis actio erit in eum constituenda. fr. 96. de V. O. 45. 1. Imp. non paretur (sententiae eius.) fr. 25. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Ita demum imp. feret, si etc. fr. 9. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. cf. Coll. LL. M. XV. 2. Impune autem puto admittendum, quod per furorem alicuius accidit. fr. 61. de adm. et peric. 26. 7. Ab intestato possidebit hereditatem, et quidem impune. fr. 42. pr. de A. v. O. H. 29. 2.

Impunitas. *Remissio poenae.* I. **Sy.** Venia. fr. 1. pr. de fugitiv. 11. 4. III. **Cn.** Nec facinora talium servorum non solum ipsis impunitatem praestent, sed dominis quoque eorum quaestui erunt. fr. 67. §. 4. de furt. 47. 2. Eodem S.Cto impunitas datur ei. fr. 1. §. 1. de fugitiv. 11. 4. Neque passim impunitas eis per huismodi proditiones concedenda est. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. Omittere (crimen,) vel impunitate donare, aut molliore poena percellere. Th. C. IX. 10. c. 4. §. 1. ad L. Iul. de vi pub.

Impunitus. (Adiect.) *Liber a poena.* I. **Sy.** Extra poenam. fr. 11. pr. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. **Cn.** Nec ulla alia lege — reprehenditur, ita impunitus est, qui etc. Gai. III. 211. Non debet impunitus esse lusus tam perniciosus. fr. 50. §. 4. de furt. 47. 2. Debet Praetor — calumniam eius impunitam non relinquere. fr. 1. §. 1. si mul. ventr. nom. 25. 6. Cum neque impunita maleficia esse oporteat, nec facile constitui possit etc. fr. 51. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. fr. 5. pr. de poen. 48. 19.

Impure. (Advb.) *Turpiter.* III. **Cn.** Post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare, — etiam impurius ad patriam revertatur. Th. C. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R.

Impurus. (Adiect.) *Turpis, Inhonestus.* III. **Cn.** Stuprum flagitiumque impurum (pati.) Paul. II. 26. §. 13. Quidquid talibus — liberalitas impura contulerit. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil.

Imputare. **§. 1.** *Computare, Connumerare.* I. **Sy.** Computare. Cf. h. v. §. 1. Reputare. fr. 31. pr. de hered. pet. 5. 3. Procedere, Imputari (in numerum etc.) Vatic. §. 126. sq. Cedere. Cf. h. v. §. 4. Cadere (in rationem etc.) Imputari. fr. 29. sq. ad L. Falc. 35. 2. fr. 18. §§. 1. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Repeti quidem non posse, sed sorti imputandum. fr. 26. pr. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 22. pr. §. 1. de pign. act. 13. 7. Vt neque plus imputetur sumtus nomine, quam factum est. fr. 14. §. 6. de relig. 11. 7. fr. 52. §. 15. fr. 81. pro soc. 17. 2. Si — perquam egenti (sc. matri) dedit, imputare eum oportere de largis facultatibus pupilli. fr. 1. §. 4. de tut. et rat. 27. 3. Honoraria imputare. fr. 9. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. Etiam hoc peculio Praetor imputabit, quod etc. fr. 21. pr. de pecul. 15. 1. In restituendo fideicommisso imputare posse. fr. 78. §. 11. ad S.C. Treb. 36. 1. In Falcidiam, v. In quartam hereditatis, imp. fr. 1. §. 8. fr. 50. fr. 91. ad L. Falc. 35. 2. Paul. III. 8. §. 2. Anno imputandi sunt (hi dies.) fr. 4. §. 5. de statulib. 40. 7. An posteriori domino imputari oporteret (dies B. Pnis petendae.) fr. 5. §. 2. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Imputari in numerum (trium tutelarum.) fr. 60. §. 1. de R. N. 23. 2. — **§. 2.** *Iniungere, Adscribere, alicui.* I. **Sy.** Culpam contraxisse, Deliquisse, Esse culpam in eo. Esse, quod ei imputetur. fr. 31. §. 2. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Punitur, Imputandum est ei, s. Imputatur. fr. 2. §§. 36. 38. sq. 41. ad S. C. Tert. 38. 17. Praestare cogi. Imputari ei. Coll. LL. M. X. 9. Ipsum de se queri, Sibi imputare (debere.) Expensum ferre (facilitati suae.) fr. 27. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 3. §. 3. ut in poss. legat. 36. 4. III. **Cn.** Si nulla culpa imputari possit creditori. fr. 9. pr. de distr. pign. 20. 5. cf. fr. 14. §. 1. de R. M. 49. 16. Fato plerumque, non noxae, imputari. Coll. LL. M. I. 9. Etiam contutoris factum imputatur collegae. fr. 14. de adm. et peric. 26. 7. Non enim his personis silentium imputari potest, cum etc. fr. 7. fam. ercisc. 10. 2. Nec hoc ei imputatur, cur (non fecit etc.) fr. 2. §. 41. ad S. C. Tertull. 38. 17. cf. fr. 9. §. 4. de tut. et rat. 27. 3. fr. 9. §. 6. de reb. auct. iud. 42. 5. Absolvi eum oportet, quamvis sit quod ei imputetur, cur etc. fr. 7. §. 5. ad exhib. 10. 4. Ignosci ei debere, — neque enim imputare ei possumus, cur etc. fr. 14. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Non imputari publicano, quod non etc. fr. 16. §. 6. de publican. 39. 4. Teneri exercitorem, imputaturum sibi, cur etc. fr. 1. §. 9. cf. §§. 4. 14. de exercit. 14. 1. fr. 37. de iureiur. 12. 2. Exceptio domino indulgenda est, sibique adversarius imputabit, qui etc.

fr. 23. ib. 12. 2. Sibi imputare debere, qui, cum posset, — non fecit. fr. 3. pr. si qu. in fr. patr. 38. 5. Aut enim ab initio vitiosas aedes conduxerunt, et habent quod sibi imputent. fr. 13. §. 6. de damn. inf. 39. 2. Sibi debet imputare suam facilitatem, si etc. fr. 1. §§. 5. 17. de separat. 42. 6.

Imputatio. *Computatio.* III. **Cn.** Legendas obferre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit, imputationes [al. computationes] probe an improbe referantur. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1.

Imus. (Adiect.) *Infimus.* I. **Sy.** Inferior (fundus.) fr. 29. fr. 31. de S. P. R. 8. 3. III. **Cn.** Ex imo ordine (ad Praesides remitti.) fr. 21. pr. de app. et relat. 49. 1. Ab imis — radicibus erui. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. Qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt. Ib. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret.

In. (Praepos.) **§. 1.** *Coram, Apud.* III. **Cn.** Cognitio in tribunalibus (Praesidum.) Coll. LL. M. XIV. 3. Deponere in (aede sacra.) fr. 73. de procur. 3. 3. Deprehendere adulterum in (filia, v. uxore, sua.) fr. 23. pr. fr. 25. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Mittere, v. Cavere etc. in (municipio.) fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Quae in Asia reliquero. Vatic. §. 224. Monumentum, — quod in via Salaria esset. fr. 27. de cond. et dem. 35. 1. cf. Nov. Maior. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. §. 1. — **§. 2.** *Intra.* I. **Sy.** Intra (dies.) In (diebus.) fr. 1. §§. 8. sq. de succ. edict. 38. 9. Gai. II. 164. sqq. Vlp. XXII. 25. sqq. II. **Op.** Ante. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Ne Senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. In diem vitae suae non revocare. Vatic. §. 272. In diebus XXX. proximis (facere, v. dare, iuberi.) fr. 40. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 3. §. 11. de statulib. 40. 7. In X mensibus proximis (natus.) fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. Quidquid in his XXIV horis actum est. fr. 8. de feriis. 2. 12. Defungi in (pubertate.) fr. 2. §. 6. de vulg. et pup. 28. 6. Si qui sunt in aedificiis constituti (sc. horti.) fr. 198. de V. S. 50. 16. cf. fr. 17. §. 5. de A. E. V. 19. 1. Conventicula — in domos si qua fuerint, vel possessiones. Th. C. XVI. 5. c. 58. §. 5. de haeretic. In praesentiarum [al. Impraesentiarum.] fr. 2. §. 31. ne qu. in loc. pub. 43. 8. cf. fr. 1. §. 1. de tabul. exhib. 43. 5. In continenti. Cf. v. Continens. In pendenti esse. fr. 43. §. 2. de A. R. D. 41. 1. In eo (esse, v. facere etc.) fr. 44. de pact. 2. 14. fr. 30. §. 2. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. — **§. 3.** *Secundum, Ad.* I. **Sy.** Ad. fr. 195. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. In hoc, ut etc. Gratia (eius rei.) Gai. I. 19. fr. 13. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Ex aedibus meis in aedes tuas proiectum habeo. fr. 3. §. 6. uti possid. 43. 16. Ex libertate in servitutem (peti.) Ex servitute in libertatem (proclamare.) fr. 7. §. 5. de liberali c. 40. 12. Ex ea familia in eam familiam. fr. 195. §. 1. de V. S. 50. 16. Ad litem futuram, et in diem, et sub conditione, et usque ad diem (dari posse procuratorem.) fr. 3. sq. de procur. 3. 3. In menses singulos, sive in dies, sive in annos (relicta alimenta.) fr. 8. §§. 3. sq. de transact. 2. 15. Pure, vel in diem (relicta legata.) fr. 8. §. 1. de novat. 46. 2. Quod in diem, — Quod praesenti die (debetur.) Gai. IV. 67. Instituere, v. Adquirere, in id tempus, quo etc. fr. 32. de S. P. R. 8. 3. fr. 62. pr. de hered. inst. 28. 5. Iudicium dare in (ea verba.) L. Gall. CisAlp. I. 19. sq. 32. Dare, v. Praestare, in (pedes singulos.) fr. 30. §. 3. fr. 36. locat. 19. 2. Delectus habeatur in (V. pedibus.) Th. C. VII. 13. c. 3. de tiron. Nubere in (feminam.) Ib. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult. Ludere in pecuniam. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5. — **§. 3. A.** *Inter.* II. **Op.** Extra. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Cum multos creditores haberet, in quibus et Seium. fr. 67. §. 2. de condict. indeb. 12. 6. Videri esse in (caeteris rebus etc.) Gai. II. 54. fr. 241. de V. S. 50. 16. Ferre in (acceptum.) fr. 7. §. 2. ad L. Iul. repet. 48. 11. Habere quem in (suis heredibus.) fr. 73. §. 1. de R. I. 50. 17. — **§. 3. B.** *Circa, Super.* I. **Sy.** Circa. Cf. h. v. §. 3. Ad. fr. 1. §. 1. de calumn. 3. 6. Super. c. 50. de episc. et cler. 1. 3. Quod adtinet ad. Gai. I. 157. 171. III. **Cn.** Non solum ex parte rei, sed etiam in persona actoris (observari.) fr. 25. pr. de procur. 3. 3. In alia re facta, aut cum alia persona (sc. conventio.) fr. 27. §. 4. a. de pact. 2. 14. Esse iuris, v. Observari iura, in etc. fr. 5. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 31. §. 1. fr. 34. de N. G. 3. 5. fr. 2. de mil. testam. 29. 1. Rescriptum est in etc. Vatic. §. 227. Idem esse, s. dicendum, v. respondendum, esse in etc. Gai. I. 172. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 27. pr. de pact. 2. 14. fr. 17. de transact. 2. 15. fr. 88. de V. S. 50. 16. Non habere ius praecipuum in etc. fr. 22. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Vsumfr. habere in (servo.) fr. 55. de pact. 2. 14. Mentiri in (conditionem.) fr. 69. §. 3. de evict. 21. 2. Modus poenae, in qua quis cavere debet. Paul. V. 33. §. 6. Rursus praestitis a te in re vendita omnibus, quae ego tibi praestitissem. fr. 58. de pact. 2. 14. Succurrere in id, (quod ita amisit.) Paul. V. 12. §. 4. Capi in (hereditate.) fr. 6. de I. I. R. 4. 1. Vereri in (se etc.) fr. 8. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3. C.** *Propter.* III. **Cn.** Solemus dicere „in bello amissum," quod propter causam belli amittitur. fr. 1. §. 2. de incend. ruina. 47. 9. Contestatio in id solemniter facta, ut etc. Vlp. XX. 1. In hoc dare, s. donare, v. accipere, ut etc. Gai. III. 90. Vlp. VII. 1. fr. 31. §. 2. de m. c. donat. 39. 6. Obferre se in hoc, ut alius etc. fr. 39. de d. m. 4. 3. Legare in hoc etc. fr. 14. §. 1. de manum. vind. 40. 2. Si ager fuerit in alimenta obligatus. fr. 8. §. 15. de transact. 2. 15. — **§. 4.** *Vsque ad.* I. **Sy.** Ad. Cf. h. v. §. 5. II. **Op.** A qua aetate, et in quam. fr. 69. §. 1. de legat. III. (32.) Post. fr. 8. de postul. 3. 1. fr. 25. de tut. et cur. dat. 26. 5. fr. 56. §. 4. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Quam (sc. rationem) mecum habuisti in hunc diem. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. Ius dicere in adventum (successoris.) fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Possidere in (diem mortis, v. Calendas Iul.) fr. 91. §. 1. fr. 92. pr. fr. 93. §. 2. de legat. III. (32.) fr. 12. pr. de precar. 43. 26. Fuisse, v. Permansisse, in diem (vitae, v. tutelae.) fr. 57. de donat. int. V. 24. 1. fr. 53. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 5.** *Contra.* I. **Sy.** Adversus. Cf. h. v. (Praep.) §. 1. II. **Op.** Pro. fr. 7. de probat. 22. 3. III. **Cn.** In dominum, aut domino, Heredi et in here-

dem (dari actionem.) Paul. I. 2. §. 4. Et emtori prodesse (sc. pactum,) et in emtorem valere. fr. 17. §. 5. de pact. 2. 14. Interrogari, — Confiteri, Torqueri, in se, v. alium. Paul. V. 16. §§. 1. 3. fr. 1. §§. 19. 27. de quaestion. 48. 18. Ius dicere, v. Actionem dare, in aliquem. fr. 10. pr. si qu. cautt. 2. 11. fr. 3. §. 2. de feriis. 2. 12. Adulterium committere in (uxorem.) fr. 1. §. 5. de off. Prf. Vr. 1. 12. Saevire in (servos suos.) fr. 1. §. 2. fr. 2. pr. de h. qu. sui. 1. 6. — **§. 6.** *Vltra.* III. ***Cn.*** In mortem quoque inquisitio tendat. Nam — licet memoriam accusare defuncti. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 5. de haeret.

Inaedificare. **§. 1.** *Aedificio iungere.* III. ***Cn.*** Si quid inaedificaverit, postea eum neque tollere hoc, neque refigere posse. fr. 15. pr. de usufr. 7. 1. cf. fr. 43. de R. V. 6. 1. Quaecunque infixa inaedificataque sunt. fr. 21. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Aedificare, Aedificium exstruere.* I. ***Sy.*** Aedificare. Gai. II. 73. 76. fr. 7. §. 10. fr. 30. §. 4. de A. R. D. 41. 1. III. ***Cn.*** Quae inaedificantur, aut inseruntur, (solo cedere.) §. 33. I. de R. D. 2. 1. Ne quis in iis locis — quid inaedificatum, immolitumve habeto. Tab. Heracl. lin. 70. sq. aer. Br. Pilas in mare iactare, et supra eas inaedificare [al. aedificare.] fr. 30. §. 4. de A. R. D. 41. 1.

Inaequalis. (Adiect.) *Non aequalis.* I. ***Sy.*** Inaequus, [al. Iniquus.] fr. 3. §. 2. de ann. legat. 33. 1. Dispar. fr. 12. de hered. inst. 28. 5.

Inaequalitas. *Disparilitas.* I. ***Sy.*** Qui alterum oculum, aut alteram maxillam maiorem habet. Inaequalitas maxillarum, oculorum. fr. 12. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1.

Inaequaliter. (Advb.) *Cum inaequalitate.* I. ***Sy.*** Maiores factae divisiones. Inaequ. factum. c. 3. comm. utr. iud. 3. 38. III. ***Cn.*** Quod improbum atque inaequaliter factum esse constiterit. Consult. vet. I.Cti. c. 2.

Inaequus. (Adiect.) *Inaequalis.* I. ***Sy.*** Inaequalis. Cf. h. v. II. ***Op.*** Aequae, — Inaequae (partes, v. pensiones.) c. 6. pr. ad S.C. Tr. 6. 49. cf. fr. 3. §§. 1. sqq. de ann. legat. 33. 1.

Inaestimabilis. *Aestimationis pecuniariae non patiens.* III. ***Cn.*** Libertas inaestimabilis res est. fr. 106. de R. I. 50. 17.

Inaestimatus. (Adiect.) *Non aestimatus.* II ***Op.*** Aestimatus. Cf. v. Aestimatum. §. 1. III. ***Cn.*** Si in dotem fundum inaestimatum dedit. fr. 75. cf. fr. 10. pr. §. 1. de iure dot. 23. 3. Qui aestimata praedia in dotem acceperat, — pactus est — ut praedia inaestimata essent. fr. 29. pr. de pact. 23. 4.

Inanis. (Adiect.) **§. 1.** *Vacuus, Cassus.* I. ***Sy.*** Evacuatus. Cf. v. Evacuare. §. 1. III. ***Cn.*** Vacuae et inanes sine naturali successione fortunae. Th. C. XII. 1. c. 123. §. 6. de decurion. Vasa inania. fr. 1. §. 3. de peric. et comm. 18. 6. Plostra inania. Tab. Heracl. lin. 66. aer. Br. — **§. 2.** *Vanus, Futilis.* I. ***Sy.*** Imaginarius. c. 15. de testam. 6. 23. III. ***Cn.*** Alioquin inane et lusorium Praetoris imperium erit. fr. 7. ne qu. in loco pub. 43. 8. Postea epistola falsa vel inani reperta. fr. 38. de d. m. 4. 3. Quaedam genera inanissima ac turpissima doctrinae superstitionis. Coll. LL. M. XV. 3. Se sumtibus inanibus non vexare. fr. 1. de inoff. testam. 5. 2. Nec quidquam heredi relinquere, praeterquam inane nomen heredis. Gai. II. 224. Inani honestatis colore velari. Th. C. III. 1. c. 6. de contr. emt. Inanem clamorem eligere. fr. 1. §. 36. de S.C. Silan. 29. 5. Inanem timorem gerere. c. 5. si cert. petat. 4. 2. — **§. 3.** *Inutilis, Invalidus.* II. ***Op.*** Vtilis (actio.) fr. 24. §. 2. de liberali c. 40. 12. Ob inanes rei actiones, — Ob aliam iustam causam (excusationes adlegare.) fr. 24. sq. mand. 17. 1. Paul. II. 15. §. 1. III. ***Cn.*** Nec tamen inanem eam (sc. obligationem) creditori futuram, nonnullis enim casibus emolumentum habituram. fr. 21. §. 4. de fideiuss. 46. 1. Solutione chirographo inani facto, et pignoribus liberatis. fr. 18. ad exhib. 10. 4. fr. 12. de probat. 22. 3. fr. 27. pr. de furt. 47. 2. Sublata proxima causa stipulationis, quae propter exceptionem inanis esset. fr. 8. de cond. ob turp. c. 12. 5. Quaecunque gerimus, — nisi ex nostra persona obligationis initium sumant, inanem actum nostrum efficiunt. fr. 11. de O. et A. 44. 7. Vt inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur. fr. 95. §. 2. de solut. 46. 3.

Inaniter. (Advb.) **§. 1.** *Nude, Simpliciter.* II. ***Op.*** Inaniter conscribere. — Corporaliter tradere. Th. C. IX. 42. c. 15. de bon. proscr. — **§. 2.** *Vane, Frustra.* II. ***Op.*** Bene (provocare.) Cf. h. v. III. ***Cn.*** Inaniter eas (sc. apochas) sciat esse delatas. Th. C. XII. 6. c. 28. de susceptor. Inaniter resedisse, quod etc. Consult. vet. I.Cti. §. 9.

Inaptus. (Adiect.) *Non idoneus.* (Cf. v. Ineptus.) III. ***Cn.*** Rei familiari gaudentes, et inapti [al. inepti] militiae. Th. C. VII. 22. c. 5. de fil. militar.

Inarare. *Arando obruere, s. evertere (segetem.)* III. ***Cn.*** Si quis clam aut vi agrum inaraverit, [al. araverit,] vel fossam fecerit etc. fr. 9. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Inardescere. *Ignescere.* III. ***Cn.*** Novis calumniarum facibus inardescere. Th. C. XII. 11. c. 2. de curat. calend. In quibus (sc. vestibus) alii admixtus colori puri rubor muricis inardescit. Ib. XV. 7. c. 11. de scaenic.

Inargentare. *Argento tegere.* I. ***Sy.*** Argentare. Cf. h. v. II. ***Op.*** Inargentatum. — Totum argentum. fr. 3. §. 3. de supell. leg. 33. 10. III. ***Cn.*** Lecti inargentati, vel inaurati, atque gemmati. fr. 3. §. 3. cf. pr. l. l. 33. 10. fr. 100. §. 4. de legat. III. (32.)

Inargutus. (Adiect.) *Insubtilis, Ineptus.* III. ***Cn.*** Quam sententiam et Celsus — probat. Quae mihi non inarguta videtur. fr. 5. §. 1. de usufr. ear. rer. 7. 5.

Inaudire. Cf. v. Inaugere.

Inauditus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui audientiam coram magistratu nactus non est.* III. ***Cn.*** Ne absentes damnentur, neque enim inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur. fr. 1. pr. de requir. v. abs. damn. 48. 17. Inauditus ac sine effectu remeare protinus iubeatur. Th. C. XII. 12. c. 11. de legat. et decr. — **§. 2.** *Insolitus, Novus.* III. ***Cn.*** Qui novellas et inauditas sectas veteribus religionibus opponunt. Coll. LL. M. XV. 3. cf. Th. C. XVI. 8. c. 19. de Iud.

Inaugere. *Instaurare.* III. **Cn.** Quodsi is — desit, contradictor vero praesens sit, melius erit inaugeri [al. augeri, v. inaudiri] causam eius, sententiamque proferri. fr. 27. §. 2. de liberali c. 40. 12.

Inaugurare. *Capto augurio consecrare.* III. **Cn.** Si Flamines Diales inaugurentur, et — si virgines Vestales capiantur. Gai. I. 130. III. 114. Vlp. X. 5.

Inaurare. *Auro obducere.* II. **Op.** Aureum. — Inauratum. Cf. v. Aureus. (Adiect.) III. **Cn.** Qui aes inauraverit, argentaverit. Paul. V. 25. §. 5. Crabattus argento inaurato tectus. fr. 20. §. 8. de instr. leg. 33. 7. Lecti inargentati, vel inaurati, atque gemmati. Cf. v. Inargentare.

Inaures. *Ornamenta, ab auribus pendentia.* III. **Cn.** Ornamenta muliebria sunt, — veluti inaures, armillae, viriolae, anuli etc. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. Inaures, in quibus duae margaritae elenchi, et smaragdi duo. fr. 32. §. 8. ib. 34. 2.

Incalescere. *Invalescere.* I. **Sy.** Praevalere. Incalescere [al. Invalescere.] fr. 10. de statu hom. 1. 5. fr. 15. §. 1. de testib. 22. 5.

Incantare. *Verbis conceptis incantamentum pronunciare.* III. **Cn.** Si incantavit, si imprecatus est, si — exorcizavit. fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13. Qui malum carmen incantasset. Fr. L. XII. Tabb. VIII. 25.

Incantator. *Incantamenti procurandi peritus.* III. **Cn.** Malefici, vel incantatores, vel immissores tempestatum. Interpr. ad Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic.

Incassum. (Advb.) *Inaniter, Frustra.* III. **Cn.** Inc. suscipere (peregrinationem, et superfluis actibus occupare.) Th. C. XII. 12. c. 9. §. 1. de legat. et decr. Inc. pulsari (sub iudiciaria cognitione.) Ib. VI. 27. c. 16. §. 1. de agent. in reb.

Incaute. (Advb.) *Improvide, Imprudenter.* I. **Sy.** Inconsulto. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de h. qu. in testam. del. 28. 4.

Incautus. (Adiect.) *Inconsultus.* III. **Cn.** Lata et incauta negligentia, vel lascivia. Coll. LL. M. XII. 5.

Incedere. *Ingredi, Procedere.* III. **Cn.** Contentio, quisnam prior incederet, quisque subsequeretur. Th. C. VII. 3. c. 2. Qu. in gradu praefer. Per publicum incedens (Praefectus Vr.) Ib. I. 6. c. 7. (Wck.) de off. Prf. Vr.

Incendere. *Ignem subiicere, Accendere.* I. **Sy.** Incendium facere. Coll. LL. M. XII. 5. sq. Exurere. Cf. h. v. III. **Cn.** Si insulam meam adusseris, vel incenderis. Coll. LL. M. XII. 7. Si stipulam in agro tuo incenderis, ignisque pervagatus etc. Ib. l. l. Qui ob inimicitias, vel praedae causa, incenderint intra oppidum. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. Paul. V. 20. §. 2. Si paciscar: „ne iudicati, vel incensarum aedium, agatur.“ fr. 7. §. 13. de pact. 2. 14.

Incendiarius. *Qui incendii crimen committit.* I. **Sy.** Qui incendium fecerit. Qui incenderit, v. exusserit. Paul. V. 20. §§. 1. sq. fr. 10. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. Incensor. Paul. V. 20. §§. 1. 5. III. **Cn.** Incendiarii, qui consulto incendium inferunt. Ib. V. 3. §. 6. Incendiarii, effractores, fures, raptores, receptatores. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Incendium. **§. 1.** *Flamma, Materia accensa.* III. **Cn.** Codicibus, — sub oculis episcoporum, incendio concrematis. Th. C. IX. 16. c. 12. de malefic. XVI. 5. c. 34. §. 1. de haeretic. — **§. 2.** *Combustio, Ignis exortus.* III. **Cn.** Rapinae, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus praedonum. fr. 23. de R. I. 50. 17. Qui (in) metu ruinae, incendii, naufragii, apud alium custodiae causa deponit. Coll. LL. M. X. 7. fr. 1. §. 1. depos. 16. 3. Si incendio, vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale. fr. 5. §. 4. commod. 13. 6. Paul. II. 4. §. 2. Si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet postea restituatur. Ib. III. 6. §. 31. fr. 19. §. 6. locat. 19. 2. Si vendita insula combusta esset; cum incendium sine culpa fieri non possit etc. fr. 11. de peric. et comm. 18. 6. Inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii casus oriatur. fr. 3. §. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. cf. fr. 9. §. 3. fr. 11. §. 1. locat. 19. 2. Fortuita incendia, quae — adusque vicini agros evadunt. Paul. V. 20. §. 3. fr. 11. de incend. ruina. 47. 9. Qui data opera in civitate incendium fecerunt. Coll. LL. M. XII. 5. Paul V. 3. §. 6. Qui coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit. Ib. V. 26. §. 3. cf. fr. 5. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. fr. 1. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Quod incendii defendendi causa factum non sit. fr. 7. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 49. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Ea, — quibus domus munitior vel tuta ab incendio praestatur. Paul. III. 6. §. 56. cf. fr. 12. §§. 16. 18. de instr. leg. 33. 7. — **§. 3.** *Exitium, Calamitas.* III. **Cn.** Quos inter incendia tyrannidis adsumtae fidelis poenitudo revocavit. Th. C. IX. 38. c. 11. de indulg. crim.

Incensitus. *Qui nondum inscriptus est tabulis censualibus.* III. **Cn.** Ex incensitis, [al. incensibus, v. incessibus,] vel accrescentibus, compleri. Th. C. X. 23. c. 1. de classic. cf. VII. 13. c. 7. §. 3. de tiron.

Incensor. *Qui incendium facit.* I. **Sy.** Incendiarius. Cf. h. v. III. **Cn.** Messium per dolum incensores, vinearum, olivarumve. Paul. V. 20. §. 5. cf. fr. 16. §. 9. de poen. 48. 19.

Incensus. (Adiect.) *Qui censum subterfugit.* III. **Cn.** Cum incensus aliquis venierit. Vlp. XI. 11.

Incertus. (Adiect.) **§. 1.** *Non firmus, Dubius.* I. **Sy.** Ambiguum, Incertum ius. c. 18. sq. fam. ercisc. 3. 36. cf. fr. 2. §§. 1. 3. de O. I. 1. 2. Is, quem ignoramus. fr. 39. §. 3. de V. S. 50. 16. Spes. Incertum rei. fr. 11. de hered. v. act. vend. 18. 4. Futura, Incerta. Th. C. XVI. 10. c. 7. c. 9. de pagan. II. **Op.** Incerta opinio. — Certum consilium. Cf. v. Certus. §. 1. Matre quidem certa, patre autem incerto nati. Vlp. IV. 2. III. **Cn.** Neget quis, an taceat interrogatus, an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem. fr. 11. §. 7. de interr. in iure. 11. 1. Qui de statu suo incertus est. Vlp. XX. 11. Vbicunque merito quis incertus est, quam partem vindicet. fr. 1.

1. §. 5. si pars hered. 5. 4. Si incertum est de (quantitate ponderis.) fr. 1. §. 40. depos. 16. 3. Incerto hoc, quantum etc. Incerto adhuc, an etc. fr. 3. de tut. et rat. 27. 3. fr. 36. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. c. 1. de B. P. s. t. 6. 11. Quasi de re dubia, et lite incerta neque finita, transigere. fr. 1. de transact. 2. 15. Incerta haec et inopinata (turbant provinciales.) fr. 4. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Sub incerto (eius, qui edetur,) satius est, s. utilius. fr. 1. §§. 3. 5. de ventre in poss. 37. 9. cf. fr. 16. §. 14. ad S. C. Treb. 36. 1. In incerto (esse, v. relinqui.) Gai. II. 44. IV. 131. fr. 75. §. 8. de V. O. 45. 1. Incertum eius rei (venire, v. aestimari.) fr. 11. de hered. v. act. vend. 18. 4. fr. 12. de A. E. V. 19. 1. Litis, v. Contentionis, incertum. c. 20. pr. mand. 4. 35. Th. C. XV. 10. c. 1. de equ. curul. Propter incertum (successionis, v. aetatis, v. conditionis.) fr. 14. de transact. 2. 15. fr. 11. pr. de B. P. s. t. 37. 11. fr. 48. §. 1. de fideiuss. 46. 1 Propter antiquitatis incertum. Th. C. I. 4. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Eventus, s. Exitus, incertus. fr. 51. de pecul. 15. 1. fr. 6. Qu. fals. tut. 27. 6. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. Ordo incertus (nascentium.) fr. 15. sq. de statu hom. 1. 5. — **§. 1. A.** *Fortuitus.* III. ***Cn.*** Qui, lapide iactato incerto, fortuito statuam adtigerit. fr. 5. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. — **§. 2.** *Non definitus.* II. ***Op.*** Evidens, vel certum, — Incertum (aes alienum.) fr. 1. §. 4. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Certum, — Incertum (pretium, v. corpus, v. tempus.) fr. 7. §§. 1. sq. de contr. emt. 18. 1. fr. 87. de legat. III. (32.) c. 2. de don. qu. s. mod. 8. 55. Certa pecunia. — Incertum. Gai. IV. 51. 68. Certi, — Incerti (legatum, v. stipulatio, s. condictio.) fr. 8. de usufr. ear. rer. 7. 5. fr. 118. §. 2. de V. O. 45. 1. fr. 12. de novat. 46. 2. Certus, — Incertus (contractus.) fr. 9. pr. de R. C. 12. 1. fr. 1. §. 6. de pecun. const. 13. 5. Certa, — Incerta (quantitas, s. pars, v. stipulatio etc.) Gai. IV. 54. fr. 76. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 10. §. 1. de ann. legat. 33. 1. fr. 68. de V. O. 45. 1. Incerta persona. — Certus (tutor.) Gai. II. 238. sq. III. ***Cn.*** Sub certa demonstratione incertae personae legari posse. Vlp. XXIV. 18. Incerta persona, vel posthumus alienus. Gai. II. 287. Corpus incertum. Vlp. XXII. 5. Heres incertus. fr. 70. pr. de V. S. 50. 16. Perinde, quasi ex filio vel incerto (natus sit, sc. nepos.) fr. 43. sq. de adopt. 1. 7. Incertum deducere in obligationem. Stipulatio incerta, s. incerti. fr. 75. pr. §. 1. fr. 118. §. 2. de V. O. 45. 1. Formula, qua incertum petimus. Incerta formula. Gai. IV. 54. 131. Incertum stipulari, v. pro altero fide sua esse iubere. Ib. IV. 136. sq. fr. 106. de V. O. 45. 1. Actio incerti ex stipulatu. fr. 4. pr. de usur. 22. 1. Civilis incerti actio, i. e. praescriptis verbis. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 23. comm. div. 10. 3. c. 9. de donat. 8. 54. Civili intentione incerti agendum. fr. 6. de praesc. vv. 19. 5. Agendo incerti, consequi etc. fr. 2. §. 4. de donat. 39. 5. Vel ex vendito agere posse, vel incertum condicere, ut etc. fr. 35. de S. P. V. 8. 2. Posse incerti condici, quasi etc. fr. 16. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 40. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. Incerti condictione (consequi, v. compellere.) fr. 3. de cond. sine c. 12. 7. fr. 2. §. 3. de donat. 39. 5. — **§. 3.** *Non idoneus.* II. ***Op.*** Bonum, — Incertum (nomen.) fr. 1. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. III. ***Cn.*** Incertis nominibus credere (pecuniam.) Ib. l. 1.

Incessanter. (Advb.) *Sine mora.* III. ***Cn.*** Incess. stipendia merere designata, et strenue insudare (susceptis armis.) Th. C. VIII. 4. c. 28. de cohortal. Incess. conquirere. c. 6. §. 6. de h. qu. ad eccl. 1. 12.

Incessere. *Invadere, Adpetere.* III. ***Cn.*** Nefariae delationis iudiciis incessere (auctores liberalitatis.) Th. C. IX. 6. c. 1. ne praet. crim. Vox continuae accusationis incesset (sacrilegum nomen.) Ib. XVI. 7. c. 7. pr. de apostat.

Incestare. *Polluere, Violare.* II. ***Op.*** Purificare. Th. C. XVI. 6. c. 2. pr. ne S. bapt. III. ***Cn.*** Infaustis incestare adspectibus (oculos hominum.) Ib. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol. cf. VII. 1. c. 13. de R. M.

Inceste. (Advb.) *Cum nota incestus.* II. ***Op.*** Caste. Cf h. v.

Incestum, s. **Incestus.** *Coitio prohibita inter personas cognatione iunctas.* III. ***Cn.*** Citra poenam incesti uxorem ducere licere. Paul. II. 19. §. 5. Incestum per matrimonium illicitum contractum. fr. 38. §§. 3. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Adulterium cum incesto committere. fr. 38. pr. fr. 39. §§. 5. sqq. ib. 48. 5. Iure gentium incestum (prohibitum) committere. fr. 38. §. 2. ib. 48. 5. cf. fr. 39. §. 1. fr. 68. de R. N. 23. 2. Crimen, Poena, incesti. fr. 7. §. 1. fr. 38. §§. 3. sq. fr. 39. §§. 5. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Paul. II. 26. §. 15.

Incestus. (Adiect.) *Incestuosus.* III. ***Cn.*** Nefarias atque incestas nuptias contrahere. Gai. I. 64. cf. 59. cf. c. 7. de nat. liber. 5. 27. Incestum matrimonium contrahere. Vlp. V. 7. Incestae nuptiae confirmari non solent. fr. 38. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Inchoare. *Incipere, Exordiri.* I. ***Sy.*** Coepisse. fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. fr. 1. §§. 4. sq. 11. de pollicit. 50. 12. II. ***Op.*** Perficere, Persequi. Vatic. §. 249. fr. 41. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 5. rat. rem hab. 46. 8. Consummare, Finire. fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. fr. 15. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 58. §. 3. pro soc. 17. 2. III. ***Cn.*** Si in societatem, quam vivo patre inchoaverat filius, post mortem patris perseveraverit. fr. 42. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Quae inchoata sunt (per defunctum,) explicari debent (per heredem.) fr. 1. pr. de fideiuss. tut. 27. 7. cf. fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. Implere inchoatas delationes. fr. 5. §. 2. de pub. iudic. 48. 1. Deserere, — Repetere, inchoatam (litem, s. actionem.) fr. 21. pr. de inoff. testam. 5. 2. fr. 54. §. 1. de re iud. 42. 1. Ex quo causa in tuo iudicio coeperit inchoari. Th. C. I. 16. c. 1. (Wck.) de off. Rect. Pr. Crimen inchoari posse (etiam post mortem nocentium.) c. 8. pr. c. 13. ad L. Iul. mai. 9. 8. c. 13. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Incidere. **§. 1.** *Cadere, Decidere.* I. ***Sy.*** Decidere. fr. 28. sq. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 7. §. 2. fr. 13. §. 2. de damn. inf. 39. 2. III. ***Cn.*** Si, quas (sc.

feras) initio incluserit operis suis, vel post ibimet ipsae [al. sibimet ipsae, v. si metipsae] inciderint, delapsaeve fuerint. fr. 62. §. 1. de usufr. 7. 1. cf. fr. 29. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 55. de A. R. D. 41. 1. Fieri potest ut aedes vitiosae, in aedes non vitiosas incidentes, damnum mihi dent. fr. 13. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit. fr. 9. §. 1. ad exhib. 10. 4. — **§. 2.** *Implicari, Committere in etc. Teneri ob etc.* I. **Sy.** Cadere. Cf. h. v. §. 5. Facere contra, Offendere, Incidere in (S.C. v. edictum.) fr. 6. §§. 1. sq. si qu. om. c. 29. 4. fr. 22. §§. 1. 9. de L. Corn. de fals. 48. 10. Teneri, Plecti (edicto, v. S.Cto etc.) Incidere in (edictum etc.) fr. 20. §. 3. fr. 22. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 1. §§. 10. sqq. ad S.C. Turp. 48. 16. Committere (in poenam, sc. edicti.) fr. 3. §§. 2. sqq. fr. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 23. de in ius voc. 2. 4. III. **Cn.** Nec omnem — hoc edicto conveniri posse; neque enim — si quis officii honeste faciendi gratia id facit, statim in edictum incidit. fr. 15. §. 23. de iniur. 47. 10. Hoc edicto non teneri (sc. eum,) — quamvis negari non possit, in Iuliam eum de vi incidisse. fr. 12. §. 2. cf. fr. 8. pr. Qu. met. c. 4. 2. Poenalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi etc. fr. 17. §. 15. ad munic. 50. 1. Posse aliquem d. m. facere, ut in eam legem non incidat. fr. 3. §. 6. de tab. exhib. 43. 5. Incid. in voluntatem S.Cti. fr. 22. §. 11. de L. Corn. de fals. 48. 10. Incid. in crimen, v. poenam. fr. 152. pr. fr. 154. de R. I. 50. 17. — **§. 3.** *Incurrere, Deferri, Pervenire.* I. **Sy.** Contineri (definitione, s. sententia.) Incid. (in eam.) fr. 71. §. 1. de hered. inst. 28. 5. fr. 27. §. 3. de auro arg. 34. 2. Venire in (computationem legis.) Incid. (in legem.) fr. 60. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum. fr. 25. §. 16. famil. ercisc. 10. 2. fr. 31. pro soc. 17. 2. Pupillus, — qui non ipse contraxit, sed in tutorem incidit, et ignorat omnia. fr. 12. rem pup. salv. 46. 6. In tempestatem, v. in fluminis vim, incid. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. In latrones incidit, (suamque pecuniam perdidit.) fr. 52. §. 4. pro soc. 17. 2. In valetudinem adversam incid. fr. 20. de iniust. rupt. 28. 3. In vitium inciderunt (aedes.) fr. 13. §. 6. de damn. inf. 39. 2. Qui inciderunt in captionem. fr. 1. de I. I. R. 4. 1. — **§. 4.** *Accidere, Evenire.* I. **Sy.** Accidere. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quod, prout res incidit, in albo propositum erit. fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. Quidquid eorum inciderit, quod etc. fr. 20. de don. int. V. 24. 1. Si quid transversarium incidisset, quamobrem etc. fr. 27. pr. locat. 19. 2. Si talis species inciderit in etc. fr. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Quicunque casus inciderit, (accommodabimus mentem S.Cti.) fr. 30. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. Scio etiam illud aliquando incidisse. fr. 3. §. 2. de minor. 4. 4. cf. fr. 1. pr. de inspic. ventre. 25. 4. Vniversa incidens quaestio. c. 1. c. 3. de ord. iudicior. 3. 8. Incidente infirmitate, vel necessaria profectione. fr. 18. pr. de iudic. 5. 1. Et si qua alia incommoditas ei — incidat. fr. 16. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Damna postea incidentia. fr. 30. §. 5. ad L. Falc. 35. 2.

Incīdere. §. 1. *Caedendo insculpere.* I. **Sy.** Inscribere (nomen.) fr. 36. pr. ad munic. 50. 1. Insculpere (tabulis.) Th. C. XII. 5. c. 2. Quemad. mun. civ. XIV. 4. c. 4. de suar. XIV. 13. c. 1. de iure Ital. — **§. 2.** *Concidere.* I. **Sy.** Delere (tabulas.) fr. 4. de h. qu. in test. del. 28. 4. III. **Cn.** Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter, linum autem inciderit. fr. 3. §. 23. de S.C. Silan. 29. 5. cf. fr. 1. §§. 10. sq. de B. P. s. t. 37. 11. Incisae tabulae, vel cancellatae. fr. 1. §. 8. si tab. testam. null. 38. 6. Si tabulas inciderit, et legerit testamentum, ac rursus suo signo signaverit. fr. 20. §. 1. cf. fr. 15. §. 1. de milit. testam. 29. 1.

Incile. *Locus arte excavatus, ad aquam ex flumine agendam.* I. **Sy.** Locus depressus ad latus fluminis. fr. 1. §. 5. de riv. 43. 21. III. **Cn.** Prima incilia, vel principia fossarum, quibus aquae ex flumine — pelli solent. fr. 1. §. 8. de aqua quot. 43. 20. Septa sunt, quae ad incile opponuntur, aquae derivandae, compellendaeve ex flumine causa. fr. 1. §. 4. cf. §. 5. de riv. 43. 21.

Incipere. §. 1. *Inchoare.* I. **Sy.** Coepisse. fr. 28. de pignor. 20. 1. Cedere (diem.) Incipere (deberi.) cf. v. Cedere. §. 5. II. **Op.** Desinere. Cf. h. v. Finire. Cf. h. v. §. 1. Incipiens, — Exactus (dies.) fr. 134. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Sequitur ut — dispiciamus, et incipiamus a etc. Gai. IV. 161. Ingredi, et incipere (possidere.) fr. 1. §. 26. cf. §. 14. de vi et vi arm. 43. 16. Praeterire non possunt (sc. operae,) antequam incipiant cedere; et incipiunt, posteaquam fuerint indictae. fr. 13. §. 2. de oper. libert. 38. 1. Non statim a tormentis incipiendum est, ideoque prius etc. Paul. V. 14. §§. 1. sq. — **§. 2.** *Incipere esse,* pro: *Converti in, Redigi.* I. **Sy.** Obtinere locum, Nancisci ius (filiae,) Redigi (in potestatem.) Incipere esse in (potestate.) Gai. I. 67. sqq. 111. 115b. III. **Cn.** Semel impleta usucapione, proinde pleno iure incipit — tua res esse. Ib. II. 41. Debitum incipit esse usurarium, (etsi forte non fuerit usurarium.) fr. 6. §. 12. de N. G. 3. 5. Incipit tecum noxalis actio esse, quae ante directa fuit. Gai. IV. 77. Sublata litis contestatione, incipit ex causa iudicati teneri. Ib. III. 180.

Incisio. §. 1. *Amputatio.* III. **Cn.** Manus incisionem subsistere. Iul. ep. nov. c. 10. §. 46. — **§. 2.** *Linea, quae distinctiones locorum describit.* III. **Cn.** Mechanici, et geometrae, et architecti, qui divisiones partium omnium incisionesque servant. Th. C. XIII. 4. c. 3. de excus. artif.

Incitare. *Excitare, Impellere.* III. **Cn.** Amore patriae incitari. Ib. VII. 13. c. 16. de tiron. Frequenti monitione atque hortatu incit. Ib. XII. 1. c. 39. de decurion.

Incivilis. (Adiect.) *Contra rationem iuris civ. Iniustus.* III. **Cn.** Incivile factum Praeses Pr. coërceat. fr. 3. de extr. cogn. 50. 13. Ex praecipiti avaritia, et incivili debitoris audacia (accidisse.) c. 3. de naut. foen. 4. 33. Incivile atque inusitatum est, (quod postulas.) c. 12. de R. V. 3. 32. Satis incivile est, (teneri eum etc.) fr. 15. pr. de procur. 3. 3. fr. 66. §. 1. de R. N. 23. 2. Incivile est (iudicare, v. revocari etc.) fr. 24. de LL. 1. 3. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2.

Inciviliter. (Advb.) §. 1. *Iniuste, Illicite.* I. *Sy.* Inique. Cf. h. v. III. *Cn.* Inciv. custodire (athletam, et a certaminibus prohibere.) fr. 23. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. De rivis novis inciviliter institutis — Praesidem Pr. docere oportere. fr. 2. de extr. cogn. 50. 13. — §. 2. *Contra formam iudiciorum privatorum apud Rom.* I. *Sy.* Sine notione iudicis. Non cognitione habita. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. II. *Op.* Civiliter. Ib. l. l. Cf. h. v. §. 3.

Inclamare. *Excitare, Admonere.* III. *Cn.* Vt per intervalla temporis longioris inclamatus advertat, confutari debere etc. Th. C. II. 27. c. 1. §. 6. si cert. pet. de chir.

Inclamatio. *Exclamatio.* III. *Cn.* Frequens praeconis inclam. Ib. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Inclemens. (Adiect.) *Atrox.* III. *Cn.* Excludere casus et inclementem non possumus cohibere fortunam. Th. C. XIII. 9. c. 5. de naufrag. Iniuriae inclementiores. c. 4. de P. P. 8. 47.

Inclinare. §. 1. *Declinare, Inflectere.* I. *Sy.* Si procumberet, Si se inclinaverit (in vicini domum, sc. paries.) fr. 14. §. 1. fr. 17. pr. si servit. 8. 5. III. *Cn.* Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit. fr. 2. de arbor. caed. 43. 27. — §. 2. *Proclivis esse, Commoveri.* III. *Cn.* Cum magis eos collata liberalitas ad obsequium inclinare debeat, quam ad insolentiam erigere. Vatic. §. 272. Aequi et iusti, et non inclinantes ad lucrum (adsessores.) Iul. ep. nov. c. 15. §. 56. Et in hanc sententiam Pompon. inclinat. fr. 7. §. 2. de pecul. 15. 1. Quaerebatur. — Et inclinandum est, (non perdere patrem etc.) fr. 22. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. — §. 3. *Deprimere.* III. *Cn.* Contemti, — et miserae humilitatis inclinati despectu. Th. C. XVI. 2. c. 41. de episc. eccl. Ne plebi mixta dignitas inclinetur. Ib. XII. 12. c. 12. §. 2. de legat. et decr.

Includere. §. 1. *Claudere, Abscondere.* III. *Cn.* Qui hominem liberum vinxerit, suppresserit, incluserit. Paul. V. 6. §. 14. cf. fr. 5. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Etiam inclusos, veluti lautumiis, vinctorum numero haberi. fr. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. Arculam in templum ponere, ibique hominem includere. fr. 10. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Ferae bestiae, quas vivariis incluserimus, et pisces, quos in piscinas coniecerimus. fr. 3. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2. Qui non res inclusas subtraxit, sed traditas non reddidit. fr. 55. mand. 17. 1. — §. 2. *Induere, Circumdare.* I. *Sy.* Iungere, Coniungere (aedificio.) fr. 6. ad exhib. 10. 4. fr. 63. de donat. int. V. 24. 1. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de tigno iunct. 47. 3. III. *Cn.* Si gemma includenda, aut insculpenda data sit. fr. 13. §. 5. locat. 19. 2. Vel argenteae, vel argento inclusae (mensae.) fr. 9. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Quae tabulae pictae pro tectorio includuntur. fr. 17. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Vt inserta et inclusa aedificio (partem eius esse existimemus.) fr. 38. §. 2. ib. 19. 1. — §. 3. *Comprehendere, Complecti.* III. *Cn.* Interrogationes litteris inclusae atque obsignatae. fr. 6. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. Omnes actiones, — semel inclusae iudicio, salvae permanent. fr. 139. pr. de R. I. 50. 17.

Inclytus. (Adiect.) *Clarus, Illustris.* III. *Cn.* Inclyta nobilitas civitatis. fr. 17. §. 1. de excusatt. 27. 1. Huiûs inclytae urbis (Praefectus.) c. 11. de adsessor. 1. 51. Referat ad scientiam nostram, vel ad inclytas potestates. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. Constitutio inclytae recordationis avi nostri. Ib. XII. 3. c. 2. pr. de praed. et manc. curial. Pius, felix, inclytus etc. (Imp. Caes. Flav. Iustinianus.) Prooem. Inst. (Rubr.)

Incogitabilis. (Adiect.) *Contra rationem cogitandi.* III. *Cn.* Quam sententiam ipse ut stolidam reprehendit; etenim esse incogitabile etc. Vatic. §. 75.

Incognitas. *Defectus cognitionis. Ignorantia.* III. *Cn.* Neque inanibus immorari sinatur obiectis, ut vires sibimet causetur locorum incognitas, qui familiaris rei scire vires — debuerit. Th. C. III. 1. c. 4. de contr. emt.

Incognitus. (Adiect.) §. 1. *Cognitione non probatus, Iniustus, Inhabilis.* II. *Op.* Legitimi, — Legibus incogniti (filii.) Iul. ep. nov. c. 6. §. 24. III. *Cn.* Si vitae eius sobrietas clara sit, vel adfectio honesta nec incognita. fr. 17. §. 4. de adopt. 1. 7. Novas, et usu vel ratione incognitas, religiones inducere. Paul. V. 21. §. 2. Ne lis incognito negotio dirimatur. Th. C. XI. 30. c. 9. de app. et poen. cf. XI. 35. c. 1. si pend. app. Facile repudiare, vel temere suscipere, incognitam successionem. fr. 58. sol. matrim. 24. 3. — §. 2. *Incompertus, Ignotus.* III. *Cn.* Neque enim novum, aut incognitum est. fr. 48. de manum. testam. 40. 4. Non est incognitum, v. iuris incogniti. fr. 8. §. 11. de inoff. testam. 5. 2. c. 2. de rer. permut. 4. 64. Incognita ante peritia. Th. C. IX. 40. c. 24. de poen. Acclamatione excipiantur solita, nec praetereantur ut incogniti. Ib. VI. 9. c. 2. pr. de Quaest. Mag. off.

Incola. §. 1. *Qui domicilii iure in aliena civitate utitur.* I. *Sy.* Is, qui domicilium suum contulit, v. habet, (aliqua regione, v. provincia.) fr. 7. §. 10. de interd. et releg. 48. 22. fr. 239. §. 2. de V. S. 50. 16. II. *Op.* Origo sua. Provincia, unde oriundus est. — Prov., in qua incola esset. fr. 7. §. 10. l. 48. 22. c. 1. de munic. et origin. 10. 38. Civis. Municeps. fr. 29. ad munic. 50. 1. fr. 6. §. 5. fr. 18. §. 22. de mun. et hon. 50. 4. c. 7. de incol. 10. 39. III. *Cn.* Pluribus locis eum incolam esse, aut domicilium habere. fr. 5. ad munic. 50. 1. Omnes incolae, quos quaeque civitates sibi vindicant. fr. 37. pr. ib. 50. 1. Incolas etiam et vacantes (iubemus adstringi.) Th. C. XII. 1. c. 137. pr. cf. c. 52. de decurion. — §. 2. *Habitator.* III. *Cn.* Actor fundi, vel servus, vel incola, vel colonus (plectetur.) Ib. IX. 21. c. 2. §. 4. de fals. monet. cf. X. 10. c. 25. de petit. et ultro dat.

Incolatus. (Subst.) *Domicilii ius in aliena civitate.* II. *Op.* Origo. Th. C. XII. 1. c. 5. de decurion. Civicum nomen. — Incolatus [al. Incolonatus] vinculum, s. ius. Ib. l. l. c. 46. c. 52. III. *Cn.* Ad alienam se civitatem, incolatus occasione, conferre. Ib. l. l. c. 12. Incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest. fr. 34. ad munic. 50. 1.

Incolere. **§. 1.** *Colere, Culturam exercere.* III. ***Cn.*** Si ea homines vestri, ac rusticani — distrahant, quae in his terris, quas incolunt, atque in eodem rure gignuntur. Th. C. XIII. 1. c. 3. de lustr. collat. — **§. 2.** *Domicilium habere.* I. ***Sy.*** Incola esse, Incolere (provinciam.) fr. 7. §§. 10. sqq. de interd. et releg. 48. 22.

Incolonatus. Cf. v. Incolatus.

Incolorate. (Advb.) *Sine causa, vel praetextu.* III. ***Cn.*** Non audierunt incolorate restitui desiderantem. fr. 18. §. 1. de minor. 4. 4.

Incolumis. (Adiect.) **§. 1.** *Integer, Salvus.* II. ***Op.*** Vitiosae, — Incolumes (aedes.) fr. 13. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Adimi. — Incolume manere. fr. 3. de interd. et releg. 48. 22. III. ***Cn.*** Perseverat incolumis (actio.) c. 4. de comm. rer. alien. 4. 52. Habiturus esse incolumen (libertatem.) c. 20. de postlim. rev. 8. 51. — **§. 2.** *Superstes, Vivus.* I. ***Sy.*** Vivi, Superstites, Incolumes (liberi.) fr. 1. §. 3. fr. 2. §§. 3. 5. de vac. et excus. 50. 5. Vatic. §. 247. III. ***Cn.*** Quae (sc. mulier) V simul peperit, et tum habebat incolumes. fr. 36. de solut. 46. 3. Habere excusationem liberorum incolumium numero. c. 1. de h. qu. num. lib. 5. 66.

Incolumitas. *Integritas.* III. ***Cn.*** Per quod multorum salus et incolumitas procuratur. Th. C. IX. 35. c. 7. de quaestion. Eum, de quo agitur, et de incolumitate eius etc. Vatic. §. 123.

Incommodare. *Molestiam parare, Obficere.* I. ***Sy.*** Corrumpere. fr. 1. §. 15. de flumin. 43. 12. Impedire. fr. 10. §. 2. fr. 14. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Si quid aliud fiat, quod navigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorsus impediat. fr. 1. §. 15. l. 43. 12. Si incommodatur ad usum manus. fr. 14. §. 6. l. 21. 1. cf. fr. 1. §. 1. de riv. 43. 21.

Incommode. (Advb.) *Citra rationem.* III. ***Cn.*** Non incommode dici, v. adhiberi (posse.) fr. 1. §. 4. de collat. bon. 37. 6. fr. 95. §. 5. de solut. 46. 3. Incomm. occupare (locum.) Th. C. XV. 1. c. 47. de opp. pub.

Incommoditas. *Molestia, Damnum.* I. ***Sy.*** Incommodum. fr. 2. §. 16. ne qu. in loc. pub. 43. 8. fr. 3. §. 2. de riv. 43. 21. III. ***Cn.*** Si quas impensas fecerit, aut si quam aliam incommoditatem passus erit. fr. 3. §. 4. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Si qua alia incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat. fr. 16. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Absque ulla, vel ipsorum, vel publica incommoditate. Th. C. VII. 6. c. 5. de milit. veste.

Incommodum. **§. 1.** *Damnum, Molestia.* I. ***Sy.*** Incommoditas. Cf. h. v. Damnum. Gai. III. 150. II. ***Op.*** Commodum. Ib. II. 155. III. 150. Paul. II. 8. §. 1. fr. 4. §. 4. de in diem add. 18. 2. fr. 83. de V. S. 50. 16. Lucrum. fr. 19. fam. ercisc. 10. 2. III. ***Cn.*** Non ad hoc pertinet, quod ornamenti causa fit, sed quod deformitatis, vel incommodi. fr. 1. §. 2. ne qu. in loco sacr. 43. 6. Aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur. fr. 2. ib. 43. 6. Sine vexatione et incommodo (heredis) fiat. fr. 3. §. 3. de ann. legat. 33. 1. Cum incommodo pupilli, et adversus utilitatem eius. fr. 45. §. 4. de excusatt. 27. 1. Sine quibus omnino uti non potest. — Si cum aliquo incommodo utatur. fr. 1. §. 4. si ususfr. pet. 7. 6. Causa difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet. fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. Incommodum pati, v. sentire. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 4. de novat. 46. 2. Aliquam partem parvulam incommodi sustinere. fr. 27. pr. locat. 19. 2. Sine incommodo rei familiaris (contrahere posse.) fr. 96. pr. de legat. I. (30.) Non posse (separari etc.) sine magno incommodo. fr. 35. de Aedil. edict. 21. 1. Gai. IV. 17. Tribuere commoda et incommoda (hereditaria.) fr. 1. de B. P. 37. 1. — **§. 2.** *Poena.* III. ***Cn.*** Deportationis incommodo subiugat. Th. C. XII. 1. c. 92. de decurion. V librarum auri multetur incommodo. Ib. VIII. 7. c. 18. de div. off.

Incommodus. (Adiect.) *Molestus, Minus commodus.* III. ***Cn.*** Si arbores — non tollat, per quod incommodior (is) sit ususfr., vel iter. fr. 19. §. 1. de usufr. 7. 1. Data opera — contulisse, ut actori incommodior esset exhibitio. fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4.

Incompetenter. (Advb.) *Iniuste, Perperam.* III. ***Cn.*** Alios incomp. removit, indecenter alios — ordinavit. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. §. 1. cf. Th. C. XVI. 2. c. 44. §. 1. de episc. eccl.

Incompositus. (Adiect.) *Male compositus.* III. ***Cn.*** Omne infinitum, et perperam effusum, merito et incivile et incompositum esse credentes. Nov. 36. pr.

Inconcusse. (Advb.) *Firmiter.* III. ***Cn.*** Inconc. possideant, atque ad suos posteros transmittant. c. 6. de fund. patrim. 11. 61.

Inconcussus. (Adiect.) *Stabilis, Firmus.* I. ***Sy.*** Illibatus. Vatic. §§. 281. 284. Fixus intemeratusque. Th. C. XII. 1. c. 139. c. 141. de decurion. III. ***Cn.*** Valere praecipimus, ac volumus inconcussum aeternumque durare. Ib. VI. 24. c. 6. de domest. et protect. Inconcussam ac perpetuam firmitatem obtinere. c. 30. de donat. 8. 54. Firmiter in aeternum, veluti privato et inconcusso iure, possidere. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §. 3. Continua et inconcussa (tenentis possessio.) c. 4. de bon. qu. lib. 6. 61. cf. c. 4. Qu. non obiic. l. t. praescr. 7. 35.

Inconditus. (Adiect.) *Non conveniens, v. rationabilis.* III. ***Cn.*** Incipit obligatio civilis — auxilium exceptionis amittere; etenim inconditum [al. interdictum] est, subvenire etc. fr. 95. §. 2. de solut. 46. 3.

Incongruens. (Adiect.) *Inconveniens.* III. ***Cn.*** Non tam solemne est annuum, — quod uxor marito praestat; immo incongruens est, et contra sexus naturam. fr. 33. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Incongr. videbatur, ut etc. fr. 4. §. 2. de vulg. et pup. 28. 6.

Incongruus. (Adiect.) *Non idoneus, Incompetens.* III. ***Cn.*** Demendi supervacanea, et adiiciendi necessaria, et mutandi ambigua, et emendandi incongrua (tribuimus potestatem.) Th. C. I. 1. c. 6. §. 1. (Wck.) de const. Pr. Ad incongruam sibi fortunam adspirare. Ib. XII. 1. c. 183. de decurion. Dum res ab incongruis usurpantur audacter. Incongruum eum esse

vobis iudicem scientes. c. 1. de iurisd. omn. iud. 3. 13.

Inconsequentia. *Defectus ordinis et concordiae.* III. **Cn.** Per imperfectum, et iam quodammodo male consuetum inconsequentiae [al. male constitutum consequentiae] cursum. Const. Omnem reip. §. 1.

Inconsideranter. (Advb.) *Temere, Inconsulte.* II. **Op.** Dolo (abstinere hereditate, sc. pupillum.) fr. 3. §. 17. de susp. tut. 26. 10.

Inconsiderate. (Advb.) Idem. III. **Cn.** Qui inconsiderate ac vulgo sunt congregati. Th. C. VI. 30. c. 15. pr. de Palat. S. largg.

Inconsideratus. (Adiect.) *Inconsultus.* III. **Cn.** Quodsi per errorem se detulerit, nihil ei obficit inconsiderata diligentia. Fr. de I. F. §. 2.

Inconstans. (Adiect.) *Mutabilis, Contrarius sibi.* III. **Cn.** Est enim inconstans, dicere etc. fr. 28. §. 5. de poen. 48. 19. Adulandi studio, aut metu inconstantis ignaviae, (transire tentare etc.) c. 1. de stat. et imag. 1. 24.

Inconstantia. *Levitas animi.* III. **Cn.** Si velit quaedam transferre, quaedam relinquere, iuste procurator hanc inconstantiam [al. constantiam] recusabit. fr. 27. pr. de procur. 3. 3.

Inconsulte, s. Inconsulto. (Advb.) *Inconsiderate, Imprudenter.* I. **Sy.** Incaute. Cf. h. v. II. **Op.** Optimo consilio, — Inconsultius (facere.) fr. 67. §. 6. de R. N. 23. 2. Fato (accidens damnum.) fr. 11. §. 4. de minor. 4. 4. III. **Cn.** Cuius (sc. heredis) nomen inconsulto ita deletum sit, ut penitus legi non possit. fr. 1. si tab. testam. exstab. 37. 2. cf. c. 12. de testam. 6. 23. Quod semper te facturum inconsulte iuraveras. c. 2. ad L. Iul. mai. 9. 8. Inconsulte adita hereditate. fr. 2. de cond. indeb. 12. 6.

Inconsultus. (Adiect.) **§. 1.** *A quo consilium non est petitum. Non aditus.* I. **Sy.** Citra consultationis modum. Inconsultis ac nescientibus nobis. Th. C. IX. 35. c. 1. de quaestion. XV. 15. c. 1. Quor. us. interd. Sine Praetore, v. Sine auctoritate Praetoris, Inconsulto Praetore, (factum.) fr. 7. §. 2. fr. 8. §§. 6. 15. 20. sqq. de transact. 2. 15. II. **Op.** Consulere Principem. Consensu ipsius, — Inconsulto Principe (facere.) fr. 6. §§. 1. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Inconsultis, — Decernentibus (nobis.) Th. C. X. 7. c. 2. de Caesarian. III. **Cn.** Inconsulto, ac penitus ignorante (Praefecto Vr.) Ib. I. 10. c. 11. (Wck.) de off. Com. S. largg. Nec licere, s. Prohiberi, inconsulto Principe. fr. 1. sq. de cadav. pun. 48. 24. fr. 46. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Liceat, inconsulta etiam (pietate, s. clementia, nostra.) c. 17. pr. de dignitatt. 12. 1. Th. C. XV. 1. c. 44. de opp. pub. — **§. 2.** *Qui consilio non utitur. Inconsideratus.* II. **Op.** Consilio. — Inconsulto calore. c. 5. de iniur. 9. 35. III. **Cn.** Temeritatem facilitatis veniam continere, et inconsultum calorem calumniae vitio carere. fr. 1. §. 5. ad S. C. Turp. 48. 16. Nec enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas. fr. 11. §. 4. de minor. 4. 4. Inconsulto errore labi. c. 1. si maior. fact. 5. 74. Vt hoc modo inconsulti animi detrimento retrahantur (a repudio mittendo.) c. 8. §. 7. de repud. 5. 17.

Incontinenti. Cf. v. Continens.

Inconveniens. (Adiect.) **§. 1.** *Indecorus.* II. **Op.** Consequens. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Si liberta — ad eam dignitatem pervenist, ut inconveniens sit (praestare patrono operas.) fr. 34. de oper. libert. 38. 1. Magistratibus inconveniens erat, (vespertinis temporibus in publicum esse.) fr. 2. §. 31. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Non idoneus, Inhabilis.* I. **Sy.** Minus aptus, s. Ineptus. Impar. Th. C. VII. 22. c. 2. 4. sq. 7. de fil. militar. XII. 1. c. 83. c. 89. de decurion. III. **Cn.** Exerceant, vel certe, si inconvenientia existimaverint, — transferant (sc. rura.) Ib. VII. 19. c. 1. §. 3. de Saturian.

Inconventus. (Adiect.) *Qui iudicio non est interpellatus.* III. **Cn.** Qui, quod legibus debuerat postulari, inconvento possessore pervasit. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 3. cf. §. 2.

Inconvulsus. *Inconcussus, Intemeratus.* III. **Cn.** Inconvulsa a se vectigalium pensione retinendi (sc. fundi.) Th. C. V. 13. c. 14. (Wck.) Inconvulsa simplicitas (rescriptorum.) Ib. XII. 14. c. 1. de irenarch.

Incorporalis. (Adiect.) *Corpus, vel substantiam, non habens.* I. **Sy.** Quae tangi non possunt, Incorporales (res.) fr. 1. § 1. de R. D. 1. 8. III. **Cn.** Etiamsi corporibus accedunt, incorporales tamen sunt, (sc. servitutes praediorum rust.) fr. 14. pr. de servit. 8. 1. Res incorporales, et corporales, quaeque ei debitae sunt. Gai. III. 83. Incorporales res, quae in iure consistunt. c. 12. de praescr. l. t. 7. 33. Ius incorporale. fr. 4. §. 27. de usurp. 41. 3. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37.

Incorporare. *Adgregare, Adtribuere.* I. **Sy.** Teneri obnoxium (fisco.) Captum et incorporatum referri ad (fiscum.) Th. C. IX. 42. c. 1. §§. 2. sq. de bon. proscr. III. **Cn.** Ante sententiam nec obsignari, nec describi, aut incorporari possunt (bona, quae ad fiscum pertinere dicuntur.) Fr. de I. F. §. 14.

Incorporatio. *Adtributio.* III. **Cn.** Si quando — aliquid nostrae addendum est rei, — incorporatio compleatur etc. Th. C. X. 9. c. 1. de incorporat. Incorporationem bonorum anteferri competitionis effectui. Ib. l. l. c. 3. cf. c. 1.

Incorruptus. (Adiect.) **§. 1.** *Integer, Salvus.* III. **Cn.** Aut igitur ipsam rem debebit incorruptam reddere, aut aestimationem. fr. 1. §. 1. de aestimat. 19. 3. cf. fr. 25. §. 3. locat. 19. 2. Sine mora, et incorruptum reddere (sc. depositum.) fr. 34. depos. 16. 3. — **§. 2.** *Validus, Inconcussus.* III. **Cn.** Et condictio integrae rei manet, et obligatio incorrupta. fr. 26. §. 4. de cond. indeb. 12. 6. Incorruptum manere ius. fr. 9. pr. de liberali c. 40. 12. c. 4. §. 2. de V. S. 6. 38. Incorrupta fides (instrumentorum.) Incorruptis probationibus (consistere.) c. 11. de fide instrum. 4. 21. c. 1. pro qu. c. serv. 7. 13.

Increbescere. *Crebescere.* III. **Cn.** Cum enim iam increbuit (hoc iure nostro etc.) c. 12. pr. de R. C. 4. 1. c. 1. comm. de legat. 6. 43.

Incredibilis. (Adiect.) *Fidem excedens. Im-*

probabilis. III. **Cn.** Multa de huiusmodi re tam varia et incredibilia creduntur, ut fabulis adnumerentur. fr. 3. si pars hered. 5. 4. Id plerisque placuit, nec immerito; nam incredibile videbatur etc. Gai. III. 75. cf. fr. 6. pr. de serv. export. 18. 7. Incredibile est, quod adlegas. c. 6. de poen. 9. 47. Si ipse — homo diligens est et studiosus paterfam., cuius personam incredibile est in aliquo facile errasse. fr. 25. pr. de probat. 22. 3.

Incredibilitas. *Ratio, quae vetat ne aliquid credatur.* III. **Cn.** Cum excusare ignorantiam suam potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis [al. incredulitatis.] fr. 29. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Incredulitas. (Cf. v. Incredibilitas.) *Defectus fidei (Christianorum.)* II. **Op.** Incredulitas, s. Perversitas (Iudaica.) — Christiana fides. Th. C. XVI. 8. c. 19. de Iud.

Incrementum. §. **1.** *Auctio, Augmentum, Adiectio.* I. **Sy.** Quod adiicitur (paullatim.) Incrementum (latens.) Gai. II. 70. fr. 9. §. 4. de usufr. 7. 1. Augmentum. fr. 8. §. 8. de pecul. leg. 33. 8. Th. C. VII. 1. c. 14. c. 18. de R. M. II. **Op.** Deminutio. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Brevissimo incremento verborum (ad plenissimam definitionem deduximus.) c. 4. de liber. praeter. 6. 28. Fruatur — civitas tuae provisionis iugiter incrementis. Th. C. XII. 1. c. 169. de decurion. Incrementis dignitatum augeri. Ib. VI. 35. c. 5. de priv. eor. qu. in S.pal. Pro incrementis aetatis, non pro viribus hereditatis, (exhibendam esse filiam.) fr. 10. §. 2. de alim. leg. 34. 1. Pro incremento facultatum (negotiatio exercenda.) fr. 5. §. 8. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 58. pr. de adm. et peric. 26. 7. Incrementum videtur dotis, non alia dos. fr. 4. de iure dot. 23. 3. — §. **2.** *Accessio, Lucrum superveniens.* III. **Cn.** Sua causa, cum incremento debito, restituatur. fr. 2. §. 2. de adm. rer. ad civit. 50. 8. Vt cum incremento praestet (fideicommissum.) fr. 43. §. 2. de legat. II. (31.) Ex incremento et fructibus eius summae (supplere.) fr. 27. §. 16. ad S. C. Treb. 36. 1. — §. **3.** *Interpretium. Epimetrum.* III. **Cn.** Ne id, quod voluntate offertur, occasione obryzae incrementi necessitatis iniuria insequatur. Th. C. XII. 13. c. 4. de auro coron. Ne, separatim ab unoquoque auro exacto, multis et adsiduis incrementis provincialium utilitas fatigetur. Ib. XII. 6. c. 2. pr. de susceptor.

Increpare. *Obiurgare.* III. **Cn.** Quae pater testamento suo, filios increpans, scripsit. c. 13. ex qu. c. infam. 2. 12.

Increscere. *Augeri.* I. **Sy.** Crescere. Cf. h. v. III. **Cn.** Quam sententiam quotidie increscere et invalescere videmus. fr. 12. §. 27. de instr. leg. 33. 7.

Incrustare. *Obducere crustam (marmoris etc.)* III. **Cn.** Parietem communem incrustare licet, — sicut licet pretiosissimas picturas habere in pariete communi. fr. 13. §. 1. de S. P. V. 8. 2.

Incrustatio. *Quod incrustando effectum est.* II. **Op.** Incrustationes, loricationes etc. — Vulgaria tectoria. fr. 13. §. 1. l. 8. 2. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16.

Incubare. §. **1.** *Extendi, Superiacere.* III. **Cn.** Quae induendi, praecingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, incubandive causa parata sunt. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. — §. **2.** *Occupare, Detentare.* III. **Cn.** Qui, post conventionem, rei incubarit alienae. Th. C. IV. 18. c. 1. de fruct. et lit. exp.

Incubatio. *Occupatio, Invasio.* III. **Cn.** Neque — precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut novella professio (proprietatis nostrae privilegium abolere potuerunt.) Ib. X. 1. c. 15. de iure fisci.

Incubator. *Invasor.* III. **Cn.** Ita ut ex eo tempore — fructus ab incubatoribus exigantur. Th. C. XVI. 10. c. 20. §. 1. de pagan.

Inculpate, s. **Inculpatim.** (Advb.) *Sine culpa.* III. **Cn.** Si inculpate impleverint suum officium. Ib. IX. 7. c. 1. de Caesarian. Qui — inculpatim ad calcem — militiae pervenerint. Ib. VI. 30. c. 20. de Palat. S. largg.

Inculpatus. (Adiect.) *Qui culpa caret.* II. **Op.** Honestae et inculpatae vitae. — Notatus et reprehensibilis. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. III. **Cn.** Eius temporis inculpatam esse moram. fr. 9. §. 1. de usur. 22. 1. Inculpatae tutelae moderatione illata vis. c. 1. unde vi. 8. 4. Inculpatas excubias peragere. Inculpata officia praebere. Th. C. VI. 23. c. 4. §. 2. de decur. et silent. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qu. in S.pal.

Incultus. (Adiect.) *Culturae expers.* III. **Cn.** Vbi res urget, — ut aedificia sarciantur, ne agri inculti sint. fr. 7. §. 3. de iure deliber. 28. 8.

Incumbere. §. **1.** *Inniti, Incubare.* III **Cn.** Onerum eorum relevandorum gratia, quae in parietem incumbunt, (aedificia sua fulsit.) fr. 28. de damn. inf. 39. 2. — §. **2.** *Insistere.* I. **Sy.** Imminere, Insistere. Th. C. I. 10. c. 6. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. XI. 7. c. 16. sq. de exaction. III. **Cn.** Non videtur contrectare, sed pignori suo incumbere. fr. 55. de furt. 47. 2. Non solum eum qui civiliter, sed et eum qui naturaliter incumbit possessioni. fr. 3. §. 15. ad exhib. 10. 4. fr. 19. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Velut praedonem, bonis alienis incumbere. fr. 3. §. 15. de susp. tutor. 26. 10. — §. **3.** *Iniunctum esse certae personae.* I. **Sy.** Oportere (probare.) Incumbere alicui (probationem.) fr. 1. sq. de probat. 22. 3. III. **Cn.** Adiri quidem hereditas potest, sed heredi defensio mortis incumbit. fr. 5. §. 3. de S. C. Silan. 29. 5. Vnicuique pro parte hereditaria praestatio incumbit. fr. 139. de V. O. 45. 1. Quibus incumbit praecipua cura rerum. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Incumbit officium iudici (omnium rerum etc.) fr. 25. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Incumbit alicui necessitas (provocandi etc.) fr. 8. §. 8. mand. 17. 1. fr. 5. de accus. 48. 2.

Incunctabilis. (Adiect.) *Haesitationis expers.* III. **Cn.** Illud quoque incunctabile est, ut etc. fr. 21. §. 1. de testib. 22. 5.

Incunctanter. (Advb.) *Sine mora.* I. **Sy.** Cunctationem dirimere. Incunct. permittere. fr. 20. pr. §. 1. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Omnia incunct. — custodiant. Th. C. XII. 1. c. 160. de decurion. Illo incunct. exsequendo, ut etc. Ib. XVI. 5. c. 58. §. 6. de haeret.

Incuria. *Negligentia.* II. **Op.** Consulto (inferri, v. evadere, sc. ignem.) Paul. V. 3. §. 6. Fraus. Th. C. III. 17. c. 4. §. 2. de tut. et cur. cr. III. **Cn.** Fortuita incendia, quae casu venti ferente, vel incuria ignem supponentis, (evadunt.) Paul. V. 20. §. 3. Vbi quis incuria necatus est, vel medici insidiis. fr. 5. §. 3. de S.C. Silan. 29. 5. Per errorem, aut incuriam domini, (loca data ab aliis possessa.) Th. C. II. 26. c. 1. (Wck.) fin. regund. Vel incuria, vel vetustate (collapsae partes.) Ib. XV. 1. c. 20. de opp. pub.

Incuriosus. (Adiect.) *Curae expers.* III. **Cn.** Inter insolentiam incuriosam, [al. iniuriosam,] et diligentiam non ambitiosam (multum interest.) fr. 33. pr. de usur. 22. 1. Nobis tamen nihil incuriosum praetermissum est. §. 4. I. de B. P. 3. 10.

Incurrere. **§. 1.** *Concurrere.* I. **Sy.** Impingi. Incurrere. Cf. v. Impingere. §. 1. — **§. 2.** *Incursionem facere.* III. **Cn.** Ne detur hostibus licentia incurrendi, aut devastandi loca. c. 2. §. 4. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 3.** *Implicari, Excipere, Sustinere.* I. **Sy.** Teneri (lege.) Incurr. in (legem.) Paul. V. 23. §§. 9. 12. Committere, Incursurus esse (crimen.) c. 1. de priv. carcer. 9. 5. III. **Cn.** Lapsum temporis incurrisse per negligentiam etc. Th. C. II. 6. c. 2. de temp. curs. Mortem excipiat, et id, quod intendebat, incurrat. Ib. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar. Stilum proscriptionis incurrere. Ib. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Plus petendi periculum incurrimus. Paul. I. 13. B. §. 5. — **§. 4.** *Intercedere, Supervenire.* II. **Op.** Oriri ex (ipso testamento.) — Incurr. extra (testamentum.) fr. 16. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Si nulla fraudis incurrat suspicio. fr. 2. de separat. 42. 6. Incurrebat haesitatio. fr. 42. pr. de m. c. donat. 39. 6. Ille tractatus incurrit, an etc. fr. 10. si pars hered. 5. 4.

Incursio. *Irruptio, Invasio.* I. **Sy.** Eruptio. Cf. h. v. III. **Cn.** Hostilis incursionis contemplatione, periculum amissionis ac fortunam futuri damni in se suscepisse. c. 1. de commod. 4. 23. Latronum, vel hostium incursio. c. 7. de cond. insert. 6. 46. Tempore, in quo barbarorum incursio exstiterit. c. 1. de commeat. 12. 43.

Incursus. (Subst.) *Impetus, Saevitia.* I. **Sy.** Discursus. Cf. h. v. §. 1. Impetus (praedonum, hostiumve.) fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. fr. 23. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Latronum, hostiumve incursus, piratarum insidiae etc. fr. 18. pr. commod. 13. 6. Tempora incursibus interrupta barbaricis. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 9. Ob incursum fluminis, vel metum ruinae etc. Paul. I. 21. §. 1. Reciprocos poenae sortiri incursus. Th. C. IX. 1. c. 7. de accus.

Incus. *Instrumentum, super quod metalla cuduntur et formantur.* III. **Cn.** Si faber incudem aut malleum fregerit. fr. 2. §. 1. de L. Rhod. 14. 2.

Incusabilis. (Adiect.) *Culpandus.* III. **Cn.** Vt incusabilis [al. excusabilis] culpa sit, quam etiam recens prohibitio non emendat. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. pr.

Incusare. *Culpare, Deferre.* I. **Sy.** Incusatus, s. Persona incusata. Reus. c. 37. §. 2. de episc. et cler. 1. 3. c. 11. de accus. 9. 2. III. **Cn.** Vt incipiat functio, quam nullus incusat. Th. C. XII. 1. c. 192. de decurion. Loca, in quibus incusatae personae consistunt. c. 37. §. 2. l. 1. 3. In provincia incusandos — conveniri. c. 3. §. 6. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Fallaciter incusantes Th. C. IX. 37. c. 3. de abolition.

Incusator. *Delator, Accusator.* II. **Op.** Incusatus. c. 18. §. 8. de R. M. 12. 36.

Incustoditus. (Adiect.) *Sine custode constitutus.* III. **Cn.** Qui privata sacra, vel aediculas incustoditas, tentaverunt. fr. 9. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Indagare. *Inquirere, Investigare.* I. **Sy.** Requirere. Th. C. III. 5. c. 2. §. 2. de sponsal. VII. 18. c. 9. pr. c. 17. de desertor. III. **Cn.** Quibus cura indagandi (sc. desertores) commissa est. Ib. l. l. VII. 18. c. 9. pr. Eorum diligentia indagari praecipimus, ut etc. Ib. VII. 4. c. 33. de erog. mil. annon.

Indagatio. **§. 1.** *Investigatio, Inquisitio.* I. **Sy.** Pervestigatio. Th. C. VII. 22. c. 7. de fil. militar. VIII. 2. c. 3. de tabular. logogr. III. **Cn.** Ignaviae atebris vel sera indagatione protractus. Ib. l. l. VII. 22. c. 7. Severam indagationem per tormenta — submovemus. Ib. IX. 35. c. 3. de quaestion. Habes residuam indagationem, et potes de fide scripturae civiliter queri. c. 9. ad L. Corn. de fals. 9. 22. — **§. 2.** *Inspectio.* III. **Cn.** Post excessum XIV annorum puberes existimentur, indagatione corporis inhonesta cessante. c. 3. Qu. tut. v. cur. 5. 60.

Indago. **§. 1.** *Adparatus, v. Spes, venationis.* III. **Cn.** Cum futurum iactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis positis a venatore, vel pantheram ab aucupe. fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Indagatio, Examinatio.* I. **Sy.** Inquisitio, Cognitio. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. X. 12. c. 2. §§. 1. 3. si vag. pet. manc. III. **Cn.** Quodsi factum publica indago compererit. Ib. III. 1. c. 5. de contr. emt. Omnes stationes navium — sollerti custodiantur indagine. Ib. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. Quibus vel discussionis indago, vel negotium censuale mandatur. Ib. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin. Nullis finita temporibus huiuscemodi criminis arceatur indago. Ib. XVI. 7. c. 7. pr. de apostat. Quaestione civili — terminata, acerrima fiat indago argumentis etc. Ib. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Corn. de fals.

Inde. (Advb.) **§. 1.** *Ex eo loco.* III. **Cn.** Qui, propter loci religionem, inde se movere non possunt. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Et solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare. fr. 9. §. 2. de R. D. 1. 8. Domum suam ducere (sc. alienam uxorem,) et inde marito eius repudium mittere. fr. 8. de divort. 24. 2. Locus, quo importantur merces, et inde exportantur. fr. 59. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Ex ea re, Ob eam rem.* I. **Sy.** Vnde (dici, s. vocari.) fr. 18. fr. 111. fr. 180. fr. 183. sq. ib. 50. 16. Proinde. fr. 7. §§. 1. 3. Qu. dies legat. 36. 2. III. **Cn.** Quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in dapem — impenderet. Gai. IV. 28. Si sit certa quantitas relicta, — ita ut inde alimenta Seio praestentur. fr. 8. §. 5.

de transact. 2. 15. Inde facile intelligere licet, quia etc. fr. 1. §. 4. de I. et I. 1. 1. Inde manifestum esse, quod etc. Gai. II. 218. Vt inde sit et dictum et rescriptum. fr. 7. §. 2. de transact. 2. 15. Inde quaerit (Iulianus,) v. quaeritur apud (Celsum.) fr. 14. §. 1. Qu. dies legat. 36. 2. fr. 1. §. 10. de O. N. N. 39. 1.

Indebite. (Advb.) **§. 1.** *Iniuste, Illicite.* I. **Sy.** Indecenter, Contra licitum. Th. C. VIII. 4. c. 21. c. 25. c. 29. de cohortal. III. **Cn.** Indebite et insolenter usurpare (habitum philosophiae.) Ib. XIII. 3. c. 7. de medic. et prof. Retentare indeb. Ib. IX. 42. c. 19. de bon. proscr. — **§. 2.** *Non iusto debito interveniente.* III. **Cn.** Indebite promittere, v. cautionem exponere. fr. 25. §. 4. de probat. 22. 3.

Indebito. (Advb.) Idem. III. **Cn.** Quibus persolutis, tria indebito [al. indebita] soluta sunt. fr. 25. de cond. indeb. 12. 6.

Indebitus. (Adiect.) **§. 1.** *Immeritus, Non competens.* III. **Cn.** Vetito se et indebito (abdicare indutu.) Th. C. X. 21. c. 2. de vestib. holov. Adparitionis propriae desertorem ad indebitam adspirare (ne quis patiatur.) Ib. VIII. 7. c. 16. §. 3. c. 18. de div. offic. Honoris indebiti adripere insignia. Ib. XII. 1. c. 4. c. 71. c. 118. §. 1. de decurion. — **§. 2.** *Ex obligatione inutili oriundus.* I. **Sy.** Non debitum. Amplius, quam debebatur. Indebitum. Indebita pecunia. fr. 45. fr. 47. fr. 64. sq. de cond. indeb. 12. 6. fr. 84. pr. de R. I. 50. 17. II. **Op.** Debitum. Cf. v. Debitus. §. 3. III. **Cn.** Indebitum solutum accipimus, non solum si omnino non debebatur, sed et si per aliquam exceptionem peti non poterat. Vatic. §. 266. Cf. fr. 65. §. 9. de cond. indeb. 12. 6. Indebitam iure gentium pecuniam solvit. fr. 47. ib. 12. 6. Indebitam pecuniam per errorem promisisti. Ib. l. 1. cf. fr. 26. §. 2. ib. 12. 6. Non habet condictionem, veluti indebiti soluti, sed sui crediti petitionem. fr. 30. ib. 12. 6. fr. 50. de solut. 46. 3. Actio indebiti. fr. 8. de alim. v. cibar. 34. 1. Repetere indebitum. fr. 65. §. 5. de cond. indeb. 12. 6. Frumentum indebitum solvere. fr. 65. §. 6. ib. 12. 6. Fideicommissi indebiti repetitio. fr. 58. ib. 12. 6. Sors indebita. — Vsurae indebitae. fr. 26. pr. ib. 12. 6.

Indecens. (Adiect.) *Indecorus.* III. **Cn.** Inhonestis factis atque indecentibus votis (filium forte obsedit, sc. mater.) Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam.

Indecenter. (Advb.) *Citra rationem, Illicite.* I. **Sy.** Indebite. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Alios incompetenter removit, indec. alios — ordinavit. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. §. 1. In locum, ex quo indec. emerserat, revertatur. Th. C. I. 9. c. 2. (Wck.) de off. Mag. offic.

Indecore. (Advb.) *Inhoneste, Turpiter.* III. **Cn.** Operarum exactio non denegatur, quia nec ab ea, quae nupta est, indecore praestantur. fr. 48. §. 2. de oper. libert. 38. 1.

Indecorus. (Adiect.) *Dedecorosus.* I. **Sy.** Inhonestus. c. 3. Qu. tut. v. cur. 5. 60. III. **Cn.** Foedum atque indecorum (spectaculum.) Th. C. XV. 6. c. 2. de maiuma. Relatum, quasi indecorum sit (patrem a filio regi.) fr. 12. §. 1. de tut. et cur. dat. 26. 5.

Indefense. (Advb.) *Citra prohibitionem.* III. **Cn.** Quae argenti distractores — indefense constituerint. c. 2. §. 2. de const. pecun. 4. 18.

Indefensus. (Adiect.) *Defensoris expers, qui nomine eius iudicio experiatur.* I. **Sy.** Qui non defenditur. Defensione iusta destitutus. fr. 31. sq. de nox. act. 9. 4. c. 3. c. 6. Quom. et qu. iud. 7. 43. III. **Cn.** Propter metum huius periculi, temere indefensum ius suum relinquere. fr. 40. pr. de hered. pet. 5. 3. Vobis absentibus, et ignorantibus, atque indefensis (iudicatum.) c. 3. l. 7. 43. cf. c. 12. de procur. 2. 13. Contra pupillum indefensum, eumque qui reip. c. abest, vel minorem XXV annis, (propositum peremtorium.) fr. 54. pr. cf. fr. 45. §. 2. de re iud. 42. 1. Magna utilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem aut venditionem patiantur. fr. 1. de N. G. 3. 5. Neque enim pro indefenso derelictus recte dici potest, qui dominum praesentem non habuit, vel habuit paratum defendere etc. fr. 2. §. 1. de cust. et exh. 48. 3. cf. fr. 29. de nox. act. 9. 4.

Indemnatus. (Adiect.) *Nondum condemnatus.* I. **Sy.** Ante sententiam, In reatu, (decedere, s. defungi.) fr. 9. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 2. §. 1. fr. 3. §§. 1. 8. de bon. eor. qu. a. sent. 48. 21.

Indemnis. (Adiect.) **§. 1.** *Damni expers. Securus circa restitutionem eius, quod ei, vel alteri abest.* II. **Op.** Teneri. — Indemnis esse oportere. fr. 9. §§. 4. 6. 8. de adm. rer. ad civit. 50. 8. Ne alii indemnes fiant, alii damnum sentiant. fr. 5. §. 16. de tribut. act. 14. 4. Indemnem praestari, non etiam lucrum sentire. fr. 16. de iure dot. 23. 3. III. **Cn.** Reliquum mihi — praestes, et indemnem me per omnia conserves. fr. 5. §. 3. mand. 17. 1. Stipulabatur, — ut, quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, — eo nomine indemnis esset. Gai. II. 252. Cavere, indemnem eum fore adversus aliquem. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. Hereditatem indemnem praestare (adversus creditores.) fr. 19. §. 2. ad S.C. Vell. 16. 1. Licet in mandato adiectum videatur: „indemnem rationem tuam esse ex causa mandati.“ fr. 59. §. 5. mand. 17. 1. Habiturum me actionem, ut indemnem me praestet. fr. 31. de pign. act. 13. 7. — **§. 2.** *Immunis.* III. **Cn.** Quos ab omni munere — indemnes esse oportet. Th. C. VII. 20. c. 9. de veteran.

Indemnitas. **§. 1.** *Sarcitio damni.* I. **Sy.** Securitas. fr. 1. §. 6. de contr. tut. 27. 4. Rem salvam fore, Indemnitatis (cautio.) fr. 8. de mag. conv. 27. 8. fr. 14. §. 6. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Deducent, quatenus id fieri indemnitas et iuris ratio — exigunt. Vatic. §. 281. Intervenire, — et indemnitatem eis repromittere. fr. 8. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. Non putarem compellendum adire, nisi prius de indemnitate esset ei cautum, vel soluta pecunia esset. fr. 59. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Mulier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit. Paul. II. 11. §. 2. Actionem in factum, cum sua indemnitate, competere. fr. 33. de d. m. 4. 3. Cessat compulsio, tametsi indemnitatis cautio offeratur. fr. 14. §. 6. ad S. C. Treb. 36. 1. Consequi indemnitatem, s. securitatem indemnitatis. fr. 1. §. 6. de contr. tut. 27. 4. c. 3. de conv. fisci deb. 10. 2. Vt indemnitas tibi praestetur

eius

eius, quod expendisti. fr. 5. pr. de cond. c. dat. 12. 4. Sufficit etiam per unum idoneum indemnitati poenae consuli. Paul. V. 33. §. 3. Indemnitatem sarcire tributorum. Th. C. X. 12. c. 2. §. 3. si vag. pet. manc. Indemnitati reip. satisfacere debere. fr. 36. §. 1. ad munic. 50. 1. — **§. 2.** *Immunitas.* III. **Cn.** Vt loca absentium squalida, — de solita fructuum indemnitate securi, — exerceant. Th. C. VII. 20. c. 11. de veteran.

Indeptio. *Adeptio.* III. **Cn.** Quos sublimissimae administrationis illustravit indeptio. Ib. VIII. 5. c. 44. de cursu pub.

Indeptus. (Partic.) Cf. v. Indipisci.

Indere. *Addere, Adiicere.* (Cf. v. Inditus.) I. **Sy.** Adgregare, Tradere (se officiis.) Th. C. VII. 22. c. 7. sqq. de fil. militar. Inserere (actis.) Ib. XI. 30. c. 9. de app. et poen. III. **Cn.** Neve quis in aurum, argentum, aes publicum quid indet, neve immisceat. fr. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Actis indita, vel subiecta. Th. C. l. l. Si vera sunt, quae precibus indidisti. c. 18. de probat. 4. 19. Marit nomen sibi indere. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 5.

Indevotio. *Cessatio, Contumacia.* II. **Op.** Devotio, vel adgnitio debiti. c. 5. de duob. reis. 8. 40. Iul. ep. nov. c. 8. §. 10. III. **Cn.** Vt tota summa illico — praestetur, heredis indevotione coërcenda. fr. 1. de penu leg. 33. 9. Quodsi, etiam post publicam admonitionem, fugae et indevotionis vita praefertur. Th. C. XII. 1. c. 119. de decurion. Protegere indevotionem. c. 35. §. 5. de donat. 8. 54.

Indevotus. (Adiect.) *Contumax.* III. **Cn.** Ne — non solum indevotus, sed etiam impius donator intelligatur, poenasque non solum legitimas, sed etiam caelestes exspectet. c. 35. §. 5. l. 8. 54.

Index. **§. 1.** *Qui indicat aliquid, Delator.* III. **Cn.** Si index cuius flagitii sit, fueritve. fr. 9. §. 1. de iure patron. 37. 14. — **§. 2.** *Epitome uberioris scripturae, vel narrationis. Summa.* II. **Op.** Authenticum. Cf. h. v. Quasi per indicem tetigisse. — Diligentior interpretatio exposita. Gai. III. 54. III. **Cn.** Breviter, v. Summo digito, et quasi per indicem, (exponere, s. tangere.) Gai. l. l. §. 12. I. de pub. iudic. 4. 18. Per indices tantummodo, et titulorum subtilitatem, — quaedam admonitoria eius facere. c. 1. §. 12. de vet. iure enucl. 1. 17.

Indicare. **§. 1.** *Deferre, Denunciare.* I. **Sy.** Deferre. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Vtrum is solus videatur indicasse, vel arguisse, qui ad hoc prosiliit ultro? fr. 3. §. 14. de S.C. Silan. 29. 5. Cum multum intersit, furem quis celet, an non indicet. fr. 48. §. 1. de furt. 47. 2. Qui cognoverat tantum, nec indicaverat (patri.) fr. 2. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices. fr. 4. §. 4. fr. 5. de cond. ob turp. c. 12. 5. cf. fr. 15. de praescr. vv. 19. 5. — **§. 2.** *Prodere, Referre.* III. **Cn.** Veteres — adpellabant, per eam adiectionem indicantes etc. fr. 234. pr. de V. S. 50. 16. Inspectio tabularum etiam lectionem earum indicat. fr. 2. §. 5. testam. quemad. aper. 29. 3. Superius indicavimus etc. Gai. I. 197. cf. 189. Proculus indicat, hoc iure nos uti. fr. 26. §. 1. de A. R. D. 41. 1.

Indicatio. *Adseveratio.* I. **Sy.** Facile adseverare. Facilis esse ad temerariam indicationem. fr. 13. §. 3. de A. E. V. 19. 1.

Indicere. **§. 1.** *Denunciare.* III. **Cn.** Cum legati apud nos essent gentis alicuius, bellum cum eis indictum. fr. 17. de legation. 50. 7. Cf. Fr. L. Cincii I.Cti. Ap. Gell. XVI. 4. Si feriae extra ordinem sint indictae. fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. Interlocutio Praesidis, quae indicta [al. dicta, al. precibus inducta] est. c. 19. ex qu. c. infam. 2. 12. — **§. 2.** *Imperare, Imponere.* I. **Sy.** Iniungere (munera, v. honores.) fr. 13. §. 5. de iniur. 47. 10. fr. 6. §. 5. fr. 18. §. 21. de mun. et hon. 50. 4. Imperare. Cf. h. v. §. 1. Fieri, Indici (collationes.) fr. 8. §. 3. de vac. et excus. 50. 5. Multare. Multam indicere. c. 1. c. 3. de modo mult. 1. 54. III. **Cn.** Vt — exhibeatur libertus, cui patronus operas indicere vult. Gai. IV. 162. Ne ante cederent (sc. operae,) quam indictae fuissent. fr. 24. cf. fr. 13. §. 2. de oper. libert. 38. 1. Viduitatem indicere, (et non dato sacramento.) c. 2. de indic. viduit. 6. 40. cf. c. 2. de inst. et subst. 6. 25. Indictiones temporariae indictae (fundo.) fr. 28. de usu et usufr. leg. 33. 2. Provincialibus inferendum aliquid indicere. Th. C. XI. 16. c. 8. de extr. s. sord. Nihil provincialibus indici, — neque rursus ex his, quae sunt indicta, referri. Ib. l. l. c. 10. Vt non amplius vobis aliquid extra ordinem indicetur. Ib. XI. 1. c. 29. de annon. et tribut.

Indicium. **§. 1.** *Nunciatio, Delatio, Proditio.* III. **Cn.** Quem Praetor propter indicium proditae mortis, vel detectae eorum coniurationis, libertate donavit. fr. 39. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. fr. 8. ad L. Iul. mai. 48. 4. Nunciatores, qui per notoria indicia produnt. fr. 6. §. 3. ad S. C. Turp. 48. 16. Profiteri indicia apud etc. fr. 24. de L. Corn. de fals. 48. 10. Qui falsa indicia confessus fuerit, — quo quis innocens circumveniretur. fr. 3. §. 4. cf. fr. 1. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Nefariae delationis indicia. Th. C. IX. 6. c. 1. ne praet. crim. mai. Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum. Paul. II. 31. §. 24. — **§. 1. A.** *Praemium delationis.* I. **Sy.** Merces. fr. 4. §. 4. fr. 5. de cond. ob turp. c. 12. 5. fr. 15. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices. fr. 4. §. 4. l. 12. 5. — **§. 2.** *Vestigium, v. Signum, rei. Argumentum.* III. **Cn.** Exprimant nomina, — et dignitates singulorum et indicia. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Non tantum verbis, sed etiam re potest (sc. recusari hereditas,) et alio quovis indicio voluntatis. Paul. IV. 4. §. 1. cf. V. 6. §. 11. Th. C. IV. 1. c. 1. de cret. v. B. P. Cum, omissa quoque scriptura, caetera nuptiarum indicia non sint irrita. c. 13. de nupt. 5. 4. Indicia certa — non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem. c. 19. de R. V. 3. 32. cf. c. 8. §. 1. de quaestion. 9. 41. Manifesta fide atque indiciis evidentibus (publicare facinus.) c. 34. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Iudiciis ad probationem indubitatis et luce clarioribus (expedita res.) c. 25. de probat. 4. 19. — **§. 3.** *Depositio, s. Contestatio, scripta.* I. **Sy.** Testimonia, Indicia. Th. C. V. 6. c. 1. de ingen. qu. temp. tyr.

III. **Cn.** Quae (sc. donationes) actorum indicia non haberent. Ib. VIII. 12. c. 6. de donat. — **§. 3. A.** *Nota, Compendiaria scriptura.* I. **Sy.** Breve. Ib. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senator. XI. 1. c. 13. de annon. et tribut. III. **Cn.** In quorum facie, vel corpore, quaecunque indicia aut igne aut ferro impressa sunt. Ep. inst. Gaii. I. 1. §. 3.

Indictio. **§. 1.** *Impositio, Iniunctio.* III. **Cn.** Castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio. fr. 3. §. 1. de R. M. 49. 16. Post indictionem operarum (valetudine impeditus libertus.) fr. 15. de oper. libert. 38. 1. — **§. 2.** *Praestatio publica, praediis imperata.* I. **Sy.** Pensitatio (solemnis et canonica.) c. 2. de lucr. advoc. 12. 62. II. **Op.** Indictio (canonica.) — Superindictum. Th. C. VI. 26. c. 14. pr. de prox. com. disp. XI. 6. c. 1. de superind. III. **Cn.** Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionisve quid nomine — praestare oportet. fr. 13. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Si — eidem fundo indictiones temporariae indictae sint. fr. 28. de usu et usufr. leg. 33. 2. Annonariae species, et caetera quae indictione penduntur. Th. C. XI. 1. c. 3. de annon. et tribut. VI. 26. c. 15. de prox. com. disp. Si quid erogationibus redundarit in speciebus diversis, — id futurae indictioni collationique proficiat. Ib. XI. 5. c. 1. cf. c. 4. de indiction. Nisi eum — sedis amplissimae deposcat indictio, et cogat exactio. Ib. XI. 6. c. 1. de superind. Nihil a provincialibus extraordinaria patimur indictione deposci. Ib. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord. — **§. 3.** *Spatium XV annorum, in computatione temporis inde a Constantini aetate adhibitum.* III. **Cn.** Vsque in consulatum primum clementiae nostrae, i. e. usque indictionem XV., quae proxima fuerit. — Post consulatum vero — i. e. a prima indictione etc. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debitor. Ex indictione undecima Valentiaca, in quintam usque nuper transactam indictionem. Ib. l. l. c. 9. cf. c. 7. In quartam usque indictionem per omnes provincias atque insulas Italiae, per Africam vero tertiae indictionis (debita titulis fiscalibus eximantur.) Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. Eius anni atque indictionis exordio, quae novum denuo annonae commeatibus poscit obsequium. Th. C. XI. 1. c. 18. de annon. et tribut. cf. VII. 4. c. 31. de erog. mil. ann. Vt omni modo, antequam elabatur indictio, annua tributa — exsolvat. Ib. XI. 1. c. 35.

Indictum. *Imperatum, Praeceptum.* III. **Cn.** Contra legem facere, — et militem contra indictum commeatu dimittere. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeat.

Indicus. (Adiect.) *Ad Indiam spectans.* III. **Cn.** Aroma Indicum, — pelles Babylonicae, pelles Parthicae, ebur, ferrum Indicum, — Indici leones etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Indifferenter. (Advb.) *Sine distinctione, Promiscue.* II. **Op.** Putare interesse. — Indiff. uti. fr. 101. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Indiff., sive — sive. Th. C. VIII. 15. c. 6. §. 1. de iis qu. admin. IX. 42. c. 8. pr. de bon. proscr. Cum scierint, sibi quoque molestiae futurum etc. — non indiff. de caetero facient. fr. 10. de cust. et exhib. 48. 3.

Indifficilis. Cf. v. Difficilis.

Indigena. *Qui in eo loco genitus est, ubi degit.* III. **Cn.** Indigenae, atque ipsius provinciae finibus innutriti. Th. C. VII. 13. c. 6. §. 1. de tiron. cf. VII. 18. c. 10. de desertor. Ex indigenis rom. et civibus, (eligantur equites R.,) vel his peregrinis etc. Ib. VI. 36. c. 1. de equestr. dign.

Indigere. *Egere.* III. **Cn.** Opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tectaque sint, vel an aliqua refectione indigeant. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 1. §. 7. de riv. 43. 21. Vt cesset cura, si tutela [al. tutelae] aetas indigeat. fr. 3. pr. de tutel. 26. 1. Graviore animadversione indigent, quam ut sufficiat eis (suspectorum infamia.) fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. Venia indiget, nisi tam lata culpa fuit etc. fr. 11. de incend. ruina. 47. 9.

Indignari. **§. 1.** *Aegre ferre, Irasci.* III. **Cn.** Qui — matrimonium suum contemnit, quique contaminationi non indignatur. fr. 2. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Nec indignari eos oportere, (si plus conferant et minus accipiant.) fr. 2. §. 5. de collation. 37. 6. Plane indignandum est etc. fr. 4. pr. si qu. om. c. testam. 29. 4. — **§. 2.** *Dedignari, Spernere.* III. **Cn.** Quos — admittere non sunt indignati. c. 2. §. 20. de vet. iure enuncl. 1. 17. Res, quae adquiri indignantur. c. 6. de emanc. 8. 49. cf. c. 34. pr. de donat. 8. 54.

Indignatio. *Ira, Dedignatio.* III. **Cn.** Lex parem in eos — indignationem exigit, et severitatem requirit. fr. 32. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Hoc edictum summam habet aequitatem, et sine cuiusquam indignatione iusta. fr. 1. pr. Qu. quisq. iur. 2. 2. Nec idcirco patris indignatione posse unquam rescindi (donationem iustam.) Vatic. §. 314. cf. fr. 22. pr. de inoff. testam. 5. 2. Quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. c. 17. ad L. Iul. de adult. 9. 9. cf. Th. C. XIII. 5. c. 16. pr. de navicul. Citra indignationem Principis (successor ei datus.) fr. 2. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Domus eius fisci viribus vindicetur, et sit sub indignatione Principis. Iul. ep. nov. c. 52. §. 194. Post dei iudicium, etiam nostram indignationem timeat. Ib. c. 71. §. 257. Etiam congruam indignationem incurrat. Th. C. VIII. 7. c. 21. sq. de div. offic. cf. Iust. C. c. 6. de spectac. 11. 40. c. 2. de censib. 11. 47.

Indigne. (Advb.) *Indecore, Iniuste.* III. **Cn.** Docere immerentem se, et ideo et indigne praeteritum. fr. 5. de inoff. testam. 5. 2. Qui non indigne sortiturus sit (huiusmodi conditionis uxorem.) fr. 20. §. 2. de manum. vind. 40. 2. Is indignissime consequeretur (commodum possessoris.) fr. 20. de probat. 22. 3.

Indignus. (Adiect.) **§. 1.** *Non meritus, Iniustus, Inhabilis.* I. **Sy.** Minus habilis. fr. 2. §. 34. ad S. C. Tertull. 38. 17. Non esse dignus consequi, Eius conditionis esse ut obtinere non possit (hereditatem, v. fideicommissum.) Quasi indignum, carere. fr. 1. fr. 5. §§. 1. 15. de h. qu. ut indign. 34. 9. III. **Cn.** Indignus est, cui haec exceptio patrocinetur. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Nisi si quid tale hi servi admiserint, ut indigni sint quo libertatem consequantur. fr. 20. de manum. testam. 40. 4. Sed ille indi-

gnus est quid habere, quia etc. fr. 7. §. 3. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 53. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Qui indignus est ordine inferiore, indignior est superiore. fr. 4. cf. fr. 12. pr. de Senat. 1. 9. Indignum iudicio patris dicere debebit, qui etc. fr. 35. de excusatt. 27. 1. Magis est ut dicatur, capere illam ex testamento, nec quasi indignam esse repellendam. fr. 2. §. 2. de h. qu. ut indign. 34. 9. cf. fr. 13. §. 9. de iure fisci. 49. 14. Accusare ut indignos (heredes.) fr. 26. de S. C. Silan. 29. 5. Indigno herede pronunciato. fr. 8. de h. qu. ut indign. 34. 9. Sponsalia improbanda, et quasi ab indignis ea, quae donata sunt, ablata fisco vindicari. fr. 32. §. 28. de donat. int. V. 24. 1. cf. Paul. III. 5. §§. 10. 13. V. 12. §. 2. Bona vacantia, et caduca, et ea quae indignis — auferuntur. Th. C. XI. 30. c. 26. de app. et poen. — **§. 2.** *Inhonestus, Ignominiosus.* III. **Cn.** Si indignum moribus, vel turpem (sponsum ei pater eligat.) fr. 12. §. 1. de sponsal. 23. 1. Qui indignis natalibus, et conversatione deterrima. Th. C. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. offic. Indignum esse, s. videri posse. fr. 24. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. fr. 4. de extr. crim. 47. 11. Aut, quod est indignius etc. fr. 17. §. 22. de iniur. 47. 10.

Indiligentia. *Incuria.* III. **Cn.** Quodsi praestari consuetum indiligentia [al. indulgentia] publicani omiserat. fr. 9. §. 6. de publican. 39. 4.

Indipisci. *Adipisci, Nancisci.* I. **Sy.** Impetrare, Adipisci. Th. C. VI. 16. c. 1. de comit. et archiatr. VI. 22. c. 1. c. 8. pr. §. 1. de honor. codic. III. **Cn.** Qui aliquid — meruerunt, restituere indepta cogantur. Ib. IX. 42. c. 13. de bon. proscr. Quem (sc. filium,) senatorio necdum indepto honore, suscepit. Ib. XII. 1. c. 74. pr. de decurion.

Indiscrete. (Advb.) *Sine delectu.* I. **Sy.** Sine ulla distinctione. fr. 25. pr. §. 4. de probat. 22. 3. III. **Cn.** Non indiscr., sed cum moderata divisione, (ei praestari auxilium.) c. 8. §. 1. de praescr. XXX. 7. 39.

Indiscretim. Idem. III. **Cn.** Quos (sc. clericos) indiscr. ad saeculares iudices debere deduci, infaustus praesumtor edixerat. Th. C. XVI. 2. c. 47. §. 1. de episc. eccl.

Indiscretus. (Adiect.) *Non disiunctus, Aequalis.* III. **Cn.** Maneat cunctos indiscreta (professio.) Ib. VI. 2. c. 2. §. 2. de Senator. Non sinimus indiscreta esse (merita.) Ib. VI. 27. c. 19. de agent. in reb. Poenas debitas exigi, indiscreta (dignitate.) Ib. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qu. in S. pal.

Indiscussus. (Adiect.) *Non perpensus, Inconsideratus.* III. **Cn.** Sit omnibus inspectionis copia, quae indiscussos hominum calores potest refrenare. Nov. 23. c. 1. Indiscussum praeteriri non debet. Nov. Maior. de bon. caduc. IV. 5. c. 1. pr.

Indistincte. (Advb.) **§. 1.** *Citra discrimen, Sine exceptione.* I. **Sy.** Sine (ulla) distinctione. fr. 24. §. 2. de iudic. 5. 1. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. III. **Cn.** Indist. adquiri, v. solvi fr. 49. de A. R. D. 41. 1. fr. 5. pr. de solut. 46. 3. Hoc iure indist. utimur. fr. 11. §. 9. de iniur. 47. 10. Ind. scribit (Iulianus.) fr. 32. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 2.** *Generaliter.* III. **Cn.** Si optio hominis data sit, vel indist. homo legatus sit. fr. 3. Qu. et a qu. man. 40. 9. Post annos ind. liber esse iussus. fr. 17. §. 3. de manum. testam. 40. 4. Si ind. datus sit curator. fr. 4. pr. de tutel. 26. 1.

Inditus. (Partic.) *Adscriptus, Adtributus.* (Cf. v. Indere.) I. **Sy.** Adfixus (censibus.) Cf. h. v. §. 2.

Individuus. (Adiect.) **§. 1.** *Divisionis impatiens.* I. **Sy.** Quae divisionem, s. dividuitatem, non admittunt, v. recipiunt, Individua. fr. 1. §. 9. fr. 7. fr. 80. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. fr. 2. §§. 1. sq. fr. 4. §. 1. fr. 72. pr. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Vnum, atque eo modo individuum, (ius viae esse.) fr. 6. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Officium individuum, ac periculum esse commune. fr. 11. pr. fr. 13. ad munic. 50. 1. — **§. 2.** *Non divisus, Indiscretus.* I. **Sy.** Societas, Individua consuetudo (vitae.) fr. 1. de R. N. 23. 2. fr. 1. de act. rer. amot. 25. 2. III. **Cn.** Communis et individua (hereditas.) fr. 32. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. cf. c. 3. in qu. c. cess. l. t. praescr. 7. 34.

Indivisus. (Adiect.) **§. 1.** *Non divisus.* I. **Sy.** Communis, Indivisa (res.) fr. 89. §. 1. de legat. II. (31.) II. **Op.** Divisus. Cf. h. v. Ex divisione quaesita pars, Certus locus, — Pro indiviso (pars, s. portio.) fr. 1. de eviction. 21. 2. fr. 3. §. 2. Qui potior. 20. 4. III. **Cn.** Pro partibus utique indivisis, ut intellectu magis partes habeant, quam corpore. fr. 5. de stipul. serv. 45. 3. cf. fr. 5. §. 15. commod. 13. 6. Pro indiviso commune esse. Communio pro indiviso. fr. 5. l. 45. 3. cf. fr. 83. pro soc. 17. 2. fr. 94. §. 1. de solut. 45. 3. Indivisum patrimonium, v. Indivisam successionem, habere (cum aliquo.) fr. 3. de excusatt. 27. 1. c. 1. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Nihil debet indivisum relinquere (iudex familiae erciscundae.) fr. 25. §. 20. fr. 39. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. — **§. 2.** *Divisionis incapax.* III. **Cn.** Sin autem vel naturaliter indivisae sint (sc. res,) vel sine damno divisio earum fieri non potest. fr. 26. §. 2. de legat. I. (30.) Pars (viae etc.) in obligationem deduci non potest, quia usus eorum indivisus est. fr. 17. de servit. 8. 1. cf. fr. 139. de V. O. 45. 1.

Indoctus. (Adiect.) *Imperitus, Rudis.* II. **Op.** Consummatae scientiae (artifex.) — Indoctus (in artificium.) fr. 19. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Indotatus. (Adiect.) *Dote carens.* II. **Op.** Dotatus. Cf. h. v. Dotem habituram esse. — Indotatam fieri. fr. 4. §§. 21. sq. de d. m. exc. 44. 4. III. **Cn.** Denuo — dos constituenda est, ne sequenti matrimonio mulier indotata sit. fr. 63. cf. fr. 40. de iure dot. 23. 3. Dotem confestim — deducet, aliter enim videbitur indotatam uxorem habere. fr. 85. ad L. Falc. 35. 2. Si convenerit, ne omnino dos petatur, indotata erit mulier. fr. 12. §. 1. cf. fr. 4. de pact. dot. 23. 4.

Indubitabilis. (Adiect.) *Non ambiguus.* III. **Cn.** Indubitabili signo demonstrare, quod paene nihil a nomine distat. fr. 9. §. 8. de hered. inst. 28. 5.

Indubitanter. (Advb.) *Sine dubio, v. haesitatione.* III. **Cn.** Indub. probatur. fr. 2. §. 7. de B. P. s. t. 37. 11. Ind. adsciscì (fisci viribus.) Th. C. XVI. 5. c. 3. de haeretic.

Indubitate. (Advb.) *Certo, Manifeste.* I. **Sy.**

Impetrabile esse. Ind. impetrari. fr. 1. §. 44. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Illud certe indubitate dicitur. fr. 1. §. 9. de legat. III. (32.) cf. fr. 45. de furt. 47. 2. Ind. posse, v. non posse. fr. 6. §. 7. si qu. om. c. testam. 29. 4. fr. 8. pr. de manum. 40. 1. Indub. pati non debet (utrumque onus.) Sed hic videamus etc. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Indubitatus. (Adiect.) *De quo dubitari non potest.* I. **Sy.** Certus. Cf. h. v. §. 1. Procul dubio. Indubitatum est. fr. 6. §. 12. fr. 8. pr. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Rem certam et indubitatam (remittere.) fr. 1. de transact. 2. 15. Cum de sententia indubitata, quae nullo remedio adtentari potest, (transigitur.) fr. 23. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. Indubitatum atque intactum (faciat perdurare.) Th. C. XIV. 4. c. 6. de suar. Indubitati iuris est. fr. 49. de re iud. 42. 1. Consult. vet. I.Cti. c. 1.

Indubius. (Adiect.) *Manifestus.* III. **Cn.** Indubiis probationibus probare. c. 11. de fide instrum. 4. 21. Indubia probationis luce constare. c. 3. de cond. ob turp. c. 4. 7.

Inducere. §. **1.** *Invehere, Introducere, Immittere,* I. **Sy.** Introducere (in praedia etc.) fr. 32. de pignor. 20. 1. fr. 1. pr. §. 5. de migr. 43. 32. Mittere (in possessionem.) Paul. IV. 1. §§. 15. 17. Ducere in, v. per (agrum, v. locum.) fr. 31. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. §. 5. si quadrup. 9. 1. II. **Op.** Abducere. fr. 1. pr. de migr. 43. 32. III. **Cn.** Quaecunque in praedia pignori data, inducta, invecta, importata, ibi nata, paratave essent. fr. 32. de pignor. 20. 1. cf. c. 5. de locat. 4. 65. Fures non ab eo inducti, sed alias ingressi. fr. 39. de furt. 47. 2. Inducere in fundum legatarium, eumve pati uti frui. fr. 3. pr. de usufr. 7. 1. In (vacuam) possessionem induci. fr. 35. §. 1. de donat. 39. 5. fr. 33. fr. 52. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 5. de vi et vi arm. 43. 16. Vatic. §§. 314. 316. Perraro solet (sc. Princeps) permittere restitutionem, et induci in auditorium suum eum etc. fr. 18. §. 1. de minor. 4. 4. cf. c. 2. de excus. mun. 10. 47. — §. **1. A.** *Inferre, Auspicari, Admittere.* I. **Sy.** Admittere. fr. 1. §. 6. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 5. §. 2. fr. 10. §. 1. ad S. C. Tert. 38. 17. Constituere. c. 7. §§. 4. 8. de cur. furios. 5. 70. Locum esse (Falcidiae.) Inducere posse (Falcidiam.) fr. 11. §. 6. fr. 32. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Praetor proposuit, induxitque in usum (sc. actionem.) fr. 1. pr. de contr. tut. 27. 4. Ad eos — non pertinet lex (Falcidia,) sed per edictum Praetoris inducitur potestas legis. fr. 1. §. 2. cf. fr. 18. pr. ad L. Falc. 35. 2. Vel propter has potissimum pecunias — constitutio inducta. fr. 3. §. 2. de const. pecun. 13. 5. Hoc edictum — adversus futura opera inductum est. fr. 1. §. 1. de O. N. N. 39. 1. Quod moribus et consuetudine inductum [al. introductum] est. fr. 32. pr. de LL. 1. 3. fr. 3. pr. de praevar. 47. 15. Senatu constituente, v. S.Cto, induci. fr. 2. §. 12. de O. I. 1. 2. fr. 1. de usufr. ear. rer. 7. 5. Constitutio, quae hoc induxit. fr. 37. §. 3. de legat. III. (32.) Videndum, num — possit interpretatione induci, ut etc. fr. 29. §. 14. de lib. et posth. 28. 2. Novam sententiam induxerunt (Papin. et Messius.) fr. 50. de iure fisci. 49. 14. Gallus induxit, (sic posse instituti posthumos.) fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. Aequitas, v. Ratio iuris, inducit etc. fr. 36. de admin. et peric. 26. 7. fr. 18. §. 2. de h. qu. ut indign. 34. 9. His consequens erit, ut — etiam Trebellianum S. C. inducamus, (et utiles actiones exerceri possint.) fr. 18. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Hereditas captivi, quae lege Cornelia inducitur. fr. 12. §. 1. de captiv. 49. 15. Traditio plane et patientia servitutium inducet officium Praetoris. fr. 1. §. 2. de S. P. R. 8. 3. Voluntate domini induci pignus ita posse. fr. 5. §. 1. In qu. c. pign. 20. 2. Inducendorum nomine, et cognitionum exercendarum, v. Pro inducenda cognitione, (dare.) c. 4. pr. de castrensian. 12. 26. c. 3. §. 2. de priv. schol. 12. 30. Quaedam genera — doctrinae superstitioni inducere. Coll. LL. M. XV. 3. cf. Paul. V. 21. §. 2. — §. **2.** *Adducere.* III. **Cn.** Educatio pupillorum — matri eorum, si non vitricum eis induxerit, committenda est. c. 1. ubi pup. educ. 5. 49. — §. **2. A.** *Illicere, Compellere, Persuadere.* III. **Cn.** Si metu me coëgeris, aut dolo induxeris, ut etc. Gai. IV. 117. Ne in potestate eius sit, proferre quod velit, et per hoc in fraudem legatarii inducantur. fr. 95. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 48. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Licet alia opinione inductus crediderit etc. Gai. IV. 178. Licet non acceperint (sc. pecuniam,) calore tamen inducti interfecerint. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. repet. 48. 11. — §. **2. B.** *Instituere.* III. **Cn.** Qui primis litteris pueros inducunt [al. imbuunt, v. induunt.] fr. 11. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. — §. **3.** *Superducere, Obducere.* III. **Cn.** Si ususfr. civitati legetur, ut aratrum in eam inducatur. fr. 21. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Si tectorium induxeris. fr. 38. de R. V. 6. 1. — §. **3. A.** *Oblitterare, Expungere.* III. **Cn.** Quod non iussu domini scriptum, inductum, deletumve est. fr. 1. pr. de h. qu. in testam. 28. 4. Nihil interest, inducatur quod scriptum est, an adimatur. fr. 16. de adim. legat. 34. 4. Inducta — accipiendum est, et si perducta sint. fr. 1. pr. de h. qu. in testam. 28. 4. Incidere testamentum suum, et heredum nomina inducere. fr. 3. ib. 28. 4. fr. 12. fr. 16. §. 2. de h. qu. ut indign. 34. 9. — §. **3. B.** *Abolere, Tollere.* I. **Sy.** Circumducere (cognitionem.) fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 9. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Differendum de libertate iudicium, donec de inofficioso iudicium aut inducatur, aut finem accipiat. fr. 7. pr. de hered. pet. 5. 3. Ne capiatur pater, inducta totius temporis causa. fr. 37. §. 2. de admin. et peric. 26. 7.

Induciae. §. **1.** *Belli cessatio in aliquod tempus.* III. **Cn.** Induciae sunt, cum in breve — convenit, ne invicem se lacessant. fr. 19. §. 1. de captiv. 49. 15. — §. **1. A.** *Furoris intermissio.* I. **Sy.** Intervalla (dilucida, v. media.) Laxamentum, Intermissio (furoris.) Induciae (furiosi.) c. 6. de cur. furios. 5. 70. c. 9. Qu. testam. fac. p. 6. 22. — §. **2.** *Dilatio.* I. **Sy.** Spatium, Tempus, Dilatio (quinquennii, s. quinquennale.) Induciae (quinquennales.) c. 8. Qui bon. ced. p. 7. 71. III. **Cn.** Post lapsum eorum (sc. curriculorum) semestres tantum habere eum inducias. c. 26. de fideiuss. et mand. 8. 41. His, conventione praemissa, XX. dierum condonavimus indu-

cias. Th. C. XVI. 5. c. 62. de haeretic. cf. XI. 1. c. 34. de annon. et tribut.

Inductio. **§. 1.** *Introductio, Immissio.* I. **Sy.** Traditio (corporalis.) Inductio (corporaliter impleta.) Ib. VIII. 12. c. 1. §. 2. c. 2. de donat. III. **Cn.** Vacuae possessionis inductione celebrata. Vatic. §. 293. **§. 2.** *Expunctio, Deletio (scripturae.)* III. **Cn.** Si novissime — testamento fuerit adscriptum: „Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci." fr. 1. §. 1. cf. fr. 2. de h. qu. in testam. 28. 4.

Induere. **§. 1.** *Vestire, Adaptare.* III. **Cn.** Quae induendi, operiendi, cingendi, sternendi, iniiciendique causa parata sunt. Paul. III. 6. §. 79. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. Vestis, qua is fuerit indutus. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. cf. Th. C. XIV. 10. c. 1. pr. de habitu quo uti op. — **§. 2.** *Capere, Adsumere.* I. **Sy.** Accipere (rudem.) Coll. LL. M. XI. 7. III. **Cn.** Imaginem navicularii induere, (effugiendorum munerum causa.) fr. 5. §. 9. de iure immun. 50. 6. Qui, nomen christianitatis induti, (sacrificia fecerint.) Th. C. XVI. 7. c. 7. §. 3. de apostat.

Indulgens. (Partic.) *Gratificans, Benignus.* III. **Cn.** Quos (sc. dies) geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit [al. excepit.] Th. C. II. 8. c. 2. pr. de feriis.

Indulgentia. **§. 1.** *Gratia, Benignitas.* III. **Cn.** Haec B. P. habet Praetoris indulgentiam, neque ex iure civili originem habet. fr. 1. pr. unde cognat. 38. 8. Quod (sc. beneficium) a divina Imperatoris indulgentia proficiscitur. fr. 3. de const. Princ. 1. 4. D. Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Si Senatori indulgentia Principis fuerit permissum, (libertinam iustam uxorem habere.) fr. 31. de R. N. 23. 2. Ex indulgentia Principum excusari. fr. 41. pr. de excusatt. 27. 1. Postulatae indulgentiae, adnotationisve Principis indultum. Th. C. III. 10. c. 1. si nupt. ex rescr. — **§. 2.** *Poenae remissio. Criminum, v. Peccatorum, condonatio.* I. **Sy.** Gratia (sententiae facta.) Benignitas. c. 4. sq. c. 10. sq. de sent. pass. 9. 51. Abolitio (criminum.) Cf. h. v. §. 2. Indultum. Th. C. l. l. cf. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Baptisma, Mysterium. Ib. XVI. 6. c. 4. pr. ne S. bapt. III. **Cn.** Vltioni dominorum non obstare indulgentiam ipsorum. fr. 3. §. 17. de S.C. Silan. 29. 5. cf. fr. 1. de collus. deteg. 40. 16. Coll. LL. M. VI. 4. Omnes omnium criminum reos — hac nostra indulgentia liberamus. Th. C. IX. 38. c. 10. de indulg. crim. Qui in desertione fuit, si se obtulerit, ex indulgentia Imperatoris nostri in insulam deportatus est. fr. 5. §. 4. de R. M. 49. 16. Qui in insulam deportantur, — si per omnia in integrum indulgentia Principali restituantur. Paul. IV. 8. §. 24. c. 12. de sentent. pass. 9. 51. fr. 2. eod. 48. 23. Servus effectus, — postea indulgentia Principali libertatem consecutus est. fr. 30. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 24. §. 5. de fideic. libb. 40. 5. Indulgentia — nec infamiam criminis tollit, sed poenae gratiam facit. Th. C. IX. 38. c. 5. de indulg. crim. — **§. 3.** *Remissio tributorum.* I. **Sy.** Largitas. Ib. XI. 28. c. 10. de indulg. debitor. III. **Cn.** V. annorum indulgentia contributa, partem solvant publicae functionis. Ib. l. l. c. 7. Indulg., quam — generaliter per omnes provincias et populos sparsimus. Ib. l. l. c. 10. Quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Ib. VII. 20. c. 2. pr. de veteran.

Indulgere. **§. 1.** *Gratificari, Connivere, Ignoscere.* I. **Sy.** Concedere (reliqua.) Condonare. Relaxare. Th. C. XI. 28. c. 1. sqq. c. 6. c. 9. c. 11. c. 16. sq. de indulg. debitor. Absolvere, Ignoscere. Ib. XI. 38. c. 1. c. 4. c. 8. de indulg. crim. III. **Cn.** Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat. fr. 22. de LL. 1. 3. Quod Princeps alicui ob merita indulsit. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. Nisi nominatim id privilegium eis indultum sit. fr. 17. §. 3. de excusatt. 27. 1. fr. 10. §. 1. de R. M. 49. 16. fr. 5. §. 6. de iure immun. 50. 6. Abolitio reorum, quae publice indulgetur. fr. 17. ad S.C. Turp. 48. 16. Neque malitiis indulgendum est. fr. 38. de R. V. 6. 1. Omnibus indulgemus, praeter veneficos. Th. C. IX. 38. c. 1. de indulg. crim. Cuncta reliqua indulgemus, (excepto auro et argento.) Ib. XI. 28. c. 1. c. 8. c. 16. de indulg. debit. — **§. 2.** *Largiri, Impertire, Decernere.* I. **Sy.** Concedere (restitutionem, v. separationem.) fr. 26. pr. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 1. §§. 14. sq. de separat. 42. 6. Decernere (actionem.) fr. 1. §. 4. fr. 9. §. 5. de d. m. 4. 3. Dare (actionem, v. exceptionem.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Iudicem — solutius aequitatem sequi, cum hoc ei et actionis natura indulget. fr. 14. §. 13. de relig. 11. 7. Merito causae cognitionem Praetor inseruit, neque enim passim haec actio indulgenda est. fr. 9. §. 5. de d. m. 4. 3. cf. fr. 4. §. 8. de R. M. 49. 16. Sed me non dubitare, quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium. fr. 18. pr. ad L. Falc. 35. 2. Postulantibus, v. Petentibus, indulgere (advocatum etc.) fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 26. §. 6. de nox. act. 9. 4. Gai. IV. 164. Inficiantibus indulgendum non est (auxilium divisionis.) fr. 10. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Carbonianam B. Pnem non debet accipere, toties enim ea indulgenda est, quoties etc. fr. 20. de inoff. testam. 5. 2. Is, qui separationem indulturus est. fr. 1. §. 14. de separat. 42. 6. Exceptio indulgenda est (domino.) fr. 23. de iureiur. 12. 2. Manumittendo — indulgere servis suis libertatem. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. Tempus reo principali indultum. fr. 1. iudicat. solvi. 46. 7.

Indultum. *Concessio, Permissio.* I. **Sy.** Indulgentia. Cf. h. v. §. 2. Beneficium. Cf. h. v. §. 1. Privilegium. Th. C. XIV. 4. c. 9. c. 10. §. 2. de suar. III. **Cn.** Idque non iam ex codicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto. Ib. l. l. c. 9. Quam (sc. veniam) de nobis sub adnotationis indulto meruerit. Ib. XIII. 5. c. 36. pr. de navicular. cf. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Iuxta Constantinianae legis indultum. Ib. IV. 15. c. 1. de quinqu. praescr. cf. XIII. 5. c. 26.

Indumentum. *Vestis.* I. **Sy.** Habitus, Vestimentum. Th. C. I. 15. c. 16. (Wck.) de off. Vicar. XIV. 10. c. 1. c. 4. de habitu quo uti op. Indutus. Ib. X. 21. c. 2. de vest. holover.

Industria. **§. 1.** *Studium, Diligentia.* I. **Sy.** Solertia (negotiandi.) Th. C. XIII. 1. c. 2. c. 5. de lustr. collat. II. **Op.** Negligentia. fr. 25. pro soc.

17. 2. III. **Cn.** Si alter plus operae, industriae, pecuniae in societatem collaturus sit. fr. 26. fr. 29. pr. §. 1. fr. 80. ib. 17. 2. Qui ob singularem industriam, — explorata eorum fide et gravitate, (ad huius officii magnitudinem adhibentur.) fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. Ad perorandas causas, laudum atque industriae amore duci. Th. C. XII. 1. c. 116. de decurion. Industriae favore tolerare (necessitatem publicam.) Ib. l. l. Ne industria poenas desidiae solvat. c. 12. de depos. 4. 34. — **§. 2.** *Scientia, Consilium.* III. **Cn.** Si vitem tenuit, — si ex industria fregit. fr. 13. §. 4. de R. M. 49. 16. Si de industria (non venerint in iudicium.) fr. 62. §. 1. de evictiou. 21. 2. Quod quidem saepe fit industria, si etc. Th. C. XI. 30. c. 11. de app. et poen.

Industrius. (Adiect.) *Studiosus, Diligens.* III. **Cn.** Num is — diligens paterfam. fuerit, actibusque publicis industrium se docuerit. c. 1. Qui et adv. quos. 2. 42. Industrius quisque, et labore non minus quam genere nobilis. Th. C. I. 9. c. 3. (Wck.) de off. mag. offic. Alumno minus industrio prospectum esse velle. fr. 71. pr. de cond. et dem. 35. 1.

Indutorius. (Adiect.) *Ad induendum habilis.* III. **Cn.** Quae ex lana et lino texta sunt, — pelles quoque indutoriae. Paul. III. 6. §. 79.

Indutus. (Subst.) *Vestimentum.* I. **Sy.** Indumentum. Cf. h. v.

Inedia. *Abstinentia a cibo.* III. **Cn.** Duritia, vel inedia, atque verberibus eos (sc. servos) adficere. c. 22. de admin. tut. 5. 37. Inedia, aut quocunque modo, exhaurire (aliquem.) Th. C. IX. 3. c. 1. §. 1. de cust. reor.

Ineffectus. Cf. v. Infectus.

Inefficaciter. (Advb.) *Sine effectu.* II. **Op.** Vires habere (sententiam.) — Ineff. condemnatum eum videri. fr. 2. pr. §. 1. Qu. sent. sine app. 49. 8. III. **Cn.** Ineff. te codicillis rogatam esse. c. 2. de codicill. 6. 36.

Inefficax. (Adiect.) *Invalidus, Inutilis.* I. **Sy.** Nulla (alienatio etc.) fr. 35. sq. de A. R. D. 41. 1. Inutilis. fr. 14. §. 1. de adim. legat. 34. 4. II. **Op.** Valere, Proficere ad etc. — Inefficax esse. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 24. §§. 1. sq. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Non prius — quam conditio exstiterit, ne sit inefficax deficiente conditione. fr. 11. §. 5. de rec. qu. arb. 4. 8. Per doli exceptionem inefficacem fieri (ex stipulatu actionem.) fr. 13. de iure dot. 23. 3. Perinde inefficax est decretum, atque si nulla iudicata res intervenisset. fr. 3. de collus. deteg. 40. 16. Inefficacem actionem constituit (diuturnum silentium.) c. 1. si ad. cred. pr. opp. 7. 36.

Ineffrenatus. Cf. v. Infrenatus.

Inelegans. (Adiect.) *Rationis et subtilitatis expers.* III. **Cn.** Inutilis est talis stipulatio, — nam inelegans esse visum est etc. Gai. III. 100. Absurdum atque inelegans. c. 3. de usur. rei iud. 7. 54.

Ineleganter. (Advb.) *Insubtiliter.* III. **Cn.** Non ineleg. dici, v. probari, v. defendi posse etc. fr. 3. pr. de minor. 4. 4. fr. 42. de hered. inst. 28. 5. fr. 66. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 2. de auro arg. 34. 2. Quod non ineleg. — cum omni subtilitate disposuit (Vlpianus.) c. 1. §. 9. de caduc. toll. 6. 51.

Inelegantia. *Inconcinnitas, Discrepantia.* III. **Cn.** Sed postea D. Hadrianus, iniquitate rei et inelegantia iuris motus, (restituit iuris gentium regulam.) Gai. I. 84. sq.

Ineluctabilis. (Adiect.) *Non evitandus, v. profligandus.* III. **Cn.** Aestimare, — utrum ineluctabilis necessitas (venditorem faciat curialem.) Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §. 9.

Inemtus. (Adiect.) *Emtioni exemtus, Venditione non comprehensus.* I. **Sy.** Invenditus. fr. 10. pr. §. 1. de resc. vend. 18. 5. Resolvi, Retroagi (emtionem, s. venditionem.) Inemtum fieri. fr. 17. de in diem add. 18. 2. fr. 19. de usurp. 41. 3. III. **Cn.** Lege venditionis inemto praedio facto. Vatic. §. 14. fr. 2. fr. 5. de L. commiss. 18. 3. fr. 11. §. 13. Qu. vi aut cl. 43. 24. Fundos inemtos fore, et id quod arrae, vel alio nomine datum esset, apud venditorem remansurum. fr. 6. pr. fr. 8. de L. comm. 18. 3. De ornamentis restituendis, iumentisve — redhibendis, in diebus LX., morbi autem vitiive causa inemtis faciendis, in VI. mensibus — iudicium dabo. fr. 38. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Ineptia. **§. 1.** *Stultitia.* III. **Cn.** Ob segnitiam, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam (remotus.) fr. 3. §. 18. de susp. tut. 26. 10. **§. 2.** *Ineptiae, i. e. Res inepta, Nugae.* III. **Cn.** Ne quis omnino huiusmodi ineptiis se immisceret. Coll LL. M. XV. 2.

Ineptus. (Adiect.) **§. 1.** *Inhabilis.* (Cf. v. Inaptus.) — **§. 2.** *Nugatorius, Stultus.* I. **Sy.** Ridiculus. fr. 86. pr. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Quod totum et ineptum et vitiosum est. fr. 59. §. 1. ib. 28. 5. In proposito ne possibilis quidem reperiri posset (sc. conditio,) certe si verbis exprimeretur, inepta fieret. fr. 86. pr. ib. 28. 5. Ineptae voluntates defunctorum. fr. 113. §. 5. de legat. I. (30.) Ineptissimum est etc. fr. 3. §. 23. de A. v. A. P. 41. 2.

Inermis. (Adiect.) *Non armatus.* II. **Op.** Armatus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Etsi inermes venerant, si in ipsa concertatione — eo processerunt, ut fustes aut lapides sumerent. fr. 3. §. 4. de vi et vi arm. 43. 16.

Iners. (Adiect.) *Imbecillis, Ignavus.* III. **Cn.** Vulgus iners. Th C. VIII. 7. c. 10. de div. offic. Qui castris idoneos iuvenes studio inertis obsequii putaverint occulendos. Ib. VII. 1. c. 10. de R. M.

Inertia. *Desidia, Ignavia.* III. **Cn.** Segnitia, vel rusticitas, inertia, simplicitas, vel ineptia. Cf. v. Ineptia. Non debet alterius collusione aut inertia alteri [al. alterius] ius corrumpi. fr. 9. pr. de liberali c. 40. 12.

Inesse. *Contineri, Comprehendi.* I. **Sy.** Cohaerere, Inhaerere. fr. 1. §. 1. de off. eius. 1. 21. fr. 3. de iurisd. 2. 1. c. 2. comm. de legat. 6. 43. Contineri, Haberi (numero etc.) fr. 14. §. 10. Qu. met. c. 4. 2. fr. 12. §§. 40. sqq. fr. 18. §§. 1. sq. de instr. leg. 33. 7. fr. 27. §§. 5. sq. de auro arg. 34. 2. Tacite valere. fr. 4. pr. §. 3. de pact. 2. 14. II. **Op.** Deesse. Cf. h. v. §. 1. Extrinsecus venire. — Tacite inesse.

fr. 99. de cond. et dem. 35. 1. Adscribi, v. Expressum esse. — (Vi ipsa) inesse. fr. 1. pr. §. 3. ib. 35. 1. fr. 126. §. 2. fr. 138. §. 1. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Maximam partem legatam esse, quia in maiore minor quoque inesset. fr. 29. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 1. §. 4. de V. O. 45. 1. Dolo inest (et fraus.) fr. 7. §§. 9. sq. de pact. 2. 14. Imperium, cui etiam iurisdictio inest. fr. 3. de iurisd. 2. 1. Pacta in continenti facta stipulationi inesse creduntur. fr. 40. de R. C. 12. 1. Cum doli exceptio insit de dote actioni, ut in caeteris b. f. iudiciis. fr. 21. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 7. §§. 5. sq. de pact. 2. 14. Verba — inspicienda sunt, raro inesse tempus vel conditionem (sc. stipulationibus.) fr. 126. §. 2. de V. O. 45. 1. Quodsi nihil convenit, tunc ea praestabuntur, quae naturaliter insunt huius iudicii potestate. fr. 11. §. 1. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 1. §. 14. ut legat. serv. c. 36. 3. Inesse (stipulationi,) atque si hoc expressum fuisset. fr. 4. §. 3. de pact. 2. 14. Tacite inesse (stipulationi, v. institutioni.) fr. 2. §§. 3. 6. de eo qu. c. loc. 13. 4. fr. 38. pr. de solut. 46. 3. fr. 25. de hered. inst. 28. 5.

Inexcusabilis. (Adiect.) *Non evitandus, v. declinandus.* III. **Cn.** Alimentis praestandis, — vel tributis, vel quibusdam aliis inexcusabilibus oneribus. fr. 50. §. 1. de iudic. 5. 1. Necessitas inexcusabilis. Th. C. XI. 16. c. 7. de extr. s. sord. XII. 12. c. 15. de legat. et decr. Maximae et inexcusabiles rationes. c. 17. de erog. mil. ann. 12. 38.

Inexhaustus. (Adiect.) *Qui nunquam desinit.* III. **Cn.** Habere inexhaustum dolorem atque aeterna suspiria. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 1.

Inexorabilis. (Adiect.) *Qui non potest exorari.* III. **Cn.** Pro definitione legum inexorabilium. c. 4. de tabular. scrib. 10. 69. Inexorabilis causa (subsecuta.) c. 5. §. 4. de temp. et repar. 7. 63.

Inexpiabilis. (Adiect.) *Qui expiari non potest.* III. **Cn.** Supplicium existimationis extremum, et ultio inexpiabilis. Th. C. VII. 13. c. 9. de tiron. XVI. 5. c. 9. §. 1. de haeret.

Inexpiabiliter. (Advb.) *Inexpiabili modo.* III. **Cn.** Quo — etiam animae inexp. polluuntur. Nov. Val. III. de manich. II. 18. c. 1. pr.

Inexpletus. (Adiect.) *Inexplebilis.* III. **Cn.** Intolerandi impetus (sc. officialium) oblidantur, eorumque — inexpleta aviditas temperetur. Th. C. 1. 7. c. 1. de off. Rect. Pr.

Inexplicabilis. (Adiect.) *Qui expediri non potest.* III. **Cn.** Summam atque inexplicabilem facere difficultatem. fr. 6. de exc. rei iud. 44. 2. Caligines inexplicabili obscuritate confusae. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2.

Inextricabilis. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Magna et inextric. dubitatio. c. 7. §. 3. de cur. furios. 5. 70. Omnis obscuritas et inextr. circuitus. c. 7. §§. 4. 8. ib. 5. 70. c. 3. §. 12. de bon. libert. 6. 4.

Infactus. (Adiect.) *Non factus, Non existens.* (Cf. v. Infectus.) III. **Cn.** Factae [al. Facti] autem causae infactae [al. infectae] nulla constitutione fieri possunt. fr. 12. §. 2. de captiv. 49. 15.

Infamare. **§. 1.** *Famam laedere, Diffamare.* I. **Sy.** Ad infamiam alicuius facere. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. Infamis, Infamatus. fr. 31. §. 21. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Haec res nonnunquam infamat, et materiam gratiae vel ambitionis tribuit. fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. Suspectos gratiae testes, et eos vel maxime, quos — vitae humilitas infamaverit, (interrogari non placuit.) Paul. V. 15. §. 1. Quodcunque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamet. fr. 15. §. 27. cf. §. 25. de iniur. 47. 10. Convicium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum. fr. 15. §. 12. ib. 47. 10. Si vir, infamandae uxoris suae causa, adulterum subiecerit. fr. 14. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si eum (sc. arbitrum) infamaverunt litigatores. fr. 9. §. 4. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 2.** *Infamiae poena notare.* III. **Cn.** Quo facto uterque infamatur, et — extra ordinem coërcetur. fr. 66. pr. de R. N. 23. 2. Perpetuum edictum infamat (pactos, sc. iniuriae.) c. 18. ex qu. c. infam. 2. 12.

Infamia. **§. 1.** *Malus rumor, Diffamatio.* I. **Sy.** Ignominia, Existimationis macula. c. 1. c. 5. sq. c. 14. c. 16. sq. ex qu. c. infam. 2. 12. Contumelia. Paul. V. 4. §§. 15. sqq. Quos vitae humilitas infamaverit. Nota et infamia vitae. Ib. V. 15. §. 1. fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. III. **Cn.** Omnem iniuriam aut in corpus inferri, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere. fr. 1. §. 2. cf. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. Si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen scripserit. Gai. III. 220. fr. 5. §. 9. l. l. 47. 10. Interest publicae disciplinae, opinionem uniuscuiusque a turpi carminis infamia vindicare. Paul. V. 4. §. 15. Si periculo vitae, infamiaeve, dominum servus liberaverit. fr. 9. pr. de manum. vind. 40. 2. Nec timor infamiae, — neque alicuius vexationis timor. fr. 7. pr. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Poena ignominiae. Nota existimationis.* I. **Sy.** Notari (infamia.) Laborare nota. Infamis, v. Famosus, esse, s. effici. fr. 1. sq. fr. 4. §. 5. fr. 6. §§. 1. 3. sqq. fr. 7. fr. 13. pr. §§. 1. 4. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. Paul. V. 4. §. 18. sq. III. **Cn.** Causa damnationis quaerenda est, ut, si contineat infamiam perpetuam, idem observetur. fr. 4. §. 4. de R. M. 49. 16. Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est, praeponenda est causa existimationis. fr. 104. de R. I. 50. 17. Graviore animadversione indigent, quam ut sufficiat eis suspectorum infamia. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. Ei adesse prohibentur, et, si adfuerint, infamia plectuntur. Fr. de I. F. §. 16. Nec infamiam criminis tollit, sed poenae gratiam facit. c. 3. de gen. abolit. 9. 43. cf. fr. 63. de furt. 47. 2.

Infamis. (Adiect.) **§. 1.** *Turpis, Infamans.* III. **Cn.** Si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami iniuria adfectos (sc. servos) cognoveris. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Qui — infamissimam suscipiens vilitatem, existimationem suam — damnaverit. Th. C. XII. 1. c. 92. de decurion. — **§. 2.** *Infamia laborans.* I. **Sy.** Infamatus. Cf. v. Infamare. §. 1. Famosus. Cf. h. v. §. 2. Infamia notari. Infamis esse, v. effici. Cf. v. Infamia. §. 2. III. **Cn.** Infames, et ii qui corpore quaestum faciunt, servi etiam. Paul. II. 26. §§. 1. 4. Licet talis sit, qui alias accusare non possit, ut libertinus, aut minor XXV annorum, aut in-

Insignis. (Adiect.) *Insignitus, Eximius.* I. **Sy.** Famosus. cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Cum eorum vitam insignem atque innocentem esse omni probitate constiterit. Th. C. XII. 1. c. 49. pr. de decurion. Ob diem insignem, aut publicam gratulationem (abolitio facta.) fr. 8. ad S. C. Turp. 48. 16. Quodsi — calamitas insignis, vel magna inopia (accidit.) fr. 10. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8.

Insignitus. (Partic.) **§. 1.** *Signatus.* III. **Cn.** Insigniti solidi eorum nominibus. Nov. Val. III. de pretio solidi. II. 3. c. 1. pr. — **§. 2.** *Praeditus, Adfectus.* III. **Cn.** Persona semel insignita militari titulo. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 1. Insignitus macula, ferat impositum militiae laborem. Th. C. VII. 13. c. 10. de tiron.

Insimulare. *Arguere, Criminari.* III. **Cn.** Si quis — socius criminis insimulatus fuerit. Ib. IX. 2. c. 1. de exhib. v. transfer. Qui, falsi instituta accusatione, ad finem usque, quod insimulabat, perduxit. c. 8. de h. qu. ut indign. 6. 35. cf. Th. C. IX. 19. c. 4. §. 1. ad L. Corn. de fals. Qui — precibus insimulandos esse duxerint. Ib. XVI. 9. c. 3. ne christ. manc.

Insimulatio. *Accusatio.* I. **Sy.** Accusatio. Ib. XVI. 7. c. 7. pr. §. 2. de apostat. Cf. IX. 16. c. 10. de malefic.

Insinuare. **§. 1.** *Inserere, Suggerere.* I. **Sy.** Adligare. Cf. h. v. §. 1. Intimare, Publicare. c. 30. de donat. 8. 54. Th. C. XII. 12. c. 15. de legat. et decret. III. **Cn.** Suggestio, qua insinuasti etc. Ib. VI. 30. c. 8. de Palat. S. largg. Insinuato iudici desiderio. Ib. XII. 1. c. 9. de decurion. Actis intervenientibus insinuari (donationes.) c. 20. pr. §. 1. de don. A. N. 5. 3. — **§. 2.** *Denunciare, Contestari.* I. **Sy.** Intimare (litem.) Th. C. II. 4. c. 1. pr. de denunc. v. edit. III. **Cn.** Voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. fr. 11. §. 2 de legat. III. (32.) — **§. 3.** *Referre, Tradere.* III. **Cn.** Religio ab ipso insinuata declarat. Th. C. XVI. 1. c. 2. de fide cathol. Secreta erroris sui et professionis insinuare. Ib. IX. 16. c. 12. de malefic. cf. XVI. 5. c. 24. de haeret.

Insinuatio. **§. 1.** *Suggestio, Intimatio.* — I. **Sy.** Suggestio. Nov. Val. III. de parent. qu. fil. II. 33. c. 1. pr. de praed. pistor. II. 34. c. 1. pr. §. 1. Nov. Maior. de bon. caduc. IV. 5. c. 1. pr. Intimatio. c. 23. de testam. et quemad. 6. 23. III. **Cn.** In funus expendere, vel in testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem. c. 22. §. 9. de iure delib. 6. 30. Donationes sine insinuatione gestorum. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. c. 32. de donat. 8. 54. — **§. 2.** *Denunciatio.* I. **Sy.** Culpae insinuatione necti. Notam perpetrati criminis sortiri. Th. C. VI. 4. c. 22. §. 3. de Praet. et Qu. — **§. 3.** *Professio.* III. **Cn.** In qua (sc. regione) ipsi populos christianae legis

doctrinae insinuatione moderantur. Ib. IX. 40. c. 16. §. 2. de poen.

Insinuator. *Gerulus.* III. **Cn.** Insinuatores constitutionum, et aliarum S. litterarum. Tit. C. publ. laetit. 12. 64.

Insistere. §. **1.** *Consistere, Stare.* III. **Cn.** Conferta populi frequentia, et maxima insistentium densitas. Th. C. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol. Naturaliter tenetur ab eo, qui ei (sc. possessioni) insistit. fr. 1. pr. de A. v. A. P. 41. 2. — §. **2.** *Inhaerere, Instanter curare.* I. **Sy.** Imminere, Incumbere (iudicibus.) Th. C. I. 10. c. 6. c. 8. (Wck.) de off. com. S. largg. XI. 7. c. 16. sq. de exaction. III. **Cn.** Illo insistente, disponente, atque adgnoscente suo periculo rem peragendam etc. Ib. VIII. 8. c. 6. de exsec. et exact. Tua insistente prudentia. Ib. XII. 1. c. 38. de decurion. Insistere motu pestiferae perseverationis. Ib. XVI. 4. c. 2. de h. qu. sup. relig.

Insitio. *Emphyteusis.* III. **Cn.** Praedia iuris emphyteutici — sub eo insitionis [al. insitationis] modo, quo nunc tenentur, — collocari. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 3.

Insitus. (Partic.) §. **1.** *Insertus.* I. **Sy.** Praeposita, Insita (libertati, v. legato, sc. conditio.) fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Quae sunt insitae (sc. vestimentis) picturae, clavique qui vestibus insuuntur. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. — §. **2.** *Ingenitus.* III. **Cn.** Insitum robur ostendere. Th. C. VII. 22. c. 9. de fil. militar. Habet hoc insitum (sollicita aequitatis examinatio.) Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 2. pr.

Insolens. (Adi.) §. **1.** *Insolitus, Iniustus.* III. **Cn.** Relationes non necessariae et insolentes. Th. C. XI. 30. c. 13. de app. et poen. Insolentis divortii poena. Ib. III. 16. c. 2. §. 1. de repud. — §. **2.** *Intemperans, Superbus.* III. **Cn.** Si quis potentiorum exstiterit insolentior. Ib. I. 16. c. 4. (Wck.) de off. Rect. Pr. Improbitates insolentum. Nov. Maior. de defensor. civit. IV. 2. c. 1. pr.

Insolenter. (Advb.) *Praeter consuetudinem, Iniuste.* III. **Cn.** Quid unusquisque compulsor insolenter egisset, aut cupide. Th. C. I. 7. c. 6. de off. Rect. Pr. Indebite et insolenter (usurpare.) Ib. XIII. 3. c. 7. de medic. et prof. Insolentius, quam moderatio patitur, s. quam convenit. Ib. VI. 4. c. 22. §. 4. de Praet. et Qu. VII. 13. c. 7. pr. de tiron.

Insolentia. *Intemperantia, Libido.* II. **Op.** Obsequium. Vatic. §. 272. III. **Cn.** Inter insolentiam incuriosam, et diligentiam non ambitiosam, (multum interest.) fr. 33. pr. de usur. 22. 1. Ab omni improborum insolentia et temeritate (tueri.) Th. C. I. 11. c. 2. de defens. civit. Nov. Maior eod. IV. 2. c. 1. Officialium insolentia, et iudicum procacitas. c. 4. eod. tit. 1. 55. Cf. Th. C. V. 13. c. 20. (Wck.) Ab insolentia iudicum reperta (supplicia.) Ib. XI. 7. c. 3. de exaction.

Insolescere. *Superbire.* III. **Cn.** Ita per iactantiam insolescere, ut despiciatur etc. Th. C. XI. 30. c. 11. §. 1. de app. et poen. Ne — insolescant, elatique sui securitate quidquam praeceps — admittant. Ib. XVI. 8. c. 21. de Iud.

Insolitus. (Adiect.) *Insuetus.* I. **Sy.** Inusitatus. c. 14. de iudic. 3. 1. III. **Cn.** Rescripserunt, — neminem posse, idque insolitum esse fieri. fr. 27. pr. de poen. 48. 19. cf. fr. 18. §. 3. de minor. 4. 4. Insolitum est, et grave exemplo. c. 2. de quaestion. 9. 41.

Insons. §. **1.** *Culpa carens.* II. **Op.** Reus, Noxius. Th. C. VI. 29. c. 1. de curios. XI. 7. c. 7. de exaction. — §. **2.** *Innocuus.* III. **Cn.** Nemo insontem victimam caedat. ib. XVI. 10. c. 10. c. 12. pr. de pagan.

Inspectare. *Inspicere, Spectare.* I. **Sy.** Inspicere. c. 11. de natur. lib. 5. 27. III. **Cn.** Vt per singulas pensiones conditio inspectaretur [al. spectaretur, v. exspectaretur] non illatarum — usurarum. fr. 12. de usur. 22. 1.

Inspectatio. *Inspectio.* III. **Cn.** Hoc non multum onerat praesentem inspectationem [al. inspectionem.] fr. 12. §. 9. de captiv. et postl. 49. 15.

Inspectio. §. **1.** *Actus inspiciendi atque examinandi.* III. **Cn.** Inspectio tabularum etiam lectionem earum indicat. fr. 2. §. 5. testam. quemad. aper. 29. 3. Si quando — valetudo adfirmetur, inspectio Praetoris necessaria est. Vatic. §. 130. Agrimensor dirigatur ad loca, ut, si fidelis inspectio — probaverit etc. Th. C. II. 26. c. 1. (Wck.) fin. regund. Inspectio iecoris, extorumque praesagium. Ib. XVI. 10. c. 9. de pagan. — §. **2.** *Contemplatio, Tractatio.* I. **Sy.** Visio. Cf. h. v. III. **Cn.** Nunc videamus. — Quae inspectio duplex est; ut primo quaeramus etc. fr. 91. §. 4. de V. O. 45. 1. Circa diem duplex inspectio est etc. fr. 44. §. 1. de O. et A. 44. 7. An totum illius sit? — Inspectio in illo est, num etc. fr. 63. §. 3. de A. R. D. 41. 1. — §. **3.** *Peraequatio, Munus inspectoris.* III. **Cn.** Discussiones inspectionesque, aut aliquid simile agitari. Th. C. XIII. 11. c. 11. de censitor. peraequ. Nulla togatis inspectio, nulla peraequatio ingeratur. c. 6. de advoc. div. iudicior. 2. 7. cf. Nov. Th. II. de postul. I. 10. c. 1. §. 4.

Inspector. §. **1.** *Qui inspicit rem et examinat.* III. **Cn.** Si rem inspectori dedi, — dum volo pretium exquirere. fr. 10. §. 1. commod. 13. 6. fr. 17. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. — §. **2.** *Praediorum censitioni obnoxiorum explorator.* III. **Cn.** Iuxta inspectorum relationem, et veterum monumenta chartarum. Th. C. XI. 28. c. 2. de indulg. debit. Electos inspectores — esse mittendos, ut eorum relatione — aestimetur etc. Ib. XI. 1. c. 31. c. 33. de ann. et tribut. cf. VII. 19. c. 1. §. 2. de Saturian. Quod defectae possessioni inspectoris arbitrio adscribitur. Ib. XIII. 11. c. 12. cf. c. 9. de censitor.

Insperatus. (Adiect.) *Non exspectatus.* III. **Cn.** Insperato commodo (legati, vel hereditatis) gaudere. c. 1. de h. qu. ante ap. tab. 6. 52.

Inspicere. §. **1.** *Intueri, Adspicere.* III. **Cn.** Messem, inspiciente colono, — sustulisti. fr. 60. §. 5. locat. 19. 2. Ipsa (sc. uxore) inspiciente, — coetum ineuntem (maritum etc.) c. 8. §. 2. de repud. 5. 17. — §. **2.** *Explorare, Examinare.* III. **Cn.** Opera publica circumire, inspiciendi gratia etc. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Inspectis, cognitisque (ver-

(verbis testamenti.) fr. 1. §. 1. testam. quemad. aper. 29. 3. Si rem tibi inspiciendam dedi. fr. 17. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. cf. fr. 9. de peric. et comm. 18. 6. Tabularum publicarum inspiciendarum describendarumque potestatem facere. fr. 9. §. 5. ad L. Iul. pecul. 48. 13. cf. fr. 10. §. 2. de edend. 2. 13. fr. 1. pr. fr. 2. §§. 4. 6. sqq. fr. 7. testam. quemad. aper. 29. 3. De inspiciendo ventre, custodiendoque partu, (sic Praetor ait.) fr. 1. §. 10. cf. pr. §§. 6. 7. fr. 2. pr. §. 1. de inspic. vent. 25. 4. Paul. II. 24. §§. 5. sqq. — **§. 3.** *Respicere, Spectare.* I. ***Sy.*** Videre. fr. 1. pr. de d. m. exc. 44. 4. Spectare. fr. 3. §§. 1. sq. de minor. 4. 4. fr. 55. sq. ad L. Falc. 35. 2. fr. 23. Qu. dies legat. 36. 2. III. ***Cn.*** Si non adpareat, — erit inspiciendum (antiquius debitum.) fr. 24. de solut. 46. 3. Plura legata esse placet, et per singula legata ius capiendi inspicietur. fr. 11. de ann. legat. 33. 1. Non sufficere solum argumentum emtionis, sed inspiciendum — an etc. fr. 91. §. 3. de legat. III. (32.) Neque illud inquiritur, — opinio enim — inspicitur, non substantia hereditatis. fr. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. Retrorsum inspicitur, (quanti plurimi fuit.) fr. 23. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Videamus, cuius mors inspici debeat. fr. 44. de m. c. donat. 39. 6. Naturale ius et pudor inspiciendus est. fr. 14. §. 2. de R. N. 23. 2. Si quaeratur, — inspici debebit etc. fr. 31. §. 1. de excusatt. 27. 1. cf. fr. 43. §. 1. de procur. 3. 3. Illud inspiciendum est, an etc. Ante omnia inspiciendum est. fr. 7. §. 1. de distr. pign. 20. 5. fr. 22. pr. de alim. v. cib. 34. 1. Inspecto initio, putavimus etc. fr. 3. §. 2. de minor. 4. 4.

Instabilis. (Adiect.) *Infirmus, Irritus.* II. ***Op.*** Stans, Firma (donatio.) Th. C. VIII. 12. c. 3. c. 8. de donat. VIII. 13. c. 5. de revoc. donat.

Instans. (Partic.) *Praesens, Imminens.* II. ***Op.*** Prior, Praecedens (annus, v. aestas.) fr. 7. §. 1. sol. matrim. 24. 3. fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Futurum (periculum.) fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. III. ***Cn.*** Vt ab instante octava indictione (non sumant ante principium, sc. descriptiones.) Th. C. XII. 1. c. 173. pr. de decurion.

Instanter. (Advb.) *Vehementer.* III. ***Cn.*** Instanter, et saepius (petere.) fr. 1. §. 2. de libell. dimiss. 49. 6. Vt aliqua de causa instantius ire iubeantur. Th. C. VIII. 5. c. 35. §. 1. de cursu pub. Persequi instantius. c. 3. de episc. aud. 1. 4.

Instantia. **§. 1.** *Seduitas, Continua diligentia (exigentis aliquid.)* I. ***Sy.*** Instanter petere. Instantia repetentis. fr. 1. §. 2. l. l. 49. 6. III. ***Cn.*** Non acerbum se exactorem, nec contumeliosum praebeat, sed moderatum, et cum efficacia benignum, et cum instantia humanum. fr. 33. pr. de usur. 22. 1. Diligenti studio instantiaque complere (opera.) c. 22. de opp. pub. 8. 12. Iul. ep. nov. c. 21. §. 69. Totius exactionis instantiam atque periculum (ad suam curam sollicitudinemque revocare.) Th. C. XIV. 4. c. 3. de suar. cf. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. Tua providebit instantia. Ib. XII. 11. c. 2. de cur. calend. Contentiosa litigantium instantia compescitur (sacramenti timore.) c. 1. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59. cf. Nov. 35. c. 1. Centurio culeos ad annonam sustulit, postea instantia C. Seii creditoris reciperati sunt. fr. 43. §. 1. de pign. act. 13. 7. — **§. 2.** *Praesens iudicium, coram certo iudice celebrandum.* III. ***Cn.*** Videamus, — an salva quidem lis est, verum instantia tantum edicti periit? fr. 78. §. 2. de iudic. 5. 1. Putans se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. §. 1. I. de poena tem. litig. 4. 16.

Instar. *Exemplum, Similitudo.* I. ***Sy.*** Exemplum. Cf. h. v. §. 2. Forma. c. 1. c. 4. c. 8. pr. de inoff. donat. 3. 29. Similitudo. c. 2. c. 8. pr. c. 9. l. l. 3. 29. c. 4. c. 6. de inst. act. 4. 25. III. ***Cn.*** Si proponatur instar quoddam, et quasi facies quaedam facta [al. facti] operis. fr. 21. §. 3. de O. N. N. 39. 1. Est instar (sceleris.) fr. 16. pr. de poen. 48. 19. Habere instar (iudicii, v. actionum etc.) fr. 26. §. 2. de iureiur. 12. 2. fr. 10. §. 3. de compens. 16. 2. Obtinere, v. Exhibere, instar etc. fr. 17. de m. c. donat. 39. 6. fr. 37. pr. de O. et A. 44. 7. Th. C. III. 13. c. 3. §. 1. de dotib. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol. Redigi ad instar (m. c. donationis.) Vatic. §. 274. Respicere ad instar (proprietatis.) fr. 7. §. 6. de Pub. in R. A. 6. 2.

Instare. *Imminere, Vrgere.* III. ***Cn.*** Institor adpellatus est ex eo, quod negotio gerendo instet. fr. 3. de instit. act. 14. 3. Ea, quae agenda putas, age, et insta ut etc. c. 1. de adm. tut. 5. 37. Instandum actori, ut — comprobet. fr. 18. §. 2. de quaestion. 48. 18. Omnes, certatim facta operarum collatione, instare debent. Th. C. XV. 1. c. 23. de opp. pub. Si creditores instent, vel qui sperat se successurum. fr. 1. §. 18. de ventre in poss. 37. 9. cf. fr. 22. de h. qu. ut indign. 34. 9.

Instaurare. **§. 1.** *Redintegrare, Renovare.* I. ***Sy.*** Restaurare (matrimonium, v. actiones.) fr. 32. §. 11. fr. 62. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 14. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. ***Cn.*** Divortio facto, nec instaurato matrimonio. fr. 62. §. 1. l. l. 24. 1. Querelam semel omissam, v. Transactione finita, instaurare. c. 6. c. 13. c. 30. de transact. 2. 4. c. 5. de re iud. 7. 52. Materiam litis instaurandae dare. fr. 20. pr. de tut. et rat. 27. 3. Mandatum instauravit dominus. fr. 56. §. 2. mand. 17. 1. Publica opera instaurare. Th. C. XV. 1. c. 2. c. 11. de opp. pub. — **§. 2.** *Restituere, Sarcire.* III. ***Cn.*** Ipse de propriis rebus instauret, (sc. quidquid ille dilapidavit,) compellaturque damnum omne sarcire. Ib. XII. 6. c. 1. de susceptor. praep.

Instauratio. *Reparatio, Renovatio.* I. ***Sy.*** Renovatio, Reparatio. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. XI. 31. c. 7. de repar. app. III. ***Cn.*** Ad portus et aquaeductus instaurationem — instare. Ib. XV. 1. c. 23. de opp. pub. Ex instauratione negotii tributa actione. c. 2. si adv. transact. 2. 32. Eius causae instauratio iure deposcitur. Paul. V. 5 A. §. 10. cf. c. 2. ex qu. c. mai. 2. 54. c. 20. de evict. 8. 45. Instauratione solidiora reddantur (constituta.) Nov. Val. III. de confirm. h. II. 32. c. 1. pr.

Insternere. *Supersternere.* I. ***Sy.*** Sternere. Paul. III. 6. §. 79. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. — III. ***Cn.*** Quae induendi, praecingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, incubandive causa (parata sunt.) fr. 23. §. 1. l. 34. 2. Quae (sc. stragulae etc.) equis, v. quibus subsellia, insterni solent. fr. 25. §. 3. ib. 34. 2. cf. fr. 5. pr. de supell. leg. 33. 10.

Instigare. *Incitare, Impellere.* III. ***Cn.*** Qui accusatorem submittit, aut instigat, aut qui mandat etc. fr. 1. §. 13. ad S. C. Turp. 48. 16.

Instigatio. *Provocatio, Compulsio.* III. ***Cn.*** Novercalibus delinimentis, instigationibusve corrupti. fr. 4. de inoff. testam. 5. 2. Iustae sensu instigationis (adgnoscimus.) Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 1. de haeretic.

Instigator. *Qui instigat.* I. ***Sy.*** Qui exhortatur. cf. v. Exhortari.

Instigatus. (Subst.) *Instigatio.* III. ***Cn.*** Si, instigatu alterius, fera damnum dederit. fr. 1. §. 6. si quadr. paup. 9. 1.

Instimulare. *Instigare.* I. ***Sy.*** Instigationibus corrumpi. Falso instimulari. fr. 3. sq. de inoff. testam. 5. 2.

Instinctus. (Subst.) *Instigatio.* I. ***Sy.*** Monitus (deorum.) Coll. LL. M. XV. 2. III. ***Cn.*** Cuius consilio atque instinctu (ad accusationem accessisse videbitur.) Th. C. IX. 5. c. 1. pr. ad L. Iul. mai. Cuius instinctu, ad infamandum dominum, — confugisse compertus erit. fr. 5. de extr. crim. 47. 11. Instinctu exercendae libidinis, v. persuasae professionis, (irruere etc.) Coll. LL. M. VI. 4. Th. C. XVI. 2. c. 27. §. 1. de episc. eccl.

Institor. *Qui a domino negotii praepositus est negotiationi procurandae.* I. ***Sy.*** Cuicunque negotio praepositus. fr. 3. fr. 5. pr. fr. 17. §. 4. fr. 18. sqq. de institor. act. 14. 3. Gai. IV. 71. Paul. II. 8. §. 1. III. ***Cn.*** Si quasi procurator fuit relictus. — Sin vero quasi institor. fr. 5. §. 10. l. l. 14. 3. Cum magis hic custodis sit loco, quam institoris. fr. 11. §. 6. ib. 14. 3. Qui cauponam, vel stabulum exercent, institoresve eorum. fr. 1. §. 5. naut. caup. 4. 9. fr. 13. pr. fr. 15. pr. de instr. leg. 33. 7. Servus institor dominicae mercis, vel praepositus debitis exigendis. fr. 37. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. cf. fr. 19. §. 3. de iudic. 5. 1. Servus — si institor erit, et operis eius utar in taberna. fr. 20. de usu et habit. 7. 8. cf. fr. 13. §. 2. de institor. act. 14. 3. Convenire dominum nomine institoris. fr. 8. Qu. c. eo. 14. 5.

Institorius. (Adiect.) *Ad institorem spectans.* III. ***Cn.*** Exercitoria, et institoria (formula, s. actio.) Gai. IV. 71. 74. Competet institoria, exemplo exercitoriae actionis. fr. 7. §. 1. de instit. act. 14. 3. Ex emto agi posse utili actione, ad exemplum institoriae actionis. fr. 13. §. 25. de A. E. V. 19. 1. c. 4. de instit. et exerc. act. 4. 25. Dandam in eum quasi institoriam actionem. fr. 5. §. 8. cf. fr. 12. de inst. act. 14. 3. Qui in rem domini vertit, aut iussu eius, aut si institoria cum eo agi possit. fr. 3. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 4. de minor. 4. 4. fr. 17. pr. de inst. act. 14. 3.

Instituere. **§. 1.** *Ponere, Collocare.* I. ***Sy.*** Ponere (vineas.) fr. 61. locat. 19. 2. III. ***Cn.*** Si quis saligneas virgas, instituendi salicti causa, defixerit. fr. 3. §. 3. arbor. furt. caes. 47. 7. — **§. 2.** *Disponere, Ordinare, Constituere.* I. ***Sy.*** Introducere, Constituere. fr. 5. de I. et I. 1. 1. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. III. ***Cn.*** Quod est iniquum, et contra institutum a maioribus libertatis favorem. fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. Qui novum vectigal instituerit. fr. 1. §. 3. de L. Iul. amb. 48. 14. Procuratorem instituere posse. Paul. IV. 12. §. 9. Dotem dicere potest — debitor mulieris, si iussu eius dicat, institutus. Vlp. VI. 2. — **§. 2. A.** *Decernere, Praestituere.* I. ***Sy.*** Praefinire (spatium.) Th. C. X. 10. c. 27. §§. 1. 3. de petit. et ultro dat. — **§. 2. B.** *Solemniter nuncupare.* I. ***Sy.*** Scribere (heredem.) fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. fr. 142. de V. S. 50. 16. Relinquere (heredem.) Gai. I. 21. Vlp. I. 14. II. ***Op.*** Substituere (heredem.) fr. 27. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 1. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Vlp. XXII. 33. Paul. III. 4B. §. 4. V. 9. §. 1. Instituere heredem. — Exheredare. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia — familiae emtor adhibetur. Gai. II. 103. Servum primo, aut secundo, vel etiam ulteriore gradu, liberum et heredem instituere. Ib. II. 154. 160. Cum, v. Sine, libertate heredem instituere (servum.) Ib. II. 187. Vlp. XXII. 12. Cum, v. Sine, cretione heres institutus. Gai. II. 165. sq. 168. sq. Vlp. XXII. 32. 34. Mulier ab eo, qui etc. — per legem Voconiam heres institui non potest. Gai. II. 274. Deos heredes instituere non possumus, praeter eos etc. Vlp. XXII. 6. Bona, ex quibus Imperator heres institutus est. fr. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. Sine parte heredes instituti. Paul. III. 4B. §. 6. Ex minima parte institutus. fr. 2. §. 1. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. — **§. 3.** *Incipere, Suscipere.* I. ***Sy.*** Inchoare (accusationem.) fr. 5. §§. 1. sq. de pub. iudic. 48. 1. fr. 4. pr. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Intendere (actionem etc.) Paul. V. 4. §§. 11. sq. II. ***Op.*** Perficere (testamentum.) fr. 22. de adim. legat. 34. 4. Desistere. fr. 11. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. ***Cn.*** Si conductor sua opera aliquid — auxerit, vel aedificaverit, vel instituerit. fr. 55. §. 1. locat. 19. 2. Quoties aliud novi operis instituendum petitur. fr. 2. §. 10. ne qu. in loco pub. 43. 8. Novam rem instituere, — qui desiderat etc. fr. 11. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Plurima innovare instituit. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Contractus quos, alienam fidem secuti, instituimus. fr. 1. de R. C. 12. 1. Vt actiones, quae ob eam causam institutae non essent, — restituantur. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Filia, quae de inofficioso agere instituit, et transegit. fr. 135. §. 4. de V. O. 45. 1. Non sufficit litem instituere, si non in ea perseveret. fr. 15. §. 1. fr. 25. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. Qui intelligit non recte se agere, sed vexandi adversarii gratia actionem instituit. Gai. IV. 178. cf. Paul. V. 4. §. 11. fr. 10. de iudic. 5. 1. Post institutam accusationem, — et ante finem accusationis. fr. 31. §. 2. de adim. legat. 34. 4. — **§. 4.** *Docere, Erudire.* III. ***Cn.*** Plurimum eos — audiit, institutus a Balbo Lucilio, instructus autem maxime a Gallo Aquilio. fr. 2. §. 43. cf. §. 47. de O. I. 1. 2. Si eum disciplinis, vel arte instituerit. fr. 27. §. 2. de usufr. 7. 1. Mercedes, ut liberalibus artibus institueretur, pupillae nomine praeceptoribus dare. fr. 4. ubi pup. 27. 2.

Institutio. **§. 1.** *Nuncupatio solemnis.* II ***Op.*** Substitutio (heredis.) fr. 9. §. 15. de hered. inst. 28. 5. Exheredatio. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Quod

ad libertates, et legata, et ad heredum institutiones perducitur. fr. 161. de R. I. 50. 17. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. An institutio heredis solemni more facta sit? — Solemnis autem institutio haec est etc. Gai. II. 116. sq. Vlp. XXI. 1. Quoties non adparet, quis sit heres institutus, institutio non valet. Paul. III. 4 B. §. 3. cf. §. 7. Institutio, quae testamento data esset. fr. 10. de cond. inst. 28. 7. Ante heredis institutionem legari non potest; inter medias heredum institutiones — potest. Id. III. 6. §. 2. cf. Gai. II. 229. Vlp. I. 21. XXIV. 15. Captatoria institutio. fr. 70. sq. de hered. inst. 28. 5. — **§. 2.** *Eruditio, Disciplina.* I. **Sy.** Eruditio, Doctrina. Cf. v. Doctrina. §. 1. III. **Cn.** Inter artifices longa differentia est et ingenii, et naturae, et doctrinae, et institutionis. fr. 31. de solut. 46. 3. Domus — in quibus profana institutione docetur. Th. C. XVI. 5. c. 3. de haeret. Quae institutio divinâ condemnat. Ib. l. l. c. 45. — **§. 3.** *Institutiones,* i. e. *Commentarii, doctrinae elementa continentes.* I. **Sy.** Elementa. c. 2. §. 23. de vet. iure enucl. 1. 17. Instituta. Cf. v. Institutum. §. 3. III. **Cn.** Libri, qui prima legum argumenta continebant, et institutiones vocabantur. c. 2. §. 11. ib. 1. 17. Quae (sc. institutiones) ex omnibus antiquorum institutionibus, et praecipue ex commentariis Gaii nostri, tam institutionum quam rerum quodidianarum, (compositae.) Prooem. Inst. §. 6. — **§. 4.** *Institutum, Consilium.* III. **Cn.** Puto institutionis nostri [al. instituti vestri] vobis inesse notitiam. Nov. Maior. de ortu imp. IV. 1. c. 1.

Institutum. **§. 1.** *Constitutio, Sanctio, Praeceptum.* III. **Cn.** Moris veteris instituto — decernimus. Th. C. X. 9. c. 3. de incorpor. cf. XI. 36. c. 4. Quor. app. n. rec. Qui — mensuris et institutis opera fabricatione stringunt. Ib. XIII. 4. c. 3. de excus. artif. Contra instituta omnium (eam gratiam iterando contaminare.) Ib. XVI. 6. c. 1. cf. c. 2. pr. ne S. bapt. — **§. 2.** *Ratio agendi.* III. **Cn.** Sciens, eum huius esse instituti et vitae. fr. 12. §. 4. de usu et habit. 7. 8. cf. Th. C. XIII. 1. c. 10. de lustr. collat. Quibus institutum, vel propositum vitae minuitur. fr. 17. cf. fr. 16. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Th. C. II. 17. c. 1. pr. de h. qu. ven. aet. — **§. 3.** *Instituta,* i. e. *Institutiones, Elementa.* III. **Cn.** Sicut in institutis et in codice didicimus. Iul. ep. nov. c. 67. §. 241. cf. c. 3. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17.

Instringere. *Stringere.* I. **Sy.** Stringere (gladium.) Coll. LL. M. I. 6. cf. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Instructio. **§. 1.** *Constructio, Fabricatio.* I. **Sy.** Instauratio, Constructio (viarum etc.) Th. C. XI. 16. c. 18. de extr. s. sord. XV. 3. c. 3. sq. c. 6. de itin. mun. III. **Cn.** Instructiones reparationesque (itinerum pontiumque.) Ib. l. l. c. 6. Honores subire cogendum, quam operis instructionem. fr. 12. §. 1. de pollicit. 50. 12. — **§. 2.** *Institutio, Eruditio.* III. **Cn.** Ad instructionem quoque pupillorum — decernere, respectu facultatium. fr. 3. §. 5. ubi pup. 27. 2. — **§. 3.** *Praeparatio rei in iudicio tractandae.* III. **Cn.** Quae litigatores, instructionis probationisque causa, recitaverint. Th. C. XI. 30. c. 9. cf. c. 6. c. 8. de app. et poen. In quo (sc. militari iudicio) et instructio sufficiens, et nota testimonia, et verissima possunt documenta praestari. c. 2. ubi de ratioc. 3. 21. Nov. Th. II. de bon. fabricens. I. 4. c. 1. §. 4. Tempore competenti, quo necessaria causae criminali instructio poterit adhiberi. Th. C. I. 12. c. 3. (Wck.) de off. Proc. et Leg. — **§. 4.** *Libellus relationis. Scriptura ad instruendum aliquem spectans.* III. **Cn.** Cum ratiociniis instructionibusque transmittant (tabularios.) Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 3. §. 2. Omnium legationum provincialium instructiones — actis legi pensarique. Th. C. XII. 12. c. 14. de legation. et decr. Iuxta instructionem eminentiae tuae, quae adnexa est. Ib. VI. 30. c. 15. pr. de Pal. S. largg. Instructionis solemnitate transgressa, (quidquam improbum flagitare.) Ib. X. 10. c. 26. de petit. et ultro dat. Erogationibus cunctis aperta instructione patefactis. Ib. X. 1. c. 11. de iure fisci. — **§. 5.** *Sustentatio rei, Adparatus, Instructum.* III. **Cn.** Neque instructionis, neque instrumenti adpellatione contineri. Paul. III. 6. §. 40. Quam (sc. pecuniam) — ad instructionem provinciae — oportet integram pervenire. Th. C. XII. 6. c. 28. de susceptor. praepos.

Instructum, v. **Instructus.** (Subst.) *Rerum copia, quae usum rei adiuvant, vel speciem eius ornant.* III. **Cn.** Omnia, quae eo collata sunt, ut instructior esset paterfam., instructo continebuntur. fr. 12. §. 27. de instr. leg. 33. 7. Fundum instructum — legavit; postea codicillis petiit, — nec instructi mentionem habuit. fr. 3. pr. ib. 33. 7. Quae ad instructum possessionis vel domus pertinent. Th. C. X. 8. c. 1. de bon. vac. Instructum munitionis viae. Ib. XV. 3. c. 4. de itin. mun.

Instructus. (Partic.) **§. 1.** *Idonee munitus.* III. **Cn.** Sive cum instrumento fundus legatus est, sive instructus legatus. fr. 1. pr. fr. 5. fr. 12. §. 27. de instr. leg. 33. 7. Instrumento suae professionis instructus (argentarius.) fr. 6. §. 9. de edend. 2. 13. Civitas instructa praesidio (murorum.) c. 1. de expens. lud. 11. 41. Praedia legavit, ut instructa erant, cum servis et caeteris rebus, et quidquid ibi esset. fr. 58. cf. fr. 54. de pecul. 15. 1. fr. 6. de instr. leg. 33. 7. c. 1. sq. de V. S. 6. 38. Domo cum omni iure suo, sicut instructa est, legata. Paul. III. 6. §. 58. fr. 12. §. 42. l. l. 33. 7. Quae eo collata sunt, ut instructior esset paterfam. fr. 12. §. 27. ib. 33. 7. — **§. 2.** *Edoctus, certior factus, Praepapatus.* III. **Cn.** Si I. Cti copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit. fr. 9. §. 3. de iur. et facti ign. 22. 6. Si — non denunciasset, idemque victus fuisset, quoniam parum instructus esset. fr. 53. §. 1. de eviction. 21. 2. Postea plenius instructus, — instrumentis, vel epistolis amicorum, iuris sui edoctus. fr. 11. §. 12. de interr. in iure 11. 1. (Cf. v. instruere. §. 3.)

Instruere. **§. 1.** *Construere, Componere.* I. **Sy.** Exstruere, Facere (monumentum.) fr. 44. de hered. inst. 28. 5. fr. 42. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Qui se aedes spondeat habiturum, nisi intra VI menses instruxerit etc. Th. C. XIV. 17. c. 13. de annon. civic. cf. XI. 1. c. 21. de annon. et tribut. — **§. 2.** *Parare, Idoneum facere, Exh..ere.* (Cf.

v. Instructus. §. 1.) III. *Cn.* Si ad armandam, instruendamve navem, vel nautas exhibendos, (mutuatus est.) fr. 1. §. 8. de exerc. act. 14. 1. cf. fr. 26. fr. 34. de reb. auct. iud. 42. 5. Quod ad instruendum forum, theatrum, stadium, (legatum fuerit.) fr. 122. pr. de legat. I. (30.) Quae ad quotidianam tutelam pertineant, quibus balineae aut instruuntur, aut — parari purgarique — sint solitae. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) Si utrubique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur. fr. 6. §. 2. ad munic. 50. 1. Si horrea ibi habuit, unde instruebatur. fr. 12. §. 39. de instr. leg. 33. 7. Quae ibi paterfam. instruendi gratia habere solet. Paul. III. 6. §§. 44. 55. Qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur. Id. l. l. §. 50. — **§. 2. A.** *Praeparare, Ordinare.* III. *Cn.* Et instruere et defendere causam. fr. 11. §. 1. de legation. 50. 7. Accusationem parare, et probationibus instruere. fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui mandat alicui, et instruit eum ad accusationem. fr. 1. §. 13. ad S. C. Turp. 48. 16. Qui persuadet, et impellit, atque instruit consilio. fr. 50. §. 3. de furt. 47. 2. Ne per hoc fuga eius instruatur. fr. 5. §. 3. de requir. reis. 48. 17. Ita promtius instruitur usus armorum. Th. C. VII. 23. c. 1. de oblat. equor. Omnia, — quibus causa instrui potest. fr. 1. de fide instrum. 22. 4. Vt tibi adsistant, causamque instruant. c. 21. de eviction. 8. 45. Qui ob instruendas lites pecunias acceperunt. fr. 9. §. 4. cf. fr. 20. de L. Corn. de fals. 48. 10. Coll. LL. M. VIII. 7. fr. 1. de iure patron. 37. 14. Hoc proposito accusationem instruit, ut suum ius sibi servet. fr. 14. de B. P. 37. 1. — **§. 3.** *Certiorem facere, Edocere.* (cf. v. Instructus. §. 2.) III. *Cn.* Copiam instrumentorum inspiciendorum facere, ut perinde instruere se possit, (expediet nec ne etc.) fr. 5. pr. de iure delib. 28. 8. cf. fr. 10. §. 2. de edend. 2. 13. Veniat instructus ad agendum, cognita actione qua conveniatur. fr. 1. pr. ib. 2. 13. Si Praeses Pr. — ad magistratus municipales remiserit, ut se de nominibus instruant, et perinde instructus dederit tutores. fr. 1. §. 3. de mag. conven. 27. 8. Ad instruendam diligentiam iudicantis — posse etc. Dicturi sententiam consilium instruere. fr. 34. de admin. et peric. 26. 7. fr. 1. §. 16. cf. fr. 18. §. 4. de quaestion. 48. 18. Paul. V. 16. §. 2. Si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. fr. 1. §. 17. l. l. 48. 18. cf. fr. 12. de susp. tut. 26. 10. Legationes, quas instruxere decreta. Th. C. XII. 12. c. 10. de legat. et decr. Persona, quae instruere possit. fr. 99. §. 2. de V. S. 50. 16. Matris pietas instruere te potest. c. 6. Qu. pet. tut. 5. 31. Peto, plenissime instruas. fr. 4. Qu. ad libert. 40. 13. — **§. 3. A.** *Erudire.* III. *Cn.* Institutus a Balbo Lucilio, instructus autem maxime a Gallo Aquilio. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2. Artificiis instruere (servos.) fr. 25. de pign. act. 13. 7. Ad instructionem pupillorum — decernere, respectu facultatium, et aetatis eorum qui instruuntur. fr. 3. §. 5. ubi pup. 27. 2.

Instrumentum. **§. 1.** *Adparatus rerum, ad consuetum rei usum necessariarum.* I. *Sy.* Adparatus rerum (diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio.) fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. II. *Op.* Instructio, Instructum. Paul. III. 6. §§. 38. sqq. fr. 1. pr. fr. 12. §§. 27. sq. l. l. 33. 7. Ornamentum (domus.) fr. 12. §. 16. ib. 33. 7. III. *Cn.* Instrumenti ea esse, quae ad tutelam domus pertinent. fr. 12. §. 16. cf. fr. 29. ib. 33. 7. Arbor, aut aliud navis instrumentum. fr. 3. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2. fr. 29. de instr. leg. 33. 7. Taberna, cum coenaculo, — cum mercibus, et instrumentis, et supellectili quae ibi esset. fr. 7. ib. 33. 7. Domus, — cum omni instrumento, et repositis omnibus. fr. 92. §. 1. de legat. III. (32.) Fundo, cum omni instrumento rustico et urbano, et mancipiis quae ibi sunt, legato. Paul. III. 6. §. 44. cf. §§. 34. 43. 47. sq. Cum fundus locetur, et aestimatum instrumentum colonus accipiat. fr. 3. locat. 19. 2. Seminarium paratum semper renovare, quasi instrumentum agri. fr. 9. §. 6. de usufr. 7. 1. Piscatorium, v. Pictoris, s. Medici etc. instrumentum. Paul. III. 6. §§. 41. 45. 61. sqq. — **§. 2.** *Monumentum scripturarum, ad res gestas pertinentium.* I. *Sy.* Ea, quibus causa instrui potest. Instrumenta. fr. 1. de fide instrum. 22. 4. III. *Cn.* Tam testimonia, quam personae, instrumentorum loco habentur. fr. 1. l. l. 22. 4. fr. 99. §. 2. de V. S. 50. 16. Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis, sciens d. m. usus fuerit. Paul. V. 25. §. 10. Qui testamentum, quodve aliud instrumentum falsum, sciens d. m. scripserit, recitaverit etc. Id. l. l. §. 1. Sive propter litteras fuerit apud te certatum, sive propter instrumenta. c. 1. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59. cf. fr. 29. de probat. 22. 3. Instrumentis, aut testibus (probare.) fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. Instrumenta litis, v. quae ad eam causam pertinent. Paul. V. 25. §. 8. fr. 3. l. l. 2. 13. fr. 36. pr. de iudic. 5. 1. fr. 2. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Tabulae instrumentorum reip. municipii alicuius. fr. 31. §. 1. de furt. 47. 2. Tabularum testamenti instrumentum. fr. 2. pr. testam. quemad. aper. 29. 3. Tenor instrumenti male concepti. fr. 8. de statu hom. 1. 5. Ne instrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel testationes consignent. fr. 9. §. 5. de poen. 48. 19. Cum instrumentis subscripserat. fr. 11. de exce. 44. 1. cf. fr. 11. de edend. 2. 13. Relegere, Recognoscere, Adgnoscere (instrumenta.) fr. 11. l. 44. 1. fr. 56. pr. de V. S. 50. 16. Si quod instrumentum a te emissum etc. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. An — apud acta professus sit, ei se donare fundum, nec instrumenta donationis fecerit. Vatic. §. 268. cf. §§. 265. 273. 314. Instrumento dotali huiusmodi pactum — complexus est. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. Instrum. divisionis. fr. 35. de pact. 2. 14. Tutelaria instrumenta. fr. 8. §. 1. de fideiuss. tut. 27. 7. Inter alias res dotis, etiam instrumentum solidorum X tradidit. fr. 49. pr. sol. matrim. 24. 3. cf. c. 5. de don. int. V. 5. 16. Pecunia numerata, aut instrumenta debitorum. fr. 92. §. 1. de legat. III. (32.) cf. fr. 35. §. 2. de donat. 39. 5.

Insubtilis. (Adiect.) *Non subtilis, Inargutus.* III. *Cn.* Non insubtili ratione motus, — respondit. fr. 11. de legat. I. (30.)

Insubtiliter. (Advb.) *Non subtili ratione.* III. *Cn.* Non insubt. dici posse, v. putare. fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 5. de hered. inst. 28. 5.

Insudare. *Cum fervore insistere.* I. *Sy.* Sudare (strenue susceptis armis.) Th. C. VII. 1. c. 8.

de R. M. VII. 20. c. 10. de veteran. VIII. 4. c. 28. de cohortal.

Insuere. *Suendo includere, Adsuere.* III. **Cn.** Vt parricida — culeo insuatur, cum cane etc. fr. 9. pr. ad L. Pomp. de parr. 48. 9. Clavi, qui vestibus insuuntur. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Insuetus. (Adiect.) *Non consuetus.* III. **Cn.** Pateat insuetis horridus carcer aliquando luminibus. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Insufficiens. (Adiect.) *Non satis idoneus.* III. **Cn.** An tibi adiungi aliquos curatores oporteat, Praeses Pr., si te insufficientem deprehenderit, aestimabit. c. 11. de excus. tut. 5. 62.

Insula. §. **1.** *Terra aquis cincta.* III. **Cn.** Omnes stationes navium, portus, litora, — abdita quinetiam loca, et insulae. Th. C. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. cf. XIII. 5. c. 32. de navicular. Per omnes provincias atque insulas Italiae. — Siculus possessor, cum circumiectis insulis. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. c. 2. §. 1. cf. fr. 9. de iudic. 5. 1. Insularum Praeses. c. 6. de navicular. 11. 1. cf. Nov. 163. c. 2. Insula, quae in mari nascitur, Maritimae insulae. fr. 7. §. 3. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 11. de instr. leg. 33. 7. Si insula in publico flumine fuerit nata, — si in medio alveo nata est etc. fr. 1. §. 6. de flumin. 43. 12. cf. fr. 9. §. 4. de usufr. 7. 1. Gai II. 72. In insulam relegare Praesides Prov. possunt, — si quidem insulam sub se habeant. fr. 7. §§. 1. 6. de interd. et relegat. 48. 22. Illum provincia illa insulisque eis relego, excedereque debebit intra illum diem. fr. 7. §. 17. ib. 48. 22. (cf. v. Deportare. §. 2.) — §. **2.** *Aedificium, circuitum publicum privatumve habens.* III. **Cn.** In insulis, in horreisque. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Insulam, aut villam (incendere.) Coll. LL. M. XII. 6. sq. Insula iniuncta domui. Pistrinum et horreum, insulae dotali adiectum. fr. 91. §. 6. de legat. III. (32.) fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16. Qui insulam XXX. conduxerat, singula coenacula ita etc. fr. 30. pr. locat. 19. 2.

Insularius. §. **1.** *Servus, qui aedes conducticias custodit.* III. **Cn.** Si quid cum insulario gestum sit, vel eo quem quis aedificio praeposuit. fr. 5. §. 1. de instit. act. 14. 3. Saltuarius, vel insularius. fr. 16. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Dispensatores, insularii, villici, atrienses, textores etc. fr. 203. de V. S. 50. 16. — §. **2.** *Inquilinus, qui in conducta insula habitat.* III. **Cn.** Insularii, et ii qui negligenter ignes apud se habuerint. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Insultare. *Superbire, Insolescere.* III. **Cn.** Inimici cultores, — velut insultantes fidei nostrae. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 2.

Insumere. *Impendere, Erogare.* III. **Cn.** Eos — D. solidos volumus insumere. Th. C. VI. 24. c. 3. de domest. et protect. Annonae, quae amplius insumuntur. Ib. c. 2. l. 1.

Insumtio. *Erogatio.* I. **Sy.** Erogatio. Cf. h. v. §. 1.

Insuper. (Praepos.) §. **1.** *Praeterea, Amplius.* III. **Cn.** Recepturus, quod dederis, et insuper aliquid praeter pecuniam. fr. 5. de naut. foen. 22. 2. Insuper fundum legatum, verum non amplius deberi, quam etc. fr. 20. pr. de instr. leg. 33. 7. Vinculis publicis iubentur contineri, et insuper pro suspectis habentur. fr. 3. §. 16. de susp. tutor. 26. 10. — §. **2.** *Insuper habere,* pro *Contemnere.* III. **Cn.** Qui sciens defuncti vindictam insuper habuit. fr. 17. de h. qu. ut indign. 34. 9. Strictam rationem ins. habemus. fr. 43. de relig. 11. 7.

Insurgere. *Exsurgere.* III. **Cn.** Iubemus insurgere leges, armari iura gladio ultore etc. Th. C. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult. Insurgere nos, disciplina nostrorum temporum cohortatur. Coll. LL. M. VI. 4.

Intactus. (Adiect.) *Intemeratus, Illaesus.* II. **Op.** Interrumpi, Perire. — Intactum manere (sc. usumfr.) c. 17. de usufr. 3. 33. III. **Cn.** Indubitatum atque intactum (faciat perdurare.) Th. C. XIV. 4. c. 6. de suar. Intacta illibataque (conservari, v. manere.) c. 2. Qui et adv. qu. I. I. R. 2. 42. c. 20. §. 1. de don. A. N. 5. 3.

Integer. (Adiect.) §. **1.** *Solidus, Plenus.* I. **Sy.** Solidum, Integrum. fr. 74. sq. fr. 86. fr. 87. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. fr. 23. fr. 25. de re iud. 42. 1. Plena, Integra (aetas.) c. 8. pr. de bon. qu. lib. 6. 61. II. **Op.** Integrum. — Portio, s. Pars. fr. 60. pr. de V. S. 50. 16. c. 13. de SS. eccl. 1. 2. Th. C. XI. 28. c. 15. de indulg. deb. Integrum, — Reliquum (tempus.) fr. 15. de V. O. 45. 1. Pro rata, — Integra (poena.) fr. 9. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. In integrum, — In id, quod facere possunt, (teneri.) fr. 25. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** In integrum obferre summam. fr. 122. pr. de V. O. 45. 1. Vt omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat. Vlp. XXIV. 32. Pensionem integram percipere. fr. 58. pr. de usufr. 7. 1. Integrum locum adsignare. fr. 7. fin. regund. 10. 1. Integrae dotis actionem habere. c. 3. de pact. convent. 5. 14. Integrum diem occupare. fr. 3. pr. de V. S. 50. 16. Integri V. dies — computantur. Paul. V. 33. §. 1. — §. **2.** *Incorruptus, Intemeratus.* I. **Sy.** Illaesa, Integra. Cf. v. Illaesus. Retinere, Integrum habere (ius.) Gai. III. 27. II. **Op.** Integra, — Contraria (corporis valetudo.) Th. C. VII. 1. c. 4. de R. M. Integrum ac sanum, — Quassum (dare.) fr. 27. fr. 54. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Qui (sc. gladiatores) integri exierint. — Qui occisi aut debilitati fuerint. Gai. III. 146. Integra, — Deperdita, et male contracta (nomina.) fr. 16. de admin. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen. fr. 12. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. Si quis claudum puta aut luscum servum occiderit, qui in eo anno integer fuerit. Gai. III. 214. Vt integra sint, quae accessura dictum fuerit. fr. 33. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Quod integrae frontis homo dixerit. fr. 13. de testib. 22. 5. Si integrae opinionis videbatur (sc. servus,) ut non debuerit custodiri. fr. 21. de R. V. 6. 1. Integra persona, h. e. cui per edictum postulare licet. fr. 4. de pop. act. 47. 23. Cum gratuitam, certe integram et abstinentem omni lucro, praestare fidem deberent. fr. 38. de N. R. 3. 5. cf. fr. 1. §. 11. de Carb. edict. 37. 10. — §. **2. A.** *Pristinus, Immutatus.* I. **Sy.** Infecto (damno.) Integra (re.) fr. 9. pr. de damn. inf. 39. 2. II. **Op.**

Si omnia in integro sint, v. Integra re. — Iam negotiis finitis etc. fr. 24. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 9. de curat. furios. 27. 10. III. **Cn.** Grege integro manente. Paul. III. 6. §. 20. Non quasi pro damnatis, sed quasi re integra, quaeratur. fr. 6. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. Integra adhuc causa, (mandati negotio renunciari posse.) Paul. II. 15. §. 1. cf. Gai. III. 160. Dum adhuc integra res sit. Id. III. 159. IV. 123. Integris omnibus. fr. 58. de pact. 2. 14. fr. 65. §. 10. pro soc. 17. 2. fr. 15. §. 4. de re iud. 42. 1. In integro esse, v. manere. Gai. IV. 58. fr. 44. pr. fam. ercisc. 10. 2. Integri, s. In integrum, restitutio. Paul. I. 7. §§. 1. sqq. Vatic. §. 282. fr. 34. §. 1. de minor. 4. 4. In integrum restitui. Rest. in integr. Paul. IV. 8. §. 24. Gai. II. 163. IV. 53. 57. 125. fr. 3. §. 2. sqq. fr. 48. de minor. 4. 4. fr. 33. de re iud. 42. 1. fr. 48. §. 1. de fideiuss. 46. 1. — **§. 2. B.** *Ex integro* i. e. *Ab initio*, *Denuo*. I. **Sy.** Iterum. fr. 6. §§. 8. 10. fr. 7. pr. §. 1. de edend. 2. 13. Retractare, Redintegrare, Ex integro (agere etc.) fr. 31. de iureiur. 12. 2. fr. 14. locat. 19. 2. III. **Cn.** Omnia ex integro facienda. fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Ex integro alius (curator faciendus est.) fr. 9. de curat. furios. 27. 10. cf. fr. 58. §. 3. pro soc. 17. 2. Iurasse non videtur, et ideo ex integro solemniter iurandum est. fr. 33. de iureiur. 12. 2. Arbitrium dat creditoribus, ut ex integro — faciant. fr. 8. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5.

Integrare. **§. 1.** *Explere*, *Implere*. I. **Sy.** Complere (pretii summam.) Paul. II. 15. §. 3. Cf. Interpr. ad h. l. — **§. 2.** *Instaurare*, *Redintegrare*. III. **Cn.** Iure postliminii tutelam pristinam integrare. fr. 8. de tut. et rat. 27. 3. Fideicommissum esse retinendum, integrato iure debiti. fr. 21. §. 1. de S. C. Silan. 29. 5.

Integratio. *Instauratio*, *Repristinatio*. III. **Cn.** Cum abundare debeat creditoribus, si post [al. postremum] integrationem ad sortem potuerint pervenire. Nov. Val. III. de pecun. Afr. cred. II. 14. c. 1. §. 3.

Integre. (Advb.) **§. 1.** *Sine detractione*. III. **Cn.** Nihil — mutetur, sive mutiletur, sed integre atque illibate civitatum petitiones ad — sedis tuae notitiam perferantur. Th. C. XII. 12. c. 4. de legat. et decr. — **§. 2.** *Incorrupta fide*. III. **Cn.** Integre ac sine ulla opinionis labe (peracta administratio.) c. 9. de advoc. div. iudicior. 2. 7. cf. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr.

Integritas. **§. 1.** *Incolumitas*. III. **Cn.** Integritas mentis, non corporis sanitas, (exigenda est, sc. in eo qui testatur.) fr. 2. Qu. testam. fac. p. 28. 1. — **§. 2.** *Probitas*, *Candor* (*animi.*) III. **Cn.** Si eius integritas ac fides fuerit comprobata. Th. C. VIII. 12. c. 2. de donat. cf. XI. 14. c. 1. de cond. in pub. horr. Ipse me vindicabo de eo, qui me — simulata integritate deceperit. Ib. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr.

Integritudo. *Probitas*. III. **Cn.** Secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque commilitones. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1.

Intellectus. (Subst.) **§. 1.** *Iudicium animi*, *Facultas intelligendi*. I. **Sy.** Sensus (sanior.) fr. 14. de off. Praes. 1. 18. III. **Cn.** Qui (sc. pupillus) iam aliquem intellectum habet; nam infans, et qui infanti proximus est, — nullum intellectum habent. Gai. III. 109. Mutus, — si intellectu non careat. fr. 93. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 124. de R. I. 50. 17. **§. 2.** *Cognitio*, *Consilium*. II. **Op.** Elocutione exprimi. — Intellectu percipi. fr. 12. §. 2. rat. rem hab. 46. 8. Corpore, — Intellectu (habere partes.) fr. 66. §. 2. de legat. II. (31.) fr. 5. de stipul. servor. 45. 3. III. **Cn.** Si — id actum esset, vel tacito intellectu. fr. 60. §. 3. mand. 17. 1. Vbicunque — vel tenuis intellectus videri potest nolentis nuptam. fr. 11. §. 2. de divort. 24. 2. cf. fr. 14. ad S. C. Silan. 29. 5. Optimo intellectu disposuisse. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. Graeci, v. latini, sermonis intellectum habere. Gai. III. 93. cf. §. 1. I. de V. O. 3. 15. — **§. 3.** *Sensus*, *Vis ac potestas (verborum.)* III. **Cn.** Si per iocum puta, vel demonstrandi intellectus causa, ego tibi dixero. fr. 3. §. 2. de O. et A. 44. 7. Quod quidem alias cum — praeciperetur, etiam naturalem habet intellectum. fr. 5. de serv. export. 18. 7. Iuris intellectum habere. fr. 50. pr. de hered. pet. 5. 3. Revocare ad intellectum institutionis. fr. 11. §. 6. ad L. Falc. 35. 2. Quem intellectum habeat haec conceptio, (non perspicio.) fr. 132. pr. de V. O. 45. 1.

Intelligentia. *Cognitio*, *Peritia*. I. **Sy.** Intellectus, (sermonis.) Gai. III. 93. fr. 20. §. 9. Qu. testam. fac. p. 28. 1.

Intelligere. **§. 1.** *Animo percipere*, *Cognoscere*. I. **Sy.** Intellectum habere. Gai. III. 106. 109. Percipere. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2. Aestimare. Gai. II. 70. fr. 7. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Scire. Gai. II. 51. sq. fr. 9. de A. v. O. H. 29. 2. III. **Cn.** Videamus, — ita enim intelligemus etc. Gai. I. 142. cf. 50. II. 32. Cuius Praetor perpensam pietatem intellexerit. fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10. Legis Iuniae lator, cum intelligeret futurum etc. — necessarium existimavit. Gai. III. 56. Aut non intelligo, quid sit, — aut valde stulta est consultatio tua. fr. 27. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Cum adfectare quisque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, (futurum etc.) fr. 8. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Si qui sint, qui latine nesciant, vel non intelligant, sed tamen sentiant cui rei intersint. Paul. III. 4 A. §. 13. Mutus, surdus, caecus, — si quod agatur, intelligant. fr. 2. de B. P. furios. 37. 3. cf. Gai. III. 106. Qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent. fr. 5. de R. I. 50. 17. Si proximus pubertati sit (sc. impubes,) et ob id intelligat se delinquere. Gai. III. 208. Cuilibet intelligenti — nunciatum. fr. 11. cf. fr. 5. §. 3. de O. N. N. 39. 1. Qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum se intellegerit. fr. 3. §. 8. Qu. vi aut cl. 43. 24. Intelligis, te non posse etc. Intelligitis, quatenus etc. c. 18. c. 20. de eviction. 8. 45. Palam est intelligere. Gai. III. 18. — **§. 2.** *Accipere*, *Interpretari*, *Iudicare*. I. **Sy.** Accipere. Cf. h. v. §. 5. Custodiri, Credi, Intelligi. fr. 7. fr. 26. de statu hom. 1. 5. Gai. II. 21. Haberi, Videri, Intelligi, Esse. Cf. v. Habere. §. 5. III. **Cn.** Verbum fere omnes veteres sic intellexerunt. fr. 27. §. 13. ad L. Aqu. 9. 2. Par — in his conditio est, nec — intelligitur etc. Gai. IV. 160. cf. III. 166. Non potest aliter intelligi, quam etc. Ib. III. 100. cf. fr. 56.

pr. de V. O. 45. 1. Obligatio contracta intelligitur, praestatio vero adhuc nulla est. Gai. IV. 131. Is intelligendus est (permittere etc.) qui etc. fr. 57. pr. de procur. 3. 3. fr. 76. de V. S. 50. 16. Quod autem diximus, — ita intelligendum est etc. Gai. I. 24. 45. Edi autem ratio, ita intelligitur etc. fr. 10. §. 2. de edend. 2. 13. cf. fr. 19. §. 1. de N. G. 3. 5. Verba haec — sic intelliguntur etc. fr. 70. pr. fr. 162. pr. de V. S. 50. 16. Adpellatione intelligi. fr. 84. cf. fr. 103. ib. 50. 16. Non solum ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelliguntur. Gai. IV. 124.

Intemerate. (Advb.) [cf. v. Intemperanter.] *Inconcusse.* III. ***Cn.*** Qui intemerate [al. intemerata, v. intemerati] pacti iura servaverint. Th. C. II. 9. c. 3. pr. de pact.

Intemeratus. (Adiect.) *Incorruptus, Illaesus.* I. ***Sy.*** Illibatus, Integer. Th. C. IX. 42. c. 1. pr. §§. 1. 3. de bon. proscr. II. ***Op.*** Laesus, Violatus. Ib. IX. 8. c. 1. si qu. eam cui. tut. III. ***Cn.*** Integrum atque intemeratum (frumentum.) Ib. XIV. 15. c. 1. de can. frum. urb. R. Intemerata virginitas puellae. Ib. IX. 8. c. 1. l. Intemeratae fidei sensus. Ib. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeret. Salva atque intemerata in perpetuum manere. Ib. VI. 26. c. 17. pr. de prox. com. disp.

Intemperanter. (Advb.) *Immoderate, Libidinose.* III. ***Cn.*** Quoniam nonnulli — curiales intemperanter minores — ad curiae consortium devocarunt. Th. C. XII. 1. c. 19. de decurion. Popularibus plausibus intemperanter [al. intemerate, v. intemperate] servire. c. 5. de spectacul. Cf. Th. XV. C. 5. c. 3. eod.

Intemperantia. *Incontinentia.* III. ***Cn.*** Domina cauponae, an ministra fuerit, — ut plerumque ipsa intemperantiae vina praebuerit. Th. C. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult.

Intemperatus. (Adiect.) *Immoderatus, Indomitus.* III. ***Cn.*** Libidine intemperatae cupiditatis — exarsisse. c. 25. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Hiemis intemperata ferocitas. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Intempestive. (Advb.) *Non opportuno tempore.* I. ***Sy.*** Importune. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Intemp. iter facere (per campum iaculatorium.) fr. 9. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Silva caedua, etiamsi intemp. caesa sit. fr. 48. §. 1. de usufr. 7. 1. Intemp. misericordiam exercere. fr. 7. pr. depos. 16. 3. Quod adpeti intempestivius [al. intempestivis] solet. Th. C. VI. 23. c. 7. §. 1. de honor. codic.

Intempestivus. (Adiect.) *Non iusto tempore factus.* III. ***Cn.*** Vt opera rustica suo quoque tempore faciat, ne intempestiva cultura deteriorem fundum faceret. fr. 25. §. 3. locat. 19. 2. Neve — adpetant vulgo intempestiva convivia. Th. C. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R.

Intendere. **§. 1.** *Dirigere, Conferre.* III. ***Cn.*** Curam sedulae mentis intendere (muneribus perferendis.) Ib. XII. 1. c. 43. de decurion. Animum intend. (excolendis veteribus operibus.) Ib. XV. 1. c. 19. de opp. pub. — **§. 2.** *Inferre (iudicium), Contendere, Experiri (iudicio.)* I. ***Sy.*** Intentare. Cf. h. v. §. 2. Agere (iudicio.) Intendere (actionem.) fr. 1. §. 8. fr. 2. de tut. et rat. 27. 4. fr. 7. §. 1. de iniur. 47. 10. Experiri, Persequi. fr. 5. §. 1. de Carb. edict. 37. 10. Coll. LL. M. X. 2. Accusare, Crimen intendere. Paul. V. 4. §. 12 III. ***Cn.*** Exactionem intendere (cibariorum.) Coll. LL. M. l. l. Iurare debent, non calumniae causa litem intendere. fr. 44. §. 4. fam. ercisc. 10. 2. Vt adversus eum — actiones ei non denegentur, quascunque intendere velit. fr. 24. pr. de liberali c. 40. 12. Non solum in actionibus, quas procurator intendit, verum in stipulationibus quoque etc. fr. 20. rat. rem. hab. 46. 8. Sive operae petantur, sive obsequium desideretur, sive etiam famosa actio intendatur. fr. 6. si ingen. esse dic. 40. 14. Non debet cogi actor, omissa actione civili, crimen intendere. fr. 15. de accus. 48. 2. Non quilibet ex populo, ut publicam accusationem intendat. fr. 30. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Crimen, quod intendit, etiam perfecit. fr. 14. §. 11. de bon. libert. 38. 2. Si quidem crimen intendis. — Sin vero ad exhibendum intendis. c. 6. ad exhib. 3. 42. Qui hoc intendit, nec impleverit. fr. 5. pr. de manum. 40. 1. cf. Paul. V. 16. §. 3. Rite intendere (actiones.) fr. 55. de procur. 3. 3. — **§. 3.** *Intentione formulae iudicii complecti (desiderium actoris.)* I. ***Sy.*** Petere (rem nostram esse.) Vindicare. Gai. II. 194. IV. 4. 36. 92. sq. fr. 1. de Pub. in R. A. 6. 2. Agere. Cf. h. v. §. 8. III. ***Cn.*** Formulam edimus, qua intendimus etc. Id. IV. 93. Quales sunt (sc. formulae,) quibus intendimus: „nostrum esse aliquid,“ aut: „nobis dari oportere.“ Ib. IV. 45. Cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere, velut utendi etc. Ib. IV. 3. 34. Si de communi servitute quis bene quidem deberi intendit, sed aliquo modo litem perdidit culpa sua. fr. 19. si servit. 8. 5. Cum ex causa duplae stipulationis aliquid intendimus. fr. 139. cf. fr. 85. §. 5. de V. O. 45. 1. Ab adversarii quoque parte si interveniat aliquis, cum quo actio constituitur, intenditur: „dominum dare oportere.“ Gai. IV. 87. Ficto se herede intendit, velut hoc modo. Ib. IV. 34. 36. sq. Si, facta compensatione, plus nummo uno intendat, — causa cadat. Ib. IV. 68. cf. 54. 56. Vatic. §. 53.

Intentare. **§. 1.** *Immittere, Deferre.* I. ***Sy.*** Imponere (onus.) Th. C. VI. 35. c. 4. de priv. cor. qu. in S. pal. — **§. 2.** *Inferre (iudicium.) Contendere.* I. ***Sy.*** Intendere, Persequi (crimen.) Experiri. c. 1. sqq. c. 6. de crim. expil. hered. 9. 32. Accusare. Intentare crimen. fr. 7. pr. §. 1. fr. 40. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Agere, Intentare actionem. Expetere, Pulsare. Th. C. IX. 20. c. 1. vict. civ. ag. XI. 39. c. 12. de fide test. III. ***Cn.*** Quodsi rei interest, minoris fit pecuniae condemnatio, quam intentatum est. fr. 2. pr. de eo qu. c. loc. 13. 4. Causa intentati criminis (tractabitur.) c. 4. de accusatt. 9. 2. cf. c. 3. §. 1. ubi Sen. v. Clariss. 3. 24. Si causam probaverit intentatam. c. 8. §. 4. de repud. 5. 17. Si — fuerint accusati, et obtentu proximitatis intentata depulerint. Th. C. IX. 7. c. 8. ad L. Iul. de adult.

Intente. (Advb.) *Impense, Studiose.* III. ***Cn.*** Si non intente custodierint disposita salutaria. c. 7. §. 3. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Intentio. **§. 1.** *Actus intendendi.* III. ***Cn.***

Quae animi provisione, et corporalis laboris intentione (perpetrantur.) fr. 18. §. 1. cf. fr. 1. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. — **§. 2.** *Adfectus animi, Consilium.* III. ***Cn.*** Non quaeri oportet, cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigetur. fr. 77. §. 26. de legat. II. (31.) cf. fr. 10. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Pietatis intentione facere. fr. 14. §. 7. de relig. 11. 7. — **§. 3.** *Contentio.* III. ***Cn.*** Quorum scholasticae intentioni tribuitur etc. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. Solis die — omnium omnino litium, negotiorum, conventionum quiescat intentio. Ib. VIII. 8. c. 1. de exsecut. et exact. XI. 7. c. 13. de exaction. Sine intentione religionis et cultus (sua retinere.) Ib. XVI. 8. c. 20. pr. de Iud. — **§. 3. A.** *Adlegatio, Adseveratio.* III. ***Cn.*** Intentio dati pignoris, neque redditae pecuniae, non aliter tenebit etc. c. 1. si pign. convent. 8. 33. — **§. 4.** *Controversiae iudicialis institutio, Petitio actoris.* I. ***Sy.*** Actio. fr. 6. §. 3. si servit. 8. 5. Th. C. II. 15. c. 1. de d. m. Querela. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Ab ipsis intentionis exordiis. — Propositum suae intentionis explanet. Ib. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et codic. Libera potius intentione, quam captiosa atque occulta conscriptione — in iudicium devocare. Ib. IX. 34. c. 4. de famos. libell. Cf. II. 26. c. 4. (Wck.) fin. regund. Advocatus fisci, qui intentionem delatoris exsequitur. fr. 5. §. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9. Cf. Th. C. X. 16. c. 4. de fisci debitor. In iudicio sistere (sc. servum,) accusatoris intentionibus responsurum. c. 2. de accusat. 9. 2. Qui testimonio suo intentionem accusatoris adiuvaverunt. fr. 5. §. 10. l. l. 34. 9. Criminales et civiles intentiones agentium excipere. c. 12. pr. de prox. S. scrin. 12. 19. — **§. 4. A.** *Argumentum petitionis propositum, Formulae iudiciariae pars.* I. ***Sy.*** Ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit. Gai. IV. 41. III. ***Cn.*** Partes formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. Ib. IV. 39. cf. 44. 68. Ex persona eius — sumta intentione, convertit condemnationem in suam personam. Ib. IV. 35. 86. sq. Quae (sc. formula) in factum concepta est. — Quae in ius habet intentionem. Ib. IV. 106. cf. 45. sq. Sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi debet. Ib. IV. 53. Totius illius iuris obligatio, ita concepta actione, — per intentionem consumitur. Ib. IV. 131. cf. fr. 1. pr. si mensor. 11. 6. Ab intentione dominii separatur (quaestio pignoris.) fr. 1. §. 2. de pignor. 20. 1. In praeiudiciis is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit. fr. 12. de excc. 44. 1. cf. Gai. IV. 44. Iudicium in eos dari, qui occasione iuris liberantur, ut magis eos perceptio, quam intentio liberet. fr. 32. pr. de pecul. 15. 1. cf. fr. 17. de evict. 21. 2. Civili intentione incerti agendum est. fr. 6. de praescr. vv. 19. 5. Non ideo repelli ab intentione non iure facti testamenti. fr. 47. de hered. pet. 5. 3. Patris intentio adhuc pendet. — Pater ad querelam vocatur, et suam intentionem implere potest. fr. 14. de inoff. testam. 5. 2. Non utique existimatur confiteri de intentione adversarius, quia etc. fr. 9. de excc. 44. 1.

Intentus. (Partic.) *Adtentus.* III. ***Cn.*** Iam non potest tantum, quantumlibet intenta, cogitatio providere, ut etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 1.

Inter. (Praepos.) **§. 1.** *Intra, In.* I. ***Sy.*** Ex his, Inter eos (esse.) fr. 1. §. 9. de postul. 3. 1. Interea. Inter moras. fr. 15. de N. G. 3. 5. Intra. Paul. IV. 6. §§. 2. sq. II. ***Op.*** Ante heredis institutionem. — Inter medias heredum institutiones. Paul. III. 6. §. 2. Vlp. I. 20. sq. III. ***Cn.*** Suus heres, quive inter suos heredes (ad B. Pnem a Praetore vocatur.) Vlp. XXVI. 8. Praecellere inter (eos creditores.) fr. 8. de pact. 2. 14. Haberi, s. Esse, s. Connumerari, v. Accipi, inter etc. Coll. LL. M. XV. 2. Paul. III. 6. §. 72. fr. 14. de statu hom. 1. 5. fr. 9. de feriis 2. 12. fr. 6. §§. 1. 6. fr. 21. de h. qu. not. infam. 3. 2. Profiteri (censum) inter cives R. Vlp. I. 8. Inter eos (melior conditio est occupantis.) fr. 19. pr. de re iud. 42. 1. Inter negotia Sempronii, quae gerebat, ignorans Titii negotium gessit. fr. 31. §. 1. de N. G. 3. 5. cf. Vatic. §. 189. Versari inter (manus hominum.) fr. 2. §§. 42. 47. de O. I. 1. 2. Inter caeteros (exheredare.) Cf. v. Caetera. §. 2. — **§. 2.** *Apud.* III. ***Cn.*** Manumitti inter amicos. Cf. v. Amicus (Subst.) §. 2. Cum quaerebatur inter advocationem (Illyricianam.) c. 11. unde vi. 8. 4. Inter pares numero iudices si proferantur (dissonae sententiae.) fr. 38. de re iud. 42. 1. — **§. 3.** *Circa, Erga.* III. ***Cn.*** Iuris est, s. Iuris interpretatio facta est, inter (suos heredes.) Gai. III. 15. sq. Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. fr. 9. de I. et I. 1. 1. Inter eas personas — est quaedam similis observatio. Gai. I. 60. Iudex dandus inter (coheredes.) Paul. I. 18. §. 4. V. 5. A. §. 1. Ius dicere, v. Iurisdictionem habere, v. Arbitrari, inter aliquos. fr. 2. §. 28. de O. I. 1. 2. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. — **§. 4.** *Secundum.* III. ***Cn.*** Si inter leges obiecta constiterint. Nov. Maior. de episc. iud. IV. 9. c. 1. — **§. 5.** *Invicem.* I. ***Sy.*** Cum aliquo, Inter eos (agi.) Gai. I. 184. Vlp. XI. 24. Sibi esse (parentum liberorumve loco.) Inter se obtinere (locum.) Gai. I. 59. cf. §. 1 I. de nupt. 1. 10. III. ***Cn.*** Sive quis cognatus, cognata inter se etc. Vatic. §. 298. Inter quos iura adgnationis consequuntur. fr. 7. fr. 44. de adopt. 1. 7. Eis omnibus inter se donare, capere liceto. Vatic. l. l. Vlp. XV. 1. XVI. 1. sq. Agi, v. Iudicium accipi, inter (cives R. etc.) Gai. IV. 42. 104. fr. 4. §. 6. fin. regund. 10. 1. Ex hoc contractu nullam inter se controversiam amplius esse. fr. 67. §. 3. de cond. indeb. 12. 6. Si vicini semipedes inter se contulerunt. fr. 27. §. 13. pro soc. 17. 2. Qui inter se obligati sunt. fr. 58. de pact. 2. 14. Si poena inter eos promissa sit. Paul. V. 5 A. §. 1. Convenire, Placere, Agi etc. inter aliquos. Gai. II. 105. III. 150. fr. 8. pr. fr. 12. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 1. pr. §§. 2. sq. fr. 2. pr. §. 1. fr. 27. §. 6. fr. 40. §. 3. de pact. 2. 14.

Interaestimatio. *Aestimatio pretii.* III. ***Cn.*** Interaestimationem [al. in aestimationem, v. aestimationem] servorum proinde fieri debere, atque ut fieret in aestimationem bonitatis agri. fr. 64. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Intercalare. *Interponere, Interserere.* III. ***Cn.*** Posterior dies intercalatur, non prior; ideo, quo anno

anno intercalatum non est etc. fr. 98. pr. de V. S. 50. 16 cf. fr. 3. §. 3. de minor. 4. 4.

Intercalaris. (Adiect.) *Qui intercalatur.* III. ***Cn.*** Mensem intercalarem additicium esse. fr. 98. §§. 1. sq. l. 50. 16. Vt auctum litis tempus intercalari die existimetur. fr. 2. de div. temp. praescr. 44. 3.

Intercapedo. *Intervallum, Interstitium.* I. ***Sy.*** Intervallum (XV. pedum.) c. 11. de aedif. priv. 8. 10. Spatium (temporis.) fr. 3. pr. de usur. 22. 1. III. ***Cn.*** Et ex personae qualitate, et ex temporis intercapedine (aliam aestimationem accipere debere.) fr. 55. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. fr. 3. §. 3. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3.

Intercedere. **§. 1.** *Interiacere.* I. ***Sy.*** Esse inter etc. Intervenire. fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. fr. 38. de S. P. R. 8. 3. fr. 5. si servit. 8. 5. fr. 38. de A. R. D. 41. 1. III. ***Cn.*** Si intercedat solum publicum, vel via publica. fr. 1. pr. l. 8. 2. Caelum, quod supra id solum intercedit. fr. 1. pr. l. 8. 2. Si tam ampla domus sit, ut et spatia intercedant. fr. 15. §. 13. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Supervenire, Accedere.* I. ***Sy.*** Intervenire, Interponi. Gai. III. 167. fr. 20. de Aedil. edict. 21. 1. Fieri (divortium.) fr. 32. §§. 10. sqq. fr. 62. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 66. §§. 1. sq. sol. matrim. 24. 3. III. ***Cn.*** An, quod domini nomen adiectum efficit, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens? Gai. III. 167. Si — nec res secuta sit, ratihabitione non intercedente. fr. 14. de cond. c. dat. 12. 4. Si vel adpellatio intercesserit, vel adpellare poteris. fr. 7. pr. de transact. 2. 15. Quia ex ea causa intercessit satisdatio, ex qua non debuit. fr. 1. pr. ut in poss. legat. 36. 4. Per imaginarias venditiones et intercedentes manumissiones (celebrata emancipatio.) §. 6. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. cf. Gai. I. 134. Re obligamur, cum res ipsa intercedit. fr. 52. §. 1. cf. §. 3. de O. et A. 44. 7. fr. 23. de acceptil. 46. 4. Si longius spatium intercessurum erit, quominus etc. fr. 18. pr. de iudic. 5. 1. Si aliquod tempus intercesserit (post naufragium.) fr. 5. de incend. ruina. 47. 9. Si non mors, sed capitis deminutio intercesserit. fr. 2. §. 1. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Si inimicitiae intercesserint. fr. 43. §. 6. de procur. 3. 3. Error, — qui intercessisse proponitur. fr. 25. pr. de lib. et posth. 28. 2. Crimen — contrahitur, si et voluntas occidendi intercedat. Coll. LL. M. I. 9. — **§. 3.** *Obligationi alterius accedere. Pro debito alieno intervenire.* I. ***Sy.*** Pro aliis reus fieri. Obligare, Interponere se (pro aliis.) fr. 2. pr. §. 1. fr. 8. §. 3. fr. 14. ad S. C. Vell. 16. 1. cf. c. 23. pr. §. 2. eod. 4. 29. Intervenire (quasi fideiussor.) Fideiubere. fr. 6. fr. 8. §§. 1. sqq. 14. sq. fr. 32. §§. 3. sqq. ib. 16. 1. fr. 6. §. 2. mand. 17. 1. III. ***Cn.*** Intercedere, et quasi in se periculum recipere. fr. 21. de adm. et peric. 26. 7. Pro debitore, s. reo, intercedere. fr. 12. de minor. 4. 4. fr. 8. §. 7. fr. 12. fr. 18. fr. 20. ad S. C. Vell. 16. 1. Fideiussiones et mutui dationes pro aliis, quibus intercesserint feminae. fr. 2. §§. 1. 4. ib. 16. 1. Paul. II. 11. §. 1. Si pro ea — fideiussor, seu mandator intercessisti. c. 10. mand. 4. 35. c. 19. c. 22. de fideiuss. 8. 41. Nisi pro invito quis intercesserit, aut donandi animo, aut negotium gerens. fr. 6. §. 2. mand. 17. 1. — **§. 4.** *Interponere se, Interdicere.* III. ***Cn.*** Neve quis magistratus — intercedito, neve quid aliud facito quominus etc. L. Gall. Cisalp. I. 51. sq. Vt — Praetor intercederet interdicto suo. fr. 2. §. 5. ne qu. in loco pub. 43. 8. Filio, si nullam habet excusationem, intercedere pater — ius non habet. fr. 3. §. 4. de mun. et hon. 50. 4.

Intercessio. **§. 1.** *Interventus.* III. ***Cn.*** Huius legis intercessione depulsa (sc. auditio.) Th. C. VIII. 4. c. 26. de cohortal. Intercessione auctoritatis suae prospiciet (Praeses Pr.) c. 1. de abolition. 9. 42. — **§. 2.** *Comprobatio, Suasio.* I. ***Sy.*** Consilium (matris.) fr. 5. §. 8. de adm. et peric. 26. 7. III. ***Cn.*** Frustra vereris, ne ex ea intercessione, qua signasti ut curator, — conveniri possis. c. 15. de adm. tut. 5. 37. — **§. 3.** *Sponsio pro debito alieno.* I. ***Sy.*** Intervenire, Intercessionem facere, Intercedere. fr. 8. §§. 1. sq. fr. 17. §. 2. ad S. C. Vell. 16. 1. III. ***Cn.*** Per intercessionem aes alienum suscipere. — Per delegationem alii promittere. fr. 19. §. 3. de instit. act. 14. 3. Quamvis pignoris datio intercessionem faciat, tamen — redditionem pignoris — non esse intercessionem. fr. 8. pr. fr. 32. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Si in ipso instrumento intercessionis dixerit. — Sin autem sine scriptis intercesserit etc. c. 23. pr. eod. 4. 29. S. C., quod de intercessionibus feminarum factum est. fr. 15. fr. 29. §. 1. ib. 16. 1. c. 2. c. 9. sq. c. 15. eod. 4. 29. — **§. 4.** *Exactio.* I. ***Sy.*** Exsecutio (militaris, v. officii.) Th. C. I. 9. c. 1. de off. iud. milit. VI. 28. c. 4. de Princ. agent. in reb. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic.

Intercessor. **§. 1.** *Qui interim accedit, et alterius loco ministerio fungitur.* III. ***Cn.*** Si haec pravitas ordinarii iudicis erit, — vicario competant; sin autem vicarius, — vicissim ordinarius iudex intercessor existat. Th. C. III. 11. c. 1. §. 1. si quac. praed. pot. — **§. 2.** *Qui se pro debito alieno obligavit.* I. ***Sy.*** Fideiussor. fr. 3. §§. 5. sq. de pecul. 15. 1. c. 18. sq. c. 21. de fideiuss. 8. 41. II. ***Op.*** Reus (principalis.) fr. 23. pr. de hered. v. act. vend. 18. 4. III. ***Cn.*** Post intercessionem, vel cautionem conscribere, vel pignus aut intercessorem praestare. c. 22. ad S. C. Vell. 4. 29. — **§. 3.** *Exactor.* I. ***Sy.*** Exsecutor. c. 8. de off. Rect. Pr. 1. 40. III. ***Cn.*** Intercessores a Praesidibus Pr. dati ad exigenda debita. Th. C. II. 30. c. 1. de pignor.

Intercessus. (Subst.) *Intercessio, Interventio.* I. ***Sy.*** Intercessio (Praesidis Pr.) c. 7. de exsec. rei iud. 7. 53. c. 1. de abolit. 9. 42. Vatic. §. 279. III. ***Cn.*** Intercessum [al. intercessionem] commodare non posse (rebus propriis.) c. 3. Qui morbo se excus. 10. 50.

Intercidere. **§. 1.** *Praecidere, Concidere.* I. ***Sy.*** Praecidere (gladio.) Th. C. I. 7. c. 1. de off. Rect. Pr. IX. 6. c. 3. ne pr. crim. mai. III. ***Cn.*** Rationes — intercidere, adulterare, vel — turbare. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3. cf. fr. 23. de L. Corn. de fals. 48. 10. Traiectum aquaeductus, — Aedes vicini (incendii arcendi causa,) intercidere. fr. 29. §. 1. fr. 49. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 7. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. — **§. 2.** *Exterminare.* I. ***Sy.*** Exstirpare (sectam.) Th. C. XVI. 6. c. 4. pr. ne S. bapt.

Intercidere. **§. 1.** *Incidere, Supervenire.* III. ***Cn.*** Nisi aliqua causa interciderit, [al. intercideret,] ex qua intelligi possit etc. fr. 35. de solut. 46. 3. — **§. 2.** *Decidere, Deficere, Interire.* I. ***Sy.*** Consumi. fr. 36. sq. locat. 19. 2. Solvi (mandatum.) fr. 57. sq. mand. 17. 1. Amitti. Cf. v. Amittere. §. 1. Exstingui. Cf. v. Exstinguere. §. 3. III. ***Cn.*** Si tamen vi maiore opus prius interciderit, quam adprobaretur. fr. 36. l. 19. 2. cf. Th. C. XV. 1. c. 11. de opp. pub. Si sua natura res — interciderit, velut si homo mortuus fuerit. fr. 14. §. 1. depos. 16. 3. Si res in diem addicta interciderit, vel ancilla decesserit. fr. 4. §. 1. de in diem add. 18. 2. Quia ea res casu intercidit, aut sine iudice restituta est. fr. 18. §. 4. commod. 13. 6. Vnde quaeritur, — utrum intercidat actio, an quiescat? Gai. IV. 78. Aditione hereditatis confusa obligatio interciderat. fr. 80. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 50. de fideiuss. 46. 1. Qui id egerit, ut fideicommissum intercidat. fr. 59. pr. ad L. Falc. 35. 2. Si medio tempore alio casu interciderit ususfr. fr. 60. pr. de usufr. 7. 1. Vt voluntas defuncti non intercidat. fr. 18. §. 2. fam. ercisc. 10. 2.

Intercipere. **§. 1.** *Subripere, Intervertere.* I. ***Sy.*** Subripere. fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. fr. 10. pr. fr. 13. de cond. furt. 13. 1. Furari. fr. 33. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Ne quis ex pecunia sacra — auferat, neve intercipiat, neve in rem suam vertat. fr. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13 Qui sibi falsum nomen imposuerit, — quo quid alienum interceperit, possederit. Paul. V. 25. §. 11. Servos alienos qui sollicitaverit, aut interceperit. fr. 6. pr. ad L. Fab. 48. 15. Cum reposcenti non reddit, supprimere et intercipere videtur. fr. 44. de A. R. D. 41. 1. fr. 1. §. 2. de furt. 47. 2. Si epistola, quam ego tibi misi, intercepta sit. fr. 14. §. 17. ib. 47. 2. Cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet. Gai. III. 195. fr. 33. l. l. 47. 2. — **§. 2.** *Minuere, Impedire.* I. ***Sy.*** Minuere (alimenta.) fr. 8. pr. §§. 5. sq. de transact. 2. 15. III. ***Cn.*** In omnem intercipiatur aetatem (repetitionis facultas.) Th. C. X. 17. c. 1. de fide et iure hast. cf. XIII. 6. c. 7. pr. de praed. navicul. Si nullis intercepta metis actio tolleretur. Ib. XIII. 11. c. 4. de censitor. — **§. 3.** *Intercipi, i. e. Interire.* I. ***Sy.*** Defunctus, Interceptus. Cf. v. Defungi. §. 2. Intercidens, Interceptus (ususfr.) fr. 9. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. III. ***Cn.*** Aut morte interceptus, aut qualibet ratione liberatus potestate. Gai. II. 156. cf. 123. Patrem Titii scelere Seiae non interceptum. fr. 31. §. 2. de adim. legat. 34. 4. — **§. 4.** *Intercipere, i. e. Adprehendere, Deprehendere.* III. ***Cn.*** Si quis in hoc genere criminis possit intercipi. Th. C. VIII. 5. c. 4. pr. de cursu pub.

Intercludere. *Praecludere, Prohibere.* I. ***Sy.*** Excludere. fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. Quand. appell. 49. 4. III. ***Cn.*** Vt neque usus necessarii lapidis intercludatur, neque commoditas rei — adimatur. fr. 13. §. 1. comm. praed. 8. 4. Aditum sibi interclusum intelligat (dignitatis.) Th. C. XII. 1. c. 110. de decurion. Interclusam specierum exactionem refricare. Ib. VII. 4. c. 30. de erog. mil. ann.

Intercolumnium. *Spatium inter columnas.* III. ***Cn.*** Omnibus tabulatis, tam his quae intercolumniis adfixa sunt, quam his quae superiores porticus dividunt. Ib. XV. 1. c. 45. de opp. pub.

Intercurrens. *Interveniens.* III. ***Cn.*** Facinoris ipsius intercurrentes, vel admissores. L. Rom. Burg. Tit. 9.

Interdicere. **§. 1.** *Prohibere, Arcere.* I. ***Sy.*** Prohibere. fr. 6. §. 1. fr. 8. fr. 10. sq. de postul. 3. 1. fr. 1. §. 3. de calum. 3. 6. fr. 1. pr. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Iubere abstinere (negotiatione.) fr. 9. §§. 9. sq. de poen. 48. 19. III. ***Cn.*** Nec hodie primum interdici eis placuit, sed vetus haec prohibitio est. Coll. LL. M. XV. 2. Si servus sub poena, emtus sit, interdictis certis quibusdam. fr. 27. §. 5. de usufr. 7. 1. Eadem lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur invitis. Coll. IX. 2. cf. fr. 1. §. 1. fr. 14. de testib. 22. 5. Prodigus, cui lege bonis interdictum est. Vlp. XX. 13. cf. XII. 2. Moribus per Praetorem bonis interdicitur hoc modo. Paul. III. 4 A. §. 7. cf. §. 6. Gai. I. 53. Omnibus aliis interdicatur ab adfectando hoc nomen. c. 13. §. 1. de prox. S. scrin. 12. 19. Et urbe interdicere — potest, et negotiatione, et professione, et advocationibus, et foro. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 9. pr. §§. 4. sqq. de poen. 48. 19. Cuicunque — ad tempus ordine, vel advocationibus, vel quo alio officio fuisset interdictum. fr. 3. §. 1. de decurion. 50. 2. Relegati in insulam, et quibus terra Italica [al. Italia,] et sua provincia interdicitur. fr. 8. §. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. cf. Coll. LL. M. I. 11. fr. 7. §§. 10. sqq. 19. de interd. et releg. 48. 22. Quo (S. Cto) cavetur, ut mathematicis — aqua et igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur. Coll. LL. M. XV. 2. cf. XII. 5. Paul. V. 26. §. 3. Si cui mulieri aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo peregrina fiat. Gai. I. 90. 128. 161. — **§. 2.** *Interdicto imperare.* I. ***Sy.*** Reddere interdictum. Id. IV. 148. sqq. Paul. V. 6. §§. 1. 9. sq. 16. Complecti interdicto. Gai. IV. 166. III. ***Cn.*** Quicunque de ea re decernet, interdicetve, sive sponsionem fieri, iudicarive iubebit. L. Gall. Cisalp. I. 2. Quae adversus edictum Praetoris interdicentis nobis facta essent invicem si non restituantur. Gai. IV. 166. Praetorem sic interdixisse, ne vis fieret. fr. 2. de cloac. 43. 23. Praetor ait: — interdicam quominus etc. fr. 1. pr. ut in flum. pub. 43. 14. fr. 1. §. 29. de aqua quot. 43. 20. Quolibet postulante, de his interdicitur. fr. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. — **§. 3.** *Interdicto experiri.* I. ***Sy.*** Vti, v. Convenire, s. Experiri, interdicto. fr. 6. ne qu. in loco pub. 43. 8. fr. 1. §. 22. de aqua quot. 43. 20. fr. 7. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. ***Cn.*** Poterit ad exhibendum agere, cum neque vindicaturus neque interdicturus sit. fr. 3. §. 11. cf. §. 5. ad exhib. 10. 4. Is, in quem interdicetur. fr. 5. de liber. exhib. 43. 30. Alii tradere (sc. tabulas,) ne eas interdicenti exhiberet. fr. 3. §. 6. de tabul. exhib. 43. 5. Interdicis mecum: „Si eum locum possideamus.“ — An interdico tecum: „Sicuti nunc possidetis etc.“ fr. 3. §. 6. uti possid. 43. 17.

Interdictio. *Prohibitio.* III. ***Cn.*** Is, cui lege bonis interdictum est, — quod interdictione vetustius habuerit testamentum etc. fr. 18. pr. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Sequi nuptiae non possunt, propter matri-

monii interdictionem. fr. 9. pr. de iure dot. 23. 3. Exsilium — est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga. fr. 5. de interd. et releg. 48. 22. cf. fr. 45. de iniur. 47. 10. Aqua et igni, s. Aquae et ignis, interdictio. fr. 5. pr. de cap. minut 4. 5. fr. 2. de pub. iudic. 48. 1.

Interdictum. **§. 1.** ***Prohibitio quaelibet.*** III. **Cn.** Contra interdictum (ducere, v. credere.) Paul. II. 19. §. 5. Fr. de I. F. §. 7. Ampl. ordinis interdictum. Paul. II. 10. §. 1. Iuris civilis interdictum. c. 20. de don. int. V. 5. 16. Nostri statuti interdictum. Interdicta sanctionum. Th. C. VIII. 8. c. 1. de exsecut. et exact. XIII. 5. c. 16. de navicul. — **§. 2.** ***Remedium iuris summarium,*** (ratione habita tam Praetoris interdicto imperantis, quam actoris interdicto experientis.) I. **Sy.** Actio interdicti. Interdictum. Paul. V. 6. §§. 1. 10. 16. III. **Cn.** Non solum si actio postuletur, sed et praeiudicium, vel interdictum etc. fr. 35. §. 2. fr. 39. pr. fr. 40. pr. de procur. 3. 3. Adversus omnes actiones, — adversus interdicta (locum habere.) Gai. IV. 175. cf. Paul. V. 6. §. 2. Neque in interdicto, neque in caeteris causis etc. fr. 198. de R. I. 50. 17. cf. fr. 2. de confess. 42. 2. Formulae verborum et conceptiones, quibus in ea re utitur (sc. Praetor aut Procos.) — interdicta, decretave vocantur. Gai. IV. 139. sq. 160. 166. Interdicta, quae in albo proposita habet (Praetor.) c. 1. de interdict. 8. 1. Exemplo interdicti: „Quem fundum“, proponi etiam interdictum: — „Quem usumfr. etc.“ Vatic. §. 92. cf. Fr. institut. Vlp. ed. Endlicher. p. 11. Inde et interdictum „Vti possidetis“ utile hoc nomine proponitur. Vatic. §. 90. Interdictum, cuius principium est: „Quorum bonorum,“ v. „Vnde tu illum vi deiecisti.“ Gai. IV. 144. 154. Interd. quod appellatur (sectorium, v. Salvianum.) Id. l. l. 146. sq. Interd., quod quidam possessorium vocant. Ib. §. 145. Interdicta aut restitutoria, aut exhibitoria, aut prohibitoria. Id. IV. 140. sqq. Interdd. aut simplicia, aut duplicia. Id. IV. 156. sqq. Sed et ex interdictis: „Quod vi aut clam,“ aut interdicto „Vnde vi,“ audire potest (sc. Praefectus Vr.) fr. 1. §. 6. de off. Prf. Vr. 1. 12. Nonnulli, interdicto reddito, caetera ex interdicto facere nolebant. Gai. IV. 170. Qui, redditi interdicti tempore, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidet. Paul. V. 6. §. 1. Interdicto reddito, intra annum agi posse. Id. IV. 7. §. 6. Vincere interdicto. Gai. IV. 151. Restitutus ex hoc interdicto (ususfr.) Vatic. §. 93.

Interdiu. (Advb.) ***Per diem.*** I. **Sy.** Diurnus, Interdiu deprehensus (fur.) Cf. v. Diurnus. §. 1. II. **Op.** Nocte, s. Noctu. fr. 14. comm. praed. 8. 4. fr. 4. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 6. §. 1. de h. qu. deiec. 9. 3. III. **Cn.** Interdiu, post solem ortum. Tab. Heracl. lin. 57. aer. Br. Atrox iniuria aestimatur, — tempore, quoties interdiu (irrogatur.) Paul. V. 4. §. 10.

Interdum. (Advb.) **§. 1.** ***Aliquando.*** I. **Sy.** Quibusdam casibus. Gai. IV. 53. Aliquando, Alias. Id. III. 199. sqq. IV. 6. Interim. fr. 3. pr. mand. 17. 1. II. **Op.** Plerumque. fr. 1. §. 3. de aqua quot. 43. 20. Saepe, Semper. Gai. IV. 125. sqq. 129. fr. 7. §. 2. de iniur. 47. 10. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Non utique, — sed interdum etc. fr. 73. pr. de iudic. 5. 1. Interdum, — quoties etc. fr. 6. de pact. 2. 14. Nisi quatenus interdum etc. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. Interdum tamen, — si forte etc. fr. 19. ib. 4. 4. cf. fr. 41. de procur. 3. 3. Gai. II. 176. III. 199. 201. Interd., ut, v. utputa. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. fr. 29. de cond. indeb. 12. 6. fr. 78. de V. S. 50. 16. Interdum dimidium, interdum totum debetur. Paul. III. 6. §. 2. Non solum, — sed interd. etiam etc. fr. 123. fr. 145. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** ***Interim.*** III. **Cn.** Quodsi potest, quare non cogat eum, cum potest, proferre (sc. diem,) quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est? fr. 16. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Vsque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interd. alienis. Th. C. IV. 3. c. 1. de Carb. edict.

Interea. (Advb.) ***Interim.*** I. **Sy.** Inter (moras.) Interim. fr. 15. de N. G. 3. 5. fr. 21. de R. V. 6. 1. Gai. II. 200. Per hoc tempus. Medium tempus. Id. IV. 89. 167. Vatic. §§. 16. sq. Pendente (conditione.) Gai. II. 200. III. **Cn.** Interea, priusquam (officium impleat.) fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. Quod interea tibi rem, quae an ad te pertineat dubium est, possidere conceditur. Gai. IV. 89. Fructus, quos interea percepit. Id. IV. 167. fr. 6. pr. de in diem add. 18. 2.

Interemtio. ***Interitus, Amissio.*** I. **Sy.** Corruptio (ususfr.) c. 14. sqq. de usufr. et habit. 3. 33. c. 1. pr. comm. de manum. 7. 15. II. **Op.** Retentio. c. 15. de usufr. 3. 33.

Interesse. **§. 1.** ***Adesse, Superesse.*** I. **Sy.** Intervenire (negotiis.) fr. 9. §. 8. de poen. 48. 19. Adhiberi ad etc. Paul. III. 4A. §. 13. III. **Cn.** Conciliis publicis interesse, et in Senatu sententiam dicere. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, — principiis frequenter interesse. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Si honesta causa interest. fr. 11. de furt. 47. 2. — **§. 2.** ***Discrepare, Distare.*** II. **Op.** Idem esse. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. Indifferenter uti (verbo.) — Putare interesse. fr. 101. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Absolvere eum debere existimant, nec interesse (cuius generis fuerit iudicium.) Gai. IV. 114. Non immerito quibusdam placet, — nihil enim intererit, utrum etc. Id. II. 243. cf. 37. 208. III. 84. Nec interest, an etc. — hoc enim solum spectatur etc. Id. II. 144. Vlp. VI. 6. Et recte, plurimum enim interest etc. Gai. IV. 182. Plurimum interest, an etc. fr. 18. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Nec quidquam interest inter etc. fr. 25. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Neque aliud inter coeptum ambitum atque perfectum esse arbitretur, cum etc. Th. C. IX. 26. c. 1. ad L. Iul. de amb. Interesse puto, qua mente etc. fr. 39. l. l. 41. 2. Inter donum et munus hoc interest, quod inter genus et speciem. fr. 194. de V. S. 50. 16.

Interest. (Impers.) **§. 1.** ***Pertinet, Competit.*** III. **Cn.** Ad iudices, quorum interest, referre. c. 3. de sportul. 3. 2. • Iudicium tuae celsitudinis, vel alii quorum interest. c. 11. de aquaed. 11. 42. Primates officii, quorum interest. Th. C. IX. 26. c. 2. ad L. Iul. de amb. Alii (sc. tutores) ab eo, cuius interest, dati. c. 3. de confirm. tut. 5. 29. — **§. 2.** ***Refert, Commodum alicuius spectat, Ad indemnitatem***

eius pertinet. I. **Sy.** Expedire. Cf. h. v. §. 4. Quod ad utilitatem alicuius pertinet, Vtilitas, Id quod interest. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. fr. 21. §. 2. fr. 22. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 21. §. 3. de A. E. V. 19. 1. fr. 4. §. 7. de damn. inf. 39. 2. II. **Op.** Ita demum ratas esse, si utilitatis publicae interest. — Quodsi damnosae sint, observari non debere. fr. 13. §. 1. de pollicit. 50. 12. Non, quod interest, — sed rei verum pretium, s. aestimatio rei, v. quantitas. fr. 50. pr. de furt. 47. 2. cf. fr. 1. §. 20. de tut. et rat. 27. 3. fr. 4. §. 7. de damn. inf. 39. 2. fr. 193. de V. S. 50. 16. Quod intersit agentis. — Quanti in litem iuraverit actor. fr. 2. §. 1. de in lit. iur. 12. 3. III. **Cn.** Huius edicti utilitas evidens, — siquidem publice interest etc. fr. 1. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. cf. fr. 16. de app. et relat. 49. 1. Etiam publice interest, (restitui, v. constitui.) fr. 65. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 44. pr. de usurp. 41. 3. Reipub. v. Disciplinae publicae, v. Publicae salutis et securitatis, interest. fr. 18. de reb. auct. iud. 42. 5. Paul. V. 4. §. 15. fr. 5. §. 11. de O. N. N. 39. 1. Non id, quod privatim interest unius ex sociis, — sed quod societati expedit. fr. 65. §. 5. pro soc. 17. 2. Nec ullorum magis interest, quam ipsorum, — eiusmodi exemplum non admitti. fr. 24. de milit. testam. 29. 1. cf. fr. 23. de pact. 2. 14. Tantum praestabis, quanti eius interfuerit (frui etc.) fr. 33. locat. 19. 2. cf. fr. 12. §. 4. ad exhib. 10. 4. fr. 14. §. 10. de furt. 47. 2. Qui sua interesse dicit. fr. 2. §. 3. Quand. app. 49. 4. Quatenus mea interest (implesse eum mandatum.) Gai. III. 161. In id, quod interest, agitur, h. e. quod rem habere interest emtoris. fr. 1. pr. de A. E. V. 19. 1 cf. fr. 13. pr. rat. rem hab. 46. 8. Cuius interest, praeter verum pretium, id, quod plus ei iussus est dare, consequi. fr. 32. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. Cum coepit interesse eius, qui mandavit; caeterum si nihil interest etc. fr. 8. §. 6. mand. 17. 1. Pluris, vel minoris, interesse coepit. — Desiit eius interesse. fr. 8. §. 1. de edend. 2. 13.

Interficere. §. **1.** *Occidere.* I. **Sy.** Interimere. Paul. III. 5. §§. 10. sq. fr. 1. §§. 17. sq. 20. de S. C. Silan. 29. 5. Occidere, Necare. Paul. ib. §. 2. fr. 1. pr. §§. 17. sq. l. 29. 5. III. **Cn.** Qui per vim aut caedem interfectus est, velut iugulatus etc. Paul. l. l. — §. **2.** *Finire, Abolere.* III. **Cn.** Ius alienum improba temeritate pervasit, ita ut neuter reparationem interfecti [al. intercepti] hoc pacto semel negotii audeat postulare. Th. C. IV. 22. c. 2. unde vi.

Interfrigescere. *Elanguescere.* III. **Cn.** Captiosi silentii tempus, per quod res interfrigescat. Vatic. §. 155.

Interiacens. (Partic.) *In medio collocatus.* III. **Cn.** Inter templum, — et post loca publica et ianuas primas ecclesiae, quidquid fuerit interiacens. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl.

Interiectus. (Partic.) §. **1.** *Interiacens, Intercedens.* III. **Cn.** Interiecti aequoris tractus. Ib. VII. 4. c. 33. de erog. mil. annon. Interiectis prohiberi obicibus. Ib. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. Interiectorum spatiorum dinumeratio. Ib. XI. 31. c. 6. de repar. app. — §. **2.** *Adiectus.* III. **Cn.** Moratoriis quibusdam frustrationibus interiectis (litigia protrahere.) Ib. XI. 36. c. 3. Quor. app. n. rec. Nec obsit — venditio interiecta, vel largitas. Ib. VIII. 15. c. 5. §. 2. de iis qu. admin.

Interim. (Advb.) §. **1.** *Interea.* I. **Sy.** Interea. Cf. h. v. Si pendeat, an etc. Pendente etc. fr. 1. §. 1. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 7. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Gai. II. 200. III. **Cn.** Incerto eo, s. Dum incertum est, — interim (admitti, v. esse.) fr. 36. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. fr. 1. §. 1. fr. 6. §. 1. de statulib. 40. 7. Quamdiu ab alio non possideatur, a nobis eum possidere, ideoque interim etiam usucapi. fr. 1. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2. Quamvis servus interim hostium fiat, pendet ius liberorum. Gai. I. 129. Vlp. X. 4. Quamvis auferri eis dominium possit, interim tamen conveniendi sunt. fr. 36. de nox. act. 9. 4. Interim decerni (alimenta.) fr. 27. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. Quod interim pervenire potest (ex operis servi.) fr. 56. §. 3. ad L. Falc. 35. 2. Adquirere interim, v. Suos interim facere (fructus.) fr. 3. pr. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 48. pr. de A. R. D. 41. 1. — §. **2.** *Aliquando.* I. **Sy.** Interdum. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Statuliberum non utique ibi — rationes reddere debere, sed interim proficisci ad eum etc. fr. 112. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. — §. **3.** *In re praesenti.* III **Cn.** Innumerabilibus rebus probari potest; unum interim posuisse contentus ero. fr. 51. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Interimere. §. **1.** *Interficere, Occidere.* I. **Sy.** Interficere. Cf. h. v. §. 1. Occidere, Necare. Paul. III. 5. §§. 1. sqq. 11. fr. 7. §. 5. de d. m. 4. 3. fr. 1. pr. §§. 17. sq. 20. sq. de S.C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Vbicunque vis adhibita est, quae interimere solet. fr. 1. §. 20. cf. §. 18. ib. 29. 5. Liquere debet, scelere interemtum. fr. 1. §. 24. ib. 29. 5. Fataliter interemto (servo.) Paul. III. 6. §. 9. — §. **2.** *Tollere, Abolere.* I. **Sy.** Dilatione interemta, illico. Non exspectata die. fr. 3. §. 14. de statulib. 40. 7.

Interior. (Adiect.) *Internus.* I. **Sy.** Superna (impressio, v. scriptura.) Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. II. **Op.** Exterior. Cf. v. Exter. §. 1. Ianuae primae ecclesiae. — Interius templum. Ib. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl.

Interire. *Consumi, Exstingui.* I. **Sy.** Consumi, Perimi. fr. 22. de N. G. 3. 5. fr. 17. sq. Qu. met. c. 4. 2. fr. 44. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Exstingui, Intercidere, Perire. fr. 5. §§. 2. sq. fr. 10. pr. §§. 1. sqq. 5. sqq. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 14. §. 1. depos. 16. 3. fr. 10. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. fr. 47. §. 6. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Si mortis tempore tabulae fuerint, licet postea interierint. fr. 1. si tab. testam. exstab. 37. 2. Cum — inundatione aquarum, aut chasmate, aliove quo casu, pars fundi interierit. fr. 10. §. 1. l. 18. 6. cf. fr. 22. de N. G. 3. 5. Vtique cum interitura esset ea res, etsi restituta esset actori. fr. 14. §. 1. depos. 16. 3. Si quae tales sint (sc. actiones,) ut tempore aut morte intereant. fr. 24. pr. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 10. de tut. et rat. 27. 3. Sive homines, sive res, sive voluntas, sive actio interierit, distrahi videtur societas. fr. 63. §. 10. pro soc. 17. 2.

Interitus. (Subst.) *Excidium.* I. **Sy.** Si sua

natura res interciderit. Naturalis interitus eius. fr. 14. §. 1. depos. 16. 3. Periculum extremum. Interitus imminens. Th. C. XV. 7. c. 1. de scaenic. II. ***Op.*** Donec manet (ususfr.) — Post interitum eius. fr. 4. de novat. 46. 2. cf. fr. 14. Qu. mod. ususfr. 7. 4. III. ***Cn.*** Quae sine interitu dividi non possunt. fr. 35. §. 3. de R. V. 6. 1. Sine interitu sui discedere (a personis) non potest (sc. ususfr.) fr. 15. fam. ercisc. 10. 2. Quae (sc. clades) prorsus etiam ipsius rei — faciat interitum. c. 1. de iure emphyt. 4. 66.

Interlinere. *Lituram obducere.* I. ***Sy.*** Delere (ut legi non possint.) Corrumpere (instrumenta.) fr. 42. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 11. §. 1. de servo corr. 11. 3. fr. 27. §. 3. de furt. 47. 2. III. ***Cn.*** Amovere, celare, eripere, delere, interlinere, subiicere, resignare (sc. testamentum.) fr. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Si aliquid interleverit, perduxerit, adiecerit, emendaverit. fr. 20. §. 1. de milit. testam. 29. 1. c. 12. de testam. et quemad. 6. 23. Si — chirographum — cavere fecisti, egoque (hoc) interlevero. fr. 5. §. 8. commod. 13. 6.

Interlocutio. **§. 1.** *Elocutio, Oratio.* I. ***Sy.*** Sermo. c. 16. de sent. et interloc. 7. 45. Verba, Interlocutiones. Iul. ep. nov. c. 113. §. 420. — **§. 2.** *Pronunciatio iudicis, de plano facta.* II. ***Op.*** Sententia (postrema.) c. 9. ib. 7. 45. cf. c. 33. §. 2. de episc. et cler. 1. 3. Th. C. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Corn. de fals. III. ***Cn.*** Cum non causa cognita dictum est, — sed ad postulatum patroni interlocutione iudicis responsum sit. c. 17. ex qu. c. infam. 2. 12. Severa interlocutione comminatus, fustium castigationem remittit (sc. Praefectus Vigg.) fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Ex praecepto, sive interlocutione iudicis. fr. 11. de exce. 44. 1. Non ab ipsis quodammodo primae interlocutionis exordiis, vel ab executionibus (provocare.) Th. C. XI. 36. c. 1. Quon. app. n. rec.

Interloqui. *In cognoscendo proferre interlocutionem.* III. ***Cn.*** Quodcunque imperator — vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est. fr. 1. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Quaesiit Imp. — et interlocutus est. fr. 38. de fideic. libb. 40. 5. Ex facto scio, — Praetorem me adsidente interlocutum esse etc. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Si — Praeses, scribendum Principi interlocutus est. fr. 6. §. 7. de iniust. rupt. 28. 3. cf. fr. 1. §. 2. de app. et relat. 49. 1. Si Praeses, vel iudex ita interlocutus sit: „Vim fecisti!" fr. 32. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 5. ad S. C. Turp. 48. 16.

Interminari. *Comminari.* III. ***Cn.*** Interminatae poenae erunt obnoxii. Th. C. XVI. 5. c. 60. de haeretic.

Interminatio. *Comminatio, Minatio* III. ***Cn.*** Licet innumeris sint constitutionibus prohibitae, recenti quoque interminatione vetamus. Th. C. X. 20. c. 18. de murileg. Si parum profecerit in servos interminatio constituta. Ib. VII. 18. c. 2. de desertor. Omnes iubemus interminatione moneri. Ib. XII. 18. c. 2. si curial. rel. civit. De hac urbe pellantur, sub interminatione iudicii. Ib. XVI. 5. c. 18. pr. de haeretic. Licentiam contributam, sub mulctae interminatione. Ib. VI. 26. c. 16. de prox. com. disp.

Interminus. (Adiect.) *Non determinatus, Infinitus.* III. ***Cn.*** Vt circa eos — intermina possint aetate servari. Th. C. XI. 28. c. 13. de indulg. debitor.

Intermiscere. *Immiscere, Ingerere.* III. ***Cn.*** Nullum actum alienum testamento intermiscere. fr. 21. §. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Si filia, vel filiae fuerint. — Sin mares fuerint intermixti. Th. C. IX. 42. c. 24. §. 1. de bon. proscr.

Intermissio. *Quies, Vacatio, intercedens.* I. ***Sy.*** Tempus intermissi (furoris.) Paul. III. 4 A. §. 5. fr. 20. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. III. ***Cn.*** Natura sua habet intermissionem (sc. servitus aquae.) fr. 13. de usu et usufr. leg. 33. 2. Sine inquietudine et intermissione (permanere in officiis.) Th. C. VI. 35. c. 14. §. 1. de priv. eor. qu. in S. pal.

Intermittere. **§. 1.** *In medio relinquere.* III. ***Cn.*** Vel eodem die, vel intermisso tempore. Paul. II. 25. §. 2. Aedificare, intermisso legitimo spatio a vicina insula. fr. 14. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Praetermittere, Omittere.* II. ***Op.*** Adire (sessionibus.) — Intermittere (sessiones.) Vatic. §§. 161. 165. III. ***Cn.*** Si — intermiserit administrationem tutor, deinde coeperit gerere. fr. 14. de tut. et rat. 27. 3. cf. fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. Vt — specierum intermittatur exactio. Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. annon.

Intermori. *Intercipi.* II. ***Op.*** Quae (sc. viae) exitum habent (in militares vias.) — Quae sine ullo exitu intermoriuntur. fr. 3. §. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. fr. 2. §. 23 ne qu. in loco pub. 43. 8.

Intermutatio. *Immutatio.* III. ***Cn.*** Qui apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probaverunt. Th. C. XVI. 6. c. 2. pr. ne S. bapt.

Internecivus. (Adiect.) *Ad internecionem spectans.* III. ***Cn.*** Qui vel internecivi [al. internecini] exserit actionem, vel crimen suspectae mortis intendit. Ib. IX. 1. c. 14. de accusat.

Internoscere. *Discernere.* III. ***Cn.*** Quodsi separatim tabulis — clusum uniuscuiusque triticum fuisset, ita ut internosci posset, quid cuiusque esset. fr. 31. locat. 19. 2.

Internuncius. *Interpres, Proxeneta.* I. ***Sy.*** Nuncius. Cf. h. v. §. 1. Interpres. Th. C. III. 7. c. 1. pr. de nupt. II. ***Op.*** Per se, et coram. — Per internuncium, vel per epistolam (facere, v. contrahere.) fr. 18. de sponsal. 23. 1. Gai. III. 136.

Internus. (Adiect.) *Interna,* i. e. *Intima pars rei.* III. ***Cn.*** Totius causae interna discutiant. Th. C. X. 12. c. 2. §. 1. si vag. pet. manc. cf. IV. 22. c. 1. unde vi. Munus, quod provinciarum interna depascitur. Ib. VII. 13. c. 7. pr. de tiron.

Interpellare. **§. 1.** *Adpellare, Efflagitare, Provocare.* I. ***Sy.*** Adpellare (de stupro, sc. mulierem etc.) Paul. V. 4. §§. 4. 14. fr. 15. §§. 15. 20. 22. de iniur. 47. 10. Adire (Praesidem.) c. 5. de ingen. manum. 7. 14. Excutere, Convenire. fr. 1. de distr. pign. 20. 5. c. 2. c. 4. Quo quisq. ord. 11. 35. III. ***Cn.*** Si quis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellaverit, vexandi mei causa. fr. 13. §. 3. de iniur. 47. 10. Parte exacta, petere desierat; deinde — interpellare instituerat. fr. 23. de O. et A. 44. 7. An-

nis XIV. interpellata de iisdem solvendis non est. fr. 18. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Cum interpellatus cum aliquo spatio, quo conferre potuit, non facit. fr. 5. §. 1. de collat. bon. 37. 6. cf. fr. 23. sq. de V. O. 45. 1. Si interpellatus opportuno loco, non solverit. fr. 32. pr. de usur. 22. 1. cf. fr. 49. §. 3. de V. O. 45. 1. Qui se defendere paratus, pro tribunali Praesidem Pr. frequenter interpellat. fr. 14. de in ius voc. 2. 4. Interpellando iudicem, vel supplicando Principibus, (adversus pacta venire.) c. 41. de transact. 2. 6. — **§. 2.** *Interdicere, Prohibere.* I. **Sy.** Prohibere. fr. 33. locat. 19. 2. III. **Cn.** Ne venditio, quandoque eligente legatario, interpelletur. fr. 6. de opt. v. elect. 33. 5. cf. c. 3. si antiqu. cred. 8. 20. Obtineri non potest, quominus lege libertates interpellarentur. fr. 7. pr. Qui et a qu. man. 40. 9. cf. fr. 30. mand. 17. 1. — **§. 3.** *Interrumpere, Turbare, Inquietare.* II. **Op.** Durare coeptam, — Interpellari (usucapionem.) fr. 33. §. 6. de usurp. 41. 3. fr. 2. §. 21. fr. 13. pro emt. 41. 4. III. **Cn.** Nemo tam perpetuo, tam continenter ire potest, ut nullo momento possessio eius interpellari videatur. fr. 14. pr. de servit. 8. 1. Non tamen interpellat (sc. lex Iulia) eam possessionem, quae per longum tempus fit. fr. 16. de fundo dot. 23. 5. Qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Paul. V. 2. §. 4. Si forte usufructuarius, cum possit usucapionem interpellare, neglexit. fr. 1. §. 7. usufr. quemad. cav. 7. 9. Cuius officio usucapiones interpellantur, ac, ne debitores liberentur, providetur. fr. 1. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. Is, cuius interest bona alicuius non interpellari. c. 5. de iure fisci. 10. 1.

Interpellatio. **§. 1.** *Adpellatio, Evocatio, Conveniendi actus.* I. **Sy.** Inquietudo (muneris.) Th. C. XIII. 3. c. 10. c. 12. de medic. et prof. III. **Cn.** Si quis obrepserit Praesidi Pr., tam per acta quam per libelli interpellationem. fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. Non potest videri in iudicium venisse, — ideoque alia interpellatione opus est. fr. 23. de iudic. 5. 1. Convento debitore, et apud iudicem interpellatione celebrata. c. 3. si pr. pub. pensit. 4. 46. cf. c. 17. de dignit. 12. 1. — **§. 2.** *Interruptio, Turbatio.* III. **Cn.** In possessione libertatis per XX annorum spatium sine interpellatione morati. c. 2. de l. t. praescr. 7. 22. Obtinere sine interpellatione (id, quod quis emerit.) fr. 188. pr. de V. S. 50. 16.

Interpellator. *Turbator, Invasor.* III. **Cn.** Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores. Paul. V. 4. §. 5.

Interpolare. *Novam formam adiicere.* III. **Cn.** Interpolant veteratores, et pro noviciis vendunt. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Ne constituta interpolentur. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.)

Interpolus. (Adiect.) *Interpolatus, Refectus.* II. **Op.** Nova, — Interpola (vestimenta.) fr. 45. de contr. emt. 18. 1.

Interponere. **§. 1.** *Inter aliqua ponere, Interserere.* I. **Sy.** Mediae, Interpositae (aedes.) fr. 7. §. 1. comm. praed. 8. 4. Inter moras. Tempore interposito. fr. 33. de R. N. 23. 2. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. fr. 23. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 2.** *Intercedere, Exhibere, Adhibere.* I. **Sy.** Intercedere. Cf. h. v. §§. 2. sq. Intervenire, Interponere se. fr. 23. fr. 24. §. 1. de minor. 4. 4. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. 1. II. **Op.** Inter ipsos, aut qui ad eos pertinent, aut per interpositas personas (agi.) fr. 5. §. 2. de don. int. V. 24. 1. cf. fr. 32. §. 2. ad S. C. Vell. 16. 1. Capientis persona. — Interpositus. fr. 57. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Ita coepit Senatus se interponere, (et quidquid constituisset, observabatur.) fr. 2. §. 9. de O. I. 1. 2. Praetorem interponere se, ut officium — impleret. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 16. §. 3. fr. 24. §. 1. de minor. 4. 4. fr. 6. §. 6. Qu. in fr. cred. 42. 8. Vt utrubique se iudex interponat, quorundam necessitatibus facilius succursurus. fr. 5. §. 2. de adgnosc. et alend. 25. 3. Interponere se suam benevolentiam, (D. Pius rescripsit.) fr. 52. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Auctoritatem suam interponat (Praeses Pr.) fr. 2. §. 2. de opp. pub. 50. 10. Partes suas, v. Officium interponere (Praetorem, v. iudicem.) fr. 22. §. 6. sol. matrim. 24. 3. fr. 5. §. 1. de liberali c. 40. 12. Si servum interposuit mulier, (ut ei tradatur.) fr. 11. §§. 6. sq. de don. int. V. 24. 1. Si is, qui in re interpositus est, (nihil dolo fecit.) fr. 12. si qu. in fr. patr. 38. 5. cf. fr. 18. de sponsal. 23. 1. — **§. 3.** *Adponere, Proponere, Celebrare.* I. **Sy.** Adponere, Adplicare (conditiones etc.) fr. 31. de O. et A. 44. 7. Exponere. Cf. h. v. §. 2. Accommodare (auctoritatem, v. fidem.) Gai. I. 190. 192. sq. Vlp. XI. 25. sq. fr. 10. pr. §§. 1. sq. de h. qu. ut indign. 34. 9. III. **Cn.** Consideranda sunt, an hic dederit, qui dare potuit, — et pro tribunali decretum interpositum. fr. 7. §. 1. cf. fr. 5. de confirm. tut. 26. 3. fr. 29. §. 2. de minor. 4. 4. Cum a sententia provocatio interponitur. Fr. de I. F. §. 14. Consenserunt, — et interpositum est instrumentum, et adiecta poena. fr. 134. pr. de V. O. 45. 1. cf. fr. 35. de pact. 2. 14. Testationem interp. (contrariae voluntatis.) fr. 16. ad S.C. Mac. 14. 6. Vxorem ducere, testatione interposita etc. Vlp. III. 3. Quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi. Gai. II. 254. 257.

Interpres. **§. 1.** *Internuncius.* I. **Sy.** Proxeneta, Internuncius. fr. 18. de sponsal. 23. 1. fr. 2. sq. de proxenet. 50. 14. III. **Cn.** Sequestres atque interpretes, taciti nuncii renunciique corrupti. Th. C. III. 7. c. 1. pr. de nupt. — **§. 2.** *Qui orationem obscuram explicat.* III. **Cn.** Vt uterque alterius linguam intelligat, sive per se, sive per verum interpretem. fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1. Sine aliquo iuris teste, vel interprete, (competat directa libertas.) Th. C. IV. 7. c. 1. §. 1. de manum. in eccl. Tam conditor, quam interpres legum (solus Imp.) c. 12. §. 1. de LL. 1. 14. Antiqui legum interpretes. c. 22. de furt. 6. 2. cf. c. 17. de fideic. libb. 7. 4.

Inurere. *Infligere, Imponere.* III. **Cn.** Officiorum publicorum inustum signaculis, (in tutissima custodia collocetur.) Th. C. III. 19. c. 6. pr. (Wck.) de adm. et peric. Elogia inurenda impiis nepotibus (monstrare.) Ib. V. 1. c. 4. §. 2. de legit. heredit. XX librarum auri illatione mulctatus, et perpetua infamia inustus. Ib. XII. 1. c. 85. de decurion.

Inusitatus. (Adiect.) **§. 1.** *Antiquatus.* III. **Cn.** Nulla penitus nec simili, nec diversa, nec inusitata relicta constitutione. Const. Cordi. §. 3. de emend. Cod. — **§. 2.** *Insolitus.* I. **Sy.** Insolitus. Cf. h. v. III. **Cn.** Contrariis ministeriis, aut inusitatis, (artificium servi corrumpere.) fr. 17. §. 1. de usufr. 7. 1. Grave atque inusitatum (quoddam nomen.) Th. C. VII. 4. c. 12. de erog. mil. ann. Incivile atque inusitatum. Cf. v. Incivilis.

Inutilis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad usum non ha-*

bilis, Non sufficiens. III. **Cn.** In locum capitum defunctorum, vel inutilium, (alia submittere.) fr. 68. §. 2. fr. 69. pr. de usufr. 7. 1. Vnusquisque, secundum necessitatem, — utilibus inutilia permutabat. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. In eam valetudinem incidere, propter quam operae eius (sc. hominis) inutiles factae sunt. fr. 79. de R. V. 6. 1. cf. fr. 7. de h. qu. effud. 9. 3. Ne in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufr. fr. 3. §. 2. cf. fr. 56. de usufr. 7. 1. Clerici, qui in totum nihil possident, ac patrimonio inutiles sunt. Th. C. XVI. 2. c. 11. de episc. eccl. — **§. 2.** *Vanus, Improbatus.* I. **Sy.** Nullius momenti esse, Nihil agi, Inutile esse. Gai. III. 102. sqq. fr. 1. §§. 9. sqq. de O. et A. 44. 7. fr. 8. pr. de acceptil. 46. 4. II. **Op.** Recte consummatum, — Inutile (mandatum etc.) Gai. III. 158. sq. cf. II. 198. 218. 220. fr. 82. pr. de legat. II. (31.) Valere, Competere, — Inutile esse. Gai. II. 218. III. 98. fr. 11. §. 4. Qui potior. 20. 4. fr. 3. §. 3. fr. 5. de lib. exhib. 43. 30. III. **Cn.** Opus esse, ut aliquis heres recto iure instituatur, — alioquin inutile est testamentum. Gai. II. 248. cf. 196. Non idcirco actio — inutilis erit, — itaque consequi poterunt etc. fr. 20. §. 1. de tutel. et ration. 27. 3. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta. Gai. II. 147. Et publica utilitas coërcenda est, — est enim inutile in causis huiusmodi fidem frangere. fr. 1. §. 4. depos. 16. 3. cf. fr. 12. §. 1. de adm. et peric. 26. 7.

Inutilitas. *Vitium, quod rei usum tollit.* II. **Op.** Vtilitas (fructuum.) c. 14. de servit. et aqua. 3. 34.

Inutiliter. (Advb.) *Sine effectu, Frustra.* I. **Sy.** Nihil proficere. Inut. fieri. Gai. II. 116. 118. fr. 97. de A. v. O. H. 29. 2. II. **Op.** Recte (instituere etc. v. legare.) fr. 6. de B. P. s. t. 37. 11. Gai. II. 238. 241. Vtiliter. Cf. h. v. III. **Cn.** Cum vitiose vel inut. (contractus pignoris intercedat.) fr. 25. de pignor. 20. 1. Sive valet testamentum, sive non; vel quod ab initio inut. factum est, sive ruptum sit, vel in quo alio vitio. fr. 1. §. 3. de tabul. exhib. 43. 5. Vt eum vel heredem instituat, vel nominatim exheredet, alioquin — inut. testabitur. Gai. II. 123. cf. 118. 229. 232. Postea de eo ipso iure agere non possim, quia inut. intendo. Ib. III. 181.

Iocus. *Ludus.* III. **Cn.** Si quis per iocum percutiat, aut dum certat. fr. 3. §. 3. de iniur. 47. 10. Si per iocum puta, vel demonstrandi intellectus causa, ego tibi dixero etc. fr. 3. §. 2. de O. et A. 44. 7.

Ipse. (Pronom.) **§. 1.** *Idem, Iste, Hic.* II. **Op.** Alius. Cf. h. v. §. 2. Ille. Cf. h. v. §. 1. Caeteri. fr. 2. §. 9. si qu. cautt. 2. 11. Quivis. Vatic. §. 211. III. **Cn.** Ipsi, bonaque eorum (publice venire iubentur.) Gai. I. 27. Ipsi, et factio sua. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Tunc et ipse Latinus, (et filius,) et uxor eius — cives R. esse iubentur. Gai. I. 29. sqq. Quae ipsae, quarumve pater materve (artem ludicram fecerit.) Vlp. XIII. 1. Nec ipsis (sc. permittit lex Iunia) testamentum facere, nec ex testamento alieno capere. Gai. I. 23. 25. Si quid intra C.mum miliarium admissum sit. — Si ultra ipsum lapidem etc. fr. 1. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. Ipsi, et in ipsum, non domino vel in dominum (competit actio.) Vatic. §. 317. Dotale praedium maritus invita muliere — prohibetur alienare, quamvis ipsius sit. Gai. II. 63. — **§. 2.** *Praesens, Manifestus, Continuus.* I. **Sy.** Mero, Ipso (iure, sc. munitum esse etc.) fr. 16. pr. §. 1. de minor. 4. 4. cf. fr. 1. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 9. §. 1. usufr. quemad. cav. 7. 9. II. **Op.** Nec interest, ante, an ipso magistratu, (arbitrium susceperint.) fr. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Minor XX annis, — Ipsorum XX annorum (esse.) fr. 66. de V. O. 45. 1. Lex ipsa. — Actio, v. Forma, legis. Gai. IV. 24. Ipsae leges. — S. Cta, ad eas spectantia. Vlp. XVI. 3. Ipso nomine, — Numeratione pecuniae (obligari.) Gai. III. 132. Res, quae in hereditate continentur. — Ipsum ius successionis. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. cf. Gai. II. 31. 54. Ipse cognoscere. — Iudicem dare. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. III. **Cn.** Fiunt statuliberi, vel conditione expressa, vel vi ipsa. fr. 1. §. 1. de statulib. 40. 7. Ipso iure ita se res habet, etiam non adiecto eo. fr. 9. §. 1. de distr. pign. 20. 5. Ipso iure liberi sunt ex lege Iunia. Vlp. I. 10. cf. c. 11. de suis et legit. 6. 55. Quam ex hac ipsa lege nubere oportet. Ib. XI. 20. Ipsa ratione esse non possunt (in avi materni potestate.) Paul. IV. 8. §. 10. Hoc totum ius — partim ipsa desuetudine obliteratum est. Gai. I. 111. Rebus ipsis et factis (voluntatem suam declarare.) fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. Necessitas ipsa (curam reip. ad Senatum deduxit.) fr. 2. §. 9. de O. I. 1. 2. Ipsa die (et sumere lugubria et deponere.) fr. 8. de h. qu. not. inf. 3. 2. Et amittere partem, et ipso momento recipere. Vatic. §. 75. Ipso tractu temporis (pupillos fortunis suis privabit.) Ib. §. 158. Ipsa traditione adprehendimus (harum rerum dominia.) Vlp. XIX. 7. Ipsam rem adprehendere. Gai. IV. 16. Hoc enim ipso (dolo facere eum, quod etc.) fr. 1. §§. 22. 47. depos. 16. 3. Si in hoc ipso, ut (venderet, circumscriptus est.) fr. 7. pr. de d. m. 4. 3. Ob id ipsum, quod etc. Vatic. §. 141. sq. cf. Gai. I. 140. Hoc ipso quo (separatur a solo, sc. arbor.) fr. 83. pro soc. 17. 2. Quod alii adquisitum est ipso gestu. fr. 6. §. 11. de N. G. 3. 5. Sive in ipso negotio venditionis gerendo, sive postea (sc. convenisset.) fr. 31. de pact. 2. 14.

Ipsus. *Ipse.* III. **Cn.** Ipsus Iovi sacer esto! Fr. LL. Numae Pomp. No. 13. Quod (sc. sacrificium) recte fieri non posset, nisi ipsus eo die ibi sit. Fr. L. Cincii I.Cti. Ap. Gell. XVI. 4.

Ira. *Commotio animi ob iniuriam, Vltionis cupido.* II. **Op.** Cum ira sui animi et offensa. — Cum bona gratia (discedere.) fr. 32. §. 10. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Maritus praeferatur, nam et propensiore ira et maiore dolore executurum eum accusationem (credendum est.) fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Iracundia. *Ira.* III. **Cn.** Quidquid in calore iracundiae vel fit, vel dicitur. fr. 3. de divort. 24. 2. In hoc tantum latuisse, quoad iracundia domini effervesceret. fr. 17. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Gravis ista commotio est, ac non ferenda iracundia iudicis. Th. C. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec. Caelestes iracundias — administratores exspectent. c. 49. §. 8. de episc. et cler. 1. 3.

Iracundus. (Adiect.) *Ad iram proclivis.* III. **Cn.** Levem, superstitiosum, iracundum, contumacem, et si qua similia sunt animi vitia. fr. 1. §. 9. cf. §. 11. de Aedil. edict. 21. 1.

Iratus. (Adiect.) *Ira commotus.* I. **Sy.** Offensa, Irata (mater.) fr. 29. §. 1. de probat. 22. 3. fr. 31. §. 1. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Offensum atque iratum (patrem ad exheredationis notam prolapsum esse.) c. 18. de inoff. testam. 3. 28. Vel a perversis, vel ab iratis (iudicibus expavescere.) Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction.

Ire. **§. 1.** *Vadere, Commeare, Adire.* I. **Sy.** Abire. Gai. II. 68. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Exire. Cf. h. v. §. 1. Commeare. fr. 1. pr. fr. 7. pr. fr. 12. de S. P. R. 8. 3. Proficisci. fr. 5. pr. de cond. c. dat. 12. 4. Venire (in ius.) fr. 2. pr. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. III. **Cn.** Eundi, agendi, aquamve ducendi ius. Gai. IV. 3. cf. II. 31. cf. fr. 16. comm. praed. 8. 4. Iter est ius eundi, ambulandi homini, [al. hominis,] non etiam iumentum agendi. fr. 1. pr. fr. 7. pr. de S. P. R. 8. 3. Satis est, fundi nomine itum esse. fr. 6. pr. Quemad. servit. 8. 6. Si in ius vocat, ni it, antestator. L. XII Tabb. I. 1. Eum in Senatum — ire iubeto, — neve eum ibi sententiam rogato. Tab. Heracl. lin. 54. sq. aer. Neap. Iussit emtorem in vacuam possessionem ire. fr. 18. pr. de vi et vi arm. 43. 16. Cum Praetor idcirco in possessionem rei ire iussit, quod etc. fr. 30. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 3. §. 14. fr. 4. §. 3. de lib. hom. exhib. 43. 29. Belli causa ad pugnam ire. Gai. II. 101. — **§. 2.** *Confugere, Conferre se.* III. **Cn.** Dedi tibi pecuniam, ne ad iudicem iretur. fr. 3. pr. de cond. c. dat. 12. 4. Cavere debebit, exceptione se non usurum, et sic ad iudicem ire. fr. 32. §. 4. ad S.C. Vell. 16. 1. Ad iudicem recuperatoresve itur, et ibi editis formulis quaeritur. Gai. IV. 141. cf. 31. Cum ex compromisso ad arbitrum itum est. fr. 76. pro soc. 17. 2. cf. fr. 9. §. 5. fr. 32. §. 6. fr. 37. de rec. qu. arb. 4. 8. Ad interdictum — iri debere. fr. 4. de liber. exhib. 43. 30. Potest iri ad fideiussores eius. fr. 76. de procur. 3. 3. — **§. 3.** *Redigi.* I. **Sy.** Simul facta sunt, Simul eunt (nomina, sc. argentariorum.) fr. 9. pr. de pact. 2. 14. fr. 34. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Fidem, v. Nomen, alicuius sequi. In creditum ire. fr. 1. fr. 2. §. 1. de R. C. 12. 1. fr. 19. §. 5. ad S.C. Vell. 16. 1.

Irenarcha. *Magistratus militaris, disciplinae publicae in provincia praefectus.* III. **Cn.** Irenarchae, qui disciplinae publicae et corrigendis moribus praeficiuntur. fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 6. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Th. C. XII. 14. c. 1. de irenarch. Cephalaeotis, irenarchis, logographis chomatum, et caeteris liturgis etc. Ib. XI. 24. c. 6. §. 7. de patrocin. vicor. Cf. X. 1. c. 17. de iure fisci. Irenarchae, et actuarii, et cornicularii etc. Ib. VIII. 7. c. 21. de div. offic.

Irrationabilis. (Adiect.) *Rationi contrarius.* III. **Cn.** Satis absurdum est et irrationabile. c. 3. §. 2. comm. de legat. 6. 43. Irrationabile odium ad priores liberos forsitan habentes. c. 10. de sec. nupt. 5. 9.

Irrecusabilis. (Adiect.) *Qui evitari non potest.* III. **Cn.** Vel morte iudicis, vel alia irrecusabili occasione, (iudicium mutatum.) c. 13. §. 8. de iudic. 3. 1.

Irreligiosus. (Adiect.) *Impius.* III. **Cn.** Irreligioso alienatum translatumque commento. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 8.

Irrepere. *Illabi, Immittere se.* III. **Cn.** Vt nullus vel vi, vel clam, vel aperto, vel etiam occulto, nostri possit imperii regiones irrepere. Th. C. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. Ad indebita officia fraude callidae molitionis irrepere. Ib. XII. 1. c. 161. cf. c. 49. §. 1. de decurion. cf. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Indicium animi tale proferat, ut nulla quaestio voluntatis possit irrepere. Ib. VIII. 12. c. 4. de donat. Nec dissimulandum est, nonnunquam irrepsisse in usum ut etc. Coll. LL. M. XV. 2. cf. fr. 14. §. 1. de const. pecun. 13. 5. Sive antequam ea lex irrepserit, sive post eandem legem. c. 7. de natur. liber. 5. 27.

Irreprehensus. *Non vituperandus.* III. **Cn.** Quae per vim stupro compressae sunt, irreprehensa voluntate. c. 20. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Irreptor. *Adgressor, Raptor.* I. **Sy.** Invasor (agrorum.) Cf. h. v.

Irretire. *Implicare, Constringere.* III. **Cn.** Clericos litibus irretire, et — negotiis innectere. c. 25. pr. de episc. et cler. 1. 3. Conditionum laqueis irretitus, ad militiam — transire. Th. C. VIII. 4. c. 28. de cohortal. Nisi — aliqua circumscriptione fuerit irretitus. Ib. X. 15. c. 3. de advoc. fisci.

Irreverens. (Adiect.) *Qui non colit reverentiam.* III. **Cn.** Irreverens miles (coërcendus est.) fr. 13. §. 4. de R. M. 49. 16.

Irreverenter. (Advb.) *Inverecunde.* III. **Cn.** Ne feminae — in contumeliam matronalis pudoris irrev. irruant. c. 21. de procur. 2. 13.

Irreverentia. *Indevotio.* III. **Cn.** Ad ipsius omnipotentis dei irreverentiam (committi.) c. 1. pr. de raptu virg. 9. 13.

Irrevocabilis. (Adiect.) *Non revocandus, Perpetuus.* I. **Sy.** Revocari non posse, Irrevocabilem esse (donationem.) fr. 31. pr. fr. 34. §. 1. de donat. 39. 5. c. 7. de dot. promiss. 5. 11. III. **Cn.** Exsilio irrevocabili condemnari. Iul. ep. nov. c. 6. §. 24. c. 7. §. 38.

Irridere. *Deridere, Contemnere.* III. **Cn.** Frugalitatem irridere donatoris. c. 10. de revoc. donat. 8. 56. Statum futurae conventionis irrid. Th. C. VII. 13. c. 6. §. 1. de tiron.

Irrigare. *Rivos deducere, Adaquare.* I. **Sy.** Rigare (agrum, sc. aqua.) fr. 3. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 1. §§. 11. 13. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Aquam de flumine publico — ad irrigandos agros dividi. fr. 17. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 1. §. 13. fr. 3. pr. de aqua quot. 43. 20.

Irrigatio. *Actus irrigandi.* III. **Cn.** Si vicinus, qui arvum solebat certo tempore anni rigare, pratum illic fecerit, coeperitque adsidua irrigatione vicino nocere. fr. 3. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias etc. Th. C. XV. 2. c. 7. de aquaed.

Irriguus. (Adiect.) *Irrigationi obnoxius.* III.

III. **Cn.** Si bis in anno fructus capiantur, ut est in locis irriguis. fr. 7. §. 6. sol. matrim. 24. 3. Irriguas fontium aquas usurpare. c. 1. de mancip. et. colon. 11. 62.

Irrisio. *Derisio.* III. **Cn.** Ne — irrisionibus exsecrandis omnipotentis dei contrahatur offensio. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 1.

Irrītare. *Ad iram excitare.* III. **Cn.** Qui canem irritaverat, et effecerat ut aliquem morderet. fr. 11. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2.

Irrĭtare. *Irritum efficere.* III. **Cn.** Quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur. c. 2. de feriis. 3. 12.

Irrītatus. (Subst.) *Irritatio.* III. **Cn.** Qui irritatu suo feram bestiam — in se proritaverit. Paul. I. 15. §. 3.

Irrĭtus. (Adiect.) *Non ratus, Inutilis, Inanis.* I. **Sy.** Nullius momenti. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. fr. 3. §. 4. de don. int. V. 24. 1. Irrita emtio. Inemtum, Inventitum. fr. 10. pr. §. 1. de resc. vend. 18. 5. II. **Op.** Ratum, s. Validum (esse.) Valere. — Irritum constitui. Vatic. §§. 282. sqq. fr. 31. §. 4. de don. int. V. 24. 1. c. 7. c. 9. c. 12. c. 14. de resc. vend. 4. 44. III. **Cn.** Quaedam (sc. testamenta) non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi, vel irrita fieri. Gai. II. 146. sqq. Vlp. XXIII. 1. In irritum constituitur (sc. testamentum,) non adita hereditate. fr. 1. de iniusto rupt. 28. 3. Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum. Paul. III. 5. §. 14. IV. 8. §. 2. Primus gradus irritus fiet, et a secundo incipiet testamentum. fr. 7. l. l. 28. 3. Eadem lex venditiones, locationes eius rei causa — factas, irritas facit, impeditque usucapionem. fr. 8. §. 1. ad L. Iul. repet. 48. 11. cf. fr. 52. de contr. emt. 18. 1. Irritam cautionem esse factam, et pignoris vinculum solutum. fr. 39. §. 5. de adm. et peric. 26. 7. Subductis rebus mobilibus, vel rebus soli ad irritum perductis. fr. 24. Qu. in fr. cred. 42. 8. Ad irritum recidere. fr. 38. §. 4. de hered. inst. 28. 5. fr. 42. de vulg. et pup. 28. 6. In irritum (constitui, v. devocari.) fr. 1. de iniusto rupt. 28. 3. Th. C. VIII. 4. c. 29. de cohortal.

Irrogare. **§. 1.** *Solemniter constituere, v. decernere.* I. **Sy.** Constituit, Irrogat (lex, sc. poenam.) Gai. III. 190. 192. Statuere. fr. 1. §. 1. de requir. reis. 48. 17. fr. 5. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Quod Princeps alicui ob merita indulsit, vel si quam poenam irrogavit etc. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. Poena, quae legibus aut edicto irrogaretur. fr. 42. pr. de bon. libert. 38. 2. cf. fr. 8. de calumn. 3. 6. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Amplius his et in C millia HS. poena irrogatur. Paul. III. 5. §. 10. Si debitori deportatio irrogata est. fr. 47. pr. de fideiuss. 46. 1. Pudor potius oneratur, quam ignominia videtur irrogari. fr. 20. de h. qu. not. infam. 3. 2. cf. fr. 6. §. 1. fr. 7. de serv. export. 18. 7. — **§. 2.** *Infligere, Ingerere.* I. **Sy.** Inferre (iniuriam.) Paul. V. 4. §§. 4. 10. Excipere integrum. Irrogari ei totum (onus.) fr. 48. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Importare (infamiam.) Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Ne fortuita mora servitutem partui irrogaverit, [al. irrogaret,] matri partum tradendum. fr. 26. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Poena, quae irrogat servitutem. fr. 59. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Quo crimine silentium, vel exsilium sit irrogatum. fr. 8. de postul. 3. 1. In muris — aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur. fr. 2. ne qu. in loc. sacr. 43. 6. Neque emolumentum adferre his, — neque praeiudicium solent irrogare. c. 2. Qu. res iud. n. noc. 7. 56. cf. c. 4. si vend. pign. 8. 30. — **§. 3.** *Addicere, Adtribuere.* III. **Cn.** Terram desertam — susceptoribus eorum irrogari aequum est. Iul. ep. nov. c. 21. §. 79.

Irruere. *Invadere, Irrumpere.* III. **Cn.** Cum — una complures equitarent, unus ex his irruit [al. inruit] in equum, teque deiecit. fr. 57. ad L. Aqu. 9. 2. Oportere a Iudaeis irruentum contumelias propulsari. Th. C. XVI. 8. c. 12. de Iud. cf. VII. 8. c. 2. de metat. Ad illicita connubia — sine ullo respectu pudoris ac pietatis irruere. Coll. LL. M. VI. 4. In contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruere. c. 21. de procur. 2. 13.

Irrumpere. *Incursionem facere.* III. **Cn.** Qui noctu, manu facta, praedandi ac depopulandi gratia templum irrumpunt. Paul. V. 19. §. 1. cf. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1. Velut emtor, — fundum irrumpens alienum etc. c. 9. de A. v. R. P. 7. 9.

Irruptio. **§. 1.** *Impetus, Invasio.* III. **Cn.** Si irruptione fluminis fines agri confudit inundatio. fr. 8. pr. fin. regund. 10. 1. Ad excludendam vim atque irruptionem, (corporalis traditio subsequatur.) Th. C. VIII. 12. c. 1. §. 2. de donat. — **§. 2.** *Actus conveniendi debitorem.* III. **Cn.** Ne sit facilis in eas post tutelam iure susceptam irruptio etc. Ib. III. 17. c. 4. §. 2. de tut. et cur. cr.

Is, Ea, Id. (Pronom. demonstr.) **§. 1.** *Ipse.* I. **Sy.** Sibi. Ei. fr. 22. pr. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Neque ei, neque alii (damnosa esse debet absentia.) fr. 140. de R. I. 50. 17. Neque in eum, neque in eius fideiussores, (committitur stipulatio.) fr. 9. pr. si qu. cautt. 2. 11. Ei et in eum (omne suum imperium et potestatem conferre, sc. populum.) fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. Posse ei et adversus eum (ius dici.) fr. 14. de iurisd. 2. 1. Potuit praesentia eius trahere eos in eius sententiam. fr. 17. §. 7. de rec. qu. arb. 4. 8. Negotia, quae cuiusque, cum is moritur, fuerint. fr. 3. pr. §. 6. de N. G. 3. 5. cf. fr. 17. pr. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Ille, Iste.* (cf. v. Eo.) I. **Sy.** Ille. Gai. II. 252. III. **Cn.** Relatione scilicet facta non ad id, quod ita Praetor fecit, sed ad illud, quod Praetorem facere convenit. fr. 11. de I. et I. 1. 1. In cuius persona tria haec concurrunt, — is civis R. fit. Gai. I. 17. Qui liberatus est patria potestate, is postea etc. fr. 12. cf. fr. 26. de adopt. 1. 7. Vbicunque Praetor — ius dicere constituit, is locus etc. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Id habere, quod habet etc. Eo iure esse, quo sunt etc. Vatic. §. 195. fr. 26. de statu hom. 1. 5. In eam causam incidere, quae etc. fr. 5. §. 2. de extr. cogn. 50. 13. Is est, s. accipiendus est, qui etc. fr. 5. de in ius voc. 2. 4. fr. 15. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 10. §. 14. de grad. et adfin. 38. 10. Is est Qu. Ligarius, qui etc. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. Id, quod ex illa ancilla

natum fuerit. Ep. inst. Gaii. II. 5. §. 3. Non ob id minus intelligitur etc. fr. 46. §. 7. de procur. 3. 3. Etiamsi postea id ita esse scierit. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. Si id aetatis sit, ut etc. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 1. Eo remedio per Praesidem obviam eundum est, scilicet ut etc. fr. 13. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Deve quibus ob noxam quaestio tormentis habita sit, et in ea noxa fuisse convicti sint. Gai. I. 13. Et sane eorum sententia probabilis est. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Pacisci: „Ne ea pecunia peteretur.“ fr. 28. §. 2. cf. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. Ex ea familia, — in eam familiam. fr. 195. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Idem.* I. **Sy.** Idem fr. 13. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 25. §. 2. de oper. libert. 38. 1. — **§. 4.** *Id est, pro: Velut, Exempli c.* III. **Cn.** Ne a persona petam, i. e. ne a L. Titio petam. fr. 7. §. 8. de pact. 2. 14. cf. fr. 3. de excc. 44. 1. Certa pecunia, i. e. C., relicta. fr. 24. de ann. legat. 33. 1. Sub conditione, — i. e. si etc. fr. 8. pr. de vulg. et pup. 28. 6. — **§. 4. A.** *Id est, pro: Et quidem, Scilicet.* III. **Cn.** Exigere, i. e. pignus capiendo, corpus retinendo, multam dicendo. fr. 9. §. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Domesticum patrisfam. instrumentum, i. e. res moventes, non animales. fr. 1. sq. de supell. leg. 33. 10. De quibus specialiter comprehendit (lex,) id est etc. c. 3. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Id est, si pater temere repudium miserit, — si mater etc. c. 8. §. 7. de repud. 5. 17. Interdum, i. e. si etc. fr. 9. pr. de minor. 4. 4. Etiam si etc. — id est si etc. fr. 13. §. 4. de pignor. 20. 1. Extra ordinem damnari, i. e. exsilium, aut relegationem, aut Ordinis amotionem pati. fr. 43. de extr. cogn. 50. 13. Debebit ex adgnatis gregem supplere, i. e. in locum capitum defunctorum. fr. 68. §. 2. de usufr. 7. 1. cf. fr. 16. de re iud. 42. 1.

Isauri. *Populi Isauriae, ob latrocinia famosi.* III. **Cn.** Quaestiones latronum, et maxime Isaurorum. Th. C. IX. 35. c. 7. de quaestion. Buccellarii, vel Isauri. Cf. v. Buccellarius. Conti, aut lanceae, — vel quae ab Isauris monocontia dicuntur. Iul. ep. nov. c. 79. §. 304.

Isauria. *Pars Galatiae, inter Lycaoniam et Ciliciam.* III. **Cn.** Per orientem provinciae, — exceptis Osroëne et Isauria. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. veste. Praeses Isauriae utriusque. Iul. ep. nov. c. 20. §. 67. Procos. Armeniae, et praetor Lycaoniae, Pisidiae, Isauriae. Ib. c. 25. §. 96. c. 120. §. 525.

Isginus. (Adiect.) *Hyacinthinus, Flavus.* III. **Cn.** Quin minus porro coracinum, aut isginum [al. hysginum,] aut melinum suo nomine, quam coccum purpurave designatur? fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.)

Iste. (Pronom. demonstr.) *Hic, Ille.* I. **Sy.** Idem. Cf. h. v. §. 1. Is, Ille. fr. 7. §. 1. de Senator. 1. 9. fr. 38. de N. G. 3. 5. Hic. Gai. II. 91. 96. 124. III. 135. sqq. III. **Cn.** Consuetudo ista, et huiusmodi praerogativae. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Ex omnibus istis causis. Istae omnes (legis actiones.) Gai. IV. 29. sq. Vult Oratio, apud Praetorem de istis quaeri, inprimis etc. fr. 8. §§. 8. 12. de transact. 2. 15. Et sane locus iste hodie non pro modico beneficio datur. fr. 4. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2.

Istic. (Advb.) *In hac re.* I. **Sy.** Hic (locum esse. v. admitti.) fr. 71. §. 9. de A. v. O. H. 29. 2.

Ita. (Advb.) **§. 1.** *Sic, Tali modo.* I. **Sy.** Hoc modo. Gai. I. 149. sqq. II. 199. 201. 209. 216. His verbis. Vlp. XXIV. 3. sqq. Sic. Vlp. 1. 1. 5. sq. Gai. I. 149. 152. III. **Cn.** Non hoc, sed ita etc. Ib. IV. 24. Non tamen iisdem modis, — sed ita cum etc. Ib. III. 222. Recte, ita tamen ut etc. Ib. III. 107. cf. fr. 1. pr. de usur. 22. 1. Alioquin si ita inter eos convenerit etc. Gai. III. 140. Ita dedisse, ut si etc. fr. 10. de spons. 23. 1. Non solum ita — substituere possumus, — sed eo amplius ut etiam etc. Ib. II. 179. Posse, proinde ac si ita etc. Ib. II. 221. Et tamen illud ita est, si etc. fr. 1. Qu. ex fact. tut. 26. 9. cf. Gai. II. 197. Vti legassit, — ita ius esto. L. XII Tabb. V. 3. Haec ita, ut in his tabulis etc. — ita do, ita lego, ita testor, itaque vos etc. Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. Quo iure, — ita veniunt, itaque habebuntur. fr. 81. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Ita fieri, ut etc. Vatic. §. 6. Idque ut ita fiat, S. Cto cautum. Ib. XXV. 16. Quodni ita creveris, exheres esto! Gai. II. 165. Vlp. XXII. 27. In ea verba iudicium det, itaque iudicare iubeat. L. Gall. Cisalp. I. 21. sq. Vt virum bonum eligat (sc. Praetor,) — atque ita pronunciet. fr. 47. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Fustibus caeditur, et ita absolvitur. fr. 7. §. 1. de iure patron. 37. 14. Ita sciendum est, — scilicet ut etc. fr. 1. §. 18. de separat. 42. 6. Non videtur b. f. emisse, itaque et veteres putant, et Sabinus et Cassius scribunt. Vatic. §. 1. Idque ita maxime Labeoni visum est. Gai. IV. 59. cf. fr. 39. §§. 6. sq. de procur. 3. 3. Ita (condemnari,) atque si etc. fr. 36. §. 3. de hered. pet. 5. 3. — **§. 2.** *Adeo, Vtique.* III. **Cn.** Ita mihi summa divinitas semper propitia sit etc. Th. C. IX. 1. c. 4. de accusat. Ita demum. Cf. v. Demum. Ita male (accipi.) Coll. LL. M. I. 11. Non ita pridem (constituit Imp.) fr. 2. §. 2. de cond. ob turp. c. 12. 5. Ita non potest uterque esse, ut possit neuter esse. fr. 124. de V. S. 50. 16. Res patitur, ut etc. — In navis magistro non ita. fr. 1. pr. de exercit. act. 14. 1. Si nemo sit, — ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. Gai. II. 119. Vt is pater eum — occidat ita, ut filiam in continenti occidat. Coll. LL. M. IV. 2. Ita infamis est miles, qui etc. — ut etiam etc. fr. 2. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Si quis ita simpliciter versatus est, ut etc. fr. 6. §. 4. de N. G. 3. 5. Ne ita negligas servum, ne etc. fr. 50. de pact. 2. 14.

Italia. **§. 1.** *Europae regio integra, quae in formam peninsulae ab Alpium radicibus ad mare usque extenditur.* I. **Sy.** Italicum solum. Pr. I. de usucap. 2. 6. II. **Op.** Provinciae. Gai. III. 121. sq. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. Roma, — Italia, — Provinciae. Vatic. §. 247. Vrbe, Italia, provincia (interdicere.) Coll. LL. M. I. 11. fr. 1. §. 2. de effractor. 47. 18. cf. fr. 1. pr. de colleg. et corp. 47. 22. Intra urbem. — Extra urbem, intra Italiam. fr. 1. pr. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. III. **Cn.** Vt extra terram Italiam relegarentur. fr. 3. §. 3. de abig. 47. 14. In terra Italia, in oppidis, foris, — conciliabulis etc. Fr. L. Serviliae. c. 12. cf. fr. L. Thoriae, pr. Qui civem R., eumve qui in Italia liberatus sit, celaverit etc.

Coll. LL. M. XIV. 3. Tantum in Italia, — Vtique extra Italiam (valere etc.) Gai. III. 122. Iudicio publico Romae condemnatus, quocirca eum in Italia esse non liceat. Tab. Heracl. lin. 43. sq. aer. Neap. — **§. 2.** *Arctior ille tractus, Flaminiam, Aemiliam, Liguriam, et Venetiarum provinciam comprehendens.* III. **Cn.** Per omnes provincias, atque insulas Italiae. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. cf. fr. 9. de iudic. 5. 1. Non per Italiam tantum, sed etiam per urbicarias regiones, et Siciliam. Th. C. XI. 16. c. 19. cf. 2. de extr. s. sord. XI. 13. c. 1. si p. obreption. Cuncti Italiae possessores. Ib. XI. 1. c. 6. de annon. et tribut.

Italicensis. *Ad Italicam pertinens, Hispaniae Baeticae civitatem* III. **Cn.** Vetinae quoque Italicensi rescripserunt (sc. DD. Fratres.) fr. 27. pr. de poen. 48. 19.

Italicianus. *Ad Italiam spectans, praesertim ad titulos largitionales regionum Italiae.* III. **Cn.** Comites Italicianorum et Gallicianorum. Th. C. VI. 19. c. 1. de Consular. et Praes. (Cf. v. Italia. §. 2.)

Italicus. (Adiect.) *Ad Italiam pertinens.* I. **Sy.** Terra Italia. Italica terra. fr. 8. §. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 3. §. 3. de abig. 47. 14. II. **Op.** Provincialis (fundus etc.) Gai. II. 31. 63. fr. 3. §. 4. fr. 39. §§. 7. sq. fr. 47. §§. 2. 7. de adm. et peric. 26. 7. fr. 2. §. 2. de cur. bon. dand. 42. 7. c. 1. §. 15. de R. U. A. 5. 13. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. Stipendiarius. Th. C. VIII. 12. c. 2. de donat. Roma. — Italica municipia. Vatic. §. 191. III. **Cn.** Italica, v. In Italico solo (praedia.) Gai. I. 120. II. 63. Vlp. XIX. 1. Italici iuris auxilium. Th. C. XIV. 13. c. 1. de iure Ital. cf. Iust. C. c. 1. de privil. urb. Constant. 11. 20. Esse quasdam colonias iuris Italici, ut est in Syria Phoenice splendidissima Tyriorum colonia. — Sed et Berytensis colonia, — et Augustana colonia, quae ius Italicum habet. fr. 1. pr. §. 1. cf. fr. 7. fr. 8. §. 3. de censib. 50. 15. Heliopolitana, quae a D. Severo — Italicae coloniae remp. accepit. fr. 1. §§. 2. sq. ib. 50. 15. Imp. noster ius coloniae dedit, iurisque Italici eam (sc. civitatem) fecit. fr. 1. §. 4. ib. 50. 15. D. Vespasianus Caesarienses colonos fecit, non adiecto ut et iuris Italici essent; sed tributum his remisit capitis: sed D. Titus etiam solum immune factum interpretatus est. fr. 8. §. 7. cf. §. 3. ib. 50. 15. Modius Italicus. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 4.

Italus. *Italiae incola.* (Cf. v. Italia. §. 2.) I. **Sy.** Italiae possessores. Itali nostri. Th. C. XI. 1. c. 6. de annon. et tribut.

Itaque. (Coniunct.) **§. 1.** *Igitur.* I. **Sy.** Ideo, Idcirco. Gai. II. 224. sqq. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. fr. 19. §§. 1. 3. de N. G. 3. 5. Igitur. fr. 6. pr. §. 1. de I. et I. 1. 1. III. **Cn.** Id dumtaxat, quod volumus. — Itaque qui aliud dicit, quam vult etc. fr. 3. de reb. dub. 34. 5. Furti autem actio ei competit. — Itaque nec aliter competit etc. Gai. III. 203. — **§. 2.** *Et ita.* (Cf. v. Ita. §. 1.) III. **Cn.** Placuit constitui, — itaque proditi sunt (Dictatore .) fr. 2. §. 18. de O. I. 1. 2. Gai. I. 3. 13.

Item. (Advb.) *Similiter, Pariter.* I. **Sy.** Praeterea (etiam.) Gai. II. 270. sqq. 278. sqq. III. 98. sq. IV. 37. sq. Vlp. XI. 21. sq. Pari ratione. Gai. III. 7. sq. IV. 160. Similiter. Ib. III. 21. sq. 24. IV. 37. sq. III. **Cn.** Deinde, — mox, — item. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Quaedam leges, — sicut lex Publilia, item L. Furia, — et denique complures aliae. Gai. IV. 22. Vtputa, — item. fr. 8. §. 3. fr. 19. fr. 23. fr. 35. pr. de procur. 3. 3. Item simili modo. Item et. fr. 4. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 15. §. 1. de procur. 3. 3. Item contra. fr. 46. §§. 4. sq. ib. 3. 3. Paterfam. itemque materfam. Vlp. IV. 1. cf. XII. 2. sq. XX. 13. sq.

Iter. **§. 1.** *Locus ad commeandum.* III. **Cn.** Sine metu et periculo per itinera commeari. fr. 1. §. 1. de h. qu. effud. 9. 3. Viam, vel iter (invium, vel inhabile facere.) fr. 4. §. 5. si serv. vind. 8. 5. cf. fr. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. Quo (sc. loco) vulgo iter fiet, vel in quo consistetur. fr. 1. pr. fr. 5. §. 6. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 40. §. 1. fr. 41. sq. de Aedil. edict. 21. 1. Paul. I. 15. §. 2. Si —. spoliare instituerunt, — utique si saepius, atque in itineribus hoc admiserunt. fr. 28. §. 10. de poen. 48. 19. Itinera frequentata — obsidere. c. 1. Qu. lic. unic. 3. 27. — **§. 2.** *Cursus, Decursio.* III. **Cn.** Ne quid in flumine — facias, — quo statio, iterve navigio deterior sit, fiat. fr. 1. pr. §§. 13. sq. 17. 19. de flumin. 43. 12. Si qua aqua nondum adparet, eius iter, ductus constitui non potest. fr. 21. si servit. 8. 5. Cui per fundum iter aquae debetur. fr. 8. de aqua quot. 43. 20. cf. fr. 16. fr. 19. pr. Quemad. servit. 8. 6. — **§. 2. A.** *Curriculum.* III. **Cn.** Iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Nov. Th. II. de Iud. 1. 6. c. 1. pr. — **§. 3.** *Actus eundi, Migratio, Profectio.* I. **Sy.** Commeare, Iter facere. Cf. v. Commeare. §. 1. Iter agentes. Viatores. fr. 1. §. 6. furti adv. naut. 47. 5. Proficisci. Terra venire, s. iter metiri. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. III. **Cn.** In iter, vel navigationem (sumtus faciendi.) fr. 10. de R. V. 6. 1. cf. fr. 2. §. 6. si qu. cautt. 2. 11. fr. 16. pr. de legation. 50. 7. Itinere faciendo 20,000 passuum in dies singulos peragenda. fr 3. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 2. §. 3. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Si ex improviso, dum iter quis facit, capitur ab hostibus. fr. 3. §. 12. de R. M. 49. 16. Servi, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum — deseruerunt. Paul. III. 5. §. 8. cf. §. 6. — **§. 4.** *Ius eundi, (per fundum alterius.)* I. **Sy.** Ius eundi, ambulandi (homini.) fr. 1. pr. fr. 7. pr. fr. 12. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. pr. fr. 3. §§. 11. 14. de itin. actuq. priv. 43. 19. III. **Cn.** Vt ad sepulchra — iter eius [al. ei,] aditus, ambitus, (funeris faciendi sit.) fr. 5. de sepulc. viol. 47. 12. cf. fr. 4. Quemad. servit. 8. 6. fr. 12. pr. de relig. 11. 7. Servitus itineris (ad sepulchrum.) fr. 14. §. 1. de servit. 8. 1. Legato usufr. loci, sine servitute, iter quoque per loca testatoris debetur. Vatic. §. 54. Iura praediorum rusticorum, velut via, iter, actus, aquaeductus. Vlp. XIX. 1. fr. 4. de aqua quot. 43. 20. Qui iter sine actu, vel actum sine itinere habet. fr. 4. §. 1. si servit. 8. 5. Iter — sic constitui, ut quis interdiu dumtaxat eat. fr. 14. comm. praed. 8. 4.

Iterare. **§. 1.** *Repetere, Recolere.* I. **Sy.** Geminare. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Semel. — Iterata, Tertia (vice.) Th. C. X. 10. c. 28. de petit. et ultro dat. III. **Cn.** Ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt. fr. 9. §. 2. de publican. 39. 4. Sponte iterare (sacerdotium, v. munus.) fr. 17. cf. fr. 14. §. 6. de mun. et hon. 50. 4. Nec patimur frequenter iterari, quae consistere prima actione non quiverint. Th. C. IX. 39. c. 1. de calumn. Legis iteranda sunt beneficia. Ib. IV. 22. c. 4. unde vi. Iterata lege sancimus. Ib. XII. 1. c. 35. c. 118. §. 1. de decurion. — **§. 2.** *Iustae manumissionis solemnia addere anteriori manumissioni minus solemni.* III. **Cn.** Si alius eum (sc. libertum) Latinum fecerit, alius iteraverit. Vatic. §. 221.

Iteratio. **§. 1.** *Repetitio.* III. **Cn.** Ad iterationem transacti oneris (quempiam impellere.) Th. C. XII. 5. c. 3. Quemad. mun. civ. — **§. 2.** *Celebratio manumissionis iustae circa libertum minus iuste manumissum.* III. **Cn.** Iteratione fit civis R., qui post latinitatem — iterum iuste manumissus est. Vlp. III. 4. cf. 1.

Iterato. (Advb.) *Actu repetito.* I. **Sy.** Iterum. fr. 6. de cess. bon. 42. 3. fr. 3. §. 9. fr. 5. §. 3. de R. M. 49. 16. III. **Cn.** Postea iterato reum facere. fr. 17. ad S. C. Turp. 48. 16. Iterato eandem actionem de eisdem speciebus inferre. c. 1. si adv. rem iud. 2. 27.

Iterum. (Advb.) **§. 1.** *Rursus, Denuo.* I. **Sy.** Ex integro, Rursus. fr. 7. pr. §. 1. de edend. 2. 13. Gai. I. 132. Amplius quam semel, Saepius. Gai. II. 155. IV. 98. fr. 7. de feriis. 2. 12. fr. 15. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. III. **Cn.** Semel, iterumve (mancipare etc.) Gai. I. 135. fr. 7. §. 10. de pact. 2. 14. Iterum, — iterum (edi postulare.) fr. 6. §§. 8. 10. fr. 7. §. 1. de edend. 2. 13. Iterum ex integro (cavere.) fr. 15. pr. de damn. inf. 39. 2. Qui post latinitatem iterum iuste manumissus. Vlp. III. 4. Ne iterum dominus de eadem re experiatur. Gai. IV. 98. — **§. 2.** *Vicissim, Contra.* III. **Cn.** Nam neque sic arctandus sit, — neque iterum permittendum ei etc. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11.

Itidem. (Advb.) *Pariter, Item.* III. **Cn.** Vt et antea sancivimus, et nunc itidem sancimus. Th. C. VIII. 1. c. 4. de numerar. Vel avus paternus, — vel proavus itidem paternus. c. 29. de inoff. testam. 3. 28.

Iubere. **§. 1.** *Imperare, Praescribere, sanctione vel decreto.* I. **Sy.** Cavere. Cf. h. v. §. 3. Praecipit, Praescribit, Iubet (lex.) Gai. III. 192. sqq. Vlp. I. 24. fr. 7. pr. §. 2. ad L. Iul. repet. 48. 11. Imperium, Decretum (Praetoris.) Iussit (Praetor.) Gai. IV. 139. sqq. fr. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 14. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Iubemus, hortamur, ut etc. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Quod populus, v. Senatus, iubet atque constituit. Gai. I. 3. sq. Populus rogatur, an id fieri iubeat? Ib. I. 99. Servi populi R. esse iubentur, et haec ita lege Aelia S. comprehensa sunt. Ib. I. 27. cf. 29. Ex S. Cto ratum esse iubetur. Ib. I. 84. cf. 53. Constitutio Imp. — iussit etc. fr. 1. §. 3. de calumn. 3. 6. fr. 2. de fideic. libb. 40. 5. Iubetur (Praefectus Vigg.) admonere, ut etc. fr. 3. §. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Quod iussit, vetuitve Praetor. fr. 14. de re iud. 42. 1. Imperium, v. Auctoritas, eius, qui iubendi habet potestatem, s. iubere potuit. fr. 214. de V. S. 50. 16. cf. fr. 10. Qu. potior. 20. 4. fr. 17. de adm. et per. 26. 7. fr. 2. de extr. cogn. 50. 13. Fieri iubere, faciendumve curare. Necare, necarive iubere. Paul. IV. 7. §. 2. V. 26. §. 1. Neve dato, neve dare iubeto, neve sinito. Tab. Heracl. lin. 18. aer. Br. Ita ius dicito, iudicia dato, iudicarique iubeto, cogito. L. Gall. Cisalp. I. 16. sq. cf. II. 20. Si locus in iubendo iudicare non est comprehensus. fr. 59. cf. fr. 58. de iudic. 5. 1. Praetor — possessorem constituebat, eumque iubebat praedes adversario dare litis et vindiciarum. Gai. IV. 16. Causa cognita edi iubere. fr. 6. §§. 8. sqq. de edend. 2. 13. fr. 89. §. 2. de V. S. 50. 16. In possessionem eius rei — ire et, cum iusta causa esse videbitur, etiam possidere iubere. fr. 7. pr. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 1. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 1. pr. de fund. dot. 23. 5. Veniri iube (sc. servos) ita, ut in potestatem domini non revertantur. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Si expresserit iudex summam in sententia, solvique iusserit, vel praestari. fr. 59. pr. de re iud. 42. 1. cf. Paul. V. 4. §. 9. Posse fustibus — caedi iubere. fr. 4. de off. Pr. Vigg. 1. 15. — **§. 2.** *Mandare, vi potestatis patrisfam. vel domini.* III. **Cn.** Iubendo, vel ratum habendo, (novare per filiumfam. vel servum.) Paul. V. 8. §. 1. Is, qui iubet dare. — Is, cui parere necesse sit. fr. 169. pr. de R. I. 50. 17. Si iubentibus nobis adierit (sc. is, qui in potestate nostra est,) hereditatem nobis adquirit. Gai. II. 87. cf. III. 167. Dominum, qui iussit servo suo, — hactenus teneri, quatenus iussit. fr. 3. Qu. iussu. 15. 4. — **§. 3.** *Solemniter cavere, promissione vel ultima voluntate.* I. **Sy.** Damnas esto, Iubeo (dare.) Cf. v. Damnas. Liber et heres relictus. Liber esse iussus, et heres institutus. Gai. I. 21. cf. II. 117. 186. Vlp. I. 14. II. **Op.** Rogare. fr. 26. pr. de usu et usufr. leg. 33. 2. Vetare (in testamento.) fr. 10. pr. §. 1. de man. testam. 40. 4. III. **Cn.** Opus est ut, iubente me, tu ab eo stipuleris. Gai. II. 38. cf. fr. 51. §. 1. de pact. 2. 14. Fideiussor ita (sc. interrogatur:) Idem fide tua esse iubes? Gai. III. 116. IV. 137. Titius heres esto! Titium heredem esse iubeo! Ib. II. 117. 186. 267. 276. Vlp. II. 7. XXI. 1. c. 4. pr. §. 1. de V. S. 6. 38. Ea omnia, quae supra dari fieri iussi, ea dari fieri volo etc. fr. 13. de inoff. testam. 5. 2. Vt heres iubeatur dare alicui usumfr. fr. 3. pr. de usufr. 7. 1. Servus X dare iussus, et liber esse. fr. 68. de solut. 46. 3. Si heres — dare damnatus, aut quis liber esse iussus est. fr. 49. de cond. et dem. 35. 1. Heres, qui eam pecuniam dare iussus, damnatus erit. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Manumisso servo, vel libero esse iusso, vel alienato, vel mortuo. fr. 32. pr. de pecul. 15. 1. Cum alicui civitati per fideicommissum restitui iussa esset hereditas. fr. 26. de N. G. 3. 5.

Iucunda. *Nomen mulieris.* III. **Cn.** Leonius et Iucunda, uxor eius. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 1. §. 3.

Iucundus. (Adiect.) *Acceptus, Suavis.* III. **Cn.** Sicut indignissimum videbatur, — ita gratum ac

iucundum est. Th. C. II. 8. c. 1. (Wck.) de feriis. Maxime carissime ac iucundissime! Vatic. §. 249.

Iudaeus. (Subst.) *Hebraeus, Mosaicae legis cultor.* III. **Cn.** Pagani, Iudaei etiam atque haeretici. Iudaei et Samaritani. Th. C. XVI. 8. c. 16. c. 26. c. 28. de Iud. Qui ex Iudaeo Christianus factus est. Ib. l. l. c. 5. c. 7. Populi Iudaeorum. Religio, v. Secta, Iudaeorum. Ib. c. 1. sq. c. 4. sq. c. 8. sqq. c. 14. c. 20. §. 1. c. 29. Circumcidere Iudaeis filios suos tantum — permittitur. fr. 11. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 22. §. 4.

Iudaeus. (Adiect.) *Ad Hebraeos spectans.* I. **Sy.** Iudaica, Iudaea (lex.) Th. C. VII. 8. c. 2. de metat. XII. 1. c. 99. de decurion.

Iudaicus. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Qui se Iudaico ritu (circumcidi patiuntur.) Paul. V. 22. §. 3. Qui Iudaicam superstitionem sequantur. fr. 3. §. 3. de decurion. 50. 2. Th. C. XVI. 8. c. 24. de Iud. Perversitas, v. Incredulitas, Iudaica. Ib. l. l. c. 19. Religio, v. Lex, Iudaica. Ib. c. 23. cf. VII. 8. c. 2. de metat.

Iudex. §. 1. *Magistratus, qui iuri dicundo praeest.* **I. Sy. Indicans, s. Is, qui cognoscit. fr. 11. pr. §§. 1. sq. de iurisd. 2. 1. fr. 3. §§. 1. 5. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Cf. v. Iudicans. Praetor, Praeses Pr. Paul. V. 26. §. 4. fr. 23. §§. 1. sq. Qu. met. c. 4. 2. fr. 2. §. 1. si qu. in ius vocat. 2. 5. Quae Romae varios iudices habent, De quibus vel Praefectus Vr. — itemque Coss. et Praetores, caeterique Romae cognoscunt. fr. 10. sq. de off. Praes. 1. 18. Potestate praeditus. Th. C. II. 1. c. 1. sqq. de iurisd. III. 11. c. 1. pr. §. 1. si quac. praed. pot. II. Op. Arbiter. — Maiores iudices. fr. 32. §. 7. de rec. qu. arb. 4. 8. Cf. v. Arbiter. §. 2. Suo arbitrio, — Sine iudice (servum ad bestias dare.) fr. 11. §§. 1. sq. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. III. Cn. Iudex, qui tribunali praeest, vel aliam iurisdictionem habet. fr. 1. de iudic. 5. 1. Apud magistratus P. R., vel Praesides Pr. vel alios iudices. fr. 4. §. 1. de interr. in iure 11. 1. Iudex tutelaris, itemque C.viri. Paul. V. 16. §. 2. In comites quoque iudicum ex h. l. iudicium datur. fr. 5. de L. Iul. repet. 48. 11. Iudices dioeceseos, — tam civiles quam militares. c. 1. §. 7. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Consularis et Praeses, qui — ordinariorum iudicum nomen obtinent. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 7. Quicunque iudicum, comitum, amicorum, vel palatinorum meorum etc. Th. C. IX. 1. c. 4. de accusat. Iudices omnes, et rectores provinciarum. Ib. XV. 1. c. 15. de opp. pub. cf. I. 5. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Pr. cf. Inst. C. c. 6. nbi caus. stat. 3. 22. Apud provinciae iudicem pulsare. Th. C. XIII. 10. c. 5. de censu s. adscr. Pro iurisdictione iudicis, (mulcta damnari.) fr. 2. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Apud competentem adpellationi iudicem res agere. fr. 20. indicat. solvi. 46. 7. cf. fr. 40. §. 1. de pact. 2. 14. Iudex adulterii (ante oculos habere debet.) fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Idque causa cognita per iudicem statuendum erit. fr. 32. pr. fr. 33. de adopt. 1. 7. His probatis, competens iudex rem suae aequitati restitui decernat. fr. 23. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Competentes iudices ali te a patre tuo iubebunt. fr. 5. §. 7. cf. pr. §§. 2.** 14. de agn. et alend. 25. 3. Restitutio in integrum facienda officio iudicis. fr. 9. §. 7. ib. 4. 2. Neque sine iudice transigi, neque apud iudicem exquiri veritas (aliter potest etc.) fr. 1. §. 1. testam. quemad. aper. 29. 3. Iudices exactoresque. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. pr. — **§. 2.** *Is, qui iussus a magistratu, vel sorte electus, iudicium privatum dirimit, vel de crimine sententiam fert.* II. **Op.** Iurisdictioni praeesse. — Iudex datus esse. fr. 81. de iudic. 5. 1. Ipse cognoscere. — Iudicem dare. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. c. 2. de pedan. iudic. 3. 3. Magistratus P. R. v. Is, qui iudicare iussit. — Iudices ab eis dati. fr. 58. de iudic. 5. 1. fr. 15. pr. de re iudic. 42. 1. fr. 2. pr. de R. I. 50. 17. Praetor, v. Praeses. Gai. III. 224. fr. 4. de off. Praet. 1. 14. fr. 12. pr. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 4. de tutor. dat. 26. 5. Arbiter. Cf. h. v. Recuperatores. Gai. IV. 109. 141. III. **Cn.** Ne Senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Si plebeius, vel humili loco natus, Senatori, vel equiti R., decurioni, vel magistratui, vel Aedili, vel iudici (sc. iniuriam irrogavit.) Paul. V. 4. §. 10. A magistratibus, pedaneisque iudicibus, (dicta sententia.) Th. C. XI. 31. c. 3. de repar. app. Testimonium publice dicere, aut iudex esse, postulareve prohiberi. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. repet. 48. 11. Ne quis ob iudicem arbitrumve dandum, mutandum, iubendumve ut iudicet (aliquid acceperit.) fr. 7. pr. ib. 48. 11. Qui neque iurisdictioni praeest, neque a Principe potestate aliqua praeditus est, neque ab eo, qui ius dandorum iudicum habet, datus est, nec ex compromisso sumtus. fr. 81. cf. fr. 12. §§. 1. sq. fr. 76. de iudic. 5. 1. c. 5. eod. 3. 1. fr. 15. pr. de re iud. 42. 1. fr. 2. §. 1. Qu. sent. sine app. 49. 8. Venire ad iudicem accipiundum, v. capiendum. Gai. IV. 15. 18. Recuperatoria, et quae sub uno iudice accipiuntur iudicia. Ib. IV. 105. cf. 104. 109. Pedaneus, — Compromissarius, iudex. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. fr. 41. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 4. de tutor. dat. 26. 5. Lege agebatur — per iudicis postulationem. Gai. IV. 12. 20. Iudex esto! Si etc. Gai. IV. 34. 36. sq. 47. 136. L. Gall. Cisalp. I. 22. 32. Iudex — condemna, si non paret absolve! Gai. IV. 43. 47. 50. sq. 86. L. Gall. Cisalp. I. 31. 40. Quantum adiudicari oportet, iudex Titio adiudicato! Gai. IV. 42. Si — iudex me priorem tibi condemnavit. fr. 1. §. 4. Qu. sent. sine app. 49. 8. cf. Gai. IV. 119. Cum iudex id exploraverit, et forte secundum me iudicatum sit. Ib. IV. 166. Iudex, qui quandoque cognoscet, (decretum Praetoris sequetur.) fr. 7. §. 7. de adm. et per. 26. 7. Iudex, qui ex hac actione cognoscit. fr. 4. §. 1. de eo qu. c. loc. 13. 4. Iudex actionis. fr. 3. pr. de pignor. 20. 1. Iud. iudicii b. f. fr. 1. §. 2. de usur. 22. 1. Arbitratu iudicis, utique quasi viri boni. fr. 17. §. 5. de iniur. 47. 10. cf. fr. 3. §. 3. commod. 13. 6. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. Iudex, qui pronunciat, v. constituit. Sententia iudicis. Paul. V. 25. §§. 2. 4. fr. 10. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 38. de R. V. 6. 1. fr. 5. pr. de calumn. 3. 6. — **§. 3.** *Qui consessui iudicum praefectus est, in publico iudicio.* I. **Sy.** Qui magistratus esset, publicove iudicio praeesset. Magistratus,

iudexve quaestionis. fr. 1. pr. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. III. **Cn.** Vt is Praetor, iudexve quaestionis, cui sorte obvenerit quaestio de sicariis, — quaerat cum iudicibus etc. Coll. LL. M. I. 3.

Iudicans. (Subst.) *Is, qui iurisdictione fungitur.* I. **Sy.** Qui iudicat. fr. 3. §. 6. fr. 13. de testib. 22. 5. Cognoscens. fr. 1. §§. 3. sq. ad S. C. Turp. 48. 16. Iudex (ordinarius.) Cf. h. v. §. 1. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. fr. 6. de extr. cogn. 50. 13. Th. C. I. 16. c. 2. sq. c. 5. sqq. (Wck.) de off. Rect. Pr. II. 18. c. 1. sq. de iudic. IX. 1. c. 6. sqq. de accusat. III. **Cn.** Iurisdictio iudicantis. fr. 11. pr. de iurisd. 2. 1. Diligentiae iudicantis est, explorare quae consuetudo in ea provincia, in qua [al. quam] iudicat, fuerit. fr. 3. §. 6. cf. fr. 13. de testib. 22. 5. Th. C. II. 18. c. 1. de iudic. Relationes, vel suggestiones iudicantium. c. 2. de LL. 1. 14. Imperitia aut severitas iudicantis. fr. 14. §. 4. de bon. libert. 38. 2.

Iudicare. *Iudicium celebrare. Controversias litigatorum dirimere.* I. **Sy.** Cognoscere, Decernere, Rem iudicare. fr. 22. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 13. §. 3. de vac. et exc. 50. 5. Iudicium facere, Pronuntiare. fr. 57. sq. de R. V. 6. 1. fr. 1. §§. 2. 4. Qu. sent. sine app. 50. 8. III. **Cn.** Ius solum locum esse, ubi iuris dicendi, vel iudicandi gratia consistat. fr. 4. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Qui, cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum decernendumve acceperit. fr. 3. de L. Iul. repet. 48. 11. Non putat ei permittendum, — iudicare, vel testimonium dicere, quia L. Iulia repetundarum hoc fieri vetat. fr. 2. de Senator. 1. 9. Quocunque de ea re in ius aditum erit, de ea re ita ius dicito, iudicia dato, iudicarique iubeto, cogito. L. Gall. Cisalp. I. 16. sq. cf. 2. sq. II. 21. sq. Iudicium solvitur, vetante eo qui iudicare iusserat. fr. 58. de iudic. 5. 1. cf. fr. 13. pr. §. 1. de iurisd. 2. 1. Si locus in iubendo iudicare non est comprehensus. fr. 59. de iudic. 5. 1. Iudicandi munus, v. onus etc. Vatic. §§. 194. 197. fr. 6. de iudic. 5. 1. fr. 18. §. 14. de mun. et hon. 50. 4. Iudex, qui iudicat (inter eum et argentarium.) fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. Iudici rem iudicandam committere. fr. 13. §. 3. de vacat. et exc. 50. 5. Iudex si quid adversus legis praeceptum in iudicando d. m. praetermiserit. fr. 40. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 10. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Si et iure iudicatum, (et pignus in causa iudicatum captum est.) fr. 10. Qui potior. 20. 4. Si ea res secundum me, heredemve meum, iudicata erit. fr. 158. de V. S. 50. 16. cf. fr. 40. §. 2. de procur. 3. 3. Et ita etiam Aurel. Imp. Antoninus ad adpellationem ex Germania iudicavit. fr. 48. de cond. et dem. 35. 1.

Iudicatio. §. 1. *Iurisdictio, Cognitio.* I. **Sy.** Cui iudicatio data est. Quibus publice iudicium est. Magistratus. fr. 2. §. 8. de iudic. 5. 1. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Neve cui de ea re actio, neve iudicatio esto, neve quis d. e. r. apud se agi sinito. L. de imperio Vespas. in f. Fr. L. Serviliae. c. 1. Nec tamen facile indulgendum est extra ordinem iudicationis. fr. 4. §. 8. de R. M. 49. 16. S. cognitionis habeat potestatem, et iudicationis nostrae soleat repraesentare reverentiam. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar. cf. XI. 30. c. 18. de app. et poen. — §. 2. *Res iudicata.* III. **Cn.** Desiderare posse, ut sibi ex iudicatione satisfiat. fr. 30. de procur. 3. 3. Nisi forte executor sententiae modum iudicationis excedat. Th. C. XI. 36. c. 25. Quor. app. n. rec.

Legitimus. (Adiect.) **§. 1.** *Legibus constitutus, Iuri conveniens.* I. **Sy.** Ex lege. Secundum legitimam observationem. fr. 35. de donat. int. V. 24. 1. fr. 43. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. Vlp. XXIII. 10. Iusta, Civiliter nupta, Legitima (uxor.) fr. 4. de R. N. 23. 2. fr. 28. §. 3. de lib. et posth. 28. 2. Civilis, Legitima (cognatio.) fr. 4. §. 2. de grad. et adfin. 38. 10. Gravissimae, Maximae, Legitimae (usurae.) fr. 38. de N. G. 3. 5. fr. 7. §§. 4. 7. sq. 10. de adm. et peric. 26. 7. III. **Cn.** Legitima et consueta (testamenti factio.) c. 35. pr. de inoff. testam. 3. 28. Pro iure legitimo haberi debet (hominis sani voluntas.) fr. 88. §. 17. de legat. II. (31.) Quamvis neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque vendiderint familiam etc. Gai. II. 109. Intra numerum legitimum (in testamento libertatem consecuti.) Paul. IV. 1. §. 16. Post emerita stipendia legitima. Vatic. §. 144. Vlp. III. 5. Legitimis probationibus adprobare. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. Liberos — suos, et legitimos, patri esse. c. 23. §. 2. cf. c. 6. c. 19. de nupt. 5. 4. — **§. 2.** *Ex mera iuris constitutione descendens.* I. **Sy.** Is, qui per legem ad hereditatem vocatus est. Ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas. Legitimus heres. Gai. II. 35. sq. 119. sq. 167. sqq. III. 85. Vlp. XIX. 13. sq. Intestati, s. Quae ab intestato defertur, Legitima (hereditas.) Ib. XXVI. 5. sqq. Coll. LL. M. XVI. 3. 9. II. **Op.** Testamento scriptus, v. electus, (heres.) Gai. II. 35. sq. 119. sq. Vlp. XIX. 13. sq. Paul. IV. 8. §. 26. Th. C. XII. 1. c. 107. de decurion. — **§. 3.** *Iure civili R., eoque vetustiore, vel solemni, confirmatus.* I. **Sy.** Civilis. Cf. h. v. §. 2. Legibus proditae, Legitimae (actiones.) Coll. LL. M. II. 5. fr. 11. fr. 14. §. 3. de praescr. vv. 19. 5. fr. 19. de O. N. N. 39. 1. fr. 22. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ex lege XII Tabb. (datus etc.) Gai. I. 155. III. 19. sqq. Vlp. XI. 3. XII. 1. fr. 13. de curat. fur. 27. 10. II. **Op.** S. Ctis constitutus (tutor.) Vlp. XI. 2. Honorarius, s. Praetorius. Cf. v. Honorarius §. 2. Ius legitimum, — Praetoris edictum, Praetorium ius. Gai. III. 18. sqq. 25. sqq. IV. 34. Suus (heres.) Paul. IV. 8. §. 24. Th. C. XVI. 7. c. 2. §§. 1. sq. de apostat. Suus heres, vel legitimus. — Cognati. fr. 6. pr. de inoff. testam. 5. 2. III. **Cn.** Intestati datur B. P. — primo gradu liberis, secundo legitimis etc. Vlp. XXVIII. 7. fr. 1. §. 9. unde cogn. 38. 8. fr. 1. pr. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Post suos, ab intestato legitimi admittuntur, primum consanguinei. Coll. LL. M. XVI. 6. fr. 2. pr. unde legit. 38. 7. Omnes (sc. liberi,) qui legitimo iure deficiuntur. Gai. III. 26. Legitimus actus. Cf. v. Actus. §. 3. — **§. 4.** *Ad doctrinam iuris civ. spectans.* I. **Sy.** Legum (eruditio.) Legitima (scientia.) Prooem. Inst. §§. 3. sq. III. **Cn.** Eloquentiae et legitimae scientiae (artibus decoratus.) c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17. Iuris interpres, — vir ab antiqua stirpe legitima procedens. Ib. 1. l. — **§. 5.** *Ordinarius, Iustus, Competens, Debitus.* I. **Sy.**

Publicum, Legitimum (crimen, v. iudicium.) fr. 1. fr. 3. §. 2. de crim. stellion. 47. 20. Lege, Legitimam (irrogare poenam.) fr. 1. §§. 2. sq. ad S. C. Turp. 48. 16. Quarta portio ab intestato successionis. Pars legitima. Legitima (p. se pos.) fr. 19. pr. de bon. libert. 38. 2. c. 33. pr. de inoff. testam. 3. 28. c. 20. pr. de collat. 6. 20. II. **Op.** Legitima (poena.) — Extraordinaria (coërcitio.) fr. 2. fr. 3. §. 2. de crim. stellion. 47. 20. Cf. v. Extraordinarius. Legitimae, — Honorariae (dignitates.) Cf. v. Honorarius. §. 1. Pupillaris, v. Minor, — Legitima (aetas.) fr. 32. §. 2. de testam. tut. 26. 2. Th. C. II. 6. c. 4. de temp. cursu. III. **Cn.** Sin interim adolescens veniam aetatis impetraverit, vel ad legitimam aetatem pervenerit, c. 10. de app. et consult. 7. 62. Th. C. II. 17. c. 1. pr. §§. 1. sq. de h. qu. ven. aet. Donec is, annos Laetoriae legis egressus, legitimam compleverit aetatem. Ib. VIII. 12. c. 2. de donat. Si legitimae aetatis, et masculus sit. fr. 1. pr. de fideiuss. tut. 27. 7. Vincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta. c. 1. ex qu. c. infam. 2. 12. Ne — quidquam iisdem, veluti legitimi muneris, exprimatur. Th. C. VIII. 11. c. 1. pr. ne qu. pub. laetit. Nec luctuosam ei nec legitimam portionem (relinquere.) Ib. II. 19. c. 2. de inoff. testam. Cf. Iul. ep. nov. c. 1. §. 1. — **§. 6.** *Mundanus.* II. **Op.** Legitimae, — Caelestes (poenae.) c. 35. §. 5. de donat. 8. 54.

Legulus. *Qui messibus vindemiisque cogendis operam navat.* III. **Cn.** Si tamen, quae instituit fructuarius, — magnum adparatum sint desideratura, opificum forte vel legulorum [al. figulorum.] fr. 13. §. 6. de usufr. 7. 1.

Legumen. *Planta esculenta, quae vellitur e terra.* II. **Op.** Frumenta, Hordeum et triticum. — Legumina. Paul. III. 6. §. 78. fr. 14. §. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. fr. 77. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Sive frumentum, sive quid leguminis (in cella penuaria habuit.) fr. 3. §§. 8. 11. de penu leg. 33. 9. Si, ut certis mercibus eam (sc. navem) locet, praepositus est, puta legumini, cannabae. fr. 1. §. 12. de exercit. 14. 1.

Lena. Cf. v. Leno.

Lenire. *Temperare, Mitigare.* III. **Cn.** Rigorem iuris placare, aut lenire. Th. C. I. 2. c. 3. (Wck.) de div. rescr. Si — percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam poenam eius. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Lenis. (Subst.) *Genus vasis.* III. **Cn.** Labra, et lenes [al. tenes,] et cucumellae. fr. 17. §. 1. si servit. 8. 5. Lenes, [al. Lines,] labra, salientes etc. fr. 15. de A. E. V. 19. 1.

Lenitas. *Indulgentia.* I. **Sy.** Clementia. Cf. h. v. §. 1. Indulgentia. Th. C. IX. 43. c. 1. §. 3. de sent. pass. II. **Op.** Austeritas. Cf. h. v. Severitas. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Diversorum criminum rei, vel desidia iudicum, vel quadam lenitatis ambitione, per provincias detenti. Th. C. IX. 1. c. 18. de accusat.

Leniter. (Advb.) *Modice.* I. **Sy.** Leviter. fr. 1. pr. de effractor. 47. 18. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. II. **Op.** Acriter. Cf. h. v. III. **Cn.** Non solum leniter, imo etiam negligenter (pensare.) Nov. Maior. de adulter. IV. 8. c. 1. Lenius punire. Paul. II. 26. §. 5.

Lenitudo. *Indulgentia.* I. **Sy.** Lenitas. Th. C. IX. 1. c. 7. c. 18. de accusat. III. **Cn.** Lenitudinis nostrae cura succedit. Ib. VIII. 12. c. 6. de donat. XV. 1. c. 5. de opp. pub.

Leno. Lena. *Qui, quaeve, scortorum prostitutione quaestum facit.* I. **Sy.** Quae mulieres quaestuarias prostituit, Lena. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 43. §§. 8. sq. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Qui leno fuerit, quive artem ludicram ante fecerit etc. fr. 24. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Lenam, et a lenone lenave manumissam, et in adulterio deprehensam etc. (ducere, sc. uxorem.) Vlp. XIII. 2.

Lenocinium. *Quaestus lenonis et lenae.* III. **Cn.** Qui artis ludicrae, pronunciandive, causa in scaenam prodierit, qui lenocinium fecerit etc. fr. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Tab. Heracl. lin. 49. aer. Neap. Cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit. — Qui lenocinium uxori praebuerit. fr. 47. sol. matrim. 24. 3. fr. 2. §. 2. fr. 29. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit. Paul. II. 26. §. 8.

Lentare. *Flectere, Infringere.* III. **Cn.** Quisquis maiestatis nostrae praecepta lentaverit. Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 3. §. 2. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. §. 6.

Lentus. (Adiect.) *Tardus.* III. **Cn.** Quibus lentum regressum necessitas desperationis indixit. Th. C. IX. 38. c. 11. de indulg. crim.

Leo. *Ferarum species notissima.* III. **Cn.** Canem, aut feram bestiam, velut ursum, leonem, (vulnerare etc.) Gai. III. 217. fr. 2. §. 2. fr. 29. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 40. §. 1. fr. 41. de Aedil. edict. 21. 1. Vrsi, leones, item ea animalia, quae ferarum bestiarum numero sunt. Gai. II. 16. Si leo sit, sed mansuetus, vel alia dentata mansueta (sc. bestia.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Leo. §. 1. *Nomen Imperatoris R.* I. **Sy.** D. Leonis, Leoniana, Leonina (lex, s. constitutio.) c. 50. de episc. et cler. 1. 3. c. 20. pr. de donat. A. N. 5. 3. Iul. ep. nov. c. 7. §. 32. c. 62. §. 208. — **§. 2.** *Nomen summi episcopi urbis Romae.* III. **Cn.** Venerabilis vir, Leo, romanus papa. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. §. 1. cf. de manich. II. 18. c. 1. pr.

Leonianus. (Adiect.) *Ad Leonem Imp. spectans.* Cf. v. Leo. §. 1.

Leoninus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad leones spectans.* III. **Cn.** Hanc societatem leoninam solitum adpellare. fr. 29. §. 2. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Ad Leonem Imp. pertinens.* Cf. v. Leo. §. 1.

Leporinus. (Adiect.) *Qui est ex lepore.* III. **Cn.** Leporina lana, et anserina, et caprina. fr. 70. §. 9. de legat. III. (32.)

Leptimagnensis. (Adiect.) *Ad Leptim magnam pertinens, Tripolitanae provinciae civitatem.* I. **Sy.** Leptis magna. Leptimagnensis civitas. fr. 8. §. 11. de censib. 50. 15. c. 2. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Leptis. *Nomen duarum civitatum Africae, alterius in Tripolitana provincia, alterius in Byzacena.* III. **Cn.** In Africa Carthago,

Vtices, Leptis magna, (iuris Italici factae sunt.) fr. 8. §. 11. l. 50. 15. Dux Byzacenae provinciae, in Capsa et altera Lepte civitatibus (sedes habeat.) c. 2. §. 1. l. 1. 27.

Leptitanus. (Adiect.) *Ad Leptim pertinens.* III. **Cn.** Colonia Leptitanorum. fr. 30. de vulg. et pup. 28. 6.

Lessus. *Lamentatio lugubris.* III. **Cn.** Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. L. XII Tabb. X. 4.

Letalis. (Adiect.) *Letum adferens, Mortalis.* III. **Cn.** Telo usus, letale vulnus infligere. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv.

Letaliter. (Adverb.) *Mortifere.* III. **Cn.** Ad necem caesus, aut letaliter vulneratus. Coll. LL. M. II. 7.

Letifer, s. **Lethifer.** (Adiect.) *Mortiferus.* III. **Cn.** Pestibilis fundus, i. e. pestibiles herbas, vel lethiferas habens. c. 4. de aedil. act. 4. 58.

Letum, s. **Lethum.** *Mors, Excidium.* III. **Cn.** Malo letho periturus esset insidiis eorum etc. fr. 9. de extr. crim. 47. 11. Innocentes — leto dare. Th. C. IX. 3. c. 1. §. 1. de cust. reor.

Levamen. *Relevatio, Auxilium, Praesidium.* III. **Cn.** Vt, quid remissum gratia, — convincant, et ex eo levamen accipiant. Th. C. XIII. 11. c. 4. de censitor. Quoties defectorum levamen exposcitur. Ib. c. 3. l. 1.

Levamentarius. (Subst.) *Qui ministerium exhibet scaphis, navium maiorum onera levantibus.* III. **Cn.** Si navicularius originalis levamentarius fuerit. Th. C. XIII. 5. c. 1. de navicular.

Levamentum. *Levamen.* I. **Sy.** Beneficium (edicti.) fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 2. si fam. furt. 47. 6. III. **Cn.** Quo ita levamentis alternantis auxilii cunctorum fortunae — confirment. Th. C. XIII. 5. c. 6. de navicul. cf. XIII. 11. c. 14. de censitor. [Cf. v. Velamentum.]

Levare. **§. 1.** *Adtollere, Elevare.* III. **Cn.** Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levatae, et saepe territus etc. fr. 15. §. 1. de iniur. 47. 10. Vt levato velo istae causae cognoscantur. Th. C. XIII. 9. c. 6. de naufrag. — **§. 2.** *Relevare, Liberare.* I. **Sy.** Solvi, Vinculis levari. fr. 48. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Onerare. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Gravare. c. 4. Quem. civ. mun. 10. 42. III. **Cn.** Levandae navis gratia (iactus mercium factus.) fr. 1. fr. 4. pr. §. 1. fr. 8. de L. Rhod. 14. 2. Obligationis onere Praetoris auxilio non levabitur. fr. 67. de procur. 3. 3. — **§. 3.** *Colligere, Exigere.* III. **Cn.** Agri tributum in eam civitatem debet levari, [al. levare,] in cuius territorio possidetur. fr. 4. §. 2. de censib. 50. 15.

Levir. *Mariti frater.* I. **Sy.** Viri frater. fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10.

Levis. (Adiect.) **§. 1.** *Exiguus, Modicus.* I. **Sy.** Mediocris, Modicus. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 23. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 13. §. 4. locat. 19. 2. Quantalibet, Levissima (febris.) fr. 1. §. 8. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. II. **Op.** Gravis. Cf. h. v. §§. 3. sqq. Lata (culpa.) Cf. v. Latus. §. 2. Durus. Cf. h. v. Capitales, vel gravissimae inimicitiae. — Levis offensa. fr. 3. §. 11. de adim. legat. 34. 4. Leves anuli. — Gemma magni pretii. fr. 6. de bon. damn. 48. 20. III. **Cn.** Non utique quodlibet quam levissimum (efficere, ut morbosus vitiosusve habeatur.) fr. 1. §. 8. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. Aut nullam, aut leviorem poenam (irrogare.) fr. 14. de poen. 48. 19. Levis culpa, et rebus suis consueta negligentia. fr. 22. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1. Et levissima culpa (venit in lege Aquilia.) fr. 44. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Nec leve argumentum est. Vatic. §. 321. Tradidere non leves auctores. fr. 3. si pars hered. 5. 4. — **§. 2.** *Facilis, Expeditus.* I. **Sy.** Facilis. fr. 5. de man. testam. 40. 4. III. **Cn.** Levissima libertatis conditio, — quae ad libertatem perducit, quamvis natura gravior et durior sit. fr. 35. fr. 51. pr. fr. 87. fr. 90. de cond. et dem. 35. 1. Si quis accedat eiusdem pretii emtor, sed qui levioribus emat conditionibus. fr. 4. §. 6. de in diem add. 18. 2. — **§. 3.** *Inconstans.* II. **Op.** Constans. Vitae probatae. — Levis, protervus. Levis, vel admodum iuvenis. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 22. §. 6. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Si quis aliquid fecerit, quo leves hominum animi superstitione numinis terrerentur. fr. 30. de poen. 48. 19. — **§. 4.** *Humilis, Vilis.* III. **Cn.** Quodsi levis persona custodiae fuit. fr. 14. §. 2. de custod. et exhib. 48. 3.

Levitas. *Inconstantia.* III. **Cn.** Si id ex levitate processerit, contemnendum; si ex insania etc. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Iuvenili levitate ductus. fr. 24. §. 2. de minor. 4. 4. Propter animi levitatem (in tutela esse.) Gai. I. 144. 190.

Leviter. (Advb.) *Moderate, Leniter.* I. **Sy.** Leniter. Cf. h. v. II. **Op.** Graviter (puniri.) fr. 68. de R. N. 23. 2. Coll. LL. M. XV. 2. Convicium dicere, vel leviter pulsare. — Flagris, verberibus vulnerare. fr. 7. §. 2. fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Si quid ex his, quae leviter observanda Praetor edixit, non sit factum. fr. 1. §. 15. de inspic. ventre. 25. 4.

Lex. **§. 1.** *Praeceptum iuris certi. Constitutio.* I. **Sy.** Ius. Cf. h. v. §. 1. §. 1. A. III. **Cn.** Ratio naturalis, quasi lex quaedam tacita. fr. 7. pr. de bon. damnat. 48. 20. Ius, quod lex naturae eius tribuit. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. Lex naturae. — Lex specialis. fr. 24. de statu hom. 1. 5. Secundum leges moresque peregrinorum. Gai. I. 92. cf. 193. — **§. 2.** *Ius civile Rom.* I. **Sy.** Ius (publicum, s. Quiritium, s. nostrum.) Cf. v. Ius. §§. 1. B. C. II. **Op.** Lege, — Natura (manifestum furtum fieri.) Gai. III. 194. Naturale ius et gentium. — Civile ius et legum ordo. fr. 31. pr. depos. 16. 3. III. **Cn.** Vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio (obtinere posse.) fr. 17. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Et legibus, et recto iuris ordine (vindicari.) Th. C. X. 10. c. 3. cf. c. 11. de petit. et ultro dat. Ne usurpatio iudicia legesque confundat. Ib. II. 1. c. 2. de iurisdict. Iuxta legum censuram (exigere vindictam.) c. 1. de prec. Imp. offer. 1. 19. Agant publicis legibus, et iure communi. Nov. Val. III. de episc. iudic. II. 35. c. 1. pr. §. 1. Quo tu iure testamentum facere possis, secundum legem publicam. Gai. II. 104. Pactionem, quam velint, sibi faciant, dum ne quid ex

publica lege corrumpant. fr. 4. de colleg. et corp. 47. 22. Quae romanis legibus — sunt constituta. Coll. LL. M. VI. 4. cf. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Si quid ita factum sit, uti de lege fieri licuit. fr. 1. §. 16. de flumin. 43. 12. Legi cognitae (probationes.) Legibus cognitum (fideicommissum.) Nov. 36. Iul. ep. nov. c. 1. §. 1. Iuxta hanc iuris formam Praeses Pr. — officium sententiae suae legibus temperabit. Vatic. §. 281. cf. fr. 4. §. 5. fr. 6. §. 1. de re iud. 42. 1. — **§. 3.** *Scitum populi, vel plebis Rom.* I. **Sy.** Quod populus iubet atque constituit. Gai. I. 3. Generale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu. Fr. At. Capitonis I. Cti. Ap. Gell. X. 20. III. **Cn.** Constant autem iura ex legibus, plebiscitis, S. Ctis, constitutionibus Principum, edictis etc. Gai. I. 2. Quod eius per leges, plebiscita, S. Cta, edicta, decreta Principum licebit. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 2. pr. ne qu. in loco pub. 43. 8. Cui nominatim hoc dedit vel lex, vel S. C., vel Princeps. fr. 6. §. 2. de tutel. 26. 1. Contra leges, et decreta Principum, et bonos mores. Paul. III. 4.B. §. 2. cf. fr. 112. §§. 3. sq. de legat. I. (30.) c. 6. de pact. 2. 3. Lex, vel similis iuris constitutio. §. 2. I. de B. P. 3. 10. Vel ex legibus, vel ex his, quae legis vicem obtinent. Gai. IV. 118. cf. I. 4. sq. 7. cf. fr. 33. fr. 35. de LL. 1. 3. fr. 14. de cond. instit. 28. 7. Lege, vel quo alio iure (agere.) fr. 3. de off. Praet. 1. 14. cf. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Aut legibus, aut edicto (constitutae actiones.) Gai. IV. 76. cf. fr. 27. de R. I. 50. 17. Aut lege, aut more, aut mixto iure (introduci.) Paul. V. 4. §§. 6. sqq. Moribus, non legibus (introductum.) fr. 8. de R. N. 23. 2. cf. Gai. IV. 26. 28. Hoc totum ius partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine obliteratum est. Ib. I. 111. Quae lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus pl. a plebe rogaverit. fr. 1. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Cf. L. Gall. Cisalp. I. 28. 39. Et ita leges quasdam et ipse (sc. Romulus) curiatas ad populum tulit. fr. 2. §. 2. de O. I. 1. 2. Exactis deinde regibus lege tribunicia. fr. 2. §. 3. cf. §§. 15. sq. ib. 1. 2. Lex, per quam Imperator imperium accipit. Lex regia, s. imperii. Gai. I. 5. fr. 2. §. 11. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. c. 3. de testam. 6. 23. Censoria, Consularis, Vectigalis etc. lex. Cf. h. vv. Vt leges sanctae sunt, sanctione enim quadam sunt subnixae. fr. 9. §. 3. de R. D. 1. 8. Ipsarum legum verbis accommodatae erant (sc. legis actiones,) et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur. Gai. IV. 11. Ius potestasque esto, ut hac lege sequenti licebit. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Lege rogatum, v. Lege lata factum. fr. 2. §. 16. de O. I. 1. 2. Lex aut rogatur, i. e. fertur, aut abrogatur, — aut derogatur etc. Vlp. I. 3. fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. fr. 102. de V. S. 50. 16. Per legem capere, s. accipere. Vlp. I. 10. Gai. I. 22. III. 56. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Lege, s. Ex lege (adquiri, sc. dominia.) Vlp. XIX. 2. 17. — **§. 3. A.** *Lex, i. e. L. XII Tabb.* I. **Sy.** Ius legitimum, v. vetus. Lex (antiqua, v. XII Tabb.) Gai. III. 18. sqq. 25. sqq. fr. 1. fr. 3. de hered. pet. 5. 3. fr. 2. §. 1. de nox. act. 9. 4. Tabulae. fr. 2. §§. 4. 8. 25. 36. de O. I. 1. 2. II. **Op.** Novae leges. fr. 7. pr. de cap. min. 4. 5. fr. 1. fr. 3. de hered. pet. 5. 3. fr. 11. de suis et legit. 38. 16. fr. 1. §. 8. ad S. C. Tert. 38. 17. Edictum Praetoris. Gai. III. 18. sqq. 25. sqq. 82. 189. sqq. Vlp. XXIX. 1. Interpretatio prudentium. Coll. LL. M. XVI. 3. III. **Cn.** Sive ex lege XII Tabb., sive ex aliqua lege, — vel S. Cto etc. fr. 2. pr. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 1. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Est actio antiqua, — quae in duplum ex lege XII Tabb. descendit. fr. 23. §. 6. de R. U. 6. 1. fr. 62. de V. S. 50. 16. Contineri ex mente legis XII Tabb. fr. 80. ib. 50. 16. Veteres — voluerunt, idque etiam lege XII Tabb. cautum est. Gai. I. 145. — **§. 3. B.** *Lex, s. Leges* (p. se.) *i. e. L. Iulia et Pap. Popp.* II. **Op.** Hae leges. — Ius civile. Vatic. §. 168. III. **Cn.** Legibus, propter dignitatem, prohibentur (ducere uxores.) fr. 49. cf. fr. 48. §. 1. de R. N. 23. 2. Lex utilis reip., sobolis scilicet procreandae causa lata. fr. 64. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Si — nondum eius aetatis sint, a qua lex liberos exigit. Vlp. XVI. 1. Persona, quae legibus ex testamento capere prohibetur. fr. 10. pr. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Vacantia, vel caduca bona, delata legibus ad aerarium. Th. C. X. 8. c. 5. de bon. vac. — **§. 3. C.** *Lex, s. Leges, i. e. Leges Iuliae iudiciariae.* I. **Sy.** Lex privatorum, lex publicorum. Duae Iuliae (leges.) Gai. IV. 30. Vatic. §§. 197. sq. — **§. 4.** *Lex, i. e. S. C.* I. **Sy.** Novae leges. S. Cta. fr. 7. pr. de cap. min. 4. 5. fr. 1. de condict. ex L. 13. 2. Oratio Principis in Senatu recitata S. C. Lex. fr. 1. pr. §. 2. fr. 2. fr. 6. sq. de feriis. 2. 12. fr. 9. §§. 2. sqq. ad S. C. Mac. 14. 6. fr. 2. §. 1. de cust. et exh. 48. 3. fr. 10. pr. ad S. C. Turp. 48. 16. — **§. 5.** *Constitutio Principis.* I. **Sy.** Constitutio. fr. 7. fr. 21. de legat. praest. 37. 5. Th. C. V. 1. c. 1. sq. de legit. heredit. XI. 30. c. 64. pr. de adp. et poen. XVI. 5. c. 7. pr. §. 1. de haeret. Sanctio (oraculi nostri.) Ib. l. l. c. 17. cf. IV. 14. c. 1. §§. 2. 4. sq. de act. c. temp. fin. III. **Cn.** Legibus, et divinis et imperialibus, vetitum. Ib. XVI. 5. c. 5. Lex sancientibus nobis rogata. Ib. XV. 1. c. 15. de opp. pub. — **§. 6.** *Lex, i. e. Sanctio populi R. de statu publico singulae civitatis, intra fines imperii constitutae.* III. **Cn.** Qui lege, plebisvescito, permissus est, erit, uti leges in municipio fundano, municipibusve eius municipii, daret. Tab. Heracl. lin. 85. sqq. aer. Neap. Ex his — caetera per leges cuiusque civitatis ex consuetudine longa intelligi potuerunt. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 5. §. 1. de iure immun. 50. 6. Quod lege sua privilegium in bonis defuncti debitoris accepit (sc. civitas.) fr. 37. de reb. auct. iud. 42. 5. Si civitas nullam propriam legem habet de etc. fr. 21. §. 7. ad municip. 50. 1. Qui secundum legem decurio creatus non sit. fr. 10. de decurion. 50. 2. cf. fr. 12. de app. et relat. 49. 1. Si lex municipalis concedat, s. permittat. fr. 3. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 3. §. 5. de sepulc. viol. 47. 12. IVvir — e lege Iulia municipali. Cf. v. Iulia. §. 10. Cui lex permittit, aut lege cessante Ordo dedit. fr. 3. fr. 6. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Secundum legem civitatis, — resp. distraxit. c. 4. de iure reip. 11. 29. — **§. 7.** *Singulum caput edicti, v. responsi iuris auctorum.* I. **Sy.** Pars edicti. Cf. v. Edictum §. 4. III. **Cn.** Constitutionum vicem et has

has leges (sc. prudentium) obtinere. c. 2. §. 20. cf. §. 10. de vet. iure enucl. 1. 17. In antiquioribus legibus, et praecipue in quaestionibus I. Pauli, invenimus. c. 19. de iure delib. 6. 30. cf. c. 33. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. — **§. 8.** ***Conditio, Modus, Regula, (negotio celebrato adiecta.)*** I. **Sy.** Modus (contractus.) fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Pacisci. Legem dare. fr. 7. de pact. dot. 23. 4. III. **Cn.** Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest. fr. 73. §. 4. de R. I. 50. 17. Transactione facta, certa lege finita est (sc. controversia.) fr. 14. de transact. 2. 15. Si tibi filius hac lege in adoptionem sit datus, ut etc. fr. 34. de adopt. 1. 7. Certam legem testamento dicere. fr. 14. Qu. testam. fac. p. 28. 1. cf. fr. 114. §. 14. de legat. I. (30.) Pactus est, — postea eam legem inseruit. fr. 10. §. 1. de resc. vend. 18. 5. Praepositio certam legem dat contrahentibus. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Contractus legem ex conventione accipiunt. fr. 1. §. 6. depos. 16. 3. cf. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. Praetoriae stipulationes legem accipiunt de mente Praetoris. fr. 52. pr. de V. O. 45. 1. Non sibi vult legem imponi (sc. venditor etc.,) nec potest, sed ei qui accepit. fr. 7. §. 8. de don. int. V. 24. 1. cf. fr. 40. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Legem suae rei dicere. fr. 20. §. 1. de pact. dot. 23. 4. Quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remancipetur. Gai. I. 140. Legem traditioni dicere. Ea lege tradere. fr. 6. pr. comm. praed. 8. 4. fr. 15. §. 1. de statulib. 40. 7. Gai. III. 146. Vendere ea lege. Lege pignoris vendere. Vatic. §. 6. fr. 89. §. 4. de legat. II. (31.) Legibus praediorum vendundorum cavetur. fr. 5. de sepulc. viol. 47. 12. cf. fr. 33. de S. P. V. 8. 2. Si commissoria lege venierit fundus. fr. 1. fr. 4. de commiss. 18. 3. Vatic. §. 11. Lege venditionis inemto praedio facto. Ib. §. 14. Praeteritae conductiones, quae suam legem habuerunt. fr. 2. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Lex vectigali fundo dicta. fr. 31. de pignor. 20. 1. cf. Gai. III. 145. In lege locationis scriptum etc. fr. 13. §. 10. fr. 29. fr. 61. pr. locat. 19. 2. cf. fr. 1. §. 3. de loco pub. fr. 43. 9. Lege dicta, locare. Lex operis locandi. fr. 13. §. 10. fr. 60. §. 3. locat. 19. 2. Plenius fuit mandatum, habens et custodiae legem. fr. 1. §. 12. depos. 16. 3. Cum donationis legi non esset obtemperatum. fr. 8. Qui sine manum. 40. 8. — **§. 9.** ***Lex, i. e. Praeceptum, s. dogma, religionis.*** I. **Sy.** Cultus legis nostrae. Ecclesiae obsequium. Th. C. XVI. 2. c. 21. de episc. eccl. II. **Op.** Ritus alienae superstitionis. — Catholica, Sanctissima, lex. Ib. 1. 1. c. 5. cf. XVI. 5. c. 1. de haeret. III. **Cn.** Sacratissimae religionis et christianae legis reverentia. Ib. XV. 7. c. 4. c. 9. de scaenic. Synagogae iudaicae legis. Iudaeae legis homines. Ib. VII. 8. c. 2. de metat. XII. 1. c. 99. de decurion. — **§. 10.** ***Praecepta laicorum.*** II. **Op.** Episcopos convenit iudicare. — Legibus oportet audiri. Ib. XVI. 11. c. 1. de relig. III. **Cn.** Legibus et canonibus consentaneam sententiam proferre. Iul. ep. nov. c. 73. §. 264. — **§. 11.** ***Leges, i. e. Doctrina iuris.*** I. **Sy.** Legitima, Legum (eruditio etc.) Cf. v. Legitimus. §. 4. Iuris interpres. Leges tradens. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** Legum professores. v. prudentes. c. 2. §. 22. ib. 1. 17. c. 11. de remiss. pign. 8. 26. Legum disciplina. c. 12. de nupt. 5. 4. Qui (sc. iuvenes) ad primam legum veniunt audientiam. c. 1. de nudo iure Quir. 7. 25. In legibus relinquere (optimam sui memoriam.) c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17.

Libanensis. (Adiect.) ***Ad Libanum pertinens, montem Syriae.*** III. **Cn.** Per provincias Mesopotamiam, — Syriam secundam, Phoeniciam, Libanensem etc. c. 10. de aedif. priv. 8. 10.

Libare. ***Libationem facere, sacrorum causa.*** III. **Cn.** Aris accendi ignes, — victimas caedi, pateris vina libari. c. 7. de pagan. 1. 11.

Libella. ***Nummulus argenteus, sestertii decima pars.*** III. **Cn.** Libellis duabus aut tribus diurnis — commentariensi decretis, (victualem substantiam non habentibus faciant ministrari.) Th. C. IX. 3. c. 7. de cust. reor.

Libellensis. (Subst.) ***Officialis, in scriniis militans, et gesta publica excipiens.*** III. **Cn.** Nostri libellenses, quae apud arbitros gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducant, et ea quae geruntur excipiant, scribant. c. 32. §. 4. de app. et consult. 7. 62. Scrinium libellensium. c. 14. §. 1. de prox. S. scrin. 12. 19. Nov. 35. c. 1.

Libellus. **§. 1.** ***Codex, Scriptura, Chirographum, Testatio scripta.*** I. **Sy.** Liber. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Ad infamiam alicuius libellum, aut carmen scribere. Gai. III. 220. fr. 15. §. 29. de iniur. 47. 10. Convicia, et famosi libelli. Paul. V. 4. §. 1. Qui libellum tradendum divortii dedit. fr. 7. de divort. 24. 2. In libellum conferre (sc. res,) eumque libellum marito obferre, ut is subscribat etc. fr. 9. §. 3. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 99. pr. de legat. III. (32.) Vt libellum proponant, continentem: „invenisse, et redditurum etc." fr. 43. §. 8. de furt. 47. 2. Significet libello, manu sua subscripto. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. Libellum ad ipsas aedes proponere, — ut ita monitus defensor exsistat. fr. 4. §. 6. de damn. inf. 39. 2. cf. c. 1. de h. qu. potent. 2. 15. — **§. 2.** ***Relatio, vel imploratio scripta, ad Principem vel magistratum facta.*** I. **Sy.** Desiderium. Cf. h. v. §. 2. Preces, Litterae. Cf. h. vv. II. **Op.** Voce adpellare. — Libellos adpellatorios dare. fr. 5. §. 4. fr. 7. de app. et rel. 49. 1. Pro tribunali, — Per libellum (adire Rectorem Pr.) c. 2. Quemad. test. aper. 6. 32. cf. Vatic. §. 156. III. **Cn.** Solet et ita interdici (sc. advocatis, vel tabellionibus etc.) „Ne instrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel testationes consignent." fr. 9. §. 5. de poen. 48. 19. Libellos composuit, — sed non dedit; Lucius pro tribunali eos recitavit, quasi officio traditos. fr. 72. de furt. 47. 2. In cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis (omne officium adsessoris constat.) fr. 1. de off. adsess. 1. 22. Cum denunciaverit, et non venerit, libellos det, ut litteras petat. Vatic. §. 167. cf. §§. 156. 162. sqq. Si non quidem denunciavit, verum libellos accusatorios dedit. fr. 17. §. 1. fr. 29. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 7. de inoff. testam. 5. 2. Th. C. X. 10. c. 7. de petit et ultro dat. Libellorum inscriptionis conceptio talis est. fr. 3. pr. §. 1. de accus. 48. 2. cf. fr. 1. §. 4. de app. et relat. 49. 1. Fine (sc.

libellorum) talem clausulam addat: „Rogo, Praetor, propter praescriptiones, tempora, libellos accipere digneris." Vatic. §. 166. Si quis obrepserit Praesidi Pr., tam per acta quam per libelli interpellationem. fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. Dicit, se libellum Principi dedisse, et S. rescriptum exspectare. fr. 4. de app. recip. 49. 5. Aditus per libellum (D. Hadrianus.) fr. 33. de re iud. 42. 1. Libello cuiusdam, id querentis, — subscripsit (Imp.) fr. 32. §. 14. de rec. qu. arb. 4. 8. Poena sustinenda est, quoad Princeps rescripserit ad litteras Praesidis, et libellum rei cum litteris missum. fr. 6. §. 9. de iniusto rupt. 28. 3. — **§. 3.** *Iussio Principis, vel magistratus, scriptura brevi comprehensa.* I. ***Sy.*** Scriptum, Periculum. Th. C. IV. 17. c. 1. sqq. de sent. ex peric. III. ***Cn.*** Qui rationes, acta, libellos, album propositum, — deleverit, mutaverit etc. Paul. V. 25. §. 5. In scriniis — memoriae, ac dispositionibus epistolarum ac libellorum. Th. C. VI. 26. c. 1. c. 4. c. 16. sq. de prox. com. disp. cf. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano. fr. 12. pr. de distr. pign. 20. 5. Quae — Princeps proposuit, — libello complexus, quid fieri placeat. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Quaecunque causae cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. fr. 9. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Libens. (Partic.) *Sine detrectatione.* III. ***Cn.*** Species petitas iisdem pretiis — libens praestet ac distrahat. Th. C. XI. 15. c. 2. de pub. comparat.

Libenter. (Advb.) *Studiose, Cupide.* III. ***Cn.*** Istae praefationes et libentius nos — producunt [al. perducunt] ad lectionem. fr. 1. de O. I. 1. 2. In quo libentius adquiescant. Th. C. XI. 13. c. 1. si per obrept.

Liber. (Liberi.) *Natus, Filius.* I. ***Sy.*** Vnus, sive plures (filii.) Liber, vel liberi. Liberi, unus pluresve. fr. 89. §. 5. de legat. II. (31.) c. 8. pr. §. 5. de sec. nupt. 5. 9. Pr. I. de serv. cognat. 3. 7. III. ***Cn.*** Si voluerit liberum suum legitimum recuperare. Vatic. §. 34. Si quis — maximam quidem portionem libero relinquat, minusculam autem alii. c. 33. pr. de inoff. testam. 3. 28. (Cf. v. Liberi.)

Liber. (Libri.) **§. 1.** *Codex, Scriptura.* I. ***Sy.*** Libellus. Gai. III. 220. fr. 5. §. 9. de iniur. 47. 10. Codex, Volumen. Paul. III. 6. §. 87. fr. 52. pr. §. 1. de legat. III. (32.) Tabulae publicae. Tab. Heracl. lin. 75. sq. aer. Neap. cf. Th. C. XIII. 10. c. 8. pr. de censu s. adscr. III. ***Cn.*** Si libri legati sint, an contineantur nondum perscripti? fr. 52. §§. 5. 7. l. (32.) Bibliotheca, et libri qui illic erant. Apotheca librorum. fr. 12. §. 34. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Commentarii.* I. ***Sy.*** Scripta, Libri. fr. 2. §§. 42. 45. de O. I. 1. 2. III. ***Cn.*** Libri improbatae lectionis, magici forte, vel similes. fr. 4. §. 1. famil. ercisc. 10. 2. Paul. V. 21. §. 4. V. 23. §. 18. Et in edicti interpretatione, et in his libris quos ex Qu. Mucio fecimus. Gai. I. 188. Exstat illius liber, qui inscribitur etc. fr. 2. §§. 36. 38. 44. cf. §§. 2. 7. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Caput singulum commentariorum.* III. ***Cn.*** Quorum omnes libri digesti in CXL libros. fr. 2. §. 44. l. 1. 2. Redigere in libros (XVIII.) fr. 2. §. 41. ib. 1. 2. Superiore libro — exposuimus. Pr. I. de R. D. 2. 1.

Liber. (Adiect.) **§. 1.** *Non prohibitus, v. impeditus, v. arctatus.* I. ***Sy.*** Non prohiberi, Liberum esse, Arbitrium liberum datum videri. fr. 4. pr. fr. 5. pr. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 6. si qu. cautt. 2. 11. fr. 8. §. 3. de reb. auct. iud. 42. 5. Maxime concessa, Libera (administratio.) fr. 28. §. 2. de pact. 2. 14. II. ***Op.*** Nihil inter se capiunt. — Libera inter eos testamenti factio est. Vlp. XVI. 1. sq. III. ***Cn.*** Ne quid ei obficiatur ad gratiorem prospectum et liberum. fr. 15. de S. P. V. 8. 2. Haec res libera et soluta est, et extra necessitatem iurisdictionis posita. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Contineatur aperta et libera (custodia militari.) Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction. Liberum commeatum impetrare. Libera legatione abesse. fr. 22. §. 6. ad munic. 50. 1. fr. 14. de legation. 50. 7. Liberam bonorum, v. rerum suarum, administrationem consequi. fr. 11. de liber. et posth. 28. 2. fr. 2. si a par. qu. man. 37. 12. Liberam testamentifactionem impetrare. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. fr. 3. §. 2. fr. 47. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Potest — heres fieri, eique liberum est, quocunque tempore voluerit, adire hereditatem. Gai. II. 167. cf. 176. 250. Cuilibet liberum est etc. fr. 5. pr. §. 1. de R. D. 1. 8. — **§. 2.** *Non obnoxius (alterius arbitrio.) Solutus. Immunis.* I. ***Sy.*** Liberari, Liber esse (a patre, v. tutela.) Vlp. X. 1. XI. 28. Gai. I. 145. II. 112. Libertatem accipere, s. consequi. Liber fieri. Gai. I. 22. 43. sqq. III. 56. Vlp. I. 10. 24. fr. 10. pr. §. 1. de in ius voc. 2. 4. Nullius alterius potestati subiectus, Liber (populus.) fr. 7. §. 1. de captiv. 49. 15. Liberatus (fideiussor.) fr. 84. de solut. 46. 3. II. ***Op.*** Servus, s. Mancipium. — Liber (homo.) fr. 9. de iurisd. 2. 1. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Gai. I. 84. sqq. II. 185. III. 189. Obnoxium, — Liberum (corpus.) Th. C. XIV. 25. c. 1. de frum. Carthag. Pignori obligata, — Nexu pignoris libera (res.) fr. 31. fr. 33. fam. ercisc. 10. 2. c. 33. de transact. 2. 4. Servitutem debere, Servire, Serviens, s. Servum (esse,) — Liberum (praedium.) fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. fr. 6. pr. §. 3. comm. praed. 8. 4. fr. 8. pr. §. 1. de A. E. V. 19. 1. III. ***Cn.*** Ii omnes, posterique eorum, — liberi, amici, sociique populi R. sunto, iique legibus suis ita utunto etc. Plebisc. de Thermensib. I. 8. sqq. Foederati, et liberi. Liberi populi, regesque. fr. 7. pr. §. 1. fr. 19. pr. de captiv. 49. 15. Qui liber, peregrinusque est. Gai. I. 25. Liberi homines, quos neque iuri nostro subiectos habemus, neque b. f. possidemus. Ib. II. 95. cf. 86. 90. III. 164. Corpus liberum, s. Liberi hominis corpus. fr. 3. si quadrup. 9. 1. fr. 7. de h. qu. effud. 9. 3. Caput liberum. Vlp. XI. 5. fr. 1. pr. de tutel. 26. 1. Servus testamento liber esse iussus, et heres institutus. Gai. I. 21. II. 267. 276. Vlp. I. 14. Per legem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non cives R. Gai. III. 56. Illum et illum liberos esse volo, eosque filiis meis tutores do. Paul. IV. 13. §. 3. IV. 14. §. 1. Vlp. II. 7. Si liber a rationibus fuerit (inventus, sc. actor.) Th. C. II. 32. c. 1. de pecul. Ab omnibus muniis absoluti, liberi atque securi. Ib. XIII. 3. c. 15. cf. c. 2. de medic. et prof. Liberum ab omni servitute prae-

standum (sc. fundum.) fr. 75. de eviction. 21. 2. Non liberum, sed qualis esset, fundum praestari oportere. fr. 59. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 90. fr. 126. fr. 169. de V. S. 50. 16.

Liberalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad libertatem spectans.* I. **Sy.** De libertate, Liberale (iudicium.) Causa status. fr. 7. pr. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Paul. V. 1. §. 5. III. **Cn.** Si adversus eum, qui in libertatem ex servitute, vel contra petitur, post inchoatum liberale iudicium, utar interdicto. fr. 1. §. 21. de vi et vi arm. 43. 16. Ordinata liberali causa, liberi loco habetur etc. fr. 24. pr. §. 3. fr. 25. §. 2. de liberali c. 40. 12. Vt liberale negotium ipse (sc. Praetor) disceptator examinet, adsertionibus ordinatis etc. Th. C. VI. 4. c. 16. de Praet. et Qu. cf. fr. 36. de re iud. 42. 1. Non esse eum ante torquendum, quam liberale iudicium [al. liberali iudicio] experiatur. fr. 12. de quaestion. 48. 18. — **§. 2.** *Libero, v. ingenuo, homine dignus.* III. **Cn.** Liberalia studia accipimus, quae Graeci ἐλευθέρια adpellant. fr. 1. pr. de extr. cogn. 50. 13. Liberalibus studiis, v. artibus, institui, s. erudiri. fr. 4. ubi pub. 27. 2. fr. 65. §. 2. de Aed. edict. 21. 1. Vatic. §. 69. Ob liberalem artem, vel ob medicinam (salarium constitutum.) fr. 4. §. 2. de decr. ab ord. 50. 9. cf. Th. C. XIII. 3. c. 3. c. 17. de medic. et prof. Necessariae artes, et liberales disciplinae. Ib. c. 18. l. 1. Liberales operas ab eis exigere. fr. 26. pr. de oper. libert. 38. 1. — **§. 3.** *Munificus, Beneficus.* III. **Cn.** In donantis munificentiam non cadit, cum nemo in necessitatibus liberalis exsistat. fr. 18. de adim. legat. 34. 4.

Liberalitas. *Munificentia, Benignitas, Indulgentia.* I. **Sy.** Donatio. Cf. h. v. §. 1. Munificentia, Largitas. Th. C. VIII. 9. c. 2. de lucr. offic. IX. 42. c. 17. de bon. proscr. XI. 20. c. 5. pr. §. 1. de collat. donat. Indulgentia, Indultum. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. III. **Cn.** Quod genus liberalitatis — distat a donatione. fr. 1. §§. 1. sq. de precar. 43. 26. cf. fr. 1. de transact. 2. 15. Ex adventicio lucro, sive etiam amici beneficio vel liberalitate (redemtus.) fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. Quae certam formam erogationis annuae, non incertam liberalitatis voluntatem, habuerunt. fr. 10. §. 1. de legat. ann. 33. 1. Ex causa stipulationis, non ob liberalitatem (consequi.) fr. 15. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Donationes, seu aliae liberalitates. c. 19. pr. de haeret. 1. 5. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 3. eod. Liberalitate quacunque, vel extremo iudicio, posse adipisci. Th. C. XVI. 2. c. 20. de episc. eccl. cf. III. 8. c. 2. pr. de sec. nupt. Patrimonium suum profunda liberalitate — exhaurire. Vatic. §. 280. Ex imposita descriptione donatis relevatisque per S. liberalitatem. Th. C. XI. 28. c. 15. de indulg. debit. Ne in eos liberalitatis augustae referatur humanitas. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Theatralis liberalitas. c. 3. de praed. decur. 10. 33.

Liberaliter. (Advb.) *Munifice, Large.* III. **Cn.** Si quid liberaliter fecerit, veluti ne iudicatus pater eius — vexetur. fr. 21. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Potestatem — permisimus, sed vobis, P. C., volentibus liberalius deferetur. Th. C. X. 19. c. 8. de metall.

Liberare. **§. 1.** *Liberum efficere, vel immunem.* I. **Sy.** Libertatem dare. Libertate donare. Ad libertatem perducere. Liberum facere. Gai. I. 44. II. 239. fr. 32. de d. m. 4. 3. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. Manumittere (servos.) Vlp. I. 24. Vatic. §. 6. Gai. III. 56. sqq. 63. sq. fr. 5. de manum. vind. 40. 2. Excusare (a tutela.) cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Qui civem R., eumve qui in Italia libertatus sit, celaverit etc. Coll. LL. M. XIV. 3. A te, heredeque tuo, manumissus, vindictaque liberatus. fr. 122. §. 2. de V. O. 45. 1. Qui se ab eo, parenteve eius, liberaverit. fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. cf. Coll. LL. M. IX. 2. Potestate patria, s. parentis, liberari. Gai. I. 136. fr. 12. de adopt. 1. 7. fr. 18. de R. I. 50. 17. A tutela, s. Tutela, liberari. Gai. I. 145. 194. II. 112. Vlp. XI. 28. Casus, quo curae et tutelae liberetur. fr. 50. §. 2. de legat. III. (32.) Adire — iudicem, ut vos a provinciali administratione liberet. c. 2. de excusat. tut. 5. 67. — **§. 2.** *Eximere, Expedire.* I. **Sy.** Eripere, Extorquere (lupis.) fr. 44. de A. R. D. 41. 1. Ignoscere, Exstingui crimen. fr. 3. §§. 2. sqq. de S.C. Silan. 29. 5. fr. 11. ad L. Iul. mai. 48. 4. II. **Op.** In vincula publica coniicere. — Liberare vinculis. fr. 2. pr. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. Poenam subire, Damnari. — Liberari (poena.) fr. 5. §. 1. de pub. iudic. 48. 1. fr. 8. §. 12. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Qui merces suas naufragio liberaverunt. fr. 5. pr. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. Solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare. fr. 9. §. 2. de R. D. 1. 8. Si periculo vitae, infamiaeve, dominum servus liberaverit. fr. 9. pr. fr. 15. §. 1. de manum. vind. 40. 2. Quo magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi, tuerer vel liberarem. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Verbis quidem legis non liberatur, sed — rescripserunt, impunitatem ei concedi. fr. 32. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 3.** *Absolvere, Dimittere (debitorem.) Redimere (rem obligatam.)* I. **Sy.** Luere, Redimere (rem obligatam.) fr. 39. pr. fr. 41. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 57. de legat. I. (30.) Dimittere (debitorem.) Cf. h. v. §. 5. II. **Op.** Obligari, Teneri. — Liberari. Vlp. XVI. 3. Gai. III. 119. 121. sqq. 168. 176. fr. 1. de resc. vend. 18. 5. fr. 5. §. 4. de don. int. V. 24. 1. fr. 77. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Cum venderet aliquis, promisit emtori, fideiussores praestari, et rem venditam liberari. fr. 113. §. 1. de V. O. 45. 1. Servitutes, quibus liberata praedia pretiosiora fierent. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. Neminem molestari volo, — et absolvo et libero ex pignoribus eius domum. fr. 20. pr. de liberat. leg. 34. 3. Solutione chirographo inani facto, et pignoribus liberatis. fr. 18. ad exhib. 10. 4. Rem, quam pignori acceperat, debitori liberare. fr. 8. pr. ad S.C. Vell. 16. 1. Rem pignori datam, a creditore suo liberare. fr. 3. §. 2. fr. 4. Qu. potior. 20. 4. Liberandae fidei eius causa fideiussisse. fr. 46. §. 1. de N. G. 3. 5. Liberos oneribus hereditariis non sponte susceptis liberare, non invitos ab hereditate removere. fr. 12. de vulg. et pup. 28. 6. Alias condictione id agitur, ut omni obligatione liberetur, alias ut exoneretur. fr. 3. de condict. sine c. 12. 7. Vt pecuniae, cuius [al. Vt, cuius pecuniae] nomine obligatus erit, liberetur. fr. 29. §. 1. cf. fr. 25. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. Heres meus damnas esto

liberare illum, — et, si quid eum mihi dare facere oportet, ab eo non exigere. fr. 19. cf. fr. 23. de liberat. leg. 34. 3. Si id, quod mihi deberes, — solveris, vel qualibet alia ratione liberatus a me fueris. fr. 21. pr. ib. 34. 3. Quod ego tibi tot millibus eo nomine — solvo liberoque, hoc aere aeneaque libra. Gai. III. 174. Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato. Ib. 175. Debiti partem mihi si solveris, acceptum tibi residuum feram, et te liberabo. fr. 41. de pact. 2. 14. Per acceptilationem liberare debitorem. Gai. II. 85. fr. 31. §. 4. de m. c. donat. 39. 6. fr. 3. fr. 13. §§. 7. 10. de acceptil. 46. 4. Si ex causa fuit obligatus, — et tempore liberatus est. fr. 8. pr. de N. G. 3. 5. cf. fr. 10. pr. si qu. cautt. 2. 11. Quae res efficit, ut a me liberetur, et incipiat tibi teneri. Gai. II. 38. cf. fr. 1. §. 2. de stip. servor. 45. 3.

Liberatio. **§. 1.** *Remissio, Exemtio.* I. **Sy.** Excusatio (tutelae, s. a tutela.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Potestatis liberatio. fr. 50. §. 4. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Dimissio debitoris. Abolitio debiti.* I. **Sy.** Absolutio (ab eodem nexu.) Cf. h. v. §. 2. Solutio. fr. 47. de V. S. 50. 16. Se liberare, s. Liberari (obligatione.) Liberationem consequi, v. contingere. fr. 11. depos. 16. 3. fr. 22. §. 8. fr. 47. §. 1. mand. 17. 1. fr. 3. §. 1. de oper. libert. 38. 1. II. **Op.** Manere obligationem (pristinam, v. integram.) — Praestari liberationem. fr. 46. pr. §. 1. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Transactione, vel novatione, aut acceptilatione liberationem praestare. c. 8. arbitr. tut. 5. 51. Acceptilatio, vel alia liberatio. fr. 9. §. 4. Qu. met. c. 4. 2. Omnibus ex causis una acceptilatio et liberatio fieri potest. fr. 18. pr. de acceptil. 46. 4. Si acceptilatione liberatio intervenit. fr. 9. §. 7. Qu. met. c. 4. 2. Quamvis nulla delegatio facta, neque liberatio secuta esset, (tamen nominis periculum ad eam pertinere.) fr. 96. §. 2. de solut. 46. 3. Rem pro re solvi posse, et liberatio contingit, (et X. in dotem erunt.) fr. 25. de iure dot. 23. 3. Incerti condictione consequi, ut promissione liberetur. fr. 46. pr. ib. 23. 3. cf. fr. 8. §. 2. ad S.C. Vell. 16. 1. Si quidem mihi liberatio sit relicta, — possim agere, ut liberer per acceptilationem. fr. 3. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 50. §. 6. de oper. libert. 38. 2.

Libere. (Advb.) *Libero arbitrio.* III. **Cn.** Libere licenterque (inserviant culturae agrorum.) c. 3. de feriis. 3. 12.

Liberi. [cf. v. Liber.] **§. 1.** *Nati, cuiuscunque gradus.* I. **Sy.** Familia. Cf. h. v. §. 2.A. Filii. Cf. v. Filius. §. 2. Filii, nepotes, neptes, et deinceps descendentes. fr. 48. sol. matrim. 24. 3. fr. 3. §. 6. de adsign. libert. 38. 4. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Parentium, liberorumve (numero esse, v. locum inter se obtinere.) fr. 53. de R. N. 23. 2. Cf. v. Parens. Parentes et liberi (utriusque sexus.) — Caeteri (adgnati, vel cognati.) fr. 23. de h. qu. not. infam. 3. 2. Vlp. XXVIII. 10. Liberi et parentes testatoris, usque ad tertium gradum. Ib. XVIII. 1. cf. XVII. 2. Generaliter parentes et liberos Praetor excepit, nec gradus — enumeravit. fr. 1. §. 1. de legat. praest. 37. 5. Filii, vel nepotes, vel caeteri liberi. fr. 1. §. 1. de testam. tut. 26. 2. Sive primum gradum liberorum obtineant, sive inferiorem. Gai. I. 99. III. 2. cf. fr. 10. de Senator. 1. 9. Intestati datur B. P. — primo gradu liberis, secundo legitimis heredibus etc. Vlp. XXVIII. 7. sq. Vt admittantur ad B. Pnem, ex liberis esse eos oportet. fr. 8. §. 12. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 5. §. 3. de legat. praest. 37. 5. fr. 1. §. 5. fr. 5. pr. de Carb. edict. 37. 10. **§. 2.** *Nati, primi dumtaxat gradus.* I. **Sy.** Filius, vel filia. Vlp. XV. 1. XVI. 1. fr. 141. fr. 148. sq. de V. S. 50. 16. Th. C. VIII. 13. c. 3. de revoc. donat. Liberos habens. Pater. Gai. II. 207. Vlp. I. 21. II. **Op.** Liberos habere. — Orbus esse. Gai. II. 206. 286. Vlp. XXV. 17. III. **Cn.** Liberis et posteris alicuius (data immunitas.) fr. 13. de mun. et hon. 50. 4. Sibi, liberisque suis (civitatem R. petere, v. cum liberis suis ad civitatem R. pervenire.) Gai. I. 55. 95. Vlp. VII. 4. Liberorum causa, (s. Liberorum procreandorum animo et voto,) uxorem ducere. Gai. I. 29. Vlp. III. 3. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Aetas, a qua lex liberos exigit. Vlp. XVI. 1. Is, cui „in tempus liberorum" tertia pars relicta est. fr. 51. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 61. de cond. et dem. 35. 1. Cum vir uxori, „si a liberis ne nupserit," in annos singulos aliquid legavit. fr. 62. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Mulier — maritum, et liberos ex eo natos, item ex alio, heredes instituit. fr. 19. Qui potior. 20. 4. cf. Vlp. XV. 1. Vt, divortio facto, sextae liberorum nomine retinerentur. Vatic. §. 106. cf. Vlp. VI. 9. sq. Post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia. fr. 40. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 89. §. 5. de legat. II. (31.) Impetratum ius communium liberorum. Th. C. VIII. 17. c. 4. cf. c. 1. c. 3. de iure liberor. cf. Vlp. XVI. 1. Vatic. §. 170. Trium, v. Quatuor, liberorum ius habere. Gai. III. 44. 46. sq. Vlp. XXVI. 8. XXIX. 3. 5. Paul. IV. 9. §§. 1. sqq. Qui in eo testamento liberos habent. Gai. II. 206. Liberis consequi (ius Quiritium.) Vlp. III. 3. sq. — **§. 3.** *Quicunque in patrisfam. potestate constituti sunt.* I. **Sy.** Filii (in potestate parentum.) Liberi (in sacris constituti.) Gai. I. 55. Th. C. VIII. 18. c. 1. pr. §. 1. de matern. bon. II. **Op.** Qui ex liberis est. — Extraneus. Cf. v. Extraneus. §. 3. Filius in potestate. — Caeterae liberorum personae. Gai. II. 123. sq. Vlp. XXII. 14. 16. sq. 20. 24. Coll. LL. M. XVI. 2. cf. fr. 9. §. 13. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Liberi, qui in potestate sunt, caeterique qui liberorum loco sunt. Vlp. XXVI. 1. Neque uxorem habere videri, neque liberos. Gai. I. 64. Si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, sive etiam uxor, vel auctoratus meus (subreptus fuerit.) Ib. III. 199. 221. sq. Neque sibi ius dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel caeteris quos secum habet. fr. 10. de iurisd. 2. 1. Manumittere, s. Emancipare, liberos. fr. 2. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Gai. I. 163. Liberi capite minuti. fr. 4. si tab. testam. null. 38. 6.

Liberta. Cf. v. Libertus.

Libertas. **§. 1.** *Arbitrium liberum. Facultas arbitraria.* I. **Sy.** Laxitas (naturalis.) Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Trutinae examine, non oculorum libertate, (quaeratur pondus.) Th. C. XIV. 4. c. 4. §. 2. de suar. — **§. 2.** *Conditio liberi hominis. Absentia servitutis.* I. **Sy.** Pro libero se genere. In

libertate esse. fr. 10. sqq. de liberali. c. 40. 12. Fieri liber. Ad libertatem venire, s. Libertatem accipere. fr. 10. pr. §. 1. de in ius voc. 2. 4. Gai. I. 22. III. 56. Vlp. I. 10. II. **Op.** Dominatio. Cf. h. v. §. 2. Servitus. fr. 15. de statu hom. 1. 5. fr. 33. §. 1. fr. 39. §. 5. de procur. 3. 3. fr. 17. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Et civitas et libertas amittitur. — Sola civitate amissa, libertas retinetur. — Et civitate et libertate salva, status dumtaxat hominis mutatur. Vlp. XI. 11. sqq. Gai. I. 160. sqq. fr. 11. de cap. minut. 4. 5. Olim ex iure Quiritium servos fuisse (sc. qui nunc Latini Iuniani,) sed auxilio Praetoris in libertatis forma servari solitos. Gai. III. 56. Vlp. I. 12. Putare se liberum, et in libertate morari. fr. 12. §. 3. cf. pr. §§. 1. sq. de liberali c. 40. 12. fr. 3. §. 10. de A. v. A. P. 41. 2. In libertate, s. Tempore libertatis, (gerere, v. administrare.) fr. 17. de N. G. 3. 5. Secundum libertatem (vindicias dicere.) fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Ex possessione libertatis de statu suo litigare. fr. 33. §. 1. de procur. 3. 3. Infinita aestimatio est libertatis et necessitudinis. fr. 176. §. 1. de R. I. 50. 17. Adimi libertatem, et publice venditionem fieri. Vatic. §. 6. — **§. 2. A.** *Plenum ius libertatis. Libertas cum civitate R.* I. **Sy.** Iusta libertas. Civitas R. Paul. IV. 12. §§. 1. sqq. cf. Gai. I. 26. 138. 140. III. **Cn.** Habere plenissimam libertatem, et civitate R. perfrui. c. 1. §. 2. de comm. servo man. 7. 7. cf. c. 1. §. 10. de Lat. libert. toll. 7. 6. Vindictae impositio, qua libertas iusta munitur. c. 2. si adv. libert. 2. 31. Cum libertas adimitur, veluti cum aqua et igni interdicitur. fr. 5. §. 3. de extr. cogn. 50. 13. Post manumissionem ad libertatem proclamare. fr. 40. de liberali c. 40. 12. — **§. 3.** *Immunitas rei. Absentia iuris, alteri in re nostra competentis.* II. **Op.** Vsucapio, quae servitutem constituit. — Quae libertatem praestat, sublata servitute. fr. 6. sq. fr. 32. §. 1. de S. P. V. 8. 2. fr. 4. §. 29. de usurp. 41. 3. III. **Cn.** Libertate huius partis servitutis frui. fr. 16. Quemadm. servit. 8. 6. Nec libertas servitutis, urbano praedio dotali debitae, competit. fr. 6. de fundo dot. 23. 5. — **§. 4.** *Liberatio a patris, vel domini potestate. Actus emancipationis, vel manumissionis.* I. **Sy.** Manumissio. Libertatis datio. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Liberare, Liberum facere, Libertate donare etc. Cf. v. Liberare. §. 1. III. **Cn.** Vt filius, accepto munere libertatis, — ne videatur ingratus etc. Th. C. VIII. 18. c. 1. §. 2. de matern. bon. IX. 43. c. 1. §. 3. de sent. pass. Emancipatione rescissa, damno libertatis immeritae mulctari. Ib. VIII. 14. c. 1. de ingrat. lib. Cf. Iust. C. c. 18. de nupt. 5. 4. Libertates, quae inter vivos actitantur. — Omnes libertates, quae a dominis imponuntur. c. 3. de bon. libert. 6. 4. c. 2. comm. de manum. 7. 15. Pro libertate, s. In (v. Ob) pactionem libertatis, dare. fr. 13. pr. ad S.C. Vell. 16. 1. fr. 1. §. 33. depos. 16. 3. fr. 2. §. 14. fr. 9. pro emt. 41. 4. Libertatis causa impositorum (persecutio.) fr. 2. pr. de oper. libert. 38. 2. Consentire libertati. fr. 2. de manum. vind. 40. 2. — **§. 4. A.** *Testamentaria manumissio. Legatum, vel fideicommissum, libertatis.* I. **Sy.** Is, qui directo liber esse iussus est. Is, cui directo libertas data est. Vlp. II. 7. sq. In servis testamento manumittendis. In libertatibus dandis. Gai. I. 42. II. 228. II. **Op.** Simul et liber et heres esse iussus, — Sine libertate heres institutus (sc. servus.) Gai. II. 186. sq. Vlp. XXII. 7. sq. 10. 12. III. **Cn.** Libertatem, et hereditatem, sive legatum, (consequi.) fr. 33. de poen. 48. 19. Qui testamento libertates, vel legata, vel fideicommissa acceperunt. fr. 14. §. 1. de app. et relat. 49. 1. cf. Vlp. XVII. 2. Paul. IV. 6. §. 3. IV. 7. §. 3. fr. 161. de R. I. 50. 17. Hereditatem ad filium pertinere, ita ut libertates et legata praestentur. fr. 28. de inoff. testam. 5. 2. Et libertates ipso iure non valent, nec legata debentur, sed soluta repetuntur. fr. 8. §. 16. fr. 29. §. 2. ib. 5. 2. cf. Paul. III. 4. B. §. 7. Vt — primum libertas, ac deinde tutela competere possit. Ib. IV. 13. §. 3. Qui manumissi sunt, vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt. Ib. IV. 1. §. 16. cf. Gai. I. 46. Vlp. I. 25. Libertas et directo potest dari, — et per fideicommissum. Ib. II. 7. sq. 10. sq. Gai. II. 272. Ante institutionem heredis, testamento libertas dari non potest. Vlp. I. 20. Gai. II. 230. 233. Iusta libertas potest dari his verbis. Vlp. I. 23. In generali repetitione legatorum etiam datae libertates continentur. fr. 80. de V. S. 50. 16. Fideicommissa libertas data. Paul. IV. 12. §. 4. IV. 13. §. 2. Fideicommissaria libertas praestanda. fr. 2. de feriis 2. 12.

Libertinitas. *Libertinorum conditio.* II. **Op.** Ingenuitas. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui se ex libertinitate ingenuum dicit, s. in ingenuitatem petit etc. fr. 14. de probat. 22. 3. fr. 2. §. 3. de collus. deteg. 40. 16. De libertinitate quaestio. fr. 32. §. 7. de rec. qu. arb. 4. 8. Ingenuum quis se contendendo, nec probando, non amittit libertinitatem. c. 13. de ingen. manum. 7. 14.

Libertinus. **§. 1.** *Qui conditionem sustinet ex servitute manumissorum.* I. **Sy.** Qui ex iusta servitute manumissus est. Qui desiit esse servus. Gai. I. 11. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Libertus. Gai. III. 55. sqq. Coll. LL. M. IV. 3. Vlp. XIII. 1. XVI. 2. fr. 9. de Senat. 1. 9. Liberti et libertae. Libertinae personae. fr. 2. pr. §. 1. de oper. libert. 38. 1. II. **Op.** Ingenuus. Cf. h. v. III. **Cn.** Provincias regentes, comites, aut libertini [al. liberti] eorum. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. Qui alias accusare non possit, ut libertinus, aut minor XXV annorum, aut infamis. Coll. LL. M. IV. 4. Si famosam quis uxorem duxerit, aut libertinam Senator. Vlp. XIII. 2. cf. 1. XVI. 2. fr. 16. pr. fr. 34. §. 3. fr. 42. §. 1. de R. N. 23. 2. Homo liber, qui se vendidit, manumissus — efficitur libertinae conditionis. fr. 21. de statu hom. 1. 5. Quoties quis libertinum quidem se confitetur, libertum autem C. Seii se negat. fr. 6. si ingen. esse dic. 40. 14. Si, qui decessit, non fuit libertinus, vel stirpis libertinae. Coll. LL. M. XVI. 8. Cn. Flavius, scriba, — libertini filius. fr. 2. §. 7. de O. I. 1. 2. Libertinus, qui se ingenuo dedit adrogandum. fr. 32. de R. N. 23. 2. Libertina patrona. Gai. III. 50. Vlp. XXIX. 6. — **§. 2.** *Ex servo manumisso prognatus.* III. **Cn.** Ingenua (mater,) libera, liberta, libertina. Th. C. VIII. 13. c. 1. pr. de revoc. donat.

Libertus. Liberta. *Qui, quaeve servitu-*

tem serviit, et manumissionem meruit. I. **Sy.** Qui manumittitur, s. manumissus est. fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. fr. 243. de V. S. 50. 16. c. 1. sqq. de libert. et eor. lib. 6. 7. Quem quis ex servitute ad civitatem R. perduxit. fr. 3. §. 1. de suis et legit. 38. 16. Patronus, patrona, liberive patroni. Ii, quorum libertus aliquis est. Vlp. XXVII. 1. cf. fr. 9. de divort. 24. 2. Libertinus. Cf. h. v. II. **Op.** Ingenuus. Cf. h. v. III. **Cn.** Servos eiusdem artis libertos perducunt (sc. medici.) fr. 25. §. 2. de oper. libert. 38. 1. Ancilla, vel liberta (ex S. C. Claudiano effecta, sc. filia.) Paul. IV. 10. §. 2. Vt libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent. fr. 26. de statu hom. 1. 5. Sibi, libertisque suis (monumentum fecisse.) fr. 6. pr. de relig. 11. 7. Libertis, libertabusque meis. fr. 105. de V. S. 50. 16. Libertorum et libertarum hereditates, v. tutelae. Gai. III. 39. sqq. Vlp. XXIX. 1. sqq. Vxor, liberi sui, liberti, vel caeteri quos secum habet. fr. 10. de iurisd. 2. 1. cf. Fr. de I. F. §. 16. fr. 4. de testib. 22. 5. Liberi, parentes, fratres, adfines, liberti. fr. 33. §§. 3. sqq. fr. 35. pr. de procur. 3. 3. Liberto, vel amico, (mandare.) fr. 31. pr. de N. G. 3. 5. VII. civibus R. puberibus adhibitis, praeter libertum (eius, qui divortium faciet.) fr. 9. de divort. 24. 2. Sacerdos, et hierophylax, et liberti, qui in illo templo erunt. fr. 20. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Civis R. libertus. — Latinus lib. — Dediticius lib. Gai. III. 55. sqq. 72. 74. Vlp. XXIX. 1. Coll. LL M. IV. 3. Caesaris libertus. Fr. de I. F. §. 11. Corporis alicuius, vel collegii, vel civitatis, (s. reipub. s. municipii,) libertus. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. Vlp. XXII. 5. Quoties quis libertinum quidem se confitetur, libertum autem C. Seii se negat. fr. 6. si ing. esse dic. 40. 14. Orcinus libertus. — Non testatoris, sed manumissoris, lib. Vlp. II. 8. Paterni, — Nostri, — Liberorum (liberti.) fr. 58. §. 1. de V. S. 50. 16. Vatic. §. 220. Coll. LL. M. IV. 3. Libertum accusare, ut ingratum. fr. 35. §. 1. de procur. 3. 3. fr. 70. pr. de V. S. 50. 16. Libertum non obsequentem emendare. fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Iudicium operarum dare in libertos et libertas. fr. 2. §. 1. de oper. libert. 38. 1.

Libet. *Placet.* III. **Cn.** Sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium solvere. fr. 1. §. 2. de precar. 43. 26. Prout libuerit. fr. 164. §. 1. de V. S. 50. 16. In quo libitum fuerit loco. c. 1. de tractor. 12. 52.

Libidinosus. (Adiect.) *Cupiditatibus deditus.* III. **Cn.** Si apud libidinosam mulierem plus valuit cupiditas, quam libertas. Th. C. IV. 9. c. 6. ad S. C. Claud.

Libido. **§. 1.** *Intemperantia circa voluptates corporis Venereas.* III. **Cn.** Libidinis, vel promercii causa (castrare hominem.) fr. 3. §. 4. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 23. §. 13. Libidinis causa (rapere et celare meretricem, v. ancillam.) Ib. II. 31. §§. 12. 31. fr. 39. fr. 82. §. 2. de furt. 47. 2. Libidine intemperatae cupiditatis (exarsisse.) c. 25. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Pudicos ad libidinem defixisse animos. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic. cf. II. 1. c. 3. de iurisd. — **§. 2.** *Arbitratio temeraria. Prava voluntas.* III. **Cn.** Si verae voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusae. Ib. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. Quod ab hostium ferocitate — inductum est, hoc ad libidinem nequissimorum hominum inferri. c. 1. ad S. C. Claud. 7. 24. In cuius ingenuitatem adsidua petitorum solet libido grassari. Th. C. X. 10. c. 25. de petit. et ultro dat.

Libitina. *Libitinarii quaestus.* Cf. v. Designatio, v. Libitinarius.

Libitinarius. *Qui funera curat.* I. **Sy.** Qui libitinam facit. Tab. Heracl. lin. 20. aer. Neap. III. **Cn.** Si libitinarius, quos graece νεκροθάπτας vocant, servum pollinctorem habuerit. fr. 5. §. 8. de inst. act. 14. 3.

Libitus. (Subst.) *Arbitrium, Placitum.* III. **Cn.** Pro suo libitu, quod voluerit (relinquere, non prohibetur.) c. 22. de testam. 6. 23.

Libonianum. *Nomen S. Cti,* (quo poena falsi constituta est adversus eum, qui sibi hereditatem vel legatum in alterius testamento temere adscripsit.) III. **Cn.** Ex sententia S. Cti Liboniani tutor non erit, qui se testamento pupillo tutorem scripsit. fr. 29. de testam. tut. 26. 2. cf. fr. 1. de h. qu. pro non scr. 34. 8. fr. 14. pr. fr. 15. §§. 1. sq. de L. Corn. de fals. 48. 10. c. 3. c. 6. de h. qu. sibi adscr. 9. 23.

Libra. **§. 1.** *Pondus XII unciarum.* III. **Cn.** Qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato. L. XII Tabb. III. 4. Pro singulis libris porcinae (pecuniam exsolvere.) Th. C. XIV. 4. c. 3. de suar. Iubeoque signum dei ex libris C. in illa sacra aede — statui. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. Alienata libra auri, amplius IV. pondo non remanebunt in obligatione. fr. 34. §. 2. ib. 34. 2. Quotiescunque — auri massa transmittitur, in LXXII. solidos libra feratur accepto. Th. C. XII. 6. c. 13. §. 1. de susceptor. praepos. — **§. 2.** *Bilanx.* I. **Sy.** Quod per aes et libram geritur, s. agitur. Nexum. Mancipatio. Frr. C. Aelii Galli, M. Manilii, Qu. Mucii. Ap. Varron. de L. L. VI. 5. et Festum v. Nexum. Gai. II. 102. III. **Cn.** Qui mancipio accipit, rem tenens ita dicit: „Hunc ego hominem ex iure Quir. meum esse aio, isque mihi emtus est hoc aere aeneaque libra.“ Deinde aere percutit libram etc. Gai. I. 119. II. 104. Is, qui liberatur, ita oportet loquatur: „Quod ego tibi tot millibus eo nomine — solvo liberoque hoc aere aeneaque libra, hanc tibi libram primam, postremam. —“ Ib. III. 174. cf. 173. Testamentum per aes et libram. Ib. II. 102. sqq. Vlp. XX. 2. 9.

Libralis. (Adiect.) *Qui est unius librae.* II. **Op.** Dupondius. Cf. h. v.

Libramentum. **§. 1.** *Ponderatio.* I. **Sy.** Mensura. Th. C. VIII. 5. c. 18. c. 30. c. 47. §. 1. de cursu pub. III. **Cn.** Aequa lance et libramentis paribus (suscipere aurum.) Ib. XII. 7. c. 1. de ponderator. — **§. 2.** *Modus iustae altitudinis.* III. **Cn.** Purgari (sc. viam) proprie dicitur, ad libramentum proprium redigere, sublato eo, quod super eam esset. fr. 1. §. 1. de via pub. et itin. 43. 11. — **§. 3.** *Aequamentum, Temperamentum.* III. **Cn.** Huiusmodi spatiis iustum imponere libramentum. c. 5. pr.

de temp. et repar. 7. 63. cf. c. 4. §. 3. de rec. arbitr. 2. 56. Perfidia nescit naturae libramenta servare. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Librare. *Ponderare, Examinare.* III. **Cn.** Elicere (sc. cael. praescriptiones,) quas non ante praecelsa sedes tua libravit. Th. C. VIII. 4. c. 26. de cohortal. Duorum solidorum librata impendia. Ib. XV. 9. c. 2. de expens. ludor.

Librarius. **§. 1.** *Librorum scriptor.* III. **Cn.** Si librarius sit (sc. duorum libertus,) et alii patrono librorum scribendorum operas edat. fr. 49. de oper. libert. 38. 1. Librarius, vel nomenculator, vel calculator, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex. fr. 7. §. 5. ib. 38. 1. cf. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Libellorum, vel instrumentorum, exceptor.* III. **Cn.** Librarii, et notarii, et calculatores, sive tabularii. fr. 1. §. 6. de extr. cogn. 50. 13. Horreorum librarii, et depositorum, et librarii caducorum. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Ordines decuriarum scribarum, librariorum, — editionibus libellorum officiorum solemnitate fungantur. Th. C. VIII. 9. c. 1. de lucr. officior. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R.

Libratio. *Ars, altitudinem fontium aquarum examinandi.* I. **Sy.** Qui aquarum inventos ductus et modos docili libratione ostendunt. Aquae libratores. Th. C. XIII. 4. c. 2. sq. de excus. artif.

Librator. *Librationis peritus.* Cf. v. Libratio.

Libripens. *Qui, ad libram examinandam, in mancipatione celebranda adhibebatur.* III. **Cn.** Eaque res (sc. mancipatio) ita agitur, adhibitis non minus quam V. testibus civibus R. puberibus, et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui adpellatur libripens. Gai. I. 119. cf. 113. II. 104. III. 174. Vlp. XIX. 3. Neque familiae emtor esse, neque testis libripensve fieri posse. Vlp. XX. 7. cf. 3. 6. Fr. Livii I. Cti. Ap. Priscian. art. gramm. VIII. Qui se sierit testarier, libripensve fuerit. L. XII Tabb. VIII. 22.

Libya. *Africae regio, quae ad septentriones est.* III. **Cn.** Carthaginem, imo magis omnem Libyam, rom. imperio iterum sociatam. c. 2. pr. §. 23. de vet. iure enucl. 1. 17.

Libycus. (Adiect.) *Ad Libyam spectans.* III. **Cn.** Orientalis ac Pontici limitis, Aegyptiaci insuper, Thebaici, Libyci (milites.) Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. I. 24. c. 1. §. 5. cf. Iust. C. c. 2. §. 24. 1. 1. 1. 17. c. 5. pr. de temp. et repar. 7. 63.

Licens. (Partic.) *Non prohibitus.* III. **Cn.** Liber sit stilus, et licens [al. licitum] arbitrium. Th. C. XVI. 2. c. 4. de episc. eccl. cf. Iust. C. c. 1. de SS. eccl. 1. 2.

Licenter. (Advb.) **§. 1.** *Licito modo.* III. **Cn.** Hic sibi non consumsit, nec clam, nec quasi sua pecunia licenter abutitur. fr. 54. de adm. et per. 26. 7. Libere licenterque (inserviant agrorum culturae.) c. 3. de feriis 3. 12. — **§. 2.** *Libidinose.* III. **Cn.** Non passim, nec licenter (sortiri.) c. 9. de div. offic. 12. 60. Nullus — provocandi usurparet licentius facultatem. Th. C. XI. 30. c. 23. de app. et poen. Cf. Nov. Th. de Iud. I. 6. c. 1. §. 2.

Licentia. **§. 1.** *Facultas, Copia.* I. **Sy.** Ius. fr. 12. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 3. de iurisd. 2. 1. fr. 1. pr. de liberali c. 40. 12. Potestas. fr. 1. §. 3. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 6. §. 8. de off. Praes. 1. 18. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. III. **Cn.** Licentia erit, utrum malint etc. — Electione servanda ei, — ita tamen, ut non habeat licentiam etc. fr. 1. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. fr. 33. de legat. I. (30.) Data est (sc. Praefectis Pr.) plenior licentia ad disciplinae publicae emendationem. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Haec licentia ad sufficientem numerum — coarctatur. fr. 1. §. 2. de testib. 22. 5. — **§. 2.** *Intemperantia, Temeritas.* I. **Sy.** Libido. Th. C. VII. 4. c. 32. c. 35. de erog. mil. annon. III. **Cn.** Omni licentia et lascivia (iniuriis adficere.) c. 10. de sec. nupt. 5. 9. Effrenata licentia (futurae accusationis speciem praetendere.) c. 21. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Temerariam, s. Pravam, licentiam (coërcere, s. includere.) c. 4. de obsequ. patron. 6. 6. Th. C. I. 12. c. 8. (Wck.) de off. Proc. et Leg.

Licere. Cf. v. Licet.

Liceri. *Pretium obferre in auctione rei.* III. **Cn.** De servo — iubere debet liceri eos, inter quos iudex est; et tunc eum adiudicare ei, penes quem licitatio remansit. fr. 19. §. 3. comm. div. 10. 3. Licendo superare alterum. Animose liceri. fr. 7. §. 13. ib. 10. 3. cf. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. Qui de vestibulo liceri cogitur, necesse habet interdum totarum aedium pretium facere. fr. 19. §. 1. comm. div. 10. 3.

Licet. (Impers.) **§. 1.** *Fas est, Conceditur.* I. **Sy.** Potest. Gai. I. 59. 61. sqq. Vlp. V. 5. sqq. XXIII. 7. sqq. fr. 8. pr. de servit. 8. 1. fr. 1. §. 3. de peric. et comm. 18. 6. Contingit (iure civitatum.) Gai. I. 189. Potestas, s. Facultas, data est. Liberum est alicui. Ib. I. 150. 152. sq. II. 162. sq. 167. IV. 27. 29. Permissum est, Conceditur, Valet. Ib. I. 43. sqq. II. 224. sqq. Vlp. I. 24. fr. 7. §§. 13. sqq. fr. 46. de pact. 2. 14. fr. 8. §§. 2. 5. sq. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Plus quidem intendere, — periculosum est; minus autem intendere licet. Gai. IV. 56. Non solum quid liceat considerandum est, sed et quid honestum sit. fr. 42. pr. de R. N. 23. 2. cf. fr. 53. de pact. 2. 14. Licet quidem, non autem debet etc. fr. 6. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 61. de R. I. 50. 17. Licere unicuique, naufragium suum impune colligere, (Imp. rescripsit.) fr. 12. pr. de incend. ruina. 47. 9. Ne quid occultis delationibus possit in hominum licere fortunas. Th. C. X. 10. c. 4. de petit. et ultro dat. Iudici licet, quam velit, sententiam sequi. Gai. I. 7. Licet, idque primum in usum venit, cum etc. Ib. I. 62. Ius potestasque esto, ut hac lege sequenti licebit. fr. 1. pr. fr. 88. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. fr. 1. pr. §. 8. fr. 5. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Gai. II. 254. In integrum restituam, quod eius per leges, plebiscita, S.C.-ta, edicta, decreta, Principum licebit. fr. 1. §. 1. fr. 28. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 38. de manum. testam. 40. 4. Iure civili licet. Gai. III. 66. Rogare, v. Pacisci, ut liceret etc. Ib. II. 60. 64. IV. 126. Stipulatio: Habere, v. Possidere, licere spondes? fr. 38. pr. §§. 1. sqq. 7. de V. O. 45. 1. Vti frui licere, sibi heredique suo, stipulari. fr. 38. §. 12. ib. 45. 1. cf. fr. 9. pr. lo-

cat. 19. 2. — §. **2.** *Potest, In proclivi est.* III. ***Cn.*** Facile intelligere licet, qua etc. fr. 1. §. 4. de I. et I. 1. 1.

Licet. (Coniunct.) *Etsi, Quamvis.* III. ***Cn.*** Licet, — tamen, s. attamen. Gai. II. 67. 79. 168. III. 166. 176. IV. 68. Vlp. XVI. 3. XXIV. 11. a. fr. 2. de off. adsess. 1. 22. fr. 58. pr. de V. S. 50. 16. Omnimodo (locuples factus videtur,) licet postea deperdat. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Etsi quis unam rem, licet minimam, rapuerit. Gai. III. 209. Sive impetravit, et usus est iure aliquo, sive impetravit ut uteretur, licet usus non sit. fr. 3. pr. Qu. quisqu. iur. 2. 2. Ei competit, cuius interest, — licet dominus non sit. Gai. III. 203. Licet legibus soluta non est (sc. Augusta,) — tamen etc. fr. 31. de LL. 1. 3. Licet indivisa bona fratres habent, nihilominus tamen etc. c. 7. de decur. 10. 31.

Licinia. *Legis nomen.* III. ***Cn.*** Si quis iudicii communi dividundo evitandi causa rem alienaverit, ex lege Licinia ei interdicitur, ne communi divid. iudicio experiatur. fr. 12. de alienat. iud. mut. c. 4. 7.

Licinius. *Nomen personae fictae.* III. ***Cn.*** L. Seius. — Qu. Licinius. L. Gall. Cisalp. I. 22. sq. 29. sq.

Licitani. Cf. v. Lucentini.

Licitari. *Liceri.* I. ***Sy.*** Licitantis calor. Animose liceri. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. fr. 9. pr. de publican. 39. 4. Licitatio, Licitari (fructus etc.) Gai. IV. 166. c. 3. comm. div. 3. 37.

Licitatio. §. **1.** *Actus licitandi. Oblatio pretii in auctione.* III. ***Cn.*** Si res eius venierit, et exsistat qui plus liceatur, — rursum admittatur licitatio. fr. 7. §. 8. de minor. 4. 4. Si, omissa licitatione, extraneo addictus is fundus fuerit. fr. 78. §. 4. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 19. §. 3. comm. div. 10. 3. Vt potentior emtor per licitationem vilius eam (sc. rem) accipiat. fr. 12. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Qui fructus licitatione vicit, v. victus est. Gai. IV. 166. sqq. Si, distracta parte, cesserit victus licitatione venditor. fr. 7. §. 13. comm. div. 10. 3. c. 1. eod. 3. 37. Instituant auctionem, hastis habitis ex licitatione currente. Th. C. X. 2. c. 1. de dom. ad rem priv. pert. cf. V. 13. c. 15. c. 18. (Wck.) Licitationum iura conductionumque. Ib. IV. 12. c. 1. de vectig. et comm. — §. **2.** *Nundinatio.* III. ***Cn.*** Non sit venale iudicis velum, non ingressus redemti, non infame licitationibus secretarium. Ib. I. 16. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Licite, s. **Licito.** (Advb.) *More concesso.* II. ***Op.*** Illicite. fr. 114. §. 5. de legat. I. (30.) fr. 25. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 2. §. 15. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. ***Cn.*** Si quid alicui licite fuerit relictum, quod ipse quidem — habere non potuit etc. fr. 114. §. 5. l. (30.) Velut licito committi etc. Th. C. XI. 8. c. 3. pr. de superexact.

Licitus. (Partic.) *Non prohibitus, Iustus.* I. ***Sy.*** Sine fraude, Auctoritate legis, Licito iure (facere.) Coll. LL. M. IV. 2. sq. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Legitimae, Licitae (usurae.) c. 19. c. 25. de usur. 4. 32. II. ***Op.*** Illicitus. Cf. h. v. Res licita. — Crimen. c. 3. de vi bon. rapt. 9. 33. III. ***Cn.*** Honesta et licita res. fr. 57. pro soc. 17. 2. Communi, et licito, et consueto ordine. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. Operae qualescunque, quae modo probe iure licito imponuntur. fr. 7. §. 3. de oper. libert. 38. 1. cf. fr. 9. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Minores usuras, — Ampliores, licitas tamen, (promittere.) c. 8. de usur. 4. 32. Ei, qui usque ad certum modum capere potuerat, legavit licitam quantitatem. fr. 27. de probat. 22. 3. Non licet, amplius quam unum collegium licitum habere. fr. 1. §. 2. de colleg. 47. 22. Iure licito (facere, v. petere.) fr. 48. de damn. inf. 39. 2. fr. 1. de proxenet. 50. 14. Contra licitum (redimere.) c. 20. mand. 4. 35. Neque licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri. fr. 6. §. 4. de off. Praes. 1. 18. Etsi licitum veteres crediderunt, — abstineant etc. Th. C. III. 12. c. 2. de incest. nupt.

Licium. *Consuti genus* (ad tegenda hominis nudi pudenda.) I. ***Sy.*** Linteum. Gai. III. 191. sq. cf. Gell. N. A. XI. 18. XVI. 10. III. ***Cn.*** Furtorum quaestio, cum lance et licio. L. XII Tabb. VIII. 15.

Lictor. *Minister publicus magistratuum P. R. maiorum, fasces gestans.* III. ***Cn.*** Cum in villa cum Praetore fuissem, — etsi lictoris praesentia non esset etc. fr. 8. cf. fr. 23. de manum. vind. 40. 2.

Lictorius. (Adiect.) *Ad lictores spectans, eorumque decuriam.* III. ***Cn.*** Ordines decuriarum scribarum, librariorum, et lictoriae consularis. Th. C. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic.

Ligamen. *Custodia arctior, vinculis adhibitis.* III. ***Cn.*** Si quis saevum canem habens, in plateis vel in viis publicis, eum in ligamen diurnis horis non redegerit. Fr. Pauli I. Cti. In L. Rom. Burg. XIII.

Ligare. *Colligare, Vincire.* I. ***Sy.*** Colligare. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Sive sint signatae (sc. testamenti tabulae,) sive non sint ligatae, sed tantum naturaliter clausae. fr. 3. §. 19. de S. C. Silan. 29. 5. cf. fr. 1. §§. 10. sq. de B. P. s. t. 37. 11. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 2. Ferro, s. Ferreis nexibus, ligari. Th. C. V. 9. c. 1. §. 1. de fugit. colon. VIII. 8. c. 9. de exsecut.

Lignarius. Cf. v. Tignarius.

Ligneus. (Adiect.) *Qui est e ligno.* III. ***Cn.*** Fictilis, aut lignea, aut vitrea, aut aerea denique (supellex.) fr. 7. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Sive ea (sc. septa) lignea sunt, sive lapidea, sive qualibet alia materia. fr. 1. §. 4. de riv. 43. 21. cf. fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11. Ex tabulis ligneis factum (horreum.) fr. 60. de A. R. D. 41. 1. Ne sint equi lignei. c. 3. de aleator. 3. 43.

Lignum. §. **1.** *Arborum materia, operi apta, aut igni.* III. ***Cn.*** Materia, quae ad aedificandum, fulciendum necessaria est. — Lignum, quidquid comburendi causa paratum est. fr. 55. pr. §. 3. fr. 56. de legat. III. (32.) Ligna, quae alio nomine non adpellantur, veluti virgae, carbones, nuclei olivarum. fr. 55. §. 1. ib. (32.) Materia, lignum, atque tabulata. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Nec materia eum (sc. usufructuarium) pro ligno usurum, si habeat unde utatur ligno. fr. 12. pr. de usufr. 7. 1. Necessariis rebus, oleo et ligno, aliisve huius-

modi,

modi, adiuvare. Th. C. VII. 9. c. 1. sqq. de salgamo. **§. 2.** *Fustis.* III. **Cn.** Vt et lapis, et lignum, et ferrum hoc nomine (sc. teli) contineatur. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. Flagellis, vel lignis (castigare.) Iul. ep. nov. c. 108. §. 390. — **§. 3.** *Tabulae (testamenti.)* I. **Sy.** Tabulae (ligneae, sive cuiuscunque alterius materiae.) fr. 19. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11.

Ligo. *Instrumentum rusticum, fossorium.* III. **Cn.** Vasa utilia culturae, — aratra, ligones, sarculi etc. fr. 8. pr. fr. 16. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Tela in usum vomeris ligonisque convertere. c. 4. de manc. et col. patr. 11. 62.

Ligusticum. *Oleris genus, odore aromatico.* III. **Cn.** Piper, et ligusticum, et careum, et laser, (in penu non esse.) fr. 5. §. 1. de penu leg. 33. 9.

Lilybaetanus. (Adiect.) *Ad Lilybaeum pertinens, promontorium Siciliae.* III. **Cn.** Siculus possessor, — Syracusanus, — Lilybaetanus [al. Lylibetanus,] etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Limare. *Scrutari, Eruere.* III. **Cn.** Quae tuae cognitionis limavit examen. Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicular.

Limatus. (Partic.) *Subtilis.* III. **Cn.** Deligendi viri sunt singularis fidei, limatioris ingenii. Ib. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr.

Limen. **§. 1.** *Aditus domus. Aedes ipsae.* I. **Sy.** Domus (alterius.) Th. C. IX. 16. c. 1. sq. de malefic. III. **Cn.** Circa limina palatii nostri, comitatumve. Ib. XI. 30. c. 34. pr. de app. et poen. Iudiciorum limine (expelli.) Ib. IV. 16. c. 1. de re iud. — **§. 2.** *Finis, Terminus.* I. **Sy.** Limes. Finis et terminus (imperii.) §. 5. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. — **§. 3.** *Principium.* I. **Sy.** Exordium. c. 1. de satisd. 2. 57. III. **Cn.** In ipso limine (contractus.) Vatic. §. 12.

Limenarcha. *Qui portui praeest.* III. **Cn.** Limenarchae et stationarii. Paul. I. 6. A. §. 3. Limenarchae, vel curatores ad exstruenda vel reficienda aedificia publica. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4.

Limes. **§. 1.** *Semita transversa, in agro secundum artem mensorum limitato.* III. **Cn.** Viae publicae, limites, luci, qui fundum tangunt. fr. 7. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte praestiterit. Th. C. II. 26. c. 4. (Wck.) fin. regund. — **§. 2.** *Finis imperii R.* (militari praesidio munitus adversus barbarorum incursiones.) I. **Sy.** Limen. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Comites et duces diversarum provinciarum et limitum. Ib. I. 7. c. 3. (Wck.) de off. mag. mil. Terrarum spatia, quae gentilibus, propter curam munitionemque limitis atque fossati, — fuerant concessa. Ib. VII. 15. c. 1. de terr. limitan. Duces limitum, et praecipue quibus gentes adpropinquant, — in ipsis plerumque limitibus commorari — praecipimus. Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. II. 24. c. 1. §. 1. cf. pr. Armeniae tractus, in ipso paene limitis aditu Persarum constitutus. Ib. de patrimon. I. 3. c. 3. §. 1. Quas (sc. parangarias) Rhaetiarum limes, expeditiones Illyricae — deposcunt. Th. C. XI. 16. c. 18. cf. c. 15. de extr. s. sord. — **§. 3.** *Series, Ordo.* III. **Cn.** Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur. fr. 9. de grad. et adf. 38. 10.

Limitaneus. (Adiect.) *Ad limitem militarem pertinens.* III. **Cn.** Milites limitanei, qui possint et castra et civitatis limites defendere, et terras colere. c. 2. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. cf. Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. I. 24. c. 1. §. 4. Limitanei militis, et possessorum (utilitas.) Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. ann. Ducianus, — Limitaneus (miles.) Nov. Th. II. ne ducian. v. limit. I. 2. c. 1. §. 1. Comitatenses, — Limitanei (milites.) Cf. v. Comitatensis.

Limitare. *Definire, Circumscribere.* III. **Cn.** Ad defensionem fiscalem duum mensum tempora limitentur. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Vltimum finem strepitus criminalis — anni spatio limitamus. Ib. IX. 19. c. 2. §. 2. ad L. Corn. de falso.

Limitatensis. (Adiect.) *Limitaneus.* III. **Cn.** Tam comitatensium, quam limitatensium [al. limitensium] militum (sc. annonae.) Iul. ep. nov. c. 38. §. 166.

Limitatus. (Partic.) **§. 1.** *Metatus, Limitibus distinctus.* III. **Cn.** Agrum, qui hostibus devictis ea conditione concessus sit, ut in civitatem veniret, habere adluvionem, neque esse limitatum; agrum autem manucaptum, limitatum fuisse. fr. 16. de A. R. D. 41. 1. Si limitatus est ager, occupantis alveus fiet. fr. 1. §. 7. cf. §. 6. de flumin. 43. 12. — **§. 2.** *Definitus, Finitus.* III. **Cn.** Causae — usque ad X. librarum auri quantitatem limitatae. Nov. 23. c. 3. §. 1. Vbi actio partium limitata sit. Th. C. II. 18. c. 1. de iudic.

Limitrophus. (Adiect.) *Ad alendos limitum custodes pertinens.* III. **Cn.** Patrimoniales, seu limitrophos, [al. limitotrophos,] vel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, (ad ius transferre privatum.) Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 2. §. 1. cf. Th. C. V. 13. c. 38. (Wck.) Iust. C. XI. 59. (Rubr.)

Limus. *Coenum aquosum.* III. **Cn.** Ad rivum adire, et terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere posse. fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4. Si vi fluminis ager deletus sit, ut glarea iniecta, aut fossa limo repleta. fr. 11. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Linea. **§. 1.** *Ductus longus.* III. **Cn.** Linea in directum transducta (per insulam.) fr. 29. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Funiculus, Catena.* III. **Cn.** Si, cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usu, eaque — perforasset, ut pertusis in linea uteretur. fr. 27. §. 30. ad L. Aqu. 9. 2. Quaecunque sepulturae meae causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, et viriolas ex smaragdis. fr. 40. §. 2. de auro arg. 34. 2. — **§. 3.** *Series cognatorum.* I. **Sy.** Series (generis continua.) c. 5. de emanc. 8. 49. III. **Cn.** Superior, — Inferior, — Transversa (linea.) Paul. IV. 11. §§. 2. sqq. cf. fr. 10. §. 9. de gradib. et adfin. 38. 10. Si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel iuris titulo, legitimum reliquerit intestatus heredem. Th. C. X. 10. c. 30. pr. de pet. et ultro dat. Maternae res, vel quae per eandem lineam veniunt. c. 2. de bon. matern. 6. 60. cf. c. 2. de bon. qu. lib. 6. 61. c. 18. pr. de iure delib. 6. 30.

Lines. Cf. v. Lenis. (Subst.)

Lineus. (Adiect.) *Ex lino factus.* III. ***Cn.*** Omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina, (quae induendi etc. causa parata sunt.) fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. cf. Paul. III. 6. §. 79. Lineae, vel amictoria, — reliquae delicatae vestes. Th. C. VIII. 5. c. 48. §. 1. de cursu pub.

Lingua. **§. 1.** *Oris pars, qua lingunt et loquuntur homines.* III. ***Cn.*** Amputata radicitus invidiae lingua vellatur. Th. C. X. 10. c. 2. de petit. et ultro dat. Quod vocibus lingua figuratis significaretur. fr. 38. de O. et A. 44. 7. cf. c. 15. de testam. 6. 23. — **§. 2.** *Sermo, Oratio.* I. ***Sy.*** Sermo. fr. 11. pr. de legat. III. (32.) fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum est. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4.

Linifarius. Cf. v. Linteo.

Linquere. *Relinquere, Deserere.* III. ***Cn.*** Prope in ipsis adigere cruciatibus vitam linquere. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. servor.

Linteamen. *Linteum.* III. ***Cn.*** Delicatae vestes, et linteamen amictorium, nostrorum usibus necessarium. Ib. VIII. 5. c. 48. §. 1. de cursu pub.

Lintearius. (Adiect.) *Ad lintea spectans.* I. ***Sy.*** Lintea, Lintearia (vestis.) c. 14. de murileg. 11. 7. Th. C. X. 20. c. 6. eod. III. ***Cn.*** Sagaria et lintearia (negotiatio.) fr. 5. §. 15. de tribut. act. 14. 4.

Lintearius. (Subst.) *Qui lintea contexit, vel vendit.* III. ***Cn.*** Corpus gynaeciariorum, vel lineariorum, sive linyfariorum, monetariorum etc. Th. C. X. 20. c. 16. de murileg. Quibus vestiarii, vel lintearii, dant vestem circumferendam, et distrahendam. fr. 5. §. 4. de inst. act. 14. 3.

Linteo. *Qui lintea texit.* I. ***Sy.*** Opifex vestis linteae contexendae. Th. C. X. 20. c. 6. c. 8. Linyfarius, Linyfus. [al. Lympharius.] Ib. c. 8. c. 16. III. ***Cn.*** Negotiantes vestiarii, linteones, purpurarii, et particarii. c. 7. de excus. mun. 10. 47.

Linteum. (Subst.) *Pannus lineus.* I. ***Sy.*** Licium. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Tapeta, vel lintea, (quibus insternuntur vehicula.) fr. 5. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Linteum, quo tabulae involutae sunt. fr. 22. §. 7. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Nudus quaerat (sc. furtum,) linteo cinctus, lancem habens. Gai. III. 192. sq.

Linteus. (Adiect.) *Lineus.* III. ***Cn.*** Aereis tabulis, vel cerussatis, aut linteis mappis (scripta.) Th. C. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop. Lintea vestimenta, stragula, et consimilia. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Lintrarius. *Lintrium exercitor.* III. ***Cn.*** Exercitores ratium, item lintrarii [al. lyntrarii.] fr. 1. §. 4. naut. caup. 4. 9.

Linum. **§. 1.** *Materia, item vestis, linea.* III. ***Cn.*** Vxori suae nominatim legavit, — lanam, linum, purpuram, versicoloria facta infectaque omnia. fr. 32. §. 6. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 70. §§. 10. sq. de legat. III. (32.) fr. 39. de usu et usufr. leg. 33. 2. Quae ex lana et lino texta sunt. Paul. III. 6. §. 79. — **§. 2.** *Funiculus lineus.* III. ***Cn.*** Tabulas proprio lino propriaque cera consignare. Gai. II. 181. Perforatae (sc. tabulae) triplici lino constringantur. Paul. V. 25. §. 6. cf. fr. 1. §. 11. de B. P. s. t. 37. 11. Inciso lino, et recognito testamento, aliud testamentum facere. fr. 28. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 3. §. 23. de S. C. Silan. 29. 5. Paul. IV. 6. §. 1. IV. 8. §. 1. Aequa lance — suscipiatur (sc. aurum,) scilicet ut duobus digitis summitas lini retineatur etc. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator.

Linyfarius. Linyfus. Cf. v. Lintearius, v. Linteo.

Lippitudo. *Vitium oculorum, sordentium vel lacrimantium.* III. ***Cn.*** Levis lippitudo, aut levis dentis auriculaeve dolor, aut mediocre ulcus. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1.

Liquamen. *Salsamentorum liquor, ad condiendos cibos aptus.* III. ***Cn.*** Vini, olei, et liquaminis (ad barbaricum transferendi, nullam quisquam habeat facultatem.) c. 1. Qu. res export. 4. 41.

Liquefactus. (Partic.) *Fluens factus.* I. ***Sy.*** Liquens. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Liquefactum plumbum in ore — suscipiant. Th. C. IX. 24. c. 1. de raptu virgg.

Liquens. (Partic.) Idem. I. ***Sy.*** Liquefactum (plumbum.) Th. C. l. l.

Liquentia. *Flumen regionis Venetorum.* III. ***Cn.*** Pons Liquentiae. Ib. XI. 10. c. 2. §. 1. ne oper. a collat.

Liquēre. *Manifestum, Exploratum esse.* I. ***Sy.*** Constare. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Constare debet liquereque Praetori, — ut sic permittat B. Pnem. fr. 5. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Si Praetori liqueat ex apertissimis rerum argumentis, (suspectum eum esse.) fr. 3. §. 4. de susp. tut. 26. 10. Si liquerit, eum vivere. fr. 2. §. 4. testam. quemad. ap. 29. 3. Cui de patris innocentia liquet. fr. 86. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Si uni ex pluribus iudicibus — de re non liqueat, caeteri autem consentiant, si is iuraverit sibi non liquere etc. fr. 36. de re iud. 42. 1. cf. fr. 13. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8.

Liquescere. *Liquefieri.* III. ***Cn.*** Venae nobilis, et quae facile deducatur ignibus seu liquescat, (ferri materies.) Th. C. X. 22. c. 2. de fabricens.

Liquido. (Advb.) *Aperte, Evidenter.* III. ***Cn.*** Si liquido probari non potest, quid actum sit, et in obscuro erit etc. fr. 42. pr. de iureiur. 12. 2. Causa cognita, si liquido adpareat. fr. 1. §. 6. Quar. rer. act. 44. 5. cf. Paul. II. 1. §. 3. Si tibi liquido compertum est. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Cogetur docere reus, liquido se iurasse. fr. 18. de iureiur. 12. 2.

Liquidus. (Adiect.) **§. 1.** *Liquens, Fluens.* III. ***Cn.*** Quod liquidae materiae sit. fr. 4. pr. de penu leg. 33. 9. — **§. 2.** *Apertus, Manifestus.* III. ***Cn.*** Liquidis et indubitatis (probationibus convinci.) c. 10. de sec. nupt. 5. 9. Liquida et compendiosa (lege sancire.) c. 4. de bon. qu. lib. 6. 60. Ad liquidum exquirere (diem et Cos.) fr. 2. §. 8. de aqua et aqu. pl. 39. 3. cf. fr. 28. de probat. 22. 3.

Lis. **§. 1.** *Quaestio, Controversia.* I. ***Sy.*** Actio. Cf. h. v. §. 4. Controversia. Cf. h. v. §. 2. Causa. Cf. h. v. §. 10. II. ***Op.*** An salva quidem lis est, verum instantia tantum edicti periit? fr. 73. §. 2. de iudic. 5. 1. III. ***Cn.*** Si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit.

Gai. IV. 122. cf. Vatic. §. 139. Domesticae lites (interdum excusationes merentur.) Ib. §. 244. — **§. 2.** *Iudicium.* I. **Sy.** Res. fr. 44. pr. fr. 49. de iudic. 5. 1. fr. 8. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. fr. 6. de dot. collat. 37. 7. Iudicium. fr. 16. sq. de procur. 3. 3. fr. 7. §. 5. de liberali c. 40. 12. III. **Cn.** Qui transigit, quasi de re dubia et lite incerta neque finita transigit. fr. 1. de transact. 2. 15. Rem magis, quam litem transtulisse credi. fr. 11. de alien. iud. mut. c. 4. 7. cf. c. 9. de suis et legit. 6. 55. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii — datur. Paul. I. 3. §. 2. cf. fr. 46. §. 4. de procur. 3. 3. Debitores convenire non posse, neque lites pecuniae prosequi. Vatic. §. 260. Interpositis delegationibus, aut inchoatis litibus (actiones novare.) Ib. §. 263. Praeparasse litem, ut possit transmittere actionem. fr. 7. fr. 15. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. fr. 7. §. 5. de liberali c. 40. 12. Post adgnitam litis ordinandae gratia B. Pnem. fr. 8. pr. de inoff. testam. 5. 2. Contestari litem. Cf. h. v. Bene quidem deberi intendit, sed aliquo modo litem perdidit culpa sua. fr. 19. si servit. 8. 5. cf. fr. 8. §. 1. rat. rem hab. 46. 8. Si forte data opera ad iudicium non adfuit, vel litem mori patiatur. fr. 3. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. cf. fr. 18. §. 4. de d. m. 4. 3. fr. 2. iudicat. solvi. 46. 7. Litem in iudicium deductam, et a reo desertam, frustratoris amicus ultro egit. fr. 31. §. 2. de N. G. 3. 5. Litem ab eo iudice, apud quem res — coepta est, ad suum iudicem revocare. fr. 49. pr. de iudic. 5. 1. Boni Praetoris est, potius restituere litem, — quam actionem famosam constituere. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. Exceptio litis dividuae, et rei residuae. Gai. IV. 122. cf. 56. Praedes litis et vindiciarum. Ib. IV. 16. 91. 94. Tempus, quo lis in condemnationem deducitur. fr. 3. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Ex eventu litis cavere. fr. 6. §. 7. mand. 17. 1. Si iudex litem suam fecerit. fr. 15. sq. de iudic. 5. 1. fr. 5. §. 4. de O. et A. 44. 7. Gai. IV. 52. — **§. 3.** *Res, de qua agitur.* III. **Cn.** Post meridiem praesenti stlitem addicito. L. XII Tabb. I. 8. Aut litis aestimationem sufferre, aut noxae dedere. — Nec rem ipsam restituere, nec litis aestimationem sufferre. Gai. IV. 75. 89. Ne quis ob iudicem arbitrumve dandum, — neve ob litem aestimandam, iudiciumve capitis pecuniaeve faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit. fr. 7. pr. ad L. Iul. repet. 48. 11.

Litania. *Supplicationes publicae, in ecclesia celebrandae.* III. **Cn.** Interdicatur his omnibus, ad litaniam faciendam intra civitatem, noctu vel interdiu, profanis coire conventibus. Th. C. XVI. 5. c. 30. §. 2. de haeret. Sanctae cruces, quas in litaniis portant, — si litaniae tempus vocaverit. Iul. ep. nov. c. 115. §§. 478. sq.

Litare. **§. 1.** *Sacrificio facto deos placare.* III. **Cn.** Qui hominem immolaverint, exve eius sanguine litaverint. Paul. V. 23. §. 16. — **§. 2.** *Vindicare, Vltioni satisfacere.* III. **Cn.** Detecta ibi calumnia, eius supplicio publicae severitati litetur. Th. C. X. 10. c. 12. §. 1. de petit. et ultro dat.

Litigans. (Partic.) *Litigator.* I. **Sy.** Iurgans, Litigator. Cf. v. Iurgare. III. **Cn.** Quem (sc. finem) litigantem disceptantemque fas non sit excedere. Th. C. IX. 19. c. 2. §. 2. ad L. Corn. de fals. Inter litigantes non aliter lis expediri potest, quam si alter petitor alter possessor sit. fr. 62. de iudic. 5. 1. Iudices litigantibus dare. fr. 1. de iurisd. 2. 1.

Litigare. *Lite contendere, Iudicio certare.* I. **Sy.** Agere. Cf. h. v. §. 8. Experiri. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. III. **Cn.** Saepius ex ea stipulatione agi posse, prout intersit agentis, quod litigat, quod consumit, quod advocat, quod damnatus solvit. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. In unum ex his — aedilitias actiones competere, ne cogeretur emtor cum multis litigare. fr. 44. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Fieri potest, ut duo in necem eius litem inter se iungant, qui cum ipso litigare non poterant. fr. 1. §. 1. de litigios. 44. 6. Adversus aliquem litigare. fr. 39. §. 5. de procur. 3. 3. Litigare pro (libertate liberti.) fr. 4. de liberali c. 40. 12. Sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est ut per concepta verba, i. e. per formulas, litigaremus. Gai. IV. 30. Apud eundem iudicem litigare. fr. 11. §. 1. de iurisd. 2. 1. Si, qui pari loco erat in litigando, coepit esse duriore. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9.

Litigator. *Qui litigat.* I. **Sy.** Litigans. Cf. h. v. III. **Cn.** Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus, (morbo sontico impediatur.) fr. 2. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. Pactio litigatorum, vel auctoritas iudicis. fr. 1. de iureiur. 12. 2. Interveniente peregrini persona, iudicis aut litigatoris. Gai. IV. 105. Qua (sc. adiudicatione) permittitur iudici, rem alicui ex litigatoribus adiudicare. Ib. IV. 42. Ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat. Ib. IV. 148. cf. 160. fr. 1. §. 3. uti possidet. 43. 17. Litigatores, vel hi qui negotiis adsistunt. c. 1. ut qu. des. advoc. 2. 11.

Litigiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad lites spectans.* III. **Cn.** Litigioso strepitu turbari. Th. C. III. 1. c. 1. de contr. emt. — **§. 2.** *In iudicio constitutus.* I. **Sy.** Quae in controversia est, De qua quaestio delata est, Litigiosa (sc. res.) Fr. de I. F. §. 8. fr. 1. pr. fr. 22. pr. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Rem litigiosam, vel ambiguum chirographum, (fisco legare.) c. 3. de litigios. 8. 37. Ab accusatione recedere, vel rem litigiosam venumdare. fr. 1. pr. de iure fisci. 49. 14. Si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas. Gai. IV. 117. De rebus litigiosis et convenire et transigere posse. Paul. I. 1. §. 5. Poenam litigiosi competere. fr. 2. cf. fr. 1. pr. de litigios. 44. 6.

Litigium. *Controversia, Lis.* I. **Sy.** Iurgium. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Agrimensor ire praecipiatur ad loca, ut patefacta veritate huiusmodi litigium terminetur. Th. C. II. 26. c. 1. fin. regund. Adhuc litigio pendente. fr. 49. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Vendere litigium. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 4. Litigia sententiis terminata. L. Rom. Burg. 33. (al. 32.)

Littera. **§. 1.** *Elementum orationis.* II. **Op.** Litteris, — Notis (dictare, v. scribere.) fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. fr. 6. §. 2. de B. P. 37. 1. Gesta in Sen. de Th. C. rec. (Wck. p. 5.) III. **Cn.** „R“ litteram invenit (App. Claudius.) fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. Proscribere palam, — claris litteris, unde de plano recte legi possit. fr. 11. §. 3. de instit. act. 14.

3. Quod in chartulis — aliquis scripserit, licet aureis litteris. Gai. II. 77. Quod facile explicari possit scientia litterarum. fr. 93. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Sua manu nomen heredis scribere, vel si imperitia litterarum — hoc facere non possit etc. c. 30. cf. c. 29. c. 31. de testam. 6. 23. Qui se neget litteras scire. fr. 6 §. 19. de excusatt. 27. 1. — **§. 2.** *Litterae, i. e. Doctrinae praesidia.* III. **Cn.** Studiorum liberalium usu atque exercitatione pollere, et ita esse litteris expolitum. Th. C. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. Medici, grammatici, et professores alii litterarum. Ib. XIII. 3. c. 1. de medic. et prof. Qui primis litteris pueros inducunt. fr. 11. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. — **§. 3.** *Scriptura.* I. **Sy.** Scripta, Scriptura, Litterae, s. Litterarum consignatio. fr. 4. sq. de fide instrum. 22. 4. c. 28. §. 1. de testam. 6. 23. III. **Cn.** Sua voce, — litteris, — quocunque modo (confiteri.) Paul. V. 5A. §. 3. Aut re, aut verbis, aut litteris, aut consensu (contrahi obligationem.) Gai. III. 89. 119. 131. Litteris obligatio fit, veluti in nominibus transscripticiis. Ib. III. 128. cf. 134. Ex alio quolibet titulo in litterarum obligationem facta cautione translatum (sc. debitum.) Th. C. II. 4. c. 6. de denunc. v. edit. rescr. — **§. 4.** *Epistola.* I. **Sy.** Epistola. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Tabulas, litteras, rationes inspicere mortui. fr. 29. de A. v. O. H. 29. 2. Et nudis verbis, et per litteras, et per nuncium etc. (mandari posse.) Paul. I. 3. §. 1. cf. fr. 1. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Si miseris ad me tabellarium tuum, et ego rescribendi causa litteras tibi misero. fr. 65. pr. de A. R. D. 41. 1. Quidam ad creditorem litteras eiusmodi fecit. fr. 26. de pecun. const. 13. 5. cf. fr. 60. §. 1. mand. 17. 1. — **§. 5.** *Libellus.* I. **Sy.** Litterae (dimissoriae.) Libelli (dimissorii.) Paul. V. 33. §. 1. V. 34. §. 1. fr. 1. de libell. dimiss. 49. 6. fr. 106. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** In rationibus, tabulis, litteris publicis, (falsum facere.) fr. 16. §. 2. cf. fr. 25. de L. Corn. de fals. 48. 10. Fr. L. Servil. c. 12. Cum primum aut denunciatum esset ei, aut litteris vel edicto evocatus esset. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Paul. V. 5A. §. 7. fr. 53. §. 1. de re iud. 42. 1. Posse adire Praesidem, litteras ei daturum etc. fr. 3. cf. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. fr. 1. §. 2. fr. 4. pr. de requir. reis. 48. 17. Vatic. §§. 162. sq. 165. 167. 233. 236. — **§. 6.** *Rescriptorum Principalium genus.* I. **Sy.** Epistola (Principis.) Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Litterae D. Pii, quas emisit ad — Procos. provinciae Africae. fr. 5. §. 1. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 20. pr. de manum. 40. 1. Vatic. §. 233. Litteris ad — Praefectum Pr. destinatis praecepimus. Th. C. VI. 4. c. 4. c. 7. de Praet. et Qu. VIII. 1. c. 5. de numerar.

Litterarius. (Adiect.) *Ad litterarum studium spectans.* III. **Cn.** Ludi litterarii magistri, licet non sint professores etc. fr. 1. §. 6. de extr. cogn. 50. 13. Adcrescente pube, et litterariae indolis iuventute. Nov. Val. III. de postul. II. 37. c. 1.

Litteratura. *Litterarum scientia.* I. **Sy.** Studia liberalia. Th. C. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R.

Litteratus. (Adiect.) **§. 1.** *Artis scribendi peritus.* II. **Op.** Litterarum imperitus, Ignorans litteras. c. 31. de testam. 6. 23. Iul. ep. nov. c. 6. §. 27. c. 40. §. 169. c. 42. §. 174. — **§. 2.** *Eruditus, Doctus.* III. **Cn.** Si dixerit, hominem litteratum vel artificem. fr. 43. pr. de contr. emt. 18. 1. Quos fides ac — litterata militia — commendant. c. 8. de prox. S. scrin. 12. 19. Nov. Val. III. de postul. II. 11. c. 1. §. 4.

Litura. *Complanatio tabellae inscriptae, ad delendam scripturam.* III. **Cn.** Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci. fr. 1. §. 1. de h. qu. in testam. del. 28. 4.

Liturgus. *Operariorum genus, certis operibus publicis adtributum.* III. **Cn.** Functiones publicas, et liturgos, quos homologi coloni praestare noscuntur, (cognoscere.) Th. C. XI. 24. c. 6. pr. de patroc. vicor. Cephalaeotae, irenarchae, logographi chomatum, et caeteri liturgi. Ib. c. 6. §. 7. l.

Litus. *Terra, quae fluctibus adluitur.* III. **Cn.** Litus publicum est, qua maxime fluctus exaestuat. fr. 112. cf. fr. 96. pr. de V. S. 50. 16. Vt viae, item litora, et loca publica in modum cedant. fr. 51. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 24. pr. de dam. inf. 39. 2. Aër, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris. fr. 2. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. Omnes stationes navium, portus, litora, omnes abscessus provinciarum etc. Th. C. VII. 16. c. 2. sq. cf. c. 1. de litor. et itin. cust. VI. 29. c. 10. de curios.

Lituus. *Genus tubae minoris.* III. **Cn.** Inter bellicas curas et obstrepentes lituos. Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. pr.

Livianus. (Adiect.) *Ad Livium pertinens.* III. **Cn.** Heredes institutos, unum ex fundo Corneliano, alterum ex fundo Liviano [al. Liboniano.] fr. 35. pr. de hered. inst. 28. 5.

Livor. *Invidia.* III. **Cn.** Ne sacrilego livore quorundam a divinis obsequiis avocentur (sc. clerici.) Th. C. XVI. 2. c. 2. de episc. eccl.

Lixa. *Qui exercitum sequitur, quaestus gratia.* III. **Cn.** Plerique milites secum homines conditionis ingenuae, propinquitate simulata vel conditione lixarum, frequenter abducunt. Th. C. VII. 1. c. 10. de R. M.

Loca. Cf. v. Locus.

Localis. (Adiect.) *Intra certi loci fines constitutus.* II. **Op.** Metropolitana (ecclesia.) c. 20. §. 1. de agricol. 11. 47. III. **Cn.** Localis (sc. constitutio,) et huic florentissimae urbi dedicata. c. 13. de aedif. priv. 8. 10. Iul. ep. nov. c. 57. §§. 201. sqq. Si hoc localem exigit inquisitionem. fr. 4. pr. de damn. inf. 39. 2.

Locare. **§. 1.** *Collocare, Constituere.* III. **Cn.** His ab utroque deductis, atque in medio iure locatis. Th. C. IV. 8. c. 2. §. 7. de liberali c. Quos (sc. iudices) potestas in excelso locat. Ib. XV. 1. c. 19. de opp. pub. — **§. 2.** *Alteri faciendum, vel fruendum committere, pretio proposito.* I. **Sy.** Colendum dare (agrum.) fr. 1. pr. si ag. vectig. 6. 3. Quaestus causa, Propter praemium (in certamina descendere, v. in scaenam prodire.) Operas suas locare, (ut prodiret.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. fr. 1. pr. fr. 2. §. 5. fr. 3. sq. de h. qu. not. infam. 3. 2. III. **Cn.** Vendere, aut locare. fr. 1. §. 4. fr. 2. sq. de calum. 3.

6. cf. fr. 39. de pact. 2. 14. Gai. III. 146. Commodare, locare, conducere (homines.) Paul. V. 26. §. 3. Operas servi usuarii non locabit, neque alii utendum concedet. fr. 12. §. 6. fr. 14. pr. de usu et habit. 7. 8. Ipse locare, aut exercere (vecturas navium.) fr. 55. de cond. indeb. 12. 6. Merces vehendas locare. fr. 1. §. 1. de praescr. vv. 19. 5. cf. fr. 2. pr. fr. 10. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. Quominus loco publico, quem is, cui locandi ius fuerit, fruendum alicui locavit etc. fr. 1. pr. de loco pub. fr. 43. 9. cf. Tab. Heracl. lin. 73. aer. Br. lin. 1. sq. aer. Neap. Aedem faciendam, v. Opus exstruendum, alii locare. fr. 30. §. 3. cf. fr. 22. §. 2. locat. 19. 2. fr. 2. §. 11. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Tectori locare laccum — curandum. fr. 27. §. 35. ad L. Aqu. 9. 2. Minoribus XXV annis neque fundus, neque vectigalia locanda sunt. fr. 45. §. 14. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 2. §. 4. ad munic. 50. 1.

Locatio. *Contractus, quo alteri utendum aliquid faciendumve committimus, mercede constituta.* I. **Sy.** Locatum (et conductum.) fr. 1. §. 9. depos. 16. 3. fr. 23. de R. I. 50. 17. II. **Op.** Gratia (operam suscipere.) — Mercede data aut constituta, (locationis conductionisque negotium geri.) fr. 1. §. 4. mand. 17. 1. fr. 22. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Quo nomine, si mercedem statuissem, locatio et conductio contraheretur. Gai. III. 162. Materiae quidem emtionem venditionem contrahi, operarum autem locationem et conductionem. Ib. III. 147. Consensu fiunt obligationes in emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Ib. III. 135. Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque locatio, neque emtio rei suae consistere potest. fr. 45. pr. de R. I. 50. 17. Locatio, precariive rogatio ita facta: „quoad is, qui eam locasset dedissetve, vellet.“ fr. 4. locat. 19. 2.

Locator. *Is, qui locationem cum alio contraxit.* II. **Op.** Conductor, Redemtor. fr. 35. sqq. fr. 60. pr. §. 3. locat. 19. 2. Colonus. fr. 12. de vi et vi arm. 43. 16. III. **Cn.** Qui conduxerat, pactus erat, ut homo — pignori locatori esset, donec mercedes solverentur. fr. 9. pr. Qu. potior. 20. 4. cf. fr. 4. pr. de pact. 2. 14. Domus facienda locata erat, ita ut probatio aut improbatio locatoris, aut heredis eius, esset. fr. 60. §. 3. locat. 19. 2.

Locatus. (Partic.) **§. 1.** *In locationem deductus, Locatione comprehensus.* III. **Cn.** Si in locatis ager fuit. fr. 13. §. 11. de A. E. V. 19. 1. Res defuncto commodata, aut locata, vel apud eum deposita. Gai. II. 50. Opere locato conducto. fr. 5. §. 1. de V. S. 50. 16. Opus, quod aversione locatum est. fr. 36. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Locatum, i. e. Contractus locationis.* I. **Sy.** Locatio. Cf. h. v. III. **Cn.** In contractibus depositi, commodati, locati, et caeteris similibus. fr. 50. de pact. 2. 14. Si cui ex emto, vel ex locato, vel ex alio ullo debetur. fr. 12. pr. de V. S. 50. 16. Sunt autem b. f. iudicia haec: ex emto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum etc. Gai. IV. 62. cf. fr. 23. de R. I. 50. 17. Qui — conduxisset, — ex locato tenetur, ut locatori — reddat. fr. 11. §. 3. locat. 19. 2. Indicio locati suum persequi. Gai. III. 205.

Loculus. *Capsula continendae pecuniae.* III. **Cn.** Armariis et loculis claustra et claves cedunt. fr. 52. §. 9. de legat. III. (32.) Eique volo dari X aureos, et quidquid ex ratione loculorum meorum habet. fr. 23. §. 1. de pecul. leg. 33. 8.

Locuples. (Adiect.) *Opulentus, Dives.* I. **Sy.** Satis idoneus. Cf. v. Idoneus. §. 2. Quod ad eum pervenit, Quod lucratus est, Lucrum, In quantum locupletior factus est. fr. 26. fr. 28. de d. m. 4. 3. fr. 23. pr. fr. 25. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 3. §. 12. de pecul. 15. 1. II. **Op.** Qualiscunque (fideiussor.) fr. 1. sq. in ius voc. ut eant. 2. 6. fr. 2. §§. 2. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Is, qui solvendo non est. fr. 5. pr. §. 1. fr. 18. §. 1. fr. 29. pr. Qui et a qu. man. 40 9 Egens, Egenus. Cf. h. vv. III. **Cn.** Pro rei qualitate locuples (fideiussor.) fr. 1. in ius voc. ut eant. 2. 6. Si convenerit, cum res veniret, ut locuples ab emtore reus detur. fr. 13. §. 23. de A. E. V. 19. 1. „Locupletem esse debitorem,“ non debere praestare; „debitorem autem esse,“ praestare. fr. 4. de hered. v. act. 18. 4. Et si locupletissimus est, et si Consularis sit. fr. 51. §. 2. fr. 52. de procur. 3. 3. Si ex ea pecunia locupletior factus sit. Gai. II. 84. fr. 4. §§. 4. 23. de d. m. exc. 44. 4. In quantum, s. In id, quod (locupletior factus sit.) fr. 6. §. 6. de N. G. 3. 5. fr. 28. de d. m. 4. 3. fr. 3. §. 12. de pecul. 15. 1. Lege Papia aucta sunt iura patronorum, quod ad locupletiores libertas pertinet. Gai. III. 42. Si locupletius eorum peculium factum est. fr. 1. §. 4. de pecul. 15. 1. Ne, alienatis pretiosioribus rebus, susceptoque aere alieno, minus locuples ad eos hereditas perveniat. Gai. I. 192. cf. fr. 43. ad L. Falc. 35. 2.

Locupletare. *Locupletem facere, Ditare.* I. **Sy.** Locupletior fieri. Locupletari. fr. 3. §. 12. de pecul. 15. 1. II. **Op.** Deminuere patrimonium suum. — Locupletari. fr. 6. pr. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Si ex fructibus praediorum — locupletata sit. fr. 17. pr. de don. int. V. 24. 1. Cum hoc facto meo alter sit locupletatus. fr. 6. §. 11. de N. G. 3. 5.

Locus. **§. 1.** *Quidquid continet aliquid. Vbi quidquam consistit, vel agitur.* II. **Op.** Vel ex facto, vel ex loco, vel ex persona (aestimari.) Gai. III. 225. fr. 16. §§. 1. 4. de poen. 48. 19. Non loco, sed genere (distingui.) Non locum, sed materiam (facere urbanum praedium.) fr. 166. pr. fr. 198. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Immobiles (sc. res,) — quae diversis locis sunt. Vlp. XIX. 6. Loco suo reponere (rem subreptam.) fr. 4. §. 8. de usurp. 41. 3. Quod eo loco deprehenditur, ubi fit (sc. furtum.) Gai. III. 184. Vbicunque Praetor — ius dicere constituit, is locus etc. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Quolibet loco, ubi quis consistat etc. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. — **§. 2.** *Regio, Territorium.* I. **Sy.** Regio (urbis.) fr. 1. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Provincia. Th. C. IX. 40. c. 12. de poen. III. **Cn.** Secundum moderamen, v. consuetudinem, locorum. fr. 7. de feriis. 2. 12. fr. 6. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Quotquot locis quis navigans vel iter faciens delatus est, tot locis se defendi. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Si fuerit distractus servus, ne aliquo loci moretur. fr. 1. de serv. export. 18. 7. Qui per insidiosa loca servum

misit. fr. 36. §. 1. de R. V. 6. 1. — **§. 2. A.** *Singula civitas. Oppidum certum.* I. **Sy.** Civitas. Vicus. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. Iul. ep. nov. c. 82. §. 309. III. **Cn.** Curent magistratus cuiusque loci. fr. 22. de testib. 22. 5. Magistratus, aut quicunque in locis fuerit etc. Th. C. V. 13. c. 20. (Wck.) Nov. Marcian. nemin. exhib. de prov. III. 1. c. 1. §§. 3. 7. Locorum antistites, v. metropolitanus. c. 25. de nupt. 5. 4. Iul. ep. nov. c. 48. §. 189. Ille Veientanus, morans eo loco etc. Vatic. §. 166. — **§. 3.** *Solum, Praedium, Area.* I. **Sy.** Solum. fr. 6. pr. cf. §. 3. de R. D. 1. 8. Area. Locus (sine aedificio, in urbe.) fr. 211. de V. S. 50. 16. Ager. Locus (sine aedificio, rure.) fr. 27. pr. fr. 211. ib. 50. 16. Th. C. VII. 18. c. 5. de desertor. Praedium. fr. 60. §. 1. l. l. 50. 16. III. **Cn.** Vt et modicus locus possit fundus dici. fr. 60. pr. ib. 50. 16. Locus aedificii (non est profanus.) Vatic. §. 5. Quod vitio aedium, loci, operis (damnum fit.) fr. 24. §. 12. cf. §§. 2. 9. de damn. inf. 39. 2. — **§. 3. A.** *Certa pars fundi, vel aedium, vel navis.* I. **Sy.** Portio, Species (fundi.) fr. 60. pr. §. 2. fr. 115. l. l. 50. 16. Extra suum gradum, finesve, Loco (movere, sc. terminos statutos.) fr. 3. pr. de term. mot. 47. 21. II. **Op.** Fundus. fr. 38. de usurp. 41. 3. Ager. fr. 10. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. (cf. v. Ager. §. 2.) Finalis iurgii, vel locorum (intentio.) Th. C. II. 26. c. 4. (Wck.) fin. regund. III. **Cn.** Quae loca publica, porticusve publicae, in urbe Roma — sunt, erunt. Tab. Heracl. lin. 68. sq. aer. Br. Intra ea loca, ubi continenti habitabitur. Ib. lin. 56. l. l Loco sacro, vel religioso, vel sancto interveniente. fr. 17. §. 3. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Quibus locis ex lege locationis — uti frui liceat. Tab. Heracl. lin. 73. sq. l. l. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. de loco pub. fr. 43. 9. In eum locum, quo vulgo iter fiet, vel in quo consistetur, (deiicere etc.) fr. 1. pr. §. 2. fr. 5. §§. 6. 9. de h. qu. effud. 9. 3. Cuius ante aedificium semita in loco erit. Tab. Heracl. lin. 53. l. l. Si certus ac finitus viae locus est. fr. 6. §. 1. Quemad. serv. 8. 6. cf. fr. 28. de S. P. R. 8. 3. Vatic. §. 54. Quae loca eius fundi — aedificiis, arboribus, vineis vacua fuerint. fr. 22. de S. P. R. 8. 3. Qui maiorem locum in territorio habere dicitur. fr. 7. fin. regund. 10. 1. Locus latere potest, quatenus determinetur et definietur. fr. 60. §. 2. de V. S. 50. 16. Si quis super invasis iuris sui locis prior detulerit querimoniam, — prius super possessione quaestio finiatur, et tunc agrimensor ire praecipiatur ad loca. Th. C. II. 26. c. 1. sqq. (Wck.) fin. regund. Quo illi ius est invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum s. d. m. aedificare liceat etc. fr. 1. §. 5. cf. §. 1. de mortuo infer. 11. 8. fr. 2. §§. 1. sq. fr. 7. pr. fr. 10. sq. de relig. 11. 7. fr. 61. de pact. 2. 14. Stratura alicuius loci, ex tabulis factis. fr. 242. §. 4. de V. S. 50. 16. Vectores, qui loca in nave conduxerunt. fr. 2. pr. de L. Rhod. 14. 2. — **§. 3. B.** *Loca, i. e. Corpus rerum, ad certum collegium pertinentium.* III. **Cn.** Venerabilia loca. Cf. v. Venerabilis. — **§. 4.** *Gradus, Ordo.* I. **Sy.** Gradus. Cf. h. v. §. 4. Altiores. In aliqua dignitate positi. Honestioris loci. Honestiores. fr. 8. §. 23. de transact. 2. 15. fr. 1. §. 5. fr. 3. §. 5. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. III. **Cn.** Honestiore loco positi. — Humillimo loco. fr. 1. §. 5. fr. 3. §. 5. l. l. 48. 8. Paul. V. 4. §. 10. Coll. LL. M. XII. 5. Secundo loco factum testamentum. fr. 29. ad S.C. Treb. 36. 1. Primum inter adgnatos locum accipere, s. obtinere. Paul. IV. 8. §§. 3. 13. In locum nepotis adoptare. fr. 11. de adopt. 1. 7. cf. Gai. I. 99. Vlp. VIII. 7. Inter egregiorum ordinem locumque consistere. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codicill. Sit sedes prior ante provectis, locus conspectior etc. Ib. VI. 7. c. 2. de Praef. Pr. — **§. 4. A.** *Pars (scripturae, v. expositionis.)* I. **Sy.** Articulus. Pars. c. 2. §§. 2. sqq. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** Suo, v. Alio, v. Sequenti, loco (proponere, v. dicere etc.) Gai. I. 1. II. 37. 97. 184. 191. III. 34. 56. fr. 8. pr. de inoff. testam. 5. 2. Quo loco (admonendi sumus etc.) Gai. IV. 110. fr. 30. §. 7. ad L. Falc. 35. 2. Quo loco scribatur heres sine parte, utrum primo, an medio, vel novissimo, nihil interest. fr. 20. pr. de hered. inst. 28. 5. Quocunque loco libertas data fuerit, (liber heresque erit.) fr. 22. ib. 28. 5. cf. Gai. II. 231. — **§. 5.** *Causa, Conditio, Ius.* I. **Sy.** Causa. fr. 29. de hered. pet. 5. 3. Accipi, Loco eius esse. fr. 10. sqq. de V. S. 50. 16. Inter (aliquos,) Loco (eorum, sc. haberi.) fr. 21. de h. qu. not. infam. 3. 2. Ius (filiae.) Gai. I. 59. 61. 111. 114. sq. 118. III. **Cn.** Neque in eum, — neque in eos qui in locum eius succedunt. fr. 7. de iureiur. 12. 2. cf. fr. 9. §. 1. de edend. 2. 13. In patris sui locum portionemque succedere. Gai. III. 7. cf. II. 156. Vlp. XXVI. 2. Adgnascitur suus heres aut adgnascendo, — aut in locum sui heredis succedendo. Ib. XXIII. 3. Olim familiae emtor heredis locum obtinebat. — Nunc vero alius heres testamento instituitur etc. Gai. II. 103. 105. Fiduciarii tutoris loco numerari. Ib. I. 175. Parentum liberorumve locum inter se obtinere. Ib. I. 59. Qui accessionis loco promittunt. fr. 34. de fideiuss. 46. 1. Si, qui pari loco erat in litigando, coepit esse duriore. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Videndum, — ipse dominus quorum loco quemque habuerit. fr. 166. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 5. A.** *Loco, i. e. Vice, Ad instar (alterius.)* III. **Cn.** Praetor B. Prem heredis loco in omni causa habet. fr. 117. de R. I. 50. 17. cf. fr. 2. de B. P. 37. 1. Possessor bonorum, caeterique qui heredis loco sunt. (Cf. v. Heres. §. 2.) Quae uxoris loco, sine nuptiis, in domo sit. fr. 144. de V. S. 50. 16. Servorum loco constitui, s. haberi. Gai. I. 123. 138. Vnius loco haberi. — Plurium personarum loco accipi. fr. 9. pr. de pact. 2. 14. Praedonis loco intelligendus est is. fr. 46. de hered. pet. 5. 3. Domini loco habetur (hereditas.) fr. 15. pr. de interr. in iure 11. 1. — **§. 6.** *Effectus, Vis, Usus.* I. **Sy.** Consistere, Esse, Locum habere. Cf. v. Consistere. §. 3. v. Esse. §. 5. Competit, Datur, Locum habet, Vti possumus. Gai. IV. 71. 74. 175. 179. 181. fr. 10. §. 1. de pact. 2. 14. Pertinere ad, Locum habere, Valere. Gai. II. 63. IV. 121. sqq. fr. 8. §§. 2. sqq. de transact. 2. 15. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Non habet L. Iunia locum, sed S.C. Gai. III. 70. Quaeritur an, — Dubitandum non est quin (locus sit, sc. edicto etc.) fr. 3. §. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 39. §. 1. de procur. 3. 3. Sed hic quidam modus servandus est, ut ita querelae locus sit.

fr. 35. §. 1. de N. G. 3. 5. Pactio locum habet, ut et ad actionem proficiat. fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. Mater — filio substituta, locum edicto facit. fr. 27. pr. si qu. om. c. testam. 29. 4. fr. 20. §. 4. de bon. libert. 38. 2. Rumpendo testamentum, sibi locum facere posthumus solet. fr. 5. de iniust. rupt. 28. 3. fr. 30. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2.

Locusta. **§. 1.** *Genus insecti, pennis instructum.* III. ***Cn.*** Edaci locustarum pernicie sterilitatis vitium intercessit. c. 18. de locat. 4. 65. — **§. 2.** *Cognomen personae.* III. ***Cn.*** Licinius Locusta [al. Lucusta] Proculo suo salutem. fr. 48. pr. de legat. II. (31.)

Locutio. Cf. v. Elocutio.

Logarium. *Libellus rationum minutiorum.* III. ***Cn.*** Chartae ad ratiunculam, vel ad logarium paratae. fr. 3. §. 10. de penu leg. 33. 9.

Logista. *Is, qui reditibus publicis administrandis in singula civitate praefectus est.* III. ***Cn.*** Curator reip., qui graeco vocabulo Logista nuncupatur. c. 3. de modo mulctar. 1. 54.

Logographus. *Rationum publicarum exceptor.* III. ***Cn.*** Custodes aedium, vel archeotae, vel logographi, vel tabularii. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4. Subscribendarii, tabularii, diurnarii, logographi, censuales etc. Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 1. de cohortal. cf. Iul. ep. nov. c. 124. §. 553. Scribae, et logographi civitatum. Th. C. VIII. 2. c. 3. de tabular. Cephalaeotae, irenarchae, logographi chomatum, et caeteri liturgi. Ib. XI. 24. c. 6. §. 7. de patroc. vicor.

Logotheta. *Rationum discussor.* I. ***Sy.*** Ratiocinator. Iul. ep. nov. c. 124. §. 557.

Lolium. *Herba in segetibus nascens, iisque inimica.* III. ***Cn.*** Si lolium aut avenam in segetem alienam inieceris, quo eam inquinares. fr. 27. §. 14. ad L. Aqu. 9. 2.

Longaevus. (Adiect.) *Longum tempus explens, Annosus.* I. ***Sy.*** Longissima, Longaeva (exactio.) c. 23. pr. de SS. eccl. 1. 2. II. ***Op.*** Annalis, — Longaeva (actio.) c. 2. pr. de const. pec. 4. 18. III. ***Cn.*** Finis vitae longaevi hominis. fr. 56. de usufr. 7. 1. Consuetudo, ususque longaevus. c. 2. Qu. sit longa consu. 8. 53.

Longe. (Advb.) **§. 1.** *Procul.* I. ***Sy.*** Vlterius, Longius (evagari etc.) Coll. LL. M. XII. 2. 7. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. II. ***Op.*** Finitimum, In proximo constitutum, — Longius positum. Th. C. V. 13. c. 30. V. 15. c. 5. (Wck.) IX. 21. c. 4. pr. de fals. mon. Statim decedere. — Vitam longius trahere. Gai. II. 244. III. ***Cn.*** Quod res abest, et longe est, vel in provinciis. fr. 16. §. 3. de pignor. 20. 1. Trans mare, et longe (agere.) c. 4. de inst. et subst. 6. 25. Longius morari, v. secum ducere. Paul. V. 33. §. 1. Gai. III. 196. Adeo longius evolare, ut etc. fr. 5. §. 6. de A. R. D. 41. 1. Iniquum, et longe a seculi nostri beatitudine, esse credimus. c. 17. de h. qu. accus. n. poss. 9. 1. — **§. 1. A.** *Absone. Contraria ratione.* III. ***Cn.*** Dubitari potest, — quasi longe sit a bona fide. fr. 45. §. 1. locat. 19. 2. Difficile est dicere. Quamquam non sit longe, quod Marcellus scribit. Vatic. §. 84. — **§. 2.** *Multum, Valde.* III. ***Cn.*** Minus utique esse quam fructum, longeque, (nemo dubitat.) fr. 10. §. 4. de usu et habit. 7. 8. Longe longeque (rem meliorem fecit.) fr. 39. §. 1. de minor. 4. 4. Longe latior est (causa alterius.) Gai. II. 289. Longe commodius est. fr. 24. de R. V. 6. 1. Longe utile, v. aequum, est. fr. 28. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 4. §. 13. de d. m. exc. 44. 4. Longe aliud est. fr. 10. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2.

Longinquitas. *Distantia, Longitudo,* (locorum, vel temporis.) III. ***Cn.*** Longinquitas loci, et operis magnitudo. fr. 14. de damn. inf. 39. 2. Longinquitas, vel molestia itineris. Th. C. XI. 1. c. 9. de annon. et tribut. Sola temporis longinquitate, etiamsi LX annorum curricula excesserit etc. c. 3. de l. t. praescr. 7. 22.

Longinquo. (Advb.) *Procul.* III. ***Cn.*** Cum — in fuga esset, vel longinquo absens. fr. 39. pr. de legat. I. (30.) cf. fr. 44. de procur. 3. 3.

Longinquus. (Adiect.) **§. 1.** *Remotus, Distans.* II. ***Op.*** Breves, — Longinquae (excursiones.) fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. III. ***Cn.*** In longinquo, veluti trans mare, (habere, sc. rationes.) fr. 6. §. 9. de edend. 2. 13. In longinqua provincia (sc. solvenda pecunia.) fr. 122. pr. de V. O. 45. 1. In longinqua transferre. Th. C. XV. 7. c. 5. de scaenic. In longinquum mitti (sc. telum.) fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. De longinquo petendum. fr. 13. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. — **§. 2.** *Longus, Diuturnus.* III. ***Cn.*** Adversa et longinqua (corporis valetudo.) c. 3. de off. Prf. Pr. 1. 26. Longinqua et inveterata (redituum susceptio.) c. 20. pr. de agricol. 11. 47. — **§. 3.** *Extraneus, Alienus.* III. ***Cn.*** Solitis subsidiis aliena, atque longinqua, — non quaerant. Th. C. XIV. 4. c. 7. de suar. In longinqua protrahi examina. c. 4. de fruct. et lit. exp. 7. 51.

Longitudo. *Magnitudo in longum extensa.* II. ***Op.*** Latitudo (viae.) fr. 6. §. 1. Quemad. servit. 8. 6.

Longus. (Adiect.) **§. 1.** *Porrectus, Extensus.* III. ***Cn.*** Neque latiorem, neque longiorem, neque altiorem, neque humiliorem viam (sub nomine refectionis facere.) fr. 1. §. 2. cf. §. 1. de via pub. et itin. pub. 43. 11. Naves longae atque onerariae. fr. 2. pr. de captiv. 49. 15. Quodammodo longa manu tradita (res.) fr. 79. de solut. 46. 3. — **§. 2.** *Longinquus, Remotus.* III. ***Cn.*** Peregrinatio longa. Iter longum. fr. 21. sqq. de procur. 3. 3. fr. 23. commod. 13. 6. Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto heredes constiterunt. fr. 194. de R. I. 50. 17. Is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit. Gai. III. 27. cf. Vatic. §. 301. — **§. 3.** *Diuturnus, Perpetuus.* I. ***Sy.*** Diuturnus. Cf. h. v. II. ***Op.*** Modicum, Brevius, Recisius. — Longum, (tempus, v. spatium.) fr. 6. §. 3. de duob. reis. 45. 2. fr. 2. de term. mot. 47. 21. Gai. II. 170. Citerior, — Longior (dies.) Cf. v. Citerior. III. ***Cn.*** Tacitus consensus populi, longa consuetudine inveteratus. Vlp. I. 4. fr. 11. de decurion. 50. 2. Iudicio terminata, — longioris temporis silentio finita. fr. 230. cf. fr. 229. de V. S. 50. 16. Paul. V. 5 A. §. 8. Longo tempore absens. fr. 7. §. 2. ad S. C. Maced. 14. 6. Dies longior (data etc.) fr. 15. §. 1. de in diem

add. 18. 2. Paul. V. 9. §. 1. Diuturno usu, et longa quasi possessione (nancisci ius.) fr. 10. pr. si servit. 8. 5. Longum tempus, exemplo longae praescriptionis, (decennii, — v. vicennii, computatur.) Paul. V. 5 A. §. 8. Et possideri, et per longam possessionem, v. longo tempore, capi posse. fr. 26. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 5. pr. de damn. inf. 39. 2. fr. 10. §. 1. fr. 17. fr. 33. §. 2. de usurp. 41. 3. fr. 4. pr. pro emt. 41. 4. Longi temporis, s. Longae possessionis, praescriptio, s. exceptio. Paul. V. 2. §. 3. V. 5 A. §. 8. fr. 3. fr. 5. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. — **§. 4.** *Infinitus.* III. **Cn.** Inter artifices longa differentia est. fr. 31. de solut. 46. 3. Si vero quaeramus, — longa erit disputatio. Gai. I. 188. Vereor ne longum sit, (impedire etc.) fr. 67. §. 3. de R. N. 23. 2.

Loqui. §. 1. *Fari, Sermone uti.* I. **Sy.** Sermone manifestum facere. fr. 29. de adopt. 1. 7. Vocis ministerio uti, Voce significare. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. fr. 3. de reb. dub. 34. 5. Verbis uti, Verba loqui. Gai. II. 104. 119. 121. 149. III. 169. 174. Vlp. XX. 9. 13. III. **Cn.** Non tantum loqui, sed et audire (tutor debet.) fr. 1. §. 3. de tutel. 26. 1. Si loqui quidem non possit, alio tamen modo quam sermone manifestum facere possit. fr. 29. de adopt. 1. 7. Infans, antequam loqueretur. c. 3. Qui adm. ad B. P. 6. 9. Graviter, Tardius, loqui. fr. 9. fr. 10. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 1. A.** *Palam verba facere.* III. **Cn.** Sit igitur sedes prior (sc. ante provectis,) locus conspectior decernendi, loquendique facultas antiquior. Th. C. VI. 7. c. 2. de Praef. Pr. — **§. 2.** *Indicare, Demonstrare, Exprimere.* I. **Sy.** Iubet, Censuit, Loquitur (lex, v. Senatus.) Gai. I. 132. Vlp. X. 1. fr. 20. §§. 6. sq. 12. sq. fr. 23. §. 1. fr. 25. §§. 2. sqq. de hered. pet. 5. 3. Praecipiunt, Aiunt, Loquuntur (Aediles.) fr. 1. §. 1. fr. 17. §. 17. fr. 19. §. 5. fr. 23. §. 1. fr. 25. pr. fr. 38. pr. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Memorare. Cf. v. Memoratus. III. **Cn.** Qui dicit, — loquitur de etc. fr. 174. de V. S. 50. 16. Testamento facto, ita locutus est. fr. 28. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 69. pr. fr. 77. §. 3. de legat. II. (31.) Nihil Senatus loqui videtur. Puto tamen et ad eum mentem S. Cti pertinere. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. In edicto Praetoris, — ubi Praetor loquitur de etc. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Loqui omni modo, s. generaliter. Gai. II. 191. IV. 11. Coll. LL. M. I. 12. Pacta conferant, transactiones loquantur. c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12. Optimi quique, — rhetores loquimur et grammaticos. Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. cf. VIII. 18. c. 6. de matern. bon. Qui, abscissis — linguis, suas poenas — loquebantur. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Lorica. *Munimentum pectoris et laterum.* III. **Cn.** Arma alienasse, — loricam, scutum, galeam, gladium. fr. 14. §. 1. de R. M. 49. 16. c. 2. Qu. res export. 4. 41.

Loricatio. *Tectorium, in pavimentis aut parietibus.* III. **Cn.** Viridia, et aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16.

Lorum. §. 1. *Habenae.* III. **Cn.** Ad pollicem adligare [de] loro (sc. mulum.) fr. 27. §. 34. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Scutica e corio.* III. **Cn.** Qui vulneraverit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cecidit. Coll. LL. M. II. 4. cf. fr. 43. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv. Rumpere loris (servum.) fr. 15. §. 39. de iniur. 47. 10.

Lotus. (Partic.) *Lautus.* Cf. v. Lavare. §. 1.

Lubricus. (Adiect.) **§. 1.** *Humectus.* III. **Cn.** Negligentius per lubricum transire. fr. 7. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Inconstans, Fluctuans, Anceps.* I. **Sy.** Infirmitas, Lubricum (aetatis.) fr. 11. §. 5. fr. 18. §. 1. de minor. 4. 4. III. **Cn.** Quidam, propter lubricum consilii sui, — admittendi non sunt ad testimonii fidem. fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. Nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum est. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Lubrico tutelae praeferre (fideicommissi remedium.) fr. 3. §. 3. de usur. 22. 1. Lubricum frustra praetendere. Cod. Greg. II. 2. §. 1. Auctores persuasionis huius, qui lubricas mentes in proprium deflexerant consortium. Th. C. XVI. 7. c. 3. pr. de apostat.

Lucania. *Regio Italiae, in magna Graecia.* III. **Cn.** Vrbicariae regiones, v. Vicinae provinciae, Apulia et Calabria, — Lucania atque Samnium. Th. C. IX. 30. c. 1. sq. Qu. equor. us. Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 1.

Lucellum. *Lucrum exiguum.* II. **Op.** Lucella. — Damna. Th. C. XII. 6. c. 31. de susceptor.

Lucentinus. (Adiect.) *Ad Lucentum, s. Lucentiam, spectans, Hispaniae citerioris oppidum.* III. **Cn.** In Lusitania Pacenses — iuris Italici sunt. Idem ius Valentini et Lucentini [al. Licitani, s. Lisitani] habent. fr. 8. pr. de censib. 50. 15.

Lucerna. *Instrumentum domestici usus, nocturno lumine instructum.* III. **Cn.** Delphicae, — candelabra, lucernae. Paul. III. 6. §. 56. Monumento meo alternis mensibus lucernam accendant, et solemnia mortis peragant. fr. 44. de manum. testam. 40. 4.

Lucide. (Advb.) *Dilucide, Aperte.* III. **Cn.** Quo lucidius intelligi possit haec exceptio, — videamus. fr. 1. pr. de d. m. exc. 44. 4.

Lucidus. (Adiect.) *Perspicuus.* III. **Cn.** Lucidae, et omni ambiguitate segregatae (leges.) c. 9. pr. de natur. lib. 5. 27. Lucidae definitionis compendium adhibere. Nov. Val. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 2.

Lucius. §. 1. *Praenomen Veri Imp., filii adoptivi M. Aur. Antonini.* III. **Cn.** Divi Marcus et Lucius (rescripserunt.) Vatic. §§. 168. 247. — **§. 2.** *Praenomen fictae personae.* III. **Cn.** Si sic adoptavit, — quasi ex Lucio puta filio suo et ex matrefam. eius natus esset. fr. 44. de adopt. 1. 7. Quod N. Negidius pro L. Titio incertum fide sua esse iussit. Gai. IV. 137. Ait Praetor: Quae L. Titius fraudandi causa — fecit. fr. 10. pr. Qu. in fr. cred. 42. 8. cf. fr. 1. pr. de tab. exhib. 43. 5.

Lucrari. *Lucrum facere.* I. **Sy.** Commodum sentire. fr. 3. §. 2. de legat. III. (32.) Lucrum capere, s. facere. Gai. III. 149. fr. 22. fr. 33. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Locupletior esse. fr. 28. de d. m. 4. 3. III. **Cn.** Quantum mihi abest, quantumque lucrari potui. fr.

fr. 13. pr. rat. rem hab. 46. 8. cf. fr. 27. ex qu. c. mai. 4. 6. Et usucapere posse, et fructus et accessiones lucrari. fr. 2. §. 1. de in diem add. 18. 2. Lucrandi animo adprehendere, v. auferre. fr. 5. §. 6. fr. 9. §. 8. de A. R. D. 41. 1. Non debere lucrari ex (alieno damno, v. dolo.) fr. 12. fr. 28. de d. m. 4. 3.

Lucrativus. *Cum lucro coniunctus. Damni, vel oneris, expers.* I. **Sy.** Liberalitas. Lucrativa causa. Th. C. VI. 27. c. 16. §. 3. de agent. in reb. XII. 1. c. 107. c. 173. §. 3. de decurion. Donatio, Lucrativum. c. 19. c. 22. de SS. eccl. 1. 2. Iul. ep. nov. c. 114. §. 510. III. **Cn.** Si partem quis redemit, pars altera ex causa lucrativa accesserit. fr. 4. §. 14. de manum. 40. 1. Non ex lucrativa causa testamento aliquid capit, sed proprium recipere videtur. Paul. IV. 1. §. 1. cf. II. 17. §. 8. Si fundum mihi alienum vendideris, et hic ex causa lucrativa meus factus sit. fr. 13. §. 15. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 17. fr. 19. de O. et A. 44. 7. fr. 83. §. 6. de V. O. 45. 1. Causa, quae prope lucrativam habet adquisitionem. fr. 4. §. 31. de d. m. exc. 44. 4. Haec species possessionis et usucapionis etiam lucrativa vocatur, nam sciens quisque rem alienam lucrifacit. Gai. II. 56. sq. 60. Extrinsecus data pignora lucrativa habeant. Th. C. III. 6. c. 1. si prov. Rect. cf. XIV. 3. c. 10. de pistor. et catab. Quinta pars eius speciei fisco lucrativa vindicetur. Ib. XIV. 22. c. 1. de saccar. Descriptio lucrativa. Iust. C. X. 35.

Lucrifacere. *Lucrari.* I. **Sy.** Lucrum habere. Gai. III. 151. Lucrari. fr. 5. §§. 1. 6. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Solus lucrifacere. — Lucrum communicare. Gai. l. l. Consequetur, ut hac servitute liberetur, et superficiem lucrifaciat. fr. 86. §. 4. de legat. I. (30.) Dos, quam lucrifacit. fr. 6. ad L. Falc. 35. 2. Aqua — tacite lucrifit ab eo, qui ducit. fr. 3. §. 3. de aqua quot. 43. 20. Quocunque modo hereditatem lucrifacturus quis sit. fr. 1. §. 9. si qu. om. c. testam. 29. 4. Lucrifaciendi causa vendere. fr. 4. §. 10. de usurp. 41. 3.

Lucrosus. (Adiect.) *Lucrum adferens.* II. **Op.** Captiosus. Cf. h. v. §. 1. Damnosus. Cf. h. v. Lucrosum esse. — Nocere. fr. 3. §. 1. de tribut. act. 14. 4. III. **Cn.** Quamvis lucrosa sit (sc. hereditas,) nec ullum habeat damnum. fr. 9. §. 3. de auct. et cons. 26. 8. cf. fr. 7. §. 5. de minor. 4. 4. Bona — publicabuntur, aut, si non videantur lucrosa, creditoribus concedentur. fr. 8. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1.

Lucrum. *Commodum, Quaestus.* I. **Sy.** Commodum. Cf. h. v. §. 1. Emolumentum. Cf. h. v. §. 1. Proprium fieri alicuius. Lucro cedere ei fr. 68. §. 1. fr. 69. fr. 70. §§. 1. sqq. de usufr. 7. 1. II. **Op.** Damnum. Cf. h. v. §. 1. Detrimentum. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 9. III. **Cn.** Vt et quaestus et lucri socii sint. fr. 13. pro soc. 17. 2. Sive solvendo sunt bona, sive non sunt, sive damnum habent, sive lucrum. fr. 3. pr. de B. P. 37. 1. Adeo heredi minimum relinquere, ut non expediret heredi, huius lucri gratia totius hereditatis onera sustinere. Gai. II. 226. 254. Neque hereditatis lucrum ad mulierem pertinere, sed — ad fiscum pervenire. fr. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9. Pensare lucrum cum damno. fr. 11. de N. G. 3. 5. Sive ex peculio, — sive ex adventicio lucro, (redemtus sit.) fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. Turpia lucra (heredibus quoque extorqueri.) fr. 5. pr. de calumn. 3. 6. Lucra de fisco captata. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. Lucro cedere (adversario etc.) Gai. IV. 13. cf. Paul. II. 22. §. 1. Suo lucro, non meo commodo studet. fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. Sentire, Facere, lucrum. fr. 6. pr. de off. Praes. 1. 18. fr. 22. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 7. pr. commod. 13. 6.

Luctamen. *Certatio, Iurgium.* I. **Sy.** Conflictus. Cf. h. v. III. **Cn.** Adpellationis — discrimen competenti subire luctamine. Th. C. XI. 30. c. 40. de app. et poen. De proprietate luctamen. Ib. IV. 21. c. 1. pr. Quor. bonor.

Luctari. *Corpore certare cum alio, Lucta contendere.* III. **Cn.** Si quis certet — currendo, saliendo, luctando, pugnando. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5.

Luctuosus. (Adiect.) **§. 1.** *Luctui destinatus.* III. **Cn.** Antequam IX dies luctuosi transeant. Iul. ep. nov. c. 107. §. 376. Luctuosior erit reditus, quam discessus. Th. C. IX. 43. c. 1. §. 2. de sent. pass. — **§. 2.** *Ad mortem propinquorum spectans, liberorum praesertim nostrorum.* II. **Op.** Sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat adquisitum. c. 11. comm. de succ. 6. 59. cf. L. Rom. Burg. Tit. 28. [al. 11.] Matrem novissima laedere voluntate, nec luctuosam ei nec legitimam relinquere portionem. Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam.

Luctus. *Testatio doloris erga mortuos.* III. **Cn.** Nisi impatientia doloris, aut morbi luctusve alicuius, (fecerit.) fr. 38. §. 12. de poen. 48. 19. Luctu feminarum deminuto, tristior habitus, caeteraque hoc genus insignia (remittuntur.) c. 15. ex qu. c. infam. 2. 12. Habere luctum memoriae (patris.) fr. 25. pr. de h. qu. not. inf. 3. 2. Nullus luctus est (sponsi.) fr. 9. §. 1. ib. 3. 2. Tempus luctus. fr. 8. fr. 10. sq. ib. 3. 2.

Lucubratio. *Vigilia.* I. **Sy.** Lucubrationes, Vigiliae (prudentium.) Const. Th. II. de Th. C. auct. Pr. §. 1. (Wck. p. 9.)

Luculentus. (Adiect.) *Dilucidus.* III. **Cn.** Constitutiones, antea confusas, in luculentam ereximus consonantiam. Prooem. Inst. §. 2.

Lucus. *Silva minor, religione sacer.* III. **Cn.** Viae publicae, limites, luci, qui fundum tangunt. fr. 7. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Daphnensis luci in Syria, vel Perseis in Aegypto, arbores. c. 1. sq. de cupress. 11. 77.

Lucusta. Cf. v. Locusta. §. 2.

Ludere. **§. 1.** *Lusum agere.* III. **Cn.** Aleam [al. Alea] ludere. Is, apud quem alea lusum esse dicetur. fr. 26. de iniur. 47. 10. cf. fr. 1. pr. §§. 1. 4. de aleator. 11. 5. Cum pila quidam luderent. fr. 11. pr. cf. fr. 52. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. In eam rem familiae ludere permittitur. fr. 4. pr. cf. fr. 2. de aleator. 11. 5. — **§. 2.** *Irridere, Illudere.* III. **Cn.** Moris esse ludendum, hac lege decernimus. Th. C. II. 4. c. 5. de denunc. v. edit. cf. II. 27. c. 1. §. 6. si cert. pet. de chir.

Ludibriosus. (Adiect.) *Derisorius.* III. ***Cn.*** Ne crebra vel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio. c. 6. de cur. furios. 5. 70.

Ludibrium. **§. 1.** *Ludificatio.* III. ***Cn.*** Ludibrio defraudari (iura.) c. 10. pr. de adopt. 8. 48. Antiquae subtilitatis ludibrium. c. 1. de nudo iure Quir. 7. 25. — **§. 2.** *Dedecus, Prostitutio.* III. ***Cn.*** Si quis servum meum, vel filium, ludibrio habeat. fr. 26. de iniur. 47. 10. Mimae, et qui ludibrio corporis sui quaestum faciunt. Th. C. XV. 7. c. 12. §. 1. de scaenic. XV. 8. c. 1. de lenon.

Ludicrus. (Adiect.) *Iocularis, Lusorius.* II. ***Op.*** Ludicri, — Serii (actus.) Ib. I. 7. c. 3. §. 1. de off. Rect. Pr. III. ***Cn.*** Artis ludicrae, pronunciandive causa (in scaenam prodire.) fr. 1. pr. cf. fr. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2. Si scaenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur. Th. C. XV. 7. c. 4. de scaenic. Quae ipsae, quarumve pater materve artem ludicram fecerit, item corpore quaestum faciens. Vlp. XIII. 1. sq. Paul. V. 26. §. 2. Tab. Heracl. lin. 48. sq. aer. Neap.

Ludificare. *Illudere.* III. ***Cn.*** Cum Titii dolus in re versaretur, ne creditor — pecuniam recipiat, iniquissimum esse ludificari eum. fr. 8. §. 8. Qu. mod. pign. 20. 6. Mora ludificante in longum protrahere (possidentem.) Th. C. X. 13. c. 1. de petitor. et desist.

Ludificatio. *Illusio.* III. ***Cn.*** Moratoriae dilationes, — non tam adpellationes quam ludificationes. Ib. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec. Sine ulla ludificatione (restitui.) c. 6. de pact. int. emt. 4. 54.

Ludificatorius. (Adiect.) *Ad illudendum compositus.* III. ***Cn.*** Vbi fuit (procuratoris) ludificatoria, inanis et nulla persona. Consult. vet. I. Cti. c. 3.

Ludus. **§. 1.** *Ludi, i. e. Spectacula publica.* III. ***Cn.*** Quod ad munus edendum, venationemve, ludos scaenicos, ludos circenses relictum fuerit. fr. 122. pr. de legat. I. (30.) cf. Th. C. VI. 4. c. 2. c. 4. c. 18. c. 33. de Praet. et Qu. Ludorum, vel circensium, vel agonum (origo.) Ib. XVI. 10. c. 3. de pagan. cf. XV. 5. c. 2. pr. de spectac. Commodare ad ludos, et ad caeteras adparationes. fr. 28. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 5. §. 1. commod. 13. 6. Ludos, pecuniamve polliceri. fr. 10. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. — **§. 2.** *Ludus, i. e. Palaestra.* III. ***Cn.*** Quique, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, traditi sint, inve ludum custodiamve coniecti fuerint. Gai. I. 13. Servos in metallum, vel in opus metalli, item in ludum venatorium dari solere. fr. 8. §. 12. cf. §. 11. de poen. 48. 19. Est autem differentia inter eos, qui ad gladium, et eos qui ad ludum damnantur. Coll. LL M. XI. 7. cf. I. 7. Th. C. IX. 18. c. 1. ad L. Fab. — **§. 3.** *Schola.* III. ***Cn.*** Ludi litterarii magister. fr. 1. §. 6. de extr. cogn. 50. 13.

Luere. **§. 1.** *Expiare.* I. ***Sy.*** Inferre (poenam.) fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. ***Cn.*** Capite luendum, vel minore supplicio. fr. 16. §. 4. de poen. 48. 19. Capitis poenas luere. fr. 6. §. 4. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Liberare, Exsolvere.* I. ***Sy.*** Liberare (rem obligatam.) Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Debitum obferre, et pignus suum luere. fr. 7. §. 12. comm. div. 10. 3. cf. Gai. IV. 32. Paul. II. 5. §. 1. Actione ex emto teneatur, ut a creditore lueret, et marito liberum praestaret (sc. praedium.) fr. 52. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Qui vix luere potest (sc. saltum pignori datum,) nedum excolere. fr. 25. de pign. act. 13. 7. Quae pecunia lui praestarique possunt. fr. 9. §. 2. de statulib. 40. 7. Qui ab hostibus redemti sunt, priusquam se luant. fr. 8. de R. M. 49. 16. Ad luendum debitum conveniri. Th. C. II. 4. c. 3. de denunc. v. edit. XI. 30. c. 21. de app. et poen.

Lues. *Calamitas.* III. ***Cn.*** Si qua lue tempestatis, vel alio caeli vitio, damna accidissent. c. 8. de locat. 4. 65.

Lugdunensis. (Adiect.) *Ad Lugdunum pertinens, Galliae Celticae civitatem.* III. ***Cn.*** Lugdunenses [al. Lugdonenses] Galli, item Viennenses in Narbonensi, iuris Italici sunt. fr. 8. §. 1. de censib. 50. 15. Legatus, v. Praeses, provinciae Lugdunensis. Coll. LL. M. XV. 5. Th. C. XI. 3. c. 1. sine censu v. reliqu.

Lugere. **§. 1.** *Luctu prosequi memoriam defuncti.* I. ***Sy.*** Luctum habere (memoriae alterius) Lugere (eum.) fr. 25. pr. §. 1. cf. fr. 23. de h. qu. not. inf. 3. 2. Elugere. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Parentes et liberi, — secundum pietatis rationem et animi sui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi sunt. fr. 23. l. 3. 2. Minor trimo non lugetur, sed sublugetur; minor anniculo neque lugetur, neque sublugetur. Vatic. §. 321. cf. Paul. I. 21. §. 13. Talis (maritus,) quem more maiorum lugeri non oportet. fr. 11. §§. 1. 3. l. l. 3. 2. cf. fr. 35. de relig. 11. 7. — **§. 2.** *Deplorare.* III. ***Cn.*** Sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat adquisitum. c. 11. comm. de succ. 6. 59. c. 6. pr. de bon. qu. lib. 6. 61.

Lugubris. (Adiect.) **§. 1.** *Ad luctus insignia spectans.* III. ***Cn.*** Veste lugubri uti, aut squalida, aut barbam demittere. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. Ipsa die et sumere lugubria, et deponere. fr. 8. de h. qu. not. infam. 3. 2. — **§. 2.** *Tristis.* III. ***Cn.*** Satis est lugubre, videre etc. c. 22. de admin. tut. 5. 37.

Luitio. **§. 1.** *Exsolutio, Liberatio, Redemtio.* III. ***Cn.*** Patre redemto, et ante luitionem defuncto. fr. 15. de captiv. 49. 15. cf. fr. 1. §. 4. de suis et legit. 38. 16. Si res obligata — per damnationem legata sit, luitio ad heredis sollicitudinem spectat. Paul. III. 6. §. 8 — **§. 2.** *Praestatio, Pensio.* III. ***Cn.*** Excusandis pro denum millium modiorum luitione quinquagenis numero iugis. Th. C. XIII. 5. c. 14. pr. de navicul.

Lumen. **§. 1.** *Dies adparens. Lux.* II. ***Op.*** Prospectus. fr. 2. sq. fr. 12. fr. 15. sq. de S. P. V. 8. 2. III. ***Cn.*** Lumen, i. e. ut caelum videretur. fr. 16. l. l. 18. 2. Si tamen id, quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, solem autem auferat. fr. 17. pr. ib. 8. 2. Si, vicino aedificante, obscurentur lumina coenaculi. fr. 25. §. 2. locat. 19. 2. cf. fr. 13. §. 7. fr. 30. de usufr. 7. 1. Cum servitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne ius sit vicino, invitis nobis altius aedificare, atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum. fr. 4. cf. fr. 10. sq.

fr. 15. de S. P. V. 8. 2. Gai. II. 31. cf. Epit. inst. Gaii. II. 1. §. 3. Pateat insuetis horridus carcer aliquando luminibus. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. — **§. 1. A.** *Locus, quo lux diei immittitur, Fenestra.* III. **Cn.** Si aedium ususfr. legatus sit, — et lumina immittere eum posse. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. Eos, qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure fenestras immisisse. fr. 40. de S. P. V. 8. 2. „Lumina, quae nunc sunt, ut ita sint!" — Omne lumen significari, sive quod in praesenti, sive quod post tempus conventionis contigerit. fr. 23. pr. ib. 8. 2. — **§. 1. B.** *Cubiculum, quod unica fenestra illustratur.* III. **Cn.** Ne lumine [al. limine] unico, vel brevi suppellectile, (iniuriis vexentur, sc. tenuis vitae homines.) fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Fax, Lucerna.* III. **Cn.** Tria lumina, ne minus, ibi (sc. in conclavi) sint. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre. 25. 4. Ne piscatores nocte, lumine ostenso, fallant navigantes. fr. 10. de incend. ruina. 47. 9. — **§. 3.** *Claritas, Splendor.* III. **Cn.** Caelestis lumen lavacri. Th. C. XV. 5. c. 5. de spectac. Christum, dei filium, deum de deo, lumen de lumine. Ib. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeretic. Libertatis lumen adspicere. c. 1. §. 5. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 4.** *Visus, Oculi.* I. **Sy.** Lumina, Oculi. Vatic. §§. 238. sq. III. **Cn.** Homo luminibus effossis. fr. 43. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Captus luminibus. Vtrisque luminibus orbatus. Vatic. l. l. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 17. pr. ad municip. 50. 1.

Luminare. (Subst.) *Lucerna, quae in ecclesia accenditur.* III. **Cn.** Qui (sc. modus) ad luminaria, et sacrum ministerium, et custodiam oratorii (sufficiat.) Iul. ep. nov. c. 61. §. 205. cf. Th. C. XV. 1. c. 52. de opp. pub.

Lunaticus. (Adiect.) *Furore laborans, in quem luna agit.* III. **Cn.** Si furiosum aut lunaticum sit (mancipium.) fr. 43. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1.

Lupanar, s. **Lupanarium.** *Locus, in quo meretrices prostant.* III. **Cn.** Si in aliquem locum inhonestum adesse iusserit, puta in popinam vel in lupanarium. fr. 21. §. 11. de rec. qu. arb. 4. 8. Quae in lupanario se prostituit. fr. 43. pr. de R. N. 23. 2. cf. Th. C. XV. 8. c. 1. de lenon. Virorum lupanaria. Coll. LL. M. V. 3.

Lupinus. *Leguminum species.* III. **Cn.** Lupinum et fabam „fruges" potius dici. fr. 77. de V. S. 50. 16. Sub specie alearum, victus lupinis, vel alia quavis materia. c. 1. de aleator. 3. 43.

Lupus. *Quadrupedum rapacium genus.* III. **Cn.** Quod a lupo eripitur, vel alia bestia. fr. 8. §. 2. fam. ercisc. 10. 2. Canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem, aliudve quod noceret animal, (ita habuisse etc.) fr. 40. sqq. de Aed. edict. 21. 1.

Luscitio. *Vitium oculorum.* III. **Cn.** Luscitionem [al. nuscitionem, v. eluscationem] quidam putant (eam esse,) ubi homo lumine adhibito nihil videt. fr. 10. §. 4. l. l. 21. 1.

Luscus. (Adiect.) *Altero oculo orbatus.* III. **Cn.** Si quis claudum puta aut luscum servum occiderit, qui in eo anno integer fuerit. Gai. III. 214.

Lusitania. *Pars Hispaniae, in occidentem et austrum vergens.* III. **Cn.** In Lusitania Pacenses, et Emeretenses, (iuris Italici sunt.) fr. 8. pr. de censib. 50. 15.

Lusitanus. *Incola Lusitaniae.* III. **Cn.** Capti a Lusitanis. fr. 21. pr. de N. G. 3. 5.

Lusor. *Qui ludit.* III. **Cn.** Lusor. — Collusor. fr. 1. §§. 1. sq. de aleator. 11. 5. Tempore, quo alea ludebatur, licet lusor non fuerit, qui quid eorum fecerit. fr. 1. §. 2. l. l. 11. 5.

Lusoriae. *Navigiorum bellicorum species, ad custodiam limitum discurrentium.* III. **Cn.** Castrorum ipsis lusoriarumque [al. luxuriarumque, v. clusuriarumque] — curam refectionemque mandamus. Nov. Th. II. de amb. et loc. limit. I. 24. c. 1. §§. 1. 5. Lusorias limiti Mysiaco — sub hac deputari conditione. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Lusorie. (Advb.) *Fallendi animo.* III. **Cn.** Contra heredem pronunciare non agentem causam, vel lusorie [al. collusorie] agentem. fr. 50. §. 1. de legat. I. (30.)

Lusorius. (Adiect.) *Derisorius, Inanis.* III. **Cn.** Alioquin inane et lusorium Praetoris imperium erit. fr. 7. ne qu. in loco pub. 43. 8. cf. fr. 75. de iudic. 5. 1. Cum possint ei lusoriae minae fieri. fr. 4. pr. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3

Lustralis. (Adiect.) **§. 1.** *Lustro condito confirmatus.* III. **Cn.** Qui lustrali censu Romae — inter cives R. censum profitebantur. Vlp. I. 8. — **§. 2.** *Quovis lustro revertens. Per lustrum continuatus.* I. **Sy.** Quinquennium. Lustrale tempus. Th. C. VIII. 5. c. 36. de cursu pub. III. **Cn.** Lustralis auri (argentive) depensio, s. collatio. Ib. I. 5. c. 14. (Wck.) de off. Prf. Pr. XIII. 1. c. 11. c. 17. sq. 20. sq. de lustr. collat. Lustralis absque interpellatione possessio. Ib. IV. 15. c. 1. de quinqu. praescr.

Lustramentum. *Purgamentum.* III. **Cn.** Pigmentarii, si cui temere — lustramenti causa dederint cantharidas. fr. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Lustrare. *Illustrare, Ornare.* III. **Cn.** Sacri adfatus — purpurea tantummodo inscriptione lustrentur. c. 6. de div. rescr. 1. 23.

Lustrum. **§. 1.** *Quinquennale tempus.* I. **Sy.** Quinquennium. fr. 9. §. 1. fr. 13. §. 11. fr. 24. §§. 2. 4. locat. 19. 2. fr. 89. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Si lustrum forte ab initio fuerat conductioni praestitutum. fr. 13. §. 11. l. 19. 2. fr. 67. §. 5. de furt. 47. 2. fr. 3. §. 6. de iure fisci. 49. 14. Tribus lustris (adsidue militasse.) Th. C. XII. 1. c. 95. de decurion. — **§. 2.** *Sacrificium lustrale.* III. **Cn.** A diversarum religionum hominibus ad lustrorum sacrificia celebranda compelli. Ib. XVI. 2. c. 5. de episc. eccl.

Lusus. (Subst.) **§. 1.** *Ludus.* III. **Cn.** Per lusum iaculantes. fr. 9. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Vinci in aleae lusu. c. 1. c. 3. de aleator. 3. 43. cf. fr. 2. pr. eod. 11. 5. — **§. 2.** *Iocus, Derisio.* III. **Cn.** Si quis sine dolo, — lusus gratia fecit. fr. 3. pr. de servo corr. 11. 3. Noxius, Perniciosus, lusus. fr. 10. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 50. §. 4. de furt. 47. 2.

Lutulentus. (Adiect.) *Impurus, Inquinatus.* III. **Cn.** Prodigium lutulentum. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen.

Lutum. *Terra humore soluta.* III. ***Cn.*** Fimo corrupto aliquem perfundere, coeno, luto oblinere. Paul. V. 4. §. 13.

Lux. §. 1. *Splendor, Claritas.* II. ***Op.*** Christianae religionis lux. — Tenebrae superstitionis. Th. XVI. 8. c. 28. de Iud. cf. XV. 5. c. 5. de spectac. III. ***Cn.*** Pro sapientia ac luce dignitatis suae. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. Testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. Vatic. §. 35. Instructionis luce evidenter adgnosci. Th. C. X. 10. c. 26. de petit. et ultro dat. — **§. 2.** *Dies.* III. ***Cn.*** Quavis hora lucis. fr. 8. de feriis. 2. 12. Qui segetem luce secat. fr. 21. pr. de furt. 47. 2. Palam, luci, (iuranto apud Quaestorem.) Fr. legis iudiciar. (Spangbg. p. 77. cf. p. 75.) — **§. 3.** *Vita.* I. ***Sy.*** In hunc orbem, Ad lucem (devolvi, s. redigi.) c. 3. de posth. hered. 6. 29. III. ***Cn.*** Partui in hoc favetur, ut in lucem producatur. fr. 1. §. 15. de ventre in poss. 37. 9. Ab hac luce subtrahi. Munere lucis excedere. De luce migrare. fr. 13. §. 1. de don. int. V. 24. 1. c. 3. de agent. in reb. 12. 20. Th. C. II. 22. c. 1. de hered. pet. Libertate frui cum lucis auctoribus. Ib. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c.

Luxuria, s. **Luxuries. §. 1.** *Redundantia quaelibet.* I. ***Sy.*** Sublucare arborem. Luxuriem ramorum compescere. Paul. V. 6. §. 13. — **§. 2.** *Incontinentia, Petulantia.* I. ***Sy.*** Deliciae. Cf. h. v. Negligentia crassa, et nimia securitas. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 11. de incend. ruina. 47. 9. III. ***Cn.*** Vt non ex luxuria, sed ex adfectu descendentes causas probent. fr. 16. pr. de man. vind. 40. 2. Luxuria castigata ab expugnatione pudicitiae. Nov. Maior. de adulter. IV. 8. c. 1. — **§. 3.** *Profusio, Prodigalitas.* II. ***Op.*** Honestus modus. — Immoderata luxuria. fr. 40. pr. de damn. inf. 39. 2. III. ***Cn.*** Emere ad luxuriae materiam, unguenta forte. fr. 3. §. 6. de in rem vers. 15. 3.

Luxuriose. (Advb.) *Profuse, Molliter.* III. ***Cn.*** Mulieri, quae lux. vivit, (bonis interdici potest.) fr. 15. pr. de cur. furios. 27. 10. Paul. III. 4 A. §. 6.

Luxuriosus. (Adiect.) *Luxuriae deditus.* III. ***Cn.*** Luxuriosus atque prodigus, aut alias vilis. fr. 11. §. 1. de d. m. 4. 3. Qui a luxurioso, et protinus scorto daturo pecuniam, servos emit. fr. 8. pro emt. 41. 4. cf. fr. 12. §. 11. mand. 17. 1. Si — ita luxuriosa est (sc. mulier,) ut commune lavacrum cum viris libidinis causa habere audeat. c. 11. §. 2. de repud. 5. 17.

Luxus. (Subst.) *Luxuria.* III. ***Cn.*** Quibus flagitiosus luxus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia. Coll. LL. M. V. 3.

Lybia. Cf. v. Libya.

Lycaonia. *Regio Asiae minoris, inter Phrygiam et Galatiam.* III. ***Cn.*** Praeses, v. Praetor, Lycaoniae. Iul. ep. nov. c. 18. §§. 64. sq. c. 120. §. 525.

Lychnus. *Lucerna.* III. ***Cn.*** Tabulae — erga parietem adfixae, aut si similiter cohaerent lychni. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16.

Lycia. *Regio Asiae minoris, inter Pamphyliam et Cariam.* III. ***Cn.*** Quaecunque mihi supersunt in Pamphylia, Lycia. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.) Provincia Lycia. Th. C. IX. 38. c. 9. de indulg. crim.

Lycius. (Adiect.) *Ad Lyciam pertinens.* III. ***Cn.*** Civis Lycius. Ib. c. 9. l. 1.

Lydia. *Asiae minoris regio, Phrygiae vicina.* III. ***Cn.*** Per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum, — ac Phrygiam salutarem etc. Th. C. I. 6. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Vr.

Lympharius. Cf. v. Linteo.

Lytae. *Qui quarto anno iurisprudentiae studio vacant.* III. ***Cn.*** Quia solitum anni quarti studiosos graeco et consueto quodam vocabulo Lytas adpellari. Const. Omnem reip. §. 5.

Macedo. *Nomen improbi foeneratoris,* (qui causam dedit S. Cto de pecunia filiisfam. non credenda.) III. ***Cn.*** Verba S. C. Macedoniani haec sunt: Cum inter caeteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset etc. fr. 1. pr. de S. C. Mac. 14. 6.

Macedonia. *Europae regio,* (habens ab Occ. mare Ionium, ab Or. mare Aegaeum.) III. ***Cn.*** Per Achaiam, Macedoniam, totumque Illyricum. Th. C. VI. 4. c. 11. de Praet. et Qu. Vicarii Thraciae, Ponti, et Asiae, et Macedoniae etc. c. 10. de div. offic. 12. 60.

Macedonianus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad S. C. spectans, quod a Macedone foeneratore nomen invenit.* I. ***Sy.*** S. C., (quo foenerare filiisfam. est prohibitum.) Macedonianum (p. se.) fr. 26. §. 9. fr. 40. pr. de cond. indeb. 12. 6. fr. 14. de R. C. 12. 1. c. 3. c. 5. sq. ad S. C. Mac. 4. 28. fr. 14. eod. 14. 6. III. ***Cn.*** In filiofam. Macedonianum cessare, v. locum habere. fr. 1. §. 3. ib. 14. 6. fr. 47. §. 1. de solut. 46. 3. Exceptio S. C. Macedoniani. fr. 19. ad S. C. Mac. 14. 6. — **§. 2.** *Ad haeresin Macedonii, episcopi Constantinopol., pertinens.* III. ***Cn.*** Vitiorum institutio, — Eunomiana scilicet, Ariana, Macedoniana etc. Th. C. XVI. 5. c. 12. de haeretic. Eunomiani, Ariani, Macedoniani, Pneumatomachi etc. Ib. c. 11. c. 13. c. 59. sq. l. 1.

Macedonicus. (Adiect.) *Ad Macedoniam pertinens.* I. ***Sy.*** Macedonia. Dioecesis Macedonica. Ib. X. 19. c. 7. sq. de metall.

Macerare. *Macie adtenuare, conterere.* III. ***Cn.*** Expulsi — solitudine, quam eligunt, macerentur. Th. C. XVI. 5. c. 62. de haeretic. Cf. IX. 3. c. 6. de custod. reor.

Maceratura. *Maceratio.* III. ***Cn.*** De salinis, alumine, — lini maceratura (tituli.) Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 1.

Maceria. *Paries sub dio positus.* III. ***Cn.*** Paries est, sive murus sive maceria est. fr. 157. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 6. §. 1. fr. 17. comm. praed. 8. 4. Intra maceriam sepulchrorum hortis, vel caeteris culturis, loca pura servata. fr. 73. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Machina. §. 1. *Instrumentum tractorium, vel scansorium, item ad farinam subigendam.*

III. **Cn.** Si servus lapidario commodatus sub machina perierit. fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. cf. fr. 1. §. 8. de mortuo infer. 11. 8. Si servum tibi tectorem commodavero, ut in machina operaretur. — Si, ut de plano opus faceret. fr. 5. §. 7. l. 13. 6. Molae, et machinae, foenum, stipulae, asinus machinarius, machina frumentaria etc. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7. cf. Paul. III. 6. §. 64. — **§. 2.** *Machinatio, Insidiae.* III. **Cn.** Cunctis motionibus [al. molitionibus] et machinis amputatis. Th. C. II. 26. c. 5. (Wck.) fin. regund. Non vita cuiusquam, non dignitas concussa his machinis vacillabit. Ib. IX. 34. c. 5. de famos. libell.

Machinamentum. *Machinatio.* III. **Cn.** Callida machinamenta commeantium, ac simulatae observationis ingenia et fraudes (depellant.) Ib. VI. 29. c. 6. de curios.

Machinari. *Insidiari, Comminisci (fraudes.)* III. **Cn.** Si adversus hostem latronemve quis machinetur. fr. 1. §. 3. de d. m. 4. 3. Machinari, ut — curialium nominationes declinent. Th. C. XII. 1. c. 33. de decurion.

Machinarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad machinam trahendam idoneus.* III. **Cn.** Molae, et machinae, — asinus machinarius, machina frumentaria etc. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7. fr. 60. §. 3. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Modiorum exercendorum, ponderibus adhibitis et machina, peritus.* I. **Sy.** Mensor machinarius. M. qui frumenta modio metiatur. fr. 7. §. 1. si mensor. 11. 6. Th. C. XI. 14. c. 1. de cond. in pub. horr.

Machinarius. (Subst.) *Qui in machina operatur.* III. **Cn.** Si putator, — vel machinarius, hominem praetereuntem occidit. fr. 31. ad L. Aqu. 9. 2.

Machinatio. *Fraus excogitata, Insidiae.* I. **Sy.** Artes. Cf. v. Ars. §. 2. Dolus. Cf. h. v. III. **Cn.** Machinatio quaedam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur et aliud agitur. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. fr. 36. de V. O. 45. 1. Similia admittere, quae non magnam machinationem exigunt. fr. 14. de d. m. 4. 3. Dolosa mens et abscondita machinatio. c. 4. §. 1. de litigios. 8. 37. L. Papia ius antiquum — suis machinationibus et angustiis circumcludens. c. 1. pr. de caduc. toll. 6. 51.

Machinator. *Insidiarum auctor.* II. **Op.** Participes et ministri. — Ipse machinator. Th. C. XVI. 5. c. 53. de haeretic. III. **Cn.** Tantorum scelerum machinatores. Ib. VII. 19. c. 1. §. 2. de Saturian. Harum machinatores praedarum. Ib. X. 24. c. 3. de b. qu. c. disp.

Macies. *Corporis extenuatio.* III. **Cn.** Miseranda macies, et lethalis pereuntium pallor. Nov. Val. III. de parent. qu. fil. II. 33. c. 1.

Mactare. *Ferire.* III. **Cn.** Capitis poena plecti, aut ultimo supplicio mactari. fr. 9. §. 1. de L. Pomp. 48. 9. Competenti animadversione mactari. Th. C. IX. 16. c. 7. de malefic.

Macula. **§. 1.** *Stigma.* III. **Cn.** Maiores poenas et corporales maculas exsecutoribus imponere. c. 3. de sportul. et sumt. 3. 2. — **§. 2.** *Labes, Dedecus.* III. **Cn.** Nascendi decolor macula, aut vita probrosis quaestibus dedita. Nov. Marcian. de matrim. Senator. cf. fr. 5. §. 1. de natal. rest. 40. 11. Clericatus velamine religioni maculam infligere. Th. C. XVI. 5. c. 19. de haeret. Aliquid improbe turpiterque committere, aut libidinis macula forte polluere pudicitiam. Ib. II. 1. c. 3. de iurisd. Potius verecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam videtur adspergere. c. 17. c. 20. ex qu. c. infam. 2. 12. Infamiae, vel turpitudinis, vel levis notae macula adspergi. c. 27. de inoff. testam. 3. 28. cf. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil.

Maculare. **§. 1.** *Inquinare.* I. **Sy.** Tingere manum (sanguine, v. caede.) Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. — **§. 2.** *Contaminare, Dehonestare.* III. **Cn.** Ne patris nota filius maculetur. fr. 2. §. 2. de decurion. 50. 2. cf. c. 3. de iniur. 9. 35. Servili conditione maculatus. c. 24. de episc. aud. 1. 4. Qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti. Th. C. IX. 27. c. 1. ad L. Iul. repet.

Maculosus. (Adiect.) *Turpis, Infamans.* III. **Cn.** Interversorum maculosis sese fraudibus implicare. Ib. X. 1. c. 10. de iure fisci.

Madefactus. (Partic.) *Madidus factus, Adspersus.* III. **Cn.** Terra adsiduis pluviis inundata, parieti eius, qui locaverat, humore praestituto [al. praestito] madefacto, aedificia corruerunt. fr. 57. locat. 19. 2.

Madens. (Partic.) *Madidus, Perfusus.* III. **Cn.** Madente [al. Madens] adhuc filiae cruore, recens a caede, confugit etc. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2.

Madescere. *Madidum fieri.* III. **Cn.** Sterculinum fecerat, ex quo paries madescebat. fr. 17. §. 2. si servit. 8. 5.

Maenaenum. (Adiect.) *Ad singulum castrum spectans,* (intra Palaestinae fines constitutum.) III. **Cn.** Sub Bersabini et Maenaeni castri nomine. Cf. v. Bersabinus.

Maenianum. *Tabulatum extra parietem proiectum,* (ad prospiciendum aptum.) III. **Cn.** „Proiectum" esse id, quod ita proveheretur ut nusquam requiesceret, qualia maeniana [al. meniana, s. moeniana] et suggrunda essent. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. fr. 20. pr. de S. P. U. 8. 2. cf. c. 11. de aedif. priv. 8. 10. Cum quidam velum in maeniano immissum haberet, qui vicini luminibus officiebat. fr. 2. §. 6. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Maevianus. (Adiect.) *Ad Maevium pertinens.* I. **Sy.** P. Maevii, Maeviana (hereditas.) fr. 2. §. 15. de hered. v. act. vend. 18. 4. fr. 27. §§. 9. sqq. fr. 55. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1.

Maevius. *Nomen personae fictae.* III. **Cn.** L. Titius heres esto, cernitoque! — Quodni ita creveris, exheres esto; tum Maevius heres esto! Gai. II. 174. Vlp. XXII. 28. 33. sq. Rogavit Titius, spopondit Maevius. fr. 7. §. 12. de pact. 2. 14. cf. fr. 3. §§. 2. sq. de eo p. qu. fact. 2. 10. Titius, et Maevius, et Seia (communem hereditatem inter se diviserunt.) fr. 35. de pact. 2. 14.

Magica. *Magorum professio.* III. **Cn.** Damnati ex crimine maiestatis, aut magicae. Th. C. IX. 42. c. 2. c. 4. de bon. proscr.

Magicus. (Adiect.) *Ad magiam spectans.*

III. *Cn.* Libri improbatae lectionis, magici forte vel similes. fr. 4. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Magicae artis conscii. Paul. V. 23. §§. 17. sqq. Si quis magus, vel magicis cantaminibus adsuetus. Th. C. IX. 16. c. 6. cf. c. 3. c. 5. de malefic. Nefarias preces, aut magicos adparatus, aut sacrificia funesta celebrare. Ib. c. 7. l. 1.

Magis. (Subst.) *Genus lancis.* III. *Cn.* Magidem commodavit; is, cui commodaverat, pignori eam posuit et fugit. fr. 36. de cond. indeb. 12. 6.

Magis. (Advb.) **§. 1.** *Plus.* I. *Sy.* Quibus praecipua cura rerum incumbit. Qui magis quam caeteri diligentiam et sollicitudinem debent (rebus.) fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Magis magisque (augere.) Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. Multo magis (debere, v. posse.) Gai. IV. 90. fr. 3. de off. Praetor. 1. 14. fr. 10. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 26. de R. I. 50. 17. Quod magis verum est. fr. 63. §. 1. pro soc. 17. 2. Magis [al. maius] delinquere. fr. 5. §. 1. de servo corr. 11. 3. — **§. 2.** *Potius, Amplius.* I. *Sy.* Potius. §. 6. I. de obl. qu. quasi ex contr. 3. 28. III. *Cn.* Sicut voluntatis et officii magis quam necessitatis est, (commodare.) fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Imperii magis est, quam iurisdictionis. fr. 4. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 8. pr. de in ius voc. 2. 4. Quae (sc. ratio) vulgo creditur, — magis speciosa videtur quam vera. Gai. I. 190. Ideo fecisse, ut ipsi magis mulieri quam sibi prospiceret. fr. 6. pr. de cond. c. dat. 12. 4. cf. fr. 29. pr. ad S.C. Vell. 16. 1. Quod magis illius (sc. proprii usus uxoris,) quam communis usus causa paratum esset. fr. 10. pr. de auro arg. 34. 2. Mortis causa donatio est, cum quis habere se vult, [al. magis se vult, v. se mavult,] quam eum, cui donat, magisque eum cui donat, quam heredem suum. fr. 1. pr. de m. c. donat. 39. 6. Tenetur etiam furti, quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui rapit? Gai. III. 209. Ne quis, vexandi magis adversarii causa, — in municipium evocet. fr. 8. §. 5. Qu. satisd. cog. 2. 8. Sunt enim magis in legandis suis rebus — faciliores voluntates. fr. 67. §. 8. de legat. II. (31.) — **§. 3.** *Rationabilius, Verisimilius.* III. *Cn.* Variatum est; sed magis est, ut etc. Paul. III. 1. §. 1. Quaeritur, s. Quaesitum, v. Quaerendum est. — Sed magis (visum, v. intelligendum) est etc. Vatic. §. 206. fr. 7. §. 2. de Senat. 1. 9. fr. 32. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 4. §. 5. de statulib. 40. 7. Videndum est, s. Videamus. — Et magis est, ut etc. (v. Sed illud magis est, quod etc.) fr. 7. de feriis 2. 12. fr. 15 §. 2. de pignor. 20. 1. fr. 72. §. 4. de solut. 46. 3. Et magis est, ne possimus. fr. 1. §. 13. de O. N. N. 39. 1. Dicendum est, magis esse, ut etc. fr. 4. §. 3. de susp. tutor. 26. 10. cf. fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.) Magis dicetur etc. fr. 59. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. cf. Gai. II. 78. De illo Pompon. dubitat, — magisque admittit etc. Vatic. §. 89. Nec illud admittit, — sed magis arbitratur etc. fr. 11. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Respondit, magis id accipi. fr. 89. §. 2. de solut. 46. 3. Et mihi magis videtur. fr. 1. §. 7. de B. P. c. t. 37. 4. cf. fr. 3. de servit. leg. 33. 3. Magis placuit, videri etc. Paul. III. 6. §. 24. cf. Gai. I. 101. III. 145. sq. fr. 13. de iudic. 5. 1. fr. 5. §. 1. de publican. 39. 4. Secundum haec magis opinor. fr. 4. §. 24. de d. m. exc. 44. 4. — **§. 4.** *Quo magis, i. e. Scilicet ut, Ita ut.* III. *Cn.* Cum rescissio, quo magis admittatur (sc. filius,) non quo minus, adhibeatur. fr. 3. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4. Quo minus, non quo magis legatum debeatur, intervenit (sc. ademtio.) fr. 14. pr. de adim. legat. 34. 4. Non eo animo eiiciuntur (sc. res,) quod quis eas habere non vult, sed quo magis [al. quod magis] cum ipsa nave periculum maris effugiat. fr. 9. §. 8. de A. R. D. 41. 1. Cum pupillus esset, reive pub. c. abesset, neque d. m. fecit, fecerit, quo magis reip. c. abesset. Tab. Heracl. lin. 42. sq. aer. Neap. Quod coërcendi heredis causa relinquitur, quo magis heres aliquid faciat, aut non faciat. Gai. II. 235. — **§. 4. A.** *Quo magis, i. e. Quo minus.* III. *Cn.* Nihil prohibet, quo mag. etc. c. 3. de iudic. 3. 1. Non oportuit impediri quo mag. etc. c. 1. Qui dare tut. 5. 34. — **§. 5.** *Non magis, v. Nihilo magis, i. e. Adeo non, Perinde non.* I. *Sy.* Neque, neque. fr. 4. de off. Praetor. 1. 14. fr. 5. de off. Praes. 1. 18. III. *Cn.* Neque enim lex facere potest, ut etc. — non magis quam etc. Gai. III. 194. Latinum facere non potest, nec magis quam civem R. Paul. IV. 12. § 1. cf. Vatic. §. 329. Nec in fructum cedere, non magis quam si etc. fr. 7. §. 12. sol. matrim. 24. 3. Non magis heres reficere debet, — quam si etc. fr. 65. §. 1. de usufr. 7. 1. Non posse, v. fieri, v. teneri etc. — non magis quam etc. Gai. I. 25. II. 244. III. 67. 91. 179. fr. 6. §. 1. de Senat. 1. 9. fr. 9. §. 1. locat. 19. 2. Proximo adgnato non adeunte, (ad) hereditatem nihilo magis sequens iure legitimo admittitur. Gai. III. 22. 28.

Magister. **§. 1.** *Qui negotiis publicis procurandis, vel rei bellicae administrandae, praepositus est.* I. *Sy.* Cui praecipua cura rerum incumbit. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Princeps (agentium in rebus.) Th. C. VI. 27. c. 5. §. 1. c. 6. de agent. in reb. III. *Cn.* His dictatoribus magistri equitum iungebantur. fr. 2. §. 19. de O. I. 1. 2. cf. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Magistri militum, vel Comites domesticorum. Th. C. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron. Magistri equitum et peditum, s. M. utriusque militiae. Ib. VII. 4. c. 24. de erog. mil. annon. VIII. 5. c. 30. c. 43. sq. de cursu pub. Comes, et mag. officiorum. Ib. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. off. VI. 29. c. 10. de curios. VIII. 5. c. 8. pr. de cursu pub. Quaestor atque officiorum magister. Ib. VI. 9. c. 1. de Quaest. mag. offic. Magister Italiae. Ib. I. 15. c. 1. (Wck.) de off. Vicar. Ad magistrum census perferre. Apud eum publicare etc. c. 18. c. 23. de testam. 6. 23. Th. C. XIV. 9. c. 1. de stud. lib. urb. R. Rationales, et magistri privatae rei. Ib. X. 1. c. 2. de iure fisci. XII. 1. c. 14. de decurion. Qui cum honore Comitum, nomine Magistrorum, memoriae praefuerint, vel epistolis, vel libellis. Ib. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. Primicerius notariorum, — ac scriniorum magistri, vel tribuni et notarii. Ib. XI. 18. c. 1. Qu. a praeb. tiron. cf. VI. 11. c. 1. de mag. scrin. — **§. 2.** *Qui rei privatae alterius custos constitutus est et curator.* I. *Sy.* Qui magisterio fungitur (in nave.) Cui cura mandata est (totius navis.) fr. 1. §§. 1. 5. cf. §. 15. de exerc. act. 14. 1. Is, per quem bona veneant. Gai. III. 79. II. *Op.* Exercitor (navis.) Cf. h. v. III.

Cn. Actor civitatis, nec magister universitatis, nec curator bonis consensu creditorum datus. fr. 9. rat. rem hab. 46. 8. cf. fr. 14. de pact. 2. 14. Iubet (sc. Praetor) convenire creditores, et ex eo numero magistrum creari. Gai. l. l. Si mercibus emendis vel vendendis fuerit praepositus (magister.) fr. 1. §. 3. de exerc. act. 14. 1. Caupo, aut magister navis. fr. 14. §. 17. de furt. 47. 2. Quodsi — a magistro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum sit, fr. 11. §. 2. de publican. 39. 4. cf. fr. 13. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 3.** *Praeceptor, Doctor.* I. **Sy.** Praeceptor, Docens. Cf. v. Docere. §. 3. III. **Cn.** Magistri, — item grammatici, et oratores, et medici. fr. 18. §. 30. de mun. et hon. 50. 4. Ludi litterarii magistri. fr. 1. §. 6. de extr. cogn. 50. 13. Magistri studiorum, doctoresque. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof. Si magister in disciplina vulneraverit servum. fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Quae (sc. ornatrices) — apud magistrum fuerunt. fr. 65. §. 3. de legat. III. (32.) Superstitionis magistri pariter et ministri. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret.

Magisteria. *Dignitas magistri (officiorum.)* III. **Cn.** Qui Ex-Quaesturae honore, aut efficaci magisteria, [al. magisterio,] aut Comitiva utriusque aerarii nostri — viguerunt. Ib. VI. 9. c. 2. pr. de Quaest. mag. Cf. Iust. C. c. 1. eod. 12. 6.

Magisterianus. *Officialis magistri officiorum.* III. **Cn.** Sive magisteriani, sive praefectiani (dati sint exsecutores.) Iul. ep. nov. c. 122. §. 528. Cf. Io. Lydus de magistratt. III. 7.

Magisterium. **§. 1.** *Magistri munus.* I. **Sy.** Qui magisterio fungitur. Magister (navis.) Cf. v. Magister. §. 2. Magisteria potestas. Cf. v. Magisterius. III. **Cn.** Praetoriana, vel urbana praefectura, vel militare magisterium. Th. C. VI. 8. c. 1. de praep. S. cubic. Iul. ep. nov. c. 64. §. 216. Proximatus, et comitiva dispositionum, vel magisterium admissionum. Th. C. VI. 2. c. 12. de Senat. et de gleb. — **§. 2.** *Praeceptum, Regula.* III. **Cn.** Alter (sc. codex) — magisterium vitae suscipiet. Ib. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr.

Magisterius. (Adiect.) *Ad magistrum (officiorum, vel militum,) spectans.* I. **Sy.** Magisteria potestas, Magisterium. Th. C. VI. 7. c. 2. de Prf. Pr. VI. 8. c. 1. de praepos. S. cubic. Magisteria (militum) potestas. Magister militum. Ib. VI. 8. c. 1. l. VII. 8. c. 16. de metat. Iust. C. c. 3. pr. ubi Senat. v. Clariss. 3. 24. c. 33. de app. et cons. 7. 62. III. **Cn.** Principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis. Th. C. I. 7. c. 3. (Wck.) de off. mag. mil. Nov. Th. II. de am. mil. fori pr. I. 9. c. 4. pr.

Magistra. *Praeceptrix, Fautrix.* III. **Cn.** Vt posthac magistra falsorum consuetudo tollatur. Th. C. IX. 19. c. 3. ad L. Corn. de fals.

Magistratio. *Magistri schola, v. auditorium.* III. **Cn.** Qui, usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undique discipulos etc. Ib. XIV. 9. c. 3. de stud. liberal. urb. R.

Magistratus. **§. 1.** *Munus eius, cui reip. administrandae cura commissa est.* II. **Op.** Privatus, Singuli. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. fr. 32. de iniur. 47. 10. fr. 176. pr. de R. I. 50. 17. Tempora magistratuum. — Vita privata. Th. C. VI. 9. c. 2. §. 1. de Quaest. mag. off. III. **Cn.** Quinetiam ipsi magistratus per derivationem a *magistris* cognominantur. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. Quod per magistratum publice possit fieri. fr. 176. pr. de R. I. 50. 17. In publicis causis, — velut si magistratum gerat, vel tutor detur. fr. 9. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 2. pr. de R. I. 50. 17. Ante magistratum. — Quamdiu est in magistratu. — Posito magistratu. fr. 17. de iurisd. 2. 1. fr. 32. de iniur. 47. 10. fr. 9. §. 10. de adm. rer. ad civ. 50. 8. — **§. 2.** *Magistratus, i. e. Vrbis Romae magistratus.* III. **Cn.** Magistratus, vel Senator (s. Senatorius ordo.) Gai. III. 225. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Nisi forte sit in aliquo magistratu positus, vel potestate, Cos. forte vel Praetor. fr. 3. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. fr. 1. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 8. de accus. 48. 2. fr. 1. pr. ad L. Iul. repet. 48. 11. Et statum, et dignitatem, in qua fuit, et magistratum, et potestatem videtur retinere. fr. 20. de statu hom. 1. 5. cf. fr. 5. §. 2. de cap. minut. 4. 5. P. R. magistratus, vel provinciae Praeses. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Qui Romae reip. operam dant, — ut sunt magistratus. fr. 5. §. 1. fr. 6. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. Vatic. §. 146. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere. fr. 2. §. 18. de O. I. 1. 2. Origo Quaestoribus creandis antiquissima est, et paene ante omnes magistratus. fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. Plebeii, — Legitimi, magistratus. fr. 2. §§. 19. sq. de O. I. 1. 2. — **§. 2. B.** *Magistratus, i. e. Qui iuri dicundo praeest, vel in urbe vel extra urbem.* I. **Sy.** Qui iuri dicundo praeest, s. iura reddere potest. Ius dicens. fr. 2. §. 13. ib. 1. 2. fr. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. Iudex. Cf. h. v. §. 1. Qui imperium, potestatemve quam habet. fr. 26. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. Praetor, vel in provinciis Procos. Legatusve. Gai. I. 98. sqq. 105. Vlp. I. 7. II. **Op.** Magistratuum (maiorum,) — Principis (sententia.) fr. 18. pr. §. 1. de minor. 4. 4. Apud magistratum, — Sine Praetore (facere.) fr. 81. §. 1. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Qui Romae, vel quasi magistratus vel extra ordinem, ius dicunt. fr. 7. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 12. de off. Praes. 1. 18. Iudicem dare possunt: — Praefectus Vr. caeterique Romae magistratus. fr. 12. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 10. de off. Praes. 1. 18. fr. 15. pr. de re iud. 42. 1. fr. 3. Qu. a quo app. 49. 3. Ne provocatio ab eis, sicut a reliquis magistratibus, fieret. fr. 2. §. 4. de O. I. 1. 2. Magistratus, qui cum publici iudicii habeant exercitionem, lege vel S.Cto delegatam etc. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. Mag., qui imperium habent etc. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Omnibus magistratibus, — secundum ius potestatis suae, concessum est (iurisdictionem suam defendere poenali iudicio.) fr. 1. pr. si qu. ius dic. 2. 3. Quae iure magistratus competunt, (mandari possunt.) fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. Magistratus Cappadociae (Procos. est.) Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. Militares magistratus. c. 17. de iudic. 3. 1. — **§. 3.** *Magistra-*

tus, i. e. Qui in municipio, vel colonia, reip. administrandae aut iuri dicundo praeest. I. **Sy.** Duumvir. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Magistratus P. R., s. Is, qui imperium potestatemque habet. — Magistratus municipalis. fr. 1. pr. fr. 3. fr. 19. §. 1. fr. 20. pr. de tut. et cur. dat. 26. 5. Paul. V. 5 A. §. 1. Praetor, v. Praeses, s. Moderator, Prov. Vatic. §§. 162. sq. 165. sq. fr. 2. §. 23. ad S. C. Tert. 38. 17. c. 18. de iudic. 3. 1. Iudex, Iudicans. Th. C. VIII. 5. c. 1. de cursu pub. XI. 31. c. 1. c. 3. c. 5. de repar. app. III. **Cn.** Qui vel magistratum, vel honorem gerunt. Gai. I. 96. fr. 11. de pollicit. 50. 12. (cf. v. Honor. §. 3.) In municipio — magistratum, aut sacerdotium petere. fr. 1. §. 1. de L. Iul. amb. 48. 14. Paul. V. 30 A. §. 1. Th. C. XII. 1. c. 21. de decurion. Tam primarii curiarum, quam hi qui magistratus gerunt, atque gesserunt. Ib. c. 39. l. l. Possessores, curatores, vel magistratus etc. Ib. V. 13. c. 20. (Wck.) Defensores, ordines, curator et magistratus. Ib. XI. 8. c. 3. §. 1. de superexact. Decurio, vel magistratus, vel Aedilis etc. Paul. V. 4. §. 10. Praesides, et magistratus. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. cf. Paul. I. 3. §. 1. V. 23. §. 9. Magistratus cuiusque loci. fr. 22. de testib. 22. 5. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. Reip., v. Patriae suae, magistratus. fr. 36. ad munic. 50. 1. fr. 6. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Qui magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministeriis. fr. 1. pr. §. 6. fr. 4. de fugitiv. 11. 2. cf. Paul. V. 23. §. 9.

Magnanimitas. *Magnitudo animi.* III. **Cn.** Sublimitas tua, quae magnanimitate sua nostris temporibus proficere iudicat. Nov. Val. III. de princip. agent. in reb. II. 28. c. 1. §. 1.

Magnifacere. *Magni aestimare.* III. **Cn.** Magni enim facient provinciales, servari sibi consuetudinem istam. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si quis, — ne offenderet vel te, vel eum qui te magni faciebat, [al. magnificiebat,] ideo non venerit ad prohibendum. fr. 1. §. 10. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Magnificentia. *Titulus honorarius.* I. **Sy.** Excellentia. Cf. h. v. III. **Cn.** Sublimis, v. Illustris, magnificentia tua, s. vestra. Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M. IX. 27. c. 2. ad L. Iul. repet. X. 6. c. 1. de grege dom. XII. 1. c. 113. de decurion.

Magnificus. (Adiect.) **§. 1.** *Splendidus, Sumtuosus.* III. **Cn.** Vrbes magnifico statu praeditae. Ib. XII. 5. c. 3. Quemad. mun. civ. — **§. 2.** *Titulus superiorum magistratuum, vel potestatum.* I. **Sy.** Gloriosus, Excelsus. c. 17. pr. §. 1. de advoc. div. iudicior. 2. 7. c. 32. §. 5. c. 34. de app. et consult. 7. 62. III. **Cn.** Illustris et magnificae celsitudinis tuae potestas. Th. C. IX. 1. c. 15. de accus. et inscr. Illustres et magnifici VV. Praefecti Pr. c. 8. §. 1. de defens. civit. 1. 55. Magnifici VV., vel patricii, vel consulares, vel praefectorii etc. c. 34. de app. et consult. 7. 62. In criminalibus causis magnificae tuae sedis, et illustrissimae urbicariae praefecturae, nec non etiam V. magnifici magistri officiorum. c. 3. §. 2. ubi Senator. 3. 24.

Magnitudo. **§. 1.** *Amplitudo, Copia.* II. **Op.** Mediocritas (facultatum.) fr. 30. de legat. II. (31.) III. **Cn.** Si id, quod quaeratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut etc. Gai. III. 193. cf. fr. 1. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. Mediae magnitudinis videri. fr. 31. de auro arg. 34. 2. Tumultus, incendia, aquarum magnitudines etc. fr. 23. de R. I. 50. 17. cf. fr. 2. §. 7. si qu. cautt. 2. 11. Longinquitas loci et operis magnitudo (spectanda.) fr. 14. de damn. inf. 39. 2. Ex genere et magnitudine impendiorum (aestimari posse.) fr. 15. de impens. in res dot. 25. 1. — **§. 2.** *Gravitas.* III. **Cn.** Magnitudo et auctoritas (C. viralis iudicii.) c. 12. pr. de petit. hered. 3. 31. Qui ad huius officii magnitudinem adhibentur. fr. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. Facinorum magnitudo. Th. C. IX. 16. c. 4. de malefic. — **§. 3.** *Titulus honorarius.* I. **Sy.** Sublimitas, Excellentia (tua.) Ib. VIII. 7. c. 21. sqq. de div. offic. XII. 1. c. 183. de decurion. XII. 6. c. 5. de susceptor. III. **Cn.** Illustris magnitudo tua iudicibus, officiis, ac defensoribus (eam poenam constituet.) Ib. V. 13. c. 33. (Wck.) VIII. 9. c. 2. de lucr. offic.

Magnopere. (Advb.) *Vehementer, Valde.* III. **Cn.** Etsi magn. me Tuberonis et ratio et auctoritas movet, non tamen a Servio dissentio. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Magn. postulare, v. iubere. c. 1. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Th. C. VI. 29. c. 10. de curios.

Magnus. (Adiect.) **§. 1.** *Grandis, Amplus.* I. **Sy.** Plurimo, Magno (emere, s. redimere.) fr. 33. pr. ad L. Aqu. 9. 2. II. **Op.** Magna, — Minor (possessio.) fr. 5. §. 10. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Parvus. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui magnam partem patrimonii (ei rei contulerunt.) fr. 5. de mun. et hon. 50. 4. Calamitas insignis, vel magna inopia. fr. 10. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. cf. Gai. III. 223. Magna differentia est. Magna quaestio fuit, an etc. Ib. II. 172. III. 149. — **§. 2.** *Gravis.* I. **Sy.** Dissoluta, Magna (negligentia.) fr. 29. pr. mand. 17. 1. fr. 1. §. 5. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Ex magna et iusta (s. idonea) causa. fr. 8. §. 17. de inoff. testam. 5. 2. fr. 4. §. 3. de re iud. 42. 1. Praeterquam si magna causa alienandarum rerum — interveniat. Gai. I. 192. Nisi magna vi cogente fuerit factum. fr. 49. §. 1. ad L. Aqu. 9 2. Nec enim debebant tam magnam rem tam diu reticere. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. Magnam negligentiam placuit in doli crimen cadere. fr. 1. §. 5. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 226. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Superior. Proximo gradu adscendens* (in cognatorum ordine.) II. **Op.** Magnus, — Maior, — Maximus (patruus, v. avunculus etc.) fr. 1. §. 6. fr. 10. §§. 15. sqq. de grad. et adfin. 38. 10.

Magus. (Subst.) *Incantator.* I. **Sy.** Maleficus. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Si quis magus, vel magicis cantaminibus adsuetus, qui maleficus — nuncupatur. Th. C. IX. 16. c. 6. cf. c. 4. de malefic. Paul. V. 23. §. 17.

Maiestas. *Suprema auctoritas* (numinum, vel populi, itemque Principis.) *Dignitas summa* (legum, vel iurisdictionis.) I. **Sy.** Princeps. Augusta maiestas. c. 4. de iure fisci. 10. 1. Nov. Th. II. ne duciani v. limit. I. 2. c. 1. §. 3. Numinis nostri, Maiestatis nostrae (auctoritas.) c. 16. de omni agro des. 11. 58. Vetitum legis. Sanctionis maiestas. Th. C. XII. 1. c. 80. de decurion. III. **Cn.** Non tantum honori per-

personarum, sed et maiestati dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes oportet. fr. 32. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. de fide cath. Ita ad tantam magnitudinem romana maiestas cunctorum numinum favore pervenit. Coll. LL. M. VI. 4. Foedere comprehensum, ut is populus alterius populi maiestatem comiter conservaret. fr. 7. §. 1. de captiv. 49. 15. L. Iulia maiestatis praecipit, eum, qui maiestatem publicam laeserit, teneri. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. cf. fr. 33. de iniur. 47. 10. Quaestio laesae maiestatis. fr. 8. ad L. Iul. mai. 48. 4. Quod ad laesam maiestatem Imperatoris pertinet. c. 7. pr. §. 1. eod. 9. 8. cf. fr. 7. §. 3. l. l. 48. 4. Adpetitae maiestatis crimen. Th. C. IX. 6. c. 2. ne praet. crim. mai. Nec enim calumniandi facultatem ex Principali maiestate capi oportet. Paul. V. 12. §. 8. Eum, qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit. Ib. IV. 5. §. 3. fr. 23. de legat. III. (32.) Scita maiestatis augustae nostrae. Const. Th. II. de Th. C. auct. (Wck. §. 8. p. 11.) Regiae maiestatis est, ut etc. c. 1. ut nemo priv. 2. 16. Vbicunque Praetor, salva maiestate imperii sui salvoque more maiorum, ius dicere constituit. fr. 11. de I. et I. 1. 1. cf. fr. 9. de iurisd. 2. 1.

Maior. (Adiect. compar.) **§. 1.** ***Amplior, Grandior.*** I. ***Sy.*** Pluris, Maioris (pretii.) fr. 26. §§. 4. sq. de cond. indeb. 12. 6. II. ***Op.*** Aequa, — Maiora, — Minora (pondera.) fr. 18. §. 3. de d. m. 4. 3. Vniversae facultates. — Maior pars (hereditatis.) fr. 50. pr. §. 1. fr. 52. §. 1. de re iud. 42. 1. Quilibet, vel unus. — Omnes, vel maior pars. fr. 32. §. 13. de rec. qu. arb. 4. 8. Par (numerus.) fr. 2. de R. V. 6. 1. Minor, Minima (pars, v. summa etc.) Gai. III. 149. IV. 52. fr. 11. §. 1. de iurisd. 2. 1. fr. 4. de I. I. R. 4. 1. III. ***Cn.*** Maiore parte anni possedisse quis intelligitur, — si modo adversarius eius aut paucioribus (diebus,) aut nullis possederit. fr. 156. de V. S. 50. 16. cf. Gai. IV. 150. 160. Paul. V. 6. §. 1. Cum census iam maiore tempore agendus esset. fr. 2. §. 17. de O. I. 1. 2. Tutores dari a Praetore et maiore parte Tribunorum Pl. Vlp. XI. 18. Gai. I. 185. — **§. 2.** ***Gravior, Durior.*** I. ***Sy.*** Graviores, Maiores (mores.) Vlp. VI. 12. sq. Durius habiti (sc. servi,) quam aequum est. Maior asperitas dominorum. Gai. I. 53. fr. 1. §. 2. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Maxima et minor, s. media (capitis deminutio.) Maiores (deminutiones.) Gai. I. 159. sqq. 163. sqq. II. ***Op.*** Maiores, — Leviores, s. Minores (mores, v. usurae etc.) Vlp. l. l. fr. 9. §. 1. de usur. 22. 1. III. ***Cn.*** Atrocem iniuriam, quasi contumeliosiorem et maiorem accipimus. fr. 7. §. 7. de iniur. 47. 10. Maiores, quam statutae sunt, (sc. usurae.) fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. Si quid erit, quod maiorem animadversionem exigat. fr. 11. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Maiori poenae subiici. Gai. III. 193. Cum viris bonis iste metus maior quam mortis esse debeat. fr. 8. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Quem adversa valetudo, vel maioris causae occupatio defendit. fr. 53. §. 2. de re iud. 42. 1. cf. fr. 19. sq. de procur. 3. 3. Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest. Paul. I. 7. §. 7. cf. fr. 5. Qu. met. c. 4. 2. Si maiore casu, cui humana infirmitas resistere non potest, — (rem amiserit.) fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 7. pr. de edendo. 2. 13. — **§. 3.** ***Superior, Potior.*** II. ***Op.*** Magnus, — Maior, — Maximus, (patruus etc.) Cf. v. Magnus. §. 3. Minor (magistratus, v. iudex etc.) fr. 7. §. 22. de interd. et releg. 48. 22. fr. 1. §. 3. de app. et relat. 49. 1. fr. 14. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. Eiusdem imperii esse. — Maius imperium habere (in eadem iurisdictione.) fr. 58. de iudic. 5. 1. Maior, vel aequalis. Cf. v. Aequalis. III. ***Cn.*** Si quis vel parem, vel maiorem iudicem adpellaverit, alium tamen pro alio. fr. 1. §. 3. de app. et relat. 49. 1. Is, qui ad maius auditorium vocatus est. fr. 54. §. 1. de re iud. 42. 1. Flamines maiores. Cf. v. Flamen. Iudaei, et maiores eorum etc. Th. C. XVI. 8. c. 1. pr. de Iud. XVI. 9. c. 3. ne christ. manc. — **§. 4.** ***Provectior aetate, Senior.*** II. ***Op.*** Minor (natu.) Gai. I. 106. fr. 15. §. 3. fr. 16. fr. 40. §. 1. de adopt. 1. 7. fr. 77. §. 21. de legat. II. (31.) fr. 21. §. 5. de ann. legat. 33. 1. III. ***Cn.*** Maior annis XX. fr. 5. §. 1. de statu hom. 1. 5. Maior XXX annorum. Gai. I. 18. 20. sq. Vlp. I. 12. — **§. 4. A.** ***Qui XXV annorum aetatem excessit.*** I. ***Sy.*** Suae, v. Legitimae, v. Maioris, aetatis constitutus. Maior natu quam XXV annis. Maior (XXV annorum.) fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. fr. 48. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 14. pr. de bon. libert. 38. 2. II. ***Op.*** Minor (XXV annis.) fr. 27. pr. l. 3. 5. fr. 3. §. 11. fr. 23. sq. de minor. 4. 4. III. ***Cn.*** Neque reip. c. absentes, neque alii maiores. c. 5. de restit. milit. 2. 51. Quisquis maior aetate, atque administrandis familiarum suarum curis idoneus. Th. C. III. 1. c. 4. de contr. emt. — **§. 5.** ***Maiores, i. e. Anteriores, Antecessores.*** III. ***Cn.*** Vitia possessionum a maioribus contracta (perdurant.) c. 11. de A. v. R. P. 7. 32. — **§. 5. A.** ***Antiqui, Veteres.*** III. ***Cn.*** Maiores nostri (prohibuerunt etc.) fr. 3. pr. de donat. int. V. 24. 1. fr. 5. pr. de iure immun. 50. 6. Quae a maioribus constituta sunt. fr. 20. de LL. 1. 3. cf. fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. More maiorum (institutum.) fr. 9. pr. de L. Pomp. de parricid. 48. 9. Cf. v. Mos. — **§. 5. B.** ***Adscendentes, Parentes,*** (praesertim ulteriores.) II. ***Op.*** Patres. fr. 10. §. 7. de grad. et adfin. 38. 10. cf. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. fr. 3. de interd. et releg. 48. 22. Patronus. — Maiores patroni. fr. 36. de bon. libert. 38. 2. III. ***Cn.*** Pater, vel avus, caeterique maiores. Th. C. VI. 26. c. 1. de prox. com. disp. XII. 1. c. 89. c. 147. pr. de decurion. Paternam frugem, vel maiorum patrimonia (gubernare.) Ib. II. 17. c. 1. pr. de h. qu. ven. aet. Quoiave in fide is erit, maioresve in maiorum fide fuerunt. Fr. L. Serviliae. c. 4.

Maiorinus. (Adiect.) ***Maiori forma cusus (nummus.)*** I. ***Sy.*** Maior, Maiorina (pecunia.) Th. C. IX. 23. c. 1. §. 3. cf. c. 2. si qu. pecun. conflav. Decargyrum. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Pecuniae, quas more solito maiorinas, vel centenionales communes, adpellant. Ib. c. 1. §. 3. l. cf. IX. 21. c. 6. de falsa mon.

Maiuma. ***Ludi genus.*** III. ***Cn.*** Illud vero, quod sibi nomen procax licentia vindicavit, maiumam, foedum atque indecorum spectaculum, denegamus. Ib. XV. 6. c. 2. cf. c. 1. de maiuma.

Maius. (Adiect.) ***Ad mensem spectans, tertium a Martio.*** III. ***Cn.*** Idibus Maiis (debere.) fr.

24. de pecun. const. 13. 5. Pridie, v. Ante, Cal. Maias. fr. 20. de inst. act. 14. 3. fr. 10. de V. O. 45. 1.

Mala. *Gena.* III. **Cn.** Quod A. Agerii pugno mala percussa est. Coll. LL. M. II. 6. cf. fr. 11. pr. de iniur. 47. 10.

Malabathrum. *Planta Syriaca, oleum pretiosum fundens.* III. **Cn.** Species pertinentes ad vectigal: — xylocassia, — malabathrum, aroma Indicum etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Male. (Advb.) **§. 1.** *Perperam, Iniuste, Non idonee.* II. **Op.** Bene, Vtiliter (gerere, v. administrare.) fr. 9. de N. G. 3. 5. fr. 3. pr. ad L. Falc. 35. 2. Deperdita et male contracta, — Integra (nomina.) Cf. v. Integer. §. 2. III. **Cn.** Non male videtur testatus. fr. 3. §. 14. de bon. libert. 38. 2. Certe non male dicetur etc. fr. 1. §. 3. ubi pup. 27. 2. fr. 2. §. 6. de d. m. exc. 44. 4. Sive non degustavit, sive degustando male probavit. fr. 15. de peric. et comm. 18. 6. Quia satis non dederat, et res male administraret. fr. 7. §. 2. de cur. furios. 27. 10. cf. fr. 5. §. 4. de legit. tut. 26. 4. Qui — male dissipant bona. Vlp. XII. 3. Si male pecunia credita sit. fr. 10. §. 7. mand. 17. 1. cf. fr. 18. pr. de hered. pet. 5. 3. Si pecunia detur, ut male iudicetur. fr. 3. de cond. ob turp. c. 12. 5. cf. fr. 28. de cond. indeb. 12. 6. Qui ante diem agit, male agit. fr. 1. §. 4. Qu. dies ususfr. 7. 3. cf. fr. 4. ad S.C. Vell. 16. 1. — **§. 2.** *Improbe, Inhoneste.* III. **Cn.** Filius meus impiissimus, male de me meritus. fr. 48. §. 1. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 31. pr. depos. 16. 3. Male notus (sc. servus,) vel notae extremae. fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. Quem pater male, contra pietatem, adficiebat. fr. 5. si a par. qu. man. 37. 12. cf. fr. 17. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Si male eum conversari videbant. fr. 3. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 3. §. 8. de susp. tut. 26. 10. Male tractare (res.) Male uti (iure nostro.) fr. 24. §. 3. de pign. act. 13. 7. Gai. I. 53.

Maledicere. *Conviciis aliquem lacessere.* III. **Cn.** Testatori maledicere, et infaustas voces adversus eum iactare. fr. 9. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Si leviter percussus sit, vel maledictum ei leviter. fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10.

Maledictum. *Oratio probrosa.* III. **Cn.** Verba impia ac maledicta. Paul. V. 29. §. 1. cf. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Non omne maledictum convicium esse, sed id solum quod cum vociferatione dictum est. fr. 15. §. 11. de iniur. 47. 10. cf. Paul. V. 4. §§. 19. sq.

Maleficium. **§. 1.** *Flagitium, Delictum, Crimen.* I. **Sy.** Delictum, Facinus. fr. 53. sq. pro soc. 17. 2. fr. 2. de Carb. edict. 37. 10. fr. 20. de O. et A. 44. 7. Insidiae. Noxa. Gai. II. 181. fr. 18. §. 1. de iudic. 5. 1. II. **Op.** Ex contractu, — Ex maleficio (teneri etc.) Gai. IV. 80. fr. 18. §. 1. l. 5. 1. fr. 5. §§. 1. sqq. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Proprie ex maleficio obligatum intelligi. Quasi ex maleficio teneri. fr. 5. §§. 5. sq. ib. 44. 7. Quodcunque vi fecisset, quae vis a maleficio non abesset. fr. 20. ib. 44. 7. Ex maleficiis filiorumfam. — noxales actiones proditae sunt. Gai. IV. 75. Quod ex furto, vel ex alio maleficio, quaesitum est. fr. 53. pro soc. 17. 2. Cui ob aliquod maleficium ex lege poenali aqua et igni interdicitur. Gai. I. 128. Male meritus publice, ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, (etiam egestate laborare debet.) fr. 31. pr. depos. 16. 3. — **§. 2.** *Magicae artis exercitium.* III. **Cn.** Reus in homicidii, vel maleficii, vel adulterii, vel veneficii crimine. Th. C. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec. Haruspicinam nullum cum maleficiorum causis habere consortium. Ib. IX. 16. c. 9. sqq. de malefic. Noxiorum codicum, et maleficii crimine conscriptorum, retentator. Ib. XVI. 5. c. 34. §. 1. de haeretic.

Maleficus. **§. 1.** *Facinorosus, Sceleratus.* III. **Cn.** Iniusti et malefici (iudices.) Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. — **§. 2.** *Ad magicam artem pertinens.* I. **Sy.** Maleficiorum labe pollutus. Magicis artibus accinctus, Magus. Maleficae [al. maleficiae] artis reus. Ib. IX. 16. c. 11. de malefic. III. **Cn.** Chaldaei ac magi, et caeteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus adpellat. Ib. c. 4. c. 6. l. l. IX. 38. c. 3. c. 8. de indulg. crim. Indignus militia iudicandus est, qui patrem et matrem — maleficos adpellaverit. fr. 1. §. 3. de obsequ. par. 37. 15.

Malevolus. (Adiect.) **§. 1.** *Favoris et adfectionis expers.* III. **Cn.** In quo maxime maiores donanti succurrisse, — ne amore alterius alter despoliaretur; non quasi malevolos, ne alter locupletior fieret. fr. 31. §. 7. de don. int. V. 24. 1. — **§. 2.** *Improbus, Pravus.* III. **Cn.** Propositum malevolum. fr. 6. de susp. tut. 26. 10. Venenis suis malevolis inficere (universum orbem.) Coll. LL. M. XV. 3.

Maligne. (Advb.) *Malitiose, Improbe.* I. **Sy.** Callide. c. 4. de serv. fugit. 6. 1. III. **Cn.** Maligne circa sanguinem suum inferentes iudicium. fr. 4. de inoff. testam. 5. 2. Si quid mal. interrogasse, aut non dicta retulisse (compererit.) fr. 6. §. 1. de cust. et exh. 48. 3.

Malignitas. *Malitia, Improbitas.* III. **Cn.** Ne ex eius malignitate, vel desidia, (accedat iactura.) c. 11. de pact. conv. tam sup. dote. 5. 14. Seu errore, seu malignitate quorundam (diffamari etc.) c. 5. de ingen. man. 7. 14. Sine aliqua malignitatis interpretatione. Th. C. IX. 42. c. 8. §. 1. de bon. proscr.

Malignus. (Adiect.) *Improbus, Fraudulosus.* III. **Cn.** Qui non callido animo, nec maligno, (rem exposuit.) fr. 71. §. 8. de A. v. O. H. 29. 2. Vt sine ulla maligna suspicione (alatur partus et educetur.) fr. 1. §. 1. ubi pup. 27. 2.

Malitas. *Malum.* III. **Cn.** Metum accipiendum — non quemlibet timorem, sed maioris malitatis [al. mali.] fr. 5. Qu. met. c. 4. 2.

Malitia. *Fraus, Improbitas.* I. **Sy.** Calliditas. Cf. h. v. Captio. c. 1. §. 13. c. 2. §. 22. de vet. iure enucl. 1. 17. Dolus. Cf. h. v. III. **Cn.** Magis errore, quam malitia, (incidisse in poenam.) c. 5. de h. qu. sibi adscr. 9. 23. Vt, si paratus est (tantum dare,) — fiat ei potestas; neque malitiis indulgendum est. fr. 38. de R. V. 6. 1. cf. fr. 4. §§. 13. 26. de d. m. exc. 44. 4. Cum malitia suppleat aetatem. c. 2. si min. se maior. 2. 43. fr. 4. §. 26. l. l. 44. 4.

Malitiose. (Advb.) *Insidiose, Dolose.* III. **Cn.** Et qui malitiose edit, et qui in totum non edit.

fr. 8. pr. de edend. 2. 13. Mal. fecisse quid, v. versatum esse, (in pignore, v. hereditate.) fr. 9. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 67. pr. de legat. I. (30.)

Malitiosus. (Adiect.) *Fallax, Dolosus.* III. **Cn.** Ne a malitiosis ingeniis — aliud tricennium vindicetur (sc. calumniando.) Nov. Val. III. de episc. iudic. II. 35. c. 1. §. 13.

Malle. *Praeferre.* III. **Cn.** Si hoc velim; vel si malim etc. fr. 10. §. 6. mand. 17. 1. Quodsi, cum posset (succurrere,) maluit (relinquere.) fr. 15. §. 35. de damn. inf. 39. 2. Coll. LL. M. VII. 3. Datur et alia facultas reo, ut, si malit, (referat iusiurandum.) fr. 34. §. 7. de iureiur. 12. 2. Si actor malit potius convenire dominum, quam etc. fr. 29. de procur. 3. 3. cf. fr. 35. §. 2. de m. c. donat. 39. 6. Finge, malle eum magis suum consequi, quam etc. fr. 52. §. 10. pro soc. 17. 2. cf. fr. 25. de procur. 3. 3.

Malleatus. (Partic.) *Malleo complanatus.* III. **Cn.** Perscripti libri, nondum malleati vel ornati. fr. 52. §. 5. de legat. III. (32.)

Malleus. *Fabrile instrumentum, ad tundendum.* III. **Cn.** Si faber incudem aut malleum fregerit. fr. 2. §. 1. de L. Rhod. 14. 2.

Malum. **§. 1.** *Incommodum, Calamitas.* III. **Cn.** In servo suo ignoscendum ei, quasi in domestico malo. fr. 1. §. 5. furti adv. naut. 47. 5. Vim facere, et alterutri parti causam malorum praebere. Th. C. IX. 10. c. 1. ad L. Iul. de vi. — **§. 2.** *Flagitium.* I. **Sy.** Piaculum. Ib. IX. 14. c. 1. ad L. Corn. de sicar.

Malus. (Subst.) *Arbor navis, antennas sustinens et vela.* I. **Sy.** Arbor navis. fr. 3. fr. 5. §. 1. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2. fr. 242. pr. de V. S. 50. 16.

Malus. (Adiect.) **§. 1.** *Improbus, Infestus, Pravus.* II. **Op.** Bonae frugi (servus.) fr. 1. §. 4. de servo corr. 11. 3. Sive bonum servum fecerit malum, sive malum fecerit deteriorem. Ib. l. l. Bona, — Mala (fides.) fr. 12. §. 1. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Qui propter nequitiam, malosque mores, flagitiumve aliquod admissum, (mortem sibi consciscere voluit.) fr. 43. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Si quis non mala mente parentis exheredatus sit, sed alia ex causa. fr. 12. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Quae non quidem malo animo, sed malo exemplo, (dedit, sc. medicamentum.) fr. 3. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. cf. fr. 33. de re iud. 42. 1. Dolus malus. Cf. h. v. Mala fides. Cf. v. Fides. §. 2. Quamvis et ipse (sc. servus) in eo malus sit, quod de conditione sua dissimulat. fr. 4. Quib. ad libert. procl. 40. 13. cf. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Excandescere adversus eos, quos malos putat. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. cf. c. 1. si adv. delict. 2. 35. Qui ad compescendos malos homines missus est. fr. 35. §. 5. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 3. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Noxius, Exitiosus.* II. **Op.** Salubris. Cf. h. v. Bonus. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Qui malum carmen incantasset. — Malum venenum. L. XII Tabb. VIII. 25. cf. fr. 9. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 3. §§. 1. sq. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Malo letho periturus insidiis eorum etc. fr. 9. de extr. crim. 47. 11. Vinctum, vel ad malam mansionem extensum, (solvere.) fr. 7. pr. depos. 16. 3. fr. 15. §. 41. de iniur. 47. 10. Qui servo persuadet, — ut amator exsisteret, vel erro, vel malis artibus esset deditus. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3. cf. Th. C. IX. 16. c. 5. de malefic.

Mammilla. *Sphaera dimidiata.* III. **Cn.** Ornamentum mammillarum [al. mamillatum] ex cylindris XXXIV. et tympanis margaritis XXXIV. fr. 32. §. 9. de aur. arg. 34. 2.

Manare. **§. 1.** *Destillare, Defluere.* III. **Cn.** Si aqua sudoribus manando in aliquem primum locum effluere, atque ibi adparere incipit. fr. 1. §. 8. fr. 11. pr. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. cf. fr. 24. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4. — **§. 2.** *Oriri, Descendere, Prodire.* III. **Cn.** Vnde origo manaverit (constituendi officii etc.) fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Ex utraque familia manantes (facultates.) Th. C. VIII. 18. c. 4. de matern. bon. Si aliqua constitutio manasse monstratur. Ib. XI. 30. c. 54. de app. et poen.

Manceps. **§. 1.** *Qui in auctione publica aliquid emit, vel conducit.* I. **Sy.** Conductor (salinarum.) c. 11. de vectigal. 4. 61. Redemtor. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Qui fideiussor exstitit apud mancipem pro colono publicorum praediorum, quae manceps ei colono locavit. fr. 53. locat. 19. 2. Mancipes, qui thermarum exhibitionem Romae curant. Th. C. XIV. 5. c. 1. de mancip. therm. — **§. 2.** *Satellitum, v. Officialium, genus.* III. **Cn.** Muliones et mancipes. Mancipes atque adparitores. Ib. VIII. 5. c. 53. c. 60. de cursu pub. Qui praepositi vocantur, aut mancipes. Ib. c. 35. pr. l. l. Mancipes locorum, s. stationum. Ib. c. 24. c. 65. ib. cf. VI. 29. c. 9. §. 1. de curios. Sciant (sc. negotiatores,) de corpore suo — mancipes eligere. Ib. XIII. 1. c. 17. de lustr. collat. — **§. 3.** *Qui pistrino publico praefectus est.* III. **Cn.** Integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ib. XIV. 16. c. 2. sq. de frum. urb. Const. cf. XIV. 3. c. 18. de pistor. et catab. Io. Lydus de magistratt. III. 7.

Mancipare. **§. 1.** *Mancipatione intervenient alienare. In mancipium alterius conferre.* I. **Sy.** Mancipio dare, Per mancipationem constituere, v. transferre. Gai. I. 140. sq. II. 29. 31. 33. 102. 104. 204. IV. 79. 131. Vatic. §§. 263. sq. Vendere (familiam.) Gai. II. 102. 104. 109. 115. sq. Vlp. XX. 13. III. **Cn.** Si mancipi rem tantum tradiderit, nec mancipaverit. Gai. II. 204. cf. 26. 41. Quae mancipi sunt, usucapta, vel mancipata post, vel antea maiore tempore a vobis anni possessa, (avocari non possunt.) Vatic. §. 293. cf. §. 211. Vlp. I. 16. Tradendo, vel mancipando, vel in iure cedendo legatarii eam (sc. rem) facere. Gai. II. 213. sq. cf. 63. Aliquid mancipare, vel promittere (se daturum.) Vatic. §. 310. cf. Paul. I. 7. §§. 5. 8. Sub conditione cognitor non recte datur, non magis quam mancipatur, aut acceptum vel expensum fertur. Vatic. §. 329. Non enim ipse ususfr. mancipatur, sed cum in mancipanda proprietate deducatur, eo fit etc. Gai. II. 33. cf. Vatic. §. 80. Qui liberum caput mancipatum sibi, vel a parente vel a coëmtionatore, manumisit. Vlp. XI. 5. cf. Gai. I. 117. sq. Filius ter mancipatus, ter manumissus, (sui iuris

fit.) Vlp. X. 1. cf. Gai. I. 132. 135. Mancipatus, i. e. qui in causa mancipii est. Ib. II. 160. cf. I. 123. — **§. 2.** *Mancipis titulo redimere.* III. **Cn.** Qui mancipatum suo nomine vectigal a fisco conducunt. c. 2. Quib. mun. excus. 10. 55. — **§. 3.** *Addicere, Adtribuere.* I. **Sy.** Adgregare. Cf. h. v. Adscribere. Th. C. VI. 4. c. 13. §§. 2. sq. de Praet. et Qu. III. **Cn.** Custodiis mancipentur, et proscriptione damnentur. Ib. IX. 40. c. 19. de poen. cf. IX. 3. c. 4. de cust. reor. Tali praemio mancipetur, ut etc. Ib. X. 11. c. 1. de h. qu. se defer. Ministerio censuali sponte se mancipare. Ib. VIII. 2. c. 4. de tabular.

Mancipatio. **§. 1.** *Alienatio, per aes et libram celebrata.* I. **Sy.** Venditio (imaginaria.) Gai. I. 113. 119. 132. II. 115. sq. 119. 121. Vlp. XX. 9. Mancipium. Gai. II. 102. 141. IV. 79. Coll. LL. M. XVI. 3. Per aes et libram, Per mancipationem (agere.) Gai. II. 102. Vlp. XX. 2. II. **Op.** Traditio. Ib. XIX. 3. 7. Mancipationibus uti. — Apud Praetorem quaerere. Gai. II. 25. III. **Cn.** Mancipatio propria species alienationis est rerum mancipi. Vlp. XIX. 3. Gai. II. 22. 104. Mancipationis, et in iure cessionis, et usucapionis ius (proprium est civium R.) Ib. II. 65. cf. I. 119. Vlp. XIX. 2. Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio etc. fr. 77. de R. I. 50. 17. Familiae mancipatio, et nuncupatio testamenti. Vlp. XX. 9. cf. 3. Sola mancipatione, vel promissione, (perficere donationem.) Vatic. §. 310. sq. cf. 263. Per mancipationem deduci ususfr. potest, non etiam transferri. Ib. §§. 47. 50. Coëmtione in manum conveniunt, per mancipationem. Gai. I. 113. Filius, qui ex prima secundave mancipatione manumittitur. Ib. II. 141. cf. I. 132. III. 6. IV. 79. Vlp. X. 1. XXIII. 3. — **§. 2.** *Emancipatio liberorum.* I. **Sy.** Emancipatio. Paul. II. 25. §§. 2. sqq. Th. C. XV. 14. c. 5. c. 8. de infirm. h. qu. s. tyr.

Mancipatus. (Partic.) Cf. v. Mancipare. §. 1.

Mancipatus. (Subst.) *Mancipum consortium, vel munus.* I. **Sy.** Corpus mancipum. Th. C. VIII. 4. c. 23. de cohortal. VIII. 7. c. 16. §. 2. c. 19. de div. offic. VIII. 8. c. 4. de exsecut. et exact. III. **Cn.** Mancipibus supra lustrale tempus cura non immineat mancipatus. Ib. VIII. 5. c. 36. c. 46. de cursu pub. In aeternum mancipatui, vel susceptioni sociari. Ib. VIII. 4. c. 23. de cohortal. Vilissima quaelibet officia, ac mancipatus quoque, — administrent. Ib. VIII. 7. c. 19. pr. de div. offic.

Mancipi. *Mancipii, s. Mancipationis, patiens.* I. **Sy.** Quae per mancipationem ad alium transferuntur, Mancipi (sc. res.) Gai. II. 22. Vlp. XIX. 3. sq. III. **Cn.** Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt praedia in Italico solo etc. — Caeterae res nec mancipi sunt. Id. XIX. 1. Animalia, quae mancipi sunt, item praedia tam urbana quam rustica, quae et ipsa mancipi sunt. Gai. I. 120. sq. II. 15. sqq. cf. Vatic. §. 259. 313. Mancipatio propria species alienationis est rerum manc. — Traditio propria est alienatio rerum nec manc. Vlp. XIX. 3. 7. sqq. cf. Vatic. §. 47. Gai. II. 26. 41. 204. Si magna causa alienandarum rerum manc. obligationisque suscipiendae interveniat. Ib. I. 192. Vlp. XI. 27.

Mancipium. **§. 1.** *Mancipatio.* I. **Sy.** Mancipatio. Cf. h. v. §. 1. Mancipare, Per mancipationem transferre, Mancipio dare. Cf. v. Mancipare. §. 1. III. **Cn.** Cum nexum faciet mancipiumque. L. XII Tabb. VI. 1. Amico familiam suam — mancipio dabat, eumque rogabat etc. — Qui a testatore familiam accipiebat mancipio. Gai. II. 102. sq. Vlp. XX. 5. Vt eum, qui mancipio accipit, adprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur, necesse sit. Gai. I. 121. cf. 119. III. 167. Qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit, vel in iure cesserit. Ib. II. 59. 87. 204. 220. III. 166. sq. — **§. 2.** *Ius, mancipatione quaesitum.* I. **Sy.** Mancipatus, Qui in causa mancipii est. Ib. II. 160. III. **Cn.** Qui in potestate eorum, vel manu, mancipiove, item quorum in potestate, manu mancipiove erunt. Vatic. §. 300. cf. Gai. I. 49. 109. 116. 142. II. 86. 90. III. 114. Vlp. XIX. 18. XXIV. 23. sq. In eiusdem mancipio esse, cuius et pater sit. Gai. I. 135. Mancipati, mancipataeve, servorum loco constituuntur, adeo quidem ut ab eo, cuius in mancipio sunt, neque hereditatem neque legata aliter capere possint, quam si etc. Ib. I. 123. cf. 140. Si nondum manumissus sit, sed adhuc in causa mancipii. Ib. I. 132. 162. — **§. 3.** *Res, mancipationi obnoxia. Servus.* I. **Sy.** Servus, Serva. Vatic. §. 6. fr. 4. §§. 2. sq. de statu hom. 1. 5. fr. 210. de V. S. 50. 16. Puer. fr. 79. §. 1. ib. 50. 16. Homo. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Mancipia dicta, quod ab hostibus manu capiantur. fr. 4. §. 3. de statu hom. 1. 5. Manente vinculo servitutis si redierit, quae vendidit manum iniiciet, et ex iure concesso mancipium abducet. Vatic. §. 6. Ea mancipia, quae rudia sunt, simpliciora esse et ad ministeria aptiora etc. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 16. §. 3. de publican. 39. 4. Fundus cum omni instrumento rustico et urbano, et mancipiis quae ibi sunt. Paul. III. 6. §§. 43. sq. 47. 52. sq. fr. 84. §. 10. de legat. I. (30.) fr. 41. §. 2. de legat. III. (32.) Th. C. X. 8. c. 1. de bon. vac.

Mancus. (Adiect.) *Qui imbecillitate manus laborat.* III. **Cn.** Si imbecillitate dextrae validius sinistra utitur, — hunc non scaevam, sed mancum esse. fr. 12. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Claudus, aut luscus, aut mancus. §. 9. I. de L. Aqu. 4. 3.

Mandare. **§. 1.** *Committere, Credere, Iniungere.* I. **Sy.** Rogare. Gai. II. 102. sq. Mandatum dare. fr. 46. §. 7. fr. 47. sq. de procur. 3. 3. Iniungere. fr. 17. §§. 5. 7. ad munic. 50. 1. III. **Cn.** Fideicommittere his verbis, — „Rogo, peto, volo, mando, deprecor etc.“ Paul. IV. 1. §. 6. Peto, et mando tibi. fr. 62. §. 1. cf. fr. 1. §. 2. mand. 17. 1. Monstrat magis nomen, quam mandat, tametsi laudet nomen. fr. 2. de proxenet. 50. 14. Commendandi magis, quam mandandi causa (scriptum.) fr. 12. §. 12. mand. 17. 1. Qui accusatorem submittit, aut instigat, aut qui mandat alicui, aut instruit eum ad accusationem capitalem. fr. 1. §. 13. ad S. C. Turp. 48. 16. fr. 2. §. 5. de iure fisci. 49. 14. Mandare, vel ratum habere. fr. 3. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 6. §. 1. de precar. 43. 26. Qui aut detulit, aut mandavit. fr. 18. §. 8. de iure fisci. 49. 14. Vel eius (sc. mors,) qui mandarit, vel eius qui mandatum susceperit. Gai. III. 160. Mulieri, parentive in cuius potestate est, vel ei cui mandatum ab eis est.

— denunciare. fr. 1. §. 1. de agnosc. et alend. 25. 3. Sive apud hostes sit, — vel in regione detineatur, ut neque experiri neque mandare possit. fr. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Aliquid faciendum, v. Res in usus advehendas etc. mandare. Gai. III. 158. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. Omnem iurisdictionem, — De una specie (mandare.) fr. 16. sq. de iurisd. 2. 1. Qui mandat solvi. fr. 56. cf. fr. 34. §. 3. de solut. 46. 3. Mandare, ut (petat, s. agat, v. gerat.) fr. 48. de procur. 3. 3. fr. 3. §. 11. fr. 6. §. 4. fr. 19. c. 2. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Auctor fieri, Decernere, Iubere.* III. ***Cn.*** Edicto D. Severi continetur, quo mandatur ne etc. fr. 3. §. 4. de sepulc. viol. 47. 12. cf. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. Quae — pater noster, et nos ipsi — iussione mandavimus. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeretic. Quae fideiussit, vel fidepromisit, vel mandavit. Paul. I. 9. §. 5. fr. 3. §§. 5. sq. de pecul. 15. 1. Coërcitioni mandare (crimen.) Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 5. de haeret. — **§. 3.** *Cedere, Praestare.* I. ***Sy.*** Cedere (actionem.) Cf. h. v. §. 2. Praestare, Tribuere, (actiones.) fr. 51. de pecul. 15. 1. fr. 2. §. 3. de hered. v. act. vend. 18. 4. II. ***Op.*** Indemnem praestare alterum. Restituere rem. — Mandare actiones. fr. 23. pr. pro soc. 17. 2. fr. 37. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. III. ***Cn.*** Neque mandandae sunt actiones, neque utilis competit. fr. 1. §. 14. de tut. et rat. 27. 3. Mandare eum plane oportebit emtori furti actionem, et condictionem, et vindicationem; et si quid ex his actionibus fuerit consecutus, id praestare eum emtori oportebit. fr. 14. pr. de furt. 47. 2. Pretium magis mandatarum actionum solutum, quam actio, quae fuit, peremta videatur. fr. 76. de solut. 46. 3. Nomen debitoris reliquit (Titio,) eique mandatae sunt actiones ab heredibus. fr. 70. de procur. 3. 3. cf. fr. 34. pr. de legat. III. (32.) Si paratus sit actiones mandare, absolvetur. fr. 51. de pecul. 15. 1. cf. fr. 8. §. 5. mand. 17. 1. fr. 23. pr. pro soc. 17. 2. Mandatis sibi actionibus (convenire debitores.) fr. 53. de pecul. 15. 1.

Mandatio. Cf. v. Traditio.

Mandator. **§. 1.** *Qui mandatum qualecunque alteri iniungit.* I. ***Sy.*** Mandans. Is, qui mandavit. fr. 22. §. 11. fr. 26. pr. §§. 1. sqq. fr. 49. mand. 17. 1. fr. 2. de auro arg. 34. 2. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. Mandatorem habere. Alieno mandato deferre. fr. 1. §. 13. ad S.C. Turp. 48. 16. fr. 2. §. 5. fr. 22. §. 3. de iure fisci. 49. 14. III. ***Cn.*** Mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio, solvitur. fr. 58. pr. cf. fr. 26. pr. fr. 46. mand. 17. 1. Non enim, qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. fr. 20. de h. qu. not. inf. 3. 2. Non ut delator poenae subduceretur, si mandatorem haberet, sed ut mandator quoque, perinde atque si ipse solus detulisset, puniretur. fr. 2. §§. 5. sq. fr. 22. §. 3. fr. 23. sq. de iure fisci. 49. 14. Mandatores caedis, perinde ut homicidae, puniuntur. Paul. V. 23. §. 11. — **§. 2.** *Qui auctor factus est pecuniae alteri credendae.* II. ***Op.*** Principalis debitor, s. reus. fr. 71. pr. de fideiuss. 46. 1. c. 23. eod. 8. 41. III. ***Cn.*** Hic (sc. mandator) velut adfirmator fuit et suasor, ut cum minore contraheretur. fr. 13. pr. de minor. 4. 4. Non potest pro eodem, apud eundem, quis mandator esse. fr. 71. pr. de fideiuss. 46. 1. cf. fr. 58. §. 1. mand. 17. 1. Plures eiusdem pecuniae credendae mandatores. fr. 52. §. 3. cf. fr. 41. §. 1. fr. 60. pr. de fideiuss. 46. 1. Mandator, vel fideiussor. fr. 71. pr. ib. 46. 1. cf. fr. 10. §. 11. fr. 58. §. 1. mand. 17. 1. Paul. II. 17. §. 16.

Mandatorius. (Adiect.) *Ad mandatorem spectans.* III. ***Cn.*** Vel fideiussorio, sive mandatorio, vel quocunque alio nomine, (pro debitore intercedere.) c. 19. c. 22. de fideiuss. 8. 41. cf. c. 15. ad S.C. Vell. 4. 29.

Mandatum. **§. 1.** *Cura commissa, Munus iniunctum.* III. ***Cn.*** Secundum mandata reip., decretum dare (Imperatori.) fr. 36. pr. ad munic. 50. 1. Hoc genus mandati (sc. custodiarum cognitio) extraordinarium est. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 6. de iurisdict. 2. 1. — **§. 2.** *Iussio, Praeceptum (Principis, Rectori provinciae datum.)* III. ***Cn.*** Mandata, et constitutiones, et S.Cta. fr. 3. pr. §. 1. de colleg. et corp. 47. 22. cf. fr. 3. §. 1. de R. N. 23. 2. fr. 2. §. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Mandatis Principalibus, quae Praesidibus dantur, cavetur. fr. 35. de poen. 48. 19. cf. fr. 7. §. 1. de iure patron. 37. 14. Sed et caput mandatorum exstat, quo D. Pius, cum provinciae Asiae praeerat, sub edicto proposuit etc. fr. 6. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. cf. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. fr. 27. §§. 1. sq. de poen. 48. 19. Transmittantur (sc. curiosi,) commonitoriis competentibus atque mandatis instructi, pro administratione tuae sublimitati commissa. Th. C. VI. 29. c. 10. de curios. cf. I. 3. c. 1. de mand. Princ. — **§. 3.** *Contractus privatorum, circa negotia aliena gratis gerenda.* III. ***Cn.*** Negotium mandati. Paul. II. 15. §. 1. Consensu fiunt obligationes in emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Gai. III. 135. fr. 2. pr. de O. et A. 44. 7. Sunt autem b. f. iudicia haec: ex emto vendito, — mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae. Gai. IV. 62. Cf. IV. 182. fr. 6. §. 6. de h. qu. not. inf. 3. 2. Venire in iudicium vel mandati, vel negotiorum gestorum. fr. 17. de N. G. 3. 5. Mandatum, nisi gratuitum, nullum est; nam originem ex officio atque amicitia trahit. fr. 1. §. 4. mand. 17. 1. Ratihabitio mandato comparatur. fr. 152. §. 2. de R. I. 50. 17. Personae, in quibus mandatum non exigimus, s. Qui agere possunt, etsi non habeant mandatum. fr. 40. §. 4. cf. fr. 35. pr. de procur. 3. 3. fr. 3. §. 3. iudicat. solvi. 46. 7. Gai. IV. 84. Quod procurator ex re domini, mandato non refragante, stipulatur. fr. 68. de procur. 3. 3. Fines mandati custodire. — Egredi mandatum. fr. 5. pr. fr. 41. mand. 17. 1. Quoties certum mandatum sit. — Quoties incertum, vel plurium causarum. fr. 46. ib. 17. 1. cf. fr. 1. §. 1. de procur. 3. 3.

Mandatus. (Subst.) *Mandatum.* I. ***Sy.*** Mandatum. fr. 9. comm. div. 10. 3. fr. 5. §. 3. fr. 26. §§. 1. sqq. fr. 32. fr. 49. mand. 17. 1. fr. 30. §. 4. de legat. III. (32.) Gai. III. 156.

Mandragoras. *Circaeum, herbae soporiferae genus.* III. ***Cn.*** Pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, — mandragoram — dederint etc. fr. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Manducare. *Epulari.* I. ***Sy.*** Ad suum con-

vivium adhibere. Manducare cum eo. L. Rom. Burg. 44.

Mane. *Principium diei.* III. **Cn.** Non a mane, sed a sexta diei hora. fr. 2. de ann. legat. 33. 1.

Manere. **§. 1.** *Morari, Stare.* III. **Cn.** Non ita in suo statu et loco manere (sc. arborem,) — propter motum naturalem. fr. 7. de S. P. V. 8. 2. Ne in ipso dei templo — manere, vel vescere, cubare, vel pernoctare liceat. Th. C. IX. 45. c. 3. pr. de h. qu. ad eccl. Vt viatores manere in caupona patiatur (sc. caupo.) fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9. — **§. 1. A.** *Esse.* III. **Cn.** Qui manserit cum masculo. Coll. LL. M. V. 1. Cui adversus fiscum nostrum iurgium manet. Th. C. XI. 30. c. 64. pr. de adp. et poen. — **§. 2.** *Exsistere.* I. **Sy.** Parēre, Comparēre (signa.) fr. 7. de B. P. s. t. 37. 11. II. **Op.** Dilabi (aedificium.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Adparatus rerum diutius mansurarum. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 3.** *Permanere, Remanere, Durare.* I. **Sy.** Permanere, Remanere. Gai. II. 71. sqq. Vlp. XXIII. 7. Paul. IV. 8. §§. 4. 8. fr. 5. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. Constante, Manente (matrimonio.) fr. 8. fr. 33. pr. de don. int. V. 24. 1. II. **Op.** Mutari, s. Immutari. fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. fr. 6 §. 1. Quemad. servit. 8. 6. fr. 13. §. 1. de V. S. 50. 16. Deperire, Perire, Perimi. fr. 2. fr. 6. §. 1. l. 8. 6. Gai. IV. 58. Distrahi, Dirimi, Solvi (societatem etc.) Ib. III. 151. fr. 27. pro soc. 17. 2. fr. 5. de precar. 43. 26. III. **Cn.** Omnia — non solum manere decernimus, verum in exsecutionem plenissimam effectumque deduci. Th. C. XVI. 5. c. 43. cf. c. 52. pr. de haeret. cf. IV. 6. c. 4. (Wck.) de natur. fil. Si cognati quidem esse desierint, in civitate autem maneant. fr. 19. de reb. dub. 34. 5. In suo iure manet (sc. testamentum,) et ideo datae in eo libertates atque legata — suam habent potestatem. fr. 29. §. 2. de inoff. testam. 5. 2. Quae in nominibus erunt, manent in suo statu. fr. 3. pr. pro soc. 17. 2. cf. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 21. pr. de fideiuss. 46. 1. Quae (sc. corpora) in eadem causa dominii manserunt. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.) Res non statim — legatarii efficitur, sed manet heredis eousque, donec etc. Gai. II. 213. Fisco vindicatis hereditatibus, et libertates et legata maneant. fr. 14. de iure fisci. 49. 14. Adhuc heres manet, et ob id creditoribus ipse tenebitur. Gai. III. 85. cf. II. 251. — **§. 4.** *Imminere.* III. **Cn.** Rectores prov. — maneat cura, ut etc. Th. C. VII. 10. c. 1. pr. ne qu. in pal. VIII. 5. c. 36. de cursu pub. Quae (sc. indictiones) senatorium ordinem manent. Ib. VI. 36. c. 1. de equest. dign.

Manes. **§. 1.** *Defunctorum animae.* III. **Cn.** Aedificia manium, — domus defunctorum, (violare.) Th. C. IX. 17. c. 4. de sepulc. viol. Magicis artibus ausi elementa turbare, — manibus accitis audent ventilare etc. Ib. IX. 16. c. 5. de malefic. — **§. 2.** *Inferi.* II. **Op.** Dii superi. — Dii manes. Gai. II. 4.

Mango. *Mancipiorum negotiator.* I. **Sy.** Venaliciarius. fr. 44. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 207. de V. S. 50. 16.

Manicae. *Manibus aptanda vincula.* III. **Cn.** Non ferreas manicas et inhaerentes ossibus (mitti,) sed prolixiores catenas. Th. C. IX. 3. c. 1. de custod. reor.

Manichaei. *Sectatores Manetis haeretici, genere Persae.* I. **Sy.** Persae. Coll. LL. M. XV. 3. III. **Cn.** Manichaei, haeretici, schismatici etc. Th. C. XVI. 5. c. 62. c. 64. de haeret. Eunomiani, Valentiniani etc. — et, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt, Manichaei. Ib. c. 65. §. 2. cf. c. 11. c. 13. c. 38. c. 40. pr. l. l. Coll. LL. M. l. l. Iul. ep. nov. c. 102. §. 364.

Manichaicus. (Adiect.) *Ad Manichaeos spectans.* III. **Cn.** Vel Manichaicus furor, vel pagana superstitio. c. 21. de haeret. 1. 5.

Manifestare. *Ostendere, Declarare.* III. **Cn.** Sin autem hoc incertum est, nec potest nec per subtilitatem iudicialem manifestari. fr. 10. §. 1. de reb. dub. 34. 5. Qui adpellationem non recepit, opinionem suam confestim per relationem manifestare, et causam — litigatori edere debere. fr. 6. de app. recip. 49. 5. Quodsi non adgnoverit, ex postfacto usucapionem processisse manifestatur. fr. 17. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Antequam modus manifestetur. fr. 13. §. 14. de A. E. V. 19. 1. Exhibitis tabulis admissum eius magis manifestetur. fr. 3. §. 6. de tab. exhib. 43. 5. cf. fr. 16. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Ex his verbis manifestatur etc. fr. 5. §. 11. de h. qu. deiec. 9. 3. cf. fr. 1. §. 4. ad S. C. Turp. 48. 16. Quae sint partes Praesidis, ex rescripto D. Pii — manifestabitur. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Iudices adire, et per eos manifestare etc. c. 14. §. 4. de n. num. pec. 4. 30. Iul. ep. nov. c. 71. §. 257. c. 105. §§. 367. 369.

Manifestarius. (Adiect.) *Apertus, Manifestus.* III. **Cn.** Quae ex conventione manifestarii [al. manifestaria, v. manifesta] pignoris nomine teneantur. fr. 9. in qu. c. pign. 20. 2. Cum manifestarium sit etc. Nov. 102. c. 3.

Manifestatio. *Declaratio, Denunciatio.* III. **Cn.** Sola admonitio, et precum intimatio atque manifestatio facta. Iul. ep. nov. c. 105. §. 369.

Manifeste, s. **Manifesto.** (Advb.) *Aperte, Clare.* III. **Cn.** Nisi de his quoque manifeste sensisse testatorem possit ostendi. Paul. III. 6. §. 60. Nisi manifeste is — doceret peti. fr. 243. de V. S. 50. 16. cf. fr. 16. de dote praeleg. 33. 4. Hoc solum quaerendum, an manifeste adpareat etc. fr. 27. §. 2. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 32. §. 14. de rec. qu. arb. 4. 8. Qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut etc. fr. 3. de h. qu. ut indign. 34. 9. Et ut manifestius dicam. fr. 16. de iure codic. 29. 7. Emancipato filio — capitis minutio manifesto accidit. fr. 3. §. 1. de cap. minut. 4. 5.

Manifestus. (Adiect.) **§. 1.** *Deprehensus in re praesenti.* I. **Sy.** Qui deprehenditur (cum furto.) Manifestus fur. fr. 3. pr. §. 2. de furt. 47. 2. Gai. III. 184. Fr. Mas. Sabini I. Cti. Ap. Gell. XI. 18. III. **Cn.** Manifestum, et nec manifestum, conceptum, et oblatum (furtum.) Gai. III. 183. 185. Paul. II. 31. §§. 2. 6. Qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. Gai. III. 192. 194. Poena manifesti furti ex L. XII Tabb. capitalis erat. Ib. III. 189. sq. Paul. l. l. §. 6. Ex furto non manifesto in duplum conveniri. fr. 13.

§. 7. de h. qu. not. inf. 3. 2. — **§. 2.** *Apertus, Clarus.* III. **Cn.** Certum ac manifestum est. c. 16. de procur. 2. 13. Plus quam manifestum est, (non esse etc.) Gai. I. 87. fr. 8. §. 16. de transact. 2. 15. fr. 5. §. 3. si ususfr. pet. 7. 6. Manifestissimum est, (id valere etc.) fr. 48. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 4. de V. O. 45. 1. Etiamsi manifestum sit, — non tamen aliter etc. fr. 46. de hered. inst. 28. 5. Vt iuri manifesto pareatur. fr. 21. rat. rem hab. 46. 8. Manifesti, v. Manifestissimi, iuris est. c. 20. de iure dot. 5. 12. c. 18. de fideicomm. 6. 42. c. 24. de donat. 8. 54. Qui ita legat, — manifestus est dotem quoque relegasse. fr. 3. de dote praeleg. 33. 4. cf. fr. 22. §. 8. sol. matrim. 24. 3. fr. 33. de legat. I. (30.) Vt huiusmodi adnotatione manifesti sint omnibus. c. 10. de aquaed. 11. 42. Quod ut manifestum fiat, opus est etc. Gai. IV. 10. cf. III. 56. Alio modo, quam sermone, manifestum facere. fr. 29. de adopt. 1. 7. Si arbitrium ita pravum est, ut manifesta iniquitas eius adpareat. fr. 79. pro soc. 17. 2. Manifesto argumento comprobare. fr. 64. de hered. inst. 28. 5.

Manilius. *Nomen I. Cti veteris R.* III. **Cn.** Quod Brutus et Manilius putant. fr. 3. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. Exstant volumina scripta [al. inscripta:] „Manilii monumenta.“ fr. 2. §. 39. de O. I. 1. 2.

Manipularius. (Adiect.) *Manipularis, Gregarius.* III. **Cn.** Quod eius, non dicam domesticus, sed manipularius et minister (accepit.) Th. C. IX. 27. c. 3. ad L. Iul. repet.

Mansio. **§. 1.** *Locus ad commorandum, Deversorium,* (cursu publico commeantibus requiem praebens.) III. **Cn.** Curatores ad exstruenda — aedificia publica, sive palatia, — vel mansiones. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4. cf. Th. C. XV. 2. c. 3. de aquaed. Oppidum, aut frequens civitas, mansio denique atque vicus. Ib. VIII. 5. c. 35. pr. de cursu pub. cf. VII. 10. c. 1. pr. ne qu. in pal. man. Praepositi mansionum. Ib. XII. 1. c. 21. de decurion. cf. VIII. 5. c. 23. §. 1. — **§. 1. A.** *Hospitium militare.* III. **Cn.** Tribuni, vel milites, — cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant. Th. C. VII. 1. c. 12. de R. M. — **§. 2.** *Custodiae genus, ad tormenta adhibenda.* III. **Cn.** Si hominem apud se depositum, ut quaestio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum, sequester solverit. fr. 7. pr. depos. 16. 3. fr. 15. §. 41. de iniur. 47. 10. — **§. 3.** *Concursus Venereus.* III. **Cn.** Qui manserit cum masculo mansione muliebri. Coll. LL. M. V. 1.

Mansitare. *Habitare, Degere.* III. **Cn.** In quo (sc. vico) noscitur mansitare. c. 16. de episc. et cler. 1. 3.

Mansuefactus. (Partic.) *Domitus.* III. **Cn.** Si mansuefacta (sc. animalia fera) emitti ac reverti solita sunt. fr. 4. de A. R. D. 41. 1.

Mansuetudo. **§. 1.** *Lenitas animi.* III. **Cn.** Acerbioribus legum aculeis vindicare, nisi nos mansuetudo — temperaret. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1. — **§. 2.** *Titulus honorarius, Principi ipsi adtributus.* I. **Sy.** Tranquillitas (nostra.) Th. C. I. 2. c. 6. c. 8. de div. rescr. III. 9. c. 1. si sec. nups. mul. XI. 30. c. 31. sq. de app. et poen.

Mansuetus. (Adiect.) *Mansuefactus.* III. **Cn.** Leo mansuetus, vel alia (sc. bestia) dentata mansueta. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Quod nec mansuetae, nec ita clausae fuerint (sc. apes.) Coll. LL. M. XII. 7. Cervos ita quidam mansuetos habent, ut etc. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1.

Manuale. *Liber ad gerendum aptus.* III. **Cn.** Pauli lib. II. manualium, (ex tribus.) Vatic. §. 45. Cf. Hommel palingenes. II. 118. sqq.

Manuarius. (Adiect.) *Qui manibus contrectari potest.* II. **Op.** Iumentarius. Cf. h. v.

Manubiae. *Spolia hostium.* I. **Sy.** Depraedatio. c. 6. §. 5. de modo mulctar. 1. 54. III. **Cn.** Ex barbarorum praeda, et ereptis manubiis. Th. C. V. 4. c. 2. (Wck.) de bon. milit.

Manu-captus. (Partic.) *Vi bellica occupatus.* II. **Op.** Concessus hostibus devictis (ager.) fr. 16. de A. R. D. 41. 1.

Manu-coeptus. Cf. v. Manus. §. 2. B.

Manu-factus. Cf. Ib.

Manumissio. *Liberatio alicuius a potestate, vel mancipio, auctore eo, cuius iuri subiectus erat.* I. **Sy.** Datio libertatis. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Libertates, Manumissiones. Th. C. XV. 14. c. 13. de infirm. h. qu. s. tyr. Liberari manumissione, Liberari (p. se.) Gai. I. 13. 15. 17. sq. Vlp. I. 12. III. **Cn.** Posteaquam iure gentium servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Minor XXX annorum servus manumissione potest civis R. fieri, si etc. Gai. I. 21. cf. 18. sq. 38. sq. Vlp. I. 12. 14. Is, cuius etiam ante manumissionem ex iure Quiritium fuit. Vlp. XI. 19. Manumissionis iure ad patronos pertinere posse (sc. bona liberti.) Gai. III. 56. Iusta ac legitima manumissione liberari, i. e. vindicta, aut censu, aut testamento. Ib. I. 17. Vlp. I. 6. §. 1. I. de libertin. 1. 5. Manumissio per lictores hodie — expediri solet. fr. 23. de manum. vind. 40. 2. cf. fr. 1. §. 1. de off. Cos. 1. 10. Vna mancipatione manumissioneque sui iuris fiunt (sc. caeteri liberi.) Vlp. X. 1. Manumissione legitimam tutelam nactus (sc. parens.) Gai. I. 175.

Manumissor. *Manumittens.* I. **Sy.** Is, qui manumittit, v. manumisit. Gai. I. 139. fr. 20. Qui et a qu. man. 40. 9. Patronus. Gai. III. 56. sqq. Coll. LL. M. XVI. 9. fr. 28. pr. de bon. libert. 38. 2. II. **Op.** Testatoris, s. Eius, qui libertatem reliquit, — Manumissoris (libertus.) Vlp. II. 8. fr. 17. §. 8. ad munic. 50. 1. III. **Cn.** Manumissor eiusmodi nihil iuris (ut) patronus adversus personam modo liberti consequitur. Vatic. §. 225. Et ad ipsum patronum, et ad alterius patroni heredem simul pertinent (sc. bona Latinorum,) pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent. Gai. III. 60. sq. cf. 56. 58. Ne illud quidem (sc. requirimus,) an patronum creditoremve manumissor habeat. Ib. I. 139. Legitimus tutor pater, idemque manumissor. c. 5. de d. m. 2. 21. cf. fr. 4. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15.

Manumissus. (Partic.) *Liber, v. Sui iuris,*

factus, intercedente manumissione. I. **Sy.** Liber, Manumissus (esse.) fr. 22. de statu hom. 1. 5. In libertate, s. Libertatis tempore, (gerere, s. administrare.) fr. 17. de N. G. 3. 5. II. **Op.** Manui et potestati suppositus esse. — Manumissus potestate liberari. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Manens in potestate patris. fr. 1. §. 2. si a par. qu. man. 37. 12. III. **Cn.** Manumissum (sc. servum) modo civem R. modo Latinum fieri dicemus. Gai. I. 16. cf. 13. 15. 18. 29. 31. 35. III. 75. Ancilla, — deinde manumissa civis R. facta. Ib. I. 88. sq. Vlp. V. 10. fr. 5. §. 3. fr. 22. de statu hom. 1. 5. Neque manumissis, vel legatariis, (actiones suae ademtae.) fr. 3. pr. de transact. 2. 15.

Manumittere. §. **1.** *Manumissionem qualemcunque celebrare.* I. **Sy.** Manumissione liberare, Libertatem dare. Gai. I. 13. 15. 17. sq. 40. Vlp. I. 12. Liberum facere, Liberare (servum.) Gai. I. 43. sqq. Vlp. I. 24. Paul. IV. 12. §§. 1. sqq. fr. 32. de d. m. 4. 3. Liberum esse iubere (testamento.) Vlp. I. 6. 9. 14. 20. sqq. 24. III. **Cn.** Ab intestato (sc. heredes facti,) forte quod sui heredes defuncto sumus, vel adgnati, vel quod manumissimus defunctum, quodve parens noster manumiserit. fr. 3. de hered. pet. 5. 3. Inter virum et uxorem donatio non valet, nisi certis ex causis, i. e. mortis c., divortii c., servi manumittendi gratia. Vlp. VII. 1. Paul. II. 23. §. 2. Sive tradatur, — sive usucapiatur, — sive manumittatur, (non perdat spem orcini liberti.) fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. Manumitti, aut alienari. Paul. II. 31. §. 8. Venire iubentur ea conditione, ut ne in urbe Roma — serviant, neve unquam manumittantur. Gai. I. 27. Liberti, qui legitime vindicta, censu, aut testamento, nullo iure impediente, manumissi sunt. Vlp. I. 6. Gai. I. 44. 138. Quoquo modo manumissi. Id. I. 15. Vlp. I. 11. Apud concilium causam probare, et ita postea inter amicos manumittere. Gai. I. 41. Vlp. I. 18. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut vel heres rogetur manumittere, vel legatarius. Gai. II. 263. Vlp. II. 7. Ter mancipatus, ter manumissus. Ib. X. 1. Gai. I. 132. — §. **2.** *Vindicta libertatem impertire servo.* I. **Sy.** Vindicta liberare. fr. 22. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Et manumitti, et in adoptionem dari posse (apud Procos. etc.) fr. 36. §. 1. de adopt. 1. 7. fr. 2. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Emancipari, et manumitti posse (apud magistratus municipales etc.) Paul. II. 25. §. 4. cf. fr. 2. de off. Praes. 1. 18. Si forte Praeses Prov. manumiserit, vel tutorem dederit etc. fr. 17. ib. 1. 18. Apud Praesidem Pr., concilio adhibito, manumittere. fr. 15. §. 5. de manum. 40. 1. fr. 6. fr. 19. de manum. vind. 40. 2. Gai. I. 18. sq. 38. Vlp. I. 12. sq. Manumittere volentibus concilium praebere. fr. 1. pr. de off. Cos. 1. 10. Nomina edere, et manumittere. fr. 1. §. 1. l. 1. 10. Vindicta manumitti apud magistratum. Vlp. I. 7. 12. sq. — §. **3.** *Per emancipationem dimittere potestate patria.* I. **Sy.** Potestate dimittere filium. Patria potestate liberare. fr. 28. de adopt. 1. 7. fr. 107. de V. O. 45. 1. Emancipare. Cf. h. v. III. **Cn.** Manumitti apud eos (sc. Procoss.) possunt, tam liberi quam servi. fr. 2. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Sicuti pater filium manumisisset, quamvis ut manumissor B. Pnem accipiat. fr. 4. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. fr. 5. §. 2. ad S. C. Tertull. 38. 17.

Manupretium. *Merces, quae pro artificis opera penditur.* III. **Cn.** Pro lapide et manupretio [al. manus pretio] dominus redemtori in pedes singulos VII dabit. fr. 30. §. 3. locat. 19. 2. cf. fr. 13. §. 1. de V. S. 50. 16.

Manus. §. **1.** *Extrema brachii pars, digitis instructa.* III. **Cn.** Manibus, aut pedibus, aut qua alia parte corporis. fr. 38. de V. S. 50. 16. Quibus collo, vel capite, vel manibus (mulieres ornantur.) Paul. III. 6. §. 84. Cui digitus de manu aut de pede praecisus sit. fr. 10. §. 1. cf. fr. 14. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. Manuum amissione truncandi. Nov. Maior. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. §. 1. Illotis, ut ita dixerim, manibus. fr. 1. de O. I. 1. 2. Quod mittitur manu. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. Frumenta manu sata. fr. 40. §. 3. fr. 80. pr. de contr. emt. 18. 1. Res mobiles — non plures (sc. mancipari possunt, quam quot manu capi possunt.) Vlp. XIX. 6. Vt manibus occupantis nihil subiiciatur. Gai. III. 193. Conserere manus. Cf. h. v. — §. **2.** *Factum praesens. Actus corporalis.* I. **Sy.** Corpore, Manu sua, (damnum dare.) fr. 29. §. 2. fr. 37. pr. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Omnia manu a regibus [al. manu regis] gubernabantur. fr. 2. §. 1. de O. I. 1. 2. Suis manibus quis deiiciat, an vero per alium? fr. 1. §. 12. de vi et vi arm. 43. 16. cf. fr. 7. §. 5. de iurisd. 2. 1. fr. 1. §. 1. de eo. p. qu. fact. 2. 10. Cessent — rapaces officialium manus. Th. C. I. 16. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. cf. IX. 27. c. 5. ad L. Iul. repet. Finge, non exstare venditorem; — an porrigi manus ad emtorem debeant? fr. 13. §. 4. de hered. pet. 5. 3. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. 1. cf. fr. 14. §. 1. de relig. 11. 7. Adquisita mihi, et quodam modo manu longa tradita (sc. pecunia.) fr. 79. de solut. 46. 3. Brevi manu accipere (rem.) fr. 43. §. 1. de iure dot. 23. 3. Prae manu, s. Ad manum, non habere (pecuniam etc.) fr. 27. de pign. act. 13. 7. fr. 19. §. 5. ad S. C. Vell. 16. 1. Quod per manus traditum est. fr. 10. de iure codic. 29. 7. — §. **2. A.** *Violentia, Vis arbitraria.* I. **Sy.** Manus inferre, Vi facere, Vitam finire. fr. 43. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 7. §§. 3. 5. sqq. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 45. §. 2. de iure fisci. 49. 14. Resistere, Obiicere, s. Opponere, manus. c. 5. eod. 10. 1. Fr. de I. F. §. 15. II. **Op.** Per Praetorem, — Per manum, s. Manu, (prohibere.) fr. 6. §. 1. si servit. 8. 5. fr. 5. §. 10. de O. N. N. 39. 1. fr. 50. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Quolibet prohibentis actu, vel manum opponentis, lapillumve iactantis. fr. 20. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. Qui adhibita vi, et quasi manu, causam mortis praebuisset. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Impetu (sc. delinquitur,) cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur. fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 1. fr. 5. pr. de iniur. 47. 10. Contumeliis adficere (sc. parentes,) vel impias manus eis inferre. fr. 1. §. 2. de obsequ. parent. 37. 15. Manu militari, officio iudicis (ab eo possessio transfertur.) fr. 68. de R. V. 6. 1. fr. 3. pr. ne vis fiat ei. 43. 4. Manu iniecta retrahi. Th. C. VII. 22. c. 7. de fil. militar. IX. 45. c. 3. de h. qu. ad eccl. Quae vendidit, manum iniiciet, et ex iure

iure concesso mancipium abducet. Vatic. §. 6. fr. 9. de serv. export. 18. 7. fr. 20. §. 2. de manum. 40. 1. Lege agebatur: — per manus iniectionem. Gai. IV. 12. cf. 21. 23. sqq. Qui agebat, sic dicebat: — „ob eam rem ego tibi HS. X millium iudicati manus iniicio!" et simul aliquam partem corporis eius prendebat, nec licebat iudicato manum sibi depellere, et pro se lege agere. Ib. IV. 21. 24. sq. — **§. 2. B.** *Opera, Opus artificis.* II. **Op.** Quod ex naturali causa, — Quod manu (fit.) fr. 28. de S. P. V. 8. 2. Naturalis, — Manu factus (agger etc.) fr. 20. §. 1. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. §. 1. fr. 2. §. 5. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 1. §§. 7. sq. de flumin. 43. 12. III. **Cn.** Cum quis manu fecerit, quo aliter flueret (sc. aqua,) quam natura soleret. fr. 1. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ad perfectum manu coeptum perducere. Th. C. XV. 1. c. 31. §. 1. de opp. pub. Qui manu victum rimantur. Ib. XIII. 1. c. 10. de lustr. collat. cf. Ep. Inst. Gaii. II. 1. §. 7. — **§. 2. C.** *Scriptura propria, Scriptum, Cautio.* I. **Sy.** Scriptura. Th. C. II. 27. c. 1. §. 1. si cert. pet. de chir. Iul. ep. nov. c. 34. §. 121. Cautio, Manus emissa. fr. 15. de probat. 22. 3. II. **Op.** Manu sua scribere. — Dictare. fr. 15. pr. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. c. 1. sqq. de h. qu. sibi adscr. 9. 23. III. **Cn.** Significet libello manu sua subscripto. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. cf. fr. 62. §. 1. mand. 17. 1. fr. 29. de testam. tut. 26. 2. Reddere Praetori (sc. litteras,) ut subnotet sua manu etc. Vatic. §. 163. Testamento facto, manu sua ita cavit. fr. 37. §. 6. de legat. III. (32.) cf. fr. 26. §. 1. de pignor. 20. 1. fr. 6. §. 2. de codicill. 29. 7. Manu divina. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 7. Nov. Maiorian. de ortu imper. IV. 1. c. 1. Suam manum fateri, v. negare. Th. C. II. 27. c. 1. §. 4. cf. §. 1. si cert. pet. de chir. Iul. ep. nov. l. l. — **§. 3.** *Custodia.* III. **Cn.** Quae (sc. columbae) si manu refugiunt, domi tamen fugiunt. Coll. LL. M. XII. 7. Quando fugit quidem (sc. servus) a b. f. possessore, adhuc autem nondum sub manibus domini sui fuerat constitutus. c. 21. de furt. 6. 2. — **§. 3. A.** *Potestas mariti in uxorem, quae matrimonio solemni copulata ei est.* III. **Cn.** Quos in potestate, manu, mancipiove habemus. Gai. II. 86. 90. 96. III. 114. 163. cf. I. 49. 109. 116. 142. Vatic. §. 300. cf. §. 298. Vlp. XIX. 18. XXIV. 23. sq. Si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, sive etiam uxor, quae in manu nostra sit etc. Gai. III. 199. 221. sq. cf. 40. sq. 1. 109. Quem adrogaverimus, si quam in manum, ut uxorem, receperimus. Gai. II. 98. III. 82. 84. Vlp. XXIII. 3. Coll. LL. M. XVI. 6. Filiafam., et quae in manu est. Gai. III. 114. Cum enim haec quod ad sacra tantum videatur in manu esse, quod vero ad caetera perinde habeatur, atque si in manum non convenisset, — nec interest an in viri sui manu sint, aut extranei. Ib. I. 136. Ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit. Ib. III. 3. cf. Vlp. XXII. 4. Coll. LL. M. XVI. 2. Quae per in manum conventionem apud patrem nostrum iura filiae consecuta est. Gai. III. 14. cf. 24. II. 159. — **§. 3. B.** *Potestas in omnes, qui iuri nostro subiecti sunt.* I. **Sy.** Potestas. §§. 6. sq. I. Qu. mod. ius pot. solv. 1. 12. c. 6. de emanc. 6. 49. III. **Cn.** Manui et potestati suppositus. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Postquam manu paterna — fuerint liberati. c. 1. §. 2. de ann. exc. 7. 40. — **§. 4.** *Multitudo, Coetus (hominum.)* III. **Cn.** Numerosa incolarum manus (sedes quaesivit externas.) Th. C. X. 10. c. 25. de petit. et ultro dat. Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserint. Paul. V. 31. §. 2. Qui noctu, manu facta, — templum irrumpunt. Ib. V. 19. §. 1. fr. 6. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Si quid manu commiserint. fr. 3. de off. Praes. 1. 18. Ferro, conducta manu, facere. Paul. V. 18. §. 2. Adhibita manu, — per vim (aedificare.) fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2.

Mappa. **§. 1.** *Pannus cretatus, in quo aliquid inscriptum est.* III. **Cn.** Aereis tabulis, vel cerussatis, aut linteis mappis (scripta proponatur lex.) Th. C. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop. — **§. 2.** *Velum, quo ludorum committendorum signum dabatur.* III. **Cn.** In sexta in circum procedat (sc. Cos.) et faciat mappam. Iul. ep. nov. c. 98. §. 359.

Marcelliani. *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Eunomiani, Valentiniani, — Marcionistae, [al. Marcianistae,] Borboriani, — Marcelliani, — Manichaei. Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret.

Marcēre. *Languere.* III. **Cn.** Si quos iudices torpore marcentes, desidiae somniis oscitantes etc. Ib. I. 5. c. 9. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Marcia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Lex Marcia adversus foeneratores (sc. constituit legis actionem,) ut, si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. Gai. IV. 23.

Marcionistae. *Sectatores Marcionis, haeretici.* Cf. v. Marcelliani.

Marcus. *Praenomen Aurelii Antonini Imp.* I. **Sy.** D. Pius. Marcus Aurel. Ant. §. 2. I. de vulg. subst. 2. 15. c. 1. de impub. et al. 6. 26. III. **Cn.** Marcus Imp., s. D. Marcus. fr. 1. in qu. c. pign. 20. 2. fr. 67. §. 10. de legat. II. (31.) fr. 24. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. D. Aug. Marcus. Vlp. XX. 10. XXII. 34. D. Marci, prudentissimi Principis, oratio. c. 11. de h. qu. ut indign. 6. 35. D. Pius decrevit, et a Marco — rescriptum est. fr. 1. §. 3. de lib. exhib. 43. 30. D. Marcus et L. Verus, s. D. Marcus et Lucius Impp. (rescripserunt.) Vatic. §§. 168. 247. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. fr. 11. §. 23. de legat. III. (32.) Principum Marci et Commodi constitutio. fr. 8. ex qu. c. mai. 4. 6. Imp. M. Antoninus et Commodus filius, s. D. Marcus cum filio suo (rescripsit.) fr. 38. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. D. Marcus pater constituit. c. 2. de impub. et al. 6. 26.

Mare. *Magna illa aquarum salsarum colluvio.* II. **Op.** Fluvius. Cf. h. v. In fluminibus, — In mari (enata insula.) fr. 17. pr. de legat. III. (32.) cf. fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Aër, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris. fr. 2. §. 1. de D. R. 1. 8. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. Ne quid in mari, inve litore, quo portus, statio, iterve navigio deterius fiat. fr. 1. §. 17. de flumin. 43. 12. cf. fr. 3. §. 1. ne qu. in loco pub. 43. 8. Quae terra marique, vel ex hostibus, capimus. fr. 3. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 44. de A. R. D. 41. 1. Mandare, — ut certa regione, et certo mari negotietur. fr. 1. §. 12. de

exerc. act. 14. 1. Apud rubrum mare (et crescit et coalescit concha) fr. 19. §. 18. de auro arg. 34. 2. Per mare adplicare, s. in eam provinciam venire. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quive aberit, quive trans mare erit. Fr. L. Serviliae c. 8. cf. c. 7. fr. 3. §. 12. de Carbon. edict. 37. 10. fr. 3. §. 9. de susp. tut. 26. 10. In mare profundum iactare, v. praecipitare. fr. 9. pr. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Paul. V. 24. §. 1.

Margarita, s. **Margaritum.** *Vnio.* III. ***Cn.*** Margarita, si non soluta sunt, vel qui alii lapides. — Quodsi adhuc sint rudes lapilli, vel margaritae, vel gemmae. fr. 25. §. 11. cf. fr. 19. §. 18. de auro arg. 34. 2. Lapis universus, margarita, sardonyx, ceraunium etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae et smaragdi legato cedunt. Paul. III. 6. §. 88. Inaures, in quibus duo margaritae elenchi. — Linea margaritarum. fr. 32. §§. 7. sq. de auro arg. 34. 2. fr. 26. pr. ad L. Falc. 35. 2.

Margo. *Extrema alicuius rei ora.* III. ***Cn.*** Tabulas — ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur. Paul. V. 25. §. 6.

Maria. *Virgo mater Iesu Christi.* III. ***Cn.*** Sancta atque gloriosa virgo, dei genitrix Maria. c. 8. §§. 1. sq. de S. trinit. 1. 1. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Marina. (Subst.) *Nomen mulieris.* III. ***Cn.*** Marina [al. Mariana] et Ianuaria aestimabunt. fr. 47. §. 1. de adm. et per. 26. 7.

Marinus. (Adiect.) *Ad mare spectans.* I. ***Sy.*** Maritimus. Cf. h. v. Ad mare sufficiens, Marina (navis.) fr. 1. §§. 6. 12. de exerc. act. 14. 1. II. ***Op.*** Fluviatilis. Cf. h. v. Terrestris, — Marina (bestia.) fr. 44. de A. R. D. 41. 1.

Maritalis. (Adiect.) *Ad maritum, vel matrimonium, pertinens.* I. ***Sy.*** Mariti (substantia etc.) c. 6. §. 2. de sec. nupt. 5. 9. Adfectione uxoris (habere mulierem.) Maritalis honor et adfectio. fr. 3. §. 1. fr. 32. §. 13. de don. int. V. 24. 1. fr. 31. pr. de donat. 39. 5. III. ***Cn.*** Qui — offensam aegrae mulieris maritali sermone placaverat. fr. 3. si qu. aliqu. test. prohib. 29. 6. c. 3. eod. 6. 34. Quam (sc. vindictam) maritali dolore percussus deposcis. c. 15. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Quae (sc. res) liberis — ex occasione maritali adquisitae sunt. c. 11. comm. de succ. 6. 59.

Maritare. *Nuptiis copulare.* III. ***Cn.*** L. Iulia de maritandis ordinibus. Cf. v. Iulia. §. 8.

Maritimus. (Adiect.) *Ad mare constitutus. Marinus.* I. ***Sy.*** Marina, Maritima (tempestas.) fr. 2. §. 6. si qu. cautt. 2. 11. c. 3. de naut. foen. 4. 33. Nautica, Traiecticia, Vsuris maritimis mutua data (pecunia.) fr. 1. sqq. fr. 6. fr. 8. sq. de naut. foen. 22. 2. II. ***Op.*** Terrestria, — Maritima (portoria.) Plebisc. de Thermens. II. 69. sq. Mediterranea, — Maritima (civitas.) Th. C. XI. 1. c. 22. de annon. et tribut. III. ***Cn.*** Insulae maritimae. Praedia maritima. fr. 11. fr. 27. pr. de instr. leg. 33. 7.

Maritus. *Iustus coniux.* I. ***Sy.*** Vir. Gai. I. 111. 115. h. fr. 6. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 2. §. 1. fr. 13. §§. 4. sqq. fr. 14. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Vir et uxor. Mariti. fr. 1. fr. 3. pr. fr. 52. pr. §. 1. de don. int. V. 24. 1. II. ***Op.*** Vxor. fr. 5. §. 1. de bon. damnat. 48. 20. Sponsus. fr. 4. de fundo dot. 23. 5. fr. 11. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Extraneus. Cf. h. v. §. 3. Inter maritos. — Inter exteros. fr. 52. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Iure mariti, — Iure publico (accusare.) fr. 40. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. ***Cn.*** Tam uxor, quam maritus. fr. 15. §. 3. Qu. satisd. cog. 2. 8. cf. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. Vxoris, vel mariti (avus etc.) fr. 146. de V. S. 50. 16. Si maritus pro muliere se obligavit. Vlp. VII. 3. Quae (sc. mulier) cum marito suo facit coëmtionem, ut apud eum filiae loco sit. Gai. I. 114. Manus mariti. Cf. h. v. §. 3.A. Permittitur ei (sc. civi romanae) causam erroris probare, et ita filius quoque et maritus ad civitatem R. perveniunt. Gai. I. 68. Si quid mulier, — maritum auctorem esse iubet (sc. lex,) aut filium eius puberem. Ib. I. 193. Mortuo secundo marito, materfam. facta (dotem reciperaverat.) fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.) Si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit. Vlp. VI. 7. Quodsi pater non sit, apud maritum remanet (dos profecticia.) Ib. VI. 4. cf. fr. 5. pr. de bon. damnat. 48. 20. fr. 240. de V. S. 50. 16.

Marmor. **§. 1.** *Lapis pretiosior, durus ac solidus.* I. ***Sy.*** Lapis, Saxum. Cf. v. Lapis. §. 1. Metallum marmoreum. Th. C. X. 19. c. 13. sq. de metall. III. ***Cn.*** Secandorum marmorum ex quibuscunque metallis (facultas.) Ib. c. 1. l. 1. Cum, si marmor legatum esset, nihil praeter rudem materiam demonstratum videri posset. fr. 78. §. 4. fr. 100. §. 1. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Opus marmoreum.* III. ***Cn.*** Picturarum et marmorum, et caeterarum voluptariarum rerum, impensae. fr. 39. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 34. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 7. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Signorum, vel marmorum, vel columnarum (materiae.) Th. C. XV. 1. c. 14. eod. IX. 17. c. 2. pr. c. 4. de sepulc. viol. In marmor, vel vestem collocandam (impensa facta.) fr. 14. §. 4. de relig. 11. 7.

Marmorarius. *Artifex elaborandi et poliendi marmoris.* III. ***Cn.*** Statuarii, musivarii, aerarii, ferrarii, marmorarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Marmoreus. (Adiect.) *Qui est e marmore.* I. ***Sy.*** Marmor. Metallum marmoreum. Cf. v. Marmor. §. 1. III. ***Cn.*** Imagines argenteae, item marmoreae. fr. 6. §. 2. de auro arg. 34. 2. Statuae marmoreae, — item omne marmor (legatum.) fr. 100. §. 1. de legat. III. (32.) Crustae marmoreae. fr. 17. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Lapidicinae marmoreae. Cf. v. Lapidicinae.

Maroci. *Africae gens.* III. ***Cn.*** Indici leones, — item Marocorum lana, [al. pecorum lana, v. lana (p. se pos.)] fucus, capilli Indici. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Mars. **§. 1.** *Deus, belli praeses.* III. ***Cn.*** Iupiter Tarpeius, Apollo Didymaeus, Mars in Gallia etc. Vlp. XXII. 6. — **§. 2.** *Certaminis fortuna.* III. ***Cn.*** Lis suo Marte decurrat, s. percurrat. c. 13. §. 9. de iudic. 3. 2. c. 12. §. 2. de R. C. 4. 1.

Martialis. (Adiect.) *Ad Martem spectans.* III. ***Cn.*** Flamines Martiales. Cf. v. Flamen.

Martius. (Adiect.) **§. 1.** *Qui a Marte nomen invenit.* III. ***Cn.*** Campus Martius. Cf. v. Campus. Pridie Idus Martias. — V. Nonas Martias. — Ante Cal. Martias. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. fr. 58. pr. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Bellicus.* III. ***Cn.*** Qui castrorum expertes habentur, nec in hostem Martio aere caluerunt. Th. C. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron.

Martyr. *Qui sanguine suo Christo divinitatis testimonium dedit.* III. ***Cn.*** Apostolorum, vel martyrum, sedes. Th. C. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol. Nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Ib. c. 7. l. 1. Si quis in nomine S. martyris hereditatem — reliquerit. Iul. ep. nov. c. 119. §. 515.

Martyrium. *Templum martyribus dicatum.* I. ***Sy.*** Sedes martyrum. c. 2. c. 16. de SS. eccl. 1. 2. Th. C. IX. 17. c. 6. sq. de sepulc. viol. III. ***Cn.*** Ecclesiae, vel martyrio, vel clerico etc. — relinquere. Nov. Marcian. de testam. cleric. III. 5. c. 1. §§. 2. sq.

Martyropolis. *Civitas Armeniae.* I. ***Sy.*** Martyropolitana civitas. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29. Iul. ep. nov. c. 39. §. 167.

Martyropolitanus. (Adiect.) *Ad Martyropolin pertinens.* Cf. v. Martyropolis.

Mas. *Vir.* I. ***Sy.*** Vir, Masculus. fr. 1. de R. N. 23. 2. fr. 88. §. 14. de legat. II. (31.) fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. III. ***Cn.*** Mas et femina. fr. 10. §. 1. de reb. dub. 34. 5. fr. 39. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Nec refert, mares istud an feminae faciant, servi an ingenui etc. Paul. V. 13. §. 1. Cognati virilis sexus, per mares descendentes. Vlp. XXVI. 1. Examinanda marium pubertas. c. 3. Qu. tutor. v. cur. 5. 60.

Masculinus. (Adiect.) *Ad mares spectans.* I. ***Sy.*** Virilis. Gai. I. 117. II. 124. 129. 134. sq. c. 8. ad S.C. Vell. 4. 29. II. ***Op.*** Femininus. Cf. h. v.

Masculus. *Mas.* I. ***Sy.*** Virilis, s. Masculini, sexus. Gai. I. 132. 144. II. 124. 129. 134. sq. Vlp. X. 1. XI. 1. Mas. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Tam masculi, quam feminae. Vlp. XI. 1. 8. Gai. I. 109. fr. 152. de V. S. 50. 16. Masculorum nostrorum liberi. fr. 8. de agnosc. et alend. 25. 3. fr. 122. de V. S. 50. 16. Nepotes et pronepotes, caeterique masculi posthumi, praeter filium. Vlp. XXII. 22.

Massa. **§. 1.** *Materia rudis, infecta.* I. ***Sy.*** Materia. fr. 7. §. 7. de A. R. D. 41. 1. Th. C. XII. 6. c. 12. sq. de susceptor. praep. II. ***Op.*** Species. Aurum, vel argentum confectum. Vas. fr. 7. §. 7. l. 41. 1. Paul. III. 6. §§. 85. sq. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. c. 12. depos. 4. 34. Lamna. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Quodsi quis argentum infectum petat, et massam argenteam dicere, et pondus debebit ponere. fr. 19. §. 2. de furt. 47. 2. Quodsi lancem, vel massam (perdideris.) fr. 11. pr. de R. C. 12. 1. Si scyphorum ususfr. legatus sit, deinde massa facta, et iterum scyphi. fr. 36. pr. de usufr. 7. 1. fr. 10. §. 5. Qu. mod. ususfr. 7. 4. In massam obryzae soliditatemque redintegrentur (sc. solidi.) Th. C. l. l. — **§. 2.** *Summa, Cumulus.* III. ***Cn.*** Omnium debitum completur in massam. Ib. l. l. c. 12. cf. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. §. 2.

Mastigophorus. *Flagellifer, Adparitor agonothetae.* III. ***Cn.*** Mastigophori, qui agonothetas in certaminibus comitantur, et scribae magistratus, (personali muneri serviunt.) fr. 18. §. 17. de mun. et hon. 50. 4.

Mater. **§. 1.** *Genitrix.* I. ***Sy.*** Mulier, quae partum edidit. fr. 135. de V. S. 50. 16. cf. fr. 15. de statu hom. 1. 5. III. ***Cn.*** Mater ex alio matrimonio facta. fr. 62. §. 2. de R. N. 23. 2. Partus sequitur matrem. Vlp. V. 9. Mater. — Is, qui in ventre est. Vterus matris. fr. 5. §. 2. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Quae (sc. personae) parentum liberorumve locum inter se obtinent; — velut pater et filia, mater et filius. Gai. I. 59. Pater, et avus, et proavus, et deinceps omnes superiores; sed et mater, et avia, et proavia. fr. 51. de V. S. 50. 16. cf. fr. 1. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Quae (sc. mulieres) pietate necessitudinis ductae ad hoc procedunt, utputa mater, nutrix quoque et avia. fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10. Mater, aut noverca, quae per in manum conventionem apud patrem nostrum etc. Gai. III. 14. 24. Sive eodem patre eademque matre nati fuerint, sive alterutro eorum. Ib. I. 61. III. 10. Paul. IV. 8. §. 15. Qui ex duobus Campanis parentibus natus est. — Si ex patre Campano, matre Puteolana. fr. 1. §. 2. ad munic. 50. 1. Quae ipsae, quarumve pater materve (artem ludicram fecerit.) Vlp. XIII. 1. Si ius liberorum habeat (mater.) Ib. XXVI. 8. Paul. IV. 9. §. 1. — **§. 1. A.** *Cognomen Cybeles.* III. ***Cn.*** Diana Ephesia, mater deorum Sipelensis, quae Smyrnae colitur. Vlp. XXII. 6. — **§. 2.** *Fons, Origo.* III. ***Cn.*** Vrbs Roma, virtutum omnium mater. Coll. LL. M. V. 3. Ipsa (sc. ecclesia) religionis et fidei mater perpetua est. c. 14. pr. de SS. eccl. 1. 2.

Materfamilias, s. **Materfamiliae.** **§. 1.** *Iusta uxor.* I. ***Sy.*** Vxor. c. 5. de don. A. N. 5. 3. c. 18. ad L. Iul. de adult. 9. 9. II. ***Op.*** Concubina. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Paterfam., materfam., filiusfam. etc. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Vt etiam iure legis nepos suus esset, quasi ex — filio suo et ex matrefam. eius natus esset. fr. 44. de adopt. 1. 7. cf. fr. 3. si pars hered. 5. 4. Qui domum suam, ut stuprum adulteriumve cum aliena matrefam. — fieret, sciens praebuerit. fr. 8. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 225. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Mulier honesta, Matrona.* I. ***Sy.*** Ea, quae non inhoneste vixit. Notae auctoritatis femina. fr. 3. pr. de concub. 25. 7. fr. 3. §. 6. de lib. exhib. 43. 30. fr. 46. §. 1. de V. S. 50. 16. Matrona. Gai. III. 220. fr. 1. §. 2. de iniur. 47. 10. II. ***Op.*** Ministra. c. 29. ad L. Iul. de adult. 9. 9. III. ***Cn.*** Mater autem familias significatur non tantum nupta, sed etiam vidua. fr. 10. pr. eod. 48. 5. Matremfam., aut praetextatum, (adsectari.) Gai. l. l. — **§. 3.** *Femina, sui iuris constituta.* I. ***Sy.*** Quae est suae potestatis. fr. 4. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 34. sol. matrim. 24. 3. III. ***Cn.*** Familiarum suarum principes, (sc. sui iuris sunt,) i. e. paterfamiliae, itemque materfamiliae. Vlp. IV. 1. Quae (sc. filia) ut materfam., quasi iure emancipata, vixerat. fr. 25. pr. de adopt. 1. 7. Mortuo secundo marito, materfam. facta etc. fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.) cf. fr. 34. l. 24. 3.

Materia, s. **Materies.** **§. 1.** *Corpus in-*

72*

fectum. Res corporalis rudis. I. **Sy.** Massa. Cf. h. v. §. 1. Species (ferri.) Th. C. X. 22. c. 2. de fabricens. II. **Op.** Species (rerum.) fr. 7. §. 1. de supell. leg. 33. 10. fr. 7. §. 7. fr. 24. de A. R. D. 41. 1. Operae. Gai. III. 147. III. **Cn.** Infectae quidem materiae pondus, signatae vero numerum, factae autem speciem dici oportet. fr. 6. de R. V. 6. 1. cf. fr. 1. §. 40. depos. 16. 3. fr. 19. §. 1. de furt. 47. 2. Vt, qui materiae dominus fuerit, idem eius quoque, quod ex eadem materia factum sit, dominus esset. fr. 7. §. 7. de A. R. D. 41. 1. cf. Gai. II. 79. Vestis, et argenti materia. Coll. LL. M. X. 4. Lapidicinae, vel quae alia metalla — stypteriae, vel cuius alterius materiae. fr. 3. §. 6. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Si marmor legatum, nihil praeter rudem materiam demonstratum? fr. 78. §. 4. de legat. III. (32.) Quod in albo, vel in charta, vel in alia materia, (propositum.) fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. fr. 52. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11. — **§. 1. A.** *Res ad opus exstruendum, vel rem fabricandam, necessariae.* I. **Sy.** Substantia fabricandi. Th. C. IX. 17. c. 3. sq. de sepulc. viol. Omne genus materiae, ex qua aedificia constant. Tignum. Trabes. fr. 14. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. fr. 7. §. 10. de A. R. D. 41. 1. fr. 62. fr. 167. sq. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Neque enim magis de materia caesa, aut de caementis, aut de arena cavendum est venditori, quam de caeteris etc. fr. 17. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Materiam succidere, quantum ad villae refectionem. fr. 12. pr. de usufr. 7. 1. Nec cupressi materiam vendere, vel olivae, non substitutis aliis. fr. 45. §. 13. de iure fisci. 49. 14. Materia pro ligno uti. fr. 12. pr. de usufr. 7. 1. (cf. v. Lignum. §. 1.) Pretium materiae et mercedes fabrorum. fr. 7. §. 12. de A. R. D. 41. 1. Qui prohibet eam materiam convehi, quae aedificio necessaria sit. fr. 1. §. 8. de mortuo infer. 11. 8. fr. 7. §. 12. l. 41. 1. fr. 1. §. 1. de tigno iunct. 47. 3. Marmora, vel alia materia. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. — **§. 2.** *Substantia, Qualitas, rei.* I. **Sy.** Substantia. fr. 9. §. 2. fr. 11. pr. de contr. emt. 18. 1. Genus, Qualitas. fr. 166. pr. fr. 198. de V. S. 50. 16. c. 16. de praed. et al. reb. min. 5. 71. III. **Cn.** Non locus, sed materia (facit urbanum praedium.) fr. 198. l. 50. 16. Quia in corpus consensum est, etsi in materia sit erratum. fr. 9. §. 2. fr. 14. de contr. emt. 18. 1. Quod liquidae materiae sit. fr. 4. pr. de penu leg. 33. 9. Si gemma — fracta sit, si quidem vitio materiae factum sit etc. fr. 13. §. 5. locat. 19. 2. — **§. 3.** *Argumentum. Res, de qua agitur.* III. **Cn.** Quae pars iuris extra propositam quidem materiam videtur. Gai. II. 191. Ad lectionem propositae materiae producere. fr. 1. de O. I. 1. 2. — **§. 4.** *Ratio.* III. **Cn.** Imminui materiam conversationis humanae. Nov. Anthem. de mul. qu. se serv. VI. 1. c. 1. pr. — **§. 5.** *Causa, Occasio.* III. **Cn.** Cum — aes alienum adhibuisset, et saepe materiam peccandi malis moribus praestaret. fr. 1. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 3. §. 6. de in rem verso 15. 3. Haec enim res — materiam gratiae vel ambitionis tribuit. fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. Nisi hoc esset statutum, materia daretur etc. fr. 1. §. 1. naut. caup. 4. 9. fr. 3. pr. de opp. pub. 50. 10. Ea res materiam litis — instaurandae non dabit. fr. 20. pr. de tut. et rat. 27. 3. cf. Th. C. IV. 18. c. 2. de fruct. et lit. exp. Sed materiam praebuit Servio notandi. fr. 3. §. 6. de penu leg. 33. 9.

Maternus. (Adiect.) *Ad matrem spectans, ab eave profectus.* I. **Sy.** Matris, Materna (bona, v. hereditas.) fr. 87. pr. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 81. ad S.C. Treb. 36. 1. II. **Op.** Pater. — Maternum genus. Th. C. XII. 1. c. 51. de decurion. Paternus (avus, v. libertus etc.) Gai. III. 71. fr. 10. §. 13. de grad. et adf. 38. 10. III. **Cn.** Avia, tam paterna quam materna. Paul. IV. 11. §. 4. Materna et avita bona. fr. 81. ad S.C. Treb. 36. 1. Maternorum bonorum servus. fr. 86. §. 2. de A. v. O. H. 29. 2. Omnia corpora maternae hereditatis. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.) Res maternas successione quaesitas (persequi posse.) c. 14. de postlim. rev. 8. 51. cf. c. 5. ad S.C. Orphit. 6. 57. Maternam hereditatem, eandemque legitimam, (adeundo quaerere.) Paul. IV. 10. §. 4. Quae, exigente materno adfectu, in filiam tuam erogatura esses. fr. 5. §. 14. de agnosc. et alend. 25. 3. fr. 31. §. 1. de donat. 39. 5.

Matertera. *Matris meae soror.* I. **Sy.** Matris soror. Paul. IV. 11. §. 3. fr. 10. §. 14. de grad. et adfin. 38. 10. Aviae soror. Matertera magna. Paul. §. 4. l. l. Promatertera. Mat. maior. Id. §. 6. Mat. maxima. Abmatertera. Cf. h. v. II. **Op.** Amita. Gai. I. 62. 156. fr. 17. §. 2. de R. N. 23. 2.

Mathematicus. (Subst.) *Inspector siderum, qui futura praesagiebat.* III. **Cn.** Si quis magus, — aut haruspex, aut hariolus, aut certe augur, vel et mathematicus. Th. C. IX. 16. c. 6. cf. c. 4. de malefic. Paul. V. 21. §. 3. Mathematici, Chaldaei etc. Cf. v. Chaldaeus. Mathematicorum callida impostura, et obstinata persuasio. Coll. LL. M. XV. 2. cf. Th. C. l. l. c. 8. c. 12.

Mathematicus. (Adiect.) *Ad mathematicorum quaestum spectans.* III. **Cn.** Artem geometriae discere — publice interest. Ars autem mathematica damnabilis est, et interdicta omnino. c. 2. de malefic. 9. 18.

Matricarius. *Operarius, qui incendiis exstinguendis adhibetur.* III. **Cn.** Sin — incendium in urbe fuerit factum, interesse Praetores oportet, XX secum habentes milites, et XXX matricarios. Iul. ep. nov. c. 23. §. 88.

Matricula. *Catalogus, Index (militum, vel officialium, item corporatorum.)* III. **Cn.** Locum is, qui iuxta matriculae veritatem sequitur, obtineat. Th. C. I. 6. c. 12. (Wck.) de off. Prf. Vr. Supernumerarius, ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. Ib. VI. 32. c. 2. de castrensian. Matriculam (scholae agentium in rebus) tractare atque perficere. Ib. I. 9. c. 3. (Wck.) de off. mag. offic. cf. VI. 30. c. 16. de palat. S. largg. Militantium matriculis auferri. Ib. VII. 12. c. 2. de commeat. Quorum nomina negotiatorum matricula comprehendit. Ib. XVI. 2. c. 15. §. 1. de episc. eccl. Matriculis inseri, — et annonarum subsidiis locupletari. Ib. VI. 24. c. 2. de domest. et protect. Soluto cingulo, matricula aboleri. Ib. IX. 38. c. 11. de indulg. crim.

Matrimonium. *Coniugium iustum, Nuptiae.* I. **Sy.** Nuptiae. Gai. I. 59. fr. 1. fr. 11. §§. 1. sqq. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 32. §. 13. de don. int. V. 24. 1. Ducere (uxorem.) Nubere (viro.) Matrimonium contrahere. Vlp. XVI. 2. sqq. fr. 15. de sponsal. 23. 1. fr. 19. de R. N. 23. 2. II. **Op.** Concubinatus. Cf. h. v. Contubernium. Cf. h. v. §. 2. Matrimonii, — Fiduciae causa (facere coëmtionem.) Gai. I. 114. III. **Cn.** Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores. Paul. V. 4. §. 5. cf. Vatic. §. 102. Qui eos hac cognatione adtinget, quorumve in potestate matrimoniove erit. Ib. §. 298. cf. 216. sq. Si mulier et maritus diu seorsum quidem habitaverint, sed honorem invicem matrimonii habebant. fr. 32. §. 13. de don. int. V. 24. 1. cf. fr. 12. §. 4. de captiv. 49. 15. Ducere in matrimonium (filiamfam.) Vatic. §. 102. Coniungi matrimonio. In matrimonium convenire. fr. 11. fr. 15. de R. N. 23. 2. fr. 121. §. 1. de V. O. 45. 1. Ad viri matrimonium pervenire. fr. 19. pr. de iurisd. 2. 1. Dare, s. Collocare, in matrimonium (sc. filiam.) Gai. II. 235. 238. Vlp. XXIV. 17. sq. fr. 19. fr. 38. §. 2. de R. N. 23. 2. fr. 23. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. In matrimonio alicuius esse. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. Qui sine connubio — peregrinam in matrimonio habuit. Coll. LL. M. IV. 5. Non iusto, v. Contra legem, contracto matrimonio. Gai. I. 87. Vlp. VII. 4. Impar matrimonium. Ib. XVI. 4. Vbicunque matrimonii nomen non est, (nec dos est.) fr. 3. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 61. de R. N. 23. 2. Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. Vlp. XV. 1. Quae matrimonii causa in manu sit nepotis. Gai. III. 3. cf. I. 114. Onera matrimonii (adgnoscere, s. sustinere.) fr. 20. §. 2. fam. ercisc. 10. 2. Liberi vestri in eo matrimonio quaesiti. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. cf. Gai. I. 56. sq. Ex alio matrimonio liberos superstites habere. Vlp. XV. 1. Vatic. §. 100. Qui nascitur sine legitimo matrimonio. fr. 24. de statu hom. 1. 5. Ne bene concordantia matrimonia iure patriae potestatis turbentur. fr. 1. §. 5. de lib. exhib. 43. 30. Paul. V. 6. §. 14. Dissociandi matrimonii culpa. Vatic. §. 121. Soluto matrimonio dotem reddi. fr. 240. de V. S. 50. 16. Nisi aliud matrimonium sit. Vlp. VI. 11. fr. 13. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. In matrimonio secundo (manere.) fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.)

Matrix. *Fistulae aquariae genus.* III. **Cn.** Aut ex castellis, aut ex ipsis formis, (elicere usum aquae,) neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum — adtentare. Th. C. XV. 2. c. 5. de aquaed.

Matrona. *Femina spectatae honestatis.* I. **Sy.** Materfamilias. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Mulier, quae turpiter viveret, vulgoque quaestum faceret. fr. 41. pr. §. 1. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Ad dignitatem (sc. pertinere iniuriam,) cum comes matronae abducitur. fr. 1. §. 2. de iniur. 47. 10. Coll. LL. M. II. 5. Quae — matronae nomen non amisit, utputa quae patroni concubina fuit. fr. 13. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Matronalis. (Adiect.) *Ad matronam spectans.* II. **Op.** Ancillaris, Meretricia, (vestis.) fr. 15. §. 15. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** In contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruere. c. 21. de procur. 2. 13.

Matruelis. *Materterae filius.* III. **Cn.** Si quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, avunculum — occiderit. fr. 1. de L. Pomp. de parr. 48. 9.

Matula. *Vas quoddam, ad mundum muliebrem pertinens.* I. **Sy.** Situlus. Cf. h. v. III. **Cn.** Continentur eo (sc. mundo muliebri,) speculae, matulae, unguenta etc. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Maturare. *Accelerare, Adiuvare, Perficere.* III. **Cn.** Vt per eos — maturetur exactio. Th. C. I. 13. c. 1. (Wck.) de off. Com. Or. XI. 16. c. 12. de extr. s. sord. Nuptias maturando, (eludi non passa est etc.) c. 2. de sponsal. 5. 1. Patrocinia, quae — maturari scelera fecerunt. Th. C. I. 11. c. 3. de defens. civit.

Mature. (Advb.) **§. 1.** *Propediem. Illico.* I. **Sy.** Illico, Statim, Dilatione interemta, Maturius. fr. 3. §. 14. fr. 4. §. 2. de statulib. 40. 7. Mature iudicare. Repraesentare cognitionem. fr. 3. §. 5. de Carb. edict. 37. 10. II. **Op.** Post tempus. fr. 3. §. 14. l. 40. 7. Diutius. — Maturius. fr. 1. pr. de success. edict. 38. 9. III. **Cn.** Voluerunt veteres maturius hereditates adiri, ut etc. Gai. II. 55. Si — alius ex intervallo ita percusserit, ut maturius interficeretur, quam ex priore vulnere moriturus fuerat. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Rogo, maturius mihi scribas. fr. 11. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Quam maturissime (explices etc.) Th. C. XI. 30. c. 3. de app. et poen. XIII. 1. c. 16. de lustr. coll. — **§. 2.** *Iusto citius.* III. **Cn.** Nec per liberos suos rem suam maturius a curatoribus recipiat. fr. 2. de minor. 4. 4. cf. Pr. I. de usucap. 2. 6.

Maturitas. **§. 1.** *Tempestivitas.* II. **Op.** Maturitas naturalis. — Tempus, quo magis colono, dominove, eum fructum tollere expedit. fr. 42. de usu et usufr. leg. 33. 2. III. **Cn.** Mat. aetatis. Th. C. XIII. 10. c. 4. de censu s. adscr. — **§. 2.** *Perfectio.* III. **Cn.** Tunc demum relationibus plena maturitas est, cum etc. Ib. XI. 29. c. 3. de relat. — **§. 3.** *Celeritas, Properatio.* III. **Cn.** Omni maturitate, s. Maturitate, qua convenit, (praebere, v. conferre etc.) Ib. VII. 13. c. 12. de tiron. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Tota maturitate praecipimus — abscedere. Ib. XVI. 5. c. 33. de haeret.

Maturus. (Adiect.) **§. 1.** *Tempestivus, Perfectus.* I. **Sy.** Pleni temporis (partus.) Paul. IV. 9. §§. 1. 5. II. **Op.** Immaturus (fructus.) fr. 25. §. 6. Qu. in fr. cred. 42. 8. Crudus. fr. 27. §. 25. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Si fur decerpserit, vel desecuerit, fructus maturos pendentes. fr. 12. §. 5. de usufr. 7. 1. Etiamsi maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit. fr. 8. de ann. legat. 33. 1. cf. fr. 9. pr. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 2.** *Adultus.* III. **Cn.** Si ita adscripserit: „Cum iustae aetatis sit factus;“ vel: „Cum maturae aetatis;“ vel: „Cum adoleverit.“ fr. 50. §. 6. de legat. III. (32.) — **§. 3.** *Acceleratus.* III. **Cn.** Solutio — facilior pretii, vel maturior. fr. 4. §. 6. de in diem addict. 18. 2.

Matutinus. (Adiect.) *Ad mane pertinens.* II. **Op.** Matutinum, — Vespertinum (tempus.) fr. 10. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Mauricianus. *I Ctus R., aequalis fere*

Salv. Iuliano. III. ***Cn.*** Prohibentur (sc. lege Iulia) ducere lenam etc. — Adiicit Mauricianus et a Senatu damnatam. Vlp. XIII. 2. Recte Iulianum a Mauriciano reprehensum in hoc. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. Cf. Hommelii palingenes. I. 439. sqq.

Mauritania. *Africae regio* (versus Gaditanum fretum et occidentalem oceanum.) III. ***Cn.*** Provincia Numidia, et Mauritania. c. 1. §. 2. c. 2. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Th. C. XII. 6. c. 28. de susceptor. praepos. Et in Sitifensi, et in Caesariensi provincia (Mauritania et Numidia.) Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 3. cf. c. 2. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Maurus. *Mauritaniae incola.* III. ***Cn.*** Incursio Vandalorum et Maurorum. c. 2. §. 4. l. 1. 1. 27. Numidae et Mauri Sitifenses. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. pr.

Maxilla. *Os, in quo infixi sunt dentes.* III. ***Cn.*** Inaequalitatem maxillarum, oculorum, brachiorum, — extra redhibitionem esse. fr. 12. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1.

Maxime. (Advb.) **§. 1.** *Plurimum.* I. ***Sy.*** Ex maxima parte. Paul. III. 6. §§. 41. 45. cf. fr. 96. pr. fr. 112. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Praecipue, Praesertim.* III. ***Cn.*** In omnibus quidem, maxime tamen in iure. fr. 90. de R. I. 50. 17. Qui arbores, et maxime vites, ceciderint. fr. 2. arb. furt. caes. 47. 7. Max. (enim) sua esse credebant, quae etc. Gai. IV. 16. Haec recte max. in usu esse videntur. Ib. III. 249. cf. fr. 30. de re iud. 42. 1. Quod tum max. facit, cum etc. Gai. IV. 139. Competit, eo vel max. quod etc. Paul. V. 6. §. 10. Vel max. autem tunc — non oportet. fr. 1. §. 6. de collat. bon. 37. 6. Inhonestum (esse,) — et maxime in etc. fr. 12. de decurion. 50. 2. Idque max. placuit, s. visum est. Gai. II. 79. III. 161. IV. 59. — **§. 3.** *Vtique, Scilicet.* I. ***Sy.*** Tunc, cum. Scilicet si, Maxime si. fr. 21. §. 1. de pecul. 15. 1. fr. 3. Qu. ex fact. tut. 26. 9. III. ***Cn.*** Max. si eo modo manumiserit, quo etc. — Nam si inter amicos eum manumiserit etc. Vlp. I. 18. cf. fr. 3. pr. de concub. 25. 7. Hoc solum sufficit, — etiamsi maxime creditor non fuerit is, qui etc. fr. 2. §. 7. de hered. v. act. vend. 18. 4. Tametsi max. velit, et in domo eius sit, non tamen etc. fr. 12. §. 4. de captiv. 49. 15. cf. fr. 28. §. 2. de pact. 2. 14. Gai. II. 45. Non habent, licet maxime (corpore suo rem contingant.) fr. 1. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. Cum servitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc max. adepti videmur, ne etc. fr. 4. de S. P. V. 8. 2. Et, ut max. quis existimet etc. fr. 64. de furt. 47. 2. Mortui avi paterni suscipere facultates non potest, maxime emancipatus. c. 3. unde lib. 6. 14.

Maximus. (Subst.) **§. 1.** *Nomen I.Cti R.* III. ***Cn.*** Maximus et Tubero. Gai. I. 136. — **§. 2.** *Nomen eius, qui exeunte seculo V. p. Chr. n. in Galliis occupavit imperii R. principatum.* III. ***Cn.*** Maximus, infandissimus tyrannorum. Th. C. XV. 14. c. 7. c. 10. de infirm. h. qu. s. tyr.

Maximus. (Adiect.) **§. 1.** *Amplissimus.* I. ***Sy.*** Maior, Maxima (pars.) fr. 44. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. II. ***Op.*** Maxima, — Media, — Minima (capitis deminutio.) Vlp. XI. 10. sqq. III. ***Cn.*** Fundus, ut optimus maximusque est. fr. 22. pr. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 90. fr. 126. fr. 163. pr. de V. S. 50. 16. Qui maximos fructus ex redemtione vectigalium consequuntur. fr. 11. §. 5. de publican. 39. 4. Fideiussores maximos (evictionis, sc. offerre.) Vatic. §. 12. Tertia forte, aut quarta, vel etiam minore parte peculii negotiari, maximam vero partem in praediis — habere. Gai. IV. 74. Vt testes, vel maxima pars eorum, (adhibeatur.) Paul. IV. 6. §. 1. cf. II. 24. §. 8. — **§. 2.** *Summus, Supremus.* II. ***Op.*** Magnus, — Maior, — Maximus (patruus etc.) Cf. v. Magnus. §. 3. III. ***Cn.*** Optimus maximusque Princeps. fr. 30. pr. de excusatt. 27. 1. fr. 8. pr. de vac. et excus. 50. 5. Maximi Principes (nostri.) Vatic. §. 294. cf. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. fr. 8. §. 5. de vac. et excus. 50. 5. Apud competentes maximos iudices (examinari.) c. 6. ubi c. stat. 3. 22. Plurimi et maximi viri. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Gravissimus.* I. ***Sy.*** Maxima, Gravissima (usura.) fr. 7. §§. 8. 10. fr. 54. de adm. et peric. 26. 7. II. ***Op.*** Praecipuae maximaeque, — Quaecunque vilissimae (res.) Th. C. XV. 1. c. 2. de opp. pub. III. ***Cn.*** Maximo metu compelli. fr. 8. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Quod maximum est, et unde omnis solet querela procedere. Th. C. XI. 2. c. 4. tribut. in ips. spec. Genus poenae, quod maximo maleficio irrogari solet. Coll. LL. M. XI. 7. sq.

Meatus. (Subst.) *Canalis.* I. ***Sy.*** Ductus (aquae.) Formarum meatus. Th. C. XV. 2. c. 1. de aquaed. III. ***Cn.*** Meatus oris et faucium. Ib. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virg. Aquarum meatibus abuti. Ib. XV. 2. c. 7. sq. Ad meatus pristinos universum aquae modum [al. motum] — revocare. c. 5. de fund. rei priv. 11. 65.

Mechanicus. (Subst.) *Machinarum artifex.* III. ***Cn.*** Mechanici, et geometrae, et architecti. Th. C. XIII. 4. c. 3. de excus. artif. Primates mechanicorum, vel architectorum. Iul. ep. nov. c. 7. §. 34.

Mecum. *Cum me.* III. ***Cn.*** Habere mecum actionem. Agere mecum posse. Gai. III. 156.

Medela. *Remedium, Auxilium.* III. ***Cn.*** Praeses Pr. in damnis — medelam iuris adhibebit. c. 17. de evictión. 8. 45. Cum eis sufficere debeat ad medelam, (quidquid meruerunt.) Th. C. XI. 28. c. 10. de indulg. debitor.

Mederi. **§. 1.** *Medendi artem exercere.* III. ***Cn.*** Qui liberalium studiorum antistites sunt, et qui medendi cura funguntur. c. 1. de decr. decur. 10. 46. — **§. 2.** *Opem ferre, Satisfacere.* III. ***Cn.*** Officio iudicis cautione vel satisdatione victo mederi. fr. 57. de hered. pet. 5. 3. cf. fr. 26. pr. de minor. 4. 4. Explorare, quatenus — desiderio (reficiendi operis) medendum sit. fr. 5. §. 1. de mortuo infer. 11. 8. c. 11. de nupt. 5. 4. c. 5. de app. et consult. 7. 62.

Medianum. *Media pars.* III. ***Cn.*** Ex cuius cubiculo vel exedra deiectum est. — Quodsi ex mediano [al. meniano] coenaculi quid deiectum sit etc. fr. 5. §. 2. de h. qu. deiec. 9. 3.

Mediastinus. (Adiect.) **§. 1.** *Medius.* II. ***Op.*** Personae senatoriae. — Vilissimi homines. — Qui mediastini status sunt. Nov. 89. c. 1. Iul. ep. nov. c. 82. §. 309. — **§. 2.** *Servus, viliora munera obire*

solitus. I. **Sy.** Medii actus homo. fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. §. 7. I. eod. 4. 4. II. **Op.** Artifex. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Vulgaris, vel mediastinus (sc. servus;) — qualisqualis, — compeditus etc. fr. 15. §. 44. l. 47. 10. Opera mediastini fungi, — utputa atriarii, et focarii, et his similes. fr. 1. §. 5. naut. caup. 4. 9.

Mediator. *Internuncius, Sequester.* III. **Cn.** Qui pecunias accipiunt, vel praestant, et mediatores eorum. Iul. ep. nov. c. 115. §§. 430. 452. cf. c. 83. §. 329.

Medica. Cf. v. Medicus.

Medicamen. *Medicamentum.* III. **Cn.** Potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio. c. 28. pr. de testam. 6. 23. Medicamen, quod ad salutem hominis vel ad remedium datum erat. Paul. V. 23. §. 19.

Medicamentarius, Medicamentaria. *Veneficus, Venefica.* III. **Cn.** Si homicidam, vel medicamentarium — (maritum suum esse probaverit.) — Si moecham, vel medicamentariam, vel conciliatricem (repudiare voluerit.) Th. C. III. 16. c. 1. de repud.

Medicamentum. *Remedium, quodcunque ad curandum aliquem datur, aut ut ei noceatur.* I. **Sy.** Omne, quod adhibitum, naturam eius, cui adhibitum esset, mutat. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. Ea, quae nocent. Malum venenum. Malum medicamentum. fr. 4. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. fr. 1. §. 1. fr. 3. §§. 1. sq. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. fr. 236. pr. l. 50. 16. III. **Cn.** Theriaca, et caetera medicamenta. fr. 12. §. 41. de instr. leg. 33. 7. Collyria et emplastra, et adparatus omnis conficiendorum medicamentorum. Paul. III. 6. §. 62. cf. Gai. II. 79. Antidotum, et alia quaedam salubria medicamenta. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Venenum pro medicamento dare. — Medicamentum pro veneno bibere. fr. 7. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. §. 1. fr. 17. §§. 4. 6. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit. fr. 3. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Adversa medicamenta (inferre.) fr. 3. de extr. cogn. 50. 13. Si quis mentem alicuius medicamento, aliove quo, alienaverit. fr. 15. pr. de iniur. 47. 10. Medicamentum dare, ne conciperet. Partum sibi medicamentis abigere. fr. 3. §. 16. de statulib. 40. 7. fr. 39. de poen. 48. 19.

Medicina. **§. 1.** *Ars medendi.* III. **Cn.** Libertus, qui medicinam exercet, s. facit. fr. 26. pr. §. 1. fr. 27. de oper. libert. 38. 1. Obstetrix, — quae utique medicinam exhibere videtur. fr. 1. §§. 2. sq. de extr. cogn. 50. 13. — **§. 2.** *Curatio aegri.* III. **Cn.** Alimenta praestare, et medicinae eius succurrere. fr. 22. §. 8. sol. matrim. 24. 3. — **§. 3.** *Remedium, Emendatio.* I. **Sy.** Correctionis medicina. Emendatio (domestica.) Th. C. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. Remedium. Nov. Th. II. de amb. et loc. lim. I. 24. c. 1. pr. III. **Cn.** Adhibenda est competens medicina, ut etc. Th. C. VI. 27. c. 18. de agent. in reb. Publica tributa exigat, — privata damna medicina sua resarciat. Iul. ep. nov. c. 95. §. 356.

Medicus, Medica. (Subst.) *Artis medendi peritus, peritare.* I. **Sy.** Qui medicinam exhibet, s. facit. fr. 26. pr. fr. 27. de oper. libert. 38. 1. fr. 1. §§. 1. sqq. de extr. cogn. 50. 13. Obstetrix, Medica. Interpr. ad Paul. II. 24. §. 8. III. **Cn.** Medicos fortasse quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur; utputa si auricularius, si fistulae, vel dentium. fr. 1. §. 3. cf. fr. 3. l. l. 50. 13. Si non adhibuit medicum, ut sanari possit, vel malum adhibuit, sed culpa sua. fr. 31. §. 12. de Aedil. edict. 21. 1. Si medicus servum imperite secuerit. — Si medicamento perperam usus fuerit. fr. 7. §. 8. fr. 8. pr. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. fr. 3. de extr. cogn. 50. 13. Coll. LL. M. XII. 7. Vbi quis incuria necatus est, vel medici insidiis. fr. 5. §. 3. de S.C. Silan. 29. 5. fr. 14. §. 7. de bon. libert. 38. 2. Mercedes medicis praestitae, caeteraque impendia, quae in curatione facta sunt. fr. 7. de h. qu. deiec. 9. 3. fr. 52. §. 4. pro soc. 17. 2. Philosophi, et medici, et rhetores, et grammatici, quibus per hanc professionem immunitas dari solet. Vatic. §. 149. fr. 6. §§. 1. sqq. de excusatt. 27. 1. fr. 1. §. 1. de extr. cogn. 50. 13. Medici, grammatici, et professores alii litterarum. Th. C. XIII. 3. c. 1. c. 3. c. 16. sq. de medic. et prof. Optio, valetudinarii, medici etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Militum medici. fr. 33. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. c. 1. de prof. et medic. 10. 52.

Medicus. (Adiect.) *Sanans.* III. **Cn.** Quos si ad sanitatem mentis egregiae lege medica revocare conemur. Nov. Th. de Iud. I. 6. c. 1. §. 1.

Medie. (Advb.) *Moderate.* III. **Cn.** Medie igitur haec a iudice erunt dispicienda, ut etc. fr. 25. de pign. act. 13. 7.

Medietas. **§. 1.** *Dimidium.* I. **Sy.** Dimidia pars. Th. C. VII. 8. c. 16. §. 1. de metat. II. **Op.** Solidum, Integrum. Ib. X. 18. c. 1. c. 2. §. 1. de thesaur. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 10. III. **Cn.** Medietatem consequatur inventi (sc. thesauri,) alterum tantum fisci rationibus tradat. Th. C. X. 18. c. 1. l. Medietatem portionis suae dare. Nov. Val. III. l. l. Summae medietas (a singulis conferatur.) Th. C. VI. 4. c. 25. §. 1. de Praet. et Qu. — **§. 2.** *Media ratio, Temperamentum.* I. **Sy.** Moderata definitio. Ib. II. 33. c. 4. de usur. III. **Cn.** Paganum peculium, vel castrense, vel, quod medietatem inter utrumque obtinet, (quasi castrense.) c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. Honesta (sc. dos,) i. e. neque satis modica, — neque satis immodica, — sed medietatis cuiusdam moderatione honorata. Iul. ep. nov. c. 37. §. 164. Prudentissimi iuris auctores medietatem quandam secuti sunt. fr. 3. si pars hered. pet. 5. 4.

Mediocris. *Medium tenens, Modicus.* I. **Sy.** Angustus (homo.) Cf. h. v. §. 3. Modicum, Mediocre (ulcus etc.) fr. 1. §. 8. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. II. **Op.** Optimus (cocus.) fr. 18. §. 1. ib. 21. 1. Potiores. — Mediocres, atque infimi. Th. C. XI. 16. c. 3. sq. de extr. s. sord. cf. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Summa supplicia. — Mediocrium delictorum, — Minimae (poenae.) Paul. V. 17. §. 3. cf. Th. C. III. 16. c. 2. pr. de repud. III. **Cn.** Mediocris figurae (servi.) c. 35. §. 2. de donat. 8. 54. Mediocris praedii fructus. fr. 15. pr. de usu et habit. 7. 8. Mediocrium facultatum esse. Paupertate mediocres (domini.) fr. 44. de A. E. V. 19. 1. Th. C. XIII. 11. c. 14. de censitor.

Mediocritas. **§. 1.** *Exiguitas.* II. ***Op.*** Magnitudo (facultatum.) Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Habitudo corporis, aut mediocritas proceritatis. Th. C. VII. 1. c. 5. de R. M. Scapha — mediocritate, non genere, ab ea (sc. nave) differt. fr. 29. de instr. leg. 33. 7. Si mediocritas negotii, aut longinquitas regionis, (non patitur.) Th. C. XI. 30. c. 45. de app. et poen. Mediocritas, et rusticitas, et domesticae lites, (interdum excusationes merentur.) Vatic. §. 244. fr. 6. §. 19. de excusatt. 27. 1. Pro captu virium et mediocritate censuum. Th. C. VIII. 4. c. 8. de cohortal. cf. XI. 1. c. 14. c. 27. de annon. et tribut. — **§. 2.** *Media ratio, Temperamentum.* III. ***Cn.*** Sed melius est, per mediocritatem causam dirimere. fr. 7. ut legat. serv. c. 36. 3. cf. c. 35. §. 2. de donat. 8. 54.

Mediocriter. (Advb.) *Modice.* III. ***Cn.*** Plectitur, nec enim mediocr. delinquit, qui etc. fr. 29. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Mediolanum. *Nobilissima civitas Insubriae.* III. ***Cn.*** Datum Mediolano. Vatic. §. 273.

Meditari. *Cogitare, Machinari.* III. ***Cn.*** Qui (sc. coloni) fugam meditantur. Th. C. V. 9. c. 1. §. 1. de fugit. colon. (cf. v. Meditatus.)

Meditatio. *Consilium arte excogitatum, Machinatio.* III. ***Cn.*** Licet adeo inveteratum malum longa ac diuturna meditatione nutriverint. Th. C. XVI. 5. c. 41. de haeretic. cf. VIII. 4. c. 20. de cohortal. Neminem — lanista doceat, saeva meditatio et pugnatrix exerceat. Ib. IX. 40. c. 11. de poen.

Meditatus. (Partic.) *Arte compositus, vel excogitatus.* II. ***Op.*** Meditatum sermonem adferre. — Ex tempore respondere. fr. 3. §. 1. de testib. 22. 5. III. ***Cn.*** Cum omni scripturarum et meditati criminis adparatu. Th. C. IX. 6. c. 2. ne praet. crim. mai.

Mediterraneus. (Adiect.) *In medio terrarum, et procul a mare, positus.* II. ***Op.*** Maritimus. Cf. h. v. Mediterranea, — Ripensis (Dacia.) c. 4. de metallar. 11. 6. Iul. ep. nov. c. 119. §. 508.

Medius. (Adiect.) **§. 1.** *Inter res distantes constitutus, vel intercedens. Intermedius.* II. ***Op.*** Summus, — Medius, — Imus (fundus.) fr. 31. de S. P. R. 8. 3. Primo, — Medio, — Novissimo (loco.) fr. 20. pr. de hered. inst. 28. 5. Ante heredis institutionem. — Inter medias heredum institutiones. fr. 3. §§. 2. sq. de lib. et posth. 28. 2. Paul. III. 6. §. 2. Antiquior, s. Primus, — Medius, — Tertius (creditor etc.) fr. 8. locat. 19. 2. fr. 12. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. Maxima, — Media, — Minima (capitis deminutio.) Cf. v. Maximus. §. 1. III. ***Cn.*** Si fundus medius alterius inter me et te intercedit. fr. 17. §. 4. de aqua et aqu. pl. 39. 3. cf. fr. 25. §. 1. de S. P. V. 8. 2. fr. 8. pr. de O. N. N. 39. 1. Medius paries, qui utrasque aedes distinguat. fr. 4. de servit. leg. 33. 3. cf. fr. 6. §. 1. comm. praed. 8. 4. Duabus dimidiatis noctibus, et luce media. fr. 8. de feriis. 2. 12. Intervallum, s. Spatium, medium. fr. 1. §. 1. de V. O. 45. 1. Vatic. §. 165. Media tempora (non nocent.) fr. 6. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Medio tempore, dum (pendet etc.) fr. 1. §. 1. ad S. C. Tert. 38. 17. fr. 6. §. 1. de interd. et releg. 48. 22. Medio deinde tempore, — et postea etc. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Medio tempore, antequam etc. fr. 4. de collus. deteg. 40. 16. Med. tempore inter (primam licitationem et sequentem adiectionem.) fr. 50. de iure fisci. 49. 14. In medio — nullo modo inquietentur. c. 20. pr. de agricol. 11. 47. Vt per mediam ipsius personam (heres efficiatur.) c. 14. de hered. inst. 6. 24. cf. c. 19. de testam. 6. 23. — **§. 1. A.** *Moderatus, Modicus.* III. ***Cn.*** Placuit media sententia existimantium. fr. 7. §. 7. de A. R. D. 41. 1. Quod videtur habere mediam rationem. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. Mediae magnitudinis (lanx.) fr. 31. de auro arg. 34. 2. — **§. 1. B.** *Anceps, Duplex.* III. ***Cn.*** Nomen medium est, et tam id, — quam id, quod etc. — continet. fr. 3. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. cf. fr. 1. §. 3. de servo corr. 11. 3. — **§. 2.** *Dimidius.* I. ***Sy.*** Dimidiata, Dimidia, Media (pars etc.) fr. 8. de feriis. 2. 12. Vlp. XXVI. 2. Th. C. III. 5. c. 3. pr. de sponsal. III. ***Cn.*** Media, — Tertia (pars, s. portio.) Ib. VII. 8. c. 5. §. 2. de metat. XI. 1. c. 33. de annon. et tribut. XI. 16. c. 1. de extr. s. sord. Media oneris pars. — Residua. c. 5. de naufrag. 11. 5. Bonorum media parte mulctari. Ib. VIII. 7. c. 16. §. 2. de div. offic. — **§. 3.** *Medium, s. Media res, i. e. Praesens res, vel integra. Praesentia.* III. ***Cn.*** E medio, s. A media hereditate, (sumito, praecipito, sibique habeto!) fr. 88. §. 3. de legat. II. (31.) fr. 92. pr. de legat. III. (32.) fr. 32. §. 4. de auro arg. 34. 2. Venire in medium. Ferre ex medio. fr. 59. §. 1. fr. 60. §. 1. pro soc. 17. 2. In medium conferre. fr. 45. §. 2. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 3. §. 2. de collat. bon. 37. 6. De medio discedere. fr. 8. de cond. et dem. 35. 1. In medio constitutum. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud.

Medogrammateus. Cf. v. Demogrammateus.

Mel. *Liquor dulcis, qui conficitur ab apibus.* III. ***Cn.*** Vinum, oleum, frumentum, acetum, mella, salsamenta. fr. 7. pr. de tritico vino. 33. 6. Ea, in quibus esse solemus, oleum forte, garum, muria, mel, caeteraque his similia. fr. 3. §. 1. de penu leg. 33. 9. Si reditus ex melle constat, alvei apesque continentur. fr. 10. de instr. leg. 33. 7.

Melancholicus. *Qui nigra bile abundat.* III. ***Cn.*** Qui praeter modum timidi, cupidi, avarique sunt, aut iracundi, vel melancholici. fr. 1. §. 11. fr. 2. de Aedil. edict. 21. 1.

Melinum. *Color flavus, vel luteus.* III. ***Cn.*** Coracinum, aut isginum, aut melinum. fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.)

Melior. (Adiect. compar.) **§. 1.** *Aptior, Potior.* I. ***Sy.*** Potior (causa possessoris.) fr. 36. §. 3. de milit. testam. 29. 1. fr. 126. §. 2. de R. I. 50. 17. Si hoc expediat. Si rationibus eius profuit. Meliorem conditionem eo modo facere, s. Melior fieri. fr. 32. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. fr. 34. pr. §. 1. de novat. 46. 2. II. ***Op.*** Deterior. Cf. h. v. Aequalis, Eadem, — Melior (causa etc.) fr. 5. si ex nox. c. 2. 9. fr. 6. de tribut. act. 14. 4. III. ***Cn.*** Quoniam — me eloquentia et diligentia tua meliorem reddidisti etc. fr. 27. de donat. 39. 5. Quodsi ad meliorem fortunam pervenerit, — hoc restituere procuret. c. 1. §. 7. de R. V. A. 5. 13. Sumtus sibi, quasi re meliore ab eo facta, desiderabat. fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. Si praediorum me-

meliorem causam haec faciant. fr. 6. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Sufficiat, ius tuum tibi integrum conservari, non etiam meliorem conditionem tuam fieri. fr. 28. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Videntur melioris conditionis esse feminae, quam masculi. Gai. II. 113. Vt perficiatur emtio, nisi melior conditio adferatur. fr. 2. pr. cf. fr. 1. fr. 4. §§. 3. 6. de in diem addict. 18. 2. — **§. 2.** *Superior.* III. **Cn.** Ad meliores gradus et ad maiores dignitates (perducere.) c. 2. §. 9. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Verborum interpretatio nusquam — melior sensu exsistat. c. 3. de lib. praeter. 6. 28. — **§. 3.** *Melius, i. e. Commodius, Vtilius, Honestius.* I. **Sy.** Vtilius (dicendum est.) fr. 2. §. 24. vi bon. rapt. 47. 8. Satius, Tutius (est.) fr. 14. §. 1. de relig. 11. 7. fr. 17. pr. fr. 18. sq. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Vnde melius et aptius est, uti etc. Gai. II. 172. Nec melius nec aequius esse existimarem. fr. 82. de solut. 46. 3. Melius aequius esse. fr. 66. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Proficisci Procos. melius quidem est sine uxore, sed et cum uxore potest. fr. 4. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Hac quidem lege non tenetur, sed melius fecerit si etc. Paul. V. 23. §. 9. cf. fr. 9. pr. l. l. 1. 16. Sed longe utile visum est, quia incertum erat, an etc. — et quia melius est possidere potius, quam in personam experiri, (hoc interdictum proponere.) fr. 1. §. 1. de superfic. 43. 18. Exstat quidem exemplum eius, qui etc. — Sed melius est ut dicamus etc. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Item tractatum est. — Et quidam putant etc. Sed melius est dici. fr. 22. §. 1. mand. 17. 1. Melius esse visum est. Gai. III. 13. Melius probabitur. Mel. est probare. fr. 18. de excusatt. 27. 1. fr. 14. §. 1. de legat. praest. 37. 5. Ait Praetor etc. — Melius scripsisset etc. fr. 5. pr. de re iud. 42. 1. In melius (produci.) fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2.

Meliorare. *Meliorem reddere.* I. **Sy.** Vt melior fieret res, Ad meliorandam rem (erogatum.) c. 9. c. 16. de evict. 8. 45. III. **Cn.** Forsitan — poterit, si quidem ei permittitur meliorare proprietatem. fr. 13. §. 5. de usufr. 7. 1. Sumtus meliorati praedii servare. c. 16. de praed. et al. reb. min. 5. 71. cf. Th. C. XII. 3. c. 2. §. 1. de praed. et manc. curial.

Melioratio. *Refectio in melius.* III. **Cn.** Meliorationes, quae graeco vocabulo: ἐμπονήματα dicuntur. c. 3. cf. c. 2. de iure emph. 4. 66. Restitutio pretii, neque duplae stipulatio, neque melioratio. c. 3. §. 4. comm. de legat. 6. 43.

Melloproximatus. *Dignitas melloproximi.* III. **Cn.** In secundum gradum venientibus, et melloproximatum ingredientibus. Nov. 35. c. 1.

Melloproximus. *Secundus ad proximatum scriniorum.* (Qui biennio veniente Proximus ipse futurus est.) II. **Op.** Proximi, s. Qui (in scriniis) ad gradum pervenerint proximorum. — Melloproximi. c. 7. c. 14. §. 1. de prox. S. scrin. 12. 19. Th. C. VI. 26. c. 16. sq. de prox. comit.

Membrana. **§. 1.** *Pergamena charta, e pellibus animalium facta.* III. **Cn.** Chartae, volumina, vel membranae et philurae, continentur (sc. libris legatis.) Paul. III. 6. §. 87. fr. 52. pr. de legat. III. (32.) Sive chartae, sive membranae sint, vel si e corio alicuius animalis. fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11. cf. Paul. IV. 7. §. 6. Totum codicem rationum, totasque membranas (inspiciendi describendique potestas.) fr. 10. §. 2. de edend. 2. 13. — **§. 2.** *Membranae, i. e. Singulae pagellae cuiusdam scripturae.* III. **Cn.** Neratii Prisci libri membranarum. Cf. Hommelii palingen. I. 501. sqq.

Membraneus. (Adiect.) *Membrana constans.* III. **Cn.** In codicibus membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis etc. fr. 52. pr. de legat. III. (32.)

Membranula. *Membrana.* III. **Cn.** Quae membranulis mea manu scriptis continebuntur. fr. 102. pr. ib. (32.)

Membrum. **§. 1.** *Corporis animalis pars.* III. **Cn.** Quodsi ex hoc corpori alicuius, vitae, membrisve noceatur. Paul. V. 3. §. 1. Partus, qui membrorum humanorum officia ampliavit. fr. 14. de statu hom. 1. 5. Propter membrum quidem ruptum talio erat (sc. poena iniuriarum,) propter os vero fractum aut collisum etc. Gai. III. 223. Paul. V. 4. §. 6. — **§. 2.** *Particula aedificii, vel parietis.* III. **Cn.** Si fabris duobus, vel pictoribus, „Si membrum [al. templum] depinxissent, vel fabricassent navem,“ quid adscriptum sit. fr. 13. §. 1. de man. testam. 40. 4. Adhaerentia esse membro armaria, vel adfixa. fr. 52. §. 7. de legat. III. (32.) — **§. 3.** *Singuli ex collegio, vel civitate.* III. **Cn.** CCCC de his dumtaxat, quos reip. membra non querentur sibi esse detractos. Th. C. I. 12. c. 6. (Wck.) de off. Proc. et Leg.

Meminisse. **§. 1.** *Recordari.* I. **Sy.** Memoria tenere. fr. 28. de probat. 22. 3. fr. 2. §. 8. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. **Cn.** Nec utique necesse esse, superesse qui meminerint, verum etiam si qui audierint eos, qui memoria tenuerint. fr. 2. §. 8. l. 39. 3. Memini itaque, me suadente etc. Vatic. §. 220. Illud meminisse iudices oportet etc. fr. 16. pr. de manum. vind. 40. 2. cf. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Illud meminerimus, si etc. fr. 1. pr. Qu. sent. sine app. 49. 8. Dummodo, s. Modo ut (meminerimus.) fr. 1. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 1. §. 5. de susp. tut. 26. 10. — **§. 2.** *Mentionem facere, Laudare.* III. **Cn.** Quorum etiam meminit lex XII Tabb. fr. 2. §. 23. de O. I. 1. 2.

Memor. (Adiect.) *Non oblitus.* III. **Cn.** Memor sum (eius sententiae, qui dixisse fertur.) fr. 20. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 31. pr. de adim. legat. 34. 4.

Memorabilis. *Memoratu dignus.* III. **Cn.** Cuius scriptum nullum exstat, sed responsa complura et memorabilia eius fuerunt. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2.

Memorare. *Mentionem facere, Profiteri.* I. **Sy.** Commemorare. Cf. h. v. III. **Cn.** Quam sibi uxorem copulaverat adfectu, et in priore lare derelictam memorarit. Th. C. VII. 13. c. 6. pr. de tiron.

Memoratus. (Partic.) *Narratus, Laudatus.* I. **Sy.** Dicti, Praedicti, Quos locuti sumus, Memorati. Th. C. VII. 4. c. 1. c. 24. de erog. mil. annon. VIII. 15. c. 3. §. 1. de iis qu. admin. IX. 14. c. 3. §§. 3. sqq. ad L. Corn. de sicar. III. **Cn.** Quodsi plures ex memoratis personis exsistant. fr. 5. §. 1. de liberali c. 40. 12.

Memoria. **§. 1.** *Recordatio.* II. **Op.** Ignoratio, aut oblivio. Cf. v. Ignoratio. Immemoria. fr. 44.

pr. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Eorum (sc. testium) memoria et praesentia ad fidem creditae pecuniae uti posse. fr. 32. §. 1. de furt. 47. 2. Quorum memoriam vetustas excedit. Cuius origo memoriam excessit. fr. 2. §. 3. cf. §§. 1. 7. sq. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 3. §. 4. de aqua quot. 43. 20. — **§. 2.** *Nominis alicuius propagatio, cum honore. Reverentia exhibenda nomini.* III. **Cn.** Ad peremem scientiam et memoriam referre. c. 11. de quaestion. 9. 41. Monumentum est, quod memoriae servandae gratia existat. fr. 2. §. 6. de relig. 11. 7. Memoriae conservandae defuncti gratia (spectaculum celebretur etc.) fr. 16. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 17. de alim. v. cibar. 34. 1. Luctum habere memoriae (patris.) fr. 25. pr. de h. qu. not. infam. 3. 2. Post mortem memoria eius damnata. fr. 32. §. 7. de don. int. V. 24. 1. fr. 76. §. 9. de legat. II. (31.) In memoriam prioris dignitatis, v. dominii, (non esse torquendum.) fr. 14. de decurion. 50. 2. Paul. V. 16. §. 8. Vt ex prole eorum, earumve, diuturnitatis nobis memoriam in aevum relinquamus. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Divae, s. Augustae, s. Sacrae, memoriae (Imp.) Th. C. VI. 26. c. 7. de prox. comit. VI. 27. c. 7. c. 12. de agent. in reb. XI. 7. c. 9. de exaction. — **§. 3.** *Scrinium, cui commentariorum Principis et libellorum supplicum cura commissa erat.* III. **Cn.** In militia scriniorum memoriae, epistolarum, libellorumque. Ib. VI. 26. c. 7. cf. c. 1. c. 16. sq. de prox. comit. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qu. in S. pal. Proximi memoriae, epistolarum, ac libellorum. Ib. VI. 26. c. 4. Comes et magister memoriae. Ib. I. 1. c. 5. de const. Pr. (Wck.)

Memorialis. §. 1. *Memoriae causa descriptus.* III. **Cn.** Libro memorialium [al. memoralium, v. memorabilium] Masurius scribit. fr. 144. de V. S. 50. 16. cf. Frr. Mas. Sabini I. Cti. Ap. Gell. IV. 20. V. 6. VI. 7. Macrob. saturn. III. 6. — **§. 2.** *Scriniis, tam memoriae quam reliquis, adscriptus.* II. **Op.** Magister scrinii. — Memorialis cuiuslibet scrinii. Nov. Val. III. de homic. II. 20. c. 1. §. 3. III. **Cn.** Cuiuscunque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adiutores primicerii. c. 7. pr. de div. rescr. 1. 23. cf. c. 10. pr. de prox. S. scrin. 12. 19. Memoriales, qui excipienda eiusmodi rescripta, vel implenda, curaverint. Nov. Th. II. de competit. I. 17. c. 2. §. 3. Memoriales, et agentes in rebus. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. Qui ex primipilaribus in memorialium scrinia irrepsit. Th. C. VIII. 4. c. 21. de cohortal.

Menaenum. Menianum. Cf. v. Maenaenum. Maenianum.

Mendacium. §. 1. *Falsi, pro vero, adfirmatio.* II. **Op.** Veritas. fr. 18. §. 3. de quaestion. 48. 18. fr. 16. pr. ad munic. 50. 1. III. **Cn.** Mendacium dicentis, se esse, unde non sit. fr. 6. pr. ad munic. 50. 1. Qui — responsurus sit, nec contendet se heredem, vel per mendacium. fr. 12. de hered. pet. 5. 3. Si mendaciis apud Praesidem oneravit eum. fr. 1. pr. Qu. appelland. 49. 4. Nudae voluntatis mendacium. c. 1. de collus. deteg. 7. 20. Ex suo mendacio argui. Propter mendacium conveniri. fr. 41. de pign. act. 13. 7. fr. 4. §. 1. Qu. c. eo. 14. 5. Mendacii poenam ferre. fr. 11. §. 3. de interr. in iure 11. 1. — **§. 2.** *Simulatio, Querela.* I. **Sy.** Querela. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. fr. 35. pr. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Amicae meae, cum qua sine mendacio vixi, (dari volo.) fr. 35. pr. l. 34. 2.

Mendax. (Adiect.) **§. 1.** *Qui mendacium dicit.* I. **Sy.** Mentiens. c. 5. si contra ius. 1. 22. III. **Cn.** Impostores, aut mendaces. fr. 4. §. 2. fr. 65. pr. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Falsus, Suppositicius.* III. **Cn.** Mendaci scriptura contra fidem veritatis (obligari non posse.) c. 2. si pign. conv. 8. 33.

Mendicare. *Stipem victus causa expetere.* III. **Cn.** Pauperes, vel penitus mendicantes, vel alia sustentatione egentes. c. 49. §. 6. de episc. et cler. 1. 3. Iul. ep. nov. c. 74. §. 271.

Mendicitas. *Mendicantium quaestus.* III. **Cn.** Qui vel latebram forte fugitivis, vel mendicitatis subeundae consilium praestiterunt. Th. C. XIV. 18. c. 1. de mendic. non inval.

Mendum. *Erratum.* I. **Sy.** Vitium. fr. 34. de hered. inst. 28. 5. fr. 1. de cond. inst. 28. 7. III. **Cn.** Sub impossibili conditione, vel alio mendo, (facta institutio.) fr. 1. l. 28. 7.

Mens. §. 1. *Iudicium animi, Intelligentia, Ratio.* I. **Sy.** Intellectus, Sensus (sanus.) fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. II. **Op.** Compos mentis, Sanae mentis. — Furiosus. fr. 1. pr. de curat. fur. 27. 10. fr. 16. §. 1. Qu. testam fac. p. 28. 1. fr. 20. §. 4. fr. 24. pr. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Furiosus — mentem non habet, (ut testari de sua re possit.) Vlp. XX. 13. fr. 5. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Feminae, vel pupilli, vel alias debiles, vel hi qui suae mentis non sunt. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Corporis, aut mentis valetudo. fr. 45. §. 4. de excusatt. 27. 1. In adversa corporis valetudine mente captus. Paul. III. 4 A. §. 11. fr. 20. de iniusto rupt. 28. 3. In eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Consilium, Voluntas, Sententia.* I. **Sy.** Animus. Cf. h. v. §. 2. Consilium. Cf. h. v. §. 3. Voluntas. Opinio. Coll. LL. M. I. 6. Vlp. XX. 1. fr. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Sententia. fr. 32. §. 16. de don. int. V. 24. 1. fr. 47. sol. matrim. 24. 3. II. **Op.** Verba, Vox (legis, v. dicentis etc.) fr. 7. §. 4. fr. 14. ad S.C. Maced. 14. 6. fr. 1. de penu leg. 33. 9. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. fr. 20. §. 1. de B. P. c. t. 37. 4. Actus. Cf. h. v. §. 2. Factum. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** De accusatoris — consilio quaerere, qua mente ductus etc. fr. 1. §. 3. ad S.C. Turp. 48. 16. Si eam mentem et id propositum habeat, ne etc. fr. 8. de cond. et dem. 35. 1. Quodsi sua mala mente ad hoc processit. fr. 53. §. 8. de legat. I. (30.) Praedonis mente (adprehendere.) fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. Cum suo nomine nacti fuerint possessionem, non cum ea mente ut etc. fr. 1. §. 20. de A. v. A. P. 41. 2. Ex conditione personae, et mente facientis, (statuere.) Coll. LL. M. XIII. 3. cf. fr. 50. §. 3. de legat. I. (30.) Si ea mente data tibi fuerit (res, ut etc.) Gai. III. 187. fr. 1. pr. de donat. 39. 5. Non eam mentem habet, ut etc. fr. 38. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Si modo eius mentis sit, ut etc. fr. 225. de

V. S. 50. 16. Nisi evidens alia mens probaretur (testatoris, aliud sentientis.) fr. 49. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 5. pr. de liberat. leg. 34. 3. Mente agitare, v. deducere. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. fr. 225. de V. S. 50. 16. De mente Praetoris, qui eas proposuit, (legem accipiunt, sc. Praetoriae stipulationes.) fr. 52. pr. de V. O. 45. 1. Et iniquum, et contra mentem constitutionis est. fr. 12. §. 8. de captiv. 49. 15. Plenius accipienda est mens, Accommodabimus mentem (S. Cti.) fr. 41. §. 12. de legat. I. (30.) fr. 30. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. — **§. 3.** *Adfectio, Opinio.* III. ***Cn.*** Instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. Perfida mens, et nequissima secta. Th. C. XVI. 5. c. 25. §. 1. de haeret. Sacrilegae, Infandae et ferales (mentes.) Ib. c. 41. l. l. XVI. 7. c. 5. de apostat.

Mensa. **§. 1.** *Tabula ad adponenda esculenta potulentave.* III ***Cn.*** Supellectilis mensas esse cuiuscunque materiae. fr. 9. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Mensae, trapezophora, delphicae, subsellia etc. fr. 3. pr. §. 3. ib. 33. 10. Paul. III. 6. §. 56. Si quis statuae suae brachium — alienum adiecerit, — aut mensae pedem. fr. 23. §. 2. de R. V. 6. 1. — **§. 1. A.** *Convivium.* I. ***Sy.*** Per mensam, Convivii adhibitione (manumittere.) Epit. Inst. Gaii. I. 1. §. 2. Theoph. paraphr. Inst. I. 5. §. 4. de libertin. — **§. 2.** *Taberna, tam argentariae quam alterius negotiationis.* III. ***Cn.*** Argentariae mensae exercitores. fr. 4. pr. de edend. 2. 13. Mensae nummulariae, quam exercebat, habuit libertum praepositum. fr. 20. cf. fr. 5. §. 3. fr. 19. §. 1. de inst. act. 14. 3. Qui pecunias apud mensam, fidem publicam secuti, deposuerunt. fr. 24. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. Cum alias probationes, mensaeque scripturam haberet. fr. 27. §. 1. de furt. 47. 2. Si quis mensam oleariam in dominio suo retinens etc. Th. C. XIV. 24. c. 1. de mens. olear. — **§. 3.** *Arca publica, pecuniae tam exceptrix quam erogatrix.* III. ***Cn.*** Habeant — binas libras auri de publico, a mensa Praefecti Pr. Iul. ep. nov. c. 76. §. 291. cf. c. 44. §. 177.

Mensia. *Legis nomen.* III. ***Cn.*** L. Mensia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet. Vlp. V. 8. cf. Gai. I. 78. sq.

Mensis. *Anni pars duodecima.* III. ***Cn.*** In singulos annos, vel menses, (stipulari, v. relinquere.) Gai. IV. 131. fr. 8. §. 3. de transact. 2. 15. Si tu v. g. anni mensibus possederis prioribus V, et ego VII posterioribus. Gai. IV. 152. fr. 156. de V. S. 50. 16. Quem annum (sc. luctus) X mensuum esse. Vatic. §. 321. Propter maiores mores praesentem reddit (sc. dotem,) propter minores senum mensum die. Vlp. VI. 13. Post X menses mortis natus. fr. 3. §. 11. de suis et legit. 38. 16. cf. fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. VI mensium puto continuum tempus computandum. — VI menses utiles, quibus experiundi potestas fuit. fr. 5. §. 19. ut in poss. legat. 36. 4. cf. fr. 55. de Aedil. edict. 21. 1. Mensis intercalaris. fr. 98. pr. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16.

Mensor. **§. 1.** *Mensurae agendae peritus,* (tum finibus agrorum definiendis, tum ponderibus et modiis probandis.) III. ***Cn.*** Si ego tibi, cum esses mensor, mandaverim ut mensuram agri ageres. fr. 2. §. 1. cf. fr. 1. pr. si mensor. 11. 6. Mensores mittere, et per eos dirimere ipsam finium quaestionem, ut aequum est. fr. 8. §. 1. cf. pr. fin. regund. 10. 1. Qui mensor non fuit, fefellit tamen in modo. fr. 7. §. 2. si mensor. 11. 6. Mensores frumentarii. fr. 26. de excusatt. 27. 1. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Machinarius mensor. Cf. h. v. §. 2. — **§. 2.** *Qui hospitia publice praebenda examinat et adsignat.* I. ***Sy.*** Metator. Th. C. VII. 8. c. 4. sq. c. 10. §. 1. c. 16. pr. de metat. III. ***Cn.*** Mensores, optio, valetudinarii etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Invitatores, admissionales, — mensores, lampadarii. c. 10. de div. offic. 12. 60. cf. Nov. Val. III. de off. et de num. II. 22. c. 1. §. 4. Mensorum nostrorum manus, qua deputatas singulis quibusque domus enotant etc. Th. C. l. l. c. 4. sq. c. 10. §. 1.

Menstruus. (Adiect.) *Qui singulis mensibus fit, vel praestatur.* I. ***Sy.*** Quot mensibus, In singulos menses, Menstruum (accipere.) fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. fr. 12. §. 6. Qu. dies leg. 36. 2. II. ***Op.*** Annuus. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Singulis menstrua cibaria, et annua vestiaria certa (des praestes.) fr. 17. de ann. legat. 33. 1. fr. 28. pr. de liberat. leg. 34. 3. Oneribus menstruis atque annuis (alimentorum praebendorum necessitas.) fr. 8. fr. 9. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Certam mercedem menstruam praebere. fr. 20. §. 3. de manum. 40. 1.

Mensularius. *Mensae (argentariae) praepositus.* I. ***Sy.*** Nummularius. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 7. §. 2. depos. 16. 3. fr. 24. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. III. ***Cn.*** Qui, depositis nummis, usuras a mensulariis acceperunt. fr. 24. §. 2. l. 42. 5. cf. fr. 7. §. 2. l. 16. 3. Mensularius, cum quo rationem implicitam habebat propter accepta et data. fr. 47. §. l. 2. 14.

Mensura. **§. 1.** *Instrumentum, quo quidpiam metimur.* III. ***Cn.*** Qui pondera, aut mensuras falsassent. fr. 32. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Qui falsas mensuras habuit. fr. 6. §. 2. de extr. crim. 47. 11. Falsus mensurarum modus. fr. 37. de poen. 48. 19. Aequae, — Iniquae, mensurae. fr. 13. §. 8. locat. 19. 2. Res, quae pondere, numero, mensura constant, v. continentur. Gai. II. 196. III. 90. 175. Vlp. VI. 8. XXIV. 7. fr. 2. §. 1. de R. C. 12. 1. fr. 1. pr. de condict. tritic. 13. 3. Pondus, — numerum, — speciem, — mensuram (rei dicere.) fr. 6. de R. V. 6. 1. Ita conductum, ut in pedes mensurasve praestetur. fr. 36. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Actus metiendi.* I. ***Sy.*** Metiendo mentiri. Fallere in mensura. fr. 5. §. 2. fr. 6. si mensor. 11. 6. III. ***Cn.*** Mandare, ut mensuram agri ageret. fr. 2. §. 1. ib. 11. 6. Per corbem mensuram facere. fr. 1. §. 4. de peric. et comm. 18. 6. Intra diem mensurae (renunciare.) fr. 40. pr. de contr. emt. 18. 1. — **§. 3.** *Ambitus, Magnitudo (rei.)* I. ***Sy.*** Modus (agri.) fr. 40. pr. l. 18. 1. III. ***Cn.*** Nec mensura, nec temporibus divisa (sc. iura.) fr. 19. §. 4. fam. ercisc. 10. 3. Pro mensura agri, (praebere.) fr. 18. §. 25. de mun. et hon. 50. 4. Mensurae agri demonstratio. fr. 36. §. 1. ad munic. 50. 1. — **§. 4.** *Qualitas, Modus.* I. ***Sy.*** Qualitas, Modus (admissi, s.

delicti.) fr. 10. de extr. crim. 47. 11. fr. 27. §. 2. fr. 31. de L. Corn. de fals. 48. 10. fr. 37. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Pro mensura consultationis, (puniri.) Coll. LL. M. XV. 2.

Mentio. *Commemoratio, Declaratio.* I. **Sy.** Adiicere demonstrationem. Mentionem facere. fr. 25. de liberat. leg. 34. 3. II. **Op.** Mentionem facere. — Silentio praeterire. fr. 36. §. 2. fr. 41. §. 3. de milit. testam. 29. 1. III. **Cn.** Sponsalia sunt mentio et repromissio (nuptiarum futurarum.) fr. 1. de sponsal. 23. 1. Olim ita edicebatur. — Sed postea detracta est mentio etc. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 7. pr. §. 4. de iurisd. 2. 1. fr. 1. §. 1. commod. 13. 6. Si — dixisset, eas servas fore, sed in traditione non fecisset mentionem servitutis. fr. 35. de S. P. V. 8. 2. „Iustorum" mentio ita accipienda est, uti etc. Vatic. §. 168. Qua lege mentio nulla fit (fideiussorum.) Gai. III. 123. cf. fr. 25. §. 7. de hered. pet. 5. 3. fr. 101. de R. I. 50. 17. Quorum supra mentionem habuimus. fr. 7. de inoff. testam. 5. 2. fr. 5. pr. de reb. dub. 34. 5. Gai. IV. 69. Quae (sc. actiones) doli vel fraudis habent mentionem. fr. 5. §. 1. de obsequ. parent. 37. 15.

Mentiri. *Contra veritatem praetendere aliquod commentum.* I. **Sy.** Fallere, Fraudare. fr. 1. pr. fr. 3. §. 3. fr. 6. si mensor. 11. 6. III. **Cn.** Si servus non sit unius, — et omnes mentiti sunt, eum in sua potestate non esse. fr. 17. cf. fr. 11. §. 3. de interr. in iure. 11. 1. fr. 17. §. 1. Qui et a qu. man. 40. 9. Paul. V. 1. §. 4. Neque mentiendo de ea (sc. origine,) quam non habet, veritatem mutare potest. fr. 6. pr. ad municip. 50. 1. Si in qualitate fundi venditor mentitus sit, non in modo eius. fr. 22. de A. E. V. 19. 1. In duplo eius, quod mentitus est, (convenitur.) Paul. II. 17. §. 4. cf. fr. 43. §. 3. de furt. 47. 2. Si qui, de iudicis amicitiis vel familiaritate mentientes, eventus sententiarum eius vendunt. Paul. V. 25. §. 13. Si, ut servum quis pluris venderet, de artificio eius vel peculio mentitus est. Ib. II. 17. §. 6. cf. §. 4. Suspectiores eosdem facit (sc. aetas) ad mentiendi facultatem. fr. 15. §. 1. de quaestion. 48. 18. Si a debitore, praelato die, pignoris obligatio mentiatur. fr. 28. de L. Corn. de fals. 48. 10. Mentiri callide paupertatis ingenium. Th. C. XIII. 11. c. 1. de censitor.

Mercalis. (Adiect.) *Venalis, Facilis ad corrumpendum.* III. **Cn.** Mercalem te habuisse uxorem. c. 5. de cond. ob turp. c. 4. 7.

Mercari. **§. 1.** *Mercede comparare, Emere.* I. **Sy.** Negotiari. Th. C. XIII. 1. c. 2. c. 4. sq. c. 10. de lustr. collat. Emere. Gai. II. 61. IV. 146. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1. III. **Cn.** Acceptam pecuniam in rem patris — vertere, — mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo. Paul. II. 9. §. 1. Si fundum, — excusso pretio secundum reditum eius fundi, mercatus sit. fr. 92. pr. de legat. I. (30.) Qui partes hereditarias, vel totam, a fisco mercatus fuerit. fr. 54. pr. de hered. pet. 5. 3. Qui mercatur a populo, praediator adpellatur. Gai. II. 61. Si vicinum mihi fundum mercato (venditor in mea turre demonstret.) fr. 18. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Eadem species a mercantibus comparetur. Th. C. XI. 2. c. 2. §. 1. ut tribut. in ips. suec. — **§. 2.** *Corruptelis parare.* III. **Cn.** Ab honoribus mercandis, per suffragia, vel qualibet ambitione quaerendis, (prohibere.) Ib. VI. 22. c. 2. de honor. codic. XII. 1. c. 27. de decurion.

Mercatio. (Cf. v. Mercatus.) *Negotiatio.* III. **Cn.** Si quis ancillam — alienaverit, ne prostituatur, novus autem dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentaverit. c. 1. §. 4. de Lat. libert. 7. 6.

Mercator. **§. 1.** *Negotiator.* I. **Sy.** Qui promercii causa habet (fructus etc.) fr. 4. §. 2. de penu leg. 33. 9. Negotiator. Th. C. IX. 23. c. 1. §§. 1. sqq. si qu. pecun. confl. XII. 1. c. 72. de decurion. III. **Cn.** Mangones non mercatores, sed venaliciarios adpellari. fr. 207. de V. S. 50. 16. Mercator ac foenerator. fr. 12. §. 43. de instr. leg. 33. 7. Navicularii et mercatores olearii. fr. 5. de mun. et hon. 50. 4. Cum in eadem nave varia mercium genera complures mercatores coëgissent. fr. 2. §. 2. fr. 4. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. — **§. 2.** *Emtor.* I. **Sy.** Comparator, Emtor. cf. v. Comparator. §. 1. — **§. 3.** *Redemtor, Nundinator.* III. **Cn.** Privatarum litium cognitor, idemque mercator. Th. C. IX. 27. c. 5. ad L. Iul. repet.

Mercatura. *Negotiatio.* I. **Sy.** Distractio mercium. fr. 5. §§. 2. 12. de inst. act. 14. 3. Paul. II. 8. §. 2. Ex tabernaculis atque ergasteriis, Mercatura (congerere, s. colligere.) Th. C. XVI. 2. c. 10. c. 14. pr. de episc. eccl.

Mercatus. (Subst.) Idem. III. **Cn.** De nundinis et mercatibus [al. mercationibus.] Cod. IV. 60. (Rubr.) Exercendorum mercatuum, aut nundinarum (licentiam merere) c. 1. de nundin. 4. 60.

Mercedula. *Merces.* III. **Cn.** Solatiis pro mercedula praestitis. Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicul.

Mercenarius. (Adiect.) *Mercede constans.* I. **Sy.** Pretio nummario aestimanda, Mercenaria (res, v. opera.) fr. 1. §§. 4. sq. de extr. cogn. 50. 13.

Mercenarius. (Subst.) *Conducticius homo.* III. **Cn.** Cum servus a domino, vel libertus a patrono, — vel mercenarius ab eo, cui operas suas locaverat, (offeratur quaestioni.) fr. 11. §. 1. de poen. 48. 19. cf. fr. 89. de furt. 47. 2. Si quis per servum suum, vel procuratorem, prohibuerit. — Idem etiam si mercenarius meus prohibuerit. fr. 3. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. Aut mercenarius, aut hospes, aut medicus. fr. 20. Quemad. servit. 8. 6.

Merces. **§. 1.** *Praemium, Honorarium.* III. **Cn.** Alimenta, et mercedes ut liberalibus artibus instituerentur. fr. 4. cf. fr. 3. §. 2. ubi pup. 27. 2. fr. 1. pr. de extr. cogn. 50. 13. Mercedes medicis praestitae, caeteraque impendia quae in curatione facta sunt. fr. 7. de h. qu. deiec. 9. 3. Fideiusserat, — mercedem pactus ob suam fideiussionem. fr. 6. §. 7. mand. 17. 1. cf. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Officium magistri quadam mercede remuneratum (esse eum.) fr. 27. fr. 34. §. 1. de donat. 39. 5. Sine mercede, virtutis ostendendae causa, (pugnare.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. — **§. 2.** *Pretium locationis.* I. **Sy.** Pecunia interveniens.) Pretium. Gai. IV. 28. fr. 28. §§. 1. sq. fr. 51. §. 1. locat. 19. 2. Pensio, Vectura. fr. 27. §. 1. fr. 29. de hered. pet. 5. 3. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2. fr. 22. de pact. dot. 23. 4. II. **Op.** Mercede. — Gratia, s. Gratis. Cf. v. Gratia. §. 2. A. v. Gratis. III. **Cn.**

Qui a me emerat, sive mercede conduxerat. fr. 6. de donat. 39. 5. Nisi merces certa statuta sit, non videtur locatio et conductio contrahi. Gai. III. 142. Locavi opus faciendum, ita ut — certam mercedem in dies singulos darem. fr. 51. §. 1. locat. 19. 2. Mercedem diurnam praestare. fr. 23. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. In vecturis navium, — item mercedibus servorum, quorum operae per ipsum fuerint locatae. fr. 55. de cond. indeb. 12. 6. Paul. V. 36. §. 2. fr. 11. comm. div. 10. 3. Si non fide dominica, sed mercede, ut extranei coloni solent, fundum coluisset. fr. 20. §. 1. cf. fr. 12. §. 8. de instr. leg. 33. 7. Si — colonum, et V annorum mercedes, (in fidem suam recipiat.) Vatic. §. 13. cf. Gai. IV. 147. Fructus et usurae, — item mercedes praediorum. fr. 58. §. 5. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 7. §. 1. sol. matrim. 24. 3. Pretium materiae, et mercedes fabrorum. fr. 7. §. 12. de A. R. D. 41. 1. Non pro custodia, sed pro arte mercedem accipere. fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9. fr. 40. locat. 19. 2. Gai. III. 206. Sub mercede apud aliquem esse. c. 4. de serv. fugit. 6. 1.

Mercimonium. **§. 1.** *Mercium quaestus. Mercatura.* I. **Sy.** Commercium. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ergasteria, quae mercimoniis deputantur. Th. C. VII. 8. c. 5. §. 1. de metat. Negotiationem et mercimonia non oporteat aestimari. Ib. XIII. 1. c. 3. de lustr. collat. Qui pro mercimoniis, et substantiae mercede, (inter negotiatores sunt.) Ib. c. 10. l. 1. Qui mercimoniis student. Ib. XVI. 2. c. 10. c. 14. pr. de episc. eccl. Quae mercimoniis publicis praefuit. Ib. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. — **§. 2.** *Nundinatio turpis.* III. **Cn.** Venalitas, et sordidum mercimonium. Nov. 35. c. 1.

Merens. (Partic.) **§. 1.** *Qui stipendia facit.* III. **Cn.** In castris merentes. fr. 23. §. 1. de excusatt. 27. 1. — **§. 2.** *Qui meretur. Dignus.* III. **Cn.** Quod praemii loco merentibus tributum est. fr. 26. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Erga bene merentes (amicos, vel necessarios, sc. honestae sunt donationes.) fr. 5. de donat. 39. 5. fr. 9. si qu. in fr. patr. 38. 5.

Merere, s. **Mereri.** **§. 1.** *Stipendia facere, Officio fungi.* I. **Sy.** Militare, Stipendia merere. fr. 65. pr. de R. N. 23. 2. fr. 26. §. 3. de de pact. dot. 23. 4. fr. 16. §. 1. de castr. pecul. 49. 17. Administrare, Gerere, (officium.) fr. 38. fr. 57. pr. de R. N. 23. 2. fr. 3. §. 1. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Provincia, in qua centurio merebat. Miles, ubi meret. fr. 26. §. 3. de pact. dot. 23. 4. fr. 23. §. 1. ad munic. 50. 1. cf. Vatic. §. 295. Stipendia, quae merent (sc. milites.) fr. 18. §. 6. de iure fisci. 49. 14. Stipendiorum gradus meruisse. Th. C. XIII. 1. c. 7. de lustr. collat. — **§. 2.** *Adipisci, Consequi.* I. **Sy.** Impetrare, Consequi. Ib. X. 8. c. 4. de bon. vac. XI. 20. c. 5. pr. §. 1. de collat. donat. II. **Op.** In quem porrectae sunt (preces.) — Qui meruerit. Th. C. I. 2. c. 8. de div. rescr. III. **Cn.** Quod ex operis suis meret. fr. 3. §. 8. de statulib. 40. 7. Fortuna, quam nascendo meruit. Th. C. XII. 1. c. 118. pr. de decurion. Orando, s. Oblatis precibus, meruisse. Ib. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic. IX. 22. c. 3. ne collat. transl. Quacunque ambitione meruisse (sc. immunitates.) Ib. XI. 13. c. 1. si per obrept. Beneficio nostro, v. Ex nostra adnotatione, merere. Ib. XI. 24. c. 6. §. 8. de patroc. vicor. XIII. 11. c. 9. de censitor. — **§. 3.** *Promerere, Commerere, Propter meritum lucrari.* I. **Sy.** Meritum apud aliquem collocare, Merere eum. fr. 11. §. 8. de legat. III. (32.) fr. 46. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Promerere. fr. 77. §. 25. de legat. II. (31.) fr. 11. §. 8. l. (32.) fr. 20. de man. testam. 40. 4. II. **Op.** Mereri. — Indignus esse. Excludi. fr. 20. fr. 51. pr. §. 1. ib. 40. 4. III. **Cn.** Vt quisque de te meruerit. Illi, si te meruerit. fr. 77. §. 25. de legat. II. (31.) fr. 11. §. 8. de legat. III. (32.) Quod — officio meruerit a quolibet sibi donari. fr. 39. de pecul. 15. 1. Persona, quae meruit hoc beneficium. fr. 1. §. 14. de success. edict. 38. 9. cf. fr. 10. §. 10. Qu. in fr. cred. 42. 8. Res, quae publicam tutelam meruit. fr. 2. §. 1. ne de statu defunct. 40. 15. Facinus, ut capitalem poenam meruisse videantur, committere. fr. 27. §. 2. de poen. 48. 19. cf. fr. 15. de bon. libert. 38. 2. Causa, propter quam id pati meruit. fr. 22. de h. qu. not. infam. 3. 2. Qui — adversam sententiam meruit. Fr. de I. F. §. 20. fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. Eundem favorem mereri. — Veniam non mer. fr. 38. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 4. §. 11. fr. 5. §. 5. de R. M. 49. 16. Notam exheredationis merere. Exheredari mer. fr. 8. de coniung. c. emanc. 37. 8. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. Liberi exheredati, qui nihil ex patris iudicio meruerunt. fr. 13. de d. m. exc. 44. 4. Si legata filii — in honorem patris meruerunt. fr. 28. pr. de testam. tut. 26. 2. Amittere id, quod testamento meruit. fr. 5. §. 2. de h. qu. ut indign. 34. 9. Mediocritas, et rusticitas — interdum excusationes merentur. Vatic. §. 244.

Meretricius. (Adiect.) *Ad meretricem pertinens.* II. **Op.** Matronalis. Cf. h. v. III. **Cn.** Vxorem pati adulterari meretricio quodam genere. fr. 29. §. 4. ad L. Iul de adult. 48. 5. c. 22. eod. 9. 9.

Meretrix. *Quae corpore quaestum facit.* I. **Sy.** Quaestuaria mulier. Palam quaestum faciens. fr. 43. pr. §. 7. de R. N. 23. 2. Scortum. fr. 12. §. 11. mand. 17. 1. fr. 8. pro emt. 41. 4. III. **Cn.** Nec enim, si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono praestare debet, quamvis adhuc corpore quaestum faciat. fr. 38. pr. de oper. libert. 38. 1. Turpes personae, veluti meretrix etc. fr. 3. pr. si a par. qu. manum. 37. 12. cf. fr. 4. §. 3. de cond. ob turp. c. 12. 5.

Mergere. **§. 1.** *Immergere (in aquam.)* I. **Sy.** Demergere. Cf. h. v. III. **Cn.** Cum spoliatur (sc. navis,) aut mergitur, aut dissolvitur etc. fr. 6. de incend. ruina. 47. 9. — **§. 2.** *Opprimere, Pessumdare.* III. **Cn.** Si non expedit, — absolvi pupillum oportere; neque enim in hoc administrantur tutelae, ut mergantur pupilli. fr. 3. pr. de contr. tut. 27. 4.

Meridianus. (Adiect.) *Ad meridiem pertinens.* III. **Cn.** Meridiano tempore (adquiescere.) fr. 26. pr. de oper. libert. 38. 1. Horae meridianae. Th. C. I. 8. c. 1. de off. iud. civ.

Meridies. *Media pars diei.* II. **Op.** Ante meridiem. — Post epulas. Ib. XV. 5. c. 2. pr. de spectac. Ante, v. Post, meridiem. — Sol occasus. Frr. L. XII Tabb. I. 7. sqq.

Merito. (Advb.) *Recte, Iuste.* I. **Sy.** Rectissime (receptum est etc.) fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. Iuste (iudicatum.) Th. C. XI. 36. c. 1. Quor. app. n. rec. III. **Cn.** Iure meritoque. Iure ac merito. fr. 14. §. 4. Qu. met. c. 4. 2. fr. 17. §. 13. de iniur. 47. 10. fr. 45. §. 12. de iure fisci. 49. 14. Quod et honestius est, et merito obtinuit. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. Quae sententia — comprobata est, et merito. fr. 2. §. 4. de vulg. et pup. 28. 6. Mer. sit Praetor. fr. 2. §. 10. ne qu. in loco pub. 43. 8. cf. fr. 1. §. 2. depos. 16. 3. Mer. quaeritur, v. adiicitur. Gai. III. 133. fr. 5. §. 4. de tribut. act. 14. 4. Vbicunque merito quis incertus est etc. fr. 1. §. 5. si pars hered. 5. 4. Metus non vani hominis, sed qui mer. et in homine constantissimo cadat. fr. 6. Qu. met. c. 4. 2. Mer. posse, v. haberi. fr. 42. pr. de procur. 3. 3. Gai. IV. 97.

Meritorium. *Aedes, vel tabernae, quae pretio locantur.* III. **Cn.** Meritoria, — quae vulgo diversoria, vel fullonica adpellant. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. Meritoria illic facere — non debet, nec per coenacula dividere domum. fr. 13. §. 8. l. 7. 1. Quaecunque in caupona, vel in meritorio, stabulo, diversoriove perierint. Paul. II. 31. §. 16. cf. fr. 5. §. 5. de iniur. 47. 10. Viatica, et meritoriorum, et stabulorum, iumentorum etc. (vecturae.) fr. 52. §. 15. pro soc. 17. 2.

Meritum. §. **1.** *Quod merendo quis quaesivit, vel cuius delicti factus est reus.* III. **Cn.** Si — ex operis ipsius accesserit aliquid, vel si quid suo merito adquisierit. fr. 4. §. 10. de manum. 40. 1. Honor et merita militiae. fr. 18. §. 5. de iure fisci. 49. 14. fr. 11. de vac. et excus. 50. 5. Non inconsulto calore, sed ex meritis eius, (ad id odium incitatus.) c. 19. de inoff. testam. 3. 28. cf. fr. 22. §. 1. eod. 5. 2. Totum testamentum delendum (sc. putare,) ob unius malum meritum. fr. 2. de h. qu. in testam. del. 28. 4. — §. **2.** *Virtus, Dignitas.* I. **Sy.** Merere aliquem. Meritum collocare apud eum. Cf. v. Merere. §. 3. II. **Op.** Delictum. fr. 3. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4. Ob meritum, — Sine causa (obvenire etc.) fr. 9. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Ob merita tua fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi etc. fr. 47. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Meritis enim liberos magis, quam pactionibus adstringi placuit. Paul. IV. 5. §. 8. Multa merita incidere possunt, quibus honestum sit etc. fr. 15. §. 1. de manum. vind. 40. 2. An utriusque liberorum tutelam suscipiat, — quasi utriusque meritum habeat? Vatic. §. 221. Quae Princeps alicui ob merita indulsit. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. — §. **2. A.** *Culmen honoris.* III. **Cn.** Cum praefecturae meritum caeteris dignitatibus antestet. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar. Officium, quod tuis meritis obsecundat, s. paret. Ib. I. 12. c. 4. (Wck.) de off. Proc. et Leg. X. 10. c. 14. de petit. et ultro dat. — §. **3.** *Quaestus, Pretium.* I. **Sy.** Aestimatio pretii. Ib. XV. 1. c. 30. de opp. pub. III. **Cn.** Maioris, v. Inferioris, meriti (aedificia etc.) Ib. c. 30. l. XV. 2. c. 3. de aquaed. Militarium meritorum, seu cuiuslibet praestationis, (erogatio.) c. 16. pr. de erog. mil. annon. 12. 38. Familiaris rei scire vires, vel merita atque emolumenta. Th. C. III. 1. c. 4. de contr. emt. Mancipium eius meriti. Edict. Theodor. §§. 64. 70. — §. **4.** *Vis, Ratio, Momentum.* I. **Sy.** Causa, Merita (adpellationis.) fr. 27. de app. et relat. 49. 1. Gratia, Merito (hospitii, irruere.) Th. C. VII. 8. c. 2. c. 7. de metat. III. **Cn.** Post redditas causas, — adpellationis merita probare. fr. 27. l. 49. 1. cf. Paul. V. 35. §. 1. Vel causae meritum, vel personae qualitatem (ad nos referat.) Th. C. IX. 2. c. 2. de exhib. v. transm. Quibus (sc. horis) causarum merita, vel facta [al. fata] panduntur. Ib. I. 8. c. 1. de off. iud. civ. IV. 22. c. 5. pr. unde vi. Merito inscriptionis illatae, (aliquid iniuriae tolerare.) Ib. IX. 37. c. 2. de abolit.

Meritus. (Partic.) §. **1.** *Is, qui meruit.* III. **Cn.** Meritissimi iuris auctores. c. 1. Qu. ad libert. procl. 7. 18. Male meritus. fr. 31. pr. depos. 16. 3. c. 2. Qui n. poss. ad libert. 7. 12. — §. **2.** *Conveniens, Iustus.* III. **Cn.** Meritis de causis (submoveri ab ea successione.) fr. 7. pr. de bon. damn. 48. 20. Certum locum meritumque (praescribere.) Th. C. VI. 5. c. 2. ut dignit. ordo.

Merum. *Vinum purum.* III. **Cn.** Larem igne, mero genium, penates nidore (venerari.) Ib. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan.

Merus. (Adiect.) §. **1.** *Solus, Strictus.* I. **Sy.** Nuda, Mera (voluntas.) fr. 18. de adim. legat. 34. 4. Ipso, Mero (iure.) Cf. v. Ipse. §. 2. II. **Op.** Merum, — Mixtum, s. Ex mixtura quadam consistens. fr. 3. de iurisd. 2. 1. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Communi auxilio, et mero iure (munitus.) fr. 16. pr. cf. §. 2. de minor. 4. 4. Qui mero iure intestato heres exstitit. fr. 20. §. 2. de B. P. c. t. 37. 4. Merum est imperium, habere gladii potestatem etc. fr. 3. de iurisd. 2. 1. A mero iudicis, v. Praetoris, officio proficisci. fr. 5. pr. de V. O. 45. 1. Aequitas, quae merum ius compensationis inducit. fr. 36. de adm. et peric. 26. 7. Non meram donationem esse, (verum officium magistri quadam mercede remuneratum.) fr. 27. de donat. 39. 5. Meram poenam continere. — In meram aestimationem condemnari. fr. 1. §. 4. si qu. ius dic. 2. 3. fr. 62. de iure dot. 23. 3. — §. **2.** *Intemeratus, Incorruptus.* I. **Sy.** Intactus. Merus atque immutilatus. c. 11. sq. de legit. hered. 6. 58. III. **Cn.** Mera fide et integra veritate. Th. C. XIII. 11. c. 12. de censitor.

Merx. *Res, quae emitur, venditurve.* I. **Sy.** Res, pro qua mercedem aliquis accipit. fr. 2. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. II. **Op.** Pretium. fr. 1. pr. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Mercis loco, — Suorum numero (habere servos.) fr. 73. §. 4. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Aestimatio rerum, quae mercis numero habentur. fr. 42. de fideiuss. 46. 1. fr. 1. §. 1. fr. 5. §. 4. de tributor. act. 14. 4. fr. 66. fr. 207. de V. S. 50. 16. Si merx aliqua — petita sit, veluti vinum, oleum, frumentum. fr. 4. de cond. tritic. 13. 3. fr. 22. de O. et A. 44. 7. Quod (sc. peculium) in his mercibus continetur, quibus negotiatur filius, servusve. Gai. IV. 74. cf. 72. fr. 1. §. 2. fr. 2. fr. 3. §. 1. de tribut. act. 14. 4. fr. 27. pr. de pecul. 15. 1. Si non fuit institor dominicae mercis. fr. 11. §. 7. fr. 17. §. 3. de inst. act. 14. 3. Quae publice mercibus, vel tabernis exercendis procurant. Paul. II. 26. §. 11. fr. 19. §. 2. l. l. 14. 3. Oleariae, v. Communi, merci praepositus (servus.) fr. 11.

§. 8. fr. 13. pr. fr. 14. ib. 14. 3. Cum in eadem navé varia mercium genera complures mercatores coëgissent. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. cf. fr. 4. §. 2. naut. caup. 4. 9. fr. 31. locat. 19. 2. Si merces vendidit certo loci, vel disposuit, vel comparavit. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. cf. fr. 18. §. 3. de d. m. 4. 3. fr. 4. de inst. act. 14. 3.

Mesonauta. *Qui medium inter nautam et remiges locum tenet.* III. ***Cn.*** Nec enim debet (sc. qui navem exercet,) — per remigem, aut mesonautam obligari, sed per se, vel per navis magistrum. fr. 1. §. 2. naut. caup. 4. 9.

Mesopotamia. *Regio Asiae, inter Euphratem et Tigrim sita.* III. ***Cn.*** Per provincias Mesopotamiam, Osroënam, Euphratensem etc. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. c. 8. de fund. patrim. 11. 61. Vicarius, v. Dux, Mesopotamiae. Th. C. VIII. 4. c. 4. de cohortal.

Messaliani. *Haereticorum genus.* III. ***Cn.*** Eunomiani, Valentiniani, Montanistae, — Messaliani etc. Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret.

Messis. **§. 1.** *Actus metendi, Collectio frugum.* II. ***Op.*** Spica, quae terra teneatur. — Stipula, quae in messe iacet. fr. 13. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Segetes, et quod ex messibus collectum erit. fr. 25. §. 1. de usur. 22. 1. Messis, vindemiarumque tempore. — Si nondum messis vindemiave facta sit. fr. 1. pr. fr. 3. pr. de feriis. 2. 12. fr. 1. §. 25. de ventre in poss. 37. 9. Tempore messium et arearum. fr. 15. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet. fr. 1. §. 12. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Segetes, Fruges.* I. ***Sy.*** Seges. Coll. LL. M. XII. 2. sq. III. ***Cn.*** Si messem in campo seminaverit. Epit. inst. Gaii. II. 1. §. 4. Messium — incensores, vinearum, olivarumve. Coll. LL. M. XII. 3. fr. 16. §. 9. de poen. 48. 19.

Messius. *Nomen I.Cti R.* III. ***Cn.*** Papinianus et Messius (novam sententiam induxerunt.) fr. 50. de iure fisci. 49. 14.

Messivus. (Adiect.) *Ad messem spectans.* III. ***Cn.*** Messivis feriis et vindemialibus. L. Rom. Burg. 11. (al. 12.) Interp. ad Th. C. II. 8. c. 2. de feriis.

Messorius. (Adiect.) *Ad messorem pertinens.* II. ***Op.*** Putatoriae, — Messoriae, — Foenariae (falces.) fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §§. 35. sq.

Meta. **§. 1.** *Corpus conicum.* I. ***Sy.*** Inferior pars molae. Meta molendaria. fr. 18. §. 5. l. l. 33. 7. (cf. v. Catillus.) — **§. 2.** *Terminus, Finis.* I. ***Sy.*** Curricula, Tempora, Metae (anni etc.) Th. C. IX. 36. c. 2. ut intra ann. XI. 30. c. 67. de app. et poen. III. ***Cn.*** Extra metas propriae civitatis (extollere potestatem fascium.) Ib. XII. 1. c. 174. de decurion. Anni metas habeat litigator. Ib. XI. 30. c. 67. de app. et poen. Vt in eo arctiores metae temporum serventur. Ib. XI. 31. c. 1. de repar. app. Si — triennii metae — iam prope in finem veniant. c. 13. §. 2. de iudic. 3. 1.

Metallarius. *Qui in effodiendis metallis laborat.* I. ***Sy.*** Metallicus. Th. C. X. 19. c. 15. pr. §. 2. de metall. Aurilegulus. Cf. h. v.

Metallicus. (Adiect.) *Ad metalla spectans. Metallo constans.* I. ***Sy.*** Metalli, Metallicum (opus.) fr. 28. §. 6. de poen. 48. 19. III. ***Cn.*** Seu in auro, seu in argento, seu in speciebus, vel in metallica quacunque materia. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 1. Canon metallicus. Loca metallica. Th. C. X. 19. c. 4. c. 15. §. 1. de metall.

Metallicus. (Subst.) *In metallorum fodina opus perpetuum facere damnatus.* I. ***Sy.*** Metallarius. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Eam non oportuisse in ministerium metallicorum, nec in opus metalli dari. c. 9. de poen. 9. 47. fr. 8. §. 8. fr. 36. de poen. 48. 19. Qui ex causa in metallum dati sunt, et post hoc deliquerunt, in eos tamquam metallicos constitui debet. fr. 10. §. 1. ib. 48. 19.

Metallum. **§. 1.** *Materia aeris, vel saxi.* I. ***Sy.*** Saxum. Th. C. X. 19. c. 1. sq. de metall. Lapidicinae, vel cretifodinae, vel arenae. Metalla. fr. 9. §§. 2. sq. de usufr. 7. 1. III. ***Cn.*** Venae lapidicinarum, et huiusmodi metallorum. fr. 13. §. 5. ib. 7. 1. fr. 3. §. 6. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Auri metallum (sectari.) Th. C. l. l. c. 7. Caedere metallum. Exercere quodlibet marmoreum metallum. Ib. c. 1. c. 11. c. 13. l. l. — **§. 2.** *Fodina aeris, saxorumve.* III. ***Cn.*** Vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, et metallorum etc. fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16. Metalla multa numero sunt; et quaedam quidem provinciae habent, quaedam non habent. fr. 8. §. 4. de poen. 48. 19. Th. C. XI. 28. c. 9. c. 11. de indulg. debitor. Coll. LL. M. XV. 3. Si quis ex metallis Caesarianis aurum, argentumve, furatus fuerit. fr. 6. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. cf. fr. 38. pr. de poen. 48. 19. In metallum, aut in opus metalli, s. in ministerium metallicorum, (dari, s. damnari.) fr. 36. l. l. 48. 19. fr. 3. §. 1. de R. M. 49. 16. Paul. V. 3. §. 5. Si ex causa metalli servus poenae efficiatur. Ib. III. 6. §. 29. Proxima morti poena, metalli coërcitio. fr. 28. pr. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 1. de requir. reis. 48. 17. Mediocrium delictorum poenae sunt, metallum, ludus, deportatio. Paul. V. 17. §. 3. cf. V. 4. §. 8. V. 20. §§. 2. 5. sq. Ius gladii habent, et in metallum dandi potestas eis permissa est. fr. 6. §. 8. de off. Praes. 1. 18. Metallo facies inservire (eos.) Th. C. XV. 12. c. 1. de gladiator.

Metatio. *Hospitiorum praebitio.* I. ***Sy.*** Metatorum praebendorum onus. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §§. 1. sqq.

Metator. *Qui hospitia publice praebenda designat.* I. ***Sy.*** Mensor. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Hospitia praebere metatoribus. Nov. Th. II. l. I. 5. c. 1. §. 2.

Metatum. *Hospitium praebendum. Metatio.* I. ***Sy.*** Hospitalitatis munus, s. praebitio. Hospitum molestia, Hospitium. Metata praebenda. Metatorum molestia. c. 3. §. 2. c. 5. §. 2. de advoc. div. iudicum. 2. 8. c. 9. de prox. S. scrin. 12. 19. Th. C. VII. 8. c. 3. c. 8. c. 12. c. 15. de metat. Nov. Th. II. eod. I. 5. c. 1. pr. §§. 1. sq.

Metaxa. *Sericum rude.* II. ***Op.*** Nema sericum. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. III. ***Cn.*** Metaxa, vestis serica, subserica etc. fr. 16. §. 7. l. 39. 4.

cf. fr. 70. pr. §. 4. de legat. III. (32.) Lotae — sericae [al. serico-] blattae, ac metaxae huiusmodi species. Th. C. X. 20. c. 13. de murileg.

Metaxarius. *Distractor serici.* III. **Cn.** Argenti distractores, vel metaxarii, vel alii quarumcunque specierum negotiatores. c. 27. de pign. et hyp. 8. 14.

Meticulosus. (Adiect.) *Ad metum promtus.* III. **Cn.** Si quis meticulosus rem nullam [al. ullam] frustra timuerit. fr. 7. pr. Qu. met. c. 4. 2.

Metiri. §. 1. *Mensuram agere.* I. **Sy.** Admetiri. Cf. h. v. Fallere in mensura. Metiendo mentiri. Cf. Mensura. §. 2. III. **Cn.** Aut numerando, aut metiendo, aut pendendo (dare res.) Gai. III. 90. Vt emtor in diebus XXX proximis fundum metiretur, et de modo renunciaret. fr. 40. pr. de contr. emt. 18. 1. Vtrum factum opus, an etiam imperfectum, metiri oporteret. fr. 30. §. 3. locat. 19. 2. — §. 2. *Emetiri, Permeare.* I. **Sy.** Emetiri. Th. C. VI. 12. c. 1. de comit. consistor. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. Proficisci, Iter metiri. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. — §. 3. *Aestimare, Ponderare.* III. **Cn.** Periculose [al. Periculosum] esse, ex persona rei hoc metiri. fr. 61. pr. de iudic. 5. 1. cf. fr. 1. §. 1. si pars hered. 5. 4. Neque enim debet — filii sui contumeliam ad suam utilitatem metiri. fr. 17. §. 13. de iniur. 47. 10. Si cui C libri sint legati, C volumina ei dabimus, non C quae quis ingenio suo metitus est, cui ad libri scripturam sufficerent. fr. 52. §. 1. de legat. III. (32.)

Metoecus. *Qui, ut advena, in aliena civitate sedes collocavit.* III. **Cn.** Super metoecis [al. metroicis] data (sc. forma,) qui iussu Principis in aliam civitatem translati sunt. c. 4. de iure fisci. 10. 1.

Metreta. *Genus vasis, mensuram certam liquidorum continens.* III. **Cn.** Quodsi vinum ita venierit, ut in singulas amphoras; item oleum, ut in singulas metretas; item frumentum, ut in singulos modios (pretium diceretur.) fr. 35. §. 5. cf. §. 7. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2.

Metrocomia. *Matrix villa, Caput vicorum.* III. **Cn.** Quas (sc. functiones) metrocomiae debent, et publici vici pro antiquae capitationis professione debent. Th. C. XI. 24. c. 6. §§. 6. 8. de patroc. vicor. In earum metrocomiarum locum, quas temporis lapsus — viribus vacuavit, ex florentibus aliae subrogentur. Ib. c. 6. §§. 1. 4. l. Fundos, extra metrocomias, — possidere. c. 8. de exact. tribut. 10. 19.

Metroicus. Cf. v. Metoecus.

Metropolis. *Caput inter civitates singulae provinciae.* I. **Sy.** Caput, Mater (provinciae.) fr. 4. §. 5. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. c. 1. de metrop. Beryt. 11. 21. Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. II. **Op.** Metropoles, vel splendidissimae civitates. — Abdita oppida. Ib. XV. 1. c. 14. de opp. pub.

Metropolita. *Archiepiscopus.* I. **Sy.** Episcopus metropolitanus. Metropolitanus (p. se pos.) Iul. ep. nov. c. 6. §§. 25. 31. c. 14. §. 50. c. 15. §. 60. c. 21. §. 76.

Metropolitanus. (Subst.) *Metropolita.* I. **Sy.** Metropolita. II. **Op.** Cuiusdam municipii episcopus. Iul. l. l. c. 6. §. 25. c. 27. §. 98. c. 61. §. 207. Patriarchae. — Metropolitani. — Alii episcopi. Ib. c. 6. §. 31.

Metropolitanus. (Adiect.) *Ad metropolin pertinens.* II. **Op.** Localis. Cf. h. v. Metropolitana civitas. — Alia provinciae municipia. Iul. ep. nov. c. 21. §. 80. III. **Cn.** Civitas, quae ius metropolitanum et nomen habeat. Ib. c. 27. §. 98. cf. c. 1. de metrop. Beryt. 11. 21.

Metuere. *Timere, Formidare.* I. **Sy.** Futurum esse, Metui (damnum.) fr. 11. §. 3. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. **Cn.** Si nondum mihi damnum dederis, sed ita ignem habeas, ut metuam ne mihi detur. fr. 27. §. 10. ad L. Aqu. 9. 2. Si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant (adversus eum advocationem suscipere.) fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Illud utique non est metuendum, ne etc. fr. 10. si pars hered. 5. 4. Nec metuiri [al. metuere debeam] ex hoc solo, quod etc. fr. 26. §. 1. de pignor. 20. 1.

Metus. *Timor, Pavor.* I. **Sy.** Trepidatio mentis, (instantis, vel futuri periculi causa.) fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. Timor, Terror. fr. 4. sqq. fr. 9. pr. ib. 4. 2. fr. 2. §. 1. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. II. **Op.** Exhortatio praemiorum. — Metus poenarum. Cf. v. Exhortatio. Iustissimum mortis metum habere. — Extra suspicionem ullius periculi esse. fr. 2. fr. 35. §. 4. fr. 43. de m. c. donat. 39. 6. III. **Cn.** Qui metu, et impressione alicuius terroris, (mentitus est, v. in se confitetur.) Paul. V. 1. §. 4. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. cf. fr. 6. §. 7. de A. v. O. H. 29. 2. Alii perquam timidi, metu divini numinis usque ad superstitionem. fr. 8. pr. de cond. inst. 28. 7. Omni eum metu ac suspicione (volumus liberari.) Coll. LL. M. I. 10. Si res urgeat, et metus erit, ne etc. fr. 49. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Sive metu, sive calliditate, sive aetate, sive absentia (inciderint in captionem.) fr. 1. sqq. de I. I. R. 4. 1. Cum is metu, aut sine d. m., reip. c. abesset. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Vi metuque compulsus. fr. 16. §. 1. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 7. §. 1. Qu. falso tut. auct. 27. 6. Metum, vel vim, adhibere, s. inferre. fr. 14. §. 3. cf. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. Neque vi neque metu (factum.) fr. 7. pr. ib. 4. 2. Quod metus causa factum est, s. gestum erit. fr. 1. fr. 9. §. 8. fr. 21. §. 1. ib. 4. 2. Exceptio, per quam, si metus causa te fecisse vel dolo malo arguero, repelleris. Gai. IV. 117. 121. fr. 4. §. 32. de d. m. exc. 44. 4. Illicitae exactiones, — et extortae metu venditiones et cautiones. fr. 6. pr. de off. Praes. 1. 18. Qui metus causa afuissent, scilicet si non supervacuo timore deterriti afuissent. fr. 2. §. 1. cf. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. c. 13. de transact. 2. 4. Metus non vani hominis. Iustus metus. fr. 6. fr. 7. §. 1. fr. 8. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Quae (sc. donatio) impendente metu mortis fit, ut est valetudinis etc. Paul. II. 23. §. 1. Metu patior, id te facere. fr. 9. pr. l. l. 4. 2. Hunc sibi metum ipsa infert. fr. 21. pr. ib. 4. 2. Ne metus, quem passus sum, mihi captiosus sit. In alterius praemium verti alienum metum non oportet. fr. 14. §. 5. ib. 4. 2.

Meus. (Pronom.) *Ad personam, vel familiam, nostram pertinens.* III. **Cn.** Mei quoque et Titii nomine, (iniuriarum agi posse.) Gai. III. 221. In memo-

moriam meam (des praestes.) fr. 17. de alim. v. cibar. 34. 1. Liberis meis Titius tutor esto! Ib. II. 289. De nomine meorum exire veto (fundum.) fr. 38. §§. 1. sq. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Qui in bonis nostris est*, (et praesertim is, quem ex iure Quiritium habemus.) I. **Sy.** Me habere, Meum esse (usumfr.) fr. 11. §. 2. de iureiur. 12. 2. III. **Cn.** Quaeritur, utrum meum sit, an tuum? Ex meo tuum fit. Gai. II. 79. III. 90. Quarumque rerum mihi tecum actio, — quodve tu meum habes, tenes, possides etc. fr. 18. §. 1. de acceptil. 46. 4. cf. fr. 91. de V. S. 50. 16. Meum est, — cuius vindicandi ius habeo. fr. 49. §. 1. de R. V. 6. 1. Meum si quis corpus alicui leget, — ut ita demum praestetur, si suum sit. fr. 85. de legat. III. (32.) Qui meus erit, cum moriar. fr. 2. de cond. inst. 28. 7. fr. 5. §§. 1. sq. fr. 6. de legat. I. (30.) fr. 85. de legat. III. (32.) cf. fr. 7. de auro arg. 34. 2. (Ex iure Quir.) tua, in bonis mea (sc. ancilla.) Gai. I. 167. Si in iudicio pronuncietur, rem meam esse. fr. 40. §. 2. de procur. 3. 3. Cum in rem ago, non expressa causa, ex qua rem meam esse dico. fr. 14. §. 2. de exc. rei iud. 44. 2. Aio, meum esse (ex iure Quiritium.) Cf. v. Aio. §. 1. Pro meo possidere. fr. 1. §. 1. fr. 3. pro suo. 41. 10. — **§. 3.** *Meum* (p. se,) i. e. *Fundus nostri iuris, Solum nostrum.* I. **Sy.** Fundus meus. fr. 8. §§. 5. sq. si servit. 8. 5. III. **Cn.** Si quis mandaverit, in meo aliquid facere. fr. 16. mand. 17. 1. Quae ex meo ad te nullo iure defluebant. fr. 2. §. 13. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Micce. *Nomen mulieris.* III. **Cn.** Micce, illustris femina. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. pr.

Migrare. **§. 1.** *Decedere, Abire.* I. **Sy.** Emigrare. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Vna habitare, Esse cum aliquo. — Migr. ab eo. fr. 30. §. 5. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare. fr. 1. §. 1. cf. §. 4. de migr. 43. 32. Exercitu veniente migravit conductor; — si domino non denunciavit, — ex locato tenebitur. fr. 13. §. 7. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Transire, Pervenire ad.* I. **Sy.** Transire. Th. C. IV. 4. c. 7. pr. §§. 1. sq. de testam. et codic. XVI. 7. c. 2. pr. §. 1. c. 3. pr. de apostat. Convolare ad (subsidium.) c. 8. pr. §. 1. de codicill. 6. 36. Pervenire ad (secundas nuptias, s. aliud matrimonium.) fr. 6. de divort. 24. 2. Iul. ep. nov. c. 2. §§. 5. sqq. c. 36. §. 132. III. **Cn.** Qui — prodentes divinum mysterium, in profana migrarunt. Th. C. XVI. 7. c. 4. §. 1. l. 1. Bona eius in fisci iura migrabunt. Ib. XIII. 11. c. 1. de censitor.

Mihi. Cf. v. Ego.

Miles. **§. 1.** *Qui armatam exercet militiam, et in numeros relatus est.* I. **Sy.** Militans. Qui militiae se dat. fr. 26. de lib. et posth. 28. 2. fr. 24. de milit. testam. 29. 1. fr. 2. §. 1. fr. 4. §. 1. de R. M. 49. 16. Th. C. VII. 12. c. 1. sq. de commeat. II. **Op.** Veteranus. fr. 8. §. 2. de procur. 3. 3. Paganus. fr. 3. fr. 14. fr. 17. §. 2. de milit. testam. 29. 1. fr. 42. de fideic. libb. 40. 5. Officiorum, vel militum (adventus.) fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. III. **Cn.** Miles adpellatur vel a militia, — aut a multitudine, aut a malo etc. fr. 1. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Miles caligatus. Cf. v. Caligatus. Voluntarius miles. fr. 4. §§. 3. 5. de R. M. 49. 16. Qui ab aliquo numero militum missus est. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tirones sint, — nondum milites sunt. fr. 42. de milit. testam. 29. 1. Miles — cinctus in alia militia. — Milites, qui in procinctu versantur. fr. 38. §. 1. ib. 29. 1. fr. 1. pr. de B. P. ex testam. milit. 37. 13. Multo minus milites avocandi sunt a signis vel muneribus. fr. 3. §. 6. de testib. 22. 5. Miles, — quae tulit secum in castra. Peculium, quod in castris adquisivit (filiusfam. miles.) fr. 4. pr. de castr. pecul. 49. 17. Vlp. XX. 10. Haec diligens observatio — militibus, propter nimiam imperitiam, — remissa est. Gai. II. 109. 114. Vlp. XXIII. 10. Qui mulierem adhibet ad satisdandum, (non videtur cavere;) sed nec miles, nec minor XXV annis probandi sunt. fr. 8. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. cf. fr. 54. pr. de procur. 3. 3. Dispositos milites stationarios habere. fr. 1. §. 12. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. Th. C. IV. 12. c. 3. de vectigal. et comm. — **§. 2.** *Quicunque officialium publicorum numeris adscriptus, et armis instructus erat.* II. **Op.** Exactor. Compulsor, aut opinator. Ib. XI. 1. c. 34. de annon. et tribut. XI. 7. c. 16. de exaction. III. **Cn.** Milites adpellamus tam eos, qui sub exc. magistris militiae tolerare noscuntur militiam, quam qui in XI devot. scholis taxati sunt etc. c. 35. de locat. 4. 65.

Milesius. (Adiect.) *Ad civitatem Miletum pertinens.* III. **Cn.** Mulier Milesia. fr. 39. de poen. 48. 19.

Miliarium. *Vas altum et angustum, ad aquam calefaciendam.* III. **Cn.** Miliarium argenteum, — vel aliud vas ad coquendum. fr. 19. §. 12. de auro arg. 34. 2. Instrumento balneatorio legato, — scamna, hypodia, fistulae, miliaria etc. (cedunt.) Paul. III. 6. §. 65.

Militans. (Partic.) **§. 1.** *Miles.* I. **Sy.** In militia agens. Vir militaris. fr. 11. fr. 13. de castr. pec. 49. 17. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. pr. §§. 1. sq. Miles. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Paganus. fr. 33. §. 2. de milit. testam. 29. 1. Privatus. Th. C. IV. 4. c. 5. de testam. et codic. IX. 40. c. 21. de poen. — **§. 2.** *Palatino ministerio praeditus.* I. **Sy.** Domesticus, agens in rebus. c. 1. in qu. c. militant. 3. 25.

Militare. **§. 1.** *Stipendia merere sub armis.* I. **Sy.** In militia agere. Stipendia merere. fr. 11. fr. 15. pr. fr. 16. §. 1. de castr. pecul. 49. 17. III. **Cn.** Qui officii causa in provincia agit, vel militat. fr. 62. pr. de contr. emt. 18. 1. Qui in vigilibus, (s. inter vigiles,) vel urbanis castris, militat. fr. 15. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. Vlp. III. 5. Vatic. §. 144. Vt ad eum remittantur (sc. milites,) — sub quo militabunt. fr. 9. de custod. et exhib. 48. 3. — **§. 2.** *Inter palatinos, vel officiales, ministerio fungi.* I. **Sy.** Laborare, Versari, Stipendia agere (in scriniis, s. in militia scriniorum.) Th. C. VI. 26. c. 1. c. 5. c. 7. sq. c. 10. sq. c. 15. c. 17. pr. de proxim. comit. disp. III. **Cn.** Qui mercandi, vel militandi, sacra beneficia meruerint. c. 1. in qu. c. milit. 3. 25. Vel in scriniis, vel inter agentes in rebus, vel inter palatinos (audeant militare.) Th. C. XVI. 5. c. 29. de haeret. cf. XII. 1. c. 31. de decurion. Qui in palatio militarunt, et quibus

provinciae commissae sunt. Ib. XII. 1. c. 5. l. l. In adparitorum numero militare. Ib. c. 133. l. l. — **§. 3.** *Operari.* III. ***Cn.*** Certis finibus nostras actiones militare censemus. Nov. 36. pr.

Militaris. (Subst.) *Militans, Miles.* I. ***Sy.*** Miles. Vir militaris. Militaris (p. se pos.) Th. C. VII. 4. c. 14. sqq. 20. sqq. de erog. mil. annon. XIV. 17. c. 7. c. 11. de annon. civ. II. ***Op.*** Popularis. Ib. c. 7. l. III. ***Cn.*** Privilegia, quae militaribus palatinisque tribuuntur. Ib. VII. 20. c. 10. de veteran.

Militaris. (Adiect.) *Ad militiam spectans, Ad milites pertinens.* I. ***Sy.*** Militiae, Militum, Militare (ius, v. delictum.) fr. 14. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 2. pr. fr. 6. pr. de R. M. 49. 16. fr. 12. de castr. pec. 49. 17. Stipendii nomine dandum, Militare (aes.) Gai. IV. 27. II. ***Op.*** Civilis. Cf. h. v. §. 1. Commune, — Militare (ius.) Cf. v. Communis. §. 2. Privatus. Nov. Th. II. ne duciani v. limit. I. 2. c. 1. pr. Palatina, vel militaris, (praerogativa.) Th. C. XI. 16. c. 15. de extr. s. sord. III. ***Cn.*** Castrenses, vel militares res. fr. 3. de castr. pec. 49. 17. Rei militaris (pignoris capio.) Gai. IV. 27. Equus militaris. Equi ad militare subsidium. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16. Th. C. VI. 26. c. 3. de prox. comit. disp. Ministeria, Munera (militaria.) Officium militare. fr. 18. de V. S. 50. 16. fr. 4. §. 1. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Vatic. §. 145. Sive Praeses sit Prov., sive quis alius qui iure militari testari non potest. fr. 44. de milit. testam. 29. 1. Tribuni militum, — ut — per eos militare delictum coërceri possit. Paul. V. 26. §. 2. Vinculis, vel custodia militari (impediri.) fr. 4. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. Manu militari, officio iudicis, (ab eo possessio transfertur.) fr. 68. de R. V. 6. 1. Inter eas (sc. vias vicinales,) et caeteras vias militares hoc interest. fr. 3. §. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. Militaris magisteria potestas. c. 1. de praep. S. cubic. 12. 5.

Militariter. (Advb.) *More militari.* III. ***Cn.*** Qui, post desertionem, in aliam militiam nomen dederunt, — et hos militariter puniendos. fr. 4. §. 9. de R. M. 49. 16.

Militia. **§. 1.** *Stipendia, sub signis merenda.* I. ***Sy.*** In militia agere. Militare. Cf. h. v. §. 1. Militum, Militiae (privilegium etc.) fr. 40. de adm. et peric. 26. 7. III. ***Cn.*** Miles, qui sub armata militia stipendia meruit. fr. 6. pr. fr. 18. de re iud. 42. 1. Th. C. II. 23. c. 1. pr. de R. V. Castrense peculium est, — quod proficiscenti ad militiam datur. Paul. III. 4A. §. 3. Militia ius Quiritium accipit, — si inter vigiles — militaverit. Vlp. III. 5. Vacationem militiae munerisque praestare. fr. 18. de V. S. 50. 16. cf. Th. C. XIII. 3. c. 3. c. 10. c. 16. de medic. et prof. Belli tempore subtrahere militiae (filium.) fr. 4. §. 11. de R. M. 49. 16. Implere tempus militiae. — Detrectare munus militiae. fr. 3. §. 8. fr. 4. §. 10. ib. 49. 16. Gradu militiae pelli. In extremum gradum militiae dari. fr. 3. §§. 5. 14. ib. 49. 16. cf. fr. 14. §. 2. de cust. et exhib. 48. 3. — **§. 2.** *Munus et emolumenta eorum, qui in palatio Principis, vel in scriniis officiisque publicis, operas praestabant.* I. ***Sy.*** Militare. Versari in militia. Cf. v. Militare. §. 2. Militare. Militiam adquirere. c. 27. de pignor. 8. 14. II. ***Op.*** Inter palatinos militiae sacramenta. — Armata militia. Th. C. XVI. 8. c. 24. de Iud. III. ***Cn.*** Si ei legatum sit aliquid, quod personae eius cohaeret, puta ius militiae. fr. 3. §. 7. de minor. 4. 4. fr. 11. §. 16. de legat. III. (32.) Cui tessera, vel militia, legatur. fr. 49. §. 1. de legat. II. (31.) Militiam suam reliquit, sive pecuniam, quaecunque redigi ex venditione eius potuerit, cum suis commodis. fr. 22. ib. (31.) fr. 102. §. 3. de legat. III. (32.) c. 27. de pignor. 8. 14. Quicunque post militiam provincialis officii, — ad maius privilegium militiae — properavit. Th. C. VIII. 4. c. 22. sq. de cohortal. Ad honores, vel palatinam adspirare militiam. Ib. IV. 10. c. 3. de libert. et eor. lib. Ad quamcunque aliam militiam, vel palatinam vel militarem, ambiendo transire. Ib. VIII. 7. c. 19. pr. de div. offic. Domestici, et agentes in rebus, et quaecunque alia praetendatur militia, vel dignitas. c. 1. in qu. c. milit. 3. 25. — **§. 3.** *Cultus divini ministerium.* I. ***Sy.*** Dei cultus. Caelestis militia. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Milium. *Genus frugis.* III. ***Cn.*** Si quis milium, vel frumentum meum (effuderit in flumen.) fr. 27. §. 19. ad L. Aqu. 9. 2.

Mille, s. **Mile.** *Centum decies.* III. ***Cn.*** Denarii mile. Gai. III. 146. Res mille aeris. Ib. IV. 14. sq. Plus M assibus (capere.) Ib. II. 225. IV. 23. Vlp. XXVIII. 7. HS. millia tot. Coll. LL. M. XIV. 3. Gai. III. 174. Vicena millia passuum. fr. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 3. pr. de V. S. 50. 16. Non minorem quam X milia [al. millium] modiorum navem. Vlp. III. 6.

Milleni. *Milli continens.* III. ***Cn.*** V hominibus singulis milenos asses legare. Gai. II. 225. Ab exsolvendis VII solidis per millena [al. millenos] nuper indictis — habeatur immunis. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 4.

Millesimus. (Adiect.) *Qui est ordinis* 1000. III. ***Cn.*** Vt alter ex millesima parte, alter ex duo millesimis partibus socius esset. fr. 80. pro soc. 17. 2.

Milliarium, s. **Miliarium.** *Columna, quae itineris mensuram secundum numerum passuum M describit.* I. ***Sy.*** Lapis. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** In urbe Roma, vel intra C. mum urbis Romae miliarium. Gai. I. 27. Coll. LL. M. XIV. 3. fr. 1. pr. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. Vltra ducentesimum miliarium. Vatic. §. 147. M. passus non a milliario [al. miliario] urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt. fr. 154. de V. S. 50. 16. Qui a primo milliario Alexandriae agit. fr. 4. §. 1. de hered. inst. 28. 5.

Millies. *Millena.* III. ***Cn.*** Si tam difficilem, imo paene impossibilem conditionem adiecerit, — veluti: „Si heredi millies dedisset.“ fr. 4. §. 1. de statulib. 40. 7.

Mimus. Mima. *Qui, v. Quae, extra scaenam, rem ludicram facit.* III. ***Cn.*** Tragoedi, vel mimi. fr. 38. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1. Cum arenariis aut mimis conversari. Iul. c. 107. §. 373. Nulla mima gemmis etc. — utatur. Th. C. XV. 7. c. 11. c. 13. de scaenic.

Minae. *Verba, aut signa, quibus metus infertur. Comminatio.* III. ***Cn.*** Iniquum erat

omnimode caveri, — cum possint ei lusoriae minae fieri. fr. 4. pr. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Latentibus per iudicem promissis, minisve tentata. Th. C. III. 11. c. 1. §. 1. si quac. praed. pot. Sub capitalis exitii minis (non licebit etc.) Ib. VIII. 5. c. 47. pr. de cursu pub.

Minare. *Ducere, Agere.* III. **Cn.** Actus, i. e. qua pecora minare consuevimus. Interpr. ad Paul. I. 17. §. 1.

Minari. *Minas iactare, Minitari.* III. **Cn.** Dixit, percussorem sibi mortem minatum, si proclamasset. fr. 1. §. 28. de S. C. Silan. 29. 5. Si iusto metu perterritus cognitionem, [al. ob cognitionem, v. cognitione iudicis,] ad quam ut vinctus iret, potens adversarius minabatur. fr. 23. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Se accusaturum minatus est, nec quidquam egit. fr. 40. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 18. de accus. 48. 2.

Minax. (Adiect.) *Terribilis.* III. **Cn.** Occasione potestatis uti, et minacem favorem suum invitis — exhibere, aut exhibuisse. Th. C. III. 11. c. 1. pr. si quac. praed. pot.

Minerva. *Pallas.* III. **Cn.** Minerva Iliensis. Cf. v. Iliensis.

Minicularius. Miniculator. Cf. v. Minuscularius, v. Nomenculator.

Minime. (Advb.) *Nequaquam, Nullo pacto.* I. **Sy.** Nullo modo. fr. 2. §§. 8. sq. si qu. cautt. 2. 11. III. **Cn.** Minime, vel minus quam oportuerat, (solutum.) c. 6. de praescr. XXX. 7. 39. cf. Th. C. XI. 9. c. 1. de distr. pign. Vtrumne iure steterint (sc. contractus,) an minime? c. 1. ne ux. pro mar. 4. 12. Vel adire hereditatem, vel minime eam repudiare. c. 22. §. 14. de iure delib. 6. 30. Minime concedatur, — nisi prius etc. Th. C. VII. 13. c. 1. de tiron. Min. hoc iure uti debemus. Gai. II. 108. Si per errorem, — dandam (sc. exceptionem;) si ex conventione, minime dandam. fr. 4. §. 5. si qu. cautt. 2. 11. Min. dicendum est. fr. 62. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 24. pr. de damn. inf. 39. 2. Paulus: minime, nam etc. fr. 53. §. 1. fr. 54. pr. de A. E. V. 19. 1.

Minimus. (Adiect.) **§. 1.** *Exiguus, Tenuissimus.* II. **Op.** Maior. Maximus. Cf. h. vv. Mediocris. Cf. h. v. Maiore valere. — Minimo distrahi. c. 5. de h. qu. vi. 2. 20. III. **Cn.** Vnam rem, licet minimam, (rapere.) Gai. III. 209. Propter satis minimam rem, vel summam, (audiri.) fr. 4. de I. I. R. 4. 1. Ob nullum, aut minimum lucrum, (recusare etc.) Gai. II. 254. cf. 226. Quae, quia minimi aeris sunt, ad nihilum perducuntur etc. fr. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. Si quis adfirmavit, minimam esse hereditatem. fr. 9. pr. de d. m. 4. 3. fr. 78. §. 16. ad S.C. Treb. 36. 1. Vt, vel qui minimum errasset, litem perderet. Gai. IV. 30. Id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit. fr. 11. §. 12. de A. E. V. 19. 1. Minimo transegit debitor. fr. 8. §. 2. de transact. 2. 15. Facile, quasi minimo valeret hereditas, (persuasit.) fr. 13. §. 5. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Minor.* I. **Sy.** Minor, Minima (summa.) fr. 5. pr. de adm. et per. 26. 7. fr. 38. §. 1. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis. fr. 200. cf. fr. 9. de R. I. 50. 17. — **§. 3.** *Modicus.* I. **Sy.** Modica, Minima (pars.) fr. 2. §. 1. fr. 4. pr. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. III. **Cn.** Non minima utilitas est (huius edicti.) fr. 1. pr. de tribut. act. 14. 4. Non minima incommoda habere. fr. 3. fam. ercisc. 10. 2. cf. Pr. I. Per. qu. ag. poss. 4. 10. Non minima differentia est inter etc. fr. 2. §. 24. vi bon. rapt. 47. 8. Deductis legatis minimis, et aere alieno non magno. fr. 44. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1.

Minister. **§. 1.** *Famulus, Administer.* I. **Sy.** Quae ministerium praebuit, Ministra, (cauponae etc.) Th. C. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult. III. **Cn.** Circa ministros terribilis. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Escaria et pocularia vasa debentur, sane ministri earum rerum legato non cedunt. Paul. III. 6. §. 61. — **§. 2.** *Qui opem fert, Adiutor, Socius.* III. **Cn.** Ministri, vel participes (caedis.) fr. 14. de S.C. Silan. 29. 5. Auctorem ac ministrum (poena excipiet.) Th. C. IX. 21. c. 2. §. 5. de falsa mon. Interdictae rei minister. fr. 15. §. 2. ad munic. 50. 1. Procurator, vel cognitor, qui litis minister est ordinatus. Th. C. II. 12. c. 7. pr. de cognitor. — **§. 3.** *Officialis, Adparitor.* III. **Cn.** Praetoria potestate, vel manu ministrorum (cogere.) fr. 1. §. 2. si ventr. nom. 25. 5. Quod eius (sc. Ducis) non dicam domesticus, sed manipularius et minister (accepit.) Th. C. IX. 27. c. 3. ad L. Iul. repet. — **§. 4.** *Qui sacris faciendis praesto est.* I. **Sy.** Clericus. Divini muneris minister. Ib. XVI. 2. c. 47. §. 1. de episc. eccl. III. **Cn.** Sacerdotes, et ministri. Ib. c. 31. c. 41. l. l. XVI. 10. c. 14. de pagan.

Ministerialis. *Famulus, privato Principis ministerio deputatus.* III. **Cn.** Qui ministeriales, et paedagogiani, et silentiarii, et decuriones exsistunt. Ib. VIII. 7. c. 5. de div. offic.

Ministerianus. Idem. III. **Cn.** Castrensiani et ministeriani. Cod. XII. 26. Rubr.

Ministerium. **§. 1.** *Opera, Adiutorium.* I. **Sy.** Opus (metalli, s. metallorum.) fr. 8. §§. 4. 6. 8. fr. 36. de poen. 48. 19. c. 9. eod. 9. 47. Fidem (accommodare, s. suscipere.) fr. 10. sq. fr. 18. §. 2. de h. qu. ut indign. 34. 9. III. **Cn.** Vocis ministerio uti. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Si nihil ex ministerio praestando subtrahit (inaequalitas maxillarum.) fr. 12. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Quod (sc. vitium) usum ministeriumque hominis impediat. fr. 1. §. 8. ib. 21. 1. Id officium in quo non sola opera nudumque ministerium earum versaretur. fr. 1. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Ea mancipia — simpliciora esse, et ad ministeria aptiora et dociliora. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Operas patrono, vel ministerium (exhibere.) fr. 17. pr. ad munic. 50. 1. Contrariis ministeriis, aut inusitatis, artificium eius (sc. servi) corrumpere. fr. 17. §. 1. de usufr. 7. 1. Opem fert, qui ministerium atque adiutorium — praebet. fr. 50. §. 3. de furt. 47. 2. Th. C. VII. 13. c. 9. de tiron. Si alii negotium gesserunt, et ministerio functi sunt. fr. 2. de term. mot. 47. 21. Res, in qua fraudis ministerium suscepit. fr. 46. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Alium possessorem ministerio meo facio. — Procurator alienae possessioni praestat ministerium. fr. 18. pr. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 1. A.** *Munus, Officium,*

Ordo. I. *Sy.* Locus. fr. 4. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Officium, Munus. fr. 20. §. 1. de ann. legat. 33. 1. fr. 18. pr. §§. 1. 11. 26. de mun. et hon. 50. 4. III. *Cn.* In magistratu, potestate, curatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico. fr. 1. pr. ad L. Iul. repet. 48. 11 Honor, ministeriumve publicum. fr. 38. §. 10. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Officium atque ministerium. Publicorum officiorum ministerium. fr. 10. §. 1. de edend. 2. 13. Th. C. VII. 6. c. 1. de milit. veste. VIII. 5. c. 23. pr. de cursu pub. Impendia legationum, quae solo ministerio obeuntur. fr. 6. de legation. 50. 7. Qui harum professionum vel pontificium sibi, vel ministerium vindicarunt. Th. C. XVI. 5. c. 13. de haeret. Presbyteri fastigium, vel ministerium diaconi (suscipere.) Ib. XII. 1. c. 121. de decurion. — **§. 2.** ***Adparatus ad curandum corpus. Vsus (quotidianus.)*** III. *Cn.* Quod (sc. argentum) ad epulandum in ministerio habuit. fr. 19. §. 12. de auro arg. 34. 2. Omnes (sc. servi,) qui ex conversatione urbana et in ministerio fuerint. Paul. III. 6. §. 70. Ad suum ministerium uti, et ad liberorum coniugisque. fr. 12. §. 5. de usu et habit. 7. 8. fr. 12. §. 35. de instr. leg. 33. 7. fr. 2. §. 14. vi bon. rapt. 47. 8. Qui, ministerii nostri causa, exhibendi piscis cura — tenentur. Th. C. XIV. 20. c. 1. de pret. pisc. Servi piscatores, qui solebant in ministerio testatoris esse, et ubicunque eum sequi. fr. 27. pr. de instr. leg. 33. 7. Servus, qui extra ministerium eius mulieris fuit, vel in agro vel in provincia. fr. 12. §. 1. Qui a quo man. 40. 9. In ministerio alicui legare (tot capita servorum.) fr. 34. pr. de legat. II. (31.) — **§. 3.** ***Minister ipse*** (tam servus quam liber, itemque publicus vel privatus.) I. *Sy.* Mancipium, Homo, Servus. fr. 24. §. 2. de iudic. 5. 1. fr. 12. §. 5. de usu et habit. 7. 8. fr. 6. sq. de pignor. 20. 1. fr. 21. pr. §. 1. de donat. int. V. 24. 1. III. *Cn.* Vrbica ministeria dicimus, et quae extra urbem nobis ministrare consueverunt. fr. 4. §. 5. de penu leg. 33. 9. Paul. III. 6. §§. 71. sq. fr. 12. §. 31. de instr. leg. 33. 7. Concubina, filii naturales, alumni, et si qua alia sunt huiusmodi ministeria. fr. 8. de pignor. 20. 1. Ministeria militaria (ad adiuvandos curatores operum pub. dare.) fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 6. §. 3. de off. Praes. 1. 18. Qui magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministeriis. fr. 1. §. 6. de fugitiv. 11. 4. cf. fr. 40. ex qu. c. mai. 4. 6. Qui tutelam, corruptis ministeriis Praetoris, redemerunt. fr. 3. §. 15. de susp. tutor. 26. 10. — **§. 4.** ***Vas, ad ministrandum in mensa paratum.*** III. *Cn.* Tam potoria, quam escaria vasa, item ministeria omnia. Paul. III. 6. §. 86.

Ministrare. **§. 1.** *Ministerium exhibere.* III. *Cn.* Quos poena coërcuit, aut ab honore ministrandi, [al. administrandi,] vel administrandae rei negotio, removit. fr. 51. §. 1. de manum. testam. 40. 4. Sequi eum, sive coenanti ministrare. fr. 25. de pecul. 15. 1. Qui publicanis in eo vectigali ministrant. fr. 1. §. 5. de publican. 39. 4. Mancipia ministrantia, et occasione ministerii quaestum facientia. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. — **§. 2.** ***Suppeditare, Praebere.*** I. *Sy.* Praestare, Praebere. fr. 3. §. 3. fr. 21. de in rem verso. 15. 3. Th. C. XIV. 17. c. 14. de annon civ. Pendere, Inferre, Subministrare. Ib. XI. 1. c. 3. c. 6. sq. de annon et tribut. XIV. 4. c. 4. §§. 1. 3. sq. de suar. III. *Cn.* Qui redemtori, domino mandante, nummos ministravit. fr. 1. in qu. c. pign. 20. 2.

Ministrator. *Ministrans (in coena)* III. *Cn.* Qui (sc. servi) ad ipsius (patrisfam.) cultum praepositi, — quo in genere — cubicularii, coci, ministratores etc. fr. 203. de V. S. 50. 16.

Minitari. *Minari.* III. *Cn.* Quae ruinam praesentaneam minitantur. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 3.

Minor. (Adiect.) **§. 1.** ***Minutior, Magis exiguus, Vilior.*** I. *Sy.* Mediae magnitudinis (laux.) fr. 31. de auro arg. 34. 2. Deminuere. Minuere. Minorem facere. fr. 38. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 5. §. 3. de Carbon. edict. 37. 10. Gai. III. 224. IV. 57. II. *Op.* Maior. Cf. h. v. §. 1. Amplior (dies, v. numerus dierum.) fr. 4. §. 5. de re iud. 42. 1. Res M aeris, plurisve D assibus. — Minores L assibus. Gai. IV. 14. sq. Minimus. Cf. h. v. Plus. — Quod minus est. Ib. IV. 53. 56. 64. fr. 21. fr. 110. pr. de R. I. 50. 17. Tanti, (quanti nos aestimaverimus,) — Maioris, — Minoris (condemnare.) Gai. III. 224. IV. 52. 57. III. *Cn.* Tertia forte, aut quarta, vel etiam minore parte peculii (negotiari.) Ib. IV. 74. Sive V sint testes, sive minores. c. 32. de fideiuss. 6. 42. Si sit alia possessio minor, vel minus utilior pupillo. fr. 5. §. 10. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Si libertus minorem se centenario (fecerit.) fr. 16. pr. §. 1. de iure patron. 37. 14. Potest mulier statim agere, — quasi minorem dotem habere coepisset, vel nullam. fr. 22. §. 1. de eviction. 21. 2. Certo pretio rem iussus distrahere, si minoris vendiderit etc. Paul. II. 15. §. 3. Gai. III. 161. Pecunia, quanto minoris venierit. Vatic. §. 14. Quanti minoris actio. fr. 47. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Minoris condemnare, quam iuratum. fr. 4. §. 3. de in litem iur. 12. 3. Quanto minus tributum sit, quam debuerit. fr. 7. §. 2. de tribut. act. 14. 4. Arbor efficit, quo minus caeli [al. caelum] videri possit. fr. 17. pr. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** ***Levior.*** I. *Sy.* Minores, Leviores (mores.) Vlp. VI. 12. sq. II. *Op.* Maior, Gravior. Cf. v. Maior. §. 2. III. *Cn.* Minus crimen admissum. fr. 7. §. 5. de accus. 48. 2. Vsurae minores. fr. 13. pr. de usur. 22. 1. — **§. 3.** ***Inferior, Deterior.*** I. *Sy.* Inferior (dignitas.) Cf. h. v. §. 3. II. *Op.* Maior. Cf. h. v. §. 3. Potentior. Th. C. XI. 7. c. 12. de exaction. III. *Cn.* Patrem aliqua ex parte minorem esse matribus, non sinemus. Ib. IV. 1. c. 1. de cret. v. B. P. — **§. 4.** ***Qui certae aetatis fines nondum adtigit. Iunior.*** II. *Op.* Maior (natu.) Cf. h. v. §. 4. Senior. fr. 81. ad S.C. Treb. 36. 1. Th. C. IX. 13. c. 1. de emend. propinqu. Annos aetatis explere. — Minor adhuc esse annorum. Gai. I. 40. Viripotens. — Minor quam viripotens. fr. 30. Qu. dies legat. 36. 2. III. *Cn.* Si minor anniculo sit filius, filiave. Gai. I. 73. Dummodo non minor annis XVIII sit. fr. 13. de manum. vind. 40. 2. fr. 57. de re iud. 42. 1. Minor XX annorum dominus. — Minor annorum XXX servus. Gai. I. 17. sq. 29. 31. 38. sqq. Vlp. I. 12. Minor annis LX. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. — **§. 4. A.** ***Qui citra terminum XXV annorum constitutus est.***

I. **Sy.** Adolescens. fr. 39. §. 6. de procur. 3. 3. Nondum robustae aetatis. Minor XXV annis. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. II. **Op.** Maior, Legitima (aetas.) Cf. v. Maior. §. 4. A. III. **Cn.** In annis minoribus constituti. Th. C. II. 33. c. 3. de usur. Minor XXV annis natu. Minor quam XXV annis. fr. 3. §. 3. de minor. 4. 4. fr. 8. si qu. in fr. patr. 38. 5. Ante XXV annum — admitti minores non oportet. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. Minores annis, etiam qui per tutores curatoresve suos defensi sunt. fr. 8. de I. I. R. 4. 1. Minores annis, is qui reip. c. absit, caeteri quoque qui in eadem causa habentur. fr. 8. cf. fr. 6. de I. I. R. 4. 1. Minori XXV annis succurrendum est; fortasse et mulieri, propter imperitiam. fr. 8. §. 2. cf. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8.

Minorare. *Minorem facere, Minuere.* III. **Cn.** Quos minorato [al. numerato] pretio vendidit. fr. 10. de serv. export. 18. 7.

Minturnae. *Civitas in Campaniae finibus.* III. **Cn.** Si navicularius onus Minturnas vehendum conduxerit. fr. 13. §. 1. locat. 19. 2.

Minturnensis. (Adiect.) *Ad Minturnas pertinens.* III. **Cn.** Flumen Minturnense. fr. 13. §. 1. l. 19. 2. A Minturnensibus conduxit (tabernam.) fr. 8. §. 5. si servit. 8. 5.

Minucius. *Nomen I. Cti, qui Traiani temporibus Romae floruit.* III. **Cn.** D. Traianus Minucio [al. Minicio] Natali rescripsit. fr. 9. de feriis. 2. 12. Quod Sabinum respondisse Minucius refert. fr. 6. §. 4. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 22. de R. C. 12. 1. Iuliani ad Minucium Natalem libri. Hommel palingenes. 1. 304. sqq.

Minuere. **§. 1.** *Deminuere, Extenuare.* I. **Sy.** Deminutionem facere. fr. 5. pr. de imp. in res dot. 25. 1. Deminuere, Imminuere. Cf. v. Deminuere. §. 1. Extenuare. Cf. h. v. Decedere de. Minui. fr. 8. §§. 1. 3. de pecul. leg. 33. 8. Minoris condemnare. Minuere condemnationem. Gai. III. 224. IV. 57. II. **Op.** Augere, Ampliare. fr. 35. de adopt. 1. 7. fr. 6. §. 4. de pecul. leg. 33. 8. fr. 45. §. 1. de re iud. 42. 1. Consumere. Cf. h. v. §. 3. Perimere. Auferre. fr. 64. de legat. III. (32.) fr. 15. §. 8. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Quae (sc. res) usu tolluntur, vel minuuntur. fr. 1. de usufr. ear. rer. 7. 5. Aut minui iam decreta, aut non tanta decerni (sc. alimenta.) fr. 2. §. 2. ubi pup. 27. 2. Ne ius sit vicino, invitis nobis altius aedificare, atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum. fr. 4. de S. P. V. 8. 2. Quae alienata erant, non minuendi fideicommissi. fr. 25. §. 16. de hered. pet. 5. 3. Nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet. fr. 24. §. 4. locat. 19. 2. Impensae necessariae, quae dotem ipso iure minuere solent. fr. 61. de R. N. 23. 2. fr. 56. §. 1. de iure dot. 23. 3. Vsurae supra centesimam solutae sortem minuunt. Paul. II. 14. §. 2. — **§. 2.** *Alienare, Perdere.* I. **Sy.** Amittere, Alienare. Cf. v. Alienare. §. 2. III. **Cn.** Hereditatem ab emtore petit, et ne quid ex ea minueret impetravit. fr. 17. §. 2. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 30. §. 4. de reb. auct. iud. 42. 5. Cum de bonis eorum aliquid minuitur, — cum intersit ipsorum, litibus et sumtibus non vexari. fr. 6. de minor. 4. 4. — **§. 3.** *Mutare. Evertere.* III. **Cn.** Operae, — quibus institutum, vel propositum vitae, minuitur. fr. 17. de oper. libert. 38. 1. Servile caput nullum ius habet, ideo nec minui potest. fr. 3. §. 1. de cap. minut. 4. 5. Si capite minutus fuerit, vel emancipatus, vel in adoptionem datus. fr. 22. de milit. testam. 29. 1. Cf. v. Caput. §§. 5. sq.

Minus. (Adiect.) Cf. v. Minor.

Minus. (Advb.) **§. 1.** *Citra certum modum.* III. **Cn.** Per intervallum non minus X dierum. fr. 69. de iudic. 5. 1. Adhibitis non minus quam tot testibus. Gai. I. 29. 113. III. 174. Vlp. XX. 2. Tria lumina, ne minus, ibi sint. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre. 25. 4. Non minus quam partem — patrimonii sui impendere. Gai. I. 33. Aut nihil, aut minus quam partem dimidiam (relinquere.) Vlp. XXIX. 1. Aut omnino non adhibere, aut minus frequentes (advocatos sibi prospicere.) fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Minus utilior. fr. 5. §. 10. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Minus audiens. fr. 11. de legit. tutor. 26. 4. Quod minus scriptum, quam dictum fuerat. fr. 102. de cond. et dem. 35. 1. **§. 1. A.** *Non plene* (ratione quantitatis, vel temporis, vel loci, sc. in re debita praestanda.) I. **Sy.** Tardius, Tempore minus (solvere.) fr. 12. §. 1. cf. fr. 32. fr. 82. fr. 150. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Quodsi alter vel nihil, vel minus facere possit. fr. 1. §. 43. depos. 16. 3. Pacisci, ut minus solvatur. fr. 7. §. 17. de pact. 2. 14. Repudiare hereditatem, quasi minus solvendo sit. fr. 9. §. 1. de d. m. 4. 3. — **§. 2.** *Non. Minime.* III. **Cn.** Satis locupletes, an minus? fr. 8. §. 7. de transact. 2. 15. Si quidem ad eum pervenit. — Si minus etc. fr. 6. §. 9. de edend. 2. 13. fr. 73. §. 3. de iudic. 5. 1. Ob eam rem — minus liber sit. fr. 15. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Derivationes minus concessae. fr. 1. §. 1. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Minus frequentari, et in desuetudinem abiisse. fr. 1. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Quem si iudex — minus audire maluerit. c. 2. de off. civ. iud. 1. 45. Quae minus prohibita sunt. c. 7. de religios. 3. 44. Si minus curaverint. Qui — minus implere suum officium valeant. c. 11. Qu. pet. tut. 5. 31. c. 15. de prox. S. scrin. 12. 19. cf. c. 9. de SS. eccl. 1. 2. — **§. 2. A.** *Non adeo, Non ita, Non satis.* III. **Cn.** Minus recte (comprehendi.) Gai. IV. 59. Minus aptis verbis legatum. Vlp. XXIV. 11. a. Minus quam perfecta lex. Ib. I. 2. Minus legitime, minusve perite facere. fr. 88. §. 17. de legat. II. (31.) Minus penso consilio facere. fr. 3. §. 3. de adm. et per. 26. 7. Minus probabilem sententiam (ferre.) fr. 27. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. Minus idonee (defendi.) fr. 1. §. 11. de Carb. edict. 37. 10. cf. fr. 1. §. 5. de magistr. conv. 27. 8. Quasi minus deliquerint, quam hi etc. fr. 1. §. 7. cf. §§. 3. sqq. de postul. 3. 1. — **§. 2. B.** *Quo minus, i. e. Vt non.* I. **Sy.** Ne. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Facere (dolo etc.) quominus etc. fr. 4. pr. fr. 5. §. 2. ne qu. eum. 2. 7. Vim fieri veto, quom. etc. Gai. IV. 160. Nec ullum impedimentum sit, quom. etc. Id. II. 190. Cf. v. Impedire. — **§. 3.** *Non minus quam, s. quod, pro: Aeque ac.* I. **Sy.** Quoque. Nec minus. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Observari pro etc. Servari non minus quam etc. Exaequari. Gai. I. 3. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. fr. 32. §. 1. fr. 33. fr. 35.

fr. 38. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Non minus iustius est, quam tutius. fr. 192. §. 1. de R. I. 50. 17. Non minus ex verbis, quam ex mente convenientium (aestimari.) fr. 7. §. 8. de pact. 2. 14. Non minus teneri iubetur, quam etc. Gai. I. 53. Nec minus competere, v. posse etc. Ib. II. 79. fr. 42. fr. 194. de R. I. 50. 17. Non ideo minus iudicium erit, quod etc. fr. 39. pr. de iudic. 5. 1.

Minuscularius. (Adiect.) *Minutus.* I. **Sy.** Paragogia. Minuscularii aquaeductus. c. 10. de aqued. 11. 42. III. **Cn.** Tenuiores ac minuscularíae res. c. 1. de defensor. civ. 1. 55.

Minuscularius. (Subst.) *Minutarum rerum possessor, vel conductor.* III. **Cn.** Quibus (sc. nominatoriis brevibus) aperte liqueat, quae penes minuscularios, [al. minicularios,] quae penes curiales, quae tam [al. etiam] in defectis domibus habeantur. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debitor.

Minusculus. (Adiect.) *Minor.* II. **Op.** Maxima, — Minuscula (portio.) c. 33. pr. de inoff. testam. 3. 28. III. **Cn.** Quicunque — vel de minusculis corporibus, aut certe otiosis, idoneus adprobatur. Th. C. XII. 16. c. 1. de mancip. (cf. v. Minutulus.)

Minutatim. *Per partes, Paullatim.* I. **Sy.** Paullatim. fr. 38. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** A singulis heredibus minut. petere (alimenta.) fr. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. cf. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Quae (sc. arbores) minut. conciduntur. fr. 55. §. 2. de legat. III. (32.)

Minutiae. **§. 1.** *Partes minutissimae.* III. **Cn.** Ne per minutias exigui ponderis amplius fraus occulta decerpat. Th. C. XIV. 4. c. 10. §. 3. de suar. — **§. 2.** *Nugae, Subtilitates.* III. **Cn.** Minutiae iuris, et captiosa verba. Nov. Val. III. de XXX. ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 3. cf. de testam. II. 21. c. 1. §. 4.

Minutio. *Detractio, Deminutio.* I. **Sy.** Deductio, Deminutio. Cf. h. vv. III. **Cn.** Capitis minutio. Cf. v. Caput. §§. 5. sq.

Minutulus. (Adiect.) *Minimus.* III. **Cn.** Vt taxatio haec: „Solidos X, plurisve;“ ad minutulam [al. minusculam] summam referatur. fr. 192. de V. S. 50. 16.

Minutus. (Partic.) **§. 1.** *In partes divisus.* II. **Op.** Summae minutae. — Vna summa. fr. 9. §. 1. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Exiguus, Modicus.* III. **Cn.** Quibus minuta alimenta sunt relicta. fr. 3. §. 4. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. — **§. 3.** *In deteriorem, vel mutatum, statum deductus.* Cf. v. Minuere. §. 3.

Mirabilis. (Adiect.) *Insolitus, Improvisus.* III. **Cn.** Licet mirabilis huiusmodi partus inveniatur, et raro contingat. c. 12. de legit. hered. 6. 58. Nisi forte aliquid mirabile exstiterit, quod deminuat testatoris substantiam. Iul. ep. nov. c. 1. §. 3.

Mirandus. (Partic.) *Admirandus.* III. **Cn.** Miranda prudentia, v. sublimitas, tua. Th. C. VI. 29. c. 2. pr. de curios. VIII. 5. c. 9. pr. de cursu pub. Non autem mirandum, si etc. fr. 108. §. 14. de legat. I. (30.)

Mirari. *Admirari.* III. **Cn.** Novam rem desiderare — videtur; — et ideo nemo mirabitur, si nos quoque novum consilium (suggeramus.) fr. 1. pr. de insp. ventre. 25. 4. Adiicit, mirari se, (a nemine animadversum etc.) fr. 13. pr. de in diem add. 18. 2. Vnde miror, quare (constare videatur.) fr. 9. de relig. 11. 7.

Mirus. (Adiect.) *Mirabilis, Mirandus.* III. **Cn.** Nec novum aut mirum esse, quod etc. fr. 3. §. 12. de donat. int. V. 24. 1. Nec mirum debet videri. fr. 5. §. 3. de Carbon. edict. 37. 10. fr. 12. §. 3. de captiv. 49. 15. Quid mirum? fr. 55. §. 5. de legat. III. (32.)

Miscellus. (Adiect.) *Mixti argumenti.* III. **Cn.** L. Iulia miscella, et S.C. quod circa eam factum est. c. 3. cf. c. 2. de indict. viduit. 6. 40. Nov. 22. c. 43. sq.

Miscere. **§. 1.** *Commiscere, Permiscere, Confundere.* I. **Sy.** Commiscere. Cf. h. v. §. 1. Permiscere. fr. 52. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Confundere. Cf. h. v. §§. 1. sq. III. **Cn.** Vina miscere, vel argentum conflare. fr. 7. §. 8. de A. R. D. 41. 1. Quae mixtae aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, ut etc. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Siliginem miscendo corrupisse. fr. 30. de N. G. 3. 5. Qui miscuit duos gradus. fr. 3. §. 5. de liber. et posth. 28. 2. Nec amplius in ea re causae duorum (sc. fundorum) miscentur. fr. 6. §. 1. Quemad. serv. 8. 6. — **§. 1. A.** *Coitum Venereum exercere.* I. **Sy.** Commiscere. Cf. h. v. §. 2. Quae vivit cum aliquo. Quae corpus misceat cum eo. fr. 144. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si quis non potuerit cum uxore sua misceri, forte enim naturae frigidae est. Iul. ep. nov. c. 36. §. 132. c. 108. §. 388. — **§. 2.** *Conturbare.* III. **Cn.** Omne fas ac nefas miscuisse. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Nequeat suarum cogitationum rabie cuncta miscere. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen. — **§. 3.** *Immittere, Ingerere se, Immiscere.* I. **Sy.** Gerere, Administrare, Administrationi se miscere. Vatic. §. 228. II. **Op.** Abstinere, se (hereditate.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Cui rei — neque consensit, neque pecuniam accepit, neque in eam cavit, aut se comparationibus cum caeteris miscuit. fr. 21. pr. ad munic. 50. 1. cf. Th. C. III. 1. c. 3. de contr. emt. Nihil sibi necessitatis usurpent, nullorum actibus misceantur. Ib. VII. 12. c. 3. de commeat. Si non compulit eos, miscere se tutelae. fr. 2. §. 42. ad S.C. Tert. 38. 17. Qui mixtus est paternae hereditati, vel qui adiit hereditatem. fr. 6. §. 3. de bon. libert. 38. 2. cf. fr. 7. §. 9. de minor. 4. 4. Ne vel miscuisse se necessarii, vel caeteri pro herede gessisse videantur. fr. 14. §. 8. de relig. 11. 7. Paul. V. 9. §. 4. — **§. 3. A.** *Vltro citroque contrahere.* III. **Cn.** Cum fisco aliquem contractum damnosum miscuisse. — **§. 4.** *Conferre, Inferre.* I. **Sy.** Iungere (hereditati, sc. dotem.) Th. C. V. 1. c. 5. de legit. heredit. cf. IV. 2. c. 1. unde liberi. III. **Cn.** Vnus triens proprietati miscebitur. fr. 4. de usufr. adcr. 7. 2.

Miser. (Adiect.) **§. 1.** *Calamitosus.* III. **Cn.** Sola miseris ad poscendum auxilium sufficiat desperatio liberorum. Th. C. VIII. 17. c. 1. de iure liber. — **§. 2.** *Accusatus.* III. **Cn.** Humanae rationis est, favere miserioribus. Paul. IV. 12. §. 5. Exosa miseris claustra. Tormenta miserorum. Th. C. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin. IX. 1. c. 14. de accus.

Miserabilis. (Adiect.) **§. 1.** *Miseratione dignus.* I. **Sy.** Morbo fatigati et debiles. Fortunae iniuria miserabiles. Th. C. I. 10. c. 2. pr. §. 1. de off. iud. omn. Egestate laborantes. In egestate miserabili constituti. Ib. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop. Miserabile cessionis bonorum auxilium. c. 8. Qui bon. ced. p. 7. 71. — **§. 2.** *Atrox.* III. **Cn.** Per omnes iudices — miserabilis removeatur iniuria. Ib. VIII. 5. c. 50. de cursu pub.

Miserabiliter. (Advb.) *Miserabilem in modum.* III. **Cn.** Facultates possessorum miserab. concidere. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2. Miserab. loqui (suas poenas.) c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Miserandus. (Partic.) *Miserabilis.* III. **Cn.** Quos parentum miseranda fortuna (in servitium addixit.) Th. C. III. 3. c. 1. de patr. qu. fil. distr.

Miseratio. *Commiseratio.* I. **Sy.** Misericordia. fr. 7. §. 7. de d. m. 4. 3. fr. 14. §. 2. de cust. et exhib. 48. 3. II. **Op.** Fraudulenter versari (in dimittendo.) — Miseratione (mittere.) fr. 14. §. 2. l. 48. 3. III. **Cn.** Ratio miserationis (admittit parentes ad bona liberorum.) fr. 7. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. Nisi quatenus interdum miseratio aetatis ad mediocrem poenam iudicem perduxerit. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. Precum miseratio. Redemtae miserationis vox. Th. C. VIII. 4. c. 26. de cohortal. IX. 37. c. 1. de abolition.

Miseria. *Calamitas.* I. **Sy.** Poena, Miseriae (exsilii.) c. 23. de poen. 9. 47. III. **Cn.** Qui fatales miserias inciderunt. Nov. Val. III. (II. 13. c. 1. pr.)

Misericordia. *Voluntas ad auxilium miseris ferendum.* I. **Sy.** Miseratio. Cf. h. v. III. **Cn.** Si quis — recepit (sc. servum,) vel humanitate, vel misericordia ductus, vel adprobata atque iusta ratione. fr. 5. pr. de servo corr. 11. 3. cf. fr. 14. §. 7. de relig. 11. 7. Ad clamorem eius, vel dicta, vel misericordiam (turba contracta.) fr. 4. §. 6. vi bon. rapt. 47. 8. Intempestive misericordiam exercere. fr. 7. pr. depos. 16. 3. Qui publicis locis misericordiae causa exponit (sc. partum,) quam ipse non habet. fr. 4. de agnosc. et alend. 25. 3. cf. Th. C. V. 7. c. 2. de exposit. Misericordia christianorum (ali.) Iul. ep. nov. c. 74. §. 271. Misericordiae causa (dare, v. relinquere.) fr. 7. pr. de calumn. 3. 6. fr. 6. de cess. bon. 42. 3.

Misericors. (Adiect.) *Commiserans, Clemens.* III. **Cn.** Misericordiae modus, ut in hoc fuerit misericors vel pius etc. fr. 14. §. 7. de relig. 11. 7.

Missa. **§. 1.** *Missio.* III. **Cn.** Si nuptias denunciatio, vel ad domum mulieris missa non praecessit. fr. 39. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 2.** *Remissio.* III. **Cn.** Missam faciamus (equorum.) Th. C. VI. 26. c. 3. de prox. comit. disp. — **§. 3.** *Sacrum piaculare Christianorum.* III. **Cn.** Oratoria habere, et in his orare, et psallere sine clericis, sed sacram missam non facere. Iul. ep. c. 52. §. 194. cf. c. 7. §. 42.

Missibilia. *Missilia tela.* III. **Cn.** Quae ab Isauris monocontia dicuntur, vel zibynni, [al. siginni,] quos missibilia vocant. Iul. ib. c. 79. §. 304.

Missilia. *Dona variarum rerum, in vulgus spargenda.* III. **Cn.** Cum quasi alea emitur, — cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. fr. 8. de contr. emt. 18. 1. fr. 9. §. 7. de A. R. D. 41. 1.

Missio. **§. 1.** *Dimissio.* I. **Sy.** De manu missio. Manumissio. fr. 4. de I. et I. 1. 1. II. **Op.** In castris, s. militia. — Post missionem. Vlp. XXIII. 10. Gai. II. 106. fr. 17. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Veterani post emerita stipendia missi, si honesta missione etc. Vatic. §. 140. fr. 1. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Gai. I. 57. Qui causarias, vel honestas indepti sunt missiones. Th. C. VII. 18. c. 9. §. 2. de desertor. cf. fr. 1. §. 2. l. l. 3. 2. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. Nonnulli decurionum honorarias ex-protectoribus, vel domesticis, vel quaslibet alias obtinent missiones. Th. C. XII. 1. c. 153. de decurion. — **§. 2.** *Immissio.* III. **Cn.** Missio in (aedes, v. bona hereditaria.) fr. 15. §. 12. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 5. §. 12. ut in poss. legat. 36. 4. Missio legatorum. fr. 1. §. 8. ne vis fiat ei. 43. 4.

Missus. (Partic.) Missum facere. Cf. v. Mittere. §. 6.

Mite. (Advb.) *Leniter.* II. **Op.** Mitius, — Severius (promenda sententia.) Th. C. I. 10. c. 3. (Wck.) de off. Com. S. largg.

Mitescere. *Flecti, Reconciliari.* III. **Cn.** . . . . ipsam contumeliis persequi, in adfectu pietatis monitos posse mitescere. Vatic. §. 248.

Mitigare. *Placare, Lenire.* I. **Sy.** Flectere clementia (offensam, s. iram.) c. 5. fam. ercisc. 3. 36. II. **Op.** Suum robur obtinente, — Vigorem suum mitigante (lege.) c. 22. de SS. eccl. 1. 2.

Mitis. (Adiect.) *Lenis, Humanus.* II. **Op.** Mites et benevoli. — Audaces et feroces. c. 2. §. 11. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Mitior, — Severior (sententia.) c. 3. ex qu. c. infam. 2. 12. III. **Cn.** Si utriusque legis crimina obiecta sunt, mitior lex, i. e. privatorum, erit sequenda. fr. 32. de poen. 48. 19. cf. fr. 1. §. 3. de publican. 39. 4.

Mitra. *Tegumentum capitis, mulierum gestamen.* III. **Cn.** Ornamentorum haec: vittae, mitrae, semimitrae etc. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. Capitia, zonae, mitrae, quae magis capitis tegendi, quam ornandi causa comparata. fr. 23. §. 2. ib. 34. 2.

Mittendarius. *Officialis palatinus, cui mandata in longinquum perferenda credebantur.* III. **Cn.** Mittendarii palatini officii. Th. C. VI. 30. c. 8. sq. c. 23. de Palat. S. largg. Mittendarii. — Exceptores eiusdem militiae. Ib. c. 22. l. l. In schola mittendariorum. — In schola cursorum. — In schola nomenculatorum etc. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Mittere. **§. 1.** *Ablegare.* I. **Sy.** Agere (in exsilium.) Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Qui mittuntur (ut milites ducerent etc.) fr. 35. pr. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Ad opus privatum — militem non mittere. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16. cf. fr. 12. §. 6. de usu et hab. 7. 8. Si quem curatores mitterent ad agendum, vel defendendum. fr. 2. §. 1. de cur. bon. dand. 42. 7. Rei huius auctores ad Praefectum Pr. puniendi mittuntur. Paul. V. 12. §. 6. cf. fr. 3. pr. de R. M. 49. 16. Causam mittere ad praefectos aerarii. fr. 12. de h. qu.

ut indign. 34. 9. Ad iudicem, v. arbitrum, mitti. fr. 22. de iudic. 5. 1. fr. 1. §. 6. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Ne iniquum sit, emtorem compelli dimittere corpus, et ad actionem iudicati mitti. fr. 26. de Aedil. edict. 21. 1. In vincula publica mitti. fr. 38. de iniur. 47. 10. In provincias mitti. Gai. I. 6. In mercedem mittuntur (servi.) fr. 12. §. 8. de instr. leg. 33. 7. Navigandum mittendam puto (navem.) fr. 12. §. 1. de usufr. 7. 1. — **§. 1. A.** *Perferendum mandare.* I. ***Sy.*** Remittere (nuncium, s. repudium.) fr. 10. de sponsal. 23. 1. fr. 4. fr. 8. de divort. 24. 2. III. ***Cn.*** Dari, mittive (munera.) fr. 18. de V. S. 50. 16. Nomina Praesidibus Pr. mittere. fr. 1. §. 10. de magistr. conv. 27. 8. Litteras mittere ad aliquem. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. fr. 77. §. 26. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Dirigere.* I. ***Sy.*** Dirigere. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Praecipitem se ex altero mittere. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Quod (sc. telum) in longinquum mittitur. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. De plumbeo castello fistulae sub terram missae. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Per fenestram id misit, excepturo etc. fr. 3. de pign. act. 13. 7. Ad eas quoque (sc. res) manum mittere oportet. fr. 14. §. 1. de relig. 11. 7. In ulteriorem gradum missa successio. Th. C. XII. 19. c. 1. de h. qu. cond. propr. In exsecutionem mittere (sanctionem.) Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 2. — **§. 3.** *Dimittere.* I. ***Sy.*** Dimittere (custodiam.) Cf. h. v. Missionem merere. Mitti. fr. 26. pr. de milit. testam. 29. 1. Sacramento solvere. fr. 2. pr. §§. 2. sqq. de h. qu. not. infam. 3. 2. II. ***Op.*** Adprehendere (rem.) Gai. IV. 16. III. ***Cn.*** A Lusitanis tres capti, et unus ea conditione missus, uti etc. fr. 21. pr. de N. G. 3. 5. Eum, qui ab aliquo numero militum missus est, quasi ab exercitu missum sic accipiemus. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Post emerita stipendia legitima missus. Vatic. §. 144. cf. §. 140. Qui ignominia missus est. fr. 13. §. 3. de R. M. 49. 16. cf. fr. 1. pr. fr. 2. pr. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. — **§. 4.** *Emittere.* III. ***Cn.*** Epistola D. Severi ad — Praefectum Vr. missa. fr. 1. pr. de off. Prf. Vr. 1. 12. Lex missa a nobis. Th. C. VI. 28. c. 6. de Princ. agent. in reb. — **§. 5.** *Immittere.* I. ***Sy.*** Inferre. Cf. h. v. §. 1. Inducere (in possessionem.) Cf. h. v. §. 1. Ire iubere (in possessionem.) fr. 7. pr. de damn. inf. 39. 2. III. ***Cn.*** Iubere caveri praetoria stipulatione, et in possessionem mittere, (imperii magis est, quam iurisdictionis.) fr. 4. de iurisd. 2. 1. Et B. Pnem dare potest (sc. ius dicens,) et in possessionem mittere etc. fr. 1. cf. fr. 3. ib. 2. 1. fr. 4. §. 1. de off. eius. 1. 21. Absente eo (sc herede) interponi decretum, et in possessionem mitti iure desiderat. Paul. IV. 4. §. 3. Missi ad bona (creditores.) fr. 28. de reb. auct. iud. 42. 5. In possessionem adversus aliquem mitti. fr. 4. fr. 11. ut in poss. legat. 36. 3. Mitti in possidendam (domum.) fr. 15. §. 13. de damn. inf. 39. 2. In possessionem mitti, causa v. nomine etc. fr. 4. §. 1. de off. eius. 1. 21. fr. 2. de feriis. 2. 12. fr. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Qui neque cavit, neque possidere passus est eum, qui missus est. fr. 4. §. 2. ne vis fiat ei. 43. 4. Si quis eo nomine agat, quod dicat se a Praetore in possessionem missum, ab alio quo admissum non esse. Gai. IV. 177. fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. l. 1. 43. 4. Si, iam damni infecti missus, iussus sit possidere. fr. 7. §. 9. cf. fr. 4. §. 4. comm. div. 10. 3. cf. fr. 21. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. Ferreas manicas — mitti. Th. C. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor. — **§. 6.** *Remittere.* II. ***Op.*** In eo nunciatio teneat; caeterum nunciationem missam facio. fr. 1. pr. §. 2. de remiss. 43. 25. cf. fr. 20. pr. §. 1. de O. N. N. 39. 1.

Mixtura. *Commixtio.* III. ***Cn.*** Rerum mixtura facta, (an usucapionem cuiusque praecedentem interrumpit?) fr. 30. pr. de usurp. 41. 3. Conditio, quae ex mixtura quadam consistit. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1.

Mixtus. (Partic.) **§. 1.** *Commixtus, Confusus.* III. ***Cn.*** Si plumbum cum argento mixtum sit. fr. 5. §. 1. de R. V. 6. 1. Si mixti essent (sc. alieni nummi,) ita ut discerni non possent. fr. 78. de solut. 46. 3. — **§. 2.** *Adiectus, Additicius.* III. ***Cn.*** Mixta rerum alternatio locorum alternationi. fr. 2. §. 3. de eo qu. c. loc. 13. 4. Si honores isti habuerunt mixtam muneris gravem impensam. fr. 7. §. 22. de interd. et relegat. 48. 22. Vsurae illicitae sorti mixtae. fr. 20. de usur. 22. 1. — **§. 3.** *Varie compositus. Multiplex.* I. ***Sy.*** Duplex. fr. 1. §. 1. fr. 2. §. 3. de interd. 43. 1. II. ***Op.*** Animi tantum, aut corporis solius, — Et corporis et animi mixtum (vitium.) fr. 4. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Merum, — Mixtum (imperium etc.) Cf. v. Merus. §. 1. Personalia, — Patrimoniorum, — Mixta (munera.) fr. 18. pr. §. 26. de mun. et hon. 50. 4. Aut lege, aut more, aut mixto iure (introductum.) Paul. V. 4. §§. 6. sqq. III. ***Cn.*** Interdicta mixta, quae et prohibitoria sunt et exhibitoria. fr. 1. §. 1. de interd. 43. 1. Mixtam causam obtinere, tam in rem quam in personam. §. 20. cf. §§. 18. sq. I. de action. 4. 6. Mixtae sunt actiones, in quibus uterque actor est. fr. 37. §. 1. de O. et A. 44. 7. Casus mixti. Vatic. §. 98.

Mobilis. (Adiect.) *Qui loco moveri potest.* (salva integritate substantiae.) I. ***Sy.*** Res mobiles animales. Moventia. fr. 15. §. 2. de re iud. 42. 1. fr. 93. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Immobilis. Cf. h. v. §. 1. Mobiles res. — Fundus et aedes. Gai. II. 42. 50. sq. 204. IV. 149. Res soli. — Mobiles, aut se moventes. fr. 1. pr. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 178. pr. fr. 222. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** In omnibus rebus mobilibus, tam animalibus quam his quae anima carent, et in his quae solo continentur. fr. 1. §. 1. de R. V. 6. 1. Mobilia, et moventia, quae modo in ius adferri adducive possent. Gai. IV. 16. In rebus mobilibus, vel se moventibus, vel incorporalibus. c. 1. §. 7. de R. V. A. 5. 13. c. 2. sq. de quadr. praescr. 7. 37. Aurum, argentum, et mancipia urbana, et vestes, caeteraque mobilia. Th. C. X. 8. c. 4. de bon. vac. X. 9. c. 2. de incorpor. XII. 1. c. 6. de decurion. Mobilibus legatis, aurum vel argentum non debetur. Paul. III. 6. §. 60. Res mobiles, excepto homine. fr. 3. §. 13. de A. v. A. P. 41. 2. Quod mobile est. fr. 30. §. 4. ib. 41. 2. Horreum frumentarium — mobile. fr. 60. de A. R. D. 41. 1.

Mobilitas. *Inconstantia.* III. ***Cn.*** Vitium levitatis, et sexus mobilitas atque consilii. Th. C. IX. 24. c. 1. pr. de raptu virgg.

Mo-

Moderamen. **§. 1.** *Temperamentum, Modus.* III. ***Cn.*** Secundum moderamen locorum (impertire.) fr. 7. de feriis. 2. 12. Moderamen in legibus. Veterum legum moderamen. Nov. Th. II. de tutor. I. 11. c. 1. pr. de repud. l. 12. c. 1. §. 1. Praescripta moderaminis imperatorii libramenta. Th. C. VIII. 5. c. 47. §. 1. de cursu pub. XI. 30. c. 64. pr. de app. et poen. Per nuncupationem suae condant moderamina voluntatis. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. — **§. 2.** *Moderatio.* III. ***Cn.*** Praefecturae urbanae regi moderamine. Th. C. I. 10. c. 4. (Wck.) de off. com. S. largg.

Moderare, s. **Moderari.** *Regere, Gubernare, Temperare.* I. ***Sy.*** Modum statuere. fr. 2. §§. 1. sq. fr. 3. pr. §. 1. ubi pup. 27. 2. III. ***Cn.*** Aestimare, — et pro conditione causae — ita ordinem edictorum, vel compendium, moderare [al. moderari.] fr. 72. de iudic. 5. 1. Pro qualitate personarum, et actio formatur et condemnatio moderatur. fr. 15. de N. G. 3. 5. Ius alimentorum decernendorum pupillis Praetori competit, ut ipse moderetur etc. fr. 3. pr. ubi pup. 27. 2. Quamvis non adiiciat Praetor, — tamen — moderandam iurisdictionem. fr. 11. de in ius voc. 2. 4. Praeses Pr. — necessitatem solutionis moderetur. fr. 6. §. 9. de off. Praes. 1. 18. Poenam moderari ad modum, s. usque ad. Coll. LL. M. I. 11. fr. 6. pr. de L. Iul. pecul. 48. 13. Quam rem — elegantissime epistola sunt moderati (sc. Impp.) fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Nobis moderantibus remp. Th. C. XI. 30. c. 30. de app. et poen.

Moderate. (Advb.) *Temperate, Modice.* I. ***Sy.*** Moderari, Moderate statuere. fr. 3. pr. §. 1. ubi pup. 27. 2. III. ***Cn.*** Placuit eis praestitui annum, scilicet ita moderate, ut etc. fr. 1. §. 12. de success. edict. 38. 9. Moderatius utendum esse (edicto Praetoris de iniuriis.) fr. 4. §. 1. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7.

Moderatio. **§. 1.** *Temperamentum, Modus.* III. ***Cn.*** Quantum (sc. lumen) sufficit habitantibus in usus diurni moderatione. fr. 10. de S. P. V. 8. 2. Servorum obsequium non solum imperio, sed moderatione — contineri oportet. Coll LL. M. III. 3. Quod cum aliqua moderatione definiri placuit. fr. 7. pr. de bon. damnat. 48. 20. — **§. 2.** *Praeceptum, Iussio moderata.* III. ***Cn.*** Insolentius aliquid, quam moderatio patitur, (decernere.) Th. C. VI. 4. c. 22. §. 4. cf. §. 2. de Praet. et Qu. I. 4. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Solitae moderationis arbitrio (mitigamus.) Ib. IX. 21. c. 8. de falsa mon. cf. VI. 30. c. 24. de Palat. S. largg. Moderatio nostra (iubet.) Ib. VIII. 18. c. 3. de matern. bon.

Moderator. *Rector, Gubernator.* I. ***Sy.*** Praeses, s. Praesidens, Rector (provinciae.) c. 2. c. 9. c. 11. de off. Rect. Pr. 1. 40. Th. C. I. 7. c. 1. sq. c. 5. sq. c. 8. eod. XII. 1. c. 164. de decurion. III. ***Cn.*** Moderatores, provinciarumque rectores, sub quibuscunque infulis potestatis. Ib. IX. 41. c. 1. §. 1. ne sine iussu Princ. Duorum Pontorum unus sit Praeses, moderatoris adpellatione decorandus. Iul. ep. nov. c. 27. §§. 98. sq. c. 95. §. 356. Comites, vel Processs., vel Praetores, vel moderatores. Ib. c. 24. §. 92. Rei moderator atque arbiter. c. 21. mand. 4. 35. Discussor aut moderator. Th. C. XVI. 8. c. 10. de Iud.

Moderatus. *Medius, Temperatus, Modicus.* II. ***Op.*** Infinitus. Cf. h. v. §. 3. Immoderatus, Immodicus. fr. 40. pr. de damn. inf. 39. 2. Iul. ep. nov. c. 53. §. 195. III. ***Cn.*** Moderatam hanc (sc. XVIII annorum) aetatem ratus est ad procedendum in publicum. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. Moderatum spatium (a iudice statuendum.) fr. 8. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 38. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Et possessores erunt moderati in specie distrahenda, cum se sciant etc. Th. C. XIV. 4. c. 2. cf. c. 4. de suar.

Modeste. (Advb.) *Verecunde.* III. ***Cn.*** In re dubia certius et modestius est (abstinere etc.) fr. 14. §. 3. de R. N. 23. 2. Nemo dubitat, modestius facere, qui etc. fr. 25. §. 1. de const. pecun. 13. 5.

Modestia. *Verecundia, Pudor.* III. ***Cn.*** Modestiae nescius et pudoris ignarus. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Patientiam et modestiam suam (studiose retinere.) c. 26. de episc. et cleric. 1. 3.

Modestinus. *I.Ctus R., Vlpiani aequalis.* III. ***Cn.*** Quod et Herennio Modestino, studioso meo, de Dalmatia consulenti rescripsi. fr. 52. §. 20. de furt. 47. 2. Herenn. Modestinus, et notando et disputando, bene et optima ratione decrevit. fr. 18. §. 26. de mun. et hon. 50. 4. (cf. Hommelii palingenes. I. 453. sqq.)

Modestus. (Subst.) *Consulis nomen.* III. ***Cn.*** S.C. Modesto Cos. factum. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4.

Modiatio. *Mensura, per modios definita.* I. ***Sy.*** Modius. c. 16. de usur. 4. 32. c. 2. de annon. civ. 11. 24. III. ***Cn.*** Frumenti certam modiationem dare. c. 7. de rer. permut. 4. 64. Si qui calculus modiationis (dicatur deperisse.) Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicular.

Modice. (Advb.) *Temperate, Mediocriter.* I. ***Sy.*** Cum quodam temperamento. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Ex bono et aequo, modice (desiderare.) fr. 18. pr. l. 21. 1. Mod. et temperate (uti.) Th. C. VIII. 5. c. 3. de cursu pub. Interesse sua, vel modice, (docere.) fr. 2. §. 24. vi bon. rapt. 47. 8.

Modicus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui iusti est modi, Mediocris.* I. ***Sy.*** Levis, Modica (castigatio, v. coërcitio.) fr. 23. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 13. §. 4. locat. 19. 2. fr. 7. §. 2. fr. 11. §. 7. de iniur. 47. 10. Quod sufficere videbitur, Modicum (tempus.) fr. 21. de iudic. 5. 1. fr. 31. de re iud. 42. 1. II. ***Op.*** Plenissima, — Modica (coërcitio.) fr. 17. §. 1. fr. 23. §. 1. de usufr. 7. 1. Maiores (impensae.) — Modica (impendia.) fr. 18. §. 2. commod. 13. 6. fr. 12. de impens. in res dot. 25. 1. III. ***Cn.*** Nec amplius, — quam quod sufficiat ad speciem modicam monumenti. fr. 2. ad L. Falc. 35. 2. Modicum lumen, quod habitantibus sufficit. fr. 30. de usufr. 7. 1. Si modo anno usus est, vel modico tempore. fr. 1. §. 3. de itin. actuq. priv. 43. 19. cf. fr. 21. §. 1. de const. pecun. 13. 5. Amicis suis modica hospitiola distribuere. fr. 5. §. 1. de h. qu. effud. 9. 3. Refectio modica aedificiorum. fr. 15. de imp. in res dot. 25. 1. Modicum, honoris gratia, datum. fr. 15. §. 2. de R. V. 6. 1. — **§. 2.** *Exiguus, Vilis.* I. ***Sy.*** Parvus. fr. 21. pr. de furt. 47. 2. fr. 6. pr. de L.

Iul. pecul. 48. 13. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 3. c. 3. pr. Perexiguus. fr. 13. §§. 4. sq. de hered. pet. 5. 3. Minimus. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Amplus. Cf. h. v. §. 1. Longus. Cf. h. v. §. 3. Maior pars. — Modica loca. fr. 22. fr. 24. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Levis febricula, — vel vulnusculum modicum. fr. 1. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Non interest, quota portio hereditatis, — an perquam modica (pertineat.) fr. 1. §. 10. de coniung. c. emanc. 37. 8. Honesta (sc. dos,) i. e. neque satis modica, ut sit dedecus heredi, neque satis immodica etc. Iul. ep. nov. c. 37. §. 164. Ne propter modicum aes alienum magna possessio distrahatur. fr. 5. §. 10. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Si ea res ampla est, et ad modicum aeris fuerit pignerata. fr. 36. §. 1. de pign. act. 13. 7. Stipes, i. e. modica aera. fr. 27. §. 1. de V. S. 50. 16. Si modica summa sit, i. e. usque ad duos aureos. fr. 9. §. 5. fr. 10. de d. m. 4. 3. Modicum aliquid de templo ferre. fr. 6. pr. de L. Iul. pecul. 48. 13. Non exstare venditorem, vel modico vendidisse. fr. 13. §. 4. de hered. pet. 5. 3. cf. fr. 26. §. 12. de cond. indeb. 12. 6. Cum hi — facile transigerent, contenti modico praesente. fr. 8. pr. de transact. 2. 15. Hodie a Principe non pro modico beneficio datur (locus iste.) fr. 4. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. cf. fr. 1. §. 1. de liberali c. 40. 12. Id, quod dilationem nec modicam exspectare possit. fr. 7. pr. de adm. et peric. 26. 7.

Modiolus. *Genus vasis potorii.* III. **Cn.** Cum in hereditate non sint nisi trullae, scyphi, modioli, phialae etc. fr. 36. de auro arg. 34. 2.

Modius. **§. 1.** *Mensura maior, XVI sextarios continens.* III. **Cn.** Modios aeneos, seu lapideos, cum sextariis atque ponderibus, (per mansiones collocari.) Th. C. XII. 6. c. 21. pr. de suscept. praepos. Modius iniquus, qui modius non est. fr. 221. de V. S. 50. 16. Navem conduxit, — olei metretis tribus millibus impositis, et frumenti modiis octo millibus. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2. cf. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. Qui ex acervo frumenti modium sustulit. fr. 21. pr. de furt. 47. 2. Duo boum paria, et C modios utriusque frugis (consequatur.) Th. C. VII. 20. c. 8. cf. c. 3. de veteran. — **§. 2.** *Copia rerum mensura definitarum.* I. **Sy.** Modiatio. Cf. h. v.

Modo. (Advb.) **§. 1.** *Nunc, Iam.* II. **Op.** Aut tunc, aut modo, (calumniari.) fr. 13. §. 12. de damn. inf. 39. 2. Superiore commentario exposuimus; — modo videamus etc. Gai. II. 1. III. **Cn.** Quae tamen emancipatio solebat ante Praesidem fieri, modo ante curiam facienda est. Ep. inst. Gaii. I. 6. §. 3. Relatis verbis legis, modo ipse loquitur. Vlp. Coll. LL. M. I. 3. — **§. 2.** *Interdum, Alias.* III. **Cn.** Nunc singuli, modo populi, (proruentes etc.) Vatic. §. 35. Bona modo quasi civium R. libertorum, modo quasi Latinorum, (ad patronos pertinent.) Gai. III. 74. cf. I. 15. sq. Modo cum poena, modo sine poena, — modo per sponsionem, modo per formulam (agitur.) Ib. IV. 141. cf. 162. Modo hanc, modo illam sententiam (probare.) fr. 15. §. 32. de damn. inf. 39. 2. — **§. 3.** *Dumtaxat, Tantum.* III. **Cn.** In his — modo ea serventur, quae in caeteris. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. — **§. 3. A.** *Non modo,* pro: *Non modo non.* III. **Cn.** Aes, quod dishonestum vocatur, non modo deinceps largitionibus inferatur, verum de usu penitus — tollatur. Th. C. XI. 21. c. 1. pr. de collat. aer. — **§. 4.** *Dummodo.* II. **Op.** Si modo. — Si vero. Gai. II. 148. III. **Cn.** Nec interest, adoptivi sint an naturales, modo maneant in potestate. Paul. IV. 8. §. 4. Deinceps caeteri, qui modo etc. Gai. II. 156. III. 121. IV. 16. Modo ut (meminerimus.) fr. 1. §. 5. de susp. tut. 26. 10. Nec ad rem pertinet, modo si etc. fr. 18. §. 1. de O. N. N. 39. 1. cf. fr. 6. pr. fr. 8. pr. de N. G. 3. 5. fr. 19. §. 10. locat. 19. 2. Sive, — sive, — si modo etc. Gai. II. 43. Multoque magis, — si modo etc. Ib. II. 74. Videri, Valere etc. si modo etc. Ib. II. 280. III. 93. IV. 84. 154. Posse, si modo etc. Ib. I. 147. II. 19. 147. III. 149. 161.

Modulus. **§. 1.** *Mensura.* III. **Cn.** Vt probari possit, quid postea aedificatum sit, modulos sumere debet is, qui nunciat. Qui ut sumantur conferanturque etc. fr. 8. §. 5. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Calix,* (s. instrumentum, quod rivo vel castello aquae induitur, cuique fistulae adplicantur.) III. **Cn.** Qui modulorum, aut rivi faciendi causa, opus faceret. fr. 30. §. 1. de damn. inf. 39. 2.

Modus. **§. 1.** *Mensura.* I. **Sy.** Mensura. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Non ad quantitatem aquae fluentis pertinet, sed ad modum, et ad rigorem cursus aquae referendum est. fr. 1. §. 3. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Neque amplioris modi, neque alia (aqua.) fr. 1. §. 15. de aqua quot. 43. 20. Si in qualitate fundi venditor mentitus sit, non in modo eius. fr. 22. cf. fr. 2. pr. fr. 4. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Quod venditur, in modum agri cedere debet. fr. 7. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. De modo agrorum arbitri dantur. fr. 7. fin. regund. 10. 1. Adhibitis iniquis ponderibus accepisse (sc. oleum,) ut in modo me falleret. fr. 32. de A. E. V. 19. 1. Aedificia reficere ad eum modum, qui servitute imposita comprehensus est. fr. 6. §. 2. si servit. 8. 5. cf. fr. 1. §. 17. de O. N. N. 39. 1. Vatic. §. 53. Intra legitimum modum, (propius aedificium alienum, mortuus illatus.) fr. 3. §. 1. de mortuo infer. 11. 8. — **§. 2.** *Iustus finis, Ambitus descriptus.* I. **Sy.** Licita quantitas. Certus modus. fr. 27. de probat. 22. 3. Temperare rem. Ad iustum modum redigere. fr. 17. pr. de usur. 22. 1. II. **Op.** Honestus modus. — Immoderata (luxuria.) fr. 40. pr. de damn. inf. 39. 2. Esse intra (iurisdictionem.) — Excedere modum (iurisdictionis.) fr. 11. pr. de iurisd. 2. 1. III. **Cn.** Sed in hoc modus quidam et ratio adhibenda est. Paul. V. 4. §. 14. cf. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Modum iuriiurando statuere, ut intra certam quantitatem iuretur. fr. 4. §. 2. de in lit. iur. 12. 3. cf. fr. 17. pr. de usur. 22. 1. Quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius aestimationem esse. fr. 191. de R. I. 50. 17. Secundum suae auctoritatis modum (castigare.) fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Modum facere (administrationi, v. interdictioni.) fr. 36. de adm. et peric. 26. 7. fr. 3. §. 1. de decurion. 50. 2. Modum imponere (verberum.) fr. 17. §. 5. de iniur. 47. 10. Non excedere modum (probabilem etc.) fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 50. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Collat. LL. M. XV. 3. Temperare modum (castigandi.) Ib. III. 2.

Modum legatorum constituit (lex.) fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Lege Furia Can. certus modus constitutus est in servis testamento manumittendis. Gai. I. 42. cf. 40. Supra modum, et sine causa, (in servos suos saevire.) Ib. I. 53. Praeter, s. Vltra, modum. fr. 1. §. 11. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 2. §. 10. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ad aliquem modum. fr. 36. pr. de iudic. 5. 1. fr. 19. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Ad suum modum (curam praestare.) fr. 32. depos. 16. 3. — **§. 3.** *Forma, Ratio.* III. **Cn.** Loqui quidem non posse, alio tamen modo quam sermone (manifestum facere posse.) fr. 29. de adopt. 1. 7. Non iisdem modis, quibus etc. Gai. III. 222. Per eum modum, qui procedere potest, (dare.) fr. 43. pr. de procur. 3. 3. Nullo eorum modo, quibus ad alium transferuntur, id efficere posse. Gai. II. 38. Vtroque, — Neutro, modo (posse.) Vlp. VIII. 6. 8a. Duobus modis fit. Gai. I. 98. V modis (amittitur ususfr.) Paul. III. 6. §. 28. In, s. Ad, hunc modum (nuncupari etc.) Vlp. XX. 9. Gai. IV. 16. Hoc modo (accipere fideiussorem.) fr. 72. de fideiuss. 46. 1. Legis modo, — Precativo modo (relinqui.) Vlp. XXIV. 1. Sinendi modo legare. Ib. 2. 5. l. l. Gai. II. 192. Scripturae modus, qui certo fine concluditur. Paul. III. 6. §. 87. — **§. 4.** *Qualitas, Quantitas.* I. **Sy.** Vires (facultatium.) fr. 2. §§. 1. 3. ubi pup. 27. 2. Aestimatio (rerum.) fr. 7. §. 5. de donat. int. V. 24. 1. Mensura (admissi.) fr. 10. de extr. crim. 47. 11. fr. 37. de poen. 48. 19. Quantitas. fr. 7. §. 13. de S.C. Mac. 14. 6. III. **Cn.** Ad modum culpae (moderari poenam.) Coll. LL. M. I. 11. Pro modo litis, v. delicti, s. fraudis etc. Paul. V. 4. §. 8. V. 25. §. 13. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 78. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 1. §. 10. de extr. cogn. 50. 13. Actionum modus, vel lege vel per Praetorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur. fr. 27. de R. I. 50. 17. De modo utendi (cautio.) Paul. III. 6. §. 27. — **§. 5.** *Praeceptum, quo auctor proposito illius, cum quo contraxit, certum finem praescribit,* (ratione rei ipsius, vel alterius cuiuscunque praestationis.) III. **Cn.** Aut dies in his est (sc. obligationum causis,) aut conditio, aut modus, aut accessio. fr. 44. pr. de O. et A. 44. 7. c. 2. de h. qu. s. modo. 6. 45. Si neque modo, neque tempore, neque conditione, neque loco (debitum differatur.) fr. 29. de legat. I. (30.) Non ad temporis causam, sed ad modum pertinent iure constitutae servitutis. fr. 4. §. 2. cf. fr. 4. §. 1. de servit. 8. 1. Modum commodati finemque praescribere. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Quodsi cui in hoc legatum sit, ut ex eo aliquid faceret, — vel ex eo ut partem alii restitueret, sub modo legatum videtur. fr. 17. §. 4. de cond. et dem. 35. 1.

Moecha. *Adultera.* III. **Cn.** Si moecham, vel medicamentariam, vel conciliatricem (repudiare voluerit.) Th. C. III. 16. c. 1. de repud.

Moenia. **§. 1.** *Muri, qui urbem cingunt.* I. **Sy.** Pomoeria. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. III. **Cn.** Opis causa moenia constituta. fr. 239. §. 7. de V. S. 50. 16. Moenia aeternae urbis. Th. C. IX. 40. c. 20. de poen. — **§. 2.** *Civitas ipsa, cum muris et aedificiis.* I. **Sy.** Civitas. Ib. XV. 5. c. 8. sq. de haeret. Domus. Ib. XIV. 17. c. 3. c. 11. de annon. civ. III. **Cn.** Publicis moenibus, vel privatis, (sociata aedificia.) Ib. XV. 1. c. 39. de opp. pub. Quorum ope incrementa moenium non iuvantur. Ib. XIV. 17. c. 11. l. cf. XV. 1. c. 1.

Moenianum. Cf. v. Maenianum.

Moeror. *Luctus.* III. **Cn.** Perpetuo caelibatu insolentis divortii poenam (de) solitudinis moerore sustineat. Th. C. III. 16. c. 2. §. 1. de repud. Cf. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5.

Moesia. *Regio Europae circa Danubium, finibus Pannoniae vicina.* III. **Cn.** Procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam mediterraneam, Moesiam [al. Misiam,] seu Dardaniam. c. 4. de metallar. 11. 6.

Moestus. (Adiect.) *Moerens.* III. **Cn.** Ad disponendas res suas, componendosque moestos penates (spatium tribui.) Th. C. IX. 2. c. 3. de exh. v. transm.

Mola. *Instrumentum, quo frumenta vel olivae conteruntur.* III. **Cn.** Molae olivariae, et praelum. fr. 21. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 36. Manuariae, — iumentariae (molae.) fr. 26. §. 1. l. l. 33. 7. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae, — item machinae, quibus farinae subiguntur, (legato cedunt.) Paul. l. l. §. 64. cf. Th. C. XIV. 3. c. 7. de pistor. Pensiones aquae molarum. Ib. XIV. 15. c. 4. pr. de can. frum. urb. R.

Molendarius. (Adiect.) *Ad molam pertinens, Molendinarius.* III. **Cn.** Asina molendaria, et mola. fr. 18. §. 2. de instr. leg. 33. 7. Meta molendaria [al. molendinaria.] fr. 18. §. 5. ib. 33. 7.

Molere. *Mola terere.* III. **Cn.** Si rusticis fundi operariis moleretur. fr. 18. §. 5. l. 33. 7.

Moles. **§. 1.** *Aggeres oppositi vi aquarum.* III. **Cn.** Moles in mare, vel flumen, proiectae. fr. 1. §. 3. de imp. in res dot. 25. 1. Ante domum mari iunctam, molibus iactis, ripam constituit. fr. 52. §. 3. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Aedificia ampla.* III. **Cn.** Operosas moles, censu laborante, componi. Nov. Val. III. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. pr. — **§. 3.** *Magnitudo, Copia ingens.* III. **Cn.** Annosa militia, et longa stipendiorum mole vexatus. Th. C. VI. 27. c. 16. §. 1. de agent. in reb. Debitorum mole depressi. Ib. X. 17. c. 3. de fide et iure hast. cf. §. 8. I. de societ. 3. 26. Nec molem promissionis — perhorrescant. Th. C. VI. 26. c. 12. de prox. com.

Molestare. *Molestiam inferre, Vexare.* I. **Sy.** Inquietudinem inferre. Iul. ep. nov. c. 54. §. 196. III. **Cn.** Neminem molestari volo nomine debiti, neque exigere aliquid ab eo. fr. 20. pr. de liberat. leg. 34. 3. Molestare, vel aliquibus damnis adficere. c. 10. pr. de bon. auct. iud. 7. 72. Minime cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis — onere molestari. c. 5. §. 6. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Moleste. (Advb.) *Aegre, Graviter.* III. **Cn.** Si hoc moleste tulerint. Th. C. XI. 20. c. 5. pr. de collat. donat.

Molestia. **§. 1.** *Incommodum, Gravamen.* III. **Cn.** Cum scierint, sibi quoque molestiae futurum, (non indifferenter de caetero facient.) fr. 10. de cust. et exh. 48. 3. Si dominus tribuere nolit, nec hanc

molestiam suscipere. fr. 7. §. 1. de tribut. act. 14. 4. cf. fr. 4. §. 11. de d. m. exc. 44. 4. Liber, et ab omni securus molestia curiali. Th. C. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. — **§. 2.** *Atrocitas (poenae.)* I. **Sy.** Iniuria (corporalis.) Ib. c. 126. sqq. l. l.

Molestus. (Adiect.) **§. 1.** *Onerosus, Importunus.* III. **Cn.** Vt neque domino fundi molestus sit, neque his, per quos opera rustica fiunt, impedimento. fr. 11. de usu et habit. 7. 8. Litem ad alium transferre, ut molestum adversarium pro se subiiciat. fr. 4. §. 1. de allen. iud. mut. c. 4. 7. — **§. 2.** *Difficilis, Gravis.* III. **Cn.** Ipsum quid corrumpere, et mutare. — Nulla ipsius mutatione adplicare aliud, cuius molesta separatio sit. fr. 27. §. 14. ad L. Aqu. 9. 2.

Molimen. *Vsurpatio, Adtentatio.* III. **Cn.** Qui qualibet ratione putaverint ad huiusmodi molimen accedere. c. 6. de aquaed. 11. 42. Recenti molimine (ereptum, vel vindicatum.) Th. C. XVI. 8. c. 25. pr. de Iud.

Moliri. **§. 1.** *Fundare.* II. **Op.** Novum opus moliri. — Excolere vetera. Ib. XV. 1. c. 19. de opp. pub. III. **Cn.** Qui forte in publico, vel in privato quid molitur. fr. 1. §. 17. de O. N. N. 39. 1. fr. 3. §. 13. de itin. actuq. priv. 43. 19. Novum opus qui volet in urbe moliri, sua pecunia — absolvat, non contractis veteribus emolimentis. Th. C. l. l. c. 19. — **§. 2.** *Machinari, Praeparare.* I. **Sy.** Promissis, minisve tentare. Vim moliri. Ib. III. 11. c. 1. §. 1. si quac. praed. pot. III. **Cn.** Admissos in possessionem — multa posse subtrahere, novare, moliri. fr. 3. §. 5. de Carbon. ed. 37. 10. Per vim moliri, ne (prohiberi possit.) fr. 1. §. 8. Qu. vi aut cl. 43. 24. Ne perniciosius quid ipsi in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Et licentia molita [al. inolita] derogetur officiis. Th. C. VI. 4. c. 21. §. 2. de Praet. et Qu.

Molitio. **§. 1.** *Fundamentorum exstructio.* III. **Cn.** Exstructio, cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumtuosum. Th. C. XIII. 6. c. 7. §. 1. de praed. navicul. Molitio eius non impeditur; antequam enim caveat, quidquid aedificaverit etc. fr. 21. §. 1. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Machinatio.* III. **Cn.** Sine fraude molitionis (obligata.) Th. C. XVI. 5. c. 9. pr. de haeret. Contra vetitum, occultis molitionibus, per suppositas fraude personas (exsistere comparator.) Ib. XII. 3. c. 1. de praed. et manc. curial.

Molitor. *Molendinarius.* III. **Cn.** Mulieres, quae panem coquant, — item molitores, si ad usum rusticum parati sunt: item focaria etc. fr. 12. §. 5. de instr. leg. 33. 7.

Molitus. (Partic.) Cf. v. Moliri. §. 2.

Mollire. **§. 2.** *Enervare, Effeminare.* III. **Cn.** Quod ad molliendos animos repertum est. Th. C. II. 8. c. 23. (Wck.) de feriis. — **§. 2.** *Lenire, Mitigare.* II. **Op.** Asperare (poenas.) Cf. h. v. III. **Cn.** Rigorem legis moll. Th. C. XI. 30. c. 8. pr. de app. et poen.

Mollis. (Adiect.) **§. 1.** *Non arduus.* II. **Op.** Aspera (via.) Cf. h. v. §. 1. — **§. 2.** *Lenis, Temperatus.* III. **Cn.** Vel impunitate donare (sc. violentiae crimen,) aut molliore — poena percellere. Th. C. IX. 10. c. 4. §. 1. ad L. Iul. de vi pub.

Molliter. (Advb.) *Delicate.* III. **Cn.** Agreste illud — robur, fracta molliter plebe tenuatum. Coll. LL. M. V. 3.

Momentaneus. (Adiect.) *Brevi temporis momento comprehensus, Temporarius.* I. **Sy.** Momentaria, Momentanea (possessio.) c. 3. Qui legit. person. 3. 6. c. 8. unde vi. 8. 4.

Momentarius. (Adiect.) Idem. I. **Sy.** Momentaneus. Cf. h. v. II. **Op.** Praesens ac momentaria cura. — Menstrua, atque annua, onera. fr. 8. de alim. v. cibar. 34. 1. III. **Cn.** Vbi aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est. c. 1. ubi de poss. ag. 3. 16. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. Nonnulli, captati aliquorum momentarias necessitates, (comparant etc.) Ib. XI. 3. c. 1. sine censu v. reliqu. Ex momentariis voluntatibus matris (nupta atque vidua esse compellitur.) c. 20. de inoff. testam. 3. 28. Vsusfr. momentarius. c. 8. §. 6. de bon. qu. lib. 6. 61.

Momentum. **§. 1.** *Pondus.* III. **Cn.** Nullo examinis libramento servato, nec aequis ac paribus suspenso statere momentis. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator. — **§. 2.** *Temporis particula.* I. **Sy.** Illo tempore. Eo momento. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Eodem momento. Simul. fr. 77. de A. v. O. H. 29. 2. II. **Op.** Ad momenta temporum. A momento ad momentum, — Ad dies (civiliter, numerare annum.) fr. 3. §. 3. de minor. 4. 4. fr. 6. de usurp. 41. 3. fr. 15. pr. de div. temp. praescr. 44. 3. fr. 134. de V. S. 50. 16. Omnibus momentis. — Semel inter initia (factum, v. faciendum.) fr. 3. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 23. §. 1. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Quae (sc. aqua) quotidie duci possit, — etsi aliquo momento temporis ducta sit. fr. 1. §. 4. de aqua quot. 43. 20. Continuus actus, — ut tamen aliquod momentum naturae intervenire possit. fr. 137. pr. de V. O. 45. 1. Qui inhabitant, non momenti causa. fr. 5. §. 5. de iniur. 47. 10. Ita paullatim, — ut aestimare non possimus, quantum quoquo momento temporis adiiciatur. Gai. II. 70. Confestim adquiri, — neque momento aliquo subsistere etc. fr. 79. de A. v. O. H. 29. 2. Plerumque hoc fit dicis gratia, uno momento. Gai. I. 141. Et amittere partem, et ipso momento recipere. Vatic. §. 75. Vno momento (tolli.) fr. 44. de solut. 46. 3. Eodem momento temporis (decedere.) fr. 32. §. 1. de relig. 11. 7. — **§. 2. A.** *Status, v. Commodum, praesens. Temporaria conditio.* I. **Sy.** Momentaria possessio. Th. C. IV. 22. c. 1. c. 4. c. 6. unde vi. III. **Cn.** Cum de possessione et momento causa dicitur. Ib. XI. 37. c. 1. si de mom. fuer. app. Ad repetendum momentum, redintegrationemque fortunae (praebeatur facultas.) Ib. IV. 22. c. 4. l. — **§. 3.** *Vis, Robur.* I. **Sy.** Effectus. fr. 68. de hered. inst. 28. 5. Infirmari, Inutile, Irritum, Nullius momenti esse. Cf. v. Infirmare, v. Inutilis. §. 2. v. Irritus. Vitium adferre, Vitiare, Nullius momenti facere. fr. 77. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Nihil momenti habere. Paul. V. 25. §. 6. Non usque adeo sui valitura (sc. auctoritas) momento, ut etc. c. 2. Qu. sit long. consu. 8. 53. Nonnullius momenti videri. fr. 17. §. 3. de iniur. 47. 10. Testamentum

aut non iure factum dicitur, — aut nullius esse momenti, — aut rumpitur etc. fr. 1. de iniust. rupt. 28. 3.

Monachicus. (Adiect.) *Ad monachos spectans.* III. **Cn.** Conversatio, Stola, monachica. Iul. ep. nov. c. 4. §. 13. c. 7. §. 42. c. 115. §. 487.

Monachium. *Monasterium.* I. **Sy.** Monasterium. c. 13. c. 22. sq. c. 35. de SS. eccl. 1. 2.

Monachus, Monacha. *Qui, v. Quae, solitariam vitam agit, S. religionis cultui addictus, addictave.* I. **Sy.** Monastria. Cf. h. v. III. **Cn.** Monachus, aut mulier quae solitariae vitae dedita est. Th. C. V. 3. c. 1. de bon. cleric. Cf. XVI. 3. c. 1. sq. de monach. Clerici, vel monachi, ii etiam quos coenobitas vocant. Ib. IX. 40. c. 16. pr. de poen. Quem monachae presbyterum, vel diaconum elegerint. Iul. ep. nov. c. 115. §. 483.

Monasterium. *Monachorum, monacharumve, conventus.* III. **Cn.** Venerabiles ecclesiae, vel xenones, vel monasteria, vel orphanotrophia, — vel denique aliud tale consortium. c. 22. sq. c. 35. de SS. eccl. 1. 2. Monasterium tam monachorum, quam sanctimonialium. Iul. ep. nov. c. 7. §. 32. Mulierum monasteria, vel asceteria. Ib. §. 36. l. l.

Monasticus. (Adiect.) *Monachicus.* I. **Sy.** Solitaria, Monastica (vita, s. professio.) c. 38. de episc. et cler. 1. 3.

Monastria. *Monacha.* I. **Sy.** Monacha. Iul. ep. nov. c. 115. §§. 460. 471. sq. III. **Cn.** Diaconissa, vel monastria, vel ascetria. Ib. l. l. §§. 460. 493.

Monazontes. Cf. v. Monozontes.

Monere. **§. 1.** *Admonere, Hortari.* III. **Cn.** Magistros adpellari a monendo, vel monstrando. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Non faciendae iniuriae causa percussisse, sed monendi et docendi causa. fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. In adfectu pietatis monitos posse mitescere. Vatic. §. 248. Edicto omnes provinciales monemus, ut etc. Th. C. I. 5. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Pr. X. 6. c. 1. de grege domin. — **§. 2.** *Iudicio pulsare, s. convenire.* III. **Cn.** Cum monitus fuerit — actione civili. c. 6. §. 3. de h. qu. ad eccl. 1. 12.

Moneta. **§. 1.** *Pecunia signata, Nummus.* I. **Sy.** Aes. Cf. h. v. §. 3. Nummus, Numisma. Th. C. IX. 21. c. 1. sqq. c. 10. de falsa mon. III. **Cn.** Vultu Principum signatam monetam, praeter adulterinam, reprobare. Paul. V. 25. §. 1. Falsam monetam percutere. fr. 19. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Paul. V. 12. §. 12. Adulterator monetae. fr. 16. §. 9. de poen. 48. 19. cf. Th. C. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. — **§. 2.** *Fabricatio nummorum.* III. **Cn.** Adulterinam monetam exercere. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Falsae monetae criminis reos (detegere.) fr. 53. de iudic. 5. 1. — **§. 3.** *Officina cudendae pecuniae.* III. **Cn.** Ex metallo Principis, vel ex moneta sacra (furari.) fr. 38. pr. de poen. 48. 19. Quem moneta solemniter, vel fabricatio — poscit armorum. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Qui, cum in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Monetalis. (Adiect.) *Ad monetam spectans.* I. **Sy.** Moneta. Monetalis cusio. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. III. **Cn.** IIIviri monetales, aeris, argenti, auri flatores. fr. 2. §. 30. de O. I. 1. 2.

Monetarius. *Monetae cudendae artifex.* I. **Sy.** Qui in moneta publica operatur. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. c. 2. pro qu. c. servi. 7. 13. Th. C. IX. 21. c. 2. pr. de fals. monet. III. **Cn.** Nonnulli monetarii adulterinam monetam — exercent. Ib. c. 2. pr. l. Si quis ex corpore — monetariorum, ac murilegulorum, vel aliorum similium ad divinas largitiones pertinentium etc. Ib. X. 20. c. 16. de murileg. Ne quis ex ultimis negotiatoribus, vel monetariis, abiectisque officiis, vel deformibus ministeriis etc. c. 6. de dignitatt. 12. 1.

Monile. **§. 1.** *Ornamentum colli pretiosum.* III. **Cn.** Ornamenta, et monilia, in quibus gemmae et margaritae insunt, et anuli, et vestis. fr. 32. §. 7. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Ornamentorum pretiosorum genus omne.* III. **Cn.** Thesauri, et condita — monilia. Th. C. X. 18. c. 2. de thesaur. Monilia, et supellex, aurum, argentum, caeteraque clarae domus insignia. Ib. XVI. 2. c. 27. de episc. eccl. cf. IX. 42. c. 7. de bon. praescr.

Monitio. *Admonitio.* III. **Cn.** Frequenti monitione atque hortatu — incitare (magistratus etc.) Ib. XII. 1. c. 39. de decurion. cf. IX. 3. c. 7. de cust. reor. Nequaquam — refrenari divina saltem monitione posse. Ib. XVI. 5. c. 7. §. 1. de haeret.

Monitor. **§. 1.** *Admonitor et praefectus operariorum.* III. **Cn.** Qui opus rusticum faciunt, et monitores, et villici, et saltuarii. Paul. III. 6. §. 35. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Debitorum publicorum admonitor et exactor.* III. **Cn.** Palatini monitores — ad profligandos largitionales titulos iudicibus — adsistant. Th. C. I. 10. c. 2. (Wck.) de off. com. S. largg.

Monitorius. (Adiect.) *Admonitorius.* III. **Cn.** Callistrati ad edictum monitorium libri. Cf. Hommelii palingen. I. 138. sqq.

Monitus. (Subst.) *Augurium.* I. **Sy.** Instinctus (deorum.) Cf. h. v.

Monobolon. *Ludi genus.* III. **Cn.** Ordinet V ludos: monobolon, contomonobolon etc. c. 3. de aleator. 3. 43.

Monocontia. *Armorum genus.* III. **Cn.** Conti, aut lanceae, — vel quae ab Isauris monocontia [al. monocopia] dicuntur. Iul. ep. nov. c. 79. §. 304. (Nov. Iust. c. 85. §. 4.)

Monopolium. *Privilegium circa peculiare negotiationis certae exercitium.* III. **Cn.** Ne quis cuiuscunque — speciei, — pro sua auctoritate, vel S. rescripto — monopolium audeat exercere. c. 1. de monopol. 4. 59.

Monozontes. *Monachi.* I. **Sy.** Monachi, Monozontes [al. monazontes.] Th. C. XII. 1. c. 63. de decurion. XVI. 3. c. 1. sq. de monach.

Mons. *Collis altior.* III. **Cn.** In monte sacro (tribunos sibi creavit plebs.) fr. 2. §. 20. de O. I. 1. 2.

Monstrare. **§. 1.** *Ostendere, Indicare.* I. **Sy.** Ostendere. fr. 6. §§. 1. sqq. si qu. om. c. testam. 29. 4. III. **Cn.** Monere, vel monstrare. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Monstrat magis nomen, quam mandat,

tametsi laudet nomen. fr. 2. de proxenet. 50. 14. Remedium monstrare. fr. 7. §. 5. de don. int. V. 24. 1. fr. 3. §. 2. de statulib. 40. 7. — **§. 2.** *Prodere, Deferre.* III. **Cn.** Mancipia vaga, tacita fideicommissa, bona vacantia, et caduca monstrantes. Th. C. X. 10. c. 20. de petit. et ultro dat. — **§. 3.** *Demonstrare, Probare.* III. **Cn.** Evidentissimis documentis monstrari. Consult. vet. I. Cti. c. 1. Quoad idoneos esse manifestum est, aut — complere id posse monstrantur. Th. C. VIII. 1. c. 1. de numerar. actuar. cf. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Qui — venturi sunt, vel venisse monstrantur. Th. C. XII. 1. c. 105. de decurion.

Monstrosus, s. **Monstruosus.** (Adiect.) *Monstrum referens.* III. **Cn.** Monstrosum aliquid, aut prodigiosum, Portentosum, vel monstrosum, (eniti, s. edere.) fr. 14. de statu hom. 1. 5. fr. 135. de V. S. 50. 16. Nefanda monstruosis nominibus auctorum prodigia sectarum. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 1. de haeret.

Monstrum. *Miraculum.* III. **Cn.** Pro monstro est, (ut maior sit filius quam pater.) §. 4. I. de adopt. 1. 11.

Montanistae. *Montani haeretici sectatores.* III. **Cn.** Montanistae, et Priscillianistae, et alia huiuscemodi genera nefariae superstitionis. Th. C. XVI. 5. c. 48. c. 57. c. 65. §. 2. de haeretic. Eunomianae superstitionis clerici, seu Montanistae. Ib. c. 34. l. l.

Montenses. *Donatistarum denominatio.* III. **Cn.** Donatistae, qui et Montenses vocantur. Ib. c. 43. l. l.

Monumentum. **§. 1.** *Documentum, quod memoriam alicuius rei conservet.* I. **Sy.** Quod memoriae servandae gratia exsistat. fr. 2. §. 6. fr. 42. de relig. 11. 7. III. **Cn.** Census, et monumenta publica. fr. 10. de probat. 22. 3. cf. fr. 11. fin. regund. 10. 1. Relatio (inspectorum,) et vetera monumenta chartarum. Th. C. XI. 28. c. 2. de indulg. debitor. cf. X. 8. c. 5. de bon. vac. Quae — in monumenta publica posita sunt. fr. 37. pr. de iniur. 47. 10. Manilii monumenta. fr. 2. §. 39. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Opus manu factum, in memoriam defuncti.* I. **Sy.** Quod causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit. Monumentum [al. Monimentum] sepulchri. Sepulchrum. fr. 37. §. 1. de relig. 11. 7. fr. 1. §§. 5. sqq. de mortuo infer. 11. 8. fr. 2. sq. fr. 7. de sepulch. viol. 47. 12. Monumentum purum. Cenotaphium. fr. 6. §. 1. fr. 42. de relig. 11. 7. fr. 5. §. 10. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Villae, et monumenta, et aedificia. fr. 4. pr. de D. R. 1. 8. Vt heres in funere, aut in monumento, dumtaxat aureos C consumeret. fr. 202. de V. S. 50. 16. cf. fr. 37. pr. §. 1. de relig. 11. 7. Ad sumtum monumenti (certam pecuniam accipere.) fr. 31. §. 4. de N. G. 3. 5. Vt monumento meo alternis mensibus lucernam accendant, et solemnia mortis peragant. fr. 44. de manum. testam. 40. 4. Petit ab herede suo, ut — sibi parentibusque suis — monumentum exstrueret. fr. 86. §. 2. de A. v. O. H. 29. 2. cf. Gai. II. 235. fr. 40. §. 5. de manum. testam. 40. 4. Monumentum sibi libertisque suis fecisse. fr. 6. pr. de relig. 11. 7. Quos (sc. heredes) ius monumenti sequitur. fr. 18. §. 2. fam. ercisc. 10. 2.

Mora. **§. 1.** *Cunctatio, Dilatio.* I. **Sy.** Dilatio. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. fr. 123. §. 1. de legat. I. (30.) II. **Op.** In continenti. — Iam mora facta. fr. 1. §. 8. ad L. Falc. 35. 2. Maturissime pervenire. — Moram pati in itinere. fr. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 2. §. 1. de legation. 50. 7. III. **Cn.** Et in hac moram patietur, nec ante accipiat B. Poem, quam etc. fr. 2. §. 18. ad S.C. Tert. 38. 17. Quantum ad moram faciendam inferioribus, et sibi locum faciendum etc. fr. 30. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Ne — creditoribus longior mora fieret. fr. 1. pr. de success. edict. 38. 9. Ne fortuita mora (servitutem partui irrogaverit.) fr. 26. §. 3. cf. fr. 13. de fideic. libb. 40. 5. Ex mora (factum deterius ius.) fr. 8. si qu. cautt. 2. 11. Brevis mora sit. Th. C. IV. 4. c. 6. de testam. et codic. Sine mora (dimittere.) fr. 24. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 2.** *Tractus temporis, Intervallum.* I. **Sy.** Inter moras, Tempore interposito, Interea. fr. 33. de R. N. 23. 2. Cf. v. Interea. III. **Cn.** Mora temporis (cogitanda.) fr. 51. de pecul. 15. 1. Modici temporis mora. fr. 21. de iudic. 5. 1. Intra annum medio tempore — ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant. fr. 5. pr. de requir. reis. 48. 17. cf. fr. 53. de hered. pet. 5. 3. fr. 27. de reb. auct. iud. 42. 5. — **§. 3.** *Frustratio, debitoris aut creditoris, circa obligationem iuste implendam.* I. **Sy.** Frustratio, Cessatio. Cf. v. Frustratio. Si in mora fuit, Cum per aliquem stat, quominus etc. fr. 49. pr. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Si quis solutioni quidem moram fecit, iudicium autem accipere paratus sit. fr. 24. pr. de usur. 22. 1. Si negavit apud se esse pecuniam, — vel si moram depositioni fecit. fr. 7. §. 10. de adm. et peric. 26. 7. Non ergo offerre debet satisdationem, sed petenti satis moram non facere. fr. 2. §. 1. Qu. legator. 43. 3. Si et per emtorem et venditorem mora fuisset, quominus vinum praeberetur et traderetur. fr. 51. pr. de A. E. V. 19. 1. Si tardius id faceret, quasi ex mora usuras praestaturum. fr. 92. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 40. de R. C. 12. 1. Paul. III. 8. §. 4. Gai II. 280. Moram facere in solvendo, v. in reddenda re. fr. 14. pr. de usur. 22. 1. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. Vlp. VI. 7. fr. 17. §. 1. de R. V. 6. 1. Solam testationem dotis repetendae non sufficere ad moram doti factam. Vatic. §. 95. Si in eo moram faciat heres, quod nolit exigere a debitoribus. fr. 3. §. 2. de statulib. 40. 7. Si artibus moras nectent, (ad solutionem debiti coarctandi sunt.) Th. C. II. 29. c. 2. pr. si cert. petat. de suffr. Si per mulierem mora non est, quominus etc. fr. 30. §. 5. de legat. III. (32.) Non enim in mora est is, a quo etc. fr. 40. de R. C. 12. 1. fr. 8. pr. de novat. 46. 2. Re ipsa mora subsecuta. fr. 3. §. 2. de adim. legat. 34. 4.

Morari. **§. 1.** *Moram interponere, Cunctari.* I. **Sy.** Moram facere, In mora esse. fr. 84. de legat. II. (31.) fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. Cessare. c. 2. de usur. et fruct. leg. 6. 47. III. **Cn.** Si et moretur, et frustretur. fr. 233. pr. de V. S. 50. 16. Quos religio, — aut capitis famaeve periculum, aut similis causa moretur. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5. Ante sententiam, si petitionis dies moraretur. fr. 5. §. 1. ut legat. nom. 36. 3. cf. fr. 9. §. 17. de hered. inst. 28. 5.

Cautionis praestandae necessitas solutionem moratur. fr. 7. §. 4. de dote praeleg. 33. 4. Res legata, — quam quis deberet, moratusque esset in ea danda. fr. 6. de usu et usufr. leg. 33. 2. — **§. 2.** *Commorari, Versari, Constitutum esse.* I. **Sy.** Agere. Cf. h. v. §. 4. Esse. Cf. h. v. §. 1. Adfici, Morari in (damno.) fr. 49. fam ercisc. 10. 2. fr. 11. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. II. **Op.** Abesse. Cf. h. v. §. 1. Proficisci. fr. 20. §. 1. de oper. libert. 38. 1. III. **Cn.** Interdici, — ne intra patriae territorium vel muros morentur, ne excedant patriam, vel in vicis quibusdam morentur. fr. 7. §. 19. de interd. et releg. 48. 22. cf. Gai. I. 27. fr. 1. de serv. export. 18. 7. Morans eo in loco, (ubi adpellavit.) Paul. V. 33. §. 1. Omnia, quae in eo (sc. fundo) solita sunt esse, quaeque ibi maiore parte anni morari, et hi qui in eum manendi causa recipere se consueverunt. fr. 18. §. 12. fr. 27. §. 3. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 33. pr. de legat. III. (32.) fr. 3. §. 7. uti possid. 43. 17. Si petierit in servitutem, et obtinuerit, mox cognita veritate passus sit in libertate morari. fr. 16. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Qui absenti servo scribit, ut in libertate moretur. fr. 38. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Voluntate domini in libertate eum morari. fr. 24. §. 3. de liberali. c. 40. 12. Iniquum, — in lucro morari eum, qui lucrum sensit ex fraude. fr. 10. §. 24. Qu. in fr. cred. 42. 8. c. 1. pr. de reputation. 2. 48.

Moratorius. (Adiect.) *Dilatorius.* II. **Op.** Praeceps festinatio. — Moratoria cunctatio. fr. 7. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Moratoria, — Peremtoria (praescriptio.) Th. C. I. 2. c. 3. de div. rescr. III. **Cn.** Moratoriae adpellationes, et eae quae ab executoribus et confessis fiunt. Paul. V. 35. §. 2. Th. C. XI. 36. c. 1. c. 3. sq. Quor. app. n. rec. Pro pecunia tributi — oblata moratoria cautio non admittitur. fr. 5. §. 3. de censib. 50. 15. Nec moratoriae dilationi locus erit. Vatic. §. 119.

Morbosus. (Adiect.) *Qui morbo laborat.* I. **Sy.** Aegrotus. Iul. ep. nov. c. 36. §. 134. II. **Op.** Sanus. fr. 6. §. 2. fr. 7. sqq. fr. 11. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Morbosum non esse, neque vitiosum. fr. 1. §§. 7. sqq. fr. 6. §. 2. fr. 51. pr. §. 1. ib. 21. 1. Si pecora contagione morbosi pecoris perierunt. fr. 13. pr. de A. E. V. 19. 1.

Morbus. **§. 1.** *Aegritudo, quae non perpetuam habet causam.* I. **Sy.** Temporalis imbecillitas corporis. fr. 101. §. 2. de V. S. 50. 16. Habitus cuiusque rei contra naturam. fr. 1. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. Fr. Labeonis I. Cti. Ap. Gell. IV. 2. II. **Op.** Vitium. fr. 1. §§. 1. 7. sqq. fr. 4. §. 3. fr. 48. §. 1. ib. 21. 1. fr. 101. §. 2. l. 50. 16. III. **Cn.** Debilitas fortuita, aut morbus, et corporis valetudo confecta. Th. C. VII. 1. c. 5. de R. M. cf. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. — **§. 2.** *Infirmitas quaelibet, tam corporis quam mentis.* I. **Sy.** Aegritudo. Th. C. XI. 31. c. 2. de repar. app. III. **Cn.** Si — morbus, aut aetas impediat. fr. 41. de procur. 3. 3. Quos valetudo, vel furor, vel morbus perpetuus excusat. Vatic. §. 238. Perpetuus quidem morbus, tamen ferendus his, qui circa eam sunt. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Sonticus, Comitialis, morbus. fr. 2. §. 3. si qu. caut. 2. 11. fr. 4. §. 5. fr. 53. fr. 65. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 113. de V. S. 50. 16. Ob morbum, vel aliam rationem, impensum. Paul. II. 4. §. 1.

Mordere. *Dente laedere.* III. **Cn.** Qui canem irritaverat, et effecerat ut aliquem morderet. fr. 11. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2.

Mori. **§. 1.** *Vita decedere.* I. **Sy.** Decedere. Cf. h. v. Perire, Obire. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. Si quid acciderit ei. Mortuo eo. Cf. v. Accidere. §. 2. III. **Cn.** Mori, aut capite deminui. Gai. I. 170. Vlp. XI. 7. fr. 7. §. 1. usufr. quemadm. 7. 9. Qui mori magis, quam damnari maluerint. fr. 6. §. 7. de iniust. rupt. 28. 3. Si ex plagis, Si frigore, mortuus sit. fr. 52. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 14. §. 1. de praescr. vv. 19. 5. Morte moriatur. Coll. LL. M. I. 1. Si prius moriatur, quam (in suam tutelam venerit, v. cernat etc.) Gai. II. 179. 181. sq. III. 62. Si quis moriens dixisset. fr. 3. §. 1. de S.C. Silan. 29. 5. Non tam mortis causa, quam morientem, (donare.) fr. 42. §. 1. de m. c. donat. 39. 6. Cum morieris, (dari.) fr. 121. §. 2. de V. O. 45. 1. Cum moreretur, (restituere rogatus.) fr. 77. §. 4. de legat. II. (31.) fr. 141. de V. S. 50. 16. Quae cuiusque, cum is moritur, fuerint. fr. 3. pr. §. 6. de N. G. 3. 5. fr. 73. §. 1. de R. I. 50. 17. Gai. I. 127. 129. — **§. 2.** *Exstingui, Finiri.* I. **Sy.** Exspirare, Perire (litem.) Cf. v. Exspirare. §. 2. II. **Op.** Crescere, Decrescere (peculium.) fr. 40. pr. §. 1. de pecul. 15. 1. III. **Cn.** Si — ad id iudicium non adfuit, vel litem mori patiatur. fr. 3. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. fr. 2. iudicat. solvi. 46. 7.

Morio. *Stultus.* II. **Op.** Valide sapiens. — Ita fatuus, vel morio, ut in eo usus nullus sit. fr. 4. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Morose. (Advb.) *Fastidiose.* III. **Cn.** Modum adiicere, ut neque morose in totum abstineat, neque avare modum xeniorum excedat. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Mors. **§. 1.** *Obitus, Letum.* I. **Sy.** Obitus. Gai. I. 127. Quae vitam adimit, Mortis (poena.) fr. 6. §. 2. fr. 8. §. 1. de poen. 48. 19. fr. 1. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. Mortis, vel amissionis civitatis, Capitalis (causa.) fr. 103. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Qui morte, exsiliove (coërcitus est.) fr. 4. pr. si qu. cautt. 2. 11. Mors, aut capitis deminutio. Gai. III. 101. cf. II. 156. fr. 63. §. 10. pro soc. 17. 2. fr. 239. pr. de V. S. 50. 16. Servitus morti adsimilatur. fr. 59. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Gai. III. 153. Morte et alienatione servi (perit ususfr.) Vatic. §. 57. Res, quae tempore aut morte periturae sunt. fr. 3. pr. de feriis. 2. 12. fr. 139. pr. de R. I. 50. 17. Vt, ad similitudinem mortis, caeteri casus admittendi sint. fr. 29. §. 5. de liber. et posth. 28. 2. Animalium casus, mortes, quaeque [al. mortesque, quae] sine culpa accidunt, fugae servorum etc. fr. 23. de R. I. 50. 17. cf. fr. 18. pr. commod. 13. 6. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. Mortis, aut verberum terror. fr. 3. §. 1. fr. 4. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Si is, in quem animadversum est, sua morte decessisset. fr. 28. pr. de bon. libert. 38. 2. Morte moriatur. Coll. LL. M. I. 1. Mortis consciscendae causa quid fecisse. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Qui adhibita vi, et quasi manu, causam mortis praebuisset. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 3. §. 1.

de S.C. Silan. 29. 5. Tempus, v. Dies, mortis. fr. 133. fr. 153. de V. S. 50. 16. Post mortem suam, v. alterius, (promittere, v. spondere.) Gai. II. 102. sq. III. 100. 117. 119. 176. Solemnia mortis peragere. fr. 44. de manum. testam. 40. 4. In mortem alicuius (stipulari.) fr. 31. §. 2. de m. c. donat. 39. 6. Mortis causa stipulatio, — quae ita fit, ut morte promissoris confirmetur. Fr. Labeonis I. Cti. Ap. Festum v. Mortis c. Non tam mortis causa, quam morientem, donare. fr. 42. §. 1. l. l. 39. 6. Non testamenti nomine, sed mortis causa, capitur. fr. 55. de cond. et dem. 35. 1. cf. Gai. II. 225. sq. IV. 23. Vlp. I. 2. fr. 8. pr. fr. 31. pr. de m. c. don. 39. 6. Mortis c. dare, v. accipere. fr. 8. pr. fr. 19. ib. 39. 6. Certae conditionis donatio, — an quae mortis consilium (ac titulum) haberet. fr. 42. ib. 39. 6. Paul. II. 23. §§. 1. 6. III. 7. §§. 1. sq. Pure, — Mortis causa, (donare.) fr. 56 de donat. int. V. 24. 1. cf. fr. 35. §. 2. de m. c. don. 39. 6. Vatic. §. 249. — **§. 2.** *Interitus, Finis.* III. ***Cn.*** Non autem tunc mors litis et condemnatio in absentem introducatur. c. 13. §. 5. de iudic. 3. 1.

Morsus. (Subst.) *Labes.* III. ***Cn.*** Devotionis nota, et morsus honoris alieni. Th. C. VII. 1. c. 10. de R. M.

Mortales. *Homines.* III. ***Cn.*** Ne quis mortalium (sumat audaciam.) lb. XVI. 10. c. 9. de pagan.

Mortalis. (Adiect.) **§. 1.** *Morti obnoxius, Caducus.* III. ***Cn.*** Emendo sibi rem pernecessariam, licet mortalem. fr. 11. §. 4. cf. §. 5. de minor. 4. 4. Mortali opere facta, et aevum passura (simulacra.) Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. cf. c. 10. de pagan. — **§. 2.** *Excidium parans.* III. ***Cn.*** Cum multae sint occasiones mortales adpellationum. c. 5. §. 1. de temp. et repar. 7. 63.

Mortalitas. **§. 1.** *Natura et fatum mortalium.* I. ***Sy.*** Imbecillitas humana. c. 2. §. 14. de vet. iure enucl. 1. 17. Fati necessitas. Th. C. VI. 24. c. 11. de domest. et protect. II. ***Op.*** Divinitas. Cf. h. v. — **§. 2.** *Mors ipsa.* I. ***Sy.*** Mors. fr. 2. fr. 31. §. 2. de m. c. donat. 39. 6. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 4. fr. 11. ad L. Iul. mai. 48. 4. Mortalitas liberorum. Amissi liberi. Vatic. §§. 86. 87 a. Deperire. Mortalitate subtrahi. fr. 40. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. III. ***Cn.*** Subtractis mortalitate servis, aut pecoribus, aliisve rebus casu intercidentibus. fr. 19. l. 43. 16. cf. fr. 24. Qu. in fr. cred. 42. 8. Praestare mortalitatem. fr. 40. pr. de hered. pet. 5. 3. Mortalitatis necessitate, vel bonorum publicatione, (ad alium perduci, sc. servum.) fr. 26. pr. de fideic. libb. 40. 5. Turbato ordine mortalitatis. fr. 15. pr. de inoff. testam. 5. 2. Cogitatio mortalitatis, (quod nos quandoque morituros intelligimus.) fr. 31. §. 2. de m. c. don. 39. 6. Eventus mortalitatis (medico imputari non debet.) fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18.

Mortifer, s. **Mortiferus.** (Adiect.) *Letalis.* III. ***Cn.*** Si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimaverit. fr. 11. §. 3. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Poena mortifera. Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circul.

Mortifere. (Advb.) *Letaliter.* I. ***Sy.*** Ita, ut eo ictu certum esset moriturum, Mortifere (vulneratus.) fr. 15. §. 1. fr. 36. §. 1. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. III. ***Cn.*** Si — mortif. vulneratus, supervixerit. fr. 1. §. 38. de S.C. Silan. 29. 5. Si vulneratus fuerit — non mort., negligentia autem perierit. fr. 30. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Mortuus. (Partic.) **§. 1.** *Qui vita functus est.* I. ***Sy.*** Qui fato suo vita excesserit. Gai. IV. 81. Defunctus. Cf. h. v. Qui simul decesserit cum altero. Pariter mortui. fr. 16. pr. §. 1. de reb. dub. 34. 5. II. ***Op.*** Vivus. Gai. III. 78. sq. Superstes. Th. C. III. 12. c. 3. de incest. nupt. III. ***Cn.*** Quia eo modo ex numero civium R. tollitur, proinde ac mortuo eo, (desinant liberi in potestate eius esse.) Gai. I. 128. Mortui loco haberi. fr. 65. §. 12. pro soc. 17. 2. fr. 1. §. 8. de B. P. c. t. 37. 4. Ex filio mortuo nepos. Vlp. XXVI. 2. Qui eam, — genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret, (in matrimonium collocaverit.) fr. 1. fr. 8. de h. qu. not. infam. 3. 2. Mortuum inferre (in locum nostrum, v. alienum.) Gai. II. 6. Paul. I. 21. §§. 6. sq. Funus ducens familiare, iustave mortuo faciens. fr. 2. sq. de in ius voc. 2. 4. Intestatarum mortuarum hereditates. Gai. I. 192. Hominis mortui pretium recipere. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. Si mortuum fuerit iumentum. fr. 38. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Defectus, Exstinctus.* I. ***Sy.*** Demortuus. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Non est locupletior, quae tantundem in re mortua impendit. fr. 7. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Lite mortua etc. fr. 2. iudicat. solvi. 46. 7. cf. c. 5. §§. 1. sq. de temp. et rep. 7. 63.

Mos. **§. 1.** *Institutum (vitae,) Habitus consuetus. Indoles.* I. ***Sy.*** Vita, Mores. Th. C. XIII. 3. c. 5. sq. de medic. et prof. Boni mores, Pudicitia (uxoris.) fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 46. §. 1. de V. S. 50. 16. Delicta, Mores (accusare.) fr. 39. sol. matrim. 24. 3. fr. 13. §. 10. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. ***Cn.*** Non rebus dumtaxat, sed etiam moribus pupilli (praeponi.) fr. 12. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. Idoneus — tam moribus, quam facultatibus. Th. C. XII. 6. c. 7. de susceptor. Qui disciplinae publicae, et corrigendis moribus, praeficiuntur. fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4. Ne humana credulitate publici mores — corrumperentur. Paul. V. 21. §. 1. In testimoniis dignitas, fides, mores, gravitas (examinanda est.) fr. 2. de testib. 22. 5. Vt certi de probitate morum, et peritia artis, eligant ipsi etc. fr. 1. de decr. ab ord. 50. 9. An maritus, pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit? fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 47. sol. matrim. 24. 3. Si per me meosque mores quid steterit, quominus — matrimonium permaneat. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. Viro atque uxore mores invicem accusantibus. fr. 39. sol. matrim. 24. 3. Cum de moribus mulieris agetur. Gai. IV. 102. fr. 5. pr. de pact. dot. 23. 4. Th. C. III. 13. c. 1. de dotib. Coërcitio morum. fr. 15. §. 1. sol. matrim. 24. 3. Morum nomine, graviorum quidem, sexta (sc. dotis) retinetur; leviorum autem, octava. Vlp. VI. 12. sq. cf. §. 9. Indignum moribus, vel turpem (sponsum eligere.) fr. 12. §. 1. de sponsal. 23. 1. Qui moribus talis est, ut suspectus sit. fr. 8. de susp. tut. 26. 10. Materiam peccandi malis moribus praestare. fr. 1. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. De-

Deteriorem servum facit, — qui mores eius corpusve corruperit. Paul. I. 13.A. §. 5. cf. fr. 23. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Quamdiu (prodigus) — sanos mores receperit. fr. 1. pr. de curat. fur. 27. 10. Paul. III. 4.A. §. 12. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 1.A.** ***Morem gerere, i. e. Mores suos componere ad alterius imperium. Obsequi.*** III. **Cn.** Quodsi — maluit, mos ei gerendus est. fr. 71. de R. V. 6. 1. cf. fr. 14. de probat. 22. 3. Si volent, — morem eis gerat (sc. iudex.) fr. 16. pr. cf. fr. 51. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. — **§. 2.** ***Ratio, Modus, Exemplum.*** I. **Sy.** Ius (militiae.) fr. 26. pr. fr. 33. pr. fr. 34. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Mens (praedonis.) Mos praedonius. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. III. **Cn.** Adeat ex more. Vatic. §. 155. More iudiciorum, v. solito, (persequi.) c. 2. de probat. 4. 19. c. 14. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Legum more percipere (hereditatem.) Nov. Anthem. de mulier. qu. se serv. VI. 1. c. 1. §. 1. Contra mores esse. fr. 35. §. 1. de V. O. 45. 1. Solito, s. Vsitato, more. fr. 50. §. 1. de manum. testam. 40. 4. c. 32. de transact. 2. 6. Furis more damnari. Paul. V. 18. §. 3. More insanorum (deridenda loqui.) fr. 4. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Viri boni more agentes. fr. 21. pr. de statulib. 40. 7. Improbato, s. Improbabili, more (versari etc.) fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Converso more (procreari.) fr. 14. de statu hom. 1. 5. Malo more (gestum, v. promissum etc.) fr. 19. §. 1. de N. G. 3. 5. fr. 8. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13. Contra bonam fidem, contraque bonos mores esse. fr. 1. §. 7. depos. 16. 3. fr. 9. fr. 14. de cond. inst. 28. 7. fr. 112. §. 3. de legat. I. (30.) fr. 29. §. 2. de donat. 39. 5. Paul. I. 1. §. 4. III. 4.B. §. 2. Ex bonis moribus (concepta conditio.) fr. 121. §. 1. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** ***Diuturnus usus, Consuetudine perpetua firmatum ius.*** I. **Sy.** Diuturni mores. Ius, quod usus comprobavit. §. 9. I. de I. N. 1. 2. Vlp. I. 4. Quod frequentatur (in regione.) Mos (regionis.) fr. 34. de R. I. 50. 17. Consuetudo. Cf. h. v. §. 5. Ritus (vetustatis.) Th. C. XI. 7. c. 18. de exaction. II. **Op.** Leges (scriptae.) — Mores. fr. 9. de I. et I. 1. 1. fr. 32. pr. §. 1. de LL. 1. 3. fr. 8. de R. N. 23. 2. Gai. IV. 26. sqq. Natura, vel gentium ius, vel mores civitatis. fr. 34. §. 1. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 12. §. 2. de iudic. 5. 1. III. **Cn.** Aut lege, aut more, aut mixto iure (introductum.) Paul. V. 4. §. 6. Legitimi, aut SCtis constituti, aut moribus introducti (sc. tutores.) Vlp. XI. 2. sqq. 24. sqq. Quod necessarie obimus, lege, more, imperiove eius, (qui iubendi habet potestatem.) fr. 214. de V. S. 50. 16. Moribus legibusque nostris. fr. 3. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Secundum leges moresque (peregrinorum.) Gai. I. 92. Mores et consuetudo, (quae retro obtinuit.) fr. 32. pr. de LL. 1. 3. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 32. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. Moribus civitatis, et usu rerum. fr. 7. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Civiliter, et quasi more civitatis, (turpia.) fr. 42. de V. S. 50. 16. Moribus nostris. More romano. fr. 34. de adopt. 1. 7. fr. 8. de feriis. 2. 12. Mos maiorum. fr. 11. de I. et I. 1. 1. fr. 5. de iurisd. 2. 1. fr. 1. fr. 11. §§. 1. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Priscae consuetudinis mos. Nov. Maior. de defens. civ. IV. 2. c. 1. Et potest, et solet, etenim moris est. fr. 7. §. 17. de interd. et releg. 48. 22. Moris est, s. Vti mos est, (elugere, v. interdicere etc.) fr. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Vatic. §§. 320. sq. fr. 9. pr. de poen. 48. 19. Moribus (receptum, v. introductum etc.) fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 1. de cur. furios. 27. 10. Ex more regionis. Secundum morem provinciae. fr. 1. pr. de usur. 22. 1. fr. 7. §. 10. de adm. et peric. 26. 7. fr. 9. de extr. crim. 47. 11.

Motio. **§. 1.** ***Machinatio, Molitio.*** I. **Sy.** Motus. Th. C. II. 26. c. 5. (Wck.) fin. regund. Iust. C. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. III. **Cn.** Cunctis motionibus [al. molitionibus] et machinis amputatis. Th. C. l. l. cf. Iust. C. c. 6. fin. regund. 3. 39. — **§. 2.** ***Remotio.*** III. **Cn.** Ad tempus relegatio, vel ab Ordine motio. fr. 3. §. 2. stellionat. 47. 20.

Motus. (Subst.) **§. 1.** ***Commotio, Quassatio.*** III. **Cn.** Terrae motu, aut vi fluminis, aliove quo casu fortuito accidere. fr. 24. §. 3. de damn. inf. 39. 2. Si ager terrae motu ita corruerit, ut nusquam sit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. fr. 2. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Vatic. §. 5. — **§. 2.** ***Conturbatio, Machinatio.*** I. **Sy.** Motio. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Qui motu Cassiano vaticinatus erat. Coll. LL. M. XV. 2. — **§. 3.** ***Auctio (naturalis.) Mutatio.*** III. **Cn.** Non ita in suo statu et loco maneret arbor, quemadmodum paries, propter motum naturalem [al. motus naturales] arboris. fr. 7. de S. P. V. 8. 2. — **§. 4.** ***Sensus, Consilium, Instinctus.*** II. **Op.** Spontaneus motus. — Precatio, sive relatio. c. 3. de LL. 1. 14. III. **Cn.** Ex diversis animi motibus in unum consentire. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. Non est constantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Si — negotii qualitas ac iudicis motus cum his concurrit. fr. 21. §. 3. de testib. 22. 5. Cuius (sc. negotii) finis in iudicis potestate ac motu situs est. c. 10. de accus. 9. 2. Motum congruae severitatis, v. iudiciarii vigoris, excipere. Th. C. IX. 40. c. 9. de poen. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Divina primum vindicta, post etiam motus nostri — ultione plectendos. Ib. XVI. 1. c. 2. §. 1. de fide cath. Nostri maiores subtilissimo animo, et divino quodam motu (pervenerunt ad etc.) c. 12. de praescr. l. t. 7. 33. — **§. 5.** ***Impetratio actionis.*** III. **Cn.** Omnis aditus praecludatur, omnis motus etc. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37.

Movens. (Partic.) **§. 1.** ***Qui se ipsum movere potest.*** I. **Sy.** Res mobiles animales, Animalia, Moventia. fr. 15. §. 2. de re iud. 42. 1. II. **Op.** Solum. — Res mobiles, sive moventia. Vatic. §. 293. fr. 1. pr. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Mobilia, et moventia. Gai. IV. 16. Res mobiles, vel se moventes, vel incorporales. c. 1. §. 7. de R. V. A. 5. 13. c. 2. sq. de quadr. praescr. 7. 37. — **§. 2.** ***Qui moveri potest.*** I. **Sy.** Mobilia, Moventia. fr. 93. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Pro praediis, aut moventibus (tributa.) fr. 32. §. 9. de usu et usufr. leg. 33. 2. Fundus, in quo res moventes fuerunt. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. Res moventes, non animales. fr. 2. de supell. leg. 33. 10.

Movere. **§. 1.** ***Locum mutare.*** I. **Sy.** Au-

ferre (terminos.) Coll. LL. M. XIII. 3. Tollere (thesaurum effossum.) fr. 15. ad exhib. 10. 4. III. **Cn.** Quos (sc. terminos) eiecerint, loco moverint. fr. 3. pr. de term. mot. 47. 21. Solum eius (fluminis) non tangit, atque ipsa movetur (insula.) fr. 65. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Si eam (sc. rem) loco non moveris, et inficiandi animum habeas. fr. 3. §. 18. cf. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 1. A.** *Se movere, i. e. Ambulare, Saltare.* III. **Cn.** Vbi quis consistat moveaturque, spectaculum sui praebiturus. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 8. §. 11. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Amovere, Removere.* I. **Sy.** Removeri, Moveri, Interdici (ordine.) fr. 2. sq. fr. 7. §§. 1. sq. de Senat. 1. 9. fr. 3. §. 1. de decurion. 50. 2. Amovere (res.) Vlp. VII. 2. III. **Cn.** Senatu, s. De Senatu, moveri. fr. 2. fr. 7. §. 1. de Senat. 1. 9. fr. 12. §. 2. de iudic. 5. 1. Aut relegandi sunt, aut movendi Ordine. fr. 1. §. 3. de abig. 47. 14. Praescriptione motus ab excusatione perferenda. fr. 1. pr. de opp. pub. 50. 10. — **§. 3.** *Concitare, Contrahere.* I. **Sy.** Commovere (angarias.) Cf. h. v. §. 2. Sollicitare, concitareve milites. Arma movere. Paul. V. 29. §. 1. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. III. **Cn.** Si intra vociferationem — seditio mota est. fr. 3. §. 20. de R. M. 49. 16. Qui ad movendum militem mitti consuerunt. Th. C. VIII. 5. c. 7. de cursu pub. — **§. 4.** *Profiteri, Proferre.* I. **Sy.** Facere (controversiam.) fr. 10. si pars hered. 5. 4. fr. 1. §. 1. fr. 4. de Carb. edict. 37. 10. Exercere (quaestiones.) c. 4. de praep. S. cubic. 12. 5. cf. c. 3. de praescr. XXX. 7. 39. Agere, Experiri (interdicto.) fr. 3. §. 13. de hom. lib. exhib. 43. 29. fr. 1. §. 4. fr. 3. §. 4. de lib. exhib. 43. 30. III. **Cn.** In litem movendam, vel pecuniam suscipiendam (procurator.) fr. 55. de procur. 3. 3. Nec actionem movere debet, nec aliam ullam, quam hereditatis petitionem exercere. fr. 20. de inoff. testam. 5. 2. c. 9. de hered. v. act. 4. 39. Iam coepta controversia, vel praeparata, vel si, cum venit ad movendam inofficiosi querelam, decessit. fr. 6. §. 2. cf. fr. 8. §. 12. de inoff. testam. 5. 2. Causae, quae statim motae sunt, et tractae ultra XX annum. fr. 1. §. 4. de iure fisci. 49. 14. Si vivo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta. fr. 20. de accus. 48. 2. Iniuriarum actio civiliter moveri potest. fr. 37. §. 1. de iniur. 47. 10. Qui recedit, — ne secum aliqua actio moveatur. fr. 36. de reb. auct. iud. 42. 5. Eorum bonorum — si controversia moveatur. Vatic. §. 14. — **§. 5.** *Impellere, Commovere.* I. **Sy.** Commovere. fr. 2. de m. c. don. 39. 6. Turbare, Concitare. Paul. V. 21. §§. 1. sq. fr. 1. §§. 4. 7. si quadrup. 9. 1. III. **Cn.** Vbicunque iudicem aequitas moverit. fr. 21. de interr. in iure. 11. 1. Si qua iusta causa Praetorem moverit, cur etc. fr. 3. §. 12. de susp. tut. 26. 10. Quia multa simul congruerunt, movere nos possunt, ut etc. Vatic. §. 245. Impp. — ita rescripserunt: Movemur et temporis diuturnitate etc. fr. 57. §. 1. de R. N. 23. 2. Imp. noster, motus et aequitate rei et verbis testamenti, — pronunciavit. fr. 74. §. 1. cf. fr. 54. ad S. C. Treb. 36. 1. Gai. I. 84. sq. III. 73. Quosdam negare. — Sed Proculus eo movetur, quod etc. Coll. LL. M. XII. 7. fr. 8. §. 3. de N. G. 3. 5. Quaesitum est. — Movet illud primum, quod etc. fr. 1. §. 9. Quod legat. 43. 3. fr. 28. de reb. auct. iud. 42. 5. Videndum. Movet dubitationem etc. fr. 3. §. 4. de minor. 4. 4. Movit, quod etc. — Contra movet etc. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. Sed cui rei moveatur, non video; nam si ideo, — nulla ratio est. fr. 13. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8.

Mox. (Advb.) **§. 1.** *Statim, Celeriter.* I. **Sy.** Simul atque. Tunc, cum. Mox, quam. Statim. fr. 13. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 25. §. 1. fr. 28. pr. de usur. 22. 1. Ex quo. Mox, cum. Th. C. II. 16. c. 2. §. 4. de integri rest. Protinus. Ib. VII. 23. c. 1. de oblat. equor. III. **Cn.** Si quis, onere pressus, in viam rem abiecerit, mox cum aliis reversurus. fr. 8. de L. Rhod. 14. 2. Mox, quamvis [al. quam vel] unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. Vlp. I. 22. Iusta causa, quam mox Praeses litteris excusavit. fr. 6. §. 9. de iniust. rupt. 28. 3. Eodem momento, quo fuerint ordinati, mox adeant cognitores. Th. C. III. 19. c. 6. pr. (Wck.) de adm. et per. — **§. 2.** *Tempore interposito, Post.* I. **Sy.** Postea. fr. 6. §§. 9. sq. de N. G. 3. 5. fr. 11. §. 8. de interr. in iure. 11. 1. Deinde. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. fr. 3. sq. de man. vind. 40. 2. III. **Cn.** Vt, cum X acceperit, eadem ei retro reddat, mox ab eo accipiat, ac novissime retineat. fr. 67. de solut. 46. 3. Traditus est servus hereditario, mox usucaptus ab extraneo. fr. 6. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Amissus ususfr., mox restitutus. fr. 25. §. 2. de usufr. 7. 1. Si tibi habitationem locavero, mox pensionem remittam. fr. 5. locat. 19. 2. Ex levissima offensa vinxit, mox solvit (sc. servum.) fr. 27. de pignor. 20. 1. Si tabulae testamenti — diu suppressae sint, mox mortuo filio prolatae. fr. 9. §. 2. de d. m. 4. 3.

Mucianus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad gentem Muciam spectans.* III. **Cn.** L. Crassus, frater P. Mucii, qui Mucianus dictus est; hunc Cicero ait I. Ctorum disertissimum. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Ad Mucium Scaevolam, ICtum, pertinens.* III. **Cn.** Mucianae sententiae (adsentiendum puto.) fr. 9. §. 2. de opt. leg. 33. 5. Cautio, s. Satisdatio, Muciana. fr. 7. pr. fr. 72. §§. 1. sq. fr. 106. de cond. et dem. 35. 1. Cautionis Mucianae remedium. fr. 79. §. 3. fr. 101. §. 3. ib. 35. 1. L. Iulia miscella, cum Muciana cautione super hoc introducta, (cedat.) c. 2. sq. de indict. viduit. 6. 40.

Mucidus. (Adiect.) *Qui mucorem ex vetustate contraxit.* III. **Cn.** Si vina emerim, exceptis acidis et mucidis. fr. 6. de peric. et comm. 18. 6.

Mucius. **§. 1.** *P. Mucius Scaevola, I. Ctus praeclarus,* (Cos. et Pontifex M.) I. **Sy.** Scaevola. fr. 2. §. 39. de O. I. 1. 2. fr. 4. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** Post hos fuerunt P. Mucius, et Brutus, et Manilius, qui fundaverunt ius civile. fr. 2. §. 39. de O. I. 1. 2. Qu. Mucius solitus est respondere, — quibus existimantibus, aliis contra; — in qua sententia videtur Pub. Mucius fuisse. fr. 17. de legation. 50. 7. — **§. 2.** *Qu. Mucius Scaevola, Publii illius filius, I. Ctorum celeberrimus,* (item Pontifex M.) I. **Sy.** Scaevola. fr. 48. mand. 17. 1. III. **Cn.** Post hos Qu. Mucius, Pub. filius, Pontifex M., ius civile primus constituit, generatim in libros XVIII redigendo. Mucii auditores fuerunt complures, sed praecipuae au-

ctoritatis Aquil. Gallus, Balbus Lucilius, Sex. Papirius, C. Iuventius. fr. 2. §§. 41. sq. de O. I. 1. 2. Quidam V genera (sc. tutelarum) esse dixerunt, ut Qu. Mucius; alii III, ut Servius Sulp.; alii II., ut Labeo. Gai. I. 188. Qu. Mucius ait. — Servius non ineleganter etc. fr. 25. §. 1. de V. S. 50. 16. Servius in notatis [al. notis] Mucii ait. fr. 30. pro soc. 17. 2. Et in edicti interpretatione, et in his libris, quos ex Qu. Mucio fecimus, (exsecuti sumus etc.) Gai. I. 188.

Mucor. *Lanugo (esculentorum aut potulentorum,) quae diutino situ contrahitur.* III. **Cn.** Si non ita vinum venit, ut degustaretur, neque acorem neque mucorem venditorem praestare debere. fr. 4. §. 1. cf. pr. de peric. et comm. 18. 6.

Mula. Cf. v. Mulus.

Mulcta, s. **Multa.** **§. 1.** *Animadversio admissi pecuniaria.* I. **Sy.** Specialis peccati (sc. coërcitio,) cuius hodie animadversio pecuniaria est. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Summam exsolvere, Multam inferre. Th. C. XVI. 5. c. 54. §§. 3. sq. de haeret. II. **Op.** Poena. fr. 68. pr. de fideiuss. 46. 1. fr. 131. §. 1. fr. 244. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Pertinet ad animadversionem eius, — ut aut multa multetur, aut in lautumias, vel in vincula publica ducatur. fr. 1. §. 1. de aleator. 11. 5. Castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio etc. fr. 3. §. 1. de R. M. 49. 16. Ei (sc. servo) capital esse, nisi dominus dominave multam sufferre maluerit. fr. 3. §. 1. de term. mot. 47. 21. Eamque (pecuniam) ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret, i. e. pignus capiendo, corpus retinendo, multam dicendo. fr. 9. §. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Ex causa a competente iudice multa, pro iurisdictione iudicis, damnabitur. fr. 2. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Praeses Pr. si multam, quam irrogavit, ex praesentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit. fr. 6. §. 9. de off. Praes. 1. 18. fr. 2. §. 8. de iudic. 5. 1. fr. 131. §. 1. fr. 244. de V. S. 50. 16. Senatus censuit, — et multam statuit. fr. 1. §§. 1. sq. de fugitiv. 11. 4. Statutus priscis sanctionibus multae modus. Th. C. XI. 30. c. 65. de app. et poen. Argentariam multam, — Auri libras, multae nomine, (inferre, s. expendere cogi.) Ib. VII. 8. c. 7. de metat. XI. 36. c. 20. Quor. app. n. rec. — **§. 2.** *Coërcitio quaelibet.* I. **Sy.** Mancipiorum multa. Numero servorum multari. Multaticius servus. Poena. Ib. IV. 8. c. 1. §§. 1. sqq. de liberali c.

Mulctare, s. **Multare.** **§. 1.** *Pecuniariam poenam imponere.* I. **Sy.** Multam irrogare. c. 5. Qu. provoc. n. est nec. 7. 64. II. **Op.** Totum damnum sarcietur. — Non ultra condemnationem noxae multanda erit. fr. 21. §. 2. de act. rer. amot. 25. 2. III. **Cn.** Pro aestimatione iudicis, extra ordinem pecuniaria poena multari. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Eum quis volet magistratus multare, — liceto. Fr. L. Siliae de publ. ponderib. (Festus v. Publica pondera.) Animadversio, — ut aut multa multetur etc. fr. 1. §. 4. de aleator. 11. 5. Magna pecunia multare (heredes.) fr. 27. de cond. et dem. 35. 1. Bonorum, s. Patrimonii, parte multari. Paul. V. 23. §. 4. fr. 13. §. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. Th. C. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol. — **§. 2.** *Poenam qualemcunque imponere.* I. **Sy.** Poena adficere. fr. 10. §. 2. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Exsilio, v. Opere temporario, multari. fr. 4. §. 11. de R. M. 49. 16. fr. 10. §. 2. de poen. 48. 19. Vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur. fr. 2. §. 18. de vi bon. rapt. 47. 8. Adversarius pari numero servorum multetur. Th. C. IV. 8. c. 1. §. 1. de liberali c. — **§. 2. A.** *Privari.* III. **Cn.** Actor — actione multetur. c. 5. §. 1. de iurisd. omn. iud. 3. 13. — **§. 3.** *Male adficere.* III. **Cn.** Vt eum, qui — ad possessionem venerit, multandi, expellendi habeat (sc. dominus) facultatem. Th. C. VII. 8. c. 10. §. 1. de metat.

Mulctatio, s. **Multatio.** *Mulcta.* I. **Sy.** Multa. Ib. VI. 4. c. 2. sq. de Praet. et Qu.

Mulctaticius, s. **Multaticius.** (Adiect.) *Ad mulctam spectans.* Cf. v. Mulcta. §. 2.

Muliebris. (Adiect.) **§. 1.** *Ad mulieres spectans.* II. **Op.** Virilis (vestis etc.) Paul. III. 6. §§. 80. sq. fr. 31. pr. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 110. §. 1. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Mundus muliebris. Ornamenta muliebria. fr. 1. pr. fr. 25. §. 10. fr. 32. §§. 6. sq. de auro arg. 34. 2. Paul. l. 1. §. 83. — **§. 2.** *Muliebria* (p. se pos.) i. e. *Coitus Venereus, mulierum more sustinendus.* I. **Sy.** Corpore suo muliebria pati, Stuprari. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Muliebriter. (Advb.) *Feminarum more.* III. **Cn.** Virile corpus, mulieb. constitutum, alieni sexus damnare patientia. Th. C. IX. 7. c. 6. ad L. Iul. de adult. (Coll. LL. M. V. 3.)

Mulier. **§. 1.** *Femina.* I. **Sy.** Femina. Cf. h. v. Virgo (viripotens.) fr. 81. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 13. pr. de V. S. 50. 16. Mater, Mulier (parturiens etc.) Paul. II. 24. §. 6. IV. 9. §§. 1. 3. 5. 9. fr. 15. de statu hom. 1. 5. III. **Cn.** Mulieribus, propter sexus imbecillitatem, (subvenire.) fr. 2. §. 2. ad S. C. Vell. 16. 1. c. 20. de don. A. N. 5. 3. Mulier, nec miles, nec minor XXV annis. fr. 8. §§. 1. sq. Qu. satisd. cog. 2. 8. Mulieribus, pupillisve, (dare tutores.) Gai. I. 184. II. 47. Vlp. XI. 18. 24. Mulier, quae manumitti debuit. Paul. II. 24. §. 4. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Cum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat. Gai. I. 84. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam. fr. 5. §. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Mulier ita arcta, ut mulier fieri non possit. fr. 14. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. Mul., quae semper mortuos parit. Mul., quae edere possit. fr. 14. pr. ib. 21. 1. fr. 141. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Uxor.* I. **Sy.** Materfam. Vxor. fr. 2. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. II. **Op.** Virgo. Vlp. XI. 20. fr. 11. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Maritus. Vir. Paterfam. Paul. II. 24. §. 7. fr. 22. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Mul., quae in matrimonium se dederit, v. in manum mariti convenerit. fr. 37. §. 2. ad municip. 50. 1. Gai. I. 113. sq. III. 82. IV. 38. Si, praegnantem (ex viro) se esse, mulier denunciaverit. Paul. II. 24. §§. 5. sqq. Vt ventris nomine in possessionem mul. mittatur. fr. 4. §. 1. de off. eius. 1. 21. Gai. IV. 177. Mortua in matrimonio muliere. — Mulier, divortio factio etc. Vlp. VI. 4. 6. sq. 10. sqq. Dos, quam pater mulieris dedit. Ib. VI. 2. sq. Si maritus pro muliere se obligavit. Ib.

VII. 3. cf. Gai. I. 193. Maritus, invita muliere, per L. Iuliam prohibetur alienare. Ib. II. 63.

Muliercula. *Mulier.* I. **Sy.** Mulier. fr. 16. de servo corr. 11. 3.

Mulierculariius. *Qui mulieres impudicas adsectatur.* III. **Cn.** Marito repudium mittere, exquisita causa, velut ebrioso, aut aleatori, aut mulierculario. Th. C. III. 16. c. 1. de repud.

Mulio. *Mulorum custos, et agitator.* III. **Cn.** Carruca cum iunctura legata, mulae quoque legatae, non mulio videtur. Paul. III. 6. §. 91. Nec muliones, nec carpentarii, nec mulomedici cursui publico deputati. Th. C. VIII. 5. c. 31. cf. c. 34. §. 1. c. 53. c. 58. de cursu pub. Servum meum mulionem conduxisti, negligentia eius mulus tuus periit. fr. 60. §. 7. locat. 19. 2. Mulio, si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit. fr. 8. §. 1. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Mulomedicus. *Iumentorum medicus.* III. **Cn.** Muliones, carpentarii, mulomedici, cursui publico deputati. Cf. v. Mulio. Architecti, laquearii, — mulomedici etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Mulsum. *Mixtura mellis et vini.* III. **Cn.** Cui dulcia legata essent, — omnia haec esse legata: mulsum, passum, defrutum, et similes potiones. fr. 16. §. 1. de trit. vino. 33. 6. Paul. III. 6. §. 77. Si ex vino et melle meo mulsum feceris. Gai. II. 79. fr. 9. pr. l. l. 33. 6.

Multa. Cf. v. Mulcta.

Multifariam. (Advb.) *Multis vicibus, v. modis.* III. **Cn.** Multif. prospectum esse, v. placere. fr. 7. de incend. ruina. 47. 9. fr. 220. §. 1. de V. S. 50. 16. Ex S. constitutionibus multif. emissis (habent etc.) Vatic. §. 134.

Multimodus. (Adiect.) *Varius, Multiplex.* III. **Cn.** Multimoda observatione caverunt (DD. Principes.) Th. C. XVI. 2. c. 14. §. 1. de episc. eccl. Multimoda donatione transcribere. Ib. XIV. 4. c. 5. de suar.

Multiplex. (Adiect.) *Copiosus, Varius.* III. **Cn.** B. Pnis beneficium multiplex est, nam quaedam B. Pnes competunt etc. fr. 6. §. 1. de B. P. 37. 1. Non sola manus collatione, — sed aliis multiplicibus documentis. Th. C. II. 27. c. 1. §. 1. si cert. pet. de chir. Constituta multiplicia. Ib. XVI. 10. c. 20. §. 2. de pagan.

Multiplicare. *Augere.* III. **Cn.** Eadem res saepius praestari non potest, eadem summa — multiplicari potest. fr. 34. §. 3. de legat. I. (30.) cf. fr. 45. §. 6. mand. 17. 1. fr. 6. de publican. 39. 4. Ne aliter modus litium multiplicatus summam — faciat difficultatem. fr. 6. de exc. rei iud. 44. 2. Haec corpora frequentia hominum multiplicari expediet. Th. C. XIV. 8. c. 1. de centon.

Multiplicatio. *Cumulatio.* III. **Cn.** Non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio. fr. 32. §. 6. de auro arg. 34. 2.

Multipliciter. (Advb.) *Multis vicibus, vel modis.* III. **Cn.** Quae multipl. — constituta sunt. Th. C. XVI. 5. c. 47. de haeret.

Multitudo. **§. 1.** *Copia, vel numerus, ingens.* I. **Sy.** Amplissimus numerus. fr. 1. §. 2. de testib. 22. 5. III. **Cn.** Multitudine rerum distringi. fr. 25. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Corona hominum.* III. **Cn.** Si turbam — conduxerit, servos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit. Paul. V. 30. A. §. 1. cf. fr. 4. §. 3. vi bon. rapt. 47. 8. Qui oppressu multitudinis — terretur. Paul. V. 6. §. 4. Libidini et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta. Th. C. XI. 16. c. 3. de extr. s. sord. cf. Vatic. §. 35. Nullis circulis coëant, nullam colligant multitudinem. Th. C. XVI. 5. c. 11. de haeret.

Multo. (Advb.) *Multum, Valde, Longe.* III. **Cn.** Multo pluris, quam quanti erat, emere. fr. 61. ad L. Falc. 35. 2. Cur non multo ante profectus es, quam dies promissionis veniret? fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Multo magis. Cf. v. Magis. §. 1. Multo iustius. fr. 6. de mag. conv. 27. 8.

Multotiens. (Advb.) *Saepenumero.* III. **Cn.** Est quaesitum multotiens in iudiciis. Iul. ep. nov. c. 36. §. 146.

Multum. (Advb.) *Valde, Vehementer.* III. **Cn.** Cum diu multumque tractavit, — novissime ait. fr. 33. ad S. C. Treb. 36. 1. Per singulos, vel, ut multum, binos. Th. C. VII. 4. c. 13. de erog. mil. annon. Differre, s. Distare, multum. Gai. II. 268. III. 109. fr. 23. pr. de oper. libert. 38. 1. Inter criminis reos, et fraudis participes, multum esse. fr. 6. de publican. 39. 4. cf. fr. 54. de R. V. 6. 1. Nec multum videri in hoc casu facere etc. fr. 21. de adm. et peric. 26. 7. Non multum aberit, quin etc. fr. 17. de statulib. 40. 7.

Multus. (Adiect.) **§. 1.** *Frequens, Multiplex, Varius.* II. **Op.** Aliquis, Quidam. — Multi. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 240. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Cum satis multae sint iuris partes, quibus etc. fr. 1. §. 2. de Pub. in R. A. 6. 2. Et denique complures aliae leges in multis causis. Gai. IV. 22. cf. II. 235. 238. Si multi publicani sunt, — non multiplicatur dupli actio. fr. 6. de publican. 39. 4. In multas legatariorum personas distributo patrimonio. Gai. II. 226. Multum hominem venisse Romam. fr. 158. de V. S. 50. 16. Multi dixerunt. Secundum multorum opinionem. fr. 41. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 30. §. 3. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 2.** *Largus, Copiosus.* III. **Cn.** Multa turba peregrinorum. fr. 2. §. 28. de O. I. 1. 2. Multum effundere tractatum. c. 3. per qu. pers. nob. adqu. 4. 27. Cuius rescripti verba quia multa sunt, — pauca subieci. Coll. LL. M. XV. 2. Multo, longo, prolixoque tempore. c. 66. de decurion. 10. 31. Non post multum temporis spatium. fr. 2. §. 7. de O. J. 1. 2. Non multo tempore interposito. fr. 33. de R. N. 23. 2.

Mulus. Mula. *Animal, quod ex asina et equo, vel ex equa et asino, gignitur.* III. **Cn.** Animalia, quae mancipi sunt, quo in numero habentur boves, equi, muli, asini. Gai. I. 120. sq. Vlp. XIX. 1. Mulorum adpellatione etiam mulae continentur. fr. 62. de legat. III. (32.) Cum commota feritate nocuit quadrupes, puta — mulae, propter nimiam feritatem. fr. 1. §. 4. si quadrup. 9. 1. cf. fr. 27. §. 34. ad L. Aqu. 9. 2. Iugum, v. Par, mularum. fr. 38. §. 13. de Aedil. edict. 21. 1. Carruca cum iunctura legata, mu-

lae quoque legatae. Paul. III. 6. §. 91. cf. fr. 13. de auro arg. 34. 2. Mulae carrucariae. fr. 38. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Si qui — veredum, mulamve, aut bovem (superducendum esse crediderit.) Th. C. VIII. 5. c. 53. cf. c. 8. §. 2. de cursu pub. Mularum fiscalium, vel equorum ministerium c. 1. ne rusticani. 11. 54.

Mundanus. *Laicus, Saecularis.* II. **Op.** Monachi, aut clerici. — Mundani. c. 55. pr. §. 1. de episc. et cler. 1. 3. III. **Cn.** Compendia mundana. Provisiones mundanae. Nov. Anthem. de confirm. LL. VI. 2. c. 1. pr. Iust. Nov. c. 23. §. 2.

Mundare. *Purgare.* III. **Cn.** Vt eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti mundentur. Th. C. XV. 2. c. 1. de aquaed.

Mundum. (Subst.) *Exemplum scripturae mundatum.* III. **Cn.** Instrumenta in mundum recepta, subscriptionibusque partium confirmata. c. 17. de fide instrum. 4. 21.

Mundus. (Subst.) **§. 1.** *Instrumentum ornatus muliebris.* I. **Sy.** Ea, per quae mundior mulier lautiorque efficitur, (velut speculum, conchae etc.) Mundus muliebris. Paul. III. 6. §. 83. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Mundus muliebris, et ornamenta fr. 8. fr. 25. §. 10. fr. 32. §. 7. fr. 39. pr. l. l. 34. 2. cf. fr. 100. §. 2. de legat. III. (32.) Alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum. fr. 1. pr. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Vniversitas rerum. Orbis imperii R.* I. **Sy.** Totus orbis terrarum. Nov. Th. II. de am. mil. fori praescr. I. 9. c. 3. pr. Nov. Anthem. de confirm. LL. VI. 2. c. 1. pr. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. — **§. 3.** *Saeculum. Corpus laicorum.* III. **Cn.** Nihil his (sc. Manichaeis) sit commune cum mundo. Th. C. XVI. 5. c. 18. pr. §. 1. de haeret.

Mundus. (Adiect.) *Purus, Politus.* I. **Sy.** Commundatus. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. II. **Op.** Sordidi, — Mundi, (panes.) Th. C. XIV. 17. c. 5. de annon. civ. III. **Cn.** Quo elegantiores sint et mundiores, (unguntur feminae.) fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2. Mundior lautiorque, — Munda, non tamen ornata, (mulier.) Paul. III. 6. §. 83. fr. 25. §. 10. l. l. 34. 2. Annua arundinis tot, et salicis mundae annua librarum etc. fr. 12. de ann. legat. 33. 1.

Munerare, s. **Munerari.** **§. 1.** *Munere ornare.* III. **Cn.** Post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus (agentes in reb.) Th. C. VI. 28. c. 3. de princ. agent. in reb. Cum inter eos ad primos honores creari possint, qui in civitate munerabantur [al. numerabantur.] fr. 1. §. 2. de vac. et exc. 50. 5. — **§. 2.** *Remunerari.* I. **Sy.** Remunerari. fr. 10. §. 13. mand. 17. 1. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20.

Munerarius. *Qui munus, ludumque gladiatorium edit.* I. **Sy.** Qui gladiatorium munus impendit. Th. C. XV. 12. c. de gladiator.

Muneratio. *Actus munerandi, Largitio.* I. **Sy.** Liberalitas. fr. 12. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. fr. 1. §. 5. de tut. et rat. 27. 3.

Munia. **§. 1.** *Praesidia.* III. **Cn.** Omnia ingenuitatis munia habere. fr. 10. §. 3. de in ius voc. 2. 4. — **§. 2.** *Munera.* I. **Sy.** Munera (corporalia, v. pecuniaria.) Th. C. XII. 1. c. 191. de decurion.

Municeps. **§. 1.** *Civis singuli municipii.* I. **Sy.** Civis (suae cuiusque civitatis.) fr. 1. §. 7. de quaestion. 48. 18. fr. 1. §. 1. ad municip. 50. 1. Qui munera civilia capit. fr. 1. §. 1. l. 50. 1. fr. 18. de V. S. 50. 16. Qui in municipio (liber) natus est. Fr. C. Ael. Gall. I. Cti. Ap. Fest. v. Municeps. fr. 228. de V. S. 50. 16. Respublica. Municipium. Municipes. fr. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 3. §. 4. de B. P. 37. 1. III. **Cn.** Municipes sunt, — et muneribus adstringuntur. fr. 22. §. 2. ad munic. 50. 1. Quaedam (sc. munera) possessoribus iniunguntur, sive municipes sunt, sive non sunt; quaedam nonnisi municipibus vel incolis. fr. 6. §. 5. fr. 17. §. 10. fr. 18. §. 22. ib. 50. 1. Maternae originis municeps. fr. 1. §. 2. ib. 50. 1. Non patre, non avo esse municipe, (penitusque ab Ordinis necessitatibus alienum.) Th. C. VII. 2. c. 2. Qu. prob. deb. Municipes eius municipii. Valer. Probus de not. R. lit. M. Nec municipia, nec municipes (heredes instituí possunt). Vlp. XXII. 5. Collega patris, sive pupilli, in decuria vel corpore, — caeteri cognati vel adfines, amicive atque municipes. Vatic. §. 158. Municipes, vel aliqua universitas. fr. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Servus municipum. — Caeteri servi corporum. fr. 1. §. 7. de quaestion. 48. 18. Actor municipum, tutor, caeterique qui pro aliis interveniunt. fr. 17. §. 2. de damn. inf. 39. 2. fr. 4. §§. 1. sq. de re iud. 42. 1. — **§. 2.** *Decurio.* I. **Sy.** Municipalis. cf. h. v. Curialis, Decurio. Th. C. X. 3. c. 4. sq. de loc. fund. iur. emph. XII. 1. c. 110. c. 129. sqq. 143. sq. c. 147. pr. c. 149. c. 153. sq. de decurion. III. **Cn.** Primates municipesque. Ib. XII. 1. c. 4. Municipes, collegiati, et corporati urbium singularum. Ib. X. 3. c. 5. l.

Municipalis. (Subst.) *Municeps, Curialis.* I. **Sy.** Decurio. Ib. XII. 1. c. 62. de decurion. III. **Cn.** Apud ordinarium iudicem, — vel apud curatorem, municipalesve eiusdem civitatis. Ib. VIII. 12. c. 3. de donat.

Municipalis. (Adiect.) *Ad municipium pertinens, Ad municipes spectans.* I. **Sy.** In municipiis, Muncipales (muri.) fr. 8. §. 2. fr. 9. §. 4. de R. D. 1. 8. Municipii (lex.) fr. 3. fr. 6. de decr. ab ord. 50. 9. Reipub. (legatus.) fr. 1. sq. de legation. 50. 7. II. **Op.** Qui dignitates Principis iudicio consecuti sunt. — Qui tantum municipalibus honoribus functi sunt. fr. 2. de albo scrib. 50. 3. III. **Cn.** Municipali iurisdictioni in municipio subiectus. fr. 29. ad municip. 50. 1. Praetor, vel magistratus municipalis. fr. 12. §. 6. de relig. 11. 7. Magistratus municipales, cum unum magistratum administrent. fr. 25. ad munic. 50. 1. Curiis, officiisque municipalibus (reddi.) Th. C. XII. 1. c. 31. de decurion. Munus, v. Onus, municipale. fr. 3. §. 1. fr. 4. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. fr. 5. pr. §. 7. de iure immun. 50. 6. Vatic. §. 247. Honor municipalis. fr. 14. pr. de mun. et hon. 50. 4. fr. 2. de albo scrib. 50. 3. Lex municipalis. Cf. v. Lex. §. 6.

Municipium. *Oppidum, civitate R. utens, salvo legum propriarum praesidio.* I. **Sy.** Civitas. Cf. h. v. §. 3. Respubl. fr. 97. de cond. et dem. 35. 1. fr. 14. pr. ad municip. 50. 1. fr. 1. pr. de albo scrib. 50. 3. Municipes. Cf. v. Municeps. §. 1. II. **Op.** Roma. — Municipia Italica. Municipium, vel provincia. Vatic. §. 191. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. III. **Cn.**

Per omnes civitates, municipia, vicos, castella etc. Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Municipia, coloniae, oppida, praefectura, vicus, castellum, conciliabulum. Cf. v. Colonia. §. 1. Si quis negotia sua non in colonia, sed in municipio semper agit. fr. 27. §. 1. ad munic. 50. 1. Nec municipia, nec municipes (heredes institui posse.) Vlp. XXII. 5. fr. 26. ad S.C. Treb. 36. 1. Respub. cuiusdam municipii. fr. 13. §. 1. de publican. 39. 4. fr. 31. §. 1. de furt. 47. 2. Si fuerit municipio legatum relictum ab his, qui rempub. gerunt. fr. 5. pr. de legat. III. (32.) Per quos municipii res geruntur. fr. 97. de cond. et dem. 35. 1. Municipalis iurisdictio in municipio. fr. 29. ad munic. 50. 1.

Munifex. *Gregarius (miles.)* II. ***Op.*** Promotus. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. (Cf. v. Munificus. §. 2.)

Munificentia. *Liberalitas, Largitio.* I. ***Sy.*** Largitas, Liberalitas, Donatio. Cf. h. vv. II. ***Op.*** Necessitas. fr. 18. de adim. legat. 34. 4. III. ***Cn.*** Liberalitatem et munificentiam exercere. fr. 1. pr. de donat. 39. 5. Donantis munificentia. fr. 18. l. 34. 4. Ob munificentiam in patriam patrimonium exhausisse. fr. 8. de decurion. 50. 2. Qui (sc. Praetor) C librarum argenti munificentiam suam definita erogatione praecludit. Th. C. VI. 4. c. 30. de Praet. et Qu. Munificentiam Principalem (nefas est revocari.) Ib. XI. 1. c. 37. de ann. et tribut.

Munificium. *Res, quae pensionibus publicis obnoxia est.* I. ***Sy.*** Res munis [al. communis.] fr. 4. §. 1. fr. 8. §. 1. de publican. 39. 4. III. ***Cn.*** Ad publicanum mittat, ut si quid amplius, quam mandatum est, transferret, id munificium [al. munificum] sit. fr. 4. §. 1. l. 39. 4.

Munificus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui liberalitatem exercet. Largus in sumtibus.* III. ***Cn.*** Fideicommissi, vel legati titulo, vel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio (adsequi.) Th. C. III. 8. c. 2. pr. de sec. nupt. — **§. 2.** *Qui muniis subeundis obnoxius est.* III. ***Cn.*** Quosdam milites munificos [al. munifices] vocari. fr. 18. de V. S. 50. 16. Spontanei hypomnematographi munifici. Th. C. XII. 1. c. 192. de decurion. — **§. 3.** *Tributarius.* I. ***Sy.*** Ad functionem muneris occupari. Ad pensionem functionis teneri. Munificum esse (tributis.) Ib. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. XIII. 6. c. 7. pr. §. 1. de praed. navicul. III. ***Cn.*** Tam curiis, quam — divinae domui, omnique iuri munifico, (concessimus reliqua.) Ib. XI. 28. c. 9. c. 16. de indulg. debit. Praedium munificum. Ib. XI. 1. c. 31. de annon. et trib.

Munimen. *Firmamentum, Praesidium.* III. ***Cn.*** Vmbra aliqua exquisitae defensionis aut munimimis. Ib. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. Sententiarum violare munimina. Ib. XIV. 16. c. 1. de frum. urb. Const.

Munimentum. Idem. III. ***Cn.*** Et munimentum plenissimum habeat, et non timeat anteriorem legem. Iul. ep. nov. c. 14. §. 50.

Munire. *Vallare, Sartum tectum praestare.* III. ***Cn.*** Vel ignem extinguere, vel ita munire ut etc. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2. (Coll. LL. M. XII. 7.) Ripas fluminum publicorum reficere, munire. fr. 1. §§. 1. 6. de ripa mun. 43. 15. cf. fr. 1. §§. 5. sq. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Aggeres munire. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Sive munire viam, sive quid aliud in via publica facere. fr. 15. §. 8. fr. 31. pr. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Defendere, Cavere.* I. ***Sy.*** Securitatem parere. c. 1. de comm. rer. alien. 4. 52. c. 7. de praescr. l. t. 7. 33. III. ***Cn.*** Ad illud se munire videntur, ne (miscuisse se credantur.) fr. 14. §. 8. de relig. 11. 7. Iure statuliberi prudentes munierunt, quod utilitas recipit. fr. 36. de statulib. 40. 7. (Cf. v. Munitus. §. 2.) Ab omni petitione muniendas esse (res civiles.) c. 2. de petit. bon. subl. 10. 12.

Munis. (Adiect.) *Vectigalibus obnoxius.* I. ***Sy.*** Res munis. Munificium. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Si unus ex pluribus heredibus rem munem [al. communem] causa vectigalis subripiat, portiones caeteris non auferuntur. fr. 8. §. 1. de publican. 39. 4.

Munitio. **§. 1.** *Actus muniendi.* I. ***Sy.*** Tuitio, Instructio, Instauratio, Reparatio (viae, v. aggeris, v. limitis.) Th. C. VII. 15. c. 1. de terr. limit. XV. 3. c. 3. sq. c. 6. de itin. mun. III. ***Cn.*** Quae ad tempus extra ordinem exiguntur, velut munitio viarum. — Viarum munitiones, praediorum collationes. fr. 12. fr. 14. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem eius solus compellitur. Paul. I. 14. §. 1. cf. V. 6. §. 2. — **§. 2.** *Vallum, Propugnaculum.* III. ***Cn.*** Aggeres, vel quae alia munitio. fr. 1. §. 7. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Ad munitionem splendidissimae urbis exstructus (sc. novus murus.) Th. C. XV. 1. c. 51. de opp. pub. — **§. 3.** *Praesidium, Adiutorium.* III. ***Cn.*** Sit liber, et praesentis — legis plenissima munitione securus. c. 4. de praescr. XXX. 7. 39.

Munitus. (Partic.) **§. 1.** *Vallatus.* III. ***Cn.*** Ea, — quibus domus munitior, vel tuta ab incendio praestatur. Paul. III. 6. §. 56. Statio, conclusa atque munita. fr. 59. de V. S. 50. 16. Sanctum, — quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. fr. 8. pr. de R. D. 1. 8. — **§. 2.** *Praeditus, Instructus.* III. ***Cn.*** Vel privilegio munitum, vel oneratum tribus tutelis (sc. petere.) fr. 2. §. 32. ad S. C. Tert. 38. 17. cf. Vatic. §§. 151. 223. Si communi auxilio et mero iure munitus sit. fr. 16. pr. §. 2. de minor 4. 4. S. Cti beneficio munitam se ignorans. c. 9. ad S. C. Vell. 4. 29. Si — testamenti verbis — munitus es. c. 4. de falsa c. 6. 44. Quae (sc. res) munita sit testibus, instructa documentis, signis — expedita. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolition.

Munus. **§. 1.** *Partes, Opera, Ministerium.* I. ***Sy.*** Occupatio (militaris.) Munera (militaria.) c. 15. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Onus (legatorum.) Munera (hereditaria.) fr. 2. ad. S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 33. §. 1. de legat. II. (31.) III. ***Cn.*** A signis, vel muneribus, (avocare milites.) fr. 3. §. 6. de testib. 22. 5. Vacatio militiae munerisque. fr. 18. de V. S. 50. 16. cf. fr. 3. §§. 1. 5. fr. 4. §. 10. de R. M. 49. 16. Arbitri munus remittere. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. Hoc petitoris munus est, non possessoris. fr. 73. pr. de R. V. 6. 1. Patrimonium, quod munus collationis pati debuit. fr. 54. ad S. C. Treb. 36. 1. Munere Falcidiae fungi. fr. 77. §. 1. de legat. II. (31.) Fati mu-

nus. Cf. v. Fatum. §. 1. — **§. 2.** *Officium publicum* (praesertim illud, quod in municipio obeundum erat, neque dignitatis praerogativam praestabat.) I. **Sy.** Officium. Vatic. §. 145. fr. 14. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. fr. 18. fr. 239. §. 3. de V. S. 50. 16. Onera, Munera (civilia.) Obsequia (indicta.) fr. 6. de curat. fur. 27. 10. fr. 21. §§. 4. 6. ad munic. 50. 1. fr. 3. §. 17. fr. 4. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Munia. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Honor, Magistratus. Cf. v. Honor. §. 3. III. **Cn.** Publicum munus dicitur, quod in administranda repub., cum sumtu, sine titulo dignitatis, subimus. fr. 14. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Publice paterfam. plerisque videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur. fr. 3. pr. de S.C. Mac. 14. 6. cf. fr. 27. §. 1. ad munic. 50. 1. Qui passi sunt in Ordinem legi, muneribus fungi coguntur. fr. 5. §. 2. de veteran. 49. 18. cf. fr. 17. §. 5. fr. 21. §. 4. ad munic. 50. 1. fr. 4. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. Qui (sc. magistratus) a privatis muneribus excusati sunt. fr. 17. §. 4. de excusatt. 27. 1. Personalia et patrimoniorum, et mixta munera. fr. 18. §. 28. cf. pr. §§. 1. sqq. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. XVI. 8. c. 2. de Iud. A cunctis muneribus sordidis et personalibus (permanere immunes.) Ib. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qu. in S. pal. XI. 16. c. 15. sqq. de extr. s. sord. cf. fr. 17. §. 7. ad munic. 50. 1. Non omnia corpora vel collegia vacationem tutelarum habent, quamvis muneribus municipalibus obstricta non sint. fr. 17. §. 3. excusatt. 27. 1. — **§. 3.** *Largitio, Erogatio publica sumtuosa.* I. **Sy.** Editiones. Spectacula solemnia. Th. C. XV. 5. c. 1. c. 3. sq. de spectac. XV. 9. c. 1. de expens. lud. III. **Cn.** Si testator dari quid iussisset, aut opus fieri, aut munus dari. fr. 49. §. 4. de legat. II. (31.) Quod ad munus edendum, venationemve, ludos scaenicos, ludos circenses (relictum fuerit.) fr. 122. pr. de legat. I. (30.) Th. C. VI. 4. c. 4. de Praet. et Qu. Cos. designatus est, et munus edidit. fr. 36. pr. de cond. et dem. 35. 1. Editores munerum. sive ludorum. Th. C. l. 1. c. 18. — **§. 3.A.** *Liberalitas* (ob merita alicuius in eum collata.) I. **Sy.** Donum cum causa. fr 194. fr. 214. de V. S. 50. 16. Donatio facta. Vatic. §. 96. II. **Op.** Debitum. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 1. Cf. Iust. C. c. 1. de imp. lucr. descr. 10. 25. III. **Cn.** Ne donum, vel munus, (ipse Procos. accipiat.) fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Iurare debet (sc. libertus,) operas, donum, munus se praestaturum. fr. 7. §. 3. fr. 37. pr. de oper. libert. 38. 1. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Paul. II. 32. §. 1. Xenia, aut munera. Th. C. XI. 11. c. 1. ne damn. provinc. cf. fr. 6. §. 3. l. 1. 16. Nomine munerum, vel sportulae, (percipere.) Th. C. VIII. 4. c. 6. de cohortal. Divina munera. Ib. IX. 16. c. 3. de malefic. Solemnia munera (dare, v. mittere.) fr. 31. §. 8. fr. 36. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 12. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. Nuptiale munus. fr. 1. §. 5. de tut. et rat. 27. 3.

Munusculum. *Donum exiguum.* III. **Cn.** Xenia, aut munuscula, quae canonica ex more fecerunt. Ib. XI. 11. c. 1. ne damn. provinc.

Mura. Cf. v. Murrha.

Muralis. (Adiect.) *Ad murum pertinens.* III. **Cn.** Murali ambitu fundos proprios — vallare. c. 10. de aedif. priv. 8. 10.

Murex. **§. 1.** *Concha, purpurae cruorem fundens. Color purpureus* I. **Sy.** Purpura. Cruor conchylii. Th. C. VIII. 7. c. 16. pr. de div. offic. X. 20. c. 18. de murileg. X. 21. c. 3. de vest. holover. III. **Cn.** Murex et conchylia. Cf. v. Conchylium. Vellera, adulterino colore fucata, in speciem sacri muricis intingere non sinimus. c. 3. eod. tit. 11. 8. cf. Th. C. c. 18. l. (X. 20.) — **§. 2.** *Vestis Imperatoria.* I. **Sy.** Purpura (tranquillitatis nostrae.) c. 1. de adpar. Prf. Vrb. 12. 54.

Muria. *Salsugo. Liquor ex sale, quo aliquid maceratur.* III. **Cn.** Ea, in quibus esse solemus, oleum forte, garum, muria, mel, caeteraque his similia. fr. 3. §. 1. de penu leg. 33. 9. Lacertae, cum muria sua. fr. 3. §. 3. ib. 33. 9.

Murilegulus. *Qui murices piscatur.* I. **Sy.** Conchylegulus. Th. C. X. 20. c. 5. c. 14. sqq. de murileg. Cf. Iul. ep. nov. c. 35. §. 130.

Murra, s. **Murrha.** *Humor plantae, in Arabia praesertim nascentis.* III. **Cn.** Vnguentis legatis, — qualia sunt commagena, glaucina, crina, rosa, murra, [al. mura, s. myrrha,] colum, nardum purum. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Murreus, s. **Murrinus.** (Adiect.) *Factus ex lapide quodam magni pretii.* III. **Cn.** Murrea vasa, et vitrea. fr. 11. de supell. leg. 33. 10. Murrina, et crystallina vasa (in gemmis non esse.) fr. 3. §. 4. ib. 33. 10. fr. 19. §. 19. de auro arg. 34. 2.

Murus. **§. 1.** *Lapideus ambitus, tam urbis quam privati aedificii, vel fundi.* II. **Op.** Muro tenus, — Continentibus (finiri urbes.) fr. 4. §. 4. de penu leg. 33. 9. fr. 87. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Paries est, sive murus sive maceria est. fr. 157. pr. ib. 50. 16. In muris, itemque portis, et aliis sanctis locis. fr. 2. sq. ne qu. in loco sac. 43. 6. Gai. II. 8. Intra civitatem, vel circa muros eius. Iul. ep. nov. c. 59. §. 203. Th. C. XV. 1. c. 41. de opp. pub. Intra muros civitatis. Paul. I. 21. §. 3. In municipiis quoque — prohiberi oportere, ne quid in his immittere-tur. fr. 8. §. 2. cf. fr. 9. §. 4. de R. D. 1. 8. — **§. 2.** *Praesidium.* III. **Cn.** Quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus? c. 31. de epic. et cler. 1. 3.

Mus. *Exiguum animal quadrupes notissimum.* III. **Cn.** Si fullo vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint. fr. 13. §. 6. locat. 19. 2.

Musicus. (Adiect.) *Artis canendi peritus.* III. **Cn.** Fidicinam nulli liceat vel emere etc. — Nec cuiquam — erudita feminea musicae artis studio liceat habere mancipia. Th. C. XV. 7. c. 10. de scaenic.

Musivarius. *Operis musivi artifex.* III. **Cn.** Architecti, laquearii, — statuarii, musivarii, aerarii etc. Ib. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Mustum. *Vinum novum, nondum purgatum.* III. **Cn.** Sive lectam uvam calcare, sive mustum evehere prohibeatur. fr. 25. de A. E. V. 19. 1. Uvis subreptis, et mustum et vinacia iure condici possunt. fr. 14. §. 3. de cond. furt. 13. 1.

Mutabilis. (Adiect.) *Vicissitudini obnoxius.* II. ***Op.*** Immutabilis. Cf. h. v.

Mutare. **§. 1.** *In aliam speciem redigere. Reformare.* I. ***Sy.*** Commutare. Cf. h. v. §. 2. Immutare. Cf. h. v. Formam, s. Speciem rei, mutare. Transfigurare rem. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. fr. 7. §§. 5. sq. de A. R. D. 41. 1. fr. 13. §. 1. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Aditus posticasque vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. Aut aedificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutare. fr. 1. §. 11. de O. N. N. 39. 1. Cum per se natura agri fuerit mutata. fr. 2. §. 6. de A. R. D. 41. 1. Nemo dixit, Nilum — ripas suas mutare, vel ampliare. fr. 1. §. 5. de flum. ne qu. 43. 12. cf. fr. 30. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Plerosque — flumina avertisse, alveosve mutasse, dum praediis suis consulunt. fr. 1. §. 7. cf. §§. 1. 3. 5. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum esset, mutat. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. Vino mutato, periculum emtorem spectat. Vatic. §. 16. Qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa mutaverit. Paul. I. 13. A. §. 3. cf. V. 25. §. 5. V. 27. §. 1. Obrogatur, i. e. mutatur aliquid ex prima lege. Vlp. I. 3. Per quam (sc. capitis deminutionem) status dumtaxat hominis mutatur. Ib. XI. 13. Paul. III. 6. §. 29. cf. fr. 3. pr. de cap. minut. 4. 5. Posterior conventio — statum et naturam obligationis — mutare non potest. fr. 9. §. 1. de duob. reis. 45. 2. Si, qui pari loco erat in litigando, coepit esse duriore, vel loco, vel persona mutata. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Dolo malo desinere possidere, nec tamen iudicii mutandi causa fecisse. fr. 4. §. 1. cf. fr. 8. §§. 1. sqq. fr. 9. sqq. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse. fr. 3. §§. 19. sq. fr. 18. pr. fr. 19. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 2. §. 21. pro emt. 41. 4. fr. 2. §. 1. pro her. 41. 5. — **§. 2.** *Aliud quid eligere, Revocare, Tollere.* I. ***Sy.*** Alium sumere (iudicem.) fr. 17. sq. fr. 76. de iudic. 5. 1. Perimere (veritatem.) fr. 16. pr. ad municip. 50. 1. III. ***Cn.*** Quod ante tenuerat, recte mutatum est. fr. 8. de adopt. 1. 7. Th. C. XI. 22. c. 2. ne collat. transl. Testamentum facere liceat, et mutare. c. 7. cf. c. 6. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Post factum a matre testamentum, — non mutata ab ea, cum posset, voluntate. Paul. IV. 5. §. 2. De testamento mutando cogitasse. fr. 13. pr. de milit. testam. 29. 1. Si convenerit, — et mutata voluntas fuerit. fr. 18. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 65. de procur. 3. 3. fr. 13. §. 1. de m. c. don. 39. 6. Variantem non repellit, et consilium mutantis non aspernatur. fr. 8. de collat. bon. 37. 6. Poterit mutare, nondum enim dixit sententiam. fr. 21. pr. de rec. qu. arb. 4. 8. Mutata opinio petitoris. fr. 11. §. 5. de exc. rei iud. 44. 2. Mutato consilio (ad eum reverti.) fr. 17. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Matrimonium mutare. fr. 5. de lib. et posth. 28. 2. Actorem, Procuratorem, mut. fr. 16. sq. fr. 24. de procur. 3. 3. fr. 6. §. 3. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. — **§. 3.** *Non mutat, i. e. Non refert, s. interest.* III. ***Cn.*** Oportet, nec mutat si etc. fr. 11. usufr. quemad. 7. 9. Nec quidquam mutare arbitror, an etc. fr. 3. §. 13. de pecul. 15. 1. Nec videtur mutare, etsi etc. fr. 36. §. 1. de mil. testam. 29. 1. Nec mutat quod etc. fr. 11. §. 6. de pign. act. 13. 7. fr. 3. §. 3. de adm. rer. ad civ. 50. 8.

Mutatio. **§. 1.** *Commutatio, Reformatio.* III. ***Cn.*** Et deminutionem, et augmentum, et mutationem recipere (obligationes operarum.) fr. 34. de oper. libert. 38. 1. Mutatione, i. e. si postea aliud testamentum iure factum sit, (sc. rumpi testamentum.) Vlp. XXIII. 2. Per brevissimas mutationes disputatio — perducatur ad etc. fr. 177. de V. S. 50. 16. Rei mutatione interire, s. amitti (usumfr.) fr. 5. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Paul. III. 6. §§. 28. 31. — **§. 2.** *Locus, in quo animalia publici cursus mutabantur.* I. ***Sy.*** Statio. Th. C. VIII. 5. c. 36. de cursu pub. III. ***Cn.*** Pabula, quae — ad mutationes mansionesque singulas animalibus cursui publico deputatis — solebant convehi. Ib. XI. 1. c. 9. de ann. et tribut. Mulio mutationibus deputatus. Ib. VIII. 5. c. 58. Vel per unam mutationem veredum — superducere. Ib. c. 53. 1. 1.

Mutatura. *Praestationis nummariae genus, quo passim vexabantur provinciales.* III. ***Cn.*** Omnis concussionum removeatur occasio, nihil mutaturae [al. mutato] nomine postuletur. — Molestiae sportularum, — mutaturae dispendia. Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. §§. 14. 16.

Mutescere. *Quiescere.* III. ***Cn.*** Vt, eiusdem universis actibus antiquatis, omnia mutescant tempora. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen.

Mutilare. **§. 1.** *Truncare, Corrumpere.* I. ***Sy.*** Devastare (prata.) Ib. VII. 7. c. 3. de pascuis. — **§. 2.** *Deminuere, Infringere.* I. ***Sy.*** Imminuere, Immutare. Ib. XI. 16. c. 22. de extr. s. sord. XVI. 2. c. 29. sq. de episc. eccl. III. ***Cn.*** Nihil — civitatum voluntate mutetur, sive mutiletur. Ib. XII. 12. c. 4. de legat. et decr. Quod et ante constitutum est, nulla postmodum iussione mutilatum. Ib. XIV. 4. c. 6. de suar. Ne ullis praestigiis atque commentis exactio mutiletur. Ib. XI. 1. c. 31. de ann. et tribut. Libertatis iura minime mutilari. c. 3. de l. t. praescr. 7. 22. Nulla temporis praescriptione mutilari. c. 8. ne de statu defunct. 7. 21.

Mutilus. (Adiect.) *Truncatus, Debilitatus.* II. ***Op.*** Integer. Th. C. VII. 13. c. 10. de tiron.

Mutina. *Civitas Galliae Cisalpinae.* III. ***Cn.*** Si Mutinae ea res agetur. L. Gall. Cisalp. I. 50.

Mutinensis. (Adiect.) *Ad Mutinam pertinens.* III. ***Cn.*** IIviri, IVviri, praefectusve Mutinensis. Ib. I. 28. 37.

Mutuare, s. **Mutuari.** **§. 1.** *Mutuo rem dare, vel accipere.* I. ***Sy.*** Mutuam pecuniam (petere etc.) fr. 19. §. 5. ad S. C. Vell. 16. 1. III. ***Cn.*** Si quis rustico mutuaverit, — si quidem aridos fructus mutuaverit etc. Iul. ep. nov. c. 33. §. 113. c. 160. §§. 409. sq. Quibus (sc. usuris) mutuatus est, si necesse habuit mutuari. fr. 3. §. 1. de contr. tut. 27. 4. Si quando in hoc mulier mutuata est, ut marito crederet. fr. 17. pr. ad S. C. Vell. 16. 1. Nummos a Titio mutuatos mihi dedit. fr. 50. §. 3. de pecul. 15. 1. Si filiusfam. contra S. C. mutuatus pecuniam solverit. fr. 14. de R. C. 12. 1. Cum pecunia mutuaretur. c. 2. de praed.

praed. navicul. 11. 2. Cf. Th. C. XIII. 6. c. 7. §. 1. eod. — **§. 2.** *Vltro citroque conferre, vel sumere.* III. ***Cn.*** Ne, mutuato amore, invicem spolientur. fr. 1. de don. int. V. 24. 1. Cum — plurimum ex iure possessio mutuetur. fr. 49. pr. de A. v. A. P. 41. 2.

Mutuatio. Cf. v. Mutuus. §. 2.

Mutuo. (Advb.) *Invicem, Vicissim.* III. ***Cn.*** Si quid invicem ab eis — consecutus es, id mutuo restituere debes. c. 4. de praed. et al. reb. min. 5. 71. Mutuo se in ius non vocabunt (ipsa et filius.) fr. 10. §. 10. de in ius voc. 2. 4. Servitutes, quas mutuo praedia — habent. fr. 73. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 34. de S. P. R. 8. 3.

Mutus. *Qui eloqui nihil potest.* I. ***Sy.*** Qui fari non potest. fr. 65. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 9. de Aedil. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Si mutus, surdusve quis sit. Vat. §. 238. Mutus et surdus. fr. 43. pr. de procur. 3. 3. fr. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Natura (sc. impediuntur, ne iudices sint,) surdus, mutus, et perpetuo furiosus, et impubes, quia iudicio carent. fr. 12. §. 2. de iudic. 5. 1. cf. fr. 73. pr. de iure dot. 23. 3. fr. 3. §§. 8. sqq. de S.C. Silan. 29. 5. Mutus, surdus, furiosus, pupillus, femina. Vlp. XX. 7. Pupillus, — furiosus, — fatuus, — muti, caeterique quibus dari solent curatores. fr. 1. §. 11. fr. 2. fr. 3. §. 3. fr. 4. sq. de postul. 3. 1. Surdus, et mutus, si in totum non audiant, aut non loquantur. fr. 7. §. 1. de decurion. 50. 2. Si auditus capaces sunt (muti.) — Mutus, qui nihil intelligere potest. fr. 65. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1.

Mutuum. (Subst.) *Res, quae alteri pleno iure credita est, creditori in genere restituenda.* III. ***Cn.*** Mutuum adpellatum est, quia quod ita tibi a me datum est, ex meo tuum fit. Gai. III. 90. fr. 2. §. 2. de R. C. 12. 1. Re contrahitur obligatio, velut mutui datione. Gai. l. l. 90. sq. fr. 2. §§. 1. sq. 12. 1. fr. 1. §. 2. de O. et A. 44. 7. Fideiussiones et mutui dationes [al. mutuationes] pro aliis. fr. 2. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. Mutui dationem non solum numeratae pecuniae, verum omnium, quae mutuo dari possunt? fr. 7. §. 3. ad S.C. Mac. 14. 6. cf. fr. 2. §§. 1. sq. fr. 27. de R. C. 12. 1. Mutuum rogare. — Mut. dare. fr. 2. pr. fr. 9. §. 9. ib. 12. 1. Pecunia, quam accepit mutuo. c. 12. c. 17. de pign. et hyp. 8. 14.

Mutuus. (Adiect.) **§. 1.** *Reciprocus.* III. ***Cn.*** Vice mutua (praestare, v. cavere.) fr. 78. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 5. §. 1. ut legat. 36. 3. Mutuae praestationes, actionesque civiles. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. cf. fr. 11. §. 1. de iurisd. 2. 1. fr. 5. §. 1. de O. et A. 44. 7. Pensatione mutua dissolvi. fr. 39. sol. matrim. 24. 3. Officium mutuum praestare. fr. 5. §. 4. de praescr. vv. 19. 5. Interrogatio mutua. fr. 1. de acceptil. 46. 4. Substitutio mutua. fr. 64. de legat. II. (31.) Periculum mutuum. Vatic. §. 228. — **§. 2.** *Datus, obligatione mutui interveniente.* I. ***Sy.*** Quam crediderunt, Mutua (pecunia.) fr. 10. sq. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Si non sit mutua pecunia, sed contractus. fr. 10. l. 50. 16. Praeposuerat servum mutuis pecuniis dandis, et pignoribus accipiendis. fr. 8. Qu. c. eo. 14. 5. Accepi ab illo mutuos et numeratos X. fr. 41. §. 2. de usur. 22. 1. Qui mutuam pecuniam contra interdictum — crediderit. Fr. de I. F. §. 7. Paul. R. S. II. 10. §. 1. Quantitatem mutuam accipere. fr. 3. pr. de in rem verso. 15. 3. Oleum mutuum dare. fr. 5. §. 14. de inst. act. 14. 3. Sive sub usuris mutua (pecunia) data sit, sive sine usuris. fr. 7. §. 9. ad S.C. Mac. 14. 6.

Myops. *Qui infirma est oculorum acie.* III. ***Cn.*** De myope quaesitum, an sanus esset? fr. 10. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Myrrha. Cf. v. Murra.

Mysia. *Regio Asiae minoris, ad occidentem extensa.* III. ***Cn.*** Eadem provincia, postea divisa, sub duobus Praesidibus constituta, velut Germania, Mysia. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. Praeses provinciae Mysiae inferioris. fr. 9. de captiv. 49. 15. Duces — utriusque Ponti, Scythiae, Mysiae primae, secundae. c. 10. de div. offic. 12. 60. Iul. ep. nov. c. 119. §. 508.

Mysiacus. (Adiect.) *Ad Mysiam pertinens.* III. ***Cn.*** Mysiacus, — Scythicus, limes. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Mysterium. **§. 1.** *Arcana res.* III. ***Cn.*** Maneant in sinu patriae, et veluti dicati infulis, mysterium perenne custodiant. Ib. XII. 1. c. 22. de decurion. — **§. 2.** *Ritus sacri. Cultus divinus.* I. ***Sy.*** Religionis munia. Clericatus officium. Nov. Val. III. de succ. curial. II. 2. c. 1. pr. §§. 1. sq. III. ***Cn.*** Omnipotentis dei mysterium. Th. C. XVI. 5. c. 26. de haeretic. Christiana mysteria. Ib. XVI. 8. c. 19. de Iud. Exsecrabilia, s. Feralia, mysteria (haereticorum.) Ib. XVI. 5. c. 6. pr. c. 7. §. 3. c. 15. c. 36. §. 1. c. 57. §. 1.

Naevus. **§. 1.** *Macula.* III. ***Cn.*** In baphiis etiam admixta temeratio naevum adducit inquinatae alluvionis [al. ablutionis.] c. 2. de murileg. 11. 7. — **§. 2.** *Dedecus, Nota.* III. ***Cn.*** Sine ullo naevo excusationis incurrere valere (sc. stipendia.) Th. C. VI. 27. c. 16. §. 2. de agent. in reb. Naevo erubescendae obiectionis urgeri. Nov. Val. III. de XXX ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 1.

Nam. (Coniunct.) **§. 1.** *Etenim, Quia.* I. ***Sy.*** Nec enim. Nam et. fr. 15. de statu hom. 1. 5. fr. 15. de in ius voc. 2. 4. fr. 6. §. 1. de edend. 2. 13. III. ***Cn.*** Nec ad rem pertinet, quod ipsum non possidemus, nam nec filium. fr. 1. §. 8. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 2. §§. 2. 7. de O. I. 1. 2. Inutilis est talis stipulatio, — nam etc. Gai. III. 100. Fieri potest; nam et cum quis etc. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. fr. 95. §. 7. de solut. 46. 3. Valent, — nam permissum est. Vlp. XXIII. 10. Simile ius olim fuit, — nam etc. Gai. II. 142. cf. 101. 103. III. 40. Non idem iuris est, si etc. s. Aliud, si etc. — nam etc. Ib. III. 176. fr. 10. §. 3. de in ius voc. 2. 4. Et magis est, ut etc. — nam etc. fr. 6. de R. V. 6. 1. Sufficit, v. Expedit; nam etc. Gai. II. 97. IV. 74. — **§. 2.** *Certe, Plane.* III. ***Cn.*** Nam, — item, — idem etc. Ib. III. 114. Nam, quoniam etc. Vlp. V. 10. cf. XI. 26. Hoc modo, si etc. Si modo etc. Praeterquam si, etc. Ita tamen, s.

demum, ut, v. si etc. (— nam etc.) Ib. I. 16. X. 2. XI. 22. Gai. III. 107. 205. Necdum finito negotio. — Nam causa decisa etc. c. 7. de iur. et facti ign. 1. 18. Quod non difficile obtinebit, si etc. — nam et etc. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. fr. 101. §. 2. de V. S. 50. 16. Labeo ait, — nam ecce etc. fr. 5. §. 9. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. Gai. II. 220. III. 183. fr. 5. §. 12. de h. qu. effud. 9. 3. Nam secundum nostram sententiam etiam D. Marcus rescripsit. fr. 3. de milit. testam. 29. 1.

Namque. *Nam.* III. ***Cn.*** Vtilitas suasit, — namque consequens erat etc. fr. 3. §. 12. de itin. actuq. priv. 43. 19.

Nancisci, s. **Nanciri.** *Adipisci, Consequi, Adquirere.* I. ***Sy.*** Habere. Cf. h. v. §. 3. Incipere esse, v. habere. Obtinere. Gai. I. 111. 114. sq. Adprehendere. Cf. h. v. §. 5. Adipisci, Adquirere. Cf. h. vv. Consequi. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Possessionem vel repetere, vel nancisci. fr. 21. ad S.C. Treb. 36. 1. Si quis, dimissa possessione prima, eiusdem rei denuo ex alia causa possessionem nancisci velit. fr. 19. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Non videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit. fr. 22. ib. 41. 2. Alienam possessionem per hoc tempus retinere, et facultatem fruendi nancisci conatus est. Gai. IV. 167. Quod servi nostri mancipio accipiunt, vel ex traditione nanciscuntur. Ib. II. 87. Quarundam rerum dominium nanciscimur iure gentium etc. fr. 1. pr. de A. R. D. 41. 1. cf. Vlp. XIX. 2. 16. Qui non successionis iure, sed alio modo rem nactus est. fr. 8. §. 8. Qu. mod. pign. 20. 6. Si quis eas (res) — fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, [al. nanctus,] lucrandi animo abstulerit. fr. 9. §. 8. de A. R. D. 41. 1. Mandante aliquo actionem nacti, cogimur eam praestare etc. fr. 45. §. 5. mand. 17. 1. fr. 63. §§. 9. sq. ad S.C. Treb. 36. 1. Qui nactus est exceptionem iustam. fr. 66. de R. I. 50. 17. Ex morte alterius nancisci capiendi occasionem. fr. 31. pr. de m. c. donat. 39. 6. Si adgnatus nec escit, gentilis familiam nancitor. L. XII Tabb. V. 5. cf. fr. 9. de legit. tut. 26. 4. Qui — manumissione legitimam tutelam nanctus est. Gai. I. 175. Si ius trium liberorum habuerint, etiam haec iura ex L. Papia Popp. nanciscuntur. Vlp. XXIX. 5.

Napocensis. (Adiect.) *Ad Napocam spectans, Daciae civitatem.* III. ***Cn.*** Zarmizegethusa quoque eiusdem (sc. Italici) iuris est, item Napocensis colonia. fr. 1. §. 9. de censib. 50. 15.

Napus. *Genus raporum.* III. ***Cn.*** Furtum non facies, — extraque hastam, hastile, ligna, napum, pabulum — si quid ibi inveneris etc. Fr. L. Cincii I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4.

Narbonensis. (Adiect.) *Pertinens ad illam Galliae partem, quae a Narbone civitate nomen invenit.* III. ***Cn.*** Lugdunenses Galli, item Viennenses in Narbonensi, (iuris Italici sunt.) fr. 7. §. 1. de censib. 50. 15. Capta Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2.

Nardum. *Fruticis aromatici genus, unguentum pretiosum fundens.* III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: — costum, costamomum, nardi stachys etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. Qualia (sc. unguenta) sunt: commagena, glaucina, — nardum purum. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Narratio. *Expositio (causae.)* II. ***Op.*** Narratio proposita. — Responsio. Contradictio obiecta. c. 2. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59. c. 14. §. 1. de iudic. 3. 1. III. ***Cn.*** Brevis rerum narratio, et quasi causae coniectio. fr. 1. de R. I. 50. 17. Cum iudex per narrationem negotii causam audire coeperit. c. 1. de lit. contest. 3. 9. In his capitulis, quae narratione comprehensa sunt, pro confesso habeatur. c. 2. §. 7. de iureiur. pr. cal. 2. 59.

Nasci. §. 1. *In vitam venire. In lucem edi.* I. ***Sy.*** Enasci. Cf. h. v. Edi. Cf. v. Edere. §. 1. In rebus humanis esse. fr. 5. §§. 2. sq. fr. 7. de statu hom. 1. 5. Qui nasci speratur. Qui in utero est. fr. 7. l. 1. 5. fr. 231. de V. S. 50. 16. Qui nascuntur. Liberi. Gai. I. 56. sq. fr. 3. sq. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 196. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Concipi. Gai. I. 89. fr. 5. §. 2. fr. 11. de statu hom. 1. 5. fr. 7. §. 1. de Senat. 1. 9. Fieri (servus, v. liber.) fr. 5. pr. de statu hom. 1. 5. Gai. l. l. III. ***Cn.*** Non natus, sed post mortem matris, exsecto ventre eius, extractus. fr. 11. §. 5. de Publ. in R. A. 6. 2. fr. 12. pr. de lib. et posth. 28. 2. Neque nati, neque procreati videntur, (qui mortui nascuntur.) fr. 129. de V. S. 50. 16. Duxit uxorem, — et nascitur ei filius. fr. 43. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Si quid mihi liberorum, me vivo mortuove, nascetur, tunc qui virilis sexus, unus pluresve, nascentur etc. fr. 47. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Ancillas omnes, et quod ex his natum erit, (legare.) fr. 63. de legat. I. (30.) Connubium efficit, ut, qui nascitur, patris conditioni accedat. Gai. I. 80. cf. 77. 82. 85. sqq. 94. 156. Qui nascitur ex iis (sc. parentibus.) Ib. I. 30. 76. 80. Qui ex eo matrimonio nascuntur. Ib. I. 57. 77. sq. 90. fr. 12. fr. 19. fr. 23. sq. de statu hom. 1. 5. Tempus, v. Dies, quo quis nascitur. Gai. I. 89. fr. 3. si pars hered. 5. 4. fr. 98. pr. de V. S. 50. 16. Sors nascendi, genus, conditio, fortuna. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. An minor natu maiorem natu adoptare possit? Gai. I. 106. Iam grandis natu, et fere annorum L. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Sive quid ex eo post venditionem natum, adquisitum fuerit. fr. 1. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest. fr. 9. pr. fr. 58. pr. de usufr. 7. 1. Gai. II. 203. Inducta in fundum, illata, ibi nata, (pignori essent.) fr. 11. §. 2. Qui potior. 20. 4. Omne, quod ex vinea natum, vinum permansit. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. Arbor, quae in confinio nata est. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. — §. 2. *Initium capere. Oriri.* I. ***Sy.*** Incipere esse, Competere (actionem.) Gai. IV. 77. sq. fr. 10. pr. l. l. 10. 3. fr. 13. pr. §. 2. de R. C. 12. 1. Oriri, Quaeri, Adquiri (obligationem.) fr. 126. §. 2. de V. O. 45. 1. fr. 17. §. 1. de furt. 47. 2. II. ***Op.*** Nasci, — Crescere, — Decrescere, — Mori (peculium.) fr. 40. pr. §. 1. de pecul. 15. 1. Tolli (actionem.) fr. 6. fr. 17. §. 2. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. III. ***Cn.*** Ex conversatione aequali contemtio dignitatis nascitur. fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18. Multae discordiae nascebantur de his plebiscitis. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. Fere vitium simile nasce-

batur. Gai. II. 226. Magistratuum edictum, unde ius honorarium nascitur. fr. 2. §. 12. cf. §§. 5. sq. l. l. 1. 2. Capitale crimen adversus eum ex L. Fabia de plagio nascitur. fr. 1. de L. Fab. de plag. 48. 15. Nondum in ulla parte stipulationis liberatio nata est. fr. 2. §. 1. de V. O. 45. 1. cf. fr. 94. §. 1. de solut. 46. 3. Esse contractum, — unde haec nascitur actio. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. Vt, quae initio adversus aliquem nata est (sc. actio,) caput nocentis sequatur. fr. 18. cf. fr. 17. §. 1. de furt. 47. 2. Numquid semel natam inofficiosi querelam non perimat legatarii oblatio? fr. 8. §. 10. de inoff. testam. 5. 2. fr. 5. §. 4. de servo corr. 11. 3. Supervacuum est mandatum, et ob id nulla ex eo obligatio nascitur. fr. 2. pr. mand. 17. 1. Non satis est, (dantis esse nummos,) — ut obligatio nascatur, sed etiam hoc animo dari et accipi, ut obligatio constituatur. fr. 3. §. 1. de O. et A. 44. 7. Vltro citroque, — Nulla ex utroque latere (nascitur actio.) fr. 2. fr. 6. §. 4. de N. G. 3. 5.

Nassa. *Vasis piscatorii genus.* III. ***Cn.*** Instrumento piscatoris legato, et retia, et nassae, et fuscinae, et naviculae — debentur. Paul. III. 6. §. 66.

Natales. *Nativitas, Conditio generis.* I. ***Sy.*** Conditio propria. Th. C. VIII. 4. c. 21. de cohortal. III. ***Cn.*** Neque nuptiae, neque natales (faciunt matremfam.,) sed boni mores. fr. 46. §. 1. de V. S. 50. 16. Inprimis consideranda persona eius est, — item origo natalium, facultates quoque etc. fr. 14. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. Statim de natalibus ipsius, ac de omni vitae conditione examen habeatur. Th. C. VII. 2. c. 1. Qu. prob. deb. cf. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. mag. offic. Vt oppida hominum, et natales, et merita expressa teneantur (sc. litteris.) Ib. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R. Ius anulorum aureorum impetrare, — et natalibus restitui. fr. 4. de iure aur. anul. 40. 10. fr. 1. sqq. de natal. rest. 40. 11.

Natalicius. (Adiect.) *Ad nativitatem spectans.* III. ***Cn.*** Natalicii dies urbium maximarum. Th. C. II. 8. c. 2. §. 2. de feriis. Donum cum causa, utputa natalicium etc. fr. 194. de V. S. 50. 16.

Natalis. (Adiect.) Idem. I. ***Sy.*** Quo natus est, Natalis suus, Dies natalis. fr. 3. §. 3. de minor. 4. 4. fr. 5. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 98. pr. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Professio natalis. c. 6. de fide instrum. 4. 21. Natalis dies, aut epiphaniae. Th. C. II. 8. c. 24. sq. (Wck.) de feriis.

Natatus. (Subst.) *Natatio.* III. ***Cn.*** In inferioribus partibus fluviorum — vagus natatus animalium. Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M.

Natio. *Genus incolarum certae alicuius regionis.* III. ***Cn.*** Prope barbaras gentes et nationes collocata. fr. 1. §. 5. de censib. 50. 15. Vt et nationes eorum (sc. servorum,) et aetates, et officia, et artificia specialiter deferantur. fr. 4. §. 5. ib. 50. 15. cf. fr. 31. §. 21. de Aedil. edict. 21. 1. Iudaei si alienae nationis comparatos servos circumciderint. Paul. V. 22. §. 4. Multa millia extranearum nationum. c. 3. de aleator. 3. 43.

Nativitas. *Origo, Ortus.* I. ***Sy.*** Natura. Cf. h. v. §. 2. Origo. fr. 6. pr. ad munic. 50. 1. c. 2. de ord. iudicior. 3. 8. Genus. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Municipem aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio. fr. 1. pr. ad munic. 50. 1. cf. fr. 2. §. 3. de suis et legit. 38. 16. De nativitatis veritate — quaeri. c. 2. l. 3. 8.

Nativus. (Adiect.) *Ad nativitatem spectans. Ingenitus.* I. ***Sy.*** Cui nexu sanguinis teneantur, Nativa (curia.) Th. C. XII. 1. c. 122. de decurion. Naturalis (color.) fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.)

Natura. **§. 1.** *Ordo rerum naturalis.* I. ***Sy.*** Res humanae. fr. 7. fr. 26. pr. de statu hom. 1. 5. In natura esse. Supervivere. fr. 78. §. 10. ad S.C. Treb. 36. 1. In rerum natura non esse, s. esse desinere. Naturae concedere. Intercidere. Mori. fr. 50. pr. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 84. §. 7. de legat. I. (30.) c. 1. sq. ad S.C. Tert. 6. 56. III. ***Cn.*** Per rerum naturam (admitti, v. certum esse etc.) Paul. III. 4. B. §. 1. fr. 28. §. 5. de iudic. 5. 1. fr. 73. de V. O. 45. 1. Nec rerum naturam intuendam, in qua omnia certa essent. fr. 28. §. 5. l. 5. 1. Habitum cuiusque corporis contra naturam, (morbum esse.) fr. 1. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 60. de re iud. 42. 1. fr. 38. de V. S. 50. 16. Si id, (quod in confessionem venit,) et ius et natura recipere potest. fr. 14. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. cf. fr. 3. §. 5. de A. v. A. P. 41. 2. Neque enim rerum natura recipit, ut etc. fr. 23. §. 2. ib. 41. 2. cf. fr. 4. pr. de grad. et adfin. 38. 10. Quae natura impossibilis est (conditio.) fr. 137. §. 6. de V. O. 45. 1. Cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparaverit. fr. 28. §. 1. de usur. 22. 1. Res, quae in rerum natura non est, si modo futura est etc. Gai. II. 203. Certum corpus, quod in rerum natura non sit. fr. 108. §. 10. de legat. I. (30.) Quod in rerum natura adhuc non sit. — Quodammodo in rerum natura esse existimari. fr. 24. pr. ib. (30.) fr. 7. de suis et legit. 38. 16. Si in rerum natura non fuisset, et si iam a natura recessit. fr. 3. de confess. 42. 2. — **§. 2.** *Procreatio naturalis.* I. ***Sy.*** Nativitas. fr. 1. pr. fr. 6. pr. ad munic. 50. 1. II. ***Op.*** Aut natura, aut iure (subiectae personae.) fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Adoptio. fr. 1. pr. fr. 16. de adopt. 1. 7. III. ***Cn.*** Non natura pervenire, sed iure percipi. fr. 62. pr. de R. V. 6. 1. Adoptio naturam imitatur. §. 4. I. de adopt. 1. 11. Veritatem naturae non peremit (adsumtio originis.) fr. 6. pr. ad munic. 50. 1. cf. fr. 23. pr. de lib. et posth. 28. 2. Quamvis per vim naturae ne illis quidem possit naturalium nomen auferri. Th. C. IV. 6. c. 7. (Wck.) de natur. fil. — **§. 2. A.** *Progenies* (naturalium liberorum.) *Prosapia.* I. ***Sy.*** Naturalis, Legitima, successio. Ib. XII. 1. c. 123. §§. 5. sq. de decurion. XVI. 5. c. 9. pr. de haeret. III. ***Cn.*** Superstites — filiae, masculorum natura minime exstante. Ib. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. Nihil moriens relinquat indignis, omnia — naturae restituat, aut proximis etc. Ib. XVI. 5. c. 9. pr. l. — **§. 3.** *Indoles, Conditio naturalis, Ingenium.* I. ***Sy.*** Conditio. Cf. h. v. §. 1. Eiusdem generis, Eiusdem naturae (res.) Gai. III. 90. IV. 66. Si sua natura res interciderit. Naturalis interitus. fr. 14. §. 1. depos. 16. 3. III. ***Cn.*** Eius magnitudinis, aut naturae esse, ut etc. Gai. III. 193. Qui (sc. casus) certam habent quantitatem, vel naturam. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47. cf.

Gai. IV. 66. Quidam lege impediuntur, ne iudices sint, quidam natura, quidam moribus. fr. 12. §. 2. de iudic. 5. 1. Cum quis manu fecerit, quo aliter flueret (sc. aqua,) quam natura soleret. fr. 1. §§. 1. 13. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. fr. 1. §. 7. si quadrup. 9. 1. Quorum (sc. animalium) fera natura est. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 5. §§. 2. 5. sq. de A. R. D. 41. 1. Cum inter caeteras sceleris causas, — quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset. fr. 1. pr. de S.C. Mac. 14. 6. Innocentioris naturae homines. Coll. LL. M. XV. 3. Earum (sc. servitutum) usus ita connexus est, ut qui eum partiatur, naturam eius corrumpat. Fr. S. Pomponii I. Cti. (Corp. I. R. Ante-Iust. p. 168. Bonn. 1835. 4.) Natura servitutum ea est, ut possideri non possint. fr. 32. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Quae natura non admittunt divisionem. fr. 2. §. 1. de V. O. 45. 1. Ius proprium et specialem naturam (sortiri.) c. 13. de usufr. et habit. 3. 33. Statum et naturam obligationis mutare non posse. fr. 9. §. 1. de duob. reis. 45. 2. cf. fr. 5. de fideiuss. 46. 1. Acceptilatio in hac causa non sua natura, sed potestate conventionis, valet. fr. 5. pr. de resc. vend. 18. 5. Contra bonam fidem et depositi naturam. fr. 24. depos. 16. 3. Si sui natura tabulae patefactae sunt. fr. 10. §. 1. testam. quemad. aper. 29. 3. Quae mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, ut etc. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 4.** *Ius, quod naturali ratione constat.* I. ***Sy.*** Naturale ius. fr. 4. de I. et I. 1. 1. fr. 4. pr. §. 1. de statu hom. 1. 5. fr. 84. §. 1. de R. I. 50. 17. Naturalis aequitas, v. ratio. fr. 3. §. 7. de cond. c. dat. 12. 4. fr. 14. de cond. indeb. 12. 6. fr. 1. §§. 9. 12. 14. de O. et A. 44. 7. II. ***Op.*** Aut lege, aut natura. Gai. III. 194. fr. 24. de statu hom. 1. 5. c. 8. §. 5. de bon. qu. lib. 6. 61. Natura, vel gentium ius, vel mores civitatis. fr. 34. §. 1. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 1. §§. 3. sq. de I. et I. 1. 1. fr. 42. de V. S. 50. 16. Ex quacunque actione, — Natura (deberi.) fr. 10. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Natura operas patrono libertus debet. fr. 26. §. 12. de cond. indeb. 12. 6. Si id fuit debitum, quod natura debebatur. fr. 31. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Is natura debet, quem iure gentium dare oportet. fr. 84. §. 1. de R. I. 50. 17. Natura debitor fuit, (etiamsi in peculio nihil habuit.) fr. 19. pr. de N. G. 3. 5. Licet absolutus sit, natura tamen debitor permanet. fr. 60. pr. de cond. indeb. 12. 6. Repetitio est, quia nec natura debet. fr. 41. ib. 12. 6.

Naturalis. (Adiect.) **§. 1.** *Naturae conveniens, Innatus, Insitus, Genuinus.* I. ***Sy.*** Nativus. Cf. h. v. Si sua natura res intercciderit. Naturalis interitus. Cf. v. Natura. §. 3. Propria natura statuta (contractui.) Naturalis [al. Natura talis] contractus. §. 3. I. de locat. 3. 24. II. ***Op.*** Contra naturam (feritas etc.) fr. 1. §§. 7. 10. si quadrup. 9. 1. Naturalis, — Manu factus (agger.) Cf. v. Manus. §. 2. B. Naturalis, — Falsa (confessio.) Cf. v. Falsus. III. ***Cn.*** Civilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. fr. 8. de cap. minut. 4. 5. Rem humanam et naturalem pati. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2. Haec recedunt ab impedimento naturali, (et respiciunt ad facultatem dandi.) fr. 137. §. 4. de V. O. 45. 1. Plerumque robur hominis, aetas temporis, opportunitasque naturalis (mutat causam operarum.) fr. 26. §. 12. de cond. indeb. 12. 6. Triplicem esse causam O. N. Nis, aut naturalem, aut publicam, aut impositiciam. fr. 5. §. 9. de O. N. N. 39. 1. Quod ex caelo cadit, etsi non adsidue fit, ex naturali tamen causa fit. fr. 28. de S. P. V. 8. 2. Si vi naturali, veluti terrae motu, hoc acciderit. fr. 59. locat. 19. 2. Quodsi, toto naturali alveo relicto, flumen alias fluere coeperit. fr. 7. §. 5. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 1. §. 8. ne qu. in flum. pub. 43. 13. Maturitas naturalis (fructuum.) fr. 42. de usu et usufr. leg. 33. 2. In naturalem libertatem se recipere. Gai. II. 67. Naturalis hominum ad dissentiendum facilitas. fr. 17. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. Adfectus naturalis. Stimuli naturales. fr. 36. §. 1. de excusatt. 27. 1. fr. 28. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. Quod secundum naturalem significationem verum esse debet. Gai. IV. 134. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Hoc naturalibus inesse rebus volumus, et non verbis extrinsecus supervenire. c. 8. de novat. 8. 42. Naturalem habere intellectum. fr. 7. de serv. export. 18. 7. — **§. 2.** *Corporalis.* I. ***Sy.*** Corporalis (possessio.) fr. 40. §. 2. de pign. act. 13. 7. fr. 1. §. 1. fr. 24. fr. 25. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Si tradidit. Naturalis datio. fr. 8. de pecul. 15. 1. II. ***Op.*** Civilis, s. Iuris civilis, (possessio.) fr. 2. §§. 1. sq. pro her. 41. 5. fr. 38. §. 7. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Dominium rerum ex naturali possessione coepisse. fr. 1. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Si possessionem naturalem revocem, proprietas mea manet. fr. 38. §. 10. de usur. 22. 1. — **§. 3.** *Nativitate coniunctus, Sanguinis vinculo copulatus.* I. ***Sy.*** Natura, Naturalis successio. Cf. v. Natura. §. 2. A. II. ***Op.*** Adoptivus. Cf. h. v. Per adrogationem quaesiti, — Naturales (liberi.) fr. 7. ad S.C. Tert. 38. 17. Naturales liberi. — Suus heres, quamvis non naturalis. Vlp. XXIX. 1. 5. Gai. III. 41. Vatic. §§. 169. 196. Legitima (cognatio.) Cf. v. Cognatio. §. 2. v. Legitimus. §. 1. III. ***Cn.*** Civitas, ex qua pater naturalem originem ducit. fr. 6. §. 1. ad munic. 50. 1. Si quis emancipatum filium exheredaverit, eumque postea adrogaverit, — iura naturalia in eo praevalere. fr. 8. §. 7. de B. P. c. t. 37. 4. Naturales, et secundum L. Iuliam Papiamve quaesiti. Paul. IV. 8. §. 4. Feminae nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent. Gai. I. 104. Vlp. VIII. 8. a. — **§. 3. A.** *Concubinatus, vel contubernii, vinculo coniunctus.* II. ***Op.*** Iustus (filius etc.) Cf. h. v. §. 2. Legitima (soboles.) c. 3. Qu. mul. tut. 5. 35. Ex legitimo matrimonio, — Naturales (filii etc.) Th. C. IV. 6. c. 1. de natur. fil. III. ***Cn.*** Omnibus bonis — obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus — obligantur. Paul. V. 6. §. 16. fr. 6. fr. 8. de pignor. 20. 1. Naturales liberi, i. e. in servitute suscepti. fr. 88. §. 12. de legat. II. (31.) Postea ex se natum sub titulo naturalis filii cum matre manumittere. fr. 21. pr. de captiv. 49. 15. cf. fr. 11. de manum. vind. 40. 2. fr. 3. pr. de liberali. c. 40. 12. Gai. I. 19. Liberti sui, iidemque filii naturales. fr. 17. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. Si ex consortio cuiuslibet mulieris naturales susceperit. Th. C. IV. 6. c. 1. l. 1. Qui, dum natura-

lis fuerat, postea curiae datus. §. 13. I. de nupt. 1. 10. — **§. 4.** *Iuri Rom. civili alienus.* I. **Sy.** Naturalis aequitas. Natura. Cf. h. v. §. 4. Naturale, Gentium (ius.) §. 41. I. de R. D. 2. 1. fr. 64. de cond. indeb. 12. 6. II. **Op.** Civilis. Cf. h. v. §. 1. Naturale ius et gentium. — Civile ius et legum ordo. fr. 31. pr. depos. 16. 3. cf. fr. 64. de cond. indeb. 12. 6. III. **Cn.** Cum naturalis sit, et omnium gentium, (sc. locatio et conductio, — non verbis sed consensu contrahitur.) fr. 1. locat. 19. 2. Per occasionem iuris civilis, contra naturalem aequitatem, (prodesse.) fr. 1. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Naturale ius, et pudor (inspiciendus.) fr. 14. §. 2. de R. N. 23. 2. Lege naturali prohibitum est admittere (sc. furtum.) fr. 1. §. 3. de furt. 47. 2. Iure, v. Ratione, naturali (adquirere, v. posse, v. obligari.) Gai. II. 65. sq. 70. sqq. III. 154. fr. 59. de O. et A. 44. 7. Cum ratio naturalis, quasi lex quaedam tacita, (liberis parentium hereditatem addiceret.) fr. 7. pr. de bon. damn. 48. 20. Naturali aequitate introductum est. fr. 19. pr. de captiv. 49. 15. Naturali aequitate motus (putat, v. promittit, sc. I. Ctus, v. Praetor.) fr. 3. §. 7. de cond. c. dat. 12. 4. fr. 2. unde cogn. 38. 8. Dummodo sit aliqua, vel naturalis, futura obligatio. fr. 6. §. 2. de fideiuss. 46. 1. Ex hac causa solutum repeti non posse, — superesse enim naturalem causam, quae inhibet repetitionem. fr. 3. §. 7. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 15. pr. fr. 19. pr. fr. 64. de cond. indeb. 12. 6. Remanet, propter pignus, naturalis obligatio. fr. 59. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. Naturalis obligationis fideiussorem accipi posse. fr. 7. de fideiuss. 46. 1.

Naturaliter. (Advb.) **§. 1.** *Secundum naturam, vel indolem cuiusque rei.* I. **Sy.** Natura, Sui natura, (aperiri, v. fluere, v. nocere.) fr. 10. §. 1. testam. quemad. 29. 3. fr. 3. §. 19. de S. C. Silan. 29. 5. fr. 1. §§. 1. 10. 13. sqq. 22. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Coloris naturalis, Naturaliter (nigrum etc.) fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.) II. **Op.** Civiliter (resolvi.) fr. 107. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Sin autem vel naturaliter indivisae sint, vel sine damno divisio earum fieri non potest. fr. 26. §. 2. de legat. I. (30.) Dici, v. Designari, nat. fr. 7. pr. de cap. min. 4. 5. fr. 49. de V. S. 50. 16. Quae nat. insunt huius iudicii potestate. fr. 11. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Earum rerum nat. inter se pugna est. fr. 7. de R. I. 50. 17. Vt natur. evenire solet. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Corporaliter.* I. **Sy.** Naturalis, Corporalis, Naturaliter comprehensa, (possessio.) fr. 1. pr. §. 1. fr. 23. pr. §. 1. fr. 24. sq. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 1. §. 9. de vi et vi arm. 43. 16. II. **Op.** Civiliter (possidere.) Cf. h. v. §. 2. Nat. soluta pecunia. — Acceptum latum. fr. 49. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Nat. tenere (agros etc.) fr. 35. fam. ercisc. 10. 2. fr. 49. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Nat. interrumpitur possessio. fr. 5. de usurp. 41. 3. — **§. 3.** *Ex aequitate naturali. Remotum a sanctione iuris civilis.* I. **Sy.** Naturali iure, Natura (obligari, s. debere.) fr. 13. pr. fr. 26. §. 12. fr. 64. de cond. indeb. 12. 6. II. **Op.** Civiliter (obligari.) Cf. h. v. §. 2. Nat. obligari. — Dari actionem. fr. 2. §. 2. de cap. min. 4. 5. Ex stipulatione, — Ex pacto naturaliter (debere.) fr. 5. §. 2. de solut. 46. 3. Qui civiliter, — Qui naturaliter (incumbat possessioni.) fr. 3. §. 15. ad exhib. 10. 4. III. **Cn.** Non erit obligatus, — nat. tamen obligabitur, in quantum locupletior factus sit. fr. 5. pr. de auct. et cons. 26. 8. Obligare sibi aliquem nat. ad remunerandum. fr. 25. §. 11. de hered. pet. 5. 3. Licet nat. fr. 9. §. 7. de pecul. 15. 1.

Natus. (Partic.) **§. 1.** *In lucem editus (partus.)* (Cf. v. Nasci. §. 1.) I. **Sy.** Partus. Paul. II. 24. §§. 5. sq. cf. fr. 12. pr. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. II. **Op.** Posthumus. — Iam natus. Gai. I. 147. Vlp. XXIII. 7. III. **Cn.** Ancilla cum suis natis. §. 17. I. de legat. 2. 20. Recens natos (abiicere.) Th. C. V. 7. c. 1. de expos. Si ex adultero natum dixerit. fr. 3. pr. de lib. et posth. 28. 2. Qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare (sc. nepotem,) ita potest et quasi ex altero filio. fr. 15. §. 1. cf. fr. 6. fr. 43. de adopt. 1. 7. — **§. 2.** *Nascendo quaesitus.* III. **Cn.** Viri ordinibus nati. Th. C. XII. 1. c. 95. de decurion.

Navale. *Locus, in quo naves contexuntur, aut reficiuntur.* III. **Cn.** Curatores ad exstruenda vel reficienda aedificia publica, sive palatia, sive navalia, vel mansiones. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4.

Navalis. (Adiect.) *Ad naves et navigationem spectans.* I. **Sy.** Navicularius. Cf. h. v. III. **Cn.** Vasa vinaria, et navalia. fr. 19. §. 10. de auro arg. 34. 2. Functio, Haeresis (navalis.) Th. C. VI. 2. c. 13. de Senat. et de gleb. XIII. 6. c. 9. sq. de praed. navic.

Navarchia. *Navicularia functio.* III. **Cn.** Si nec genere naviculariorum corpori cohaeret, nec navarchiae obnoxias functioni retinet facultates. Ib. XIII. 5. c. 20. de navicul.

Navarchus. *Qui singulae navi praefectus est.* III. **Cn.** Navarchi et trierarchi. fr. 1. §. 1. de B. P. ex testam. mil. 37. 13. Navarchorum coetus circiter provincias Orientis. Th. C. XIII. 5. c. 32. l. l.

Navare. *Exhibere, Praestare.* III. **Cn.** Qui sedulo operam professionibus navant. Th. C. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R.

Naucella. *Navicula.* III. **Cn.** Naucellae, [al. Navicellae,] quae piscium capiendorum causa comparatae sunt. fr. 17. §. 1. de instr. leg. 33. 7.

Nauclerus. *Navicularius, Dominus navis.* III. **Cn.** Classis summates, et nonnulli alii naucleri. Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicul. Quorum authenticum nauclerus, sive mercator, habebit. Ib. VII. 16. c. 3. de litor. et itin. cust.

Naufragium. **§. 1.** *Fractio, Submersio navis.* I. **Sy.** Casus navis. Th. C. XIII. 9. c. 1. sq. de naufrag. III. **Cn.** Naufragia navis et ratis. fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. Qui navem a se petitam adverso tempore navigatum misit, si ea naufragio peremta est etc. fr. 36. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 12. §. 1. de usufr. 7. 1. Qui auctor seditionis fuerit, et qui naufragium [al. naufragum] suppresserit. fr. 3. §. 4. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Si naufragio, vel ruina, vel adgressu, vel quo alio modo, (simul cum patre perierit.) fr. 17. §. 7. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 15. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Piratarum, et latronum, et naufragii casus. fr. 18. pr. commod. 13. 6. cf. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio,

navique expugnata raptum, susceptum, suppressumve fuerit. Paul. V. 3. §. 2. fr. 3. pr. de feriis. 2. 12. fr. 1. pr. §. 5. fr. 3. pr. fr. 5. de incend. ruina. 47. 9. — **§. 2.** *Res, quae amissa est, periclitante nave.* III. **Cn.** Licere unicuique naufragium suum impune colligere. fr. 12. pr. ib. 47. 9. Sed nec intervenire naufragiis colligendis aut militem, aut privatum. fr. 7. ib. 47. 9.

Naufragus. *Qui naufragium passus est.* III. **Cn.** Quorum fraude aut consilio naufragi suppressi per vim fuissent. fr. 3. §. 8. l. l. 47. 9. Cf. v. Naufragium. §. 1.

Navicella. Cf. v. Naucella.

Navicula. *Parva navis.* III. **Cn.** Scapham ipsam per se parvam naviculam esse. fr. 44. de eviction. 21. 2. Retia, et nassae, et fuscinae, et naviculae, hami quoque et caetera eiusmodi usibus destinata. Paul. III. 6. §. 66.

Navicularis. (Adiect.) *Navalis.* III. **Cn.** Patrimonii sunt munera: rei vehicularis, item navicularis, decemprimatus. fr. 1. §. 1. de muner. et hon. 50. 4.

Navicularius. *Exercitor navis, Naucle-rus.* III. **Cn.** Navicularius, vel magister navis. fr. 1. §. 3. naut. caup. 4. 9. Th. C. XIII. 5. c. 37. de navicul. Negotiatores, qui annonam urbis adiuvant, item navicularii, qui annonae urbis serviunt. fr. 5. §§. 3. 9. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 9. §. 1. de decurion. 50. 2. Collegia Romae certa sunt, — veluti pistorum, et quorundam aliorum, et naviculariorum, qui et in provinciis sunt. fr. 1. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Th. C. VI. 29. c. 11. §. 1. de curios. Navicularii ad consortium pistorum urbicorum nominati. Ib. XIII. 5. c. 2. Si navicularius originalis levamentarius fuerit. Ib. c. 1. l. l. Linteones et navicularii. Ib. c. 13. l. l.

Navicularius. (Adiect.) *Ad navicularios pertinens.* I. **Sy.** Navalis, Navicularia (functio etc.) Th. C. VI. 2. c. 13. de Senat. et de gleb. XIII. 6. c. 9. sq. de praed. navicul. III. **Cn.** Corpus naviculariurn. Ib. c. 4. l. l. Naviculariae translationis munus. Ib. XIII. 5. c. 18. cf. c. 12. de navicul. Conditioni naviculariae, Iuri, s. Nomini naviculario (obnoxium.) Ib. c. 35. l. l. XIII. 6. c. 3. c. 5. Facultates naviculariae. Ib. c. 4. l. l.

Navigabilis. (Adiect.) *Qui navigari potest.* III. **Cn.** Sive derivetur aqua, ut exiguior facta minus sit navigabilis. fr. 1. §. 15. de fluminib. 43. 12. Si aut navigabile est (sc. publicum flumen,) aut ex eo aliud navigabile fit. fr. 2. cf. fr. 1. §. 12. ib. 43. 12. fr. 10. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Navigare. *Navem agere. Per aquam vehi.* I. **Sy.** Trans mare, Navigatum, Navigandum (mittere navem.) fr. 16. §. 1. fr. 36. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 12. §. 1. de usufr. 7. 1. Vehi trans mare. fr. 1. de naut. foen. 22. 2. III. **Cn.** Si quis in mari piscari, aut navigare prohibeatur. fr. 2. §. 9. ne qu. in loco pub. 43. 8. Si solus naviget, si solus peregrinetur. fr. 29. §. 1. pro soc. 17. 2. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Paul. II. 23. §. 1. III. 7. §. 1. Licet gratis navigaveris, vel in caupona gratis deverteris. fr. 6. pr. naut. caup. 4. 9. Vt per lacum, fossam, stagnum publicum navigare liceat. fr. 1. pr. ut in flum. pub. 43. 13. cf. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. fr. 1. §. 6. de exerc. act. 14. 1. Interest, utrum etiam ipsae (sc. merces) periculo creditoris navigent. fr. 1. de naut. foen. 22. 2. Navis ad hoc paratur, ut naviget. fr. 12. §. 1. de usufr. 7. 1. Paul. II. 14. §. 3. Qui in ea navi navigandi causa fuisset. — Qui adhibentur, ut navis naviget. fr. 1. pr. §. 1. furti adv. naut. 47. 5. cf. fr. 1. §§. 2. sq. naut. caup. 4. 9.

Navigatio. *Actus navigandi.* I. **Sy.** Iter navigii. fr. 1. pr. §§. 12. 14. sq. de fluminib. 43. 12. III. **Cn.** Si quid fiat, quo deterior statio et navigatio fiat. fr. 1. §§. 12. 15. l. l. 43. 12. fr. 1. pr. §. 2. de ripa mun. 43. 15. Diplomate usus, aut felici navigatione, (maturius pervenire.) fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. Impendente metu mortis, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli. Paul. II. 23. §. 1. fr. 3. de m. c. don. 39. 6.

Navigium. **§. 1.** *Navis.* I. **Sy.** Navis. fr. 1. §. 14. de fluminib. 43. 12. Th. C. XIII. 5. c. 14. §. 1. de navicul. XIV. 21. c. 1. de naut. Tib. III. **Cn.** Navigii adpellatione etiam rates continentur. fr. 1. §. 14. de fluminib. 43. 12. Ne quid in flumine publico, neve in ripa eius immittas, quo statio iterve navigio deterior sit, fiat. fr. 1. pr. §§. 14. 17. ib. 43. 12. — **§. 2.** *Actus navigandi.* I. **Sy.** Navigatio. c. 2. sq. de naut. foen. 4. 23. III. **Cn.** Mutuam pecuniam nauticam accepit, — idque creditum esse in omnes navigii dies etc. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1.

Navis. *Vas maius, in quo per aquam vehimur.* I. **Sy.** Navigium. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quominus illi in flumine publico navem, ratem agere, quove minus per ripam onerare, exonerare liceat, (interdicam.) fr. 1. pr. ut in flum. pub. 43. 14. Si quid in nave, rateve, perierit. Paul. II. 31. §. 18. Navem accipere debemus, sive marinam, (sive fluviatilem,) sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit. fr. 1. §. 6. de exerc. act. 14. 1. Naves longae atque onerariae; — piscatoriae, aut si quae actuariae voluptatis causa. fr. 2. pr. de captiv. 49. 15. cf. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Non minorem quam X millium modiorum navem fabricare, et Romam VI annis frumentum portare. Vlp. III. 6. cf. 1. fr. 3. de vac. et excus. 50. 5. fr. 5. §. 5. de iure immun. 50. 6. Si — ex meis tabulis navem, aut armarium, aut subsellium fabricaveris. Gai. II. 79. Si ad armandam, instruendamve navem, vel nautas exhibendos, mutuatus est. fr. 1. §. 8. fr. 7. pr. de exerc. act. 14. 1. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2. fr. 5. sq. Qui potior. 20. 4. fr. 26. de reb. auct. iud. 42. 5. Arbor, aut aliud navis instrumentum. Armamenta navis. fr. 3. de L. Rhod. 14. 2. cf. fr. 3. §. 1. de R. V. 6. 1. Omnia, quae coniuncta navi essent, velut gubernacula, malus etc. fr. 44. de eviction. 21. 2. fr. 29. de instr. leg. 33. 7. Qui naves, cauponas, stabula exercebunt. fr. 1. pr. furti adv. naut. 47. 5. Magister, — Exercitor, navis. Gai. IV. 71. fr. 1. §§. 1. 3. 5. 12. de exerc. act. 14. 1. Qui adhibentur, ut navis naviget (h. e. nautae.) fr. 1. pr. §. 1. furti adv. naut. 47. 5. cf. fr. 1. §§. 2. sq. naut. caup. 4. 9. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, susceptum, suppressumve fuerit. Paul. V. 3. §. 2. cf. II. 31. §. 18. fr. 3. pr. de feriis. 2. 12. fr. 1. pr. fr. 3. §§. 1. sqq. fr. 6. de incend. ruina. 47. 9. Si, levandae navis gratia, iactus

mercium factus est. fr. 1. fr. 4. pr. de L. Rhod. 14. 2. Paul. II. 7. §. 1.

Naviter, s. **Gnaviter.** (Advb.) *Strenue, Diligenter.* III. ***Cn.*** Nav. servanda et custodienda. Th. C. VI. 27. c. 23. de agent. in reb. Gnaviter observari. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37.

Naulum. *Merces, quae exercitori navis solvitur a vectore.* I. ***Sy.*** Vecturae navium. fr. 29. de hered. pet. 5. 3. fr. 39. §. 1. de legat. I. (30.) III. ***Cn.*** Si quis in merces obligatas crediderit, vel ut salvae fiant, vel ut naulum exsolvatur. fr. 6. §. 1. Qu. potior. 20. 4. Operae servorum, vel vecturae iumentorum, vel naula navium. fr. 39. §. 1. l. (30.)

Naupegus. *Picator, Fabricator, navium.* III. ***Cn.*** Architectus, gubernatores, naupegi. fr. 6. de iure immun. 50. 6.

Nauta. *Qui ad agendam navem in navi adhibetur.* I. ***Sy.*** Qui navis navigandae causa in nave est. fr. 1. §. 2. naut. caup. 4. 9. fr. 1. §. 2. de exerc. act. 14. 1. fr. 1. pr. §. 1. furti adv. naut. 47. 5. II. ***Op.*** Remex. Mesonauta. fr. 1. §. 2. naut. caup. 4. 9. III. ***Cn.*** In classibus omnes remiges et nautae (milites sunt.) fr. 1. §. 1. de B. P. ex testam. mil. 37. 13. Nautae, caupones, stabularii. fr. 1. pr. fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9. Quodsi, absente domino, id a magistro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum sit. fr. 11. §. 2. de publican. 39. 4. Debet exercitor omnium nautarum suorum — factum praestare. fr. 7. pr. naut. caup. 4. 9.

Nauticus. (Adiect.) *Ad navigationem spectans.* I. ***Sy.*** Traiecticia, Nautica (pecunia.) fr. 1. §. 7. l. l. 4. 9. fr. 1. sqq. de naut. foen. 22. 2. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1. Maritimae usurae. Nauticum foenus. fr. 1. sq. fr. 6. de naut. foen. 22. 2.

Ne. (Advb.) **§. 1.** *Vt non. Quominus.* I. ***Sy.*** Vt non. fr. 1. §. 6. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 32. sq. de pact. 2. 14. Quominus. fr. 2. sq. l. 2. 10. III. ***Cn.*** Et non puto, ne (mea conditio deterior fiat.) fr. 3. §. 4. Qu. quisqu. iur. 2. 2. Illud eleganter Praetor excepit, — et recte, ne scilicet etc. fr. 4. ib. 2. 2. Id esse concessum, — ne quis eorum nullo [al. ullo] munere civili, neque in operibus publicis conveniatur, neque in nulla [al. ulla] collatione. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. cf. Iust. C. c. 1. eod. 12. 47. Cum sic redit in potestatem, ne (amittere eius possessionem possimus.) fr. 13. §. 2. de V. S. 50. 16. Pactum, ne omnino peteretur. Gai. IV. 121. fr. 7. §§. 8. 13. sqq. de pact. 2. 14. Promissum, v. Datum, ne etc. fr. 7. §. 3. ib. 2. 14. fr. 6. sq. de calumn. 3. 6. Distrahi, s. Venire, ea lege, ne etc. fr. 1. fr. 7. de serv. export. 18. 7. Non permitti, ne forte etc. fr. 17. pr. de adopt. 1. 7. Prohiberi oportere, ne quid etc. fr. 8. §. 2. de R. D. 1. 8. cf. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Impune non pareri, — ne finis non sit. fr. 32. §. 16. de rec. qu. arb. 4. 8. Exheredare nominatim debeo, ne non iure faciam testamentum. fr. 13. de iniust. rupt. 28. 3. Caveri, Edici, etc. ne. Gai. II. 227. fr. 9. de iurisd. 2. 1. fr. 1. §§. 5. 7. sq. 11. de postul. 3. 1. Regula, ne etc. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Non.* I. ***Sy.*** Non (fecisse.) fr. 13. §. 2. de iureiur. 12. 2. Vt ne. Ne. Gai. I. 27. III. ***Cn.*** Non hoc consequitur, ut ne — sed etc. fr. 119. de legat. I. (30.) Verba, v. Sanctionem, facere ut ne etc. fr. 12. §. 1. Qui et a qu. man. 40. 9. c. 6. de inst. et subst. 6. 25. Inserere pactum: Vti ne. fr. 10. de serv. export. 18. 7. Cavere, v. Lege etc. contineri, ut ne etc. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. fr. 4. de testib. 22. 5. Dum tamen ne (prope ipsam condemnationem id fiat.) fr. 29. §. 2. de eviction. 21. 2. — **§. 3.** *Nec. Adeo non. Ne quidem.* III. ***Cn.*** Pedius putat, ne [al. nec] furtum eum facere. fr. 21. §. 2. de act. rer. amot. 25. 2. Respondi, ne hoc quidem. fr. 67. §. 4. de cond. indeb. 12. 6. Dicat aliquis, hoc ne exigi, an administretur tutela. fr. 31. pr. de excusatt. 27. 1. Ac ne si b. f. liber homo mihi serviat, mecum — agi potest. fr. 13. §. 1. de interr. in iure. 11. 1.

Ne. (Partic. interrogat.) *Vtrum, Num.* I. ***Sy.*** Vtrum. An. fr. 4. pr. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. An non. Nec ne. Vlp. XXII. 27. Gai. II. 162. 164. fr. 2. §. 2. de B. P. s. t. 37. 11. III. ***Cn.*** Videndum, s. v. Videamus, ne non sit, v. possit etc. Vatic. §§. 49. 55. fr. 13. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 43. de hered. pet. 5. 3. fr. 4. §. 1. de V. O. 45. 1. Dispiciamus, s. Inspiciendum est, ne (nihil vetet etc.) fr. 38. de S. P. R. 8. 3. fr. 27. pr. de cond. inst. 28. 7. fr. 6. de fideic. libb. 40. 5. Vtrum (expediat etc.) — nec ne? Vlp. XXII. 27. fr. 10. §. 1. de reb. dub. 34. 5. Excutiantur omnes, — ne qua praegnans sit. fr. 1. §. 10. de inspic. vent. 25. 4.

Nebulae. *Ambages, Praestigiae.* III. ***Cn.*** Per alias competitionum nebulas amisisse (loca publica.) Th. C. II. 23. c. 1. §. 1. de R. V.

Nec, s. **Neque.** (Coniunct.) **§. 1.** *Non, v. Ne.* I. ***Sy.*** Non (manifestum,) Nec (manif., sc. furtum.) fr. 13. §. 7. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 2. fr. 8. de furt. 47. 2. Non vi, non clam etc. Nec vi, nec clam. Gai. IV. 150. fr. 1. §. 7. de cloac. 43. 23. Non magis quam. Ne, ne. Neque, neque. fr. 5. fr. 6. pr. §§. 1. sq. 4. sqq. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 4. de off. Praet. 1. 14. Non solum, Nec sol. fr. 123. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Neque (ius dicere,) sed nec etc. fr. 5. de feriis. 2. 12. cf. fr. 10. §. 8. de in ius voc. 2. 4. fr. 26. §. 2. Qu. ex c. mai. 4. 6. Vtique nec (litigatur de parte.) fr. 3. §. 10. de Carb. edict. 37. 10. Recipiendae, nec ne (adpellationes.) Th. C. XI. 30. c. 60. de adp. et poen. fr. 16. eod. 49. 1. Sicut ei — nihil obest, ita nec prodest ei. fr. 15. §. 7. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 38. de R. I. 50. 17. Gai. III. 126. Non pertinere, aut nec posse pertinere. fr. 115. de V. S. 50. 16. Non posse, — nec est etc. Gai. I. 59. IV. 187. Non differtur controversia, nec enim patitur impubes, — sed facit (sc. status controversiam.) fr. 3. §. 10. de Carb. edict. 37. 10. Valere, nec, quasi contra iuris formam factum, non esse servandum. fr. 7. §. 15. de pact. 2. 14. In ius vocari non oportet neque Cos., neque etc. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Non placet neque mihi neque Pomponio. fr. 6. fam. ercisc. 10. 2. Quamvis id contrectare, nec tollere solus possit. fr. 21. §. 9. de furt. 47. 2. Vendere, ac per hoc servare, nec occidere. fr. 4. §. 2. de statu hom. 1. 5. Quamvis Praetor, vel Praeses sit, nec furor ei magistratum abroget. fr. 8. §. 1. de tut. et cur. dat. 26. 5. Quodsi ratio consti-

terit, neque desertorem fuisse adparuerit. fr. 15. de R. M. 49. 16. Si victus sis, nec ipsam restituas, nec litis aestimationem sufferas etc. Gai. IV. 89. Onus peregrinationis incumbat, nec cura publica — committatur. Th. C. XII. 1. c. 189. de decurion. Vt singulis urbibus — electio celebretur, nec vero iudicemus, ut etc. Ib. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. — **§. 2.** *Ne quidem.* II. ***Op.*** Non consentiente muliere. — Nec si mulier consentiebat. c. 1. §. 15. de R. U. A. 5. 13. cf. Pr. I. Qu. alien. lic. 2. 8. III. ***Cn.*** Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, si nec hi sunt etc. Vlp. XXVI. 1. Qui (sc. libertinus) nec patrem habuisse videtur, cum servilis cognatio nulla sit. Id. XII. 3. Mulier — nec ex testamento militis aliquid capere potest. fr. 41. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Quemadmodum incipere alias non possunt, ita nec remaneant. fr. 71. pr. de fideiuss. 46. 1. Non tantum autem civiliter, sed nec naturaliter obligatur. fr. 1. §. 2. de V. O. 45. 1. Ancillarum partus non retinebit, nec foetus pecorum. fr. 58. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. — **§. 3.** *Nec non, i. e. Et tamen.* III. ***Cn.*** Nec non et caeteri. fr. 23. de h. qu. not. infam. 3. 2. cf. fr. 9. pr. de pact. 2. 14. Nec non etiam alio casu. fr. 141. de V. S. 50. 16.

Necare. *Necem adferre, Interimere.* I. ***Sy.*** Occidere. Cf. h. v. Interimere. Cf. h. v. §. 1. Perire, Necari (fame.) fr. 1. §. 3. de ventre in poss. 37. 9. fr. 5. §. 3. de Carb. edict. 37. 10. III. ***Cn.*** Necare videtur, non tantum is qui partum perfocat, sed et is qui abiicit, et qui alimonia denegat. fr. 4. de agnosc. et alend. 25. 3. Qui aliqua potestate praeditus, civem R. — adpellantem necarit, necarive iusserit, torserit, verberaverit, condemnaverit, inve publica vincula duci iusserit. Paul. V. 26. §. 1. fr. 7. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Vinctus, verberatus, igni necari iubetur. fr. 9. de incend. ruina. 47. 9. fr. 8. §. 3. de poen. 48. 19. Qui venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit. fr. 3. pr. cf. fr. 1. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 23. §. 1. Coll. LL. M. I. 3. Vbi quis incuria necatus est, vel medici insidiis. fr. 5. §. 3. de S.C. Silan. 29. 5. Si quis alienum hominem, aut pecudem, incluserit et fame necaverit. Gai. III. 219. fr. 29. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2.

Necdum. (Advb.) *Nondum, Neque dum.* III. ***Cn.*** Si quis rem, quam vendidisset, necdum tradidisset, alii legasset. fr. 32. locat. 19. 2.

Necessarie, s. Necessario. *Ex necessitate.* II. ***Op.*** Nulla necessitate, sed sponte (praestare, v. obire.) fr. 214. de V. S. 50. 16. Vtiliter (expendere.) fr. 51. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 8. depos. 16. 3. fr. 55. §. 1. locat. 19. 2. III. ***Cn.*** Quod necessarie obimus, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet potestatem. fr. 214. l. 50. 16. Quod vel data opera faceret, vel quia aliis locis necessario distringeretur. fr. 1. de eo qu. c. loc. 13. 4. Consensu obligari necessario. fr 52. §. 4. de O. et A. 44. 7. Si necessario rem emerit. fr. 22. de N. G. 3. 5. Quae necessario desiderantur ad etc. fr. 30. de lib. et posth. 28. 2. Et necessario sequitur, ut etc. fr. 5. §. 5. de praescr. vv. 19. 5.

Necessarius. (Adiect.) **§. 1.** *Necessitate urgente impositus, Non omittendus.* I. ***Sy.*** Desiderari, Exigi, Necessarium esse, Opus esse. fr. 6. sqq. de adopt. 1. 7. fr. 9. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Vlp. XI. 25. sqq. Quod alimentis necessarium est. Ea, quibus utimur. Necessaria (p. se pos.) Annonae. fr. 5. §. 3. de Carb. edict. 37. 10. fr. 43. sq. de V. S. 50. 16. Th. C. VIII. 6. c. 1. sq. de tractor. et stativ. II. ***Op.*** Necessarium. — Supervacuum. Gai. IV. 106. sq. fr. 20. §. 4. de bon. libert. 38. 2. Necessariae, — Vtiles, Voluptuosae, s. Voluptariarum rerum, (impensae.) Vlp. VI. 14. sqq. fr. 38. sq. de hered. pet. 5. 3. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. fr. 4. fr. 14. pr. de imp. in res dot. 25. 1. III. ***Cn.*** Salutaris ac necessaria (ars.) Th. C. XIII. 3. c. 14. de medic. et prof. Si quis ita spado est, ut tam necessaria pars corporis et [al. ei] penitus absit. fr. 7. de Aedil. edict. 21. 1. cf. Gai. III. 193. Aedificare necessaria, s. villam cogendis et conservandis fructibus necessariam. fr. 50. de usufr. 7. 1. fr. 32. §. 5. de usu et usufr. leg. 33. 2. Si operi necessarios prohibuit quis venire. fr. 1. §. 8. de mortuo infer. 11. 8. Si necessariam sibi rem emit, quam necessario de suo erat emturus. fr. 47. §. 1. de solut. 46. 3. Qui necessariis oneribus succurrit. fr. 21. pr. de donat. int. V. 24. 1. Si vel usus tam necessarius esset, ut eo (sc. servo) carere non expediret. fr. 35. de fideic. libb. 40. 5. Vbi decretum necessarium est, (per libellum id expedire Procos. non poterit.) fr. 9. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 7. §. 19. fr. 8. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 2. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Non voluntarius.* I. ***Sy.*** Qui invitus heres existat, s. iuris necessitate hereditati adstringitur. Necessarius heres. Gai. II. 37. 152. sqq. III. 87. fr. 12. Qu. testam. fac. p. 28. 1. II. ***Op.*** Voluntaria, — Necessaria (satisdatio, v. emtio.) fr. 7. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. Sua sponte, Suo arbitrio, Voluntarius, — Necessarius (heres.) Gai. II. 152. sqq. 188. fr. 3. §. 3. fr. 86. §. 1. de hered. inst. 28. 5. fr. 15. sq. de A. v. O. H. 29. 2. III. ***Cn.*** Necessaria absentia et improvisa. fr. 6. ubi pup. 27. 2. Paul. I. 7. §. 2. Moram necessariam pati (in itinere.) fr. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Domicilium necessarium habere. fr. 22. §. 3. ad munic. 50. 1. Necessarius heres, — sive velit, sive nolit, omni modo post mortem testatoris protinus liber et heres est. Gai. II. 153. fr. 12. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Heredes aut necessarii, aut sui et necessarii. Ib. II. 152. 160. Vlp. XXII. 24. Et suus heres, et servus necessarius. fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. Filius, et caeteri necessarii. fr. 6. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 7. §. 5. de minor. 4. 4. — **§. 3.** *Qui cognationis, aut necessitudinis vinculo aliis coniunctus est.* I. ***Sy.*** Qui aut cognati, aut adfines sunt. Necessarii. Fr. C. Ael. Galli I. Cti. Ap. Festum v. Necessarii. Liberi, fratres, parentes, (patronus, patrona, aut parentes patroni, patronae, liberive, — vel uxor, vel nurus.) Necessariae personae. Necessarii (p. se.) fr. 20. sq. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 1. sqq. in ius voc. ut eant. 2. 6. fr. 2. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. II. ***Op.*** Proximae, necessariaeque personae. — Extranei. Cf. v. Extraneus. §. 3. III. ***Cn.*** Necessariae, coniunctissimaeque personae. Th. C. VIII. 12. c. 5. de donat. Necessarii angusti. Vatic. §. 314. Re-

Requirat necessarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habet. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Suspectos facere curatores suos, — dummodo (ex) consilio necessariorum id faciant. fr. 7. pr. de susp. tut. 26. 10. Ex dote expendere, ut a latronibus redimeret necessarias mulieri personas. fr. 21. sol. matrim. 24. 3.

Necesse. (Adiect.) *Necessarium. Non evitandum.* I. **Sy.** Necessitas. fr. 2. §§. 9. 12. de O. I. 1. 2. fr. 1. §§. 1. sq. 4. Qu. sent. sine app. 49. 8. Necessarium (esse.) Debere. Oportere. fr. 8. §§. 13. 15. sq. de transact. 2. 15. fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. II. **Op.** Etiam posse. — Omnino nec. habere. c. 1. Quom. et qu. iud. 7. 43. III. **Cn.** Lata est lex, — qua cautum est, — itaque nec. est, ut etc. Gai. II. 227. Quod ipsi per nos — agere possumus, hoc non est nec. cum maiore difficultate — quaerere. Ib. II. 25. Nec adpellare nec. est, et citra provocationem corrigitur. fr. 1. §. 1. Qu. sent. sine app. 49. 8. Non autem nec. habebit praestare, etiamsi potest. fr. 6. pr. de agnosc. et alend. 25. 3. Is, cui [al. qui] parere nec. habet, s. cui parere nec. sit. fr. 167. §. 1. fr. 169. pr. de R. I. 50. 17. Vltra, quam nec. fuerat. fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16.

Necessitas. **§. 1.** *Compulsio, Coactio, Obligatio.* I. **Sy.** Necesse (esse, v. habere.) Cf. h. v. Compellere. Necessitatem imponere. fr. 2. §. 3. de iudic. 5. 1. Vis. Necessitas imposita contraria voluntati. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. II. **Op.** Voluntas (et officium.) fr. 26. §. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. fr. 1. §. 2. depos. 16. 3. fr. 18. de adim. legat. 34. 4. Arbitrium, Consensus. fr. 40. de LL. 1. 3. fr. 50. de R. N. 23. 2. fr. 52. pr. §. 7. de O. et A. 44. 7. Liberalitas. fr. 33. de iure dot. 23. 3. Cernendo, aut pro herede gerendo, — Iuris necessitate (heres fieri, s. hereditati adstringi.) Gai. III. 87. III. **Cn.** Qui aliqua necessitate urgente, vel necessitatis suspicione, (gessit.) — Qui sponte, et nulla necessitate cogente, (immiscuit se.) fr. 3. §. 10. de N. G. 3. 5. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. fr. 214. de V. S. 50. 16. Haec res libera et soluta est, et extra necessitatem iurisdictionis posita. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 16. §. 2. de curat. furios. 27. 10. Non suo vitio, sed necessitate iuris, (bonorum venditionem pati.) Gai. II. 154. Officii necessitas et tutoris fides (excusata esse debet.) fr. 22. cf. fr. 5. §. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9. Servos, cum dominis suis parent, necessitate potestatis excusari. fr. 15. §. 3. de L. Corn. de fals. 48. 10. Non libera voluntate exsequitur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate servili. fr. 19. §. 2. de N. G. 3. 5. Non imponi necessitatem (Proconsuli, sc. suscipiendae cognitionis etc.) fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Iniungitur necessitas dandi (magistratibus.) fr. 2. §. 23. ad S.C. Tert. 38. 17. Subiicere aliquem necessitati (satisdationis.) fr. 31. pr. de reb. auct. iud. 42. 5. Remitti necessitatem (iudicandi etc.) fr. 46. de iudic. 5. 1. fr. 35. de fideic. libb. 40. 5. Gai. I. 115. a. Est alicui necessitas, Habere necessitatem (defendendi etc.) fr. 4. si ex nox. c. 2. 9. fr. 4. pr. de R. C. 12. 1. fr. 30. de cond. et dem. 35. 1. Necessariae (sc. impensae,) quae habent in se necessitatem impendendi. fr. 1. §. 1. de impens. in res dot. 25. 1. Ex necessitate (facere.) fr. 33. §. 5. de procur. 3. 3. fr. 15. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 17. de sponsal. 23. 1. — **§. 2.** *Periclitatio, Discrimen.* III. **Cn.** Variis Praesidum occupationibus, vel etiam civilium officiorum necessitatibus districti. fr. 15. §. 5. ad S.C. Turp. 48. 16. Secundum necessitatem temporum ac rerum, (utilibus inutilia permutare.) fr. 1. de contr. emt. 18. 1. cf. Th. C. VIII. 5. c. 16. §. 1. de cursu pub. Vsu exigente, et humanis necessitatibus. §. 2. I. de I. N. 1. 2. cf. §. 13. I. de testam. ord. 2. 10. Quorundam necessitatibus facilius succursurus (sc. iudex,) quorundam aegritudini. fr. 5. §. 2. de agn. et alend. 25. 3. cf. §. 6. I. de curat. 1. 23. Qui contemplatione extremae necessitatis, aut alimentorum gratia, (filios suos vendiderint.) Paul. V. 1. §. 1. Rem abiicere, vel necessitate rei familiaris, vel alia causa, cogi. fr. 36. §. 1. mand. 17. 1. cf. fr. 2. §. 1. de iure immun. 50. 6. Vatic. §. 26. Pauperes, et positi in necessitatibus. Th. C. XIII. 1. c. 5. de lustr. collat. Si quos forte necessitas captivitatis abduxit. Ib. V. 5. c. 1. cf. c. 2. pr. de postlim. — **§. 3.** *Quod publice praestandum est, vel agendum.* I. **Sy.** Actus (publici.) Vtilitates, Necessitates (publicae.) c. 4. de adsessor. 1. 51. Th. C. XIII. 7. c. 2. de navib. n. excus. Munera, Necessitates (curiarum.) Ib. XII. 1. c. 16. sq. c. 46. c. 57. c. 65. c. 177. pr. de decurion. Collatio. Necessitates. Ib. XI. 1. c. 15. de annon. et tribut. III. **Cn.** Necessitas ac devotio (rei annonariae.) Ib. XI. 1. c. 29. de annon. et tribut. Commodis publicis et statutis necessitatibus (obsistere.) Ib. c. 25. l. l. Vel necessitatibus nostris, vel expeditionibus bellicis profuisse. Ib. VI. 24. c. 6. de domest. et protect. XII. 1. c. 95. de decurion. Civilibus muneribus, aliisque necessitatibus (obsecundare.) Ib. c. 78. l. l. Ratiociniis, vel necessitatibus (obnoxius.) Ib. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Nihil sibi necessitatis usurpent, nullorum actibus misceantur. Ib. VII. 12. c. 3. de commeat. Arbitrii tui officiique publicas necessitates instruant. Ib. I. 12. c. 6. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Si — oppidanea necessitas eum detinet obligatum. Ib. XII. 1. c. 46. de decurion. Ad necessitates Illyricianas (coarctari.) Ib. XI. 17. c. 4. de equor. collat. Principales necessitates in publicum proferre. Ib. XI. 7. c. 11. de exaction. XI. 36. c. 32. Quor. app. n. rec.

Necessitudo. **§. 1.** *Necessitas, Compulsio.* II. **Op.** Vltro, — Cum necessitudine (reverti.) fr. 5. pr. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Vinculum, quod inter cognatos, vel adfines, item coniuges, et amicos, intercedit.* I. **Sy.** Ius cognationis, vel adfinitatis. fr. 12. de I. et I. 1. 1. Proximitas. Th. C. IX. 7. c. 8. ad L. Iul. de adult. Qui qualibet necessitudine copulati sunt. Propinqui. Ib. XII. 1. c. 49. §. 1. de decurion. Vtriusque necessitudinis, Et nostri, et nuptarum nobis (cognati, vel adfines.) Vatic. §§. 158. 216. sqq. III. **Cn.** Si tutor aliquo vinculo necessitudinis, vel adfinitatis, pupillo coniunctus sit. fr. 9. de susp. tut. 26. 10. Cognati, vel adfines, et si qui alii forte sunt, quos verisimile est defensionem — non omissuros,

vel propter necessitudinem, vel propter caritatem, vel qua alia ratione. fr. 5. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 50. §. 3. de legat. I. (30.) Si is, quem nominaverit, et potior necessitudine, et idoneus re fideque (reprehendatur.) Vatic. §. 157. cf. §. 210. Cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur. Gai. III. 24. Cognati, vel adfines, utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt. — Caeteri cognati, vel adfines, amicive. Vatic. §§. 158. 216. sqq. Ne quis, occasione iuris, sanguinis necessitudinem vinceret. Coll. LL. M. XVI. 9. cf. VI. 4. c. 6. de susp. tut. 5. 43. Quae pietate necessitudinis ductae ad hoc procedunt, utputa mater, nutrix quoque et avia. fr. 1. §. 7. eod. 26. 10. — **§. 2.** ***Persona ipsa, quae propinquitatis iure nobis coniuncta est.*** I. **Sy.** Nostri, Necessitudines nostrae, Adfectus, Adgnatio. Th. C. IV. 4. c. 2. pr. de testam. et codic. Cf. v. Adfectio, Adfectus. §. 3. Propinqui. Propinquorum necessitudo. Ib. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Cf. v. Adgnatio. §. 3. III. **Cn.** Ne filiae tutoribus, sed potius necessitudini res committerentur. fr. 3. §. 3. de usur. 22. 1. Quae — nobis, necessitudinibusve nostris, relinquuntur. Th. C. IV. 4. c. 2. pr. 1. Ex transversa linea, — praeterquam ab his necessitudinibus, quas locati sumus. Ib. VIII. 18. c. 6. de matern. bon.

Necne. Necnon. Cf. v. Ne. v. Nec. §§. 1. 3.

Nectere. §. 1. *Implicare.* III. **Cn.** Si dominos inter supplicia, nullo interrogante, nexuerint. Nov. Val. III. de sepulc. viol. II. 23. c. 1. §. 3. — **§. 1. A.** ***Moliri, Machinari.*** III. **Cn.** Insontibus calumnias nexuisse. Th. C. VI. 29. c. 1. de curios. Artibus moras nectere. c. 1. pr. de suffrag. 4. 3. — **§. 2.** ***Obligare.*** I. **Sy.** Obstringere (creditori, sc. res.) c. 2. de crim. stellion. 9. 34. Obligare (iure pignoris.) fr. 22. §. 1. de iure fisci. 49. 14. c. 1. sq. c. 7. de distract. 8. 28. Dare (pignori,) Supponere. c. 3. c. 5. c. 7. c. 10. de pign. act. 4. 24. Teneri (obnoxium.) Necti (fisco etc.) Th. C. IX. 42. c. 1. §. 3. de bon. proscr. XIII. 1. c. 13. de lustr. collat. III. **Cn.** Nexum est, quodcunque per aes et libram geritur, idque necti dicitur. Fr. C. Ael. Galli. I. Cti. Ap. Festum v. Nexum. Si eo crimine nexus fuit, ut etc. fr. 3. §. 3. de h. qu. ante sent. 48. 21. Voluntariae obligationi semel vos nexos, ab hac — non posse discedere. c. 5. de O. et A. 4. 10. Cf. v. Nexus. §. 2. — **§. 3.** ***Addere, Adplicare.*** I. **Sy.** Adcorporare, Adnectere (fisco.) Cf. h. vv. Adgregare, Congregare (curiae.) Cf. h. vv. Vindicare (fisci viribus etc.) Th. C. VII. 18. c. 6. §. 1. c. 7. de desertor. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. III. **Cn.** His etiam et illud nectimus, ut etc. Ib. XVI. 5. c. 14. de haeretic. Fisci rationi nectantur ea loca. Ib. c. 33. l. 1.

Nefandus. (Adiect.) *Infandus, Nefarius.* III. **Cn.** Nefanda prodigia sectarum. Superstitio nefanda. Ib. c. 6. §. 1. l. 1. XVI. 9. c. 4. ne christ. manc. Conatus nefandi. Ib. IX. 6. c. 1. sq. ne praet. crim. mai. Scelus nefandissimum. c. 2. si nupt. ex rescr. 5. 8.

Nefarie. (Advb.) *Impie.* I. **Sy.** Inhoneste. Cf. h. v. II. **Op.** Caste sancteque. — Nefarie incesteque. Coll. LL. M. VI. 4.

Nefarius. (Adiect.) *Sceleratus, Impius.* I. **Sy.** Illicita incestaque (matrimonia.) Nefaria (coniunctio.) Coll. LL. M. l. l. III. **Cn.** Nefariae atque incestae nuptiae. Gai. I. 64. cf. 59. Iul. ep. nov. c. 32. §. 110. Proprie nefaria est huiusmodi coniunctio, et ideo huiusmodi facinus prohibendum. fr. 1. §. 3. de concub. 25. 7. Facinora nefaria. Coll. LL. M. l. l. Preces nefariae, aut magici adparatus. Th. C. IX. 16. c. 7. de malefic.

Nefas. *Iniuria, Impium facinus.* II. **Op.** Fas. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Iure fecisse existimari. — Nefas esse. fr. 3. cf. fr. 1. §. 4. fr. 2. de I. et I. 1. 1. III. **Cn.** Nefas credere est, s. existimatur. Coll. LL. M. VI. 4. fr. 55. pr. de R. N. 23. 2. Ea, quam nefas sit ducere. fr. 9. §. 3. de lib. et posth. 28. 2. fr. 4. §. 7. de grad. et adf. 38. 10.

Nefastus. (Adiect.) *Contrarius solemnibus in iure celebrandis.* I. **Sy.** Quo non licebat lege agere, Nefastus (dies.) Gai. IV. 29.

Negare. §. 1. *Inficiari.* I. **Sy.** Inficiari. Cf. h. v. §. 1. Recusare (sc. fideiussorem.) Negare (idoneum.) fr. 7. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. II. **Op.** Contendere, Dicere. fr. 2. pr. si servit. 8. 5. fr. 6. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Fateri. Cf. h. v. §. 1. Confiteri. fr. 20. de inoff. testam. 5. 2. Negantes. — Convicti. c. 9. de O. et A. 4. 10. III. **Cn.** Si negent, — aut non negent, sed taceant. fr. 5. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. Gai. II. 24. Si — ideo nolit solvere, — quod neget, aut dubitet, an hereditas pertineat etc. fr. 42. de hered. pet. 5. 3. Qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem. fr. 52. de R. I. 50. 17. Qui se negat possidere, cum vere non possideret. fr. 25. de R. V. 6. 1. Sin falso neget. fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Sponsio, qua periclitatur reus, si temere neget. Qui iusto errore ductus negaverit etc. fr. 11. §. 10. de interr. in iure. 11. 1. Si negetur iudicatum esse, vel ignorari potest an iudicatum sit. fr. 11. de transact. 2. 15. Si negavit, apud se esse pecuniam, et Praetor pronunciavit contra eum. fr. 7. §. 10. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** ***Abnuere, Recusare, Interdicere.*** I. **Sy.** Denegare, Prohibere. fr. 27. pr. de nox. act. 9. 4. c. 15. c. 18. sq. de h. qu. acc. n. p. 9. 1. II. **Op.** Permittere, Dare. fr. 42. §§. 5. sq. de procur. 3. 3. fr. 1. §§. 7. 10. de O. N. N. 39. 1. Competere, — Negari (actionem.) fr. 2. sq. de act. rer. amot. 25. 2. fr. 1. §. 3. de superfic. 43. 18. III. **Cn.** Negat lex regia, (humari etc.) fr. 2. de mort. infer. 11. 8. Negato coniugio, quod fuerat ante promissum etc. Th. C. III. 10. c. 1. si nupt. ex rescr.

Negatio. *Actus negandi.* I. **Sy.** Inficiatio. Paul. I. 19. §. 2. cf. Interpr. h. l.

Negativus. (Adiect.) *Ad negandum inserviens.* I. **Sy.** Negatoria, Negativa (actio.) fr. 5. pr. si ususfr. pet. 7. 6. §. 2. I. de action. 4. 6. II. **Op.** Cum intendimus nostram esse (rem corporalem, aut ius.) — Negativa actio. Gai. IV. 3. III. **Cn.** Verba negativa. fr. 237. de V. S. 50. 16.

Negatorius. (Adiect.) Idem. I. **Sy.** Negativus. Cf. h. v. II. **Op.** Confessorius. Cf. h. v. §. 2.

Negidius. §. 1. *Fictum nomen personae* (praesertim eius, qui convenitur iudicio et intentionem

actoris inficiatur.) II. **Op.** A. Agerius. — Numerius Negidius. Cf. v. Agerius. III. **Cn.** Si paret, Numer. Negidium — dare oportere. Gai. IV. 86. 131. Si mihi Maevia, et Negidia [al. Nigidia] filiae meae heredes erunt. fr. 92. pr. de legat. III. (32.) Cuius testamento Negidium filio suo tutorem dedit. fr. 16. de excusat. tut. 27. 1. — **§. 2.** *Nomen liberti.* III. **Cn.** Negidium, Titium, Dionem, libertos meos, (peto.) fr. 33. §. 2. de usu et usufr. leg. 33. 2.

Neglectus. (Subst.) *Incuria, Contemtio.* III. **Cn.** Pro neglectu utilitatis publicae, (dignam commotionis subire censuram.) Th. C. I. 15. c. 6. de off. Vicar.)

Negligens. (Part.) *Incuriosus, Socors.* III. **Cn.** Si remansor, aut negligens suorum, aut segnis etc. fr. 5. §. 6. de R. M. 49. 16. Non enim negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis. fr. 16. ex qu. c. mai. 4. 6. Si negligens in eligendis ministeriis fuit. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2. Qui negligentiores in officio suo fuerint. fr. 14. de off. Praes. 1. 18.

Negligenter. (Advb.) *Incuriose. Indiligenter.* I. **Sy.** Segniter. Cf. h. v. Minus diligenter. fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. II. **Op.** Recte (secare etc.) Coll. LL. M. XII. 7. Imperite. Cf. h. v. §. 1. Dolo, Per fraudem (facere etc.) fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 9. §. 4. de adm. rer. ad civ. 50. 8. III. **Cn.** Nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negl. in sua causa versati sunt. fr. 24. de minor. 4. 4. Si socius quaedam negl. in societate egisset, in plerisque autem societatem auxisset. fr. 26. cf. fr. 23. §. 1. pro soc. 17. 2. Si vel plus iusto se oneraverit, vel negligentius per lubricum transierit. fr. 7. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Negligentius ignes apud se habere. fr. 3. §. 1. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15.

Negligentia. *Incuria, Socordia, Desidia.* I. **Sy.** Culpa. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Fraus. Cf. h. v. §. 1. Casus (maior.) fr. 6. §. 9. fr. 7. pr. de edend. 2. 13. fr. 12. pr. de cust. et exhib. 48. 3. III. **Cn.** Negligentia, aut culpa. Negl. atque desidia. fr. 35. de S. P. R. 8. 3. Th. C. II. 6. c. 2. de temp. cursu. Periculum contumaciae, vel negligentiae. fr. 40. de adm. et peric. 26. 7. Medici inscientia, aut domini negligentia (accidere.) fr. 52. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Negligentia et nimia cessatio (in administratione.) fr. 6. ubi pup. 27. 2. Vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas (satis expedita sit,) neque delatoria curiositas (exigatur.) fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. Lata et incauta negl., vel lascivia. Coll. LL. M. XII. 5. Dissoluta, Summa, Lata, Magna, Nimia (negligentia.) fr. 29. pr. mand. 17. 1. fr. 1. §. 2. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 7. §. 1. de susp. tut. 26. 10. fr. 1. §. 5. de O. et A. 44. 7. fr. 12. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Lata culpa, non levi, et rebus suis consueta negligentia. fr. 22. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1. Veterani, qui ex negligentia vitae, nec rus colunt etc. c. 3. de veteran. 12. 47.

Negligere. **§. 1.** *Non curare, Contemnere.* I. **Sy.** Contemnere. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ne sollicites (sc. servum,) ut fur fiat, — ne ita negligas [al. neglegas] servum, ne fur efficiatur. fr. 50. de pact. 2. 14. Praetori ea res quaerenda commissa est, non negligenda, nec donanda. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. Si praeceptum est, et neglectum. fr. 7. §. 7. cf. fr. 5. §. 9. de adm. et peric. 26. 7. fr. 1. §. 3. de L. Corn. de fals. 48. 10. Rerum mobilium neglecta atque omissa custodia. fr. 47. de A. v. A. P. 41. 2. Tam de administratis, quam de neglectis (convenire eum.) c. 6. de testam. tut. 5. 28. Si possessor hereditatis negligat [al. neglegat;] quid, si nihil iuris habere se sciat? fr. 49. de hered. pet. 5. 3. Si, cum posset petere, — petere neglexerit. fr. 5. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. cf. fr. 16. de fundo dot. 23. 5. — **§. 2.** *Praeterire.* (testamento.) III. **Cn.** Non iustis rationibus neglectus, (de inofficiosο querelam instituere poterit.) c. 3. de inoff. testam. 3. 28.

Negotiari. *Mercaturae operam dare.* I. **Sy.** Mercari. Cf. h. v. §. 1. Negotii genus exercere. fr. 18. de iure patron. 37. 14. Vatic. §§. 235. sqq. III. **Cn.** Ne hi, qui provinciam regunt, — negotientur, mutuamve pecuniam dent, foenusve exerceant. fr. 33. de R. C. 12. 1. Qui utensilia negotiantur, et vendunt. fr. 12. de decurion. 50. 2. Ex pecunia nostra negotiari. Ex vino negotiari. fr. 16. §. 2. de usu et habit. 7. 8. fr. 21. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Peculiari merce negotiari. fr. 1. pr. fr. 3. §. 1. de tribut. act. 14. 4. cf. Gai. IV. 74. Ne quis domum, villamve dirueret, — neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve. fr. 52. de contr. emt. 18. 1. c. 2. de aedif. priv. 8. 10.

Negotiatio. *Mercatura.* I. **Sy.** Negotium. Vatic. §§. 235. sqq. fr. 1. pr. de exerc. act. 14. 1. fr. 3. de instit. act. 14. 3. fr. 47. §. 6. fr. 58. pr. de adm. et peric. 26. 7. Quaestus. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Th. C. IV. 12. c. 2. sq. de vectig. et comm. III. **Cn.** Qui ergasteriis praesunt, vel aliquam licitam negotiationem gerunt. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32. cf. c. 1. de inst. act. 4. 25. Tabernae sit praepositus (sc. institor,) an cuilibet alii negotiationi. fr. 3. de instit. act. 14. 3. Gai. IV. 71. Si duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit. fr. 5. §. 16. cf. §. 15. de tribut. act. 14. 4. Qui transmarinas negotiationes — exercent. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. Societas, v. Socius, bonorum, sive negotiationis alicuius. fr. 5. pr. pro soc. 17. 2. fr. 47. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 6. §. 3. de edendo. 2. 13. Et negotiatione, et professione, et advocationibus, et foro (interdicere Praefectus Vr. potest.) fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 6. §. 4. de off. Praes. 1. 18. fr. 9. pr. §§. 1. sq. 9. sq. de poen. 48. 19. Sive principaliter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. inf. 3. 2.

Negotiator, Negotiatrix. *Qui, quaeve, negotiationem exercet.* I. **Sy.** Mercator. Cf. h. v. §. 1. Negotians. Th. C. XIII. 1. c. 1. sqq. de lustr. collat. Negotii exercendi causa praepositus. fr. 65. pr. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Negotiatores frumentarii, s. qui annonam urbis adiuvant, (item navicularii.) fr. 9. §. 1. de vacat. et excus. 50. 5. fr. 5. §. 3. de iure immun. 50. 6. Quibus mensuris aut pretiis negotiatores vina compararent. fr. 71. de contr. emt. 18. 1. Patronum, — quasi illicitae mercis negotiatorem, detulerat. fr. 1. de h. qu. ut indign. 34. 9. Cum testatrix negotiatrix fuerit. fr. 32. §. 4. de auro arg. 34. 2. Corpus,

Matricula (negotiatorum.) Th. C. XII. 6. c. 29. de susceptor. XVI. 2. c. 15. §. 1. de episc. eccl. Curiarum ordines, ac negotiatores. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 17. cf. Th. C. XVI. 5. c. 52. pr. de haeret. Quis ex ultimis negotiatoribus. c. 6. de dignitatt. 12. 1.

Negotiosus. (Adiect.) *Negotii plenus.* III. ***Cn.*** Si tam diffusa et negotiosa sit (sc. tutela,) ut pro pluribus cedat. fr. 31. §. 4. de excusatt. 27. 1.

Negotium. **§. 1.** *Officium publicum mandatum. Cura rei publicae commissa.* I. ***Sy.*** Res (Caesaris, sc. gerere.) fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. III. ***Cn.*** Erit et illa poena, ne quis negotiis publicis interveniat. fr. 9. §. 8. de poen. 48. 19. Legatus, qui in negotium publicum sumtum fecit. fr. 7. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Parvi refert, ipse Ordo elegerit, an is cui Ordo negotium dedit. fr. 6. §. 1. ib. 3. 4. cf. fr. 74. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Res privata, aut nostra aut alterius, administranda vel gerenda.* I. ***Sy.*** Bona, Negotia. fr. 12. §. 2. de N. G. 3. 5. Res, Negotia (nostra, vel alterius.) Gai. I. 197. fr. 5. de postul. 3. 1. fr. 1. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 51. de adm. et peric. 26. 7. fr. 13. pr. de ann. legat. 33. 1. III. ***Cn.*** Vt in caeteris negotiis gerendis, ita et in litibus. fr. 46. §. 4. de procur. 3. 3. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur. Paul. I. 3. §. 2. cf. Gai. III. 148. Cuius tutelam, negotiave administrat. fr. 38. de N. G. 3. 5. Adgnato furiosi non usquequaque competit rerum eius alienatio, sed quatenus negotiorum exigit administratio. fr. 12. fr. 17. de curat. furios. 27. 10. Quos poena coercuit, aut ab honore ministrandi, vel administrandae rei negotio removit. fr. 51. §. 1. de manum. testam. 40. 4. Si inter eos divisa sit tutela regionibus, — et alius urbica negotia, alius peregrina administraret. fr. 51. de adm. et peric. 26. 7. fr. 100. de solut. 46. 3. Et negotia gerunt, et auctoritatem interponunt (sc. pupillorum tutores.) Vlp. XI. 25. Mulieres — ipsae sibi negotia tractant. Gai. I. 190. Suis negotiis sufficere, s. superesse. fr. 4. sq. de postul. 3. 1. fr. 45. §. 4. de excusatt. 27. 1. Alterius negotia curare. Aliena negotia administrare, s. agere, s. gerere. Vlp. XXIV. 19. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. fr. 1. pr. de procur. 3. 3. fr. 6. §. 10. de N. G. 3. 5. Commune, non alienum, s. Voluntarium, et suum potius (negotium gessisse videri.) fr. 9. §§. 4. 6. de reb. auct. iud. 42. 5. Sive hereditaria negotia, sive ea quae alicuius essent, (gerens aliquis.) fr. 22. de N. G. 3. 5. Si pecuniae quis negotium gerat. fr. 37. §. 1. ib. 3. 5. Non quasi amici, sed quasi domini, negotium gessit. fr. 36. ib. 3. 5. Curam negotiorum suorum mandare. — Sine mandatu suscipere negotiorum administrationem. fr. 5. pr. de O. et A. 44. 7. Invadere negotia alterius. Immiscere, s. Obferre se, negotiis alienis. fr. 5. pr. l. 44. 7. cf. fr. 3. §§. 9. sq. de N. G. 3. 5. Deserta derelictaque negotia, — Gerere perseverare negotia (pupilli.) fr. 6. ubi pup. 27. 2. fr. 4. pr. de fideiuss. tut. 27. 7. Ne — negotia a tutoribus curatoribusque consumantur, aut deminuantur. Gai. I. 199. Direptorum negotiorum audientia. c. 7. de ord. cogn. 7. 19. Contractus quidam: — mandatum, — locatum, — tutelae, negotia gesta. fr. 23. de R. I. 50. 17. Actio, quae oritur ex negotio gesto. Negotiorum gestorum actio, s. iudicium. fr. 2. fr. 3. §. 7. fr. 8. pr. fr. 9. de N. G. 3. 5. Gai. IV. 33. 62. — **§. 3.** *Negotiatio. Quaestus.* I. ***Sy.*** Negotiatio. Quaestus. Cf. v. Negotiatio. III. ***Cn.*** Qui institorem tabernae, vel negotio praeposuit. fr. 1. pr. de exerc. act. 14. 1. fr. 3. fr. 5. pr. de instit. act. 14. 3. Tabernae, s. Mensae, negotium exercere. fr. 19. §§. 1. sq. ib. 14. 3. fr. 77. §. 16. de legat. II. (31.) Vt probe se agant [al. gerant] circa omne negotium suum (sc. nummularii.) fr. 1. §. 9. de off. Prf. Vr. 1. 12. — **§. 4.** *Actum, Conventio.* I. ***Sy.*** Id, quod actum est. fr. 58. de pact. 2. 14. Agere, Contrahere, Negotium gerere. fr. 5. de R. I. 50. 17. Gai. IV. 71. 74. Obligatio. Contractus. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. fr. 15. fr. 22. de praescr. vv. 19. 5. fr. 2. §§. 1. sqq. fr. 5. §§. 1. sq. fr. 57. de O. et A. 44. 7. III. ***Cn.*** Omne genus negotiorum et obligationum. Paul. II. 11. §. 1. Magis ad donationes, et beneficii causam, quam ad negotii contracti, (spectat precarii conditio.) fr. 14. de precar. 43. 26. cf. fr. 58. pr. de don. int. V. 24. 1. Est negotium civile gestum, et quidem b. f. fr. 1. pr. de aestimator. 19. 3. fr. 50. pr. de iure dot. 23. 3. Aliud negotii gerere. — Nullum negotium contrahere. fr. 33. cf. fr. 2. pr. de cond. indeb. 12. 6. Magis distrahere velle negotium, quam contrahere. Gai. III. 91. In omnibus testimoniis, — ubi aliquid negotii geritur, per quod adquiratur. fr. 20. §. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia. Gai. II. 105. Venditionis, v. Locationis conductionisque, negotium. fr. 31. de pact. 2. 14. fr. 22. de praescr. vv. 19. 5. Locus, quo negotium gestum sit. fr. 3. de reb. auct. iud. 42. 5. Statim, in ipso negotio praesens, debet auctor fieri. fr. 9. §. 5. de auct. et cons. 26. 8. — **§. 5.** *Quaestio, Controversia.* I. ***Sy.*** Causa. c. 7. de iur. et facti ign. 1. 18. Th. C. XI. 30. c. 1. sq. c. 5. c. 39. c. 41. de app. et poen. Quaestio. c. 3. sq. de ord. iudic. 3. 8. III. ***Cn.*** Vtilitas provinciae exigit, esse aliquem, per quem negotia sua provinciales explicent. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quoties Princeps ad Praesides Provv. remittit negotia. fr. 9. cf. fr. 8. de off. Praes. 1. 18. Qui in ius vocatus fuerit ab adversario, ni eo die finiverit negotium. Gai. IV. 184. cf. 141. Consiliarii [al. Consiliariis] — negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est. fr. 5. de off. adsess. 1. 22. Condemnatus adpellavit, et diu negotium tractum est. fr. 64. de re iud. 42. 1. Forensia negotia. Cf. v. Forensis. Vsum (sc. adiectionum) varietas negotiorum introduxit. Gai. IV. 129. Exsecutor in negotio meo datus (a Praetore.) fr. 3. §. 8. de N. G. 3. 5. Facere alicui, — Pati (negotium.) fr. 1. pr. §. 1. fr. 3. §. 3. de calumn. 3. 6. fr. 5. pr. de obsequ. par. 37. 15.

Nema. *Nemen, Stamen.* II. ***Op.*** Nema sericum. — Metaxa. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: — vestis serica, vel subserica, vela tincta, carbasea, nema sericum. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Nemesiaci. *Genus hominum superstitiosorum, et vaticinantium.* III. ***Cn.*** Collegiati, et vitutiarii, et nemesiaci, signiferi, cantabrarii, et singu-

larum urbium corporati. Th. C. XIV. 7. c. 2. de collegiat.

Nemo. *Nullus.* I. **Sy.** Nullus. fr. 54. sq. de R. I. 50. 17. Nemo ante, Caeteri ad (hunc.) fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. II. **Op.** Si quis, s. aliquis. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 124. de V. S. 50. 16. Nemo unus, sed aut omnes, aut nullus. fr. 17. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. Omnes, Quilibet. — Nemo. fr. 2. fr. 4. pr. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. A nemine, — Passim (accipere.) fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. III. **Cn.** Nemo est, qui nesciat, s. qui neget. fr. 1. §. 1. de h. qu. deiec. 9. 3. Nemo ex omnibus, v. ex his, s. ex eo genere. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. fr. 246. pr. de V. S. 50. 16. fr. 43. pr. de R. I. 50. 17. Quodsi nemo eorum adierit. Si eorum, quibus c. t. competit, nemo sit, aut petere nolint. Vlp. XXVI. 5. XXVIII. 5. Si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Ib. I. 14. XXIII. 6. Nemo filiorum, v. servorum. fr. 6. §. 1. ad S.C. Tert. 38. 17. fr. 51. pr. de man. testam. 40. 4. Nemo Proconsulum, s. iudicum. fr. 4. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Th. C. XV. 1. c. 37. de opp. pub. Nemo iudex, v. miles etc. Ib. I. 19. c. 1. (Wck.) de off. iud. omn. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. §. 1. Nulla vidua, nemo pupillus. Th. C. XIII. 10. c. 6. de censu s. adscr. Neminem esse a quo stipuletur, cum nemine nihil faciente locus ipse publicus damnum inferat sui natura. fr. 24. pr. de damn. inf. 39. 2.

Nempe. *Scilicet, Videlicet.* III. **Cn.** Sed si inter me et te communes sunt Titianae aedes, — nempe tecum mihi agere licet. fr. 27. pr. de S. P. V. 8. 2. Item in stipulando satis habemus de herede cavere, — nempe aeque si plures heredes sint (continentur stipulatione.) fr. 158. de V. S. 50. 16.

Neocaesarea. *Cappadociae urbs.* III. **Cn.** Amasia et Neocaesarea civitas ius metropolitanum et nomen habeant. Iul. ep. nov. c. 27. §. 98.

Nepos, Neptis. *Qui, quaeve, ex filio meo filiave nascitur.* I. **Sy.** Qui ex filio meo et uxore eius nascitur. Nepos. fr. 4. de h. qu. sui. 1. 6. Qui inferiorem gradum liberorum obtinet. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7. Filii, nepotes, neptes, et deinceps descendentes. Liberi. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde masculino sexu post filium descendentes. Paul. IV. 8. §. 8. cf. Vlp. XXII. 22. Paterfam., materfam., filiusfam., filiafam., quique deinceps vicem eorum sequuntur, utputa nepotes, et neptes, et deinceps. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. cf. Gai. III. 3. Personae, quae parentum liberorumve locum inter se obtinent, — velut pater et filia, vel mater et filius, vel avus et neptis. Ib. I. 59. Frater eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo, item patruus, et patrui filius, et nepos ex eo. Ib. I. 156. Filius si cum nepotibus ex alio filio susceptis in familia retinetur. Paul. IV. 8. §. 9. Si filius meus vivo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, sive quae neptis, — natus, nata erit. fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. Liberi, qui ex filia nepteve procreantur. Gai. III. 71. fr. 136. de V. S. 50. 16. Nepos in adoptiva familia susceptus. fr. 10. §. 8. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 14. de adopt. 1. 7. Vt aliquis nepos noster esse videatur, perinde quasi ex filio vel incerto natus sit. fr. 43. sq. cf. fr. 11. ib. 1. 7. Si paterfam. adrogandum se dederit, liberi quoque eius, quasi nepotes, in potestate fiunt adrogatoris. Vlp. VIII. 8. Gai. I. 107. Nepotes, qui in locum filiorum succedunt. Vatic. §. 198. Vlp. XXIII. 3. Suus, — Alienus, nepos. fr. 44. l. l. 1. 7. fr. 10. §. 8. de in ius voc. 2. 4. Parens, qui filiam, neptemve, aut proneptem, alteri ea lege mancipio dedit etc. Gai. I. 172. 175. Avus neptis nomine, quam ex filio habebat, (dotem promisit etc.) fr. 33. de pact. 2. 14. Neque matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve (exheredare necesse est.) Gai. III. 71.

Nequam. (Adiect.) *Perditus.* III. **Cn.** Nequissimus verbero. c. 6. de serv. fugit. 6. 1. Perfida mens et nequissima secta (Eunomianorum.) Th. C. XVI. 5. c. 25. §. 1. de haeret.

Nequaquam. (Advb.) *Minime, Nullo modo.* I. **Sy.** Non (posse.) fr. 2. pr. §. 1. fr. 5. pr. de off. eius. 1. 21. III. **Cn.** Nec quaquam [al. Nequaquam] erit dicendum. fr. 5. §. 1. de R. V. 6. 1. Puto absentis nomine petendam hereditatem, ipsius vero nequaquam. fr. 13. §. 12. fr. 16. §. 3. de hered. pet. 5. 3. Alioquin nequ. credendum est. Vatic. §. 225. Audiat, — non accusantes dominos, (hoc enim nequ. servo permittendum est, nisi ex causis receptis.) fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Quod nequ. fuit Praetori propositum. fr. 3. §. 4. de minor. 4. 4. Et ait Papin. — Sed mihi hoc nequ. placet, iniquum enim est. fr. 60. §. 4. de R. N. 23. 2. fr. 25. de liberat. leg. 34. 3.

Neque. Cf. v. Nec.

Nequire. *Non posse.* I. **Sy.** Non quire. Th. C. IX. 39. c. 1. de calumn. II. **Op.** Nequeunte, — Valente (prohibere.) c. 4. de nox. act. 3. 41. III. **Cn.** Licebit — temeritatem legitime repellere. Quam si provincialis pulsare nequiverit etc. Th. C. XII. 6. c. 32. §. 2. de susceptor. Qui decrevit facere testamentum, si id adimplere nequiverit etc. c. 8. §. 1. de codicill. 6. 36.

Nequitia. *Improbitas, Indignitas.* I. **Sy.** Turpitudo. c. 7. de postlim. rev. 8. 51. II. **Op.** Dolo malo, et per nequitiam, — Errore, casu (facere.) fr. 23. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Auctoritatis, prudentiae, fidei exploratae. — Humilis, calumniator, notae nequitiae. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. III. **Cn.** Qui, propter nequitiam, malosque mores, flagitiumve aliquod admissum, (mortem sibi consciscere voluit.) fr. 43. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. cf. Gai. IV. 75. Quando tibi [al. tua] bona paterna avitaque nequitia tua disperdis. Paul. III. 4A. §. 7. Nequitiam recipere servilis ingenii. Ad imam usque scelerum nequitiam pervenire. Th. C. IV. 11. c. 2. pr. de libert. et eor. lib. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret. Vt — amputari mala haec nequitia de saeculo beatissimo nostro possit. Coll. LL. M. XV. 3.

Neratius. Cf. v. Priscus.

Nere. Cf. v. Netus.

Neronianus. (Adiect.) *Ad Neronis Imp. tempora spectans.* I. **Sy.** Quod auctore Nerone Caes. factum est, Neronianum (S.C.) Gai. II. 197. 212. 218. Vlp. XXIV. 11A. III. **Cn.** Si extraneo legatum fuerit, inutile est legatum, adeo ut — existimaverit, ne quidem ex S.C. Neroniano posse convalescere. Gai. II. 218. cf. Vatic. §. 85. Neroniano S.Cto cavetur, ut

occisa uxore etiam de familia viri quaestio habeatur. Paul. III. 5. §. 5.

Nerva. *Imperator R., qui Domitianum regnantem excepit.* III. **Cn.** Post deinde D. Claudius duos praetores adiecit, — ex quibus unum D. Titus detraxit; et adiecit D. Nerva, qui inter fiscum et privatos ius diceret. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Idque a D. Nerva introductum, postea a Senatu auctore Hadriano diligentius constitutum est. Vlp. XXIV. 28. Primus omnium D. Nerva edicto vetuit etc. fr. 4. pr. ne de statu defunct. 40. 15. Lege agraria, quam D. Nerva tulit, cavetur etc. fr. 3. §. 1. de term. mot. 47. 21.

Nerva. *Nomen duorum I.Ctorum, patris et filii* (parentum Nervae Imp.) II. **Op.** (Sabinus) et Cassius, caeterique nostri praeceptores. — Nerva et Proculus, caeterique illius scholae auctores. Gai. II. 195. fr. 1. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Quod Nervae placuit. — Sabino et Cassio visum. Gai. III. 133. fr. 3. de usufr. ear. rer. 7. 5. III. **Cn.** Ateio Capitoni Masur. Sabinus successit, Labeoni Nerva. — Nervae successit Proculus. Fuit eodem tempore et Nerva filius. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Qua aetate, aut paullo maiore, fertur Nerva filius et publice de iure responsitasse. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. Pegasus et Nerva fil. responderunt. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. infam. 3. 2. Fufidius ait, Nerva fil. contra sentit. fr. 25. de man. vind. 40. 2.

Nervus. **§. 1.** *Virium et roboris quasi praesidium.* III. **Cn.** Succisis quasi quarundum virium nervis, (reliqua lababantur.) Th. C. XI. 1. c. 4. de annon. et tribut. Nervi reip. (ac viscera civitatum.) Nov. Maiorian. de curial. IV. 7. c. 1. pr. Cf. fr. 1. §. 20. de quaestion. 48. 18. — **§. 2.** *Vinculorum genus.* III. **Cn.** Secum ducito, vincito, aut nervo aut compedibus. L. XII. Tabb. III. 3.

Nesciens. (Partic.) *Ignorans.* I. **Sy.** Insciens. Cf. h. v. III. **Cn.** Nesciente me, vel nolente. fr. 44. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. Nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus. c. 2. de nox. act. 3. 41. Qui nesciens loca sacra — pro privatis comparavit. fr. 62. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Nescire. *Ignorare.* II. **Op.** Scire. Gai. II. 172. fr. 1. §. 1. de iur. et facti ign. 22. 6. Cognoscere. fr. 6. de calumn. 3. 6. III. **Cn.** Si qui sint, qui latine nesciant, vel non intelligant, sed tamen sentiant cui rei intersint. Paul. III. 4 A. §. 13. Si litteras nesciat. fr. 3. §. 2. de accus. 48. 2.

Nescius. (Adiect.) *Nesciens, Oblitus.* I. **Sy.** Ignarus. §. 16. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. III. **Cn.** Modestiae nescius, et pudoris ignarus. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Fera, et periculi sui nescia (latronum insania.) Ib. I. 11. c. 3. de defens. civit.

Nesennius. *Nomen personae certae* (consilium Pauli I. Cti expetentis.) III. **Cn.** Nesennius Apollinaris Iul. Paulo S. fr. 34. de N. G. 3. 5. fr. 32. de excusatt. 27. 1. fr. 22. pr. ad L. Falc. 35. 2. fr. 41. pr. de re iud. 42. 1.

Nestorius. *Haereticae sectae auctor et caput.* III. **Cn.** Participes nefariae sectae Nestorii Simoniani vocentur. Th. C. XVI. 5. c. 66. pr. de haeret. Ephesina synodus, — in qua Nestorii error expulsus est. c. 8. pr. eod. 1. 5.

Netus. (Partic.) *In fila deductus.* III. **Cn.** Quae (sc. lana) neta est, utputa stamen et subtemen. fr. 70. §. 2. de legat. III. (32.) Quae tincta sunt et neta, quae neque detexta neque contexta sunt. fr. 70. §. 12. ib. (32.)

Neve. Cf. v. Nec.

Neuter. (Adiect.) **§. 1.** *Neque hic, neque ille. Nemo ex pluribus.* III. **Cn.** Vt neuter adversus alterum habeat actionem. fr. 10. pr. de N. G. 3. 5. cf. Gai. I. 163. Neuter litigatorum. fr. 1. si qu. cautt. 2. 11. Neutro modo posse. Vlp. VIII. 8 a. Neutro iure teneri. Gai. I. 142. Neutri legi paruisse. Vlp. XVI. 3. — **§. 2.** *In medio positus. Nulli parti addictus.* III. **Cn.** Adeo — adflicti, ut inter privatam vitam et militarem scientiam neutri noscantur. Nov. Th. II. ne ducian. v. limit. I. 2. c. 1. pr.

Neutique. (Advb.) *Neutiquam.* III. **Cn.** Neutique possidere — decernimus. Th. C. XV. 2. c. 3. de aquaed.

Nex. **§. 1.** *Caedes, Occisio.* I. **Sy.** Caedes. fr. 3. §. 13. fr. 16. de S. C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Vitae necisque potestas. Coll. LL. M. IV. 8. Ad necem caesus, aut letaliter vulneratus. Ib. II. 7. Qui — eorum quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permissum non sit. fr. 4. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. — **§. 2.** *Pernicies, Exitium.* I. **Sy.** In perniciem, In necem (alterius, sc. puniri.) fr. 36. sol. matrim. 24. 3. In fraudem, In necem (patroni, sc. dare.) fr. 1. §§. 19. 22. 24. si qu. in fr. patr. 38. 5. III. **Cn.** Si quis imposturam fecerit, vel collusionem, in necem alterius. fr. 3. §. 1. stellionat. 47. 20. fr. 14. pr. de app. et relat. 49. 1. Non omnem dolum, sed qui in necem legatariorum (factus est.) fr. 5. §. 15. ut in poss. legat. 36. 4. cf. fr. 4. pr. si qu. om. c. testam. 29. 3. In necem creditoris, i. e. perdituro servo vel filio, (solutum.) fr. 10. §. 6. de in rem verso. 15. 3.

Nexum. *Per aes et libram gestum. Mancipatio.* I. **Sy.** Quod per aes et libram geritur. Frr. Manilii, Qu. Mucii, C. Ael. Galli, I. Ctorum. Ap. Varron. de L. L. VI. 5. et Festum, v. Nexum. III. **Cn.** Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita ius esto. L. XII Tabb. VI. 1. Nexi datio, nexi liberatio. Fr. C. Ael. Galli I. Cti. Ap. Festum l. l. Gai. III. 173. Esse provincialis soli nexum non etc. Id. II. 27.

Nexus. (Subst.) **§. 1.** *Ligamen.* III. **Cn.** Ligatus ferreis nexibus. Th. C. VIII. 8. c. 9. de exsecut. et exact. — **§. 2.** *Iuris vinculum.* I. **Sy.** Vincula (iuris.) Ib. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult. Consortium (officiorum.) Ib. VII. 22. c. 7. de fil. militar. III. **Cn.** Ad legis nexum et conditionem pertinere. Ib. XIII. 12. c. 3. de incest. nupt. Necessitudinis foedus, aut nexus sanguinis. Ib. XII. 1. c. 122. de decurion. Curialis origo, vel ordinum nexus aut cohortalinae militiae. Ib. XVI. 5. c. 48. de haeret. cf. XII. 1. c. 45. c. 48. de decurion. Famulatus nexibus liberare. Ib. IV. 8. c. 3. de liberali c. — **§. 3.** *Obligatio, Debitum.* I. **Sy.** Obligare. Nexum facere. Ib. II. 30. c. 2. de pignor. IX. 42. c. 1. §. 3. de bon. proscr. II. **Op.**

Pignori obligata. — Nexu pignoris libera (res.) fr. 31. fr. 33. fam. ercisc. 10. 2. III. **Cn.** Si emtor fundi damnaverit heredem suum, ut venditorem nexu venditi liberaret. fr. 26. §. 7. de cond. indeb. 12. 6. Qua (sc. acceptilatione) utriusque contingit ab eodem nexu liberatio. fr. 1. de acceptil. 46. 4. In privatum nexum, — emissa cautione, migrare. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 1. Commisi nexu liberari. Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor. Condemnationis frumentariae nexibus minime teneri. Ib. VI. 4. c. 1. de Praet. et Qu.

Nexus. (Partic.) **§. 1.** *Coniunctus.* I. **Sy.** Connexus. fr. 13. de tut. et rat. 27. 3. fr. 3. §. 8. de contrar. tut. 27. 4. — **§. 2.** *Obligatus.* (Cf. v. Nectere. §. 2.) I. **Sy.** Obligatus, Pignori nexus, Nexus, Pigneratus. fr. 42. fr. 52. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. fr. 22. §. 1. de iure fisci. 49. 14. c. 7. c. 10. de pign. act. 4. 24. II. **Op.** Liber. Cf. h. v §. 2. III. **Cn.** Rem suam putabat, vel sibi nexam. fr. 1. §. 4. ne vis fiat ei. 43. 4. Hypothecae, seu pignori, rem sibi nexam (vendere.) c. 2. de distrah. 8. 28. Pignora tibi nexa persequi te posse. c. 2. de h. qu. in prior. cred. loc. 8. 19. cf. c. 7. de remiss. pign. 8. 26.

Ni. *Si non.* I. **Sy.** Si non. Gai. IV. 166. cf. 184. III. **Cn.** Ni eo die finiverit negotium, vadimonium ei (sc. adversario) faciendum est. Ib. IV. 184. Id ni fecerit etc. Th. C. XI. 31. c. 1. de repar. app. (Cf. Asconium ad Cic. in Verr. I. 45.)

Nicaeensis. (Adiect.) *Ad Nicaeam pertinens, Bithyniae civitatem.* III. **Cn.** Nicaeensium [al. Nicensium] civitas, seu habitatores eius. c. 6. de div. praed. urb. 11. 69.

Nicaenus. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** In qua (sc. ecclesia) IV. sancta concilia praedicantur, Nicaenum, et Constantinopolitanum, et Ephesinum primum, et Chalcedonense. Iul. ep. nov. c. 107. §. 373. cf. c. 8. pr. de haeret. 1. 5. Verae ac Nicaenae fidei sacerdotia casta permaneant. Th. C. XVI. 1. c. 3. de fide cath. XVI. 5. c. 6. §§. 1. sqq. de haeret.

Nicomedensis. *Ad Nicomediam pertinens.* III. **Cn.** D. Hadrianus Nicomedensibus rescripsit. fr. 5. de decr. ab ord. 50. 9. Ordo Nicomedensium. fr. 11. de decurion. 50. 2.

Nicomedia. *Bithyniae civitas.* III. **Cn.** Veterani, qui ex die V. Non. Iul., cum prima per Thraciam victoria universo orbi illuxit, et qui postea apud Nicomediam nostram missionem meruerunt. Th. C. VII. 20. c. 1. de veteran.

Nicopolis. *Nomen plurium civitatum, in diversis provinciis constitutarum.* III. **Cn.** Legatus creatus — in urbem Romam venit, et nondum perfecta legatione domum, quae erat in ipsius civitate Nicopoli, emit. fr. 12. de legation. 50. 7.

Nicostrategus. Cf. v. Nyctostrategus.

Nicostratus. *Rhetoris cuiusdam nomen.* III. **Cn.** Aquilius Regulus iuvenis ad Nicostratum rhetorem ita scripsit. fr. 27. de donat. 39. 5.

Nidor. *Odor incensorum aromatum.* III. **Cn.** Larem igne, mero genium, penates nidore veneratus etc. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan.

Nidus. *Avium domicilium.* III. **Cn.** Volucres, quae in nostra arbore nidum fecerint. fr. 5. §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Niger. (Adiect.) *Ater, Fuscus.* I. **Sy.** Furvus. §. 2. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. III. **Cn.** Neque album, neque naturaliter nigrum, nec alterius coloris naturalis. fr. 70. §. 12. de legat. III. (32.)

Nigidia. Cf. v. Negidius.

Nihil. **§. 1.** *Nullum, Nullo modo.* II. **Op.** Aliquid (agere.) Gai. III. 86. sq. Solidum (inter se capere.) Vlp. XVI. 1. sq. III. **Cn.** Aut nihil, aut minus quam partem dimidiam (relinquere.) Gai. III. 41. Vlp. XXIX. 1. Ei, quod nullum est, nihil accedere potest. Gai. IV. 151. Nihil omnino (damni praestare.) Ib. III. 149. Divisisse (hereditatem,) nihilque sibi commune remansisse. fr. 35. de pact. 2. 14. Quoniam nihil eius culpa — contigisset, quominus etc. fr. 58. de R. V. 6. 1. Nihil aperte proponi, propter quod etc. fr. 18. de accus. 48. 2. Nihil eorum (recipere etc.) Gai. II. 38. fr. 3. de off. Praetor. 1. 14. Nihil vitium [al. vitii] incurrere. Nihil ei — ex hoc praeiudicium [al. praeiudicii] generare. fr. 13. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 7. de agnosc. et alend. 25. 3. Nihil novi (lex praestat.) Gai. III. 51. Nihil iuris (habere, v. esse.) Ib. III. 23. 40. 52. Vlp. XXIX. 1. sq. Videndum est, an nihil sit acti? fr. 21. §. 4. Qu. met. c. 4. 2. Vtrumne nihil agatur ex ea pactione? fr. 1. de resc. vend. 18. 5. Vtrum eo facto nihil egerit? fr. 34. pr. de pignor. 20. 1. Donatione, v. Traditione, v. Adeundo etc. nihil agere, s. agi. fr. 9. pr. fr. 11. §. 9. de don. int. V. 24. 1. fr. 13. §. 1. fr. 25. §. 14. de A. v. O. H. 29. 2. Evenisse, ut ademtio nihil egerit, fundique legatum duraverit. fr. 24. pr. Qu. dies legat. 36. 2. — **§. 2.** *Non.* I. **Sy.** Non. fr. 11. de in ius voc. 2. 4. fr. 7. §. 10. fr. 23. fr. 25. §. 2. de pact. 2. 14. Ne quid. fr. 126. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Lumen quidem nihil impedire, solem autem auferre. fr. 17. pr. de S. P. V. 8. 2. Nihil sentire, v. loqui videri. Gai. III. 71. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. Nihil posse quaerere, s. quaerendum esse, de etc. Gai. II. 237. cf. I. 171. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Nihil nocere, s. obficere, s. obesse, v. proficere, s. prodesse. Vlp. XX. 6. Fr. de I. F. §. 2. Gai. III. 178. fr. 3. de off. Praetor. 1. 14. fr. 15. §. 7. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 63. §. 10. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 92. de R. I. 50. 17. Nihil eum periclitari, s. teneri. Gai. IV. 55. fr. 28. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Nihil requirimus, cuius aetatis sit, — ac ne illud quidem, an etc. Gai. I. 139. Nihil est aliud hereditas, quam etc. fr. 24. de V. S. 50. 16.

Nihilomagis. **§. 1.** *Aeque ac.* I. **Sy.** Perinde ac. fr. 12. §. 2. rat. rem hab. 46. 8. III. **Cn.** Nihilo minus, imo magis (et is tenebitur.) fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. Et ideo si vivo testatore mortuus fuerit, — nihilo magis (ad eum pertinebit.) fr. 8. de adim. legat. 34. 4. — **§. 2.** *Nequaquam. Aeque non.* I. **Sy.** Nullo modo. Gai. I. 137. Non. Ib. III. 21. sq. 24. 28. III. **Cn.** Non posse, — nihilo magis quam etc. fr. 12. de usu et usufr. leg. 33. 2. Adeo ut, quamvis pater ei permittat, nihilo magis tamen iure testari possit. fr. 6. pr. Qu. testam. fac. p. 28. 1.

Nihilominus. **§. 1.** *Non minus. Hoc non obstante.* I. **Sy.** Non magis quam. Nihilominus quam.

fr. 40. §§. 3. 6. de contr. emt. 18. 1. II. ***Op.*** Pro nihilo esse. — Nihilominus valere. fr. 1. pr. de h. qu. in testam. 28. 4. III. ***Cn.*** Nihilominus, imo magis. Cf. v. Nihilomagis. §. 1. Quamvis neque etc. — recte nihilominus etc. Gai. II. 109. cf. fr. 4. fr. 5. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. Etiam cum, s. Quamvis, s. Etsi, — nihilominus etc. fr. 8. de I. I. R. 4. 1. fr. 7. §. 2. pro emt. 41. 4. fr. 2. §. 1. vi bon. rapt. 47. 8. Th. C. XII. 1. c. 189. de decurion. Nihil agam, et ex caeteris nihilominus optabo. fr. 9. §. 1. de opt. v. elect. 33. 5. Si convenerit, ne etc. — nihilominus petere potest. fr. 56. de pact. 2. 14. Litem quidem nihilom. suum habere vigorem, omnem autem iacturam etc. c. 13. §. 11. de iudic. 3. 1. — **§. 2.** *Aeque. Pariter.* III. ***Cn.*** Quam (sc. poenam) vel genitor Valentinianus adscripsit, vel nostra nihilom. saepius decreta iusserunt. Th. C. XVI. 7. c. 3. pr. de apostat. — **§. 3.** *Minime. Nequaquam.* III. ***Cn.*** Sed et alii nubendo nihilom. legatum consequitur. fr. 106. de cond. et dem. 35. 1. Nihilom. onus peregrinationis incumbat. c. 56. de decurion. 10. 31.

Nihilosecius. *Nihilominus.* III. ***Cn.*** Quodsi — patrem tantum reliquerit, nihilosecius vindicatione trientis utatur. Th. C. IX. 42. c. 9. §. 1. de bon. proscr.

Nihilum. *Nullum.* I. ***Sy.*** Nihil (prodesse etc.) fr. 22. §§. 3. sq. de liberali c. 40. 12. III. ***Cn.*** Quae, quia minimi aeris sunt, ad nihilum perducuntur. fr. 3. de alim. v. cibar. 34. 1. Nihilum differre a etc. fr. 55. ad L. Aqu. 9. 2. In nihilum liberari. fr. 2. §. 7. de eo qu. c. loc. 13. 4. Pro nihilo esse. fr. 1. pr. de h. qu. in testam. 28. 4.

Niloticus. (Adiect.) *Ad Nilum spectans, Niliacus.* III. ***Cn.*** Aqua Nilotica. — Aggeres Nilotici, per quos incrementa Nili dispensantur. fr. 10. de extr. crim. 47. 11.

Nilus. *Fluvius maximus in Aethiopia et Aegypto.* III. ***Cn.*** Nilus, qui incremento suo Aegyptum operit. fr. 1. §. 5. de fluminib. 43. 12. fr. 10. l. 47. 11. c. 2. sq. de alluvion. 7. 41. Per Aegyptum, intra XII cubitum, fluminis Nili ulla fluenta (usurpare.) Th. C. IX. 32. c. 1. de Nili agger.

Nimietas. *Libido nimia.* III. ***Cn.*** Nimietatem eorum, qui — illicita quaeque praesumunt, — congrua severitate cohibebit. Ib. XVI. 8. c. 9. de Iud.

Nimirum. (Advb.) *Vtique.* III. ***Cn.*** Proculus ait, nim. facti quaestio est. fr. 3. de auro arg. 34. 2.

Nimis, s. **Nimium.** (Advb.) *Vltra modum. Insolite.* III. ***Cn.*** Cum nimis sit indignum, nimis etiam impium. c. 7. de natur. liber. 5. 27. Nimium est (licere etc.) fr. 12. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. Nec nimium credere (tutoribus.) fr. 5. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Quae nimium sumtuosa sunt. fr. 5. §. 1. de iure delib. 28. 8.

Nimius. (Adiect.) *Insolitus, Intemperans.* I. ***Sy.*** Lata, Supina, Nimia (culpa, s. negligentia, v. ignorantia.) Crassa (negligentia,) aut nimia (securitas.) fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 213. §. 2. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Erro, vel malis artibus deditus, vel in spectaculis nimius, vel seditiosus. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3. Levis mulier, vel admodum iuvenis, vel nimia circa maritum non merentem. fr. 22. §. 6. sol. matrim. 24. 3. Si quidem negligentia et nimia cessatio (obiiciatur.) fr. 6. ubi pup. 27. 2. cf. fr. 12. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Nimia atque aspera dominatio. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Quod perquam nimiae diligentiae est. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. Sed haec diligens observatio — militibus, propter nimiam imperitiam, (remissa est.) Gai. II. 109. 115. Si domita sunt, et si propter nimiam feritatem domari non possunt. Ib. II. 15. fr. 1. §. 4. si quadrup. 9. 1.

Ninnianum. Cf. v. Nonianum.

Niphanus. (Adiect.) *Ad certam regionem (Italiae, uti videtur,) pertinens.* III. ***Cn.*** Fundum Trebatianum, qui est in regione Atellata, item fundum Satrianum, qui est in regione Niphana, (dari volo.) fr. 35. §. 2. de legat. III. (32.)

Nisi. *Si non. Non aliter quam. Praeterquam.* I. ***Sy.*** Si non. Gai. IV. 126. Vlp. XXII. 33. sq. Praeterquam si. Ib. XI. 22. Non aliter quam si etc. Non nisi. Ib. I. 12. XXII. 27. 33. Gai. I. 18. 38. II. 168. 270. Nihil aliud nisi etc. Nulla alia res. Ib. II. 220. cf. III. 119. III. ***Cn.*** Ne quis, v. quid, nisi etc. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 15. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. fr. 10. §. 12. de in ius voc. 2. 4. Nemo, nisi etc. fr. 53. §. 1. de V. S. 50. 16. Gai. IV. 178. Nullus alius, nisi etc. fr. 18. §§. 3. sq. de minor. 4. 4. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Gai. II. 172. Non prius, nisi etc. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. Non aliter nisi etc. Vlp. XXIV. 30. fr. 2. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 10. §. 1. de R. M. 49. 16. Nisi si etc. fr. 4. de A. R. D. 41. 1. Non (habere, v. teneri, v. posse, etc.) nisi si etc. Gai. II. 87. 163. cf. 155. III. 120. Vlp. VI. 8. Idem iuris est, si etc. — nisi quod etc. Gai. I. 67. sq. III. 216. fr. 23. de R. I. 50. 17. Videndum, — nisi forte etc. Vatic. §. 221. cf. fr. 22. §. 1. de adopt. 1. 7. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 9. §. 3. de S. C. Mac. 14. 6. Dare debebant, et nisi darent etc. Gai. IV. 25. cf. 27. 166.

Nisibis. *Civitas Persarum,* (quae alias Antiochia vocabatur.) Cf. Io. Lydum de magistratt. III. 34. III. ***Cn.*** Nisibis, Callinicum, et Artaxata. c. 4. de commerc. 4. 63.

Nisus. (Subst.) *Intentio virium, Conatus.* III. ***Cn.*** Si ad ulciscendam caedem domini — strenuo nisu constiteris. c. 1. pro qu. c. servi. 7. 13. Liberae mentis nisibus exsequi (functionem.) Th. C. XIV. 3. c. 2. de pistor. Sine ullius nisu exceptionis (ad officia sua revocentur.) Ib. XII. 19. c. 1. de h. qu. cond. propr.

Nitēre. **§. 1.** *Splendere.* III. ***Cn.*** Saxorum nitentium venae. Ib. X. 19. c. 2. de metall. — **§. 2.** *Conspicuum esse.* III. ***Cn.*** Destitutae ministeriis civitates splendorem, quo pridem nituerant, amiserunt. Ib. XII. 19. c. 1. de h. qu. cond. propr. Milites, altiore nitentes fastigio. Nov. 33. c. I.

Niti. **§. 1.** *Contendere, Adniti.* III. ***Cn.*** Studiose niti atque agere. Nov. Val. III. de honorat. II. 12. c. 1. pr. Ipsi nitantur pariter ac laborent. Th. C. XII. 5. c. 1. Quemad. mun. civ. Qui gladiis, clypeis, et thoracibus nituntur. c. 14. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Qui verba legis complexus, contra legis nititur volun-

voluntatem. c. 5. de LL. 1. 14. — **§. 2.** *Inniti, Fulciri.* III. **Cn.** Sua aequitate nititur (omnis excusatio.) fr. 1. pr. de vacat. et exc. 50. 5. Quia nulla b. f. obligatione possimus niti, cum finita sit dum amittitur. fr. 21. §. 4. Qu. met. c. 4. 2.

Nitor. *Claritas.* I. **Sy.** Publici splendoris ornatus. Nitores publici. Th. C. XV. 1. c. 25. cf. c. 20 de opp. pub.

Nivarius. (Adiect.) *Ad nivem recipiendam idoneus.* III. **Cn.** Colum nivarium, et urceoli. fr. 21. pr. de auro arg. 34. 2.

Nix. *Pluvia tenuis, in floccos glaciata.* III. **Cn.** Ea frumenta nives corruperunt; si immoderatae fuerunt, et contra consuetudinem tempestatis etc. fr. 78. §. 3. de contr. emt. 18. 1.

Nobilis. (Adiect.) **§. 1.** *Insignis, Famosus, Eximius.* I. **Sy.** Illustris (fabrica.) Th. C. XV. 1. c. 16. c. 19. de opp. pub. Optimi, Nobiles (praeceptores.) Ib. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. III. **Cn.** Splendidissima Tyriorum colonia, — nobilis regionibus etc. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. Palmarum numero gloriosum, et celebratis utrimque victoriis nobile. Th. C. XV. 7. c. 6. de scaenic. Nobilis, prudens, fidelis, optime sibi conscius (custos.) Ib. XI. 14. c. 1. de condit. in pub. horr. — **§. 2.** *Ortu et genere, (vel imaginum iure,) praeclarus.* III. **Cn.** Patricius, et nobilis, et causas orans. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2. Industrius quisque, et labore non minus quam genere nobilis. Th. C. I. 9. c. 3. (Wck.) de off. mag. off. Qui ex genere eorum nobiliores sunt. c. 28. de episc. aud. 1. 4. Nobiliores natalibus, et honorum luce conspicui. c. 3. de commerc. et merc. 4. 63. Honestioris nobilisque personae et decore et iure privari. Th. C. III. 8. c. 1. de sec. nupt.

Nobilissimus. *Honorarius titulus* (tam Principi ipsi, quam heredi imperii, proximisque cognatis Imperatoris tributus.) III. **Cn.** Sanctissimus et nobilissimus Imperator. fr. 3. de natal. rest. 40. 11. Nobilissimus Caesar. Nobilissimi Caess. s. Augusti. Coll. LL. M. VI. 4. XV. 3. c. 5. de iur. et facti ign. 1. 18. c. 15. de pact. 2. 3. c. 6. de liberali. c. 7. 16. c. 3. Qu. bon. ced. p. 7. 71. Nobilissimae puellae, filiae meae. Th. C. X. 25. c. 1. de priv. dom. Aug. cf. XIII. 1. c. 21. de lustr. coll.

Nobilitare. *Illustrare.* III. **Cn.** Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus. Ib. II. 1. c. 7. de iurisd. Si comitivae primi ordinis nobilitaverit gradus (sc. archiatros.) Ib. VI. 16. c. 1. de com. et archiatr.

Nobilitas. **§. 1.** *Excellentia.* III. **Cn.** Dum cautium ementita nobilitas cum aedificiorum qualitate taxatur. Ib. X. 19. c. 14. de metall. — **§. 2.** *Claritas, Dignitatis fama.* I. **Sy.** Splendor. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §§. 3. sq. II. **Op.** Vilitas. Ib. l. l. III. **Cn.** Iliensibus et propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter coniunctionem originis rom. (tributum.) fr. 17. §. 1. de excusatt. 27. 1.

Nocens. (Partic.) **§. 1.** *Nocuus, Inutilis.* III. **Cn.** Novationum nocentia (corrigere.) c. 8. de novat. 8. 42. Iura nocentia. c. 1. de usucap. transf. 7. 31. — **§. 2.** *Criminis auctor, vel socius.* I. **Sy.** Sontes. Nocentes. fr. 65. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Convinci, in ea noxa fuisse. Nocens inveniri. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. II. **Op.** Innocens. Cf. h. v. §. 2. Innoxius, Poenae eximendus. fr. 12. de pub. iud. 48. 1. fr. 22. §§. 1. 4. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. **Cn.** Quasi conscii, vel quasi nocentes (servi.) fr. 12. §. 6. Qui et a qu. man. 40. 9. Facinus nocentis. Peccata nocentium. fr. 18. pr. de iniur. 47. 10. fr. 5. pr. de poen. 48. 19. Caput nocentis sequatur (noxa.) fr. 18. de furt. 47. 2.

Nocenter. (Advb.) *Noxie, Damnose.* II. **Op.** Innocenter. Cf. h. v. III. **Cn.** Nec reprehendimus (sc. haruspicinam,) sed noc. exerceri vetamus. Th. C. IX. 16. c. 9. de malefic.

Nocere. **§. 1.** *Damnum inferre, Perniciosum esse.* I. **Sy.** Noxiam committere, s. nocere. Nocere (p. se pos.) fr. 1. pr. §. 12. si quadrup. 9. 1. fr. 4. pr. de nox. act. 9. 4. fr. 45. §. 1. de legat. I. (30.) Damnum dare. fr. 1. §§. 5. 10. si quadrup. 9. 1. fr. 5. §§. 6. 8. 10. 12. de h. qu. effud. 9. 3. fr. 16. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Deteriorem facere. fr. 2. §. 31. ne qu. in loc. pub. 43. 8. III. **Cn.** Si non animo, vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi, id fecit. fr. 1. §. 12. cf. §§. 2. 6. 14. sq. 17. fr. 2. §. 10. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Furtum fecit servus, aut noxam nocuit. fr. 45. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 63. pr. ad L. Falc. 35. 2. Lex voluit, aut dari id quod nocuit, — aut aestimationem noxiae offerre. fr. 1. pr. si quadrup. 9. 1. Si nocitum homini libero esse dicetur. fr. 42. de Aedil. edict. 21. 1. Si vivet, nocitumque ei esse dicetur. fr. 1. pr. §. 6. de h. qu. deiec. 9. 3. Quodsi ex hoc corpori alicuius, vitae, membrisve noceatur. Paul. V. 3. §. 1. Ex quibus saluti hominis noceri possit. Omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt. Ib. V. 3. §. 3. V. 23. §. 7. Quae — adeo nocendi naturam deponunt, ut ex his — salubria medicamenta conficiantur. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. — **§. 2.** *Obesse, Impedire.* I. **Sy.** Obesse, Obstare. fr. 7. §. 19. fr. 10. pr. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 13. fr. 17. de exc. 44. 1. fr. 11. pr. §§. 1. sqq. de exc. rei iud. 44. 2. fr. 2. pr. §§. 1. 7. de iure fisci. 49. 14. Vitiare, Perimere. Paul. III. 4 A. §§. 10. 13. fr. 1. §. 8. ad S.C. Tert. 38. 17. III. **Cn.** Neque nocere, neque prodesse (heredi.) fr. 17. §. 6. de pact. 2. 14. Vt nemo ope videatur fecisse, nisi etc. — nec consilium habuisse noceat, nisi et factum secutum fuerit. fr. 53. §. 1. de V. S. 50. 16. Nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quam in eam etc. fr. 2. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta videatur, inique noceat actori. Gai. IV. 126. sqq. Testes utrique — fieri possunt, — quoniam nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. Vlp. XX. 6. Nihil nocere, quominus (et reus et fideiussor teneatur.) fr. 92. de R. I. 50. 17. Et quamvis ipse — intelligat alienum esse fundum, tamen nihil hoc (b. f.) possessori ad usucapionem nocet. Gai. II. 51. Aequum non est, nos noceri hoc, quod adversus eum non nocuit, in cuius locum successimus. fr. 3. §. 2. de itin. actuq. priv. 43. 19.

Noctu. (Advb.) *Tempore nocturno.* I. **Sy.**

Nocte. Nocturnis temporibus. fr. 22. §. 6. Qu. testam. fac. p. 28. 1. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. Th. C. IX. 16. c. 7. sq. de malefic. II. **Op.** Interdiu. Cf. h. v. Per diem. Paul. V. 19. §. 1. V. 20. §. 6. III. **Cn.** Noctu deprehensus (fur, v. adulter.) fr. 4. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. c. 4. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Noctu intra cubiculum secum cubans (uxor.) fr. 3. §. 2. de S.C. Silan. 29. 5.

Nocturnus. (Adiect.) *Ad noctem spectans.* I. **Sy.** Noctu deprehensus (fur.) fr. 4. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 9. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. II. **Op.** Diurnus. Cf. h. v. III. **Cn.** Sacra impia, nocturnave (facere.) Paul. V. 23. §. 15. III viri nocturni. fr. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Aquam nocturnam habere. fr. 10. §. 1. Quemad. servit. 8. 6.

Nodosus. (Adiect.) *Multos habens nodos.* III. **Cn.** Nodosis et validissimis fustibus (animalia publica cogere.) Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Nodus. §. 1. *Vinculum, Nexus.* III. **Cn.** Et naturali vinculo copulatum, et legitimo adoptionis nodo constrictum (ius.) c. 10. pr. de adopt. 8. 47. — §. 2. *Aenigma, Subtilitas.* III. **Cn.** Antiquae iurisdictionis retia et difficillimos nodos (resolventes.) c. 23. pr. ad S.C. Vell. 4. 29.

Nolle. *Adversari, Recusare.* I. **Sy.** Improbare. fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. Repudiare, Dicere nolle se. fr. 34. de pact. 2. 14. Stetit per eum, quominus etc. Noluit. fr. 8. §. 6. Qu. satisd. cog. 2. 8. Invitus. Si nolit. Cf. v. Invitus. III. **Cn.** Non enim velle debet dominus, sed non nolle. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Quamquam — noluerit, non tamen aperte utique — senserit. fr. 57. de legat. I. (30.) Vbi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit. fr. 30. cf. fr. 29. de LL. 1. 3. Si quis — aut noluerit heres esse, aut — decesserit etc. Gai. II. 144. Vlp. II. 6. XXVI. 5. Si eorum — nemo sit, aut petere nolint. Ib. XXVIII. 5. Gai. III. 36. sq. Qui vel nolunt, vel non possunt etc. fr. 1. §. 2. de procur. 3. 3. Nolente, et specialiter prohibente (domino.) c. 24. de N. G. 2. 19. Non posse nolenti (adquiri.) fr. 19. §. 2. de donat. 39. 5. Seu velit, seu nolit, (liber et heres erit.) fr. 12. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Si constituerit, nolle se etc. Vlp. XXII. 29. Postea, mutata voluntate, nolle. fr. 65. de procur. 3. 3. Noluit, cum obferretur ei. fr. 2. §§. 45. 47. de O. I. 1. 2. Iustas causas habere, cur nolit. fr. 45. pr. de procur. 3. 3.

Nomen. §. 1. *Denominatio, Adpellatio.* I. **Sy.** Propria parte, Suis nominibus (adpellari.) Propriis nominibus ac vocabulis uti. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. fr. 69. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. Verbum, Adpellatio, Vox. fr. 1. §. 1. de adopt. 1. 7. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 115. fr. 119. fr. 128. fr. 178. pr. §§. 1. sqq. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Nomina et origo (magistratuum.) fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. Et nomen et ius (metropolitanum, habere.) Iul. ep. nov. c. 27. §. 98. In aliud nomen aliumque statum obligationis transferri. fr. 17. de cond. furt. 13. 1. Non videri quemquam dixisse, cuius non suo nomine usus sit. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Aut nomine suo, aut ea demonstratione, quae nominis vice fungitur, (ostendi.) fr. 6. de R. C. 12. 1. Vulgaria atque usitata nomina. fr. 2. de praescr. vv. 19. 5. Vero, — Paullo honestiore, Dulciore (nomine adpellare.) fr. 144. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. Tantum nominis sonus differt inter etc. fr. 5. §. 1. de pignor. 20. 1. — §. 1. A. *Denominatio personae peculiaris, ratione generis et ortus.* III. **Cn.** Nomen. — Praenomen. Cognomen. fr. 80 de iudic. 5. 1. fr. 1. de lib. et posth. 28. 2. fr. 8. §§. 2. sq. de B. P. s. t. 37. 11. c. 9. de liberali. c. 7. 16. Et nominum et rei (complexus.) fr. 142. de V. S. 50. 16. Si non sub adpellatione heredum, sed propriis nominibus expressis, (fideicommissum relinquatur.) fr. 24. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 9. §. 8. de hered. inst. 28. 5. Duo eiusdem nominis (amici etc.) fr. 8. §. 3. de legat. II. (31.) fr. 33. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Honesti hominis nomen adsumere. Nominis ferendi conditio. fr. 63. §. 10. ad S. C. Treb. 36. 1. Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit. Paul. V. 25. §. 11. Post nominum diem amissi (trimi.) Vlp. XVI. 1. cf. XV. 1. Nomen suum adscribere. fr. 22. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Inscribi nomen operi publico. Subscriptio nominis. fr. 3. §. 2. fr. 4. de opp. pub. 50. 10. cf. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. Edere nomina (servorum.) fr. 1. §§. 1. sq. de off. Cos. 1. 10. Inquirere — honestissimum quemque, et nomina Praesidi Pr. mittere. fr. 24. de tut. et cur. dat. 26. 5. fr. 1. §. 3. de mag. conv. 27. 8. Nomina referre in acta publica. fr. 4. §. 3. de fideiuss. tut. 27. 7. Dare, s. Addere, nomen (militiae, v. curiae.) fr. 43. de oper. libert. 38. 1. Th. C. XII. 1. c. 54. c. 58. pr. de decurion. In nomen suum emere. Emtioni suum nomen accommodare. fr. 2. Qu. ex facto tut. 26. 9. fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. — §. 1. B. *Persona ipsa.* III. **Cn.** Pietas paterni nominis. fr. 22. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Salva reverentia et pietate sacris nominibus debita. Th. C. VIII. 18. c. 1. pr. de matern. bon. Nomina nostra. Sacrum nomen nostrae pietatis. Ib. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. X. 26. c. 1. de cond. et hom. dom. Aug. — §. 1. C. *Vniversitas personarum eiusdem denominationis.* I. **Sy.** Familia. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Vt in ea (sc. domo) habitent liberti, ne de nomine exeat, et ut ad unum, qui novissime exstiterit, perveniat. fr. 108. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 11. §. 9. de legat. III. (32.) Ne fundum alienent, et ne de familia nominis mei exeat. fr. 77. §§. 11. 15. de legat. II. (31.) Fundum — de nomine meorum exire veto. fr. 38. pr. §. 1. ib. (31.) — §. 1. D. *Corpus, Collegium.* I. **Sy.** Commune (Latii, s. Latinum.) Cf. h. v. §. 2. Numerus, Corpus (clericorum.) Th. C. XVI. 2. c. 3. de episc. eccl. Decuriones, Senatorium nomen. Ib. IX. 35. c. 2. pr. c. 3. de quaestion. III. **Cn.** Civis R., sociusve nominis latini. Fr. L. Thoriae. Cf. Fr. L. Servil. c. 1. Quidquid intra romani nominis concluditur potestatem. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. pr. Cf. Coll. LL. M. VI. 4. c. 2. de incest. nupt. 5. 5. Memoratorum nomini functionique adiungi. Th. C. XIV. 4. c. 5. de suar. — §. 2. *Causa, Titulus, Ius.* I. **Sy.** Causa. Cf. h. v. §. 4. Ius (adgnationis.) Gai. III. 21. 27. Iure, Nomine, Ex persona (alicuius, sc. agere, v. conveniri.) fr. 22. pr. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. fr. 55. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Quod

citra nomen et ius heredis (accipere non poterat.) fr. 20. §. 4. de A. v. O. H. 29. 2. Hereditario nomine, vel suo nomine, experiri. fr. 93. pr. de solut. 46. 3. Omnis pecunia exsoluta, aut eo nomine satisfactum. fr. 9. §. 3. de pign. act. 13. 7. fr. 4. §. 3. de re iud. 42. 1. Pater tutelam — geri mandavit, et eo nomine tutores liberavit. fr. 5. §. 8. de adm. et peric. 26. 7. Consentire, ne quid tu mihi eo nomine praestes. fr. 58. de pact. 2. 14. Qui quid nundinarum nomine — acceperit. fr. 3. §. 2. de feriis. 2. 12. Si quid eo nomine debeatur, quod per aes et libram gestum est. Gai. III. 173. sq. Teneri, s. Obligari, nomine (cessationis, v. culpae.) fr. 25. §. 18. fam. ercisc. 10. 2. fr. 1. pr. de opp. pub. 50. 10. Lex eo nomine nullam poenam constituit. — Propriam actionem eius delicti nomine Praetor introduxit. Gai. III. 192. 209. Hereditatis, legatorumve nomine (capere posse.) Ib. I. 24. Si quis eo nomine agat, quod dicat etc. Ib. IV. 177. Eo nomine adversarius huic condemnetur. Ib. IV. 35. 116. Vt, quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, — eo nomine indemnis esset. Ib. II. 252. — **§. 2. A.** *Praetextus*, *Color*. I. **Sy.** Praetextus, Species. fr. 6. §§. 3. 5. sq. de off. Praes. 1. 18. III. **Cn.** Nullum cuiuslibet nomen militiae usurpare. Adeo hoc nomen refugere. Th. C. X. 10. c. 16. de petit. et ultro dat. X. 26. c. 1. de cond. et hom. dom. Aug. — **§. 3.** *Crediti ius*, *Certa res credita*. I. **Sy.** Creditum. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Singularum rerum dominium. — Quae in nominibus sunt. fr. 37. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 9. rem pup. salv. 46. 6. Si in corpore constet. — Si ius legatum sit, aut quod in nominibus est. fr. 1. §. 7. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 11. de distr. pign. 20. 5. fr. 36. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quae conveniri possunt, vel in fructibus conditis etc. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Nomina eorum, qui sub conditione vel in diem debent. fr. 17. de hered. v. act. vend. 18. 4. Si nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se servo faceret. fr. 4. §. 1. de pecul. 15. 1. Nisi — vel ex ratione fisci nomina facta liquido probentur, vel ex contractu fiscali debitores conveniantur. fr. 3. §. 8. de iure fisci. 49. 14. Titio filio meo nomina ex calendario, quae elegerit, — XX dare damnas sunto. fr. 34. §. 1. de legat. III. (32.) Cum mando tibi, ut credendo pecuniam negotium meum geras, mihique id nomen praestes. fr. 48. §§. 1. sq. mand. 17. 1. Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. fr. 26. §. 2. cf. fr. 1. §. 12. de collat. bon. 37. 6. Vatic. §. 260. Idonea, — Deteriora facta (nomina,) fr. 9. §. 9. de adm. rer. ad civit. 50. 8. cf. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. Integra, — Deperdita et male contracta (nomina.) fr. 16. de adm. et peric. 26. 7. Pecuniarium nomen. — Nomina, quae pater usuris maioribus fecit. fr. 18. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 39. §. 14. de adm. et peric. 26. 7. Transcripticia, — Arcaria (nomina.) Gai. III. 128. 131. sqq. Cum — in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur. Ib. III. 137. Si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat, quibus pecunia collocaretur. Paul. II. 14. §. 6. Vt aliis nominibus collocarentur nummi exacti. fr. 86. de legat. III. (32.) Vtrum ipsi iudices convenient nomen, exigentque id quod debetur, — an vero vendent nomen? fr. 15. §. 10. de re iud. 42. 1. Vtrum confessum nomen tantum capi possit, an etiam si neget quis se debere? fr. 15. §. 9. ib. 42. 1. Nomen et pignus probare. — Periculum nominis adgnoscere. fr. 36. §. 1. ad munic. 50. 1. cf. fr. 30. de hered. pet. 5. 3. — **§. 3. A.** *Patrimonium*. I. **Sy.** Aerarium, Fiscus, Nomen publicum. Th. C. X. 16. c. 1. de fisci debitor. X. 17. c. 3. de fide et iure hast. III. **Cn.** Tituli, quorum adiectione praedia nostris sunt consecranda nominibus [al. substantiis.] Ib. X. 9. c. 1. de incorpor. cf. Inst. C. c. 3. de bon. vac. 10. 10.

Nomenculator. *Qui nomen cuiusque memoriter vocare dedicit.* III. **Cn.** Potest et impubes operas dare, velut si nomenculator [al. nomenclator, v. miniculator,] sit, vel histrio. fr. 44. §. 2. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 7. §. 5. de oper. libert. 38. 1. Schola mittendariorum. — Schola cursorum. — Schola nomenculatorum. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Cf. Io. Lydus de magistratt. III. 8.

Nominare. **§. 1.** *Adpellare*. I. **Sy.** Dici, Nominari. Gai. I. 22. Vlp. I. 10. fr. 7. §. 1. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §. 10. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Si cum convicio dixerit: „Non nominandus," vel: „Non filius meus." fr. 3. pr. de lib. et posth. 28. 2. Servus, quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverit, §. 12. I. de adopt. 1. 11. — **§. 2.** *Laudare*, *Profiteri*, *Deferre*. I. **Sy.** Nuncupare. Palam nominare. Gai. II. 104. fr. 12. de iure patron. 37. 14. Nominatim enumerare. fr. 124. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Generali sermone nominare. Gai. II. 104. Initio formulae nominato eo, quod factum est, adiiciuntur etc. Ib. IV. 46. cf. 11. Nisi a patre desponsa, destinatave, testamento nominata conditione etc. fr. 36. de R. N. 23. 2. Demonstratione fundi facta, fines nominari supervacuum est. fr. 63. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Plerique dum metuunt, ne forte adprehensi eos nominent, prodere eos solent. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. cf. fr. 2. de bon. eor. qu. a. sent. 48. 21. In quaestionibus nominati capitalium criminum. fr. 17. §. 12. ad munic. 50. 1. cf. fr. 6. §. 2. de interd. et releg. 48. 22. — **§. 3.** *Commendare eligendum*. *Eligere*. I. **Sy.** Nominationibus devocare (in curiam.) Th. C. XII. 1. c. 19. de decurion. Iniungere, Nominare ad (munus.) c. 2. Quo quisq. ord. 11. 35. Designare (Praetorem.) Th. C. VI. 4. c. 14. sq. c. 17. de Praet. et Qu. III. **Cn.** Ordinibus curiarum — non adgregentur, nisi nominati, nisi electi etc. Ib. XII. 1. c. 66. Ad curiam nominati, vel ad IIviratus aliorumque honorum infulas, vel munus aliquod evocati. Ib. XI. 30. c. 19. de app. et poen. Remittere ad Ordinem nominatum, ut C. Seium creent magistratum. fr. 1. §. 3. Qu. appelland. 49. 4. Qui periculo suo nominavit magistratum. fr. 11. §. 1. fr. 13. fr. 17. §§. 1. 4. sq. ad munic. 50. 1. fr. 14. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. Parvi refert, nominaverint, vel fideiusserint, an in se periculum receperint. fr. 1. pr. de mag. conven. 27. 8. cf. fr. 28. de tut. et cur. dat. 26. 5. Postulare tutorem, — item nominare. fr. 2. de fideiuss. et mand. 27. 7. An is, qui se voluit excusare, nec obtinuit, postea

potiores nominare possit? Vatic. §§. 206. sqq. Non recte potiorem videtur nominare, qui causam nominati potioris non expresserit. Paul. II. 28. §. 1. cf. Vatic. §. 157. Si quis eos, quos potiores nominavit, non probaverit, — alios potiores potest nominare. Ib. §. 164.

Nominatim. (Advb.) *Expresse, Diserte.* I. **Sy.** Nominare, Nomen adiicere, Singulorum nominibus uti, Nominat. (stipulari, v. legare etc.) Gai. III. 103. 166. sq. fr. 1. sq. de lib. et posth. 28. 2. fr. 124. de legat. I. (30.) fr. 17. de duob. reis. 45. 2. fr. 16. fr. 30. sq. fr. 39. de stipul. serv. 45. 3. Aperte. fr. 77. de R. I. 50. 17. Specialiter. fr. 3. sq. de pact. 2. 14. fr. 47. sq. de procur. 3. 3. fr. 25. §. 1. fr. 26. pr. de minor. 4. 4. II. **Op.** Generaliter. Gai. IV. 53. §. 7. I. de pup. subst. 2. 16. Tacite. fr. 52. de cond. et dem. 35. 1. fr. 77. de R. I. 50. 17. Inter caeteros. Cf. v. Caetera. §. 2. Per consequentias (deferri.) fr. 3. pr. de legit. tut. 26. 4. III. **Cn.** Viritim nominatimque (suscipere.) Th. C. XII. 6. c. 12. de susceptor. Specialiter, vel nominatim. fr. 3. pr. l. 26. 4. cf. fr. 72. de evictioa. 21. 2. Si quis velit non omnes heredes — onerare, — nom. damnare debet. fr. 98. de legat. III. (32.) cf. fr. 33. §. 1. de legat. II. (31.) Deberi, atque si id nom. esset expressum. fr. 40. de R. C. 12. 1. cf. fr. 14. §. 2. Qu. dies legat. 36. 2. Nom. id cavisse (leges.) Nom. expressum est ipsa lege. — Nom. prohiberi lege. Vatic. §. 303. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. fr. 81. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Vlp. XX. 14. Nom. edicebat (C. Cassius.) fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. Nisi constet, ei mandatum nom. fr. 39. §. 7. fr. 40. pr. de procur. 3. 3. Nisi si quid fuerit exceptum nom. (ne veniat.) fr. 13. comm. div. 10. 3.

Nominatio. §. **1.** *Denominatio, Adpellatio.* III. **Cn.** Dos sive adventicia, sive profecticia sit, secundum veteris iuris nominationem [al. novationem.] c. 1. §. 1. de R. V. A. 5. 13. — §. **2.** *Laudatio, Professio.* I. **Sy.** Mentio nominis (dominici.) c. 3. pr. qu. pers. nob. adqu. 4. 27. — §. **3.** *Electio, Creatio, Indictio (publicae functionis.)* I. **Sy.** Creatio. c. 1. si pr. inimic. 10. 66. Ius (potiorum.) Vatic. §. 242. III. **Cn.** Excusatio, et potiorum nominatio. Ib. §§. 207. 242. Consensisse pater decurionatui filii videtur, si praesens nominationi non contradixit. fr. 2. pr. ad munic. 50. 1. Ad editionem, vel nominationem praeturae (pertinere.) Th. C. VI. 4. c. 28. de Praet. et Qu. Vniversis muneribus nominationibusque completis. Ib. XII. 1. c. 95. de decurion. Nominationes, seu susceptiones. Ib. XVI. 2. c. 1. de episc. eccl. A palatinis — procul universas calumnias, sive nominationes, (iubemus esse submotas.) Ib. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qu. in S. pal. cf. VIII. 3. c. 1. de priv. adpar.

Nominator. *Qui auctor factus est nominandi alterius ad munus publicum.* I. **Sy.** Creator. c. 2. Quo quisq. ord. 11. 35. III. **Cn.** Nec nominatores magistratuum ex hac causa tenebuntur, sed soli magistratus. fr. 1. pr. de mag. conv. 27. 8. Magistratus municipales, tutorum nominatores. c. 5. cf. c. 4. eod. 5. 75. Nominati successoris dumtaxat quisque periculum suscipere compellitur, nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt. c. 2. de peric. nominat. 11. 33. Nominatores susceptorum — teneantur obnoxii. Th. C. XII. 6. c. 8. de susceptor.

Nominatorius. (Adiect.) *Nomina continens (debitorum.)* III. **Cn.** Neque a susceptore summam illatorum, neque nominatorios breves a tabulario postulabit. Ib. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. com. S. largg. XI. 28. c. 3. de indulg. debit.

Nomisma. Cf. v. Numisma.

Non. (Advb.) §. **1.** *Haud, Minime, Nequaquam.* I. **Sy.** Sine ullo (iudice.) Non per (iudicem.) fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. — Indebitum. Non debitum. Cf. v. Indebitus. §. 2. III. **Cn.** Omnem, non utique (latam, sc. culpam.) fr. 31. §. 12. de Aedil. edict. 21. 1. Non utique, — sed etiam etc. fr. 9. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. fr. 96. §. 1. de V. S. 50. 16. Non utique ut etc. fr. 20. de A. v. A. P. 41. 2. Non ut ex etc. — ita ex etc. fr. 159. de R. I. 50. 17. cf. fr. 169. de V. S. 50. 16. Si non adhibuit medicum, — vel malum adhibuit. fr. 31. §. 12. de Aedil. edict. 21. 1. Si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio, sed quod etc. fr. 2. §. 4. si qu. cautt. 2. 11. Non enim velle debet dominus, sed non nolle. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Si quis, cum posset non incidere etc. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Qui non facit, quod facere debet. — Qui facit, quod facere non debet. fr. 121. de R. I. 50. 17. cf. fr. 22. §. 3. de nox. act. 9. 4. Non pro modico beneficio datur. fr. 4. §. 1. de h. qu. not. infam. 3. 2. Quae (sc. uvae) eius generis essent, quas non vini causa haberemus. fr. 205. de V. S. 50. 16. Si quis promittat, cuius non commercium habet. fr. 34. de V. O. 45. 1. Qui possessionem non sui fundi tradidit. fr. 21. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Non a domino, et nondum usucaptum, (petere.) fr. 1. pr. §. 1. de Pub. in R. A. 6. 2. Non suis nummis (comparare.) fr. 45. §. 2. de R. N. 23. 2. Et ait Mela. — Sed non exprimit de actionibus. fr. 20. §. 1. de praescr. vv. 19. 5. — §. **2.** *Ne, Nec.* I. **Sy.** Ne. Cf. h. v. §. 2. Nec. Cf. h. v. §. 1. Nisi. Si non. Cf. v. Nisi. III. **Cn.** Si quis, non dicam rapere, sed vel adtentare (ausus fuerit.) Th. C. IX. 25. c. 2. de raptu virgg. cf. IX. 27. c. 3. ad L. Iul. repet. Sepulchra hostium religiosa nobis non sunt, ideoque — non sepulchri violati actio competit. fr. 4. de sepulc. viol. 47. 12. — §. **3.** *Nondum.* III. **Cn.** Si non pecunia soluta esset. — Si soluta esset. fr. 12. de novat. 46. 2. Si interim moriatur filius, posthumo non nato. fr. 16. de lib. et posth. 28. 2. Si non sunt clavi vestimentis consuti. fr. 19. §. 5. de auro arg. 34. 2. — §. **4.** *Non solum.* III. **Cn.** Non si, — sed si et. Non enim etc. — sed et. fr. 11. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 5. pr. de pignor. 20. 1. fr. 38. ad S. C. Treb. 36. 1. Invitum — accipere debemus, non eum qui contradicit, sed eum qui non consentit. fr. 5. de S. P. V. 8. 2. Consilium uniuscuiusque, non factum, (puniendum est.) Paul. V. 23. §. 3. cf. fr. 14. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. — §. **5.** *Non tantum,* pro: *Non tantum non.* III. **Cn.** Non tantum autem civiliter, sed nec naturaliter obligatur. fr. 1. §. 2. de V. O. 45. 1.

Nonae. *Nonus ab Idibus mensis dies.* III. **Cn.** V Nonas Martias, quae proximae fuerunt. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Idem in Idibus etiam et

Nonis probandum est, et generaliter in omnibus diebus. fr. 41. §. 2. de V. O. 45. 1.

Nonaginta. *Decies novem.* I. **Sy.** Tres menses. Nonaginta dies. c. 2. de temp. et repar. app. 7. 63.

Nondum. (Advb.) *Adhuc non.* I. **Sy.** Antequam. Cf. h. v. II. **Op.** Iam. fr. 3. §. 6. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Cessit dies, sed nondum venit. fr. 213. pr. de V. S. 50. 16. Si nondum manumissus sit, sed adhuc in causa mancipii. Gai. I. 132. Tunc nondum (in usu habebantur.) Ib. IV. 11. Quibus nond. competit actio, est autem competitura. fr. 54. de V. S. 50. 16. Nond. eius aetatis esse. Nond. plenum iudicium animi habere. Vlp. XVI. 1. XX. 12. Qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit. Gai. IV. 36. fr. 1. pr. de Pub. in R. A. 6. 2. Qui nond. certus, ad se querelam — pertinere etc. fr. 9. §. 3. de transact. 2. 15.

Nongenti. (Adiect.) *Novies centum.* III. **Cn.** Nongentos quinquaginta solidos exactos sibi noverint profuturos. Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 2.

Nonianus. *A Nonio nomen trahens.* III. **Cn.** Noniano [al. Numiano, s. Nuniano, s. Ninniano, s. Iuniano, s. Viviano] S. Cto contra collusorem poena statuta, praemioque detegenti promisso. c. 2. de collus. deteg. 7. 20. Fundos legavit — Cassianum, Nonianum. fr. 27. §. 5. de instr. leg. 33. 7.

Nonnihil. *Aliquid.* III. **Cn.** Ait utique nonnihil restituendum; de illo dubitat, utrum totum, an partem restituendam dicat. fr. 25. §. 15. de hered. pet. 5. 3. Tamquam nonnihil in alium ausurus, qui hoc adversus se ausus est. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Nonnullus. (Adiect.) *Quidam.* I. **Sy.** Nonnulli. Quidam. Gai. II. 214. sq. IV. 170.

Nonnunquam. (Advb.) *Aliquando.* II. **Op.** Plerumque. Cf. h. v. Semper. Coll. LL. M. X. 2. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Non semper ei fides habenda est, nonnunqu. enim etc. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Interdum XX fuerunt, interdum plures, nonn. pauciores. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. Non potest — ullo modo compellere eum. — Nonn. autem audiendus erit, si etc. fr. 31. sq. de adopt. 1. 7.

Norma. **§. 1.** *Mensura, Modus.* I. **Sy.** Mensura. Th. C. VIII. 5. c. 17. pr. §. 1. de cursu pub. Summa. Ib. XVI. 10. c. 10. de pagan. — **§. 2.** *Regula, Ratio.* III. **Cn.** Pro norma generalium sanctionum. Ib. XVI. 5. c. 58. §. 5. de haeret. Norma legis antea promulgatae. Ib. X. 10. c. 34. de petit. et ultro dat. Huiusmodi norma processit. Ib. VII. 4. c. 30. de erog. mil. annon. Sub hac norma. Manente norma. Ib. VII. 21. c. 3. pr. de testimon. ex-tribun.

Nos. **§. 1.** *Singuli* (privati.) *Certi* (ex numero civium.) II. **Op.** Populus R., vel Caesar. Gai. II. 7. Per nosmetipsos, — Per nuncium (constituere posse.) fr. 14. §. 3. de const. pec. 13. 5. Per nosmetipsos, — Per eos, quos in potestate, manu mancipiove habemus, (adquirere.) Gai. II. 86. III. 163. 221. fr. 6. §. 2. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *His temporibus viventes. Huius aetatis homines.* II. **Op.** Veteres. Gai. I. 188. fr. 234. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Vniversitas Romanorum.* I. **Sy.** Cives rom. Gai. I. 55. cf. §. 2. I. de P. P. 1. 9. II. **Op.** Graeci. fr. 233. §. 2. fr. 236. pr. l. l. 50. 16. Peregrini. Gai. I. 193. — **§. 4.** *Princeps, qui praesenti aetate imperio R. praeest.* II. **Op.** Retro Principes. Antiquiores. Th. C. XII. 1. c. 181. pr. de decurion. Pr. I. de usucap. 2. 6. III. **Cn.** Consules nos, ut aestimemus etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Nos autem per constitutionem nostram (disposuimus.) §. 5. I. de Atil. tut. 1. 20.

Noscere, s. **Nosse.** *Compertum habere, Scire.* I. **Sy.** Intelligentiam habere. fr. 20. §. 9. Qu. testam. fac. p. 28. 1. II. **Op.** Falsa opinione ductus, credere, Ignorare. c. 4. de hered. inst. 6. 24. c. 1. de h. qu. ante ap. tab. 6. 52. III. **Cn.** In hac actione actor omnia posse debet, et dicere argumenta rei. fr. 3. pr. ad exhib. 10. 4. De eo dumtaxat se cogitasse, quo illarum tabularum, quas tunc noverat, scriptura contineretur. fr. 12. de transact. 2. 15. Sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret. Generaliter novimus, (turpes stipulationes nullius esse momenti.) fr. 26. de V. O. 45. 1. Qui noscuntur (exercere etc.) c. 7. de iurisd. omn. iud. 3. 13.

Nosmet. Cf. v. Nos. §. 1.

Nosocomium. *Valetudinarium.* III. **Cn.** S. ecclesia, vel xenodochium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel ptochotrophium, vel gerontocomium etc. c. 19. de SS. eccl. 1. 2. Iul. ep. nov. c. 7. §. 32. c. 111. §. 409.

Nosocomus. *Nosocomio praefectus.* III. **Cn.** Orphanotrophi, vel ptochotrophi, vel xenodochi, vel nosocomi, vel aliarum religiosarum domorum administratores. Iul. ep. nov. c. 111. §. 410. c. 115. §. 452.

Noster. (Pronom.) **§. 1.** *Qui praesentis temporis est.* II. **Op.** Olim. — Temporibus nostris. Gai. I. 110. 112. IV. 25. Divi, — Nostri (Principes, s. Domini.) Vatic. §§. 125. 149. 247. III. **Cn.** Aetas nostra. Saeculum nostrum. fr. 7. pr. de reb. dub. 34. 5. Coll. LL. M. XV. 3. Caesar noster. Principes, s. Imperatores, nostri (optimi maximique.) fr. 8. de off. Praes. 1. 18. fr. 11. de postul. 3. 1. fr. 22. de accus. 48. 2. fr. 11. de decurion. 50. 2. Vatic. §§. 147. 246. sq. 294. Antoninus A. Pius noster. fr. 42. de fideic. libb. 40. 5. Imp. noster, et (D.) pater, s. cum (D.) patre. Vatic. §§. 191. 200. 234. sqq. 238. fr. 7. §§. 5. sq. de don. int. V. 24. 1. fr. 13. §. 1. de milit. testam. 29. 1. fr. 41. §§. 3. 5. de legat. I. (30.) — **§. 2.** *Ad imperium R. et ad societatem nominis Romanorum pertinens.* I. **Sy.** Haec, Nostra (civitas.) fr. 2. §§. 1. 12. 14. de O. I. 1. 2. Proprium, Nostrum, Civile, Quiritium (ius.) fr. 6. de I. et I. 1. 1. §§. 2. sq. I. de I. N. 1. 2. II. **Op.** Imp. noster. — Princeps alicuius peregrini populi. Gai. III. 94. III. **Cn.** Orbis noster universus. Vrbs, s. Civitas etc. nostra. Coll. LL. M. XV. 3. fr. 11. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §. 1. 12. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. Leges nostrae. Gai. IV. 37. Celsus, Iulianus, Vindius, Scaevola, Gaius (noster.) fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 56. §. 2. de iure dot. 23. 3. fr. 86. de cond. et dem. 35. 1. fr. 30. §. 7. fr. 32. §. 4. ad L. Falc. 35. 2. fr. 39. de stipul.

servor. 45. 3. — **§. 3.** *Ad certum Imperatorem spectans.* I. ***Sy.*** Imperialis, Imperatorius, Principalis. Prooem. Inst. §§. 3. 5. sqq. c. 5. de legation. 10. 63. Th. C. VIII. 6. c. 1. de tractor. et stativ. Sacer, Sacratissimus. c. 2. sqq. de praepos. S. cubic. 12. 5. c. 2. de primicer. 12. 7. II. ***Op.*** Vel nostra, vel retro Principum (imago.) Th. C. XV. 1. c. 44. de opp. pub. Cum nostrae, tum maiorum nostrorum (sanctiones.) Ib. V. 13. c. 33. (Wck.) IX. 39. c. 2. de calumn. XVI. 8. c. 26. de Iud. Venerabilis, s. Serenissima (coniux, s. Augusta.) — Nostra (pietas etc.) c. 2. de qu. mun. 10. 48. c. 3. c. 5. de praepos. S. cubic. 12. 5. — **§. 4.** *Ad privati alicuius tam personam, quam familiam, itemque bona pertinens.* I. ***Sy.*** Meus. fr. 36. de N. G. 3. 5. Qui ex nobis descendunt, Nostri (filii etc.) fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Necessitudines nostrae, Nostri (p. se.) Th. C. IV. 4. c. 2. pr. de testam. et codic. Adquiri, Nostrum esse, v. fieri, In dominium nostrum redigi. Gai. II. 66. sqq. 78. fr. 5. §. 1. de statu hom. 1. 5. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1. II. ***Op.*** Nostrum, s. Iuris nostri, — Alienum, s. Alterius, s. Iuris alieni, (esse.) fr. 19. §. 4. de N. G. 3. 5. fr. 25. pr. §. 1. de V. S. 50. 16. Coll. LL. M. X. 7.

Nota. **§. 1.** *Signum, Compendium scripturae.* I. ***Sy.*** Sigla, Notae. c. 2. §. 22. de vet. iure enucl. 1. 17. II. ***Op.*** Litterae. — Notae. Cf. v. Littera. §. 1. Librarii, et notarii. — Artifices artium, quae sunt extra litteras vel notas positae. fr. 1. §§. 6. sq. de extr. cogn. 50. 13. III. ***Cn.*** Miles notario (suo) testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris perscriberetur etc. fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. Si quis pro C., CC per notam scripsisset. fr. 9. §. 4. de hered. inst. 28. 5. Qui notis scribunt acta Praesidum. fr. 33. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Adnotatio, Adiectio.* III. ***Cn.*** Si notam postea adiecerit legato, vel sua voce, vel litteris. fr. 21. §. 1. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Demonstrationis nota. fr. 106. de V. O. 45. 1. Notae Pauli atque Vlpiani in Papiniani corpus factae. Th. C. I. 4. c. 1. c. 3. (Wck.) de resp. prud. IX. 43. c. 1. pr. de sentent. pass. Ex nota Marcelli constat. fr. 10. de castr. pecul. 49. 17. — **§. 3.** *Stigma, Vestigium.* I. ***Sy.*** Stigma. Th. C. X. 22. c. 4. de fabricens. III. ***Cn.*** Nota publica fabricensium brachiis, ad imitationem tironum, infligatur. Ib. l. l. — **§. 4.** *Labes existimationis, Probrum.* I. ***Sy.*** Infamia. Cf. h. v. II. ***Op.*** Bonae frugi, — Male notus, vel notae extremae (servus.) fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. Non notae causa exheredare filios, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant. fr. 18. de lib. et posth. 28. 2. III. ***Cn.*** Propter notam et infamiam vitae suae (admittendi non sunt ad testimonii fidem.) fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. In notam aliquorum producere. fr. 5. §. 10. de iniur. 47. 10. Re tamen ipsa et opinione hominum non effugiunt infamiae notam. fr. 2. pr. de obsequ. parent. 37. 15. Notam adspersam patroni filio (liberis eius nocere.) fr. 17. §. 1. de iure patron. 37. 14. Quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis. Th. C. II. 19. c. 1. de inoff. testam. III. 8. c. 1. de sec. nupt. Quae per turpitudinem, aut per aliquam levem notam, (capere non potest institutus.) Ib. II. 19. c. 3. Iudaica nota foedare. Ib. XVI. 8. c. 22. de Iud. Exheredationis notam merere. fr. 1. pr. de coniung. c. emanc. lib. 37. 8. cf. fr. 20. pr. de B. P. c. t. 37. 4.

Notabilis. (Adiect.) *Notatus, Maculatus.* III. ***Cn.*** Turpitudine notabiles (personae.) fr. 1. §§. 5. sq. de postul. 3. 1. Iubemus etiam eos notabiles esse sine venia. Th. C. IX. 14. c. 3. §. 1. ad L. Corn. de sicar. Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui etc. Ib. VIII. 8. c. 3. de exsecut. et exact. XI. 7. c. 13. de exaction.

Notabiliter. (Advb.) *Notae procurandae gratia.* I. ***Sy.*** Infamandi causa. fr. 15. §§. 25. sq. de iniur. 47. 10.

Notare. **§. 1.** *Significare, Observare.* III. ***Cn.*** Notavimus supra, quod etc. fr. 7. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Qui superioribus capitibus (sc. edicti) notantur. fr. 1. §. 7. cf. §§. 1. 3. sqq. de postul. 3. 1. Illud notandum est etc. fr. 9. §. 2. de D. R. 1. 8. fr. 21. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 27. §. 16. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 2.** *Brevi definitione, vel adnotatione complecti. Adnotatione reprehendere, vel emendare.* I. ***Sy.*** Dubitare, Notare (dubitans.) Vatic. §. 82. II. ***Op.*** Disputare, Tractare. fr. 2. §. 7. de eo qu. c. loc. 13. 4. III. ***Cn.*** Dolo malo adiecto calliditatem notat Praetor eius, qui etc. fr. 3. pr. de servo corr. 11. 3. Quae sententia vera non est, et a multis notata est. fr. 16. de iud. 5. 1. fr. 42. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Marcellus — dubitans negat. — Ego apud eum notavi. fr. 41. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 11. §. 7. de iniur. 47. 10. Labeo quaerit. — Et ait Quintus, apud eum notans. fr. 7. §. 7. de d. m. 4. 3. cf. fr. 7. §. 1. de pecul. 15. 1. Vt Labeo — scripsit, nec Aristo, vel Aulus, utpote probabile, notant. fr. 17. §. 5. de hered. inst. 28. 5. Proculus apud eum (sc. Labeonem) notat. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. fr. 69. de cond. et dem. 35. 1. Proculus recte ait. — Atilicinus autem ait. — Quod et Marcellus admittit. Ego autem apud eum notavi etc. fr. 11. §§. 4. sqq. de iniur. 47. 10. Marcellus apud Iulianum notat. fr. 9. de V. S. 50. 16. cf. fr. 39. de hered. inst. 28. 5. fr. 20. de cond. et dem. 35. 1. Scaevola notat apud Iulianum. fr. 54. de pact. 2. 14. fr. 10. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Paulus lib. — Papiniani notat. fr. 18. de servit. 8. 1. fr. 72. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 1. §. 2. de usur. 22. 1. — **§. 3.** *Ignominiae maculam adspergere.* I. ***Sy.*** Inter infames effici, s. haberi. Notari. Cf. v. Infamia. §. 2. II. ***Op.*** Infamiam non facere, Famae non obesse, Existimationem conservare. fr. 2. §. 2. fr. 13. §§. 5. 7. fr. 22. fr. 24. de h. qu. not. infam. 3. 2. Honestae et inculpatae vitae. — Notatus et reprehensibilis. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. III. ***Cn.*** Exheredatione notati, et remoti. fr. 8. pr. de B. P. c. t. 37. 4. Ex causa desertionis notatus, ac restitutus. fr. 15. de R. M. 49. 16. Erit notata, secundum verba legis. fr. 43. §. 13. cf. §. 12. de R. N. 23. 2. Qui, ut infames, notantur (edicto Praetoris.) fr. 1. §. 8. de postul. 3. 1. Ignominia notari. fr. 11. §. 4. de h. qu. not. infam. 3. 2. fr. 6. §. 3. de decurion. 50. 2. Nec quisquam iudicum calumnia notabit tutorem, qui etc. fr. 22. de h. qu. ut indign. 34. 9.

fr. 4. de accus. 48. 2. c. 16. ex qu. c. infam. 2. 12. Famosi et notati, et quos scelus aut vitae turpitudo inquinat. c. 2. de dignitatt. 12. 1. Th. C. IX. 38. c. 5. de indulg. crim.

Notarius. *Notarum scriptor. Actorum publicorum (praesertim in consistorio Principis) exceptor.* I. **Sy.** Qui notis scribunt (acta Praesidum.) Notarii. fr. 33. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 1. §. 6. de extr. cogn. 50. 13. III. **Cn.** Miles notario (suo) testamentum scribendum notis dictavit. fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. Stichus notarius, quem peto manumittas. fr. 41. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Librarii, et notarii, et calculatores, sive tabularii. fr. 1. §. 6. l. 50. 13. Qui intra consistorii secreta notariorum funguntur officio. Th. C. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. pal. Notariorum scholae collegium. Ordo notariorum. Ib. VI. 2. c. 15. de Senat. et de gleb. VI. 10. c. 1. de primicer. et notar. (Io. Lydus de magistratt. III. 9. sq.) Sequens primicerium, tribunus ac notarius. Ib. c. 2. sqq. l. l. cf. I. 3. c. 1. de mand. Princ. XI. 18. c. 1. Qu. a praeb. tiron.

Notatio. *Admonitio.* III. **Cn.** Excell. auctoritas tua Rectores conveniri praecipiat, ut percepta notatione cognoscant. Th. C. XVI. 8. c. 12. de Iud.

Notatus. (Partic.) **§. 1.** *Notatum, i. e. Adnotatio, Nota.* III. **Cn.** Servius in notatis [al. notis] Mucii ait. fr. 30. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Notatus, i. e. Infamatus.* Cf. v. Notare. §. 3.

Notio. **§. 1.** *Notitia, Scientia.* III. **Cn.** Ad omnium pervenire notionem. Th. C. XI. 5. c. 3. de indiction. Quam (sc. constitutionem) pro omnium notione graeca lingua — composuimus. §. 3. I. de succ. libert. 3. 7. — **§. 2.** *Cognitio causae, Ius cognoscendi.* I. **Sy.** Cognitio. Cf. h. v. §. 2. Causae, de quibus cognoscunt, Ex quibus notio est (magistratuum.) Is, cuius d. e. r. notio est. Iudex. fr. 7. §. 2. fr. 11. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 10. de off. Praes. 1. 18. fr. 28. §§. 3. 9. de liberat. leg. 34. 3. Sine notione iudicis, Extra ordinem, Simplici iussione (exactio facta.) fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Ait Praetor: „Cuius de ea re iurisdictio est;“ melius scripsisset: „Cuius d. e. r. notio est.“ fr. 5. pr. de re iud. 42. 1. Post — quam aditi pro tribunali hi, quorum d. e. r. notio est. fr. 5. §. 16. ut in poss. legat. 36. 4. Vatic. §. 313. fr. 6. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Eum, cuius notio est, aestimaturum. fr. 14. de dote praeleg. 33. 4. fr. 61. §. 1. de O. et A. 44. 7. Ad notionem eius, qui d. e. r. cogniturus esset, pertinere. fr. 69. §. 1. de legat. III. (32.) De his omnibus an admittenda separatio sit, nec ne, Praetoris erit vel Praesidis notio, nullius alterius. fr. 1. §. 14. de separat. 42. 6. cf. fr. 3. §. 3. de lib. exhib. 43. 30. Quibus omnibus Praeses Pr. suam notionem praebebit. Vatic. §. 293. cf. §. 271. Quarum singulae notionem Principis non faciunt, omnes autem coniunctae faciunt. fr. 10. §. 1. de app. et relat. 49. 1. Aut per me cognoscam, aut excellentiae tuae impertiam notionem. Th. C. XI. 34. c. 2. de h. qu. p. met. Venire ad altioris iudicis notionem. Ib. II. 1. c. 6. de iurisd. Iudicibus ordinariis adimere propriam notionem. Ib. c. 2. l. l.

Notitia. **§. 1.** *Cognitio, Scientia, Peritia.* I. **Sy.** Ars, Studium, Scientia. fr. 1. pr. §§. 1. sq. fr. 10. §. 2. de I. et I. 1. 1. Coll. LL. M. XV. 2. III. **Cn.** Requirat necessarios, — vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habet. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Si ex inquisitione, propter rei notitiam, fuerit datus tutor. fr. 1. § 7. de tut. et rat. 27. 3. Qui notitiae gratia datus est (tutor,) — ad instruendos contutores datur. fr. 14. §. 6. cf. §. 1. de solut. 46. 3. Necessariae actori (sc. rationes) ad instruenda ea, quae postea emergunt, ad notitiam eius spectantia. fr. 8. pr. fam. ercisc. 10. 2. Quod (sc. edictum) neque propositum est, neque in notitiam pervenit. fr. 1. §. 3. Qu. sent. sine app. 49. 8. Ex quo in notitiam eius decretum prolatum sit testato. Vatic. §. 156. Quod mihi in notitiam pertulit illa die. Ib. §. 168. Plenam rei inquisitionem notitiamque eius accipiat. Th. C. XI. 30. c. 41. de app. et poen. Fides ab his notitiae postuletur. Ib. XI. 39. c. 13. de fide test. — **§. 2.** *Consuetudo personarum.* I. **Sy.** Ex castris notus esse. Castrensis notitia. fr. 8. de castr. pecul. 49. 17. III. **Cn.** Notitia, vel adfectio. fr. 8. l. 49. 17. Amicos adpellare debemus, non levi notitia coniunctos. fr. 223. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Instrumentum, seu libellus, succinctam rerum descriptionem continens.* I. **Sy.** Breve. Th. C. XI. 25. c. 1. de quadrim. brev. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Inventarium. c. 22. de admin. tut. 5. 37. III. **Cn.** Rerum nobis notitia intimetur, ut — vacantia — nomine occupentur aerarii. Th. C. X. 8. c. 5. de bon. vac. Quotiescunque quadrimenstrui breves — ad sedem vestrae celsitudinis destinantur, parilis notitia provinciali quoque tradatur officio. Ib. XI. 25. c. 1. de quadrim. brev. Omnium officiorum — notitia, sacris apicibus subdenda. c. 10. de div. offic. 12. 60. c. 1. §. 8. c. 2. §§. 6. 17. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Particularis delegationum notitia. Th. C. XI. 5. c. 4. de indiction. Modi sportularum, Impensarum (notitia.) c. 3. §. 3. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Iul. ep. nov. c. 38. §. 166.

Notorium. *Libellus delatorius.* III. **Cn.** Quod geritur litteris Ordinum, magistratuum et curatorum, et notoriis adparitorum. Th. C. XVI. 2. c. 31. de episc. eccl. Nunciatores qui, per notoria, indicia produnt, notoriis suis adsistere iubentur. fr. 6. §. 3. ad S.C. Turp. 48. 16. cf. c. 7. de accus. 9. 2.

Notus. (Partic.) *Cognitus, Manifestus.* I. **Sy.** Denunciare, Pronunciare, Notum facere. fr. 1. §§. 1. 3. sqq. de agnosc. et alend. 25. 3. fr. 5. pr. §§. 1. sqq. Qu. vi aut cl. 43. 24. II. **Op.** Ignotus. Cf. h. v. Incognitus. fr. 4. de I. et I. 1. 1. Notum habere. — Ignorare. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Fidei exploratae. Bonae frugi. — Notae nequitiae. Male notus, vel notae extremae. fr. 3. §. 4. de lib. exhib. 43. 30. fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Ad certas et notas personas pertinere. fr. 39. pr. de cond. et dem. 35. 1. Si quis tam notus et tam gravis in abigendo fuit, ut etc. Coll. LL. M. XI. 7. Notum, v. Notissimum, est. fr. 10. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. fr. 17. §. 5. de excusat. 27. 1. Notissimi iuris est. c. 7. pr. de praescr. XXX. 7. 39. c. 2. int. alios acta. 7. 60. Notum tibi facio (hac epistola etc.) fr. 62. §. 1. mand. 17. 1. cf. fr. 24. fr. 28. depos. 16. 3.

Novalis. (Adiect.) **§. 1.** *Novale i. e. Ager novus, s. recentis culturae.* III. **Cn.** Qui — faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbustum, aut ex silva novale etc. fr. 3. §. 2. de term. mot. 47. 21. — **§. 2.** *Novalis, i. e. Ager, qui alternis cessat, et renovatur.* I. **Sy.** Praecisa, quae anno cessavit, (terra.) fr. 30. §§. 2. sq. de V. S. 50. 16.

Novare. **§. 1.** *Innovare, Instaurare.* I. **Sy.** Innovare. Cf. h. v. §. 1. Renovare (tempora.) Th. C. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. III. **Cn.** Omnia in eodem statu esse, nec quidquam novari. fr. 6. de app. rec. 49. 5. fr. 1. pr. nih. innov. 49. 7. Quod munus in posterum ea lege novetur, ut etc. Th. C. VII. 23. c. 1. de oblat. equor. — **§. 2.** *Novam constituere obligationem,* (transfuso in illam prioris obligationis carmine.) I. **Sy.** Novationem facere. fr. 8. §. 1. sqq. fr. 14. pr. §. 1. de novat. 46. 2. cf. fr. 4. §. 4. de re iud. 42. 1. III. **Cn.** Veterem, s. Priorem, obligationem novare. fr. 16. fr. 25. de novat. 46. 2. fr. 72. §. 1. de solut. 46. 3. Novari posse, et transire in verborum obligationem. fr. 2. de novat. 46. 2. Omnimodo omnes praecedentes obligationes novat et perimit (Aquiliana stipulatio.) fr. 4. de transact. 2. 15. Vna stipulatione plures obligationes novari. fr. 34. §. 2. cf. fr. 21. de novat. 46. 2. Vtrumque stipulatus videtur, et utrumque novatum, si novandi animo hoc fiat. fr. 26. cf. fr. 31. ib. 46. 2. Novandi causa promittere, v. stipulari. fr. 14. pr. §. 1. ib. 46. 2. Nec delegare, nec promittere novandi animo. fr. 66. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Interpositis delegationibus, aut inchoatis litibus, actiones novare. Vatic. §. 263. cf. §. 260. fr. 29. de novat. 46. 2.

Novatiani. *Haeretici, qui Novati Carthaginiensis doctrinam amplexi sunt.* III. **Cn.** Manichaei et Phryges, — Novatiani et Sabatiani, caeterique haeretici. Th. C. XVI. 5. c. 59. c. 65. §. 2. de haeret. Qui, Novatianorum collegio desertores, — cum se Protopaschitas adpellari desiderent. Ib. XVI. 6. c. 6. ne S. bapt.

Novatio. **§. 1.** *Innovatio.* III. **Cn.** Vetera iura locum habere, — et nullam ex praesente promulgatione novationem vel permutationem accipere. c. 30. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. — **§. 2.** *Veteris obligationis in novam transfusio facta.* I. **Sy.** Prioris debiti in aliam obligationem transfusio atque translatio. Nova obligatio. fr. 1. pr. de novat. 46. 2. II. **Op.** Ex vetere contractu debere. — Novatione facta coepisse debere. fr. 31. §. 5. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 4. §. 1. de usur. 22. 1. III. **Cn.** Non duplari dotem, sed fieri novationem. fr. 8. §. 5. de novat. 46. 2. Novatione facta, quasi novus debitor ampliatae summae posse conveniri. fr. 31. §. 5. l. 34. 3. Novatione liberare. fr. 31. §. 1. cf. fr. 18. de novat. 46. 2. Videndum utrum duae stipulationes sint, — et exsistens sequentis conditio non tollat priorem; an vero transferat in se, et quasi novatio prioris fiat? fr. 44. §. 6. de O. et A. 44. 7. Prima (sc. stipulatio) novationis iure tollatur. Gai. III. 176. Opus est, ut iubente me tu ab eo stipuleris; quae res efficit, ut a me liberetur, et incipiat tibi teneri: quae dicitur novatio obligationis. Ib. II. 38. sq. III. 179. Cum delegante venditore pecuniam ita promittit, — novatione secuta etc. fr. 27. de novat. 46. 2.

Nove. Noviter. (Advb.) **§. 1.** *Novo modo, Insolite.* III. **Cn.** Acclamatum est: Nove, diserte etc. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.) Omnia, quae noviter contingunt, et emendare et componere. c. 2. §. 18. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Novissime, i. e. Postremo, Nunc.* I. **Sy.** Denique. Gai. I. 43. Vlp. I. 24. III. **Cn.** Prius, s. Initio, — deinde, s. postea, — novissime. fr. 2. §§. 1. sqq. 11. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de d. m. exc. 44. 4. Quodsi ante rogavit, postea conduxit, — procedere videtur, quod novissime factum est. fr. 10. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Sanctio legum, quae noviss. certam poenam irrogat. fr. 41. de poen. 48. 19. Si noviss., ut solet, testamento fuerit adscriptum. fr. 1. §. 1. de h. qu. in testam. 28. 4. Nov., quod ait Sabinus, — quale sit, videndum. Vatic. §. 86. fr. 3. §. 5. naut. caup. 4. 8. fr. 8. §. 2. de cond. furt. 13. 1.

Novelletum. *Locus novellis arboribus, aut vitibus, consitus.* I. **Sy.** Novellum. fr. 8. de fundo dot. 23. 5. fr. 6. de imp. in res dot. 25. 1. III. **Cn.** Si novelletum in fundo factum sit, aut si in domo pistrinum. fr. 6. l. 25. 1. cf. fr. 39. de hered. pet. 5. 3.

Novellus. (Adiect.) **§. 1.** *Novus, Recens.* I. **Sy.** Novum, Novellum (opus.) Th. C. XV. 1. c. 16. de opp. pub. II. **Op.** Vetus, — Novellum (vinum.) Ib. VII. 4. c. 25. de erog. mil. annon. Veteres, — Novellae (leges.) c. 5. de LL. 1. 14. Th. C. XIII. 3. c. 19. de medic. et prof. III. **Cn.** Novellae et inauditae sectae. Coll. LL. M. XV. 3. cf. Th. C. XVI. 11. c. 3. de relig. Precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut novella professio. Ib. X. 1. c. 15. de iure fisci. Venditi onera novellus possessor compellatur adgnoscere. Ib. XI. 1. c. 26. de annon. et tribut. Novellum statutum. Ib. X. 19. c. 9. de metall. Constitutio, s. Lex, novella. Ib. I. 1. c. 6. §. 3. (Wck.) de const. Pr. XII. 1. c. 160. de decurion. Coll. LL. M. XIV. 3. — **§. 2.** *Novella* (p. se pos.) i. e. *Lex nova* (post codicem constitutionum promulgatum emissa.) III. **Cn.** Secundum legem novellarum. L. rom. Burg. 26. — **§. 3.** *Novellum* (p. se.) i. e. *Novelletum.* I. **Sy.** Novelletum. Cf. h. v.

Novem. *Numerus decimum inter et octavum.* III. **Cn.** Ab imperiali culmine uno anno, a nostris vero indicibus IX mensibus (petere deliberationem.) c. 22. §. 13. de iure delib. 6. 30.

November. *Nonus a Martio mensis.* III. **Cn.** Vt Novembri mense navigatione subtracta, Aprilis, qui aestati est proximus, susceptionibus adplicetur. Th. C. XIII. 9. c. 3. §. 3. de naufrag. cf. VII. 4. c. 25. de erog. mil. annon.

Noverca. *Nova uxor ducta, post decessum prioris, quae liberos reliquit superstites.* III. **Cn.** Vxor mea liberis, quos ex alia uxore habeo, noverca dicitur; liberi mei illi, privigni. fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10. cf. fr. 12. §. 1. fr. 14. pr. §. 4. de R. N. 23. 2. Adfinium personae, ut privignus, privigna, noverca, vitricus etc. Vatic. §. 302. fr. 1. §. 11. de postul. 3. 1. Mater, aut noverca, quae per in ma-

magnum conventionem apud patrem nostrum iura filiae consecuta est. Gai. III. 14. Quae nobis quondam socrus, aut nurus, aut privigna, aut noverca fuit. Ib. I. 63. Vlp. V. 6.

Novercalis. (Adiect.) *Ad mores novercarum spectans.* III. ***Cn.*** Novercalibus delinimentis, instigationibusve corrupti. fr. 4. de inoff. testam. 5. 2.

Novicius. (Adiect.) *Novus* (in ministerio.) *Imperitus.* I. ***Sy.*** Rudia, Novicia (mancipia.) fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. II. ***Op.*** Veterana (mancipia.) Veteratores. fr. 37. fr. 65. §. 2. ib. 21. 1. fr. 16. §. 3. de publican. 39. 4. III. ***Cn.*** Novicium non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. fr. 65. §. 2. l. 21. 1. Ex venalicio noviciorum emtus, alicui ministerio praepositus. Ib. l. l.

Novisse. Cf. v. Noscere.

Novissime. Cf. v. Nove. §. 2.

Novitas. §. 1. *Factum novum, Conditio novella, Aetas recens.* II. ***Op.*** Antiquitas, Vetustas. Cf. v. Antiquitas. §. 4. III. ***Cn.*** Iudex — duas partes — ad statum pristinum nitoris adducat, atque tertiam construat novitatis. Th. C. XV. 1. c. 20. de opp. pub. Has — cogitationes — sibi regni nostri novitas vindicavit. Nov. Maiorian. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. pr. Inutilis praecepti novitas. Impetrationis novitate supplosa. Th. C. I. 11. c. 2. (Wck.) de off. com. rei priv. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. — §. 2. *Imperitia.* III. ***Cn.*** Providendum est eorum novitati decurionum, qui nuper etc. Ib. XII. 1. c. 54. de decurion.

Noviter. Cf. v. Nove.

Novus. (Adiect.) §. 1. *Recens, Instans.* I. ***Sy.*** Posterior, Nuper lata, Nova (lex.) fr. 7. pr. de cap. minut. 4. 5. fr. 1. fr. 3. de hered. pet. 5. 3. Th. C. IV. 6. c. 8. (Wck.) de natur. fil. Posterior, Nova (obligatio.) Gai. III. 176. 179. fr. 27. §§. 2. sq. de pact. 2. 14. Alius (homo.) fr. 27. §. 1. de adim. legat. 34. 4. fr. 98. §. 8. de solut. 46. 3. Alia, Nova (voluntas.) Cf. v. Alius. §. 2. II. ***Op.*** Interpola, Trita, — Nova (vestimenta.) fr. 6. de R. V. 6. 1. cf. v. Interpolus. Eadem, — Nova (persona.) Gai. III. 176. sq. Coepta, — Nova (res.) fr. 42. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Prima, s. Prior, — Nova (obligatio, v. causa.) Gai. III. 176. 179. fr. 11. §. 4. de exc. rei iud. 44. 2. Vetus, — Novum (negotium, v. opus etc.) fr. 21. §. 2. de N. G. 3. 5. fr. 1. §. 13. de O. N. N. 39. 1. Olim, — Nunc, ex novo S.Cto. Gai. II. 142. sq. III. ***Cn.*** Novae ac recentes (species.) Th. C. XII. 6. c. 10. de susceptor. Si, demolitis aedibus, testator alias novas restituerit. fr. 10. §. 1. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 7. de instr. leg. 33. 7. Vel reparare, vel de novo aedificare. c. 8. de aedif. priv. 8. 10. cf. fr. 3. §. 2. de riv. 43. 21. Interventu novae personae nova nascitur obligatio. Gai. III. 176. fr. 58. de pact. 2. 14. Novus illi nunc primum heres adgnascitur. fr. 33. §. 3. de milit. testam. 29. 1. Novo consensu (animum inire societatis.) fr. 37. pro soc. 17. 2. Gai. III. 153. Ex novo S.Cto, quod auctore D. Hadriano factum est. Ib. I. 30. II. 143. Propter id caput edicti, quod a Iuliano introductum est, i. e. ex nova clausula. fr. 3. de coniung. c. emanc. 37. 8. fr. 1. §. 13. de ventre in poss. 37. 9. Nihil novi patronae — lex Papia praestat. Gai. III. 51. Interrogare, num quid novi addere desideret? c. 9. de iudic. 3. 1. Si quid in posteriore stipulatione novi sit. Gai. III. 177. — §. 2. *Insolitus, Non usitatus.* I. ***Sy.*** Aliter, quam oportuit, dictum, Iniquum, Novum (ius.) fr. 1. §. 1. fr. 2. sq. Qu. quisq. iur. 2. 2. II. ***Op.*** Vsitatus. fr. 26. sq. de LL. 1. 3. Naturalis, — Novus circa aliquem factus (ordo.) fr. 28. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. III. ***Cn.*** Nova et inopinata causa. fr. 3. de cond. indeb. 12. 6. Novae, et usu vel ratione incognitae (religiones.) Paul. V. 21. §. 2. Portentosus, vel monstrosus, vel qualis visu vel vagitu novus (sc. partus.) fr. 135. de V. S. 50. 16. Non est novum, s. Nec novum, ut, v. nam. Vatic. §. 83. fr. 5. de cond. indeb. 12. 6. fr. 46. de A. R. D. 41. 1. fr. 21. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Novam rem (desiderare videtur.) fr. 1. pr. de inspic. ventre. 25. 4. cf. fr. 15. §. 5. locat. 19. 2. — §. 3. *Novissimus, i. e. Extremus.* I. ***Sy.*** Vltimus. fr. 5. fr. 11. de hered. inst. 28. 5. Supremus. fr. 1. §. 1. de B. P. s. t. 37. 11. Secundus (creditor.) Paul. II. 13. §. 8. Qui supervixit. fr. 18. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. II. ***Op.*** Primo, — Medio, — Novissimo (loco.) fr. 20. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 36. pr. de vulg. et pup. subst. 28. 6. Superior, (actus.) fr. 18. comm. praed. 8. 4. III. ***Cn.*** Vtrum levissima conditio, an novissima (spectanda?) fr. 8. §. 3. de testam. tut. 26. 2. Si quis saepius reip. c. afuit, ex novissimo reditu (tempus computandum.) fr. 28. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Si per multos dominos transierit servus, — novissimo dabimus B. Pnem. fr. 2. §. 9. de B. P. s. t. 37. 11. Vel singulis liberis, vel qui eorum novissimus morietur, (heres substitui potest.) fr. 37. de vulg. et pup. 28. 6. cf. fr. 34. pr. de usu et usufr. leg. 33. 2. Novissimo eius temporis die. fr. 49. de cond. et dem. 35. 1. fr. 6. de O. et A. 44. 7. Loco novissimo adhiberi. Paul. IV. 14. §. 2. Pacta novissima (servari oportere.) c. 12. de pact. 2. 3.

Obstare. **§. 1.** *Contra aliquem stare. Aditum ei praecludere.* I. **Sy.** Intervenire. Impedimento esse aliis. §. 13. I. de hered. qu. ab int. 3. 1. fr. 4. §. 2. de bon. libert. 38. 2. III. **Cn.** Neque obstabit alii, neque ipse admittetur. fr. 1. §. 8. unde cogn. 38. 8. Sui quidem obstabunt matri eius, — matremque excludunt. fr. 2. §. 6. ad S.C. Tert. 38. 17. Non potest is petere (c. t. B. Pnem,) fratribusque suis non obstabit. fr. 3. §. 9. de bon. libert. 38. 2. fr. 5. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. Qui non obstat iure intestati, iure testati videbitur obstitisse. fr. 7. pr. ib. 38. 6. Patroni filius patroni nepotibus obstat. Vlp. XXVII. 3. XXIX. 3. — **§. 2.** *Impedimento esse.* I. **Sy.** Nocere, Obesse. Cf. v. Nocere. §. 2. Locum esse (exceptioni.) Opponi, Obstare (exceptionem.) fr. 27. §§. 5. sq. de pact. 2. 14. fr. 17. pr. de d. m. exc. 44. 4. III. **Cn.** Constat, v. Dicendum est, — nec obstat, quod etc. fr. 13. §. 2. commod. 13. 6. fr. 5. pr. pro derel. 41. 7. Nec quidquam, s. Nihil, obstare (quominus etc.) fr. 33. de pact. 2. 14. fr. 18. §§. 11. sq. de damn. inf. 39. 2. Vsui publico obst. fr. 2. §. 17. ne qu. in loco pub. 43. 8. Si de prospectu est (sc. servitus,) eaque (sc. aedificia) obstatura sunt. fr. 12. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 6. pr. si servit. 8. 5. Vsucapere, nisi obstaret lex. fr. 33. pr. de usurp. 41. 3. Si petiero, — obstabit mihi exceptio. fr. 21. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. In totum obstaturam (exceptionem.) fr. 27. §. 6. de pact. 2. 14. Exceptiones ex persona emtoris obiectae si obstant. fr. 27. de eviction. 21. 2.

Obstetrix. *Femina, quae parturientibus opem fert.* III. **Cn.** Tres obstetrices, probatae et artis et fidei, — eam inspiciant. fr. 1. pr. §§. 5. sqq. de inspic. ventre. 25. 4. Paul. II. 24. §§. 8. sq. Si vivus perfecte natus — in manibus obstetricis decessit. c. 3. de posth. hered. 6. 29. Si obstetrix medicamentum dederit. fr. 9. pr. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Obstinacitas. Cf. v. Obstinatus.

Obstinatio. *Contumacia.* III. **Cn.** Si — diversa pars perseverat in eadem obstinatione. c. 5. de ingen. manum. 7. 14. Viduarum obstinationes. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5.

Obstinatus. (Partic.) *Contumax, Perseverans.* I. **Sy.** Pertinax. Th. C. XVI. 5. c. 6. pr. c. 25. de haeret. III. **Cn.** Animi obstinatioris dementia. Ib. c. 6. pr. l. l. Obstinata illa pervicacia. Ib. XI. 38. c. 1. de poss. ab eo. Mathematicorum callida impostura et obstinata [al. obstinacitatis, s. obstinacitate] persuasio. Coll. LL. M. XV. 2.

Obstrepere. *Strepitu turbare.* III. **Cn.** Vnicuique loca specialiter deputata, — ne discipuli sibi invicem possint obstrepere. Th. C. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liberal. urb. R.

Obstringere. *Adstringere, Subiicere, Obligare.* I. **Sy.** Constringere. Cf. h. v. §. 3. Obligare. Cf. h. v. §§. 1. 3. Compellere, Adligare. fr. 38. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 14. §§. 5. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. Th. C. XII. 1. c. 134. de decurion. Teneri, Debere, Obstringi. fr. 16. de cond. furt. 13. 1. fr. 19. pr. §. 2. de const. pec. 13. 5. fr. 12. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Obstringi conscientia (alicuius sceleris.) c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Si non fidem suam obstrinxit. c. 1. ne fil. pro patre. 4. 13. Caerimoniis suis obstricti (Iudaei.) Th. C. XVI. 8. c. 13. de Iud. Necessitate obstrictus esse (relinquendi.) fr. 54. ad L. Falc. 35. 2. An liceat ei discedere, — an vero quasi forma quadam obstrictus sit? fr. 3. §. 3. de app. et relat. 49. 1. Cum eas virilibus officiis fungi, et eius generis obligationibus obstringi, (non sit aequum.) fr. 2. §. 1. ad S.C. Vellei. 16. 1. Non omnia — collegia vacationem tutelarum habent, quamvis muneribus municipalibus obstricta non sint. fr. 17. §. 3. de excusatt. 27. 1. Interdum animus solus eum obstringet hereditati. fr. 21. §. 1. fr. 22. de A. v. O. H. 29. 2. Si, cum alius rogatus sit, alius fideicommisso obstringatur. fr. 108. §. 14. de legat. I. (30.) Obligationum substantia — consistit, — ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid etc. fr. 3. pr. de O. et A. 44. 7. Qui pecuniam creditam accepturus, spopondit creditori futuro, in potestate habet, ne accipiendo se (ei) obstringat. fr. 30. de R. C. 12. 1. Interdictum Vnde Vi colono competiturum, ipsumque simili interdicto locatori obstrictum fore. fr. 12. de vi et vi arm. 43. 16. Iudiciis, — aut stipulationibus — obstrictus manebit (heres.) fr. 36. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 45. pro soc. 17. 2. fr. 60. de R. I. 50. 17. Si diviserint, — in partes obstricti erunt. fr. 22. depos. 16. 3.

Obstructio. *Constructio prominens.* III. *Cn.* Obstructione maenianorum XV pedum intervalla servetur. c. 11. de aedif. priv. 8. 10.

Obstruere. **§. 1.** *Claudere.* I. *Sy.* Obturare. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. III. *Cn.* Praefixas habere (sc. fenestras,) vel obstruere. fr. 6. l. 8. 2. Altius tollere non posse, — nec obstruere. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Prohibere, Interdicere.* III. *Cn.* Cum S. Cti auctoritas — alienandi viam obstruxerit. c. 11. de praed. et al. reb. min. 5. 71.

Obstrusus. (Partic.) *Clausus, Abditus.* I. *Sy.* Inclusus. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 7. III. *Cn.* Quisquis in domo, — vel qualibet obstrusa [al. abstrusa] et longissima a se possessione discreta, desertorem latere cognoscit. Th. C. VII. 18. c. 9. pr. de desertor.

Obtegere. *Tegere, Occultare.* III. *Cn.* Excogitandae ingenuitatis collusione, ac falsae captivitatis velamento — obtegere (turpis coniunctionis maculam.) c. 1. de collus. deteg. 7. 20.

Obtemperare. **§. 1.** *Obsequi, Obedire, Satisfacere.* I. *Sy.* Observare. Cf. h. v. §. 3. Parēre. Vatic. §§. 202. 205. fr. 2. §. 1. de nox. act. 9. 4. fr. 2. de cond. et dem. 35. 1. Teneri, Debere. fr. 6. §§. 1. sqq. fr. 7. de pollicit. 50. 12. Fungi (muneribus.) fr. 17. §. 6. fr. 29. ad munic. 50. 1. III. *Cn.* Timere eum, et obtemp. ei. fr. 2. §. 2. Quar. rer. act. 44. 5. Eum, qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit. Paul. IV. 5. §. 3. Sanctio legum, quae novissime certam poenam irrogat iis, qui praeceptis legis non obtemperaverint. fr. 41. de poen. 48. 19. cf. fr. 52. §. 5. de O. et A. 44. 7. Cum donationis legi non esset obtemperatum. fr. 8. Qui sine manum. 40. 8. Cuius d. m. factum erit, quo rex exterae nationis populo R. minus obtemperet. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Domino iubenti obtemp. fr. 2. §. 1. de nox. act. 9. 4. fr. 157. pr. de R. I. 50. 17. Voluntati alicuius obt. fr. 7. §. 8. de don. int. V. 24. 1. fr. 113. §. 1. de legat. I. (30.) Ius dicenti, v. Decreto Praetoris, non obt. Paul. V. 26. §. 2. fr. 1. §§. 1. sqq. si qu. ius dic. 2. 3. fr. 26. §. 6. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Temperare.* III. *Cn.* Ne mutuato amore invicem spoliarentur, donationibus non obtemperantes, [al. temperantes,] sed profusa erga se facilitate. fr. 1. de don. int. V. 24. 1.

Obtentus. (Subst.) *Praetextus, Color.* I. *Sy.* Praetextus. fr. 43. §§. 5. 9. de R. N. 23. 2. c. 19. c. 29. de transact. 2. 4. Sub specie. Sub obtentu. fr. 35. de re iud. 42. 1. c. 4. eod. 7. 52. cf. c. 29. de transact. 2. 4. III. *Cn.* Non obtentu adulationis alicuius, sed ipsius admissi causa (puniendus est.) Paul. V. 29. §. 2. Eventus sententiarum eius (sc. iudicis) vendere, quidve obtentu nominis eius agere. Ib. V. 25. §. 13. Sub obtentu et monitu deorum (quaedam — iactant etc.) Coll. LL. M. XV. 2. Per simulationem, — vel — sub aetatis obtentu. Th. C. VIII. 5. c. 58. de cursu pub. XII. 1. c. 83. de decurion. Non excusari obtentu paupertatis. fr. 10. §. 3. de vac. et excus. 50. 5. Non passim, — sub obtentu aeris alieni, permitti debuit. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9.

Obterere. **§. 1.** *Conterere.* I. *Sy.* Opprimere. fr. 8. §. 1. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. III. *Cn.* Mortis causam praebuit, ut — vel ruina in stabulo oppressus (sc. sit,) vel vehiculo obtritus. fr. 5. §. 4. de cond. c. dat. 12. 4. — **§. 2.** *Gravare, Opprimere.* III. *Cn.* Nullus, tamquam Iudaeus, cum sit innocens, obteratur. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud.

Obtinere. **§. 1.** *Tenere, Sustinere.* (Cf. v. Obniti.) I. *Sy.* Tenere (locum.) fr. 2. pr. §. 1. de decurion. 50. 2. Sibi esse coepisse loco, Obt. locum (parentum etc.) Gai. I. 59. 99. cf. §. 1. I. de nupt. 1. 10. Habere. fr. 188. pr. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Non enim ratio obtinendae possessionis, sed origo nanciscendae exquirenda est. fr. 6. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Plures in uno fundo dominium iuris intellectu — obtinent. fr. 66. §. 2. de legat. II. (31.) Extra ecclesias, quas nostra pax obtinet, conventus agere. Th. C. XVI. 5. c. 4. de haeret. Primum, — Proximum, — Secundum (locum obt.) fr. 19. pr. de cond. et dem. 35. 1. fr. 1. §. 7. unde cogn. 38. 8. cf. fr. 2. §. 15. de O. I. 1. 2. Sui heredis locum obt. fr. 5. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. Obt. potestatem (conditionis.) fr. 39. de R. C. 12. 1. Obt. vicem (fructuum.) fr. 34. de usur. 22. 1. — **§. 2.** *Consequi, Adipisci.* I. *Sy.* Retinere (posse, sc. hereditatem.) Gai. II. 148. sq. II. *Op.* Obtinere posse hereditatem. — Si ab iis avocari hereditas potest. Id. l. l. III. *Cn.* Tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. fr. 2. §. 2. ne qu. in loco pub. 43. 8. Quod non difficile obtinebit, si sollicite agat etc. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Quodsi iam obtinuit, vel post evincat (hereditatem.) c. 22. de inoff. testam. 3. 28. Poterit queri, et ita iungetur filio suo, et simul cum eo hereditatem obtinebit. fr. 23. pr. eod. 5. 2. B. Pnem s. t. accipere heres scriptus potest, remque obtinebit. fr. 12. pr. de iniust. rupt. 28. 3. Ex substitutione hereditatem obtinere. fr. 41. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 3.** *Superare adversarium, Vincere (in iure, vel iudicio.)* I. *Sy.* Tenere (agendo.) fr. 47. §. 1. de manum. testam. 40. 4. Superare. fr. 16. Qui potior. 20. 4. fr. 14. §. 3. de div. temp. praescr. 44. 3. II. *Op.* Vinci (in lite.) fr. 22. §§. 1. sqq. de inoff. testam. 5. 2. fr. 12. §. 4. de bon. libert. 38. 2. fr. 5. §. 6. iudic. solvi. 46. 7. III. *Cn.* Succurri debere, cum animus litigantis et obtinendi votum hanc opinionem admittit. fr. 11. §. 3. ad L. Falc. 35. 2. Melius facerent, si se sumtibus inanibus non vexarent, cum obtinere [al. obtinendi] spem non haberent. fr. 1. de inoff. testam. 5. 2. In accusando, s. Accusatione, non obtinere. fr. 22. §. 1. ib. 5. 2. fr. 47. de hered. pet. 5. 3. Si — rea postulata causam obtinuerit. fr. 3. §. 6. de Carb. edict. 37. 10. Ius suum persequi, et obtinere. fr. 30. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Cum de matris testamento agant, et obtinere adsidue soleant. fr. 5. de inoff. testam. 5. 2. cf. Paul. IV. 5. §. 10. V. 12. §. 4. Portionem hereditatis petebat, et apud Praesidem obtinuerat. fr. 74. §. 1. fr. 81. ad S. C. Treb. 36. 1. Postea heres scriptus obtinuerat fiscum. fr. 27. §. 2. de legat. III. (32.) cf. fr. 16. Qui pot. 20. 4. Litem peragere, nec obtinere. fr. 22. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. Qui se voluit excusare, nec obtinuit. Vatic. §. 206. — **§. 4.** *Praevalere, Confirmari (posthabitis*

aliis.) I. **Sy.** Habere (vim, s. vigorem, s. vicem, legis.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Oportet Imperialia statuta suam vim obtinere, et in omni loco, valere. fr. 3. §. 5. de sepulc. viol. 47. 12. Vt haec forma in agris servetur, quae vivo testatore obtinuerit. fr. 15. §. 1. de usu et usufr. leg. 33. 2. Quae omnes vel ex legibus, vel ex his quae legis vicem obtinent, substantiam capiunt. Gai. IV. 118. Sed hoc prava usurpatione obtinuit. Fr. de I. F. §. 8. Humanitatis gratia obtinendum est. fr. 86. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Quod et honestius est, et merito obtinuit. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. Sed vix est, ut id obtineat. fr. 7. §. 5. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 18. de legat. III. (32.) Fuit quaestionis, — et obtinuit. Post magnas varietates obtinuit. fr. 24. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 9. pro legat. 41. 8. fr. 32. de O. et A. 44. 7. Obtinuit sententia (Galli etc.) fr. 127. de legat. I. (30.) fr. 10. pr. de usurp. 41. 3. Quam sententiam et his temporibus magis obtinere video. Gai. II. 280. Mores, et consuetudo quae retro obtinuit. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Obtinendum est, ut, v. in etc. fr. 13. de d. m. exc. 44. 4. fr. 34. de iure fisci. 49. 14.

Obtingere. *Obvenire, Pertingere.* III. **Cn.** In facto consistentes conditiones, — ut quid detur, ut quid fiat, ut quid obtingat. fr. 60. pr. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 35. §. 3. de m. c. donat. 39. 6. Legatum debebitur, et libertas obtingit. fr. 49. de cond. et dem. 35. 1. Nisi intra certum tempus hereditas obtigerit, aditaque fuerit. fr. 23. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Qui (sc. agri) — emtione, vel quolibet alio casu obtigerint. fr. 92. pr. de legat. III. (32.) Quae per divisionem, s. ex divisione, obtigerunt. Pars, quae tibi obtigerit. fr. 77. §. 18. de legat. II. (31.) fr. 31. de usu et usufr. leg. 33. 2. Honores, qui filio decurioni congruentes — obtigerunt. fr. 15. de mun. et hon. 50. 4. Is, cui obtigerit exercitio iurisdictionis. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21.

Obtrectator. *Calumniator.* III. **Cn.** Turbulentus obtrectator temporum. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled.

Obturare. *Obcludere.* I. **Sy.** Obstruere. Cf. h. v. III. **Cn.** Si tu foramen, unde exemtum est tignum, obturaveris. fr. 6. de S. P. V. 8. 2.

Obtutus. (Subst.) *Adspectus.* I. **Sy.** Conspectus. Cf. h. v. §. 1. Publici oculi. Cunctorum obtutus. Adspectus (populi.) Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol. Apud iudicem. Sub obtutibus eius. Ib. IX. 40. c. 5. de poen. XII. 1. c. 49. pr. §. 1. de decurion. III. **Cn.** Obtutus intuentum (polluere.) Ib. IX. 40. c. 17. Sub obtutu [al. obtentu] testium. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. In nostros obtutus proruere. Obtutibus nostris illustrari. Vatic. §. 35. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic.

Obvagulare. *Proclamare, Palam denunciare.* III. **Cn.** Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito. L. XII. Tab. II. 3.

Obvenire. *Obtingere, Obferri, Competere.* I. **Sy.** Accedere. fr. 9. fr. 51. pro soc. 17. 2. Deferri. fr. 9. de castr. pec. 49. 17. fr. 130. de V. S. 50. 16. Pertinere, Pervenire (ad nos.) Obvenire (nobis.) Gai. II. 99. sq. fr. 50. pr. §. 1. de R. V. 6. 1. fr. 28. de reb. auct. iud. 42. 5. III. **Cn.** Praetor, indexve quaestionis, cui sorte obvenerit quaestio de sicariis. Coll. LL. M. I. 3. Sacerdotio obveniente. fr. 32. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Si quis in hoc renunciaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat. Gai. III. 151. Non nunc obvenisse patri (sc. peculium,) sed non esse ab eo profectum creditur. fr. 9. de castr. pecul. 49. 17. Quae quis promercii causa habuerit, hereditateve ei obvenerint. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Si hereditas, vel donatio, communiter nobis obvenit. fr. 31. pro soc. 17. 2. In casum a quolibet obvenientis libertatis (heredem instituere.) fr. 22. de cond. instit. 28. 7. Quod ei legatorum nomine a patre obvenit. fr. 60. pr. ad L. Falc. 35. 2. Plerumque, vel a parente, vel a liberto, quasi debitum nobis hereditas obvenit. fr. 10. pro soc. 17. 2. Peti posse hereditatem ex testamento nobis obvenientem. fr. 34. pr. de hered. pet. 5. 3.

Obventio. *Augmentum, Lucrum rei.* III. **Cn.** Obventiones, et reditus omnes. fr. 1. §. 15. de exerc. act. 14. 1. cf. fr. 7. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Vsurae vicem fructuum obtinent. — Hoc idem in caeteris obventionibus. fr. 34. de usur. 22. 1.

Obviam. (Advb.) *Contra, Adversus.* III. **Cn.** Quibus nec obv. ire, nec resistere fas est. Coll. LL. M. XV. 3. Cui rei obviam ibitur, P. C., si censueritis etc. Vatic. §. 158. Eo remedio per Praesidem obv. eundum est, scilicet ut etc. fr. 13. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Quorum avaritiae obv. itum est, tam mandatis quam constitutionibus. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11.

Obviare. *Obsistere, Obficere.* I. **Sy.** Venire contra (fidem.) Obv. (suae confessioni.) fr. 20. §. 1. de donat. 39. 5. Resistere, Obsistere, Removere. Th. C. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar. XIII. 7. c. 2. de navib. n. excus. XVI. 10. c. 10. sq. de pagan. III. **Cn.** Et lis suo Marte percurrat, nullo ei obstaculo obviante. c. 12. §. 2. de R. C. 4. 1. Plectibili severitate eorum fraudibus obviandum est. Th. C. XII. 1. c. 161. de decurion. XIII. 7. c. 2. de nav. n. exc. Primates officii, quorum interest ambientibus obviare. Ib. IX. 26. c. 2. ad L. Iul. de amb.

Obvius. (Adiect.) *Obstans.* III. **Cn.** Cogendis obvium debitis provocationis suffugium obiectum. Ib. XI. 30. c. 39. de app. et poen.

Obumbrare. *Obscurare, Occultare.* III. **Cn.** Si obumbrati latebris abire neglexerint. Th. C. XVI. 5. c. 33. de haeret.

Obumbratio. *Obductio.* III. **Cn.** Basilicam inauratam — neque alicuius imaginis, aut pictarum cuiuslibet honoris tabularum obumbratione [al. adumbratione] fuscari. c. 21. de opp. pub. 8. 12.

Occasio. **§. 1.** *Opportunitas, Copia, Casus.* I. **Sy.** Causa (mortis.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Magis ex occasione, quam ex iure (contingere.) fr. 2. de rivis. 43. 21. Nec occasione hereditatis, sed errore ex pacto eam habuit. fr. 59. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. Hoc tamen crimen a iudicibus non in occasionem [al. occasione] ob Principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Cum propter mortem alicuius capiendi occasio

obvenit. fr. 31. pr. de m. c. donat. 39. 6. Qui occasionem usucapionis praestitisset. fr. 33. ib. 39. 6, cf. fr. 8. pr. fin. regund. 10. 1. Quidquid ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione, quaesierint. c. 4. de advoc. div. iudicior. 2, 7. cf. fr. 4. §. 2. de h. qu. not. infam. 3. 2. Propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum. fr. 47. de O. et A. 44. 7. Occasione data (id commissurus esse.) fr. 225. de V. S. 50. 16. Rapienda [al. Capienda] occasio est, (quae praebet benignius responsum.) fr. 168. pr. de R. I. 50. 17. Bona occasio est etc. fr. 13. de LL. 1. 3. — **§. 2.** *Titulus, Causa, Ratio.* III. **Cn.** Iudicium in eos dari, qui occasione iuris liberantur, ut magis eos perceptio, quam intentio liberet. fr. 32. pr. de pecul. 15. 1. cf. fr. 1. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Coll. LL. M. XVI. 9. Terrulas detinere, sub occasione foeneraticiae cautionis. Nov. 34. c. 1. Ergasteria immunitate potiantur occasione decanorum et lecticariorum etc. Iul. ep. nov. c. 13. §. 49. Occasione potestatis uti. Th. C. III. 11. c. 1. pr. si quac. praed. pot. Ex occasione maritali adquiri. Ex castrensibus occasionibus venire. c. 11. comm. de succ. 6. 59. c. 8. §. 2. de bon. qu. lib. 6. 61.

Occasus. (Subst.) *Obitus.* III. **Cn.** Etiamsi talis occasus avo vivente contingat. Th. C. V. 1. c. 3. de legit. hereditat.

Occasus. (Partic.) *Occiduus, Occidens.* II. **Op.** Post meridiem. — Sol occasus. L. XII. Tabb. I. 8. sq.

Occentare. *Cantare (contra aliquem.)* III. **Cn.** Si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri. Ib. VIII. 1.

Occidentalis. (Adiect.) *Qui vergit ad occidentem.* II. **Op.** Orientale, — Occidentale (latus.) Th. C. XV. 1. c. 53. de opp. pub. III. **Cn.** Partes occidentales. Ib. XVI. 5. c. 48. de haeret. XVI. 8. c. 29. de Iud.

Occidere. *Interire, Exstingui.* III. **Cn.** Occidant cum personis delicta. Ib. IV. 8. c. 5. §. 2. (Wck.) de liberali c.

Occīdere. **§. 1.** *Ad necem caedere. Vitam quolibet modo adimere.* I. **Sy.** Interficere, Interimere, Necare. Cf. h. vv. Mortis causam quolibet modo praebere. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. II. **Op.** Servare. fr. 4. §. 2. de statu hom. 1. 5. Qui (sc. gladiatores) integri exierint. — Qui occisi aut debilitati fuerint. Gai. III. 146. Ad sanandum, — Ad occidendum (paratum venenum.) fr. 3. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. III. **Cn.** Cum posset adprehendere, maluit occidere (furem.) Coll. LL. M. VII. 3. Quamquam non omnem adulterum liceat occidere, vel furem, nisi se telo defendat, sed potuerunt vel non iure occidi. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Coll. LL. M. IV. 2. fr. 20. fr. 22. §§. 2. sq. fr. 24. pr. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Iniuria occisum esse. Coll. LL. M. VII. 3. — **§. 2.** *Per vim et caedem interimere.* I. **Sy.** Per vim necare. Per vim aut caedem interficere. fr. 1. §§. 17. sq. 21. de S.C. Silan. 29. 5. Adhibita vi, et quasi manu, causam mortis praebere. fr. 51. pr. ad L. Aqu. 9. 2. II. **Op.** Clam necare. fr. 1. §. 18. de S.C. Silan. 29. 5. III. **Cn.** Occisus videtur non tantum, qui per vim aut per caedem interfectus est, — sed et is, qui veneno necatus dicitur. Paul. III. 5. §§. 2. sqq. fr. 7. §. 1. ad L. Aquil. 9. 2. fr. 1. §§. 17. sq. 21. de S.C. Silan. 29. 5. Multum interesse, occiderit, an mortis causam praestiterit. fr. 7. §. 6. ib. 29. 5. fr. 15. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 23. §§. 1. sq. Et qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat. fr. 1. §. 3. l. l. 48. 8. Qui cum telo ambulaverit hominis necandi, furtive faciendi causa, hominemve occiderit. Coll. LL. M. I. 3. 6. fr. 1. pr. l. l. 48. 8. fr. 11. §. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Si quis hominem alienum, eamve quadrupedem quae pecudum numero sit, iniuria occiderit. Gai. III. 210. sqq. 217.

Occiduus. (Adiect.) **§. 1.** *Occidentalis.* II. **Op.** Orientalis, — Occidua (pars.) Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §§. 1. 3. — **§. 2.** *Defectus, Languescens.* III. **Cn.** Iam iamque occidui corporis functionem ita salubri dispositione constituit. Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. pr.

Occipere. *Incipere, Adgredi.* III. **Cn.** Continuus actus stipulantis et promittentis esse debet. — Caeterum si post interrogationem aliud occeperit etc. [al. acceperit.] fr. 137. pr. de V. O. 45. 1.

Occisio. *Caedes.* III. **Cn.** Si — Stichus sit occisus, — propter occisionem defecit conditio. fr. 23. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Occludere. Cf. v. Obcludere.

Occulere. *Occultare.* I. **Sy.** Occultare. Th. C. VII. 18. c. 6, §. 1, c. 8. pr. de desertor. IX. 29. c. 1. sq. de h. qu. latron. III. **Cn.** Si quis — possessionis alicuius professionem Senatui crediderit occulendam. Ib. VI. 2. c. 2. pr. de Senat. et de gleb.

Occultare. *Abscondere, Celare.* I. **Sy.** Occulere. Cf. h. v. Latebris subtrahere. Ib. VII. 19. c. 1. pr. §. 1. de Saturian. Latitare, Occultare se. fr. 7. §§. 1. sqq. 7. sqq. Qu. ex c. in poss. 42. 4. III. **Cn.** Circa columnas, aut stationes, se occult. fr. 7. §. 13. ib. 42. 4. Fugitivos inquirere, scrutarique cubilia atque vestigia occultantium. fr. 3. de fugitiv. 11. 4. Quo facilius excogitata fraus occultetur. fr. 49. pr. de A. E. V. 19. 1.

Occultatio. *Actus occultandi.* III. **Cn.** Sollicitatione suscipere, aut occultatione celare (colonum iuris alieni.) Th. C. V. 9. c. 2. de fugitiv. colon. X. 20. c. 9. de murileg. Latitare, est — non turpis occultatio sui. fr. 7. §. 4. Qu. ex c. in poss. 42. 4.

Occultator. *Qui occultat, Celator.* III. **Cn.** Sollicitatores et occultatores. Th. C. VIII. 5. c. 58. de cursu pub. De occultatoribus et fugitivariis (data poena.) Ib. X. 12. c. 1. si vag. pet. manc. Occultator gestorum. Ib. X. 11. c. 1. de h. qu. se defer.

Occulte, s. Occulto. (Advb.) *Abscondite, Latenter.* I. **Sy.** Clam. Ib. IX. 9. c. 1. pr. §. 6. de mul. qu. se serv. III. **Cn.** Non occulte, nec per artes clandestinas etc. c. 23. pr. mand. 4. 35. cf. Th. C. VIII. 12. c. 1. §. 1. de donation. Vel vi, vel clam, vel aperto, vel etiam occulto, (imperii regiones irrepere.) Ib. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust.

Occultus. (Adiect.) **§. 1.** *Abditus, Obscurus.* I. **Sy.** In obscuris, In occulto (esse.) fr. 4. pr.

de peric. et comm. 18. 6. fr. 9. fr. 114. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Conditionale debitum imminere, vel in occulto esse. fr. 7. pr. de tribut. act. 14. 4. — **§. 2.** *Clandestinus, Fraudulosus.* III. **Cn.** Dispendium tuum ad occultum compendium suum trahere. c. 4. de crim. stellion. 9. 34. Delationes occultae. Th. C. X. 10. c. 4. de petit. et ultro dat. Coetus occulti. Ib. XVI. 5. c. 33. de haeret.

Occupare. **§. 1.** *Invadere, Implere.* I. **Sy.** Inundare. Cf. h. v. II. **Op.** Recedere. fr. 24. pr. Qu. mod. usus fr. 7. 4. III. **Cn.** Templa, portas, aliudve quid publicum, armatis obsidere, cingere, claudere, occupare. Paul. V. 26. §. 3. Si quis nunciet, domum a latronibus occupatam. fr. 3. §. 8. de A. v. A. P. 41. 2. Licet tam angustus est legatarius, — ut non possit occupare totius domus usum. fr. 22. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Si ager — inundatione fluminis occupatus esset. fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. fr. 3. §. 17. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 1.A.** *Absolvere.* III. **Cn.** Si aes alienum hereditarium defuncti substantiae fines occupaverit. c. 16. ad L. Falc. 6. 50. Tantum temporis (sc. dare,) quantum novissima eius absentia occupavit. fr. 28. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 3. pr. de V. S. 50. 16. Conditio, quae prior exstitit, occupabit institutionem. fr. 17. de cond. inst. 28. 7. — **§. 2.** *Adprehendere, Vindicare.* I. **Sy.** Capere. Cf. h. v. §. 1. Sibi sumere. Fr. legis Thoriae. Vindicare. Paul. V. 12. §§. 1. 9. Th. C. X. 1. c. 1. c. 5. pr. de iure fisci. Nancisci. fr. 22. de A. v. O. H. 29. 2. III. **Cn.** Quoties — officiales alicuius bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt. Paul. V. 12. §. 6. Si creditor, sine auctoritate iudicis, res debitoris occupet. fr. 8. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Si patris eius bona a fisco, propter debitum, occupata sunt. fr. 3. §. 4. de minor. 4. 4. cf. fr. 68. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Th. C. XI. 9. c. 2. de distr. pign. Anni spatium ad occupanda bona eius, qui requirendus adnotatus est. fr. 2. pr. de requir. reis. 48. 17. Bona fiscus — ut vacantia occupavit. c. 1. de don. int. V. 5. 16. Debitores hereditarii, aut qui res hereditarias occupaverint. fr. 49. de hered. pet. 5. 3. Si patronus, c. t. B. Pne accepta, debitam portionem occupet. fr. 19. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Vnumquemque non sibi ipsum ius dicere occupatis legatis; sed ab herede petere. fr. 1. §. 2. Qu. legator. 43. 3. Ager ab hostibus occupatus. fr. 26. Qu. mod. usus fr. 7. 4. Occupandorum aliorum finium causa (id admittere.) Coll. LL. M. XIII. 3. Alienam (sc. rem) occupare, et usucapere. Gai. III. 201. fr. 4. §. 28. de usurp. 41. 3. Nostram esse desinere, et occupantis statim fieri (sc. rem derelictam.) fr. 1. pro derel. 41. 7. Gai. II. 67. sq. Occupantis alveus fiet; certe desinit esse publicus. fr. 1. §. 7. de fluminib. 43. 12. — **§. 3.** *Praevenire, Antevertere, Praeripere quid alteri.* I. **Sy.** Prior pervenire ad. Praevenire. fr. 14. pr. de nox. act. 9. 4. fr. 9. §§. 2. sqq. fr. 10. de pecul. 15. 1. fr. 4. pr. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. II. **Op.** Aequalem conditionem esse. — Alterius prioris rationem haberi. — Occupantis meliorem esse (causam, s. conditionem.) fr. 6. de tribut. act. 14. 4. fr. 3. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. III. **Cn.** Vnus, qui occupat, agendo totum consequitur. fr. 11. §. 21. de legat. III. (32.) Vel nummis datis tutelam occupasse, vel praemio accepto operam dedisse, ut non idoneus tutor alicui daretur. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. — **§. 4.** *Distringere, Impedire.* II. **Op.** Occupari reip. c. — Liberari muneribus. c. 3. de d. m. 2. 21. cf. Th. C. XII. 1. c. 30. de decurion. III. **Cn.** Si hereditas superveniens eum occupet. fr. 10. de procur. 3. 3. Si, somno aut morbo comitiali occupatus, tacuisset. fr. 1. §. 1. de auct. et cons. 26. 8. Cum Praeses aliis rebus — fuerit occupatus. fr. 2. §. 2. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Qui circa Principem sunt occupati. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4.

Occupatio. *Necessitas vacandi certo negotio.* III. **Cn.** Quem adversa valetudo, vel maioris causae occupatio defendit. fr. 53. §. 2. de re iud. 42. 1. cf. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 18. pr. de iudic. 5. 1. Qui — agere non potuerint, variis Praesidum occupationibus, vel etiam civilium officiorum necessitatibus districti. fr. 15. §. 4. ad S.C. Turp. 48. 16. c. 21. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Militares occupationes. c. 8. de N. G. 2. 19. cf. fr. 2. §. 2. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Actuum publicorum occupatio. Th. C. XI. 31. c. 9. cf. c. 2. sq. de repar. app. Nobis perpetua rerum publicarum occupatione districtis. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §. 1.

Occupator. *Is, qui occupat.* I. **Sy.** Invasor, Pervasor. Th. C. IX. 42. c. 19. de bon. proscr. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §§. 1. sqq. 4.

Occupatus. (Partic.) *Per occupationem possessus, vel quaesitus.* III. **Cn.** Neive is ager compascuos esto, neive quis in eo agro agrum occupatum habeto etc. Fr. legis Thoriae.

Occurrere. **§. 1.** *Obviam venire, Praesto esse.* I. **Sy.** Venire, Sistere se, Occ. (ad iudicium.) fr. 2. §§. 1. sqq. 6. si qu. cautt. 2. 11. II. **Op.** In patria sua excipere (Procos.) — Occurrere ei, publice vel privatim. fr. 4. §§. 3. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. III. **Cn.** Sequester — dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur. fr. 110. de V. S. 50. 16. Dum non tardius a loco profectum se probet, quam ut occurrere posset intra commeatum. fr. 14. pr. de R. M. 49. 16. cf. fr. 5. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. Primus postremusque, qui solus occurrit. fr. 2. §. 4. de suis et legit. 38. 16. — **§. 2.** *Obsistere, Intervenire.* III. **Cn.** Vt occurratur fallaciis vendentium, et emtoribus succurratur. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Praetor voluntates defunctorum tuetur, et eorum calliditati occurrit, qui etc. fr. 1. pr. si qu. om. c. testam. 29. 4. cf. fr. 20. §. 1. de donat. 39. 5. Ea via iuris occurri, qua creditorum fraudes rescindi solent. fr. 22. Qu. in fr. cred. 42. 10. Vatic. §. 271. Damnum datum, cui nulla ope occurri potest. fr. 24. §. 8. de damn. inf. 39. 2. Melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicari. Th. C. IX. 14. c. 1. ad L. Corn. de sicar. Pacti, vel per doli exceptionem, occurretur contra placita servitutem vindicanti. fr. 4. pr. de servit. 8. 1. Quaeritur. — Occurrit aequitas rei, ut etc. fr. 6. de collat. 37. 6. Quaer. — Occurrebat enim, non posse etc. fr. 19. §. 3. de castr. pecul. 49. 17.

Occursus. (Subst.) **§. 1.** *Praesentia obviam venientis.* III. ***Cn.*** Vt, — si occursum creditoris evitet, latitare videatur. fr. 7. §. 13. Qu. ex c. in poss. 42. 4. — **§. 2.** *Interventio, Interpositio.* III. ***Cn.*** Vbi — contentiones non occursu iudicis, sed satietate altercantium, metas compresserint. Th. C. II. 18. c. 1. de iudic. Congruae emendationis occursu (provisum.) Ib. XII. 1. c. 161. de decurion.

Oceanus. *Nomen personae.* III. ***Cn.*** Seius Saturninus, archigubernus ex classe Britannica, — petit ut filio suo Seio Oceano — hereditatem restitueret. fr. 46. ad S. C. Treb. 36. 1.

Ociter. (Advb.) *Celeriter, Cito.* I. ***Sy.*** Illico. Quam ocissime. Quam celerrime. Cf. v. Illico.

Octava. (Subst.) **§. 1.** *Pars (dotis) bis quaterna.* III. ***Cn.*** Morum nomine graviorum quidem sexta retinetur; leviorum autem, octava. Vlp. VI. 12. — **§. 2.** *Eiusdem quantitatis tributum, item vectigal.* I. ***Sy.*** Octavarium [al. Octavarum] vectigal. c. 7. de locato. 4. 65. III. ***Cn.*** Hunc tributi modum — esse cognoscat, ut, retractis VII partibus, octavam — possessor adgnoscat. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. pr. Octavas solite constitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit interesse, dependat. Th. C. IV. 12. c. 6. (Wck.) de vectig. et comm. Octavam, vel aliquid vectigalis causa (suscipere.) c. 2. de eunuch. 4. 42.

Octavarius. (Subst.) *Susceptor octavae.* III. ***Cn.*** A legatis gentium — ex his tantum speciebus — octavarii vectigal accipiant. Th. C. 1. 1. c. 8.

Octavarius. (Adiect.) *Ad octavam pertinens.* I. ***Sy.*** Octava. Octavarium vectigal. Cf. v. Octava. §. 2.

October. *Octavus a Martio anni mensis.* III. ***Cn.*** Defuncta fructuaria mense Decembri, iam omnibus fructibus — mense Octobri per colonos sublatis. fr. 58. pr. de usufr. 7. 1. Ex Cal. April. in diem Cal. Octobr. Th. C. XIII. 9. c. 3. §. 3. de naufrag.

Octoginta. *Octies decem.* III. ***Cn.*** Si dolia octog. — accedere fundo, dictum erit. fr. 54. §. 1. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 2. §. 43. de O. L 1. 2. fr. 10. §. 16. de grad. et adf. 38. 10.

Oculatus. (Adiect.) *Oculis perceptus.* II. ***Op.*** Auribus et oculorum inspectione. — Magis oculata fide, quam per aures. §. 9. I. de grad. cognat. 3. 6.

Oculus. **§. 1.** *Organon visus.* I. ***Sy.*** Lumina, Oculi. Cf. v. Lumen. §. 4. III. ***Cn.*** Qui alterum oculum, aut alteram maxillam maiorem habet. fr. 12. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Cum adlegasset, se unum oculum amisisse et in alio periclitari. Vatic. §. 239. Effodere oculum. Vitiatus oculus. fr. 7. pr. fr. 52. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Actus videndi, Conspectus.* I. ***Sy.*** Conspectus (noster.) Oculi (nostri.) Gai. II. 67. 70. Obtutus (cunctorum.) Oculi (publici, s. populi.) Cf. v. Obtutus. III. ***Cn.*** Oculis et adfectu (adprehendere possessionem.) fr. 1. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. Ad publicum protrahere, et iudiciorum oculis — ostendere. Th. C. IX. 16. c. 11. de malefic. Oculis suis subiectis locis. fr. 8. §. 1. fin. regund. 10. 1. Conniventibus oculis (credendum est.) fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. — **§. 3.** *Consideratio.* III. ***Cn.*** Ante oculos habere debet iudex, et inquirere. fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 3. §. 2. ubi pup. educ. 27. 2. Ante oculos collocemus etc. Th. C. XI. 20. c. 4. §. 1. de collat. donat. — **§. 4.** *Adpetitio, Cupiditas.* III. ***Cn.*** Eos, qui oculos praediis tuis imposuerant, operam dedisse etc. c. 1. de praescr. XXX. 7. 39.

Odiosus. (Adiect.) *Qui odio habetur, Molestus.* III. ***Cn.*** Odiosae esse videntur (sc. pactiones,) et plenae tristissimi et periculosi eventus. c. 30. de pact. 2. 3. Omnes odiosae sunt fraudes, et hae maxime. Nov. Th. II. de am. milit. fori praescr. I. 9. c. 2. pr. Sceleratis ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa, (quaerere.) c. 1. de thesaur. 10. 15. cf. c. 1. §. 2. de raptu virgg. 9. 13.

Odium. *Indignatio, Aversatio.* I. ***Sy.*** Ad odium incitatus. Offensus atque iratus. c. 18. sq. de inoff. testam. 3. 28. II. ***Op.*** Alicuius causa. — In odium eius (exceptionem dari.) fr. 40. pr. de cond. indeb. 12. 6. III. ***Cn.*** Iusto odio commotus, (vetare.) fr. 6. pr. de religios. 11. 7. Professio odii, quo universas delationes exsecramur. Th. C. X. 10. c. 12. §. 2. c. 13. de petit. et ultro dat. Odio furum — effectum est, ut etc. Gai. IV. 4. Paulatim in odium venerunt (legis actiones.) Ib. IV. 30.

Odo. Cf. v. **Vdo.**

Odor. **§. 1.** *Qualitas rerum, quae odorando percipitur.* III. ***Cn.*** Si odore solo [al. soli, s. solis] locus pestilentiosus fiat. fr. 2. §. 29. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Odores, i. e. Res odoratae, Aromata.* III. ***Cn.*** Coctis odoribus unguenta facere. fr. 27. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Odores, et unguenta. fr. 3. §. 6. fr. 7. §. 3. de in rem vers. 15. 3. Odores, vel aromata. fr. 11. de usufr. ear. rer. 7. 5.

Odorari. *Investigare.* III. ***Cn.*** Per varia erogationum clementiae nostrae conatum odoraturus. Nov. Th. II. (I. 26. c. 1. pr.)

Odyssea. *Celeberrimum Homeri carmen.* III. ***Cn.*** Homerus in Odyssea ait. fr. 65. §. 4. de legat. III. (32.) §. 1. I. de L. Aqu. 4. 3.

Oeconomatus. (Subst.) *Munus oeconomi.* III. ***Cn.*** Commissa sibi oeconomatus administratione privetur. c. 14. §. 2. de SS. eccl. 1. 2.

Oeconomus. *Qui rationes ecclesiasticas tractat, Dispensator ecclesiae.* I. ***Sy.*** Qui ecclesiasticas consuevit tractare rationes. Th. C. IX. 45. c. 3. de h. qu. ad eccl. Dispensator (pauperum.) c. 33. §. 4. de episc. et cler. 1. 3. III. ***Cn.*** Oeconomus, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. c. 14. pr. de SS. eccl. 1. 2. Oeconomi, et orphanotrophi, et caeterorum locorum administratores. Iul. ep. nov. c. 111. §§. 409. sq. cf. c. 7. §§. 36. 41. Religiosus oeconomus, sive defensor ecclesiae. c. 6. §. 6. de h. qu. ad eccl. 1. 12. Iul. l. 1. c. 21. §. 72.

Oenomeli. *Mellitum vinum.* I. ***Sy.*** Dulcissimum vinum. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. II. ***Op.*** Hydromeli. Ib. l. 1.

Oenophorum. *Vas ferendo in itinere vino aptum.* III. ***Cn.*** Quae ad poculorum speciem comparata sunt, — veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophora [al. oenophoria,] et conchae. Paul. III. 6. §. 90.

Offendere. **§. 1.** *Impingere.* III. **Cn.** Si quis famosum libellum — ignarus offenderit, — nulli confiteatur inventum. Th. C. IX. 34. c. 9. de famos. libell. — **§. 2.** *Laedere, Vitiare.* I. **Sy.** Incidere in. Cf. h. v. §. 2. Committere in (S.C.) fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 3. ad S.C. Mac. 14. 6. Obesse, Obficere. Cf. h. vv. III. **Cn.** Servitutes, ne luminibus officiatur, et ne prospectui offendatur. fr. 15. de S. P. V. 8. 2. Iudex — legem offendit. fr. 40. §. 1. de iudic. 5. 1. Arbitrio iudicis — constituitur, ita tamen ut legi [al. legem] non offendat. fr. 1. pr. de usur. 22. 1. Quare naturam offendimus, et legitimo iuri derogamus? c. 14. pr. de legit. hered. 6. 58. Nec offendetur illa — sententia. fr. 12. §. 6. de usu et habit. 7. 8. — **§. 3.** *Iniuriam inferre, Obtrectare.* II. **Op.** Merere, Promerere. fr. 24. fr. 77. §. 25. de legat. II. (31.) fr. 11. §. 8. de legat. III. (32.) fr. 51. pr. de manum. testam. 40. 4. (Cf. v. Offensus. §. 2.)

Offensa. **§. 1.** *Actus offendendi, Iniuria, Noxa.* I. **Sy.** Recte, Sine offensa edicti (postulare.) fr. 6. pr. fr. 7. sqq. de postul. 3. 1. Non offendere. Sine offensa esse. fr. 51. pr. §. 1. de manum. testam. 40. 4. III. **Cn.** Levis offensae contrahere culpam. Th. C. IV. 11. c. 1. de libert. et eor. lib. VI. 10. c. 1. de primicer. et notar. Sub qualibet culpae aut erroris offensa. — Citra offensam vitii. Ib. XII. 1. c. 85. de decurion. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. — **§. 2.** *Indignatio offensi, Simultas.* I. **Sy.** Offensio. c. 20. c. 22. sq. de inoff. testam. 3. 28. Ira. c. 5. fam. ercisc. 3. 36. II. **Op.** Gravissimae inimicitiae. — Levis offensa. fr. 3. §. 11. de adim. legat. 34. 4. III. **Cn.** Ira sui animi et offensa. fr. 32. §. 10. de don. int. V. 24. 1. Servis suis offensam vel duritiam — poenitendo remittere. Vatic. §. 6. cf. fr. 27. de pignor. 20. 1. Si iterum in amicitiam redierunt, et poenituit testatorem prioris offensae. fr. 4. de adim. legat. 34. 4. Offensam aegrae mulieris maritali sermone placare. fr. 3. si qu. aliqu. test. prohib. 29. 6.

Offensio. *Indignatio, Simultas.* I. **Sy.** Offensa. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Colens concordiam, iustas offensionis — causas non praestat. c. 20. de inoff. testam. 3. 28.

Offensus. (Partic.) **§. 1.** *Laesus.* III. **Cn.** Pietatis ratio offensa. fr. 35. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Infensus, Iratus.* III. **Cn.** Offensus atque iratus pater. c. 18. de inoff. testam. 3. 28. Mater iure contra filiam offensa. fr. 30. §. 1. de donat. 39. 5. Propter fugam offensus (dominus.) fr. 5. §. 3. de cond. c. dat. 12. 4.

Offerre. Officere. Cf. v. Obf.

Officialis. (Adiect.) **§. 1.** *Ex officio obsequii profectus.* II. **Op.** Fabrilis (opera.) Cf. h. v. — **§. 2.** *Ad magistrum div. officiorum spectans.* III. **Cn.** Ex-Quaesturae honor, aut officiale Magisterium. c. 1. de Quaest. et Mag. 12. 6.

Officialis. (Subst.) *Minister magistratus.* I. **Sy.** Adparitor. Th. C. VIII. 4. c. 25. de cohortal. Officium. Officiales, s. Officialium corpus. Ib. XI. 30. c. 29. de app. et poen. XII. 6. c. 5. sqq. c. 9. de susceptor. III. **Cn.** Aut per viatorem, aut per officialem Praefecti, aut per magistratus (introduci in possessionem.) fr. 5. §. 27. ut in poss. legat. 36. 4. Non tantum officialium suorum, nec sub se agentium, verum suos quoque servos etc. fr. 6. §. 1. de poen. 48. 19. Praesidis Pr. officiales. fr. 34. pr. de R. C. 12. 1. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. Strenuus officialis ex his, qui tibi parent. Th. C. XI. 30. c. 29. de app. et poen. Vniversi officiales diversorum officiorum. Ib. VIII. 7. c. 2. sq. de div. offic. Centuriones, aliique officiales. Cohortales, — atque officiales. Ib. I. 16. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. VIII. 7. c. 4. l. l. Officiales, per quos statuta complentur, ac necessaria peraguntur. Ib. XIV. 10. c. 1. §. 1. de hab. quo uti op. Quoties sine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant, vel describunt etc. Paul. V. 12. §. 6.

Officina. **§. 1.** *Locus, in quo artifices, vel operarii, operas exhibent.* III. **Cn.** Qui officinis, vel tabernis, praesunt. Paul. II. 8. §. 3. Tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinam conducere. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Domus cum officinis suis. Th. C. XV. 1. c. 52. de opp. pub. Officina cum animalibus, servis, molis, fundis dotalibus pistrini. Ib. XIV. 3. c. 7. de pistor. — **§. 2.** *Seminarium, Schola.* III. **Cn.** Sunt enim huiusmodi hominum — officinae. fr. 3. de proxenet. 50. 14. Quam (sc. conditionem) omni huic officinae (sc. Manichaeorum) imposuimus. Th. C. XVI. 5. c. 9. §. 1. de haeret.

Officiose. (Advb.) *Ex officio pietatis.* III. **Cn.** Offic. agere circa defuncti vindictam. fr. 21. de h. qu. ut indign. 34. 9.

Officiosus. (Adiect.) *Officii memor.* III. **Cn.** Officiosae gratiae debitores. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 1.

Officium. **§. 1.** *Exercitium, Ministerium.* I. **Sy.** Vsus (servi.) fr. 61. fr. 65. §§. 1. sq. de legat. III. (32.) Operae. fr. 1. fr. 3. §. 1. fr. 22. pr. fr. 48. pr. de oper. libert. 38. 1. II. **Op.** Artificium. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quae (sc. regula) — perdit officium suum. fr. 1. de R. I. 50. 17. Membrorum humanorum officia ampliare. fr. 14. de statu hom. 1. 5. Officium diurnae vitae retinere. Paul. V. 23. §. 5. Cunctarum artium officia. c. 3. de feriis. 3. 12. Officium eorum (sc. argentariorum) atque ministerium. fr. 10. §. 1. de edend. 2. 13. Ab omnibus officiis civilibus, vel publicis, (remotae feminae.) fr. 2. pr. §. 1. de R. I. 50. 17. cf. fr. 1. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. Cognoscere, (et suscipere) officium cognitoris. Gai. IV. 83. cf. fr. 5. §. 2. depos. 16. 3. Testimonii officio (ei interdicetur.) fr. 14. de testib. 22. 5. Officium magistri quadam mercede remunerari. fr. 27. de donat. 39. 5. Qui (sc. custodes) negligentiores in officio suo fuerint. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Munus publicum.* I. **Sy.** Munus. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Officia publica, atque militiae munera. Th. C. VI. 22. c. 6. de honor. codic. Ad singula officia administranda (ambitione pervenire.) Ib. VIII. 1. c. 1. de numerar. actuar. Ex officio, quod administraverint, conveniri. fr. 21. §. 1. ad munic. 50. 1. In provincia administrare officium (fiscale etc.) Paul. V. 12. §. 5. fr. 38. pr. de R. N. 23. 2. Ipse Procos., vel qui in alio [al. aliquo] officio erit. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Qui ad officia proficiscuntur. fr. 4. §. 2. ib. 1. 16. Fisci ad-

vocati quibus ad tempus officium mandatum est. Fr. de I. F. §. 17. Mandatum tutelae officium detrectare. fr. 39. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. Fungi officio (legationis.) fr. 10. pr. fr. 11. §. 1. de legation. 50. 7. Manente officio. — Post depositum officium. fr. 38. pr. de R. N. 23. 2. fr. 39. pr. §. 10. de admin. et peric. 26. 7. fr. 5. pr. Qu. ex fact. tut. 26. 9. — **§. 2. A.** *Muneris partes, vel executio.* III. **Cn.** Ad publicam utilitatem pertinentia (sc. interdicta,) vel sui iuris tuendi causa, vel officii tuendi causa, vel rei familiaris. fr. 2. §. 1. de interd. 43. 1. Quae (sc. obligationes) non propriis viribus consistunt, neque officio iudicis, neque Praetoris imperio, neque legis potestate confirmantur. fr. 27. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 5. pr. de V. O. 45. 1. Tantumdem in b. f. iudiciis officium iudicis valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. fr. 7. de N. G. 3. 5. Praeses Pr., ad vicem familiae erciscundae, officium sententiae suae legibus temperabit. Vatic. §. 281. Officio iudicis, super hoc cognoscentis, haec prohiberi. fr. 13. de R. N. 23. 2. fr. 2. pr. ubi pup. 27. 2. Cf. fr. 73. de procur. 3. 3. fr. 14. §. 8. de servo corr. 11. 3. fr. 7. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24. Tutor, et curator, — caeterique qui ex officio pro aliis interveniunt. fr. 31. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1. Ex officio facere, v. necesse habere. fr. 3. pr. de contr. tut. 27. 4. fr. 1. §. 9. de tut. et rat. 27. 9. Contineri etc. officio. fr. 25. §. 5. locat. 19. 2. fr. 12. pr. §. 2. de R. M. 49. 16. Convenire officio. Esse, s. Pertinere ad, officium. fr. 43. Qu. ex c. mai. 4. 6. fr. 38. de relig. 11. 7. fr. 6. de fideiuss. tut. 27. 7. fr. 170. de R. I. 50. 17. Vt officii admoneantur cessantes. fr. 2. de feriis. 2. 12. Implere officium. — Delinquere in officio. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. — **§. 2. B.** *Corpus officialium.* I. **Sy.** Adparitio, Adparitores. Cf. v. Adparitor. Officialium corpus. Cf. v. Officialis. II. **Op.** Rector Pr. Th. C. XI. 9. c. 2. de distrah. pign. Officia, vel milites. fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. Per militare officium, — Per castrenses milites (exigere tributa.) Th. C. I. 14. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Aug. III. **Cn.** Corpus, aut schola, vel officium, vel curia, vel civitas, vel provincia, vel quaedam universitas hominum. c. 7. §. 1. de div. rescr. 1. 23. c. 3. Qu. sit long. consu. 8. 53. Th. C. VI. 2. c. 15. de Senat. et de gleb. Vniversa officia, atque S. palatii ministeria, et S. scrinia, caeteraque cunctarum adminicula dignitatum. Ib. VII. 4. c. 35. de erog. mil. annon. Qui ex officiis singulis sunt, h. e. ex tabulariis, et numerariis, similibusve officiis eorum officiorum, de quorum ordine hoc corpus constitui volumus. Ib. XII. 6. c. 7. de susceptor. Officia iudicum, sive officium palatinum etc. Ib. XI. 28. c. 3. de indulg. debitor. Officium, quod tuis iussionibus obsecundat. Ib. VIII. 5. c. 57. de cursu pub. Si, iussu iudicis rei iudicatae pignus captum, per officium distrahatur. fr. 74. §. 1. de eviction. 21. 2. Sempronia libellos composuit, quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur. fr. 72. de furt. 47. 2. Magistratus municipales ad officium Praesidis Pr., vel Procos., comprehensos fugitivos recte transmittunt. Paul. I. 6. A. §. 4. Qui apud acta, exhibiturum se esse quem, promisit, etsi officio non caveat. fr. 17. de in ius voc. 2. 4. Deponere apud officium. fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. Missus ex officio annonae centurio. fr. 43. §. 1. de pign. act. 13. 7. — **§. 3.** *Pietatis ratio. Obsequium.* I. **Sy.** Beneficium. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Ex officio pietatis. — Inique. Cf. h. v. III. **Cn.** Voluntatis et officii magis, quam necessitatis, esse. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Ex officio atque amicitia (originem trahere etc.) fr. 1. §. 4. fr. 27. §. 2. mand. 17. 1. fr. 23. de reb. auct. iud. 42. 5. Mutuum officium praestare. fr. 5. §. 4. de praescr. vv. 19. 5. Non defunctorie debitum officium implere. fr. 21. §. 1. de S. C. Silan. 29. 5. Officium avi circa neptem ex officio patris erga filium pendet. fr. 6. de collat. bon. 37. 6. Inofficiosum dicitur testamentum, quod — non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. Paul. IV. 5. §. 1. fr. 2. de inoff. testam. 5. 2. Heredem scribere, functus dulci officio. c. 1. de h. qui sibi adscr. 9. 23. Ordinem salutationis officiumque praesumere. Th. C. VI. 22. c. 7. sq. de honor. codic. Cf. VI. 8. c. 1. de praepos. S. cubic. Religiosae professionis, s. S. religionis, officia. Ib. XVI. 5. c. 7. §. 3. c. 13. de haeret.

Offulgere. Cf. v. Obfulgere.

Ofilius. *I. Ctus, qui I. Caesaris temporibus inclaruit.* III. **Cn.** Is (sc. Ofilius) fuit Caesari familiarissimus, et libros de iure civili plurimos, et qui omnem partem operis fundarent, reliquit. — Idem edictum Praetoris primus diligenter composuit. fr. 2. §. 44. cf. §. 45. de O. I. 1. 2. Ofilius lib. V. iuris partiti ita scripsit. fr. 55. §§. 1. 4. 7. de legat. III. (32.) Ofil. recte dicebat etc. — Quae sententia et Cassii et Sabini dicitur. fr. 6. de stipul. serv. 45. 3. Labeo negavit, — (quam sententiam Cassius probat); Ofilius — (putat,) — cuius opinionem Proculus secutus est. Gai. III. 140.

Olea. **§. 1.** *Arbor, quae olivam producit.* III. **Cn.** Si uredo fructum oleae corruperit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Fructus arboris illius, Oliva.* III. **Cn.** Olea immatura lecta, item foenum immaturum caesum. fr. 48. §. 1. de usufr. 7. 1. cf. fr. 13. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Fisci, quibus ad premendam oleam utimur. — Aënum, in quo olea calda aqua lavatur. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2.

Oleagineus. (Adiect.) *Qui est ex olea arbore.* III. **Cn.** Pocula oleaginea paria duo. fr. 30. pr. de legat. III. (32.)

Olearius. (Adiect.) *Ad oleum pertinens.* I. **Sy.** Oleum. Olearia merx. fr. 5. §. 14. fr. 13. pr. de inst. act. 14. 3. III. **Cn.** Vinaria et olearia (cella.) fr. 10. §. 4. de usu et habit. 7. 8. Tam olearia arca, quam frumentaria. Th. C. XII. 11. c. 2. de cur. calend. Navicularii, et mercatores olearii. fr. 5. de mun. et hon. 50. 4.

Olere. *Odorem spirare.* III. **Cn.** Non esse morbosum, os alicui olere, veluti hircosum, strabonem. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Oleum. *Pinguedo ex olivis expressa.* III. **Cn.** Si ex uvis, (aut olivis, aut spicis) meis vinum, aut oleum, aut frumentum feceris. Gai. II. 79. fr. 7. §. 7. de A. R. D. 41. 1. Frumentum atque oleum, et caetera quae ad victum necessaria sunt. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. Th. C. VII. 9. c. 1. sqq. de salgamo. Re-

Rerum, quae in abusu continentur, utputa vini, olei, tritici (usufr. legatus.) Vlp. XXIV. 27. cf. fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Navem conduxit, ut — olei metretis tribus millibus impositis etc. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2. Cuius generis oleum istius regionis homines in usu habeant. fr. 4. de trit. vino. 33. 6. fr. 63. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Si oleum pro ea in sede sacra posuerit, valet donatio. fr. 5. §. 12. de don. int. V. 24. 1.

Olfacere. *Odorem percipere.* III. **Cn.** Mulam equus olfecit, mula calcem reiecit. fr. 5. si quadrup. 9. 1.

Optimus. (Adiect.) **§. 1.** *Praestantissimus, Eximius.* II. **Op.** Mediocris. Cf. h. v. Optimo consilio, — Inconsultius (facere.) fr. 67. §. 6. de R. N. 23. 2. III. **Cn.** Cum *optimum* quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1. In optimis negotiis pecuniam tractare. Th. C. VII. 20. c. 7. de veteran. Placuit, — optima sane distinctione. Gai. III. 197. Optimum factum est etc. fr. 9. de susp. tut. 26. 10. Optimum esse ait etc. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. Optimum itaque erit etc. fr. 35. de bon. libert. 38. 2. — **§. 2.** *Plenus, Perfectus.* II. **Op.** Minus aptis verbis, — Optimo iure (legare.) Vlp. XXIV. 11. a. Gai. II. 197. III. **Cn.** Fundus, uti optimus maximusque est, (emtus, v. legatus.) fr. 59. de contr. emt. 18. 1. fr. 48. fr. 75. de eviction. 21. 2. fr. 92. fr. 93. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 90. fr. 126. fr. 163. pr. de V. S. 50. 16. Paul. III. 6. §. 45. Iure optimo consequi, v. possidere. fr. 31. de minor. 4. 4. fr. 26. §. 1. de pignor. 20. 1. — **§. 3.** *Optatissimus, Praeclare meritus.* III. **Cn.** Qui „Optimus" a Senatu adpellatus est. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. Optimorum conspirante consensu. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof. Optimus Imp. Optimi Impp. nostri. Gai. I. 102. fr. 39. de poen. 48. 19. Optimus maximusque Princeps noster. fr. 78. §. 1. de legat. II. (31.) fr. 8. pr. de vac. et excus. 50. 5.

Optio. *Electio. Ius eligendi.* I. **Sy.** Electio. Cf. h. v. §. 2. Optandi (tutoris) facultas. Optio (tutoris.) Gai. I. 150. sqq. III. **Cn.** Optio deferenda est fideicommissario, ut aut portionem quoque pupilli adgnoscat, aut toto discedat. fr. 79. ad S.C. Treb. 36. 1. Qui optionem intra certum tempus datam non amplectitur. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16. Aut plena optio (sc.

(sc. tutoris) datur, aut angusta. Gai. I. 151. sq. Data optione, si quis optaverit alienum servum, — videndum est, an consumserit optionem. fr. 2. §. 2. de optione leg. 33. 5. Quoties servi electio, vel optio, datur. fr. 2. pr. ib. 33. 5. Optio legati per vindicationem data. Vlp. XXIV. 14. In optionis legato captus, dum elegit deteriorem. fr. 7. §. 7. de minor. 4. 4. Optio continuae viduitatis. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 7.

Optio. §. 1. *Tribunus militum, (item praefectus operariorum vel officialium militarium.)* III. **Cn.** Milites adpellamus, — nec non eos, qui sub diversis optionibus [al. opinionibus, v. opinatoribus] „foederatorum" nomine sunt decorati. c. 35. de locat. 4. 65. Mensores, optio [al. opinator] valetudinarii, medici etc. — Neque speculatores ultro sibi vindicent, neque optiones. — Nec pati optiones, sive commentarienses ea pecunia abuti. fr. 6. de bon. damnat. 48. 20. — §. 2. *Officialium civilium genus. Scriba.* III. **Cn.** Curialis, aut quicunque adparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor sive compulsor. c. 3. de apoch. pub. 10. 22. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 3. Th. C. VII. 4. c. 24. de erog. mil. annon. Subscribendarius, et optio. Th. C. 1. I. c. 1.

Optivus. (Adiect.) *Electione libera nominandus.* I. **Sy.** Qui ex optione sumuntur, Optivi (tutores.) Gai. I. 154. II. **Op.** Dativi (tutores.) Id. 1. 1.

Opulentare. *Opulentum facere, Augere.* III. **Cn.** In quibus (sc. personis) — ortus suos praesenti munere opulentat (sc. lex.) Vatic. §. 249.

Opulentia. *Abundantia, Copia.* III. **Cn.** Opulentia facultatum. Th. C. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl.

Opulentus. (Adiect.) *Locuples, Opimus.* I. **Sy.** Idoneus (patrimonio.) Ib. c. 6. l. II. **Op.** Quem mediocritas excusat. Pauper. Ib. XI. 1. c. 27. de annon. et tribut. XVI. 2. c. 6. Opulentae, — Desertae (centuriae.) Ib. XI. 1. c. 10. III. **Cn.** Divitiae et opulentior fortuna. Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. §. 2. Quo quisque honoratior aut opulentior est. Nov. Val. III. Neque dom. div. II. 10. c. 1. §. 3. Hereditas opulenta. fr. 1. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19.

Opus. (Subst.) §. 1. *Operae, Ministerium.* I. **Sy.** Operis, Operibus (servi, sc. adquirere.) Gai. II. 94. Vlp. XIX. 21. Coll. LL. M. III. 3. III. **Cn.** Non solum imperio, sed moderatione, et sufficientibus praebitis et iustis operibus (contineri oportet servorum obsequium.) Coll. LL. M. 1. 1. Fabrilibus operibus exerceri (milites.) fr. 12. pr. de R. M. 49. 16. Ad opus privatum, piscatum, venatum (mittere.) Ib. 1. 1. Mancipia, quae in his praediis morata fuerunt, vel operis rustici causa, vel alterius officii. fr. 78. §. 2. fr. 93. §. 2. fr. 99. pr. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §§. 35. 70. In opus publicum perpetuo dati. — Opere temporario multati. fr. 10. §. 2. fr. 17. §. 1. fr. 34. pr. de poen. 48. 19. Paul. III. 4. A. §. 9. In metallum dati, et in opus metalli. fr. 17. pr. ib. 48. 19. Paul. II. 19. §. 9. V. 3. §. 5. V. 4. §. 8. In metallum damnati, si — inutiles operi faciendo deprehendantur. fr. 22. l. 1. 48. 19. In opus salinarum dari. fr. 6. de captiv. 49. 15. — §. 2. *Quod operis praestandis efficiendum est. Quodcunque in solo exstruimus, vel molimur.* III. **Cn.** Si testator dari quid iussisset, aut opus fieri, aut munus dari. fr. 49. §. 4. de legat. II. (31.) Pecunia, quae in opera nova legata est. fr. 7. pr. de opp. pub. 50. 10. Pecunia ad opus aquaeductus reip. — relicta. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ign. 22. 6. Opera, quae in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt. fr. 6. de opp. pub. 50. 10. Aedes sacras et opera publica circumire. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Curator operum creatus. fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Si iter legatum sit, qua nisi opere facto iri non possit. fr. 10. de servit. 8. 1. Cameram ex figlino opere factam (habere.) fr. 19. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Quae terra non tenentur, quaeque opere structili tectoriove non continentur. fr. 241. de V. S. 50. 16. Quoad in opus lapidis opus erit, pro lapide et manupretio dominus redemtori in pedes singulos VII dabit. fr. 30. §. 3. fr. 51. §. 1. locat. 19. 2. Opus locatum conductum. — In lege locationis comprehensum, ut arbitratu domini opus adprobetur. fr. 24. pr. fr. 36. ib. 19. 2. fr. 5. §. 1. de V. S. 50. 16. Opus factum. Facies quaedam facta operis. Pristina facies operis mutata. fr. 21. §. 3. cf. fr. 1. §§. 11. sq. de O. N. N. 39. 1. Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret. fr. 20. §. 9. ib. cf. fr. 72. de procur. 3. 3. — §. 3. *Ars, Doctrina.* I. **Sy.** Eruditio, Scientia (legum, s. legitima.) Opus (legitimum.) Prooem. Inst. §§. 3. sq. 7. III. **Cn.** Iuris publici et privati (doctissimus habitus est,) et complures utriusque operis libros reliquit. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. Libri de iure civili plurimi, et qui omnem partem operis fundarent. fr. 2. §. 44. cf. §. 39. ib. 1. 2. — §. 4. *Litterarium opus.* I. **Sy.** Scriptura. Cf. h. v. §. 5.

Opus. (Indeclin.) *Opus est, i. e. Necesse est.* I. **Sy.** Debet, Necessarium est. Gai. II. 257. sq. Vlp. XI. 27. III. **Cn.** Non sufficit, — sed opus est ut etc. Gai. II. 156. 248. Quod ut manifestum fiat, op. est ut etc. Ib. IV. 10. Nullo eorum modo — id efficere possum, sed op. est ut etc. Ib. II. 38. Heredis loco constituuntur. Ideoque — ficticiis actionibus op. est. Vlp. XXVIII. 12. Si opus esset, v. fuerit. Quoties op. erit. fr. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 7. §. 1. de edend. 2. 13.

Ora. *Regio maritima.* I. **Sy.** Litora. Ora terrae. Nov. Val. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1. Q. Ligarius, qui, cum Africae oram teneret, infirmum Tuberonem adplicare non permisit. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2.

Oraculum. *Voluntas Principis expressa (lege, vel rescripto.)* I. **Sy.** Principale rescriptum. S. oraculum. §§. 1. 3. 11. I. de adopt. 1. 11. III. **Cn.** Nec lege pragmatica, nec divina adnotatione, sacrove oraculo excusati. c. 2. de quib. munerib. 10. 48. cf. Th. C. XI. 21. c. 3. de collat. aer. Oraculum praesentis edicti. c. 4. de LL. 1. 14. Nostri oraculi sacri sanctio. Th. C. XVI. 5. c. 17. de haeret. Precator oraculi impetrati. c. 7. pr. de div. rescr. 1. 23. Neque huic rei obreptivum officere sinimus oraculum. Th. C. XVI. 10. c. 8. de pagan. Eos praesentibus insectamur oraculis, qui etc. Ib. XVI. 7. c. 7. §. 3. de apostat.

Orare. §. 1. *Verba facere, Pronunciare.*

I. *Sy.* Dicere (causas.) Causarum patrocinium profiteri. fr. 1. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2. c. 6. §. 6. de postul. 2. 6. c. 9. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Perorare. Cf. h. v. §. 2. III. *Cn.* Rem ubi pagunt, orato. L. XII Tabb. I. 6. — **§. 2.** *Petere, Precari.* I. *Sy.* Supplicare. Nov. Val III. de homicid. II. 20. c. 1. §§. 2. sq. III. *Cn.* Iudicium nostrae serenitatis orare. Th. C. I. 10. c. 2. §. 1. de off. iud. omn. Orando merere. Ib. XI. 22. c. 3. ne collat. transl. — **§. 3.** *Cultum divinum exercere.* III. *Cn.* Oratoria habere, et in his orare et psallere. Iul. ep. nov. c. 52. §. 194. Fores ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl.

Oratio. **§. 1.** *Sermo, Locutio.* III. *Cn.* Oratio, quae coniunctionem habet, vel disiunctionem. fr. 28. §. 1. cf. fr. 124. de V. S. 50. 16. Ambiguae orationes. fr. 96. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Locutio oratoria.* III. *Cn.* Exstat eius (sc. Ciceronis) oratio, quae inscribitur pro Q. Ligario. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. — **§. 2.A.** *Adlocutio Senatus per Principem, (cum ore, tum scriptis enunciata.)* I. *Sy.* Quae Princeps proposuit, libello complexus, quid fieri placeat. fr. 20. §. 6. fr. 22. de hered. pet. 5. 3. Senatus consultum. fr. 60. pr. §. 1. fr. 67. §§. 1. sqq. de R. N. 23. 2. III. *Cn.* Secundum orationem D. Marci, quam in castris praetoriis recitavit. Vatic. §. 195. Leges, — quae vel missae a nobis ad venerabilem coetum oratione conduntur, vel inserto [al. incerto] edicti vocabulo nuncupantur. c. 3. de LL. 1. 14. Impp. — oratione in Senatu recitata id actum est, ut etc. Vlp. XXVI. 7. fr. 2. de feriis. 2. 12. Imp. noster — oratione in Senatu habita auctor fuit Senatui censendi etc. fr. 32. §. 1. de donat. int. V. 24. 1. Nunc ex oratione D. Hadriani S.C. factum est, ut etc. Gai. II. 285. Sacratiss. Principis nostri oratione cavetur. fr. 9. ad S.C. Tert. 38. 17. Oratio D. Marci ita scripta est. — Verbis orationis Impp. comprehensum. Vatic. §§. 220. 224. — **§. 3.** *Supplicatio Principi oblata.* III. *Cn.* Cum — priscis constitutionibus, quarum series orationis paginis antelata est, magis illud invaluisse perhibeatis. Th. C. XIII. 5. c. 16. §. 1. de navicular. — **§. 4.** *Precatio, quae ad deum habetur.* III. *Cn.* Doceantur presbyteri et diaconi sacras orationes. Iul. ep. nov. c. 6. §. 27.

Orator. **§. 1.** *Interpres.* III. *Cn.* Legati, oratores, comitesve. fr. 7. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. — **§. 2.** *Oratoriae artis magister.* I. *Sy.* Rhetor. Th. C. XIII. 3. c. 11. c. 16. de medic. et prof. III. *Cn.* Oratores „usurpationem" frequentem usum vocant. fr. 2. de usurp. 41. 3. — **§. 3.** *Causarum patronus.* III. *Cn.* Oratorum adfluens in defensionibus copia large praestetur. c. 33. §. 1. de episc. et cler. 1. 3. Legum oratores ditissimi. Const. Omnem reip. §§. 2. 6.

Oratorium. *Locus precationis, Sacellum.* I. *Sy.* Domus oratoria. Cf. v. Oratorius. III. *Cn.* Ecclesia, vel xenodochium, vel oratorium, vel quivis alius locus, qui pietatis causa colitur. Iul. ep. nov. c. 63. §. 213. Altaria, et oratorium templi circumiectum. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl. Magna ecclesia Constantinopolitanae civitatis, et sancta oratoria, quorum ipsa curam agit. Iul. l. l. c. 14. §. 50. Defensor ecclesiae, vel oratorii. Ib. c. 67. §. 243.

Oratorius. (Adiect.) *Ad orandum paratus.* I. *Sy.* Oratorium. Domus oratoria. Iul. l. l. c. 111. §. 410. c. 119. §§. 512. 515.

Orbatus. (Partic.) *Privatus.* III. *Cn.* Caecus, utrisque luminibus orbatus. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1.

Orbis. **§. 1.** *Circulus.* I. *Sy.* Circulus. Cf. h. v. §. 1. III. *Cn.* Scriptis in orbem servis (testamento libertas data.) Gai. I. 46. — **§. 2.** *Terrarum globus.* I. *Sy.* Ad lucem redigi. In hunc orbem devolvi. c. 3. de posth. hered. 6. 29. III. *Cn.* Vagari per orbem. fr. 20. §. 1. de oper. libert. 38. 1. — **§. 3.** *Vniversitas imperii R.* I. *Sy.* Omnis terra, (quae nostro imperio gubernatur.) Omnis terrarum orbis. c. 2. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. Pr. I. de usucap. 2. 6. III. *Cn.* Romana gens, — et universus orbis noster. Coll. LL. M. XV. 3. Omnes terrae, nostro orbe inclusae. Nov. 36. in f. Circa regendum utrumque orbem. Nov. Anthem. de confirm. LL. VI. 2. c. 1. Non tam per Africam, quam per omnes regiones in nostro orbe positas. Th. C. XVI. 10. c. 20. §. 1. de pagan. Hanc quoque orbi suo S. princeps — adiicere voluit dignitatem. Gesta in Sen. de recip. Th. C. In orbe rom. qui sunt. fr. 17. de statu hom. 1. 5.

Orbitas. *Liberorum, item parentum, defectus vel amissio.* III. *Cn.* Caelibatus et orbitatis poenae. Th. C. VIII. 16. (Rubr.) Orbitatis suae casus viduitatisque. Nov. Maiorian. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5. Plagiarii, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates. Th. C. IX. 18. c. 1. ad L. Fab. Filia in orbitate patris relicta. c. 20. de inoff. testam. 3. 28.

Orbus. (Adiect.) *Liberis, aut parentibus, destitutus.* I. *Sy.* Qui liberos non habet. Gai. II. 111. 286. III. *Cn.* Caelibes, — item orbi. Id. l. l. Orbi, qui per legem Papiam, ob id quod liberos non habent, dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt. Id. l. l. §. 286. cf. Th. C. VIII. 16. c. 1. pr. de infirm. poen. cael. Vtroque orba parente. c. 20. de nupt. 5. 4.

Orcinus. (Adiect.) *Is, cuius patronus in orco est. Sine patrono libertus.* I. *Sy.* Testamento manumissus servus. Orcinus (p. se.) fr. 22. pr. de pecul. leg. 33. 8. II. *Op.* Orcini, vel proprii, liberti. c. 8. de iur. et facti ign. 1. 18. c. 1. §. 7. de Lat. libert. toll. 7. 6. Orcinus, — Non testatoris, sed manumissoris, (libertus.) Vlp. II. 8. fr. 4. §. 12. fr. 30. §. 12. de fideic. libb. 40. 5. III. *Cn.* Qui, ob necem detectam domini, praemium libertatis consequitur, fit orcinus libertus. fr. 5. Qui sine manum. 40. 8. Vt, — sive manumittatur, non perdat spem orcini liberti. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. Orc. libertus effectus, ad familiam testatoris pertinebit. fr. 3. §. 3. de legit. tut. 26. 4.

Ordinare. **§. 1.** *In ordinem redigere, Componere, Disponere.* I. *Sy.* Facere, Scribere, Condere, Disponere (testamentum, s. voluntatem, s. indicium.) fr. 25. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. c. 4. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Th. C. IV. 4. c. 3. §§. 1. sq. de testam. et codic. III. *Cn.* Non esse permittendum, —

et ita edictum ordinatum videtur. fr. 13. rer. amot. 25. 2. Complura praeterea, huius iuris ordinandi gratia, cum certis et solemnibus verbis — aguntur et fiunt. Gai. I. 112. II. 103. 105. Diligens observatio in ordinandis testamentis. Ib. II. 109. Vt testamenta ne ordinent, vel scribant, vel signent. fr. 9. §. 7. de poen. 48. 19. Decedens testamento ordinato. fr. 12. de iure patron. 37. 14. Suprema sua ordinare. fr. 39. de pign. act. 13. 7. fr. 36. §. 2. de milit. testam. 29. 1. Res hereditarias urgentes, Facultates proprias (ordinare.) fr. 20. de S.C. Silan. 29. 5. c. 15. de testam. 6. 23. Quodsi libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint. fr. 3. §. 1. de accus. 48. 2. Rector Pr. — suam ordinabit sententiam. Coll. LL. M. X. 5. cf. Iul. ep. nov. c. 11. §. 47. — **§. 1.A.** *Praeparare, Instituere.* I. **Sy.** Inchoare, Informare. Th. C. XV. 1. c. 2. sq. c. 11. de opp. pub. III. **Cn.** Post rem inofficiosi ordinatam, litem derelinquere. fr. 8. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. cf. c. 1. ad S.C. Turp. 9. 45. Post adgnitam litis ordinandae gratia B. Pnem, decedere. fr. 8. pr. l. l. 5. 2. Solemnibus itaque ordinatis, apud Praesidem Pr. de statu vestro cognoscetur. c. 11. c. 31. de liberali. c. 7. 16. Si de hereditate agetur, ordinanda prius quidem est causa libertatis. c. 2. de ord. cognit. 7. 19. fr. 24. sq. de liberali c. 40. 12. — **§. 2.** *Constituere.* I. **Sy.** Imperare (impendia.) Th. C. XV. 1. c. 34. de opp. pub. Auctore, Ordinante, (Principe.) Ib. VI. 28. c. 1. c. 3. de princ. agent. in reb. Constituere, Dare, Facere (procuratorem etc.) c. 11. de procur. 2. 13. Th. C. XII. 6. c. 5. de susceptor. III. **Cn.** Quod cum vestro consilio fuerit ordinatum. c. 8. de LL. 1. 14 Praesenti sanctione credimus ordinandum. c. 1. §. 7. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Tutorem dare, seu ordinare curatorem. Th. C. VI. 4. c. 16. de Praet. et Qu. cf. III. 19. c. 6. pr. (Wck.) de adm. et peric. Si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur. c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur. Th. C. XVI. 2. c. 33. de episc. eccl. Idoneus — nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio. Ib. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. Mag. offic. cf. XI. 7. c. 20. de exactor. Persona legibus ordinata. Ib. XIII. 11. c. 15. de censitor.

Ordinarius. (Adiect.) **§. 1.** *Consuetus, Vulgaris, Conveniens.* I. **Sy.** Consequens. fr. 1. pr. de poss. hered. pet. 5. 5. fr. 1. pr. si tab. testam. null. 38. 6. III. **Cn.** Audiri aequum est, et ordinarium admittere. fr. 33. §. 2. de procur. 3. 3. Transitum fecit, eum ordinem secutus, — fuit enim ordinarium etc. fr. 1. pr. l. 38. 6. cf. fr. 1. pr. de pecul. 15. 1. Ordinarium visum est etc. c. 7. de hered. v. act. vend. 4. 39. cf. c. 9. ad L. Corn. de fals. 9. 22. — **§. 2.** *Solemnis, Competens, Principalis.* II. **Op.** Extraordinarius. Cf. h. v. Honorarius (consulatus etc.) c. 2. ut dignit. ordo. 12. 8. Iul. ep. nov. c. 56. §. 200. Vicarius (iudex etc.) Th. C. I. 5. c. 12. sq. (Wck.) de off. Prf. Pr. III. 11. c. 1. §. 1. si quac. praed. pot. VI. 22. c. 7. pr. §. 1. de honor. codic. Ordinarii (iudices, s. magistratus.) — Maiores potestates. Ib. XIV. 4. c. 3. de suar. Iul. ep. nov. c. 39. §. 167. Vulgaris (servus.) fr. 15. §. 44. de iniur. 47. 10. cf. fr. 17. fr. 19. de pecul. 15. 1. Ordinariae successioni relinqui, — Fisco vindicari (bona.) Paul. V. 12. §. 1. Ordinaria, — Carboniana (B. P.) fr. 5. §. 3. de legat. praest. 37. 5. fr. 3. §§. 14. sqq. de Carb. edict. 37. 10. Ordinaria (actio.) — Vtilis (persecutio.) c. 5. si al. res pign. 8. 16. III. **Cn.** Qui iure suo utitur, et ordinaria actione experitur. fr. 155. §. 1. de R. I. 50. 17. Per interdictum ad ius ordinarium remittere. fr. 1. §. 2. si ventr. nom. mul. 25. 3. In possessionem earum rerum — heres scriptus, priusquam iure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat. Paul. III. 5. §. 18. cf. fr. 10. de Carb. edict. 37. 10. Fideicommissorum, et si quae aliae sunt (sc. persecutiones,) quae non habent iuris ordinarii executionem. fr. 178. §. 2. de V. S. 50. 16. Apud suum ordinarium iudicem, Iure legitimo in ordinaria sede, (pulsari.) Th. C. VIII. 12. c. 3. de donat. XII. 19. c. 3. de h. qu. cond. propr. Si quis ordinaria, vel qualibet, praeditus potestate. Ib. III. 11. c. 1. pr. si quac. praed. pot. Auctoritas ordinariorum et amplissimorum iudicum. Ib. XIII. 10. c. 8. de censu s. adscr. Praeter ducem, vel consularem et praesidem, qui vetustatis privilegio ordinariorum iudicum nomen obtinent. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 7. Praefectus Aug. ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia — habeat potestatem. Th. C. I. 14. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Aug.

Ordinarius. (Subst.) *Officialium iudicis ordinarii genus.* I. **Sy.** Ordinarium officium. Ordinarii. Ib. VIII. 4. c. 16. pr. de cohortal. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. III. **Cn.** Ordinariorum iudicum adparitores, qui vel speculatorum, vel ordinariorum, adtigerint gradum. Ib. VIII. 4. c. 16. pr. l. Princeps, cornicularius, commentariensis, numerarius, et ordinarii per singula officia. Ib. VIII. 15. c. 3. de iis qu. admin. cf. V. 13. c. 31. (Wck.)

Ordinatio. **§. 1.** *Compositio, Dispositio.* III. **Cn.** A gestorum absolvimus ordinatione (donationes rerum mobilium.) c. 36. §. 1. de donat. 8. 54. Propter ordinationem domus propriae, parandosque sibi sumtus (in civitate residere.) Th. C. IX. 2. c. 6. de exhib. v. transm. reis. Ordinationis testamenti (cogitatio.) c. 25. de iure dot. 5. 12. Ordinatio defuncti patris. Interp. ad Paul. R. S. IV. 6. §. 7. — **§. 2.** *Sanctio, Iussio.* I. **Sy.** Dispositio. c. 16. §§. 6. sq. de erog. mil. annon. 12. 38. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §§. 2. sq. III. **Cn.** Iudicialis calculus prolatus, et legitima ordinatio secuta. Iul. ep. nov. c. 54. §. 196. Prior ordinatio legis. Interpr. ad Th. C. III. 1. c. 6. de contr. emt. — **§. 3.** *Institutio solemnis.* III. **Cn.** Secundum nostram electionem atque ordinationem. c. 1. §. 5. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Imperatorem me factum, P. C., vestrae electionis arbitrio, et fortissimi exercitus ordinatione. Nov. Maiorian. de ortu imper. IV. 1. c. 1. Creandorum sacerdotum ordinatio. Th. C. XVI. 5. c. 12. de haeret. — **§. 4.** *Ordo.* III. **Cn.** Honores et munera non ordinationi, [al. ordinatione, s. ordinationibus,] sed potioribus quibusque iniungenda sunt. fr. 7. pr. de decurion. 50. 2. Civilem ordinationem conservet. Iul. ep. nov. c. 15. §§. 55. 58. cf. c. 23. §. 88. In eodem gradu, ex consuetudine priscae ordinationis, emerere. Th. C. I. 6. c. 12. (Wck.) de off. Prf. Vr.

Ordinator. **§. 1.** *Qui componit aliquid in ordinem.* III. ***Cn.*** Salv. Iulianus, — praetorii edicti perpetui ordinator. c. 10. de cond. indeb. 4. 5. — **§. 2.** *Administrator.* III. ***Cn.*** Ordinatores domorum dominicarum. Interp. ad Th. C. X. 1. c. 2. de iure fisci.

Ordo. **§. 1.** *Series continua (insequentium personarum, vel rerum.)* II. ***Op.*** Promiscua facultas. — Ordo certus adhibitus. fr. 14. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. Simul admittere, v. tueri (plures, v. omnes.) — Ordinem inter eos facere, s. observare. fr. 7. §. 3. depos. 16. 3. fr. 5. §. 3. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 5. §. 2. de adsign. libert. 38. 4. III. ***Cn.*** Per ipsa capita ire malui, ordinemque legis servare. Coll. LL. M. IV. 2. Transitum fecit (sc. Praetor) ad intestatos, eum ordinem secutus, quem et L. XII Tabb. secuta est. fr. 1. pr. si tab. testam. null. 38. 6. Ordinem edictorum, vel compendium (moderare.) fr. 72. cf. fr. 75. de iudic. 5. 1. Observare eum (sc. Procos.) oportet, ut sit ordo aliquis postulationum. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. In sententiis dicendis ordo spectandus. fr. 1. §. 1. de albo scrib. 50. 3. Talis ordo dabitur, ut etc. fr. 13. ad munic. 50. 1. Ordinem scripturae (sequi, v. convertere.) fr. 2. §§. 4. sqq. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 24. §. 17. de fideic. libb. 40. 5. Nullo circa eum novo facto, sed ordine quodam naturali, (nactus est potestatem.) fr. 28. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. Ordo incertus nascentium. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Turbatus ordo mortalitatis. fr. 15. pr. de inoff. testam. 5. 2. — **§. 2.** *Ratio, Forma, Tenor.* III. ***Cn.*** Arbitrari Senatum, recte atque ordine facturos, ad quos de ea re in iure aditum erit, si dederint operam etc. fr. 2. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. cf. fr. 4. §§. 3. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 25. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. Vt possit iudicium ordinem accipere, hoc ante — disceptatur. fr. 7. §. 5. de liberali c. 40. 12. Ordinem modumque praescribere (finalibus iurgiis.) Th. C. II. 26. c. 5. (Wck.) fin. reg. Eum rei gestae ordinem futurum, ut etc. fr. 3. §. 12. de donat. int. V. 24. 1. fr. 27. de pact. dot. 23. 4. cf. Paul. III. 5. §. 11. Solemni iuris ordine apud Praesidem solet copulari (adoptio.) c. 4. de adopt. 8. 48. cf. c. 4. de sent. et interloc. 7. 45. Pro, s. Ex, legum ordine (actionem excipere etc.) Et legibus, et recto iuris ordine (vindicari.) Th. C. X. 10. c. 3. c. 11. de petit. et ultro dat. X. 26. c. 1. sq. de cond. et hom. Si civile ius, et legum ordinem (intuemur.) fr. 31. pr. depos. 16. 3. Restitutae possessionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem. fr. 1. §. 4. uti possidet. 43. 17. Quodsi debitis satisfecit simplici iussione, et non cognitione habita; quamvis non extra ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit etc. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Vt his, secundum rei aequitatem et iurisdictionis ordinem, convenientem formam rei det (sc. Praeses Pr.) fr. 2. de extr. cogn. 50. 13. Omnium partes, qui Romae, vel quasi magistratus vel extra ordinem, ius dicunt. fr. 7. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 2. §. 33. de O. I. 1. 2. Accusationis ordinem, iam dudum legibus institutum, (servari.) Th. C. IX. 1. c. 19. pr. cf. c. 5. de accus. et inscr. Ordo exercendorum publicorum capitalium. — Cum extra ordinem crimina probantur. fr. 8. de pub. iudic. 48. 1. cf. fr. 6. de praevaric. 47. 15. Extra ordinem punire, s. vindicare. Paul. V. 3. §. 1. V. 4. §§. 4. sqq. — **§. 3.** *Gradus, Locus.* I. ***Sy.*** Gradus. Cf. h. v. §. 4. Dignitas (inferior.) fr. 4. fr. 6. §. 1. fr. 12. pr. de Senat. 1. 9. II. ***Op.*** Senator. — Secundi ordinis vir. c. 10. de nupt. 5. 4. III. ***Cn.*** Tali loco atque ordine esse, ut etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Ordo et dignitas. fr. 15. §. 2. de usufr. 7. 1. cf. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. XV. 1. c. 10. de opp. pub. Gradus, vel ordo. Ib. XI. 39. c. 10. de fide test. cf. §. 15. I. de hered. qu. ab int. 3. 1. Ex quolibet ordine (idonei tutores.) Th. C. III. 17. c. 3. pr. de tut. et cur. cr. Ordinum dignitas familiarumque. fr. 1. §. 13. de inspic. ventre. 25. 4. In ordinem ingenuorum transire. fr. 44. §. 3. de excusatt. 27. 1. Cuive apud exercitum ignominiae causa ordo ademtus est. Tab. Heracl. lin. 46. sq. aer. Neap. — **§. 4.** *Consortium, Collegium, Corpus.* III. ***Cn.*** Omnes ordines, collegia, centuriones etc. Th. C. XII. 1. c. 156. de decurion. Cf. Iul. ep. nov. c. 38. §. 166. Corpus atque ordo. Th. C. I. 5. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Pr. VIII. 1. c. 1. de numerar. Officia et ordines. Ib. VI. 30. c. 16. de palatin. S. largg. Ordines decuriarum, scribarum etc. Ib. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic. Naviculariorum ordo. Ib. XII. 1. c. 149. Loco eo, quem tueri nequivere, submoti et reiecti in ordinem plebeiorum. Ib. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. — **§. 5.** *Collegium Senatus, item decurionum.* I. ***Sy.*** Senatus. Amplissimus ordo. fr. 6. fr. 9. §. 2. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 2. §§. 1. sq. ad S.C. Vell. 16. 1. Curia. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** In splendidissimum ordinem senatorium, et illam nobilissimam curiam, cooptari. Th. C. XII. 1. c. 122. de decurion. Proceres, amplissimusque ordo Senatus, dum convenissent. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 3.) Decretum, v. Interdictum, ampliss. ordinis. Paul. I. 6. A. §. 2. II. 10. §. 1. Ne Senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. cf. Paul. V. 4. §. 11. fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. Municipalis, s. Oppidaneus, ordo. Th. C. IX. 35. c. 2. pr. de quaestion. XII. 1. c. 47. c. 180. de decurion. Defensores civitatum, curatores, magistratus et ordines. Ib. IX. 2. c. 5. de exhib. v. transm. cf. VIII. 5. c. 34. §. 3. de cursu pub. In sui ordinis consortio perseverent, fungantur officiis curialibus etc. Ib. XII. 1. c. 42. pr. Necessitates ordinis. Ib. VII. 2. c. 2. Quid prob. deb. Cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit. fr. 3. cf. fr. 6. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4.

Orfitianum. Cf. v. **Orphitianum.**

Oriens. *Orbis rom. pars orientalis,* (provincias comprehendens, Praefecto et Comiti Orientis adtributas.) III. ***Cn.*** Per Aegyptum, et Orientis partes. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. veste. Orientis, sive Aegypti, (comitiva.) Ib. VI. 10. c. 3. de primicer. et notar. Praefectura Orientis atque Illyrici. Ib. VIII. 4. c. 30. §. 1. de cohortal. Praefecti Vr., seu Processs., seu Comites Orientis, seu Vicarii. Ib. XI. 30. c. 30. de app. et poen. cf. I. 15. c. 11. (Wck.) de off. Vicar.

Orientalis. (Adiect.) *Versus solem orientem constitutus.* II. ***Op.*** Occidentalis, Occiduus. Cf. h.

vv. III. ***Cn.*** Provinciae orientales. Th. C. XIII. 5. c. 14. pr. de navicul. XIII. 10. c. 2. de censu s. adscr. Sedes orientalis. Iul. ep. nov. c. 24. §. 93.

Originalis. (Adiect.) **§. 1.** *Genuinus.* III. ***Cn.*** Authentica ipsa atque originalia rescripta. c. 3. de div. rescr. 1. 23. — **§. 2.** *Qui nascendo iam adscriptus est (certo corpori.) Quem genus et origo addixerunt conditioni (colonorum.)* I. ***Sy.*** Qui per originem obnoxius est. Th. C. XII. 1. c. 13. c. 82. c. 96. §. 1. de decurion. Origo, Originalis patria. Cf. v. Origo. §. 2. Originarius. c. 4. c. 7. c. 11. de agricol. 11. 47. Th. C. V. 10. c. 1. pr. §. 1. de inquil. et colon. III. ***Cn.*** Senator ordine motus, ad originalem patriam — non restituitur. fr. 22. §. 4. ad munic. 50. 1. In originalibus ac debitis curiis perseverent. Th. C. XII. 1. c. 159. Consanguineos eorum, vel originales, — nomini functionique iubeas adiungi. Ib. XIV. 4. c. 5. de suar. Colonus originalis, vel inquilinus. Ib. V. 10. c. 1. pr. de inquilin. XI. 1. c. 14. de annon. et tribut.

Originarius. (Cf. h. v. §. 2.) *Originalis.* I. ***Sy.*** Genitalis. Cf. h. v. Originalis. Cf. h. v. §. 2. Origo. Originarius locus. Th. C. XIV. 7. c. 1. sq. de collegiat. III. ***Cn.*** De municipibus et originariis. Cod. Iust. X. 38. Originarii et coloni, inquilini ac servi. Nov. Val. III. de XXX ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 4. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 3. Coloni originarii. Ib. de colon. vag. II. 31. c. 1. pr. Quemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitosque servos (vendi — non licebit.) c. 7. de agricol. 11. 47. Originario solo, atque status sui reddi obsequiis. Th. C. VIII. 4. c. 22. de cohortal.

Origo. §. 1. *Initium, Fons.* I. ***Sy.*** Cunabula. fr. 1. pr. §. 1. de off. Prf. Pr. 1. 11. Introduci. Originem sumere. fr. 4. sq. de I. et I. 1. 1. III. ***Cn.*** Omissis initiis, atque origine non repetita. fr. 1. de O. I. 1. 2. Iuris originem atque processum demonstrare. fr. 2. pr. §. 13. ib. 1. 2. Non enim ratio obtinendae possessionis, sed origo nanciscendae (exquirenda est.) fr. 6. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Quae (alienationes) vetustiorem causam, et originem iuris habent necessariam. fr. 13. fam. ercisc. 10. 2. Origo emendi vendendique a permutatione coepit. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. Commemorare, — unde constituendi Praefectorum Pr. origo manaverit. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. — **§. 1. A.** *Tenor genuinus.* I. ***Sy.*** Origo (iurisdictionis.) Forma (edicti perpetui.) c. 2. de cond. insert. 6. 46. — **§. 1. B.** *Adquisitio principalis.* III. ***Cn.*** Instrumenta praediorum, — quae ad probationem originis eorum pertinent. c. 24. de fideicomm. 6. 42. Ex origine patris, vel avi, (descendere.) c. 19. de donat. 8. 54. — **§. 2.** *Ortus. Genus. Locus nativitatis.* I. ***Sy.*** Genus, Sanguis, Stirps, Conditio, (curialis etc.) Th. C. X. 20. c. 14. sqq. de murileg. XII. 1. c. 10. c. 14. c. 56. c. 98. c. 100. de decurion. Genitale solum. Ib. V. 9. c. 1. pr. de fugit. colon. V. 10. c. 1. pr. de inquil. et col. Patria (originalis.) fr. 22. §§. 2. 4. sqq. fr. 23. ad munic. 50. 1. Vnde oriundus est, Originis (provincia.) fr. 7. §§. 10. sqq. de interd. et releg. 48. 22. III. ***Cn.*** Propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter coniunctionem originis rom., — plenissima immunitas tributa est (Iliensibus.) fr. 17. §. 1. de excusatt. 27. 1. Qui originem ab urbe Roma habent. fr. 3. pr. de mun. et hon. 50. 4. Civitas, ex qua pater naturalem originem ducit. fr. 6. §. 1. ad munic. 50. 1. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. Paul. V. 12. §. 5. Muneribus civilibus apud originem avi quoque naturalis respondere. fr. 17. §. 9. cf. fr. 1. §. 2. ad munic. 50. 1. c. 3. de munic. et orig. 10. 38. Vatic. §. 221. Sequi originem, vel domicilium, patronorum. fr. 6. §. 3. fr. 7. fr. 17. §. 8. l. l. 50. 1. Defugere originem. Th. C. XII. 1. c. 13. de decurion. Originis suae oblitus et patriae, cui domicilii iure devinctus est. Ib. c. 77. l. l. Origini suae reddi. Ad originem revocari. Ib. I. 12. c. 6. (Wck.) de off. Proc. et Leg. VI. 27. c. 16. pr. de agent. in reb. — **§. 2. A.** *Soboles, Progenies.* I. ***Sy.*** Adgnatio. Ib. V. 10. c. 1. §§. 1. 3. sq. de inquil. et colon. III. ***Cn.*** Loco, cui natus est, cum origine iubemus — restitui. — Eius omnem originem — conveniat revocari. Ib. V. 10. c. 1. §§. 1. 4.

Oriri. §. 1. *Nasci, Proficisci.* I. ***Sy.*** Nasci. Gai. III. 88. sq. 163. 182. fr. 2. §§. 6. 35. de O. I. 1. 2. Descendere (ex aliquo.) fr. 220. pr. §. 3. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** In cuius agro aqua oritur, vel per cuius fundum ducitur. fr. 10. §. 1. si servit. 8. 5. fr. 1. §. 18. de aqua et aqu. pluv. 39. 3. Ex altera provincia ortus, in altera adsidebit. fr. 1. de off. adsess. 1. 22. Vt adpareat, a quibus et qualibus haec iura orta et tradita sunt. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Cum ex delicto oriatur, poenaeque nomine concipiatur (sc. actio.) fr. 9. §. 8. de reb. auct. iud. 42. 5. cf. fr. 1. §. 2. fr. 3. de priv. delict. 47. 1. — **§. 2.** *Evenire, Obtingere.* III. ***Cn.*** Si qua tamen vitia ex ipsa re oriantur. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. Cum multa oriri possint, quae etc. fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii casus oriatur. fr. 3. §. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. cf. fr. 7. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Oriundus. (Adiect.) *Originem ducens.* I. ***Sy.*** In qua natus, Ex qua oriundus est, Originis (provincia.) fr. 7. §§. 11. sq. de interd. et releg. 48. 22. Th. C. VIII. 8. c. 4. de exsecut. et exact. III. ***Cn.*** Qui in provincia domicilium habent, non ii qui ex provincia oriundi sunt. fr. 190. de V. S. 50. 16. cf. fr. 38. pr. de R. N. 23. 2.

Ornamentum. §. 1. *Res pretiosae, quae ad speciem corporis humani ornandam adhibentur.* I. ***Sy.*** Ea, quibus mulier ornatur, s. ornatior efficitur. Ornamenta muliebria. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 84. III. ***Cn.*** Res, quae pretiosiores essent: si margarita forte, aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica etc. fr. 37. §. 1. de evict. 21. 2. Ornamenta, — veluti anuli, catenae etc. Paul. l. l. Mundus muliebris, ornamenta omnia, aurum, argentum. fr. 100. §. 2. de legat. III. (32.) fr. 8. fr. 16. fr. 25. §. 10. fr. 30. fr. 37. de auro arg. 34. 2. Praedia urbana, aedes, mancipia, animalia, argentum, aurum, ornamenta etc. Th. C. X. 9. c. 2. de incorp. Ornamentum dissolutum, aut transfiguratum. fr. 10. §. 6. Qu. mod. ususfr. 7. 4. cf. fr. 6. §. 1. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Adparatus, ad rem exornandam constitutus.* I. ***Sy.*** Decus, Ornatus. Th. C. IX. 17. c. 2. pr. c. 5. pr. de sepulcr. viol. XV. 1. c. 1. de opp. pub. III. ***Cn.*** Instrumenti ea esse, quae ad tutelam

domus pertinent; ornamenti, quae ad voluptatem. fr. 12. §. 16. de instr. leg. 33. 7. Imagines et statuae, quae ornamenta reip. sunt futurae. fr. 2. de loco pub. fr. 43. 9. Publicorum operum ornamenta. Th. C. XVI. 10. c. 15. de pagan. Iumentorum ornamenta. fr. 38. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Sacratissima vasa, vel ornamenta (venerabilium ecclesiarum.) Nov. 37. — **§. 3.** *Insignia, Decora.* III. **Cn.** Honorem ornamentaque petulanter adtentare. fr. 15. §. 39. de iniur. 47. 10. Ad honoris ornamenta procedere. Th. C. VI. 26. c. 14. §. 2. de prox. comit. Senatoriis ornamentis uti. fr. 100. de V. S. 50. 16. cf. Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Ornamentis pacis instruere. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.) Omnia imperialia ornamenta in Africam exinde translata. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Ornare. *Instruere decore, Adparare.* III. **Cn.** Quae (sc. impensae) speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16. Quae se emundaverint lotae in balneo, neque se ornaverint. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. Caetera, quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur. Paul. III. 6. §. 84. Ornandi municipii causa (poni.) fr. 29. de reb. auct. iud. 42. 5.

Ornatrix. *Quae ornat.* III. **Cn.** Ornatricibus legatis, — eas, quae duos tantum menses apud magistrum fuerunt, legato non cedere. fr. 65. §. 3. de legat. III. (32.)

Ornatus. (Partic.) *Exornatus.* III. **Cn.** Ea, per quae ornatior efficitur mulier. Paul. III. 6. §. 84. Quae (sc. iumenta) optime ornata vendendi causa fuerint. fr. 38. pr. §. 11. de Aedil. edict. 21. 1.

Ornatus. (Subst.) **§. 1.** *Exornatio, Instructio speciosa.* I. **Sy.** Ornamentum. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Venustatis et ornatus gratia (uti.) fr. 26. de auro arg. 34. 2. Civitatibus legari potest, etiam quod ad honorem ornatumque civitatis pertinet. Ad ornatum, puta quod ad instruendum forum, theatrum etc. fr. 122. pr. cf. fr. 32. §. 2. de legat. I. (30.) Ornatus aedium causa parari, non quo aedes perficiantur. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16. Imagines, quae in aliquo ornatu villae fuerunt. fr. 12. §. 36. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Insignia, Decora.* III. **Cn.** Stipendiorum merito, dignitatis ornatum consecuti. Th. C. XII. 6. c. 4. de susceptor. Secundus in litterarum praesidiis pacis ornatus. Ib. VI. 26. c. 1. de prox. com. disp.

Orontes. *Fluvius maximus Syriae.* III. **Cn.** Seleucena (classis) ad auxilium purgandi Orontis, aliasque necessitates, Orientis Comiti deputetur. Ib. X. 23. c. 1. de classic.

Orphani. *Qui parentibus orbati sunt.* III. **Cn.** Sustentatio vel educatio orphanis, atque egenis, et usibus ecclesiasticis (comparanda.) c. 35. de episc. et cler. 1. 3.

Orphanotrophium. *Locus, in quo orphani aluntur et educantur.* III. **Cn.** In S. ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, vel in orphanotrophium etc. (donationem facere.) c. 17. §. 1. c. 19. c. 22. pr. de SS. eccl. 1. 2. Iul. ep. nov. c. 7. §. 32. c. 13. §. 49.

Orphanotrophus. *Orphanotrophio praefectus.* III. **Cn.** Oeconomi, et orphanotrophi, et caeterorum locorum administratores. Iul. ib. c. 111. §. 409. cf. c. 35. de episc. et cler. 1. 3.

Orphitianum. *Nomen S.Cti.* III. **Cn.** S.Cto Orphitiano, Orphito et Rufo Coss., effectum est, quod latum est D. Marci temporibus. Pr. I. de S.C. Orphit. 3. 4. Tam matre ex S.C. Tertulliano, quam prole ex Orphitiano S.C., invicem ad suas hereditates venientibus. c. 6. ad S.C. Orphit. 6. 57. fr. 1. pr. §. 6. ad S.C. Tert. 38. 17. Ex Orphitiano S.Cto perinde libertas competit etc. Paul. IV. 14. §. 1.

Orthodoxus. *Qui intemeratam Christianae fidei doctrinam amplectitur.* I. **Sy.** Rectissimus cultor (dei omnipotentis.) Nov. 37. II. **Op.** Haereticus. Cf. h. v. III. **Cn.** Orthodoxorum, s. Orthodoxa, religio. c. 19. pr. de haeret. 1. 5. Th. C. XVI. 4. c. 6. de h. qu. sup. relig. Verae orthodoxae fidei (ministri.) c. 27. de episc. et cler. 1. 3. Orthodoxi episcopi, qui Nicaenam fidem tenent. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 3. de haeret.

Ortus. (Subst.) **§. 1.** *Primordium, Initium.* III. **Cn.** Qui (sc. dies) vel lucis auspicia, vel ortus imperii protulerunt. Ib. II. 8. c. 19. §. 5. c. 25. (Wck.) de feriis. Cf. XVI. 2. c. 21. de episc. eccl. — **§. 2.** *Actus nascendi.* III. **Cn.** Quod ex eventu deficientis conditionis, et ortu nepotis, qui vivo avo post mortem patris natus est, iniri potest. Paul. IV. 6. §. 11.

Os. (Oris.) **§. 1.** *Spatium intra genas et maxillas* (in capite hominis, aut animalis.) III. **Cn.** Meatus oris et faucium. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg. Medicamentum alicui infundere, vel ore, vel clystere. fr. 9. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Non esse morbosum, os alicui olere, — hoc enim ex illuvie oris accidere solere. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Cum — caro erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi amputarique. Th. C. VII. 4. c. 2. de erog. mil. annon. — **§. 2.** *Facies humana, Vultus.* III. **Cn.** Sacri oris imitator, et divinorum vultuum adpetitor. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. — **§. 3.** *Vox, Sermo.* III. **Cn.** Si sine scriptis conveniendi sint, nomen eius praecipientis ore designatum esse sufficiat. c. 14. pr. de prox. S. scrin. 12. 19.

Os. (Ossis.) *Durum illud in corpore animali, quod caro circumdat.* III. **Cn.** De famosis carminibus, membris ruptis, et ossibus fractis (actio introducta Lege XII Tabb.) Paul. V. 4. §. 6. Gai. III. 223. Coll. LL. M. II. 5. Homo mortuus, ossave hominis mortui (illata.) fr. 2. §. 2. fr. 8. pr. de relig. 11. 7.

Oscitare. *Taedio consumi.* III. **Cn.** Torpore marcentes, desidiae somniis oscitantes. Th. C. I. 5. c. 9. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Osculari. *Osculo excipere.* III. **Cn.** Osculandi, cum salutaverint, vicarios tui culminis habeant potestatem. Ib. VI. 24. c. 4. de domest. et protect.

Osculum. *Basium.* I. **Sy.** Osculandi potestas. Th. C. VI. 24. c. 4. l. cf. XII. 1. c. 109. de decurion. III. **Cn.** Interveniente, vel non interveniente osculo, sponsaliorum titulo — largiri. Ib. III. 5. c. 5. pr. §. 1. de sponsal.

Osdroëne, s. **Osroëne.** *Mesopotamiae re-*

gio septentrionalis, (cuius caput Edessa.) III. **Cn.** Per provincias Mesopotamiam, Osdroënam, Euphratensem, Syriam secundam etc. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. cf. c. 8. de fund. patrim. 11. 60. c. 10. de div. offic. 12. 60. Per Orientem provinciae, — exceptis Osroëne et Isauria. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. veste. Per Osdroënam, — Aedesenae [al. Aedesiae] curiae tradere obsequiis. Th. C. XII. 1. c. 79. c. 105. de decurion.

Osidius. *Nomen personae.* III. **Cn.** Osidius quidam, — actori suo Antiocho data libertate etc. fr. 97. de legat. III. (32.)

Osprature. *Cura minutiorum frugum venalium, praesertim leguminum.* III. **Cn.** Elemporia et osprature [al. hospitatura] apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. fr. 18. §. 19. de mun. et hon. 50. 4.

Ossuarium. *Loculus ad servanda ossa hominis mortui.* III. **Cn.** Sic esse monumenti (statuam,) ut ossuarium [al. ossuariam, s. ossaria.] fr. 2. de sepulc. viol. 47. 12.

Ostendere. **§. 1.** *Monstrare, Significare.* I. **Sy.** Demonstrare, Monstrare. Cf. h. vv. Adparere (pubes.) Ost. (pubertatem.) Gai. I. 196. Vlp. XI. 28. III. **Cn.** Nudare (corpus) et solis radiis ostendere. Paul. I. 21. §. 4. Quodsi res ostensae sunt, et sic depositae. fr. 1. §. 41. depos. 16. 3. Virtutis ostendendae causa, sine mercede, facere. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Quasi commodatam, ostendendi gratia, accipere pecuniam. fr. 18. §. 1. de R. C. 12. 1. Proprio nomine res adpelletur, an digito ostendatur. fr. 6. ib. 12. 1. Ea demonstratione, quae nominis vice fungitur, ostendi. fr. 6. l. 12. 1. fr. 7. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Docere, Probare.* I. **Sy.** Docere. Cf. h. v. Probare. fr. 25. pr. §§. 1. sq. de probat. 22. 3. fr. 16. §. 1. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Reus apud eos accusatur et damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur. fr. 22. de accus. 48. 2. Causam suscipere, et innocentem defunctum ostendere. fr. 3. §. 8. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. Non utique dominum se dicit, nec debet ost. fr. 3. §. 1. ad exhib. 10. 4. Si non potuerint ost., quod adstruxerant. Th. C. X. 10. c. 8. de petit. et ultro dat. Manifestis, v. Legitimis etc. probationibus ostendi. fr. 45. de hered. pet. 5. 3. fr. 25. §. 4. de probat. 22. 3. fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. cf. c. 14. de contr. et comm. stip. 8. 38. Ex authentico conveniendus est, etsi contractus fides possit ostendi. Paul. V. 12. §. 11. Valetudo quoque mala praestat vacationem, si talis sit, ut ostendat etc. Vatic. §. 129. Ratio aequitatis ostendit. Paul. V. 16. §. 1. Multa exempla ostendunt. fr. 29. de novat. 46. 2. cf. fr. 33. de O. et A. 44. 7. Cum ostendimus, — videndum an etc. fr. 4. pr. de fideiuss. tut. 27. 7.

Ostensio. Cf. v. Ostentatio. §. 1.

Ostentare. *Ostendere.* III. **Cn.** Ex quo (sc. tempore) eos splendor indepti proximatus ostentat [al. ostendat.] Th. C. VI. 26. c. 4. de prox. comit. (Inst. C. c. 1. eod. 12. 19.) Cf. VII. 22. c. 9. de fil. militar.

Ostentatio. **§. 1.** *Ostensio publica.* III. **Cn.** Ad pompam, vel ostentationem, accipere. fr. 3. §. 6. commod. 13. 6. Ludicrae artis ostentatione [al. ostensione] spectaculum sui populo praebere. c. 21. ex qu. c. infam. 2. 12. Ab ostentatione vulgari amoveri. Th. C. XIII. 9. c. 3. de stud. liber. urb. R. — **§. 2.** *Iactatio.* III. **Cn.** Vt dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum, nec ostentatio videatur. Th. C. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol. XIV. 9. c. 3. de stud. liber. urb. R.

Ostentum. *Prodigium, Portentum.* I. **Sy.** Prodigiosum. fr. 38. de V. S. 50. 16.

Ostia. *Vrbs in ostiis Tiberis sita.* III. **Cn.** Hipponem delata (sc. navis) — Ostiam navigavit. fr. 6. de L. Rhod. 14. 2.

Ostiarius. **§. 1.** *Ianitor servus.* III. **Cn.** Cellararium, — item ostiarium, mulionemque (instrumenti esse.) fr. 12. §§. 9. 42. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Custos aditus ecclesiae.* III. **Cn.** Presbyteri, diaconi, subdiaconi, atque exorcistae, et lectores, ostiarii etiam etc. Th. C. XVI. 2. c. 24. de episc. eccl. Iul. ep. nov. c. 5. §. 22.

Ostiensis. (Adiect.) *Ad Ostiam urbem pertinens.* II. **Op.** Vrbici, — Ostienses (pistores.) Vatic. §§. 234. sq. III. **Cn.** Ostiensis atque fiscalis (panis.) Th. C. XIV. 19. c. 1. de pret. pan. Ost.

Ostium. **§. 1.** *Ianua domus.* III. **Cn.** In aliena aedificia fenestras et ostia imponere. fr. 59. de R. V. 6. 1. Ostium avellere, vel effringere. fr. 11. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. Ante ostium conclavis (custodire.) fr. 1. §. 10. de inspic. ventre. 25. 4. — **§. 2.** *Fluviorum aditus.* III. **Cn.** Ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipso ostio vel portu. fr. 4. pr. de L. Rhod. 14. 2. fr. 13. §. 1. locat. 19. 2.

Otiari. *Otium agere.* III. **Cn.** Vt liceat nostris militibus otiari. Nov. Th. II. ne duciani v. limit. I. 2. c. 1. §. 2.

Otiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui labore solutus est, et otio fruitur.* I. **Sy.** Conquiescere. Otiosus esse. Cf. v. Conquiescere. §. 1. II. **Op.** Laboriosus. Th. C. VI. 24. c. 6. de domest. et protect. — **§. 2.** *Immúnis, Exemtus.* I. **Sy.** Vacuus, Vacans (officio.) Ib. VIII. 2. c. 3. de tabular. XIII. 9. c. 3. §. 4. de navicul. II. **Op.** Munificus. Ib. XIII. 6. c. 7. pr. de praed. navicul. III. **Cn.** Minusculis corporibus, aut certe otiosis idoneus. Ib. XII. 16. c. 1. de mancip. Otiosum et immune servandum (patrimonium.) Ib. XIII. 6. c. 7. pr. 1. — **§. 3.** *Sterilis.* I. **Sy.** Sterilis. fr. 7. fr. 13. §. 1. de usur. 22. 1. fr. 3. §. 4. de contrar. tut. 27. 4. II. **Op.** Foenerare (pecuniam.) — Otiosam domi habere. fr. 13. §. 1. l. 22. 1. Gai. III. 156. — **§. 4.** *Superfluus.* III. **Cn.** Otiosi aedium cultus. Th. C. VIII. 5. c. 15. de cursu pub.

Otium. *Vacatio a negotiis, praesertim publicis.* II. **Op.** Pax, et otium. — Proelium. Militia. Gai. II. 101. Th. C. XII. 1. c. 45. de decurion. III. **Cn.** In otio civili et domestica quiete. Ib. XV. 12. c. 1. de gladiator. Ignobile otium adamare. Ib. VII. 1. c. 5. de R. M.

Ovile. *Stabulum ovium.* III. **Cn.** Excepto pecore, pastores, oviliones, ovilia quoque legato contineri. fr. 25. §. 2. de instr. leg. 33. 7.

Ovilio. Cf. v. Opilio.

Ovilis. (Adiect.) *Ad oves pertinens.* I. **Sy.**

Ovium (grex.) fr. 12. §. 2. de usu et habit. 7. 8. fr. 81. §§. 4. sq. de legat. III. (32.)

Ovinia. *Nomen legis.* III. **Cn.** Si ex lege Aquilia, vel Ovinia, [al. Ollinia,] vel Furia, in provincia agatur. Gai. IV. 109.

Ovis. *Lanata pecus domestica.* III. **Cn.** Quadrupedes, quae pecudum numero sunt, et gregatim habentur, veluti oves, caprae, boves etc. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Equos, et greges ovium (abigere.) Paul. V. 18. §. 2. cf. Gai. III. 202. Ovibus legatis, agni non continentur. Paul. III. 6. §§. 74. sq. Oves, quae stercorandi fundi causa pararentur. fr. 60. §. 3. de legat. III. (32.) fr. 25. pr. de instr. leg. 33. 7.

Oxyblatta. Cf. v. Blatta.

Pabulum. §. 1. *Cibus animalium.* I. **Sy.** Cibaria iumentorum. fr. 31. §. 10. de don. int. V. 24. 1. fr. 12. §. 8. de instr. leg. 33. 7. fr. 3. §. 7. de penu leg. 33. 9. III. **Cn.** Foenum, pabulum, palea, — item granaria. fr. 93. §. 4. de legat. III. (32.) Pabula, [al. Parabola,] vel sumtus familiae ministrandus. Th. C. X. 1. c. 17. de iure fisci. Pabula — ad mutationes — animalibus cursui publico deputatis — convehi. Ib. XI. 1. c. 9. de annon. et tribut. — §. 2. *Hominum cibus.* III. **Cn.** Si propter ignem, (qui) pabuli gratia factus, culpa servorum etc. Coll. LL. M. XII. 7.

Pacatiana. Cf. v. Phrygia.

Pacatus. *Turbarum expers, Tranquillus.* III. **Cn.** Vt pacata atque quieta provincia sit. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18.

Pacensis. *Incola Pacis Iuliae, urbis Lusitaniae.* III. **Cn.** In Lusitania Pacenses, (sed) et Emeritenses (iuris Italici sunt.) fr. 8. pr. de censib. 50. 15.

Pacificus. (Adiect.) *Pacem servans.* I. **Sy.** Lenitas. Pacifica ultio. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8. Ante inchoatum coeptumque iurgium. Adhuc pacifica (matre.) Th. C. VIII. 13. c. 1. pr. de revoc. donat.

Pacio. *Paciscor.* I. **Sy.** Pago. Cf. h. v. III. **Cn.** Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. L. XII Tabb. VIII. 2.

Pacisci. §. 1. *Pactionem facere, Consensu convenire.* I. **Sy.** Promittere, Cavere. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13. III. **Cn.** Qui, ob instruendam advocationem testimoniave, pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coiverit etc. Coll. LL. M. VIII. 7. Publica conventio est, — quoties inter se duces belli quaedam paciscuntur. fr. 5. de pact. 2. 14. Si tale pactum inierit, quod nunquam maioris aetatis constitutae paciscerentur. fr. 48. §. 2. de minor. 4. 4. Qui puellam suis nuptiis pactus est. c. 2. de sponsal. 5. 1. Qui olim pactus est, ut liceret etc. Gai. II. 64. Qui provocavit, pactus est: — „Iudicatis se satisfacturum." fr. 40. §. 1. de pact. 2. 14. Si servus cum domino de libertate pactus fuerit. fr. 8. §. 5. de pecul. leg. 33. 8. Si in paciscendo id actum sit. fr. 21. §. 2. de pact. 2. 14. Nemo paciscendo efficere potest, ne etc. fr. 61. ib. 2. 14. — §. 2. *Pactum nudum celebrare.* II. **Op.** Stipulari. fr. 7. §. 12. ib. 2. 14. cf. fr. 73. §. 4. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Si tibi X dem, et paciscar: „Vt XX mihi debeantur. fr. 17. pr. de pact. 2. 14. — §. 3. *Pactione redimere (debitum, v. poenam.) Pactum de non petendo contrahere.* I. **Sy.** Pangere, Convenire. fr. 10. §. 2. fr. 13. pr. fr. 27. §. 1. ib. 2. 14. Gai. IV. 119. 121. sq. 126. Transigere (sensu lat.) fr. 2. fr. 8. §. 24. fr. 9. §§. 2. sq. de transact. 2. 15. Depecisci. Turpiter pacisci. fr. 3. §. 2. de calum. 3. 6. II. **Op.** Transigere (sensu str.) fr. 1. ib. 2. 15. c. 18. eod. 2. 6. Paul. I. 1. §§. 1. 5. III. **Cn.** Qui furti, — iniuriarum, de dolo malo et fraude, suo nomine damnatus pactusve erit. fr. 1. cf. fr. 4. §. 5. fr. 6. §. 3. fr. 7. de h. qu. not. inf. 3. 2. Gai. IV. 182. Si cum pretio quantocunque pactus est; — Qui precibus impetravit, (ne secum ageretur.) fr. 6. §. 3. l. 3. 2. Pacti cum delatoribus. fr. 4. de iure fisci. 49. 14. Pacisci de crimine. c. 10. ad L. Iul. de adult. 9. 9. In caeteris omnibus — pacisci licet. fr. 7. §§. 14. 16. de pact. 2. 14. Si v. g. pactus sim tecum: „Ne pecuniam, quam mihi debes, a te peterem;" deinde postea in contrarium pacti simus. Gai. IV. 126. Si — paciscatur quis cum creditoribus: „Vt minus solvatur." fr. 7. §§. 17. sq. l. l. 2. 14. In rem, s. Sine persona, — In personam (pacisci.) fr. 17. §. 5. fr. 21. §. 1. fr. 27. §§. 1. 10. ib. 2. 14. Vox pacisci suadentis Praesidis. c. 7. de sent. et interlocut. 7. 45.

Pactio. §. 1. *Conventio, Placitum contrahentium.* I. **Sy.** Consensus (in idem placitum.) fr. 1. §. 2. de pact. 2. 14. Quod convenerit, Conventio, Pactum (conventum.) Gai. I. 84. IV. 119. 121. Cf. v. Conventio. §. 5. v. Pactum. §. 1. Pacisci, Pactionem facere. Coll. LL. M. VIII. 7. fr. 20. de L. Corn. de fals. 48. 10. II. **Op.** Pactio ipsorum litigatorum. — Auctoritas iudicis. fr. 1. de iureiur. 12. 2. III. **Cn.** Qui ad litem instruendam advocatione, testibus, pecuniam acceperunt, obligationem, pactionem fecerunt [al. inierunt,] societatem inierunt. fr. 20. l. 48. 10. Pecunia, aliave qua pactione, se redimere. fr. 14. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Sub umbratili suffragiorum pactione (lacerare commoda publica.) Th. C. XII. 1. c. 36. de decurion. Conceptae solemniter pactiones. Ib. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. Pactionem, quam velint, sibi ferre. fr. 4. de colleg. et corp. 47. 22. Cum hac pactione admitti (in societatem.) Gai. III. 149. Pactionis pro libertate reum dare. fr. 7. §. 8. de d. m. 4. 3. Pactione data, — manumitti. c. 3. de obsequ. patron. 6. 6. In, v. Ob, pactionem libertatis (dare, v. accipere.) fr. 2. §. 14. fr. 9. pro emt. 41. 4. Ex pactione (liberam permanere.) Gai. I. 84. Adversus pactionem facere. Ib. III. 94. — §. 2. *Pactum minus solemne.* II. **Op.** Stipulatio. Ib. II. 31. fr. 7. §. 12. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Nuda pactio (obligationem non parit.) fr. 7. §. 4. ib. 2. 14. — §. 3. *Pactum de non petendo.* III. **Cn.** Cum reo ad certum tempus pactio facta. fr. 27. §. 1. ib. 2. 14. Si pactus sit: „Ne ageret," valeat pactio. fr. 30. pr. cf. fr. 28. §. 1. ib. 2. 14. Illud nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur. fr. 27. §. 4. cf. fr. 7. §. 14. ib. 2. 14. Si dicatur contra pactionem pecunia peti. Gai. IV. 119.

Pactum. §. 1. *Conventio, Placitum.* I. **Sy.** Con-

Conventio. Cf. h. v. §. 5. Pactio. fr. 1. §. 1. fr. 7. §§. 5. sq. 12. sqq. fr. 12. sqq. de pact. 2. 14. fr. 48. §. 2. de minor. 4. 4. Placitum. fr. 35. fr. 45. de pact. 2. 14. fr. 16. de transact. 2. 15. fr. 26. §. 4. de pact. dot. 23. 4. Foedus. fr. 12. pr. de captiv. 49. 15. II. **Op.** Pollicitatio. fr. 3. pr. de pollicit. 50. 12. III. **Cn.** Si post contractam emtionem, novo consilio inito, id pacti [al. pactum] fuisset actum [al. factum.] fr. 31. §. 4. de don. int. V. 24. 1. cf. fr. 7. §. 5. fr. 55. de pact. 2. 14. In contrahenda venditione ambiguum pactum (contra venditorem interpretandum est.) fr. 172. pr. de R. I. 50. 17. De ea re quae voluerunt fieri, in pacto convento societatis proscripserunt. fr. 71. pr. pro soc. 17. 2. Si patri filia heres exstitisset, et interveniente ea pactum conventum fuerit. fr. 19. de pact. dot. 23. 4. Pactum divisionis. fr. 35. de pact. 2. 14. Privatorum pactis (ius publicum mutari non posse.) fr. 38. fr. 42. ib. 2. 14. — **§. 2.** *Pactio nuda, Conventio sine solemnibus celebrata.* II. **Op.** Contractus. Cf. h. v. §. 3. Stipulatio. fr. 59. l. l. 2. 14. III. **Cn.** Omnibus pactis stipulatio subiici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit. Paul. II. 22. §. 2. Interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quoties lege vel S.Cto adiuvatur. fr. 6. cf. fr. 17. §. 2. l. l. 2. 14. Ea enim pacta insunt (sc. b. f. iudiciis,) quae legem contractui dant. fr. 7. §. 5. ib. 2. 14. Pacta conventa, quae postea facta detrahunt aliquid emtioni, contineri contractu videntur. fr. 72. pr. de contr. emt. 18. 1. Divisionis placitum — ad actionem, ut nudum pactum, nulli prodesse poterit. fr. 45. de pact. 2. 14. Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit. Paul. II. 14. §. 1. — **§. 3.** *Conventio nuda de debito non petendo.* III. **Cn.** Pacta, vel transactiones. Th. C. II. 9. c. 1. de pact. et transact. Cf. fr. 9. §§. 2. sq. fr. 16. de transact. 2. 15. Cum adversario pacto transigere. fr. 9. §. 3. l. 2. 15. fr. 27. pr. de inoff. testam. 5. 2. Pactum conventum de non petenda pecunia factum. Gai. IV. 119. 121. sq. fr. 11. §. 2. de pign. act. 13. 7. Pacto convento Aquiliana stipulatio subiici solet. fr. 15. de transact. 2. 15. Pactum inter heredem et legatarium factum: „Ne ab eo satis accipiatur." fr. 46. de pact. 2. 14. Si ex altera parte in rem, ex altera in personam conceptum fuerit (sc. pactum.) fr. 57. §. 1. cf. fr. 7. §. 8. fr. 17. §. 5. fr. 21. §. 1. ib. 2. 14. Ex his (sc. rebus) pacti obligatio solummodo nascitur. Paul. I. 1. §. 1. Beneficio pacti ad petitionem utiliter admittetur. fr. 55. l. l. 2. 14. Doli mali, aut pacti conventi exceptione (posse submoveri.) Gai. III. 179. cf. fr. 7. §. 18. fr. 10. §. 2. l. l. 2. 14. Exceptio ex causa pacti. fr. 10. §§. 1. sq. ib. 2. 14.

Pactumeius. **§. 1.** *Nomen personae certae.* III. **Cn.** Pactumeius [al. Tactumeius,] Androsthenes Pactumeiam Magnam, filiam Pactumeii Magni, ex asse heredem instituerat. fr. 92. de hered. inst. 28. 5. — **§. 2.** *Nomen I.Cti.* III. **Cn.** Pactumeius [al. pactum eius, v. Pacuvius] Clemens aiebat. fr. 21. §. 1. de statulib. 40. 7.

Pactus. (Partic.) *Solemniter expressus.* III. **Cn.** Minus pactis [al. aptis, v. iustis, s. rectis] verbis legatum. Vlp. XXIV. 11. a. Cf. v. Aptus.

Paedagogianus. *Coetui puerorum adscriptus, qui ad honorarium in palatio ministerium obeundum instituebantur.* III. **Cn.** Qui ministeriales et paedagogiani, [al. dagogiani] et silentiarii, et decuriones exsistunt. Th. C. VIII. 7. c. 5. de div. offic.

Paedagogium. *Seminarium servorum puberum,* (qui in domo singuli patrisfam. educabantur.) III. **Cn.** Si instructum fundum legasset, ea paedagogia, quae ibi habebat, ut cum ibi venisset praesto essent in triclinio, legato continentur. fr. 12. §. 32. de instr. legat. 33. 7.

Paedagogus. **§. 1.** *Pueri institutor.* III. **Cn.** Si quis filium filiamve, aut fratrem sororemve naturalem, aut alumnum, aut paedagogum — manumittat. Gai. I. 19. 39. fr. 13. de manum. vind. 40. 2. Vsus tam necessarius, — veluti dispensatoris, paedagogive liberorum. fr. 35. de fideic. libb. 40. 5. — **§. 2.** *Officialium genus.* III. **Cn.** Item scrinii S. libellorum sic: — memorialium, omniumque paedagogorum, cellariorum, mensorum etc. c. 10. de div. offic. 12. 60.

Paene. (Adverb.) *Fere, Propemodum.* I. **Sg.** Fere. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Antiquissima est (sc. origo,) et paene ante omnes magistratus. fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. In toto paene iure civili. fr. 26. de statu hom. 1. 5. Paene nulla erit dubitatio. fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16. Paene iam (confessum.) c. 22. pr. de furt. 6. 2. Paene dixerim. fr. 5. pr. de V. O. 45. 1.

Paganicus. (Adiect.) *Paganus, Extra militiam quaesitus.* II. **Op.** Quae (sc. bona) in castris reliquit, — Quae in paganico habebat (miles.) c. 1. de testam. milit. 6. 21.

Paganitas. *Superstitio gentilium.* III. **Cn.** Vel Iudaei impietatis amentia, vel stolidae paganitatis error atque insania. Th. C. XV. 5. c. 5. de spectac.

Paganus. **§. 1.** *Qui pago adscriptus est.* III. **Cn.** Praedia Senatorum, vel paganorum. fr. 1. §. 2. fr. 3. de fugitiv. 11. 4. Pagani, vel decuriones. Th. C. VII. 21. c. 2. de testim. ex-tribun. — **§. 2.** *Extra militiam constitutus, vel quaesitus.* II. **Op.** Miles. fr. 50. locat. 19. 2. fr. 3. fr. 14. fr. 38. pr. §. 1. de milit. testam. 29. 1. fr. 26. de liber. et posth. 28. 2. fr. 14. de poen. 48. 19. Castrense, — Quasi castrense, — Paganum (peculium.) c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. cf. fr. 7. §. 6. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Paganus, qui in expeditione — transierat, ibique in acie ceciderat. fr. 35. §. 6. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 3.** *Gentilis.* I. **Sg.** Gentilis. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Christiani ac fideles, qui ad paganos ritus cultusque migrarunt. Th. C. XVI. 7. c. 2. pr. cf. c. 1. de apostat. cf. XVI. 2. c. 18. de episc. eccl. XVI. 10. c. 24. §. 1. de pagan. Iudaei, Samaritae, pagani, et caetera haereticorum genera portentorum. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 1. cf. Th. C. XVI. 10. c. 13. pr. Sacerdotales paganae superstitionis. Ib. c. 20. pr.

Pagina. **§. 1.** *Folium scripturae.* III. **Cn.** In quacunque parte paginarum scribere. c. 6. de div. rescr. 1. 23. Orationis paginis antelata (series constitutionum.) Th. C. XIII. 5. c. 16. §. 1. de navicul. — **§. 2.** *Libellus, Codex.* I. **Sg.** Charta. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. pr. §. 5. III. **Cn.** Censuales

paginae. Th. C. XI. 3. c. 5. sine censu v. reliqu. Inscriptionum pagina. c. 3. de h. qu. sec. n. poss. 9. 1.

Pago. *Pango.* III. **Cn.** Rem ubi pagunt, orato. — Ni pagunt etc. L. XII Tabb. I. 6. sq. (Cf. v. Pacio.)

Pagus. *Plurium villarum universitas, quae moenium ambitu caret.* III. **Cn.** Praedia diversis pagis (legare, v. comparare.) fr. 12. de ann. legat. 33. 1. Th. C. VIII. 15. c. 1. de iis qu. admin. Rustica plebs, i. e. pagi. Ib. VIII. 5. c. 16. pr. de cursu pub. Procuratores seu susceptores, vel praepositi pagorum et horreorum. Ib. VII. 4. c. 1. de erog. mil. annon. cf. II. 30. c. 1. de pignor. XII. 6. c. 8. de susceptor. et praepos. (cf. v. Pax.)

Palaestina. *Syriae regio nobilissima, quae contingit Arabas.* III. **Cn.** Polemensium colonia, quae inter Phoenicen et Palaestinam sita est. fr. 1. §. 3. cf. §. 6. de censib. 50. 15. Palaestinae provinciae possessores. c. 1. de colon. Palaest. 11. 50. Iudaeorum primates, qui in utriusque Palaestinae synedriis nominantur. Th. C. XVI. 8. c. 29. de Iud. In Caesarea Palaestina Procos. sit, — et ab aliis Palaestinis adpellationes audiat. Iul. ep. nov. c. 96. §. 357. cf. Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. annon.

Palaestinus. (Adiect.) *Ad Palaestinam pertinens.* I. **Sy.** Palaestinae provinciae, Per Palaestinam, Palaestini (coloni, v. possessores.) c. 1. cf. Rubr. de colon. Palaest. 11. 50. III. **Cn.** Advocatio Palaestina. c. 27. de fideiuss. et mand. 8. 41.

Palaestra. *Gymnasium.* III. **Cn.** Histrionem balneatorem facere, vel de symphonia atriensem, vel de palaestra stercorandis latrinis praeponere. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1.

Palam. (Advb.) **§. 1.** *In conspectu. Non latenter.* I. **Sy.** Coram pluribus. Cf. v. Coram. II. **Op.** Vel palam, vel publice, — vel secreto. fr. 3. §. 20. de S. C. Silan. 29. 5. Palam aperteque. — Clam, Latenter. Cf. v. Clam. Tacite, In fraudem legis. fr. 1. pr. fr. 3. pr. §. 1. fr. 13. §. 1. fr. 40. pr. de iure fisci. 49. 14. c. 1. de delator. 10. 11. III. **Cn.** Palam et aperte (maledicere.) fr. 9. de h. qu. ut indign. 34. 9. Vulgo quaestum facere, etiamsi non pal. fr. 41. pr. fr. 43. pr. §§. 1. sqq. de R. N. 23. 2. Pal. in foro (facere locationem.) Tab. Heracl. lin. 37. aer. Brit. Pal., ita ut exaudiri possint, (nuncupare, sc. heredes.) fr. 21. pr. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Gai. II. 104. Certiores faciant, — eademque omnia — pal. recte pronunciante. fr. 1. §. 1. fr. 38. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Pal. proponere. fr. 11. §§. 2. sq. de inst. act. 14. 3. — **§. 2.** *Manifeste, Aperte.* I. **Sy.** Satis adparere, In promtu esse, Non ambigi, Pal. esse. Gai. IV. 54. sq. Coll. LL. M. IV. 10. sq. fr. 43. pr. §. 1. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Proscribere, aut etiam litteris ad eum missis pal. facere. fr. 34. §. 1. de statulib. 40. 7. cf. fr. 18. §. 9. de quaestion. 48. 18. Vatic. §. 265. Hoc edicto nostro volumus omnibus pal. fieri. Coll. LL. M. VI. 4. cf. Th. C. XV. 1. c. 4. de opp. pub. Illud pal. est, quod etc. Gai. II. 78. Pal. est intelligere. Ib. III. 18. Nullam habere dubitationem pal. est. fr. 41. pr. de V. O. 45. 1. Pal. est, constat enim etc. fr. 8. §. 10. de transact. 2. 15. Pal. est, posse, v. habere, v. esse etc. Gai. III. 105. IV. 181. fr. 5. §. 6. de A. R. D. 41. 1. fr. 1. §. 9. fr. 5. pr. de O. et A. 44. 7. fr. 14. §. 13. de furt. 47. 2.

Palaris. (Adiect.) *Palis inserviens.* III. **Cn.** Salicti, vel silvae palaris, vel arundineti ususfr. fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1.

Palatinus. **§. 1.** *Ministerio intra palatium obeundo destinatus.* I. **Sy.** Qui in palatio obsequia praebent, v. militant. Palatini. Th. C. VI. 35. c. 2. de priv. eor. qu. in S. pal. Schol. ad Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. II. **Op.** Militaris, — Palatina (militia etc.) Th. C. VIII. 7. c. 19. pr. de div. offic. Armata. Cf. v. Armatus. §. 1. Civilis. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Militares, palatinique. Ib. VII. 20. c. 10. de veteran. Quicunque iudicum, comitum, amicorum, vel palatinorum meorum. Ib. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Vt prior aliunde provectus palatinis honorariis praeferatur. Ib. VI. 26. c. 2. de prox. com. disp. Magistri equitum ac peditum, aut ii qui gubernant officia palatina. Ib. XV. 12. c. 2. de gladiator. Qui palatina sunt praediti dignitate. Ib. c. 2. l. c. — **§. 2.** *Ad adparitionem spectans Comitum utriusque aerarii.* I. **Sy.** Sacrarum privatarum, vel largitionum, palatina officia. Palatini. Ib. XI. 7. c. 17. sq. de exaction. Cf. Schol. ad Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. Adparitor de officiis palatinis. Palatinus utriusque officii. Ib. VI. 30. c. 2. de palat. S. largg. VIII. 8. c. 4. de exsecut. et exact. II. **Op.** Officium palatinum. — Adparitio ... urbanae. Ib. I. 10. c. 4. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. Aut palatinus exactor, aut illustr. virorum adparitor, vel militaris terror. Ib. VIII. 8. c. 6. III. **Cn.** Praefectiani atque palatini, vel aliarum potestatum adparitores. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2. Qui intra nostra scrinia vel agentum in rebus, vel palatinorum, tam Comitis largitionum quam Comitis privatarum, — sacramentis se devoverit. Ib. VI. 35. c. 14. pr. de priv. eor. qu. in S. pal. cf. XVI. 5. c. 29. de haeret. Domesticus, aut protector, strator, vel agens in rebus, vel palatinus utriusque officii. Ib. VIII. 8. c. 4. de exsecut. et exact. Ad palatinorum curam et ad rationalium officia (omnium rerum nostrarum — exactio revertatur.) Ib. I. 11. c. 1. (Wck.) de off. com. rei priv. X libras auri privatis nostris largitionibus inferre per scholam palatinam compelletur. c. 13. §. 8. de iudic. 3. 1. Palatinae exactionis enormitas. Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 1. pr. cf. §. 1.

Palatium. *Aedes, habitationi Principis dicatae.* I. **Sy.** Sacra domus. Th. C. VII. 10. c. 1. pr. ne qu. in palat. Aula regalis. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Aedificia publica, sive palatia, sive navalia, vel mansiones. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4. cf. Th. C. l. l. Quae (sc. possessiones) — tectorum ambitu palatiis sint magis aptae, quam praediis. Ib. X. 10. c. 16. de petit. et ultro dat. Civitates, in quibus sacra palatia, aut praeteria sunt. c. 14. de off. Rect. prov. 1. 40. cf. Th. C. XV. 1. c. 35. de opp. pub. Circa limina palatii nostri, comitatumve (deprehensus.) Ib. XI. 30. c. 34. de app. et poen. Qui excubias palatii deseruerit. fr. 10. pr. de R. M. 49. 16. Qui intra palatium versati sunt, vel administrationibus functi. Th. C. VI. 22. c. 1. cf. c. 5. de honor. codic.

Palea. *Stipula, Stramenta caesa.* II. **Op.** Fruges. — Paleae. c. 14. §. 1. de servit. et aqua. 3. 34. III. **Cn.** Foenum, pabulum, palea. fr. 93. §. 4. de legat. III. (32.) E XXmo — lapide milites sibi inbemus paleas convectare. Th. C. VII. 4. c. 9. de erog. mil. annon.

Palliolum. *Pallium.* III. **Cn.** Virilia sunt (sc. vestimenta,) — veluti togae, tunicae, palliola etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Coopertoria Tabiana, et tunicae III cum palliolis. fr. 38. §. 1. ib. 34. 2.

Pallium. *Vestimentum amplum, quod tunicae superinduitur.* III. **Cn.** Togae praetextae, aliculae, chlamydes, pallia. — Stolae, pallia, tunicae. — Penula, palliumve. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Si pallium fullo permutaverit. fr. 13. §. 6. locat. 19. 2.

Pallor. *Color, qui faciem morbosi aut mortui inficit.* III. **Cn.** Lucubrationum tristis pallor. Const. Th. II. de Th. C. auct. (Wck. p. 9.) Miseranda macies et letalis pereuntium pallor. Nov. Val. III. de parent. qu. fil. II. 33. c. 1.

Palma. **§. 1.** *Arborum genus notissimum.* III. **Cn.** Praefectus Pr. et Cos. ord., in domo sua, quae est ad palmam. Gesta in Sen. de rec. Th. C. pr. — **§. 2.** *Fructus arboris eiusdem nominis.* III. **Cn.** Dulce vinum, palmae, caricae, uvae passae debebuntur (sc. dulcibus legatis.) Paul. III. 6. §. 77. fr. 16. §. 1. de trit. vino. 33. 6. — **§. 3.** *Laborum et victoriae praemium.* III. **Cn.** Post palmam laboris emeriti. Th. C. VI. 28. c. 3. Quod palmarum numero gloriosum, et celebratis utrimque victoriis nobile congregatur. Ib. XV. 7. c. 6. de scaenic.

Palmarium. *Merces causidici,* (sub conditione litis obtinendae promissa.) III. **Cn.** Honoraria summa peti poterit, — etsi nomine palmarii cautum sit. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13.

Palmatius. (Adiect.) *Qui nomen traxit a Palmatio quodam.* III. **Cn.** Pro singulis equis, vel equabus, sive Hermogenianis, sive Palmatiis [al. palmatis] — auri librae eruendae. Th. C. X. 6. c. 1. de grege dom. (cf. Iust. C. c. 1. eod. 11. 75.) XV. 10. c. 1. de equ. curul.

Palmatus. Cf. v. Palmatius.

Palmyrenus. (Adiect.) *Ad Palmyram pertinens, Syriae civitatem.* III. **Cn.** Palmyrena civitas in provincia Phoenice. fr. 1. §. 5. de censib. 50. 15. Ingenuum natum, ex Palmyrenae factionis dominatione redemtum, velut captivum distractum. c. 4. de ingen. man. 7. 14.

Palpari. *Leniter et blande tangere.* III. **Cn.** Cum equum permulsisset quis, vel palpatus est. fr. 1. §. 7. si quadrup. 9. 1.

Palus, (pali.) *Lignum acutum, in terram defigendum.* III. **Cn.** Pali et perticae in numero „materiae" redigendi sunt. fr. 56. de legat. III. (32.) Ager, unde palo in fundum — solebat paterfam. uti, vel salice, vel arundine. fr. 9. §. 7. cf. fr. 59. §. 1. de usufr. 7. 1. Pali, qui vineae causa parati sunt. fr. 17. §. 11. de A. E. V. 19. 1.

Palus, (paludis.) *Collectio aquae stagnantis.* III. **Cn.** Si fuerit inundatus (sc. ager, vel locus,) ut stagnum iam sit, aut palus. fr. 10. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Agri limitanei universi, cum paludibus omnique iure. c. 3. de fund. limitr. 11. 59. Quae paludibus antea vel pascuis videbantur adscripta, si — nunc ad frugum fertilitatem translata sunt. Nov. Th. II. de adluvion. I. 21. c. 1. §. 3.

Palustris. (Adiect.) *Aqua restagnante impletus.* II. **Op.** Sicca (via.) fr. 2. §. 32. ne qu. in loc. pub. 43. 8. III. **Cn.** Palustris loci, vel arenosi, nomine. fr. 24. §. 2. de damn. inf. 39. 2.

Pamphilus. Pamphila. *Servorum ancillarumve, item libertorum, nomen.* III. **Cn.** Stichus et Pamphilus servi, et Eros, et Diphilus. fr. 56. cf. fr. 41. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Damas et Pamphilus, liberti. fr. 88. §. 11. de legat. II. (31.) Pamphila filia naturalis erat Pamphili. fr. 88. §. 12. ib. (31.)

Pamphylia. *Regio Asiae minoris.* III. **Cn.** Quaecunque mihi supersunt in Pamphylia, [al. Pamphilia,] Lycia, vel ubicunque. fr. 77. §. 20. l. l. (31.) Praeses Lyciae et Pamphyliae. Th. C. XIII. 10. c. 2. de censu s. adscr.

Pancratium. *Gymnicum certamen.* III. **Cn.** Si in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit. fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Pandectae. *Libri, ius civile R. universum comprehendentes.* I. **Sy.** Digesta. Cf. h. v. III. **Cn.** L igitur libris omnia complexi nunc sumus. — Quos libros Digesta, seu Pandectas, adpellavimus, — quod omne in unum congregatum receperint. c. 3. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. cf. §. 11. I. de nupt. 1. 10. Prooem. Inst. §. 4. Vlpiani Pandectarum libri. Hommelii palingen. T. 3. p. 455.

Pandere. *Recludere, Proponere, Copiam facere.* I. **Sy.** Aperire (testamentum.) c. 3. sq. Quemad. testam. aper. 6. 32. III. **Cn.** Vnus, qui philosophiae arcana rimetur, — duo, qui legum ac iuris formulas pandant. Th. C. IX. 9. c. 3. §. 1. de stud. liber. urb. R. Motum proprii arbitrii, ratione decursa sententiis, quas pandimus, referat. Ib. XII. 12. c. 10. de legat. et decr. His horis, quibus causarum merita, vel facta [al. fata] panduntur. Ib. I. 8. c. 1. de off. iud. civ. Aditus supplicandi pandatur. Ib. I. 2. c. 3. de div. rescr. Si haec licentia latius panderetur. Ib. VIII. 5. c. 5. de cursu pub. cf. XIV. 3. c. 11. de pistor. et catab.

Paneficium. Cf. v. Panif.

Pangere. *Consensu constituere.* I. **Sy.** Convenire, Pacisci, Pactionem facere. fr. 27. §§. 1. sq. 5. sq. de pact. 2. 14. fr. 75. de contr. emt. 18. 1. Pago, Pango. Cf. v. Pago. III. **Cn.** Si quis cum debitore suo pepigerit, ne etc. fr. 39. de iureiur. 12. 2. cf. fr. 27. §§. 1. 5. de pact. 2. 14. Si, cum dotem daret, — pro muliere in unum casum pepigit. fr. 22. pr. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 26. §. 4. de pact. dot. 23. 4. Pacti conventi (sc. exceptio,) quo pactum est, ne etc. Gai. IV. 121. cf. fr. 48. de pact. 2. 14. Quodsi, pactis nuptiis, — alteri eandem sociaverit. Th. C. III. 5. c. 4. de sponsal.

Panificium. *Pistorum munus, vel collegium.* I. **Sy.** Pistoris officium. Panificii [al. Panefìcii] necessitas. Ib. XIV. 3. c. 3. §§. 1. sq. c. 4. de

pistor. et catab. III. *Cn.* Facultates suas panificio sociandas. Ib. c. 21. sq.

Panis. *Massa farinacea, sicco calore cocta.* I. *Sy.* Panes civiles. Panis caeteraque. Annona (popularis.) c. 6. §. 1. de sec. nupt. 5. 9. c. 31. §. 2. de iure dot. 5. 12. Th. C. XIV. 17. c. 7. de annon. civ. III. *Cn.* Zythum, quod — ex tritico, vel hordeo, vel pane conficitur. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. Quoddam genus sacrificii, — in quo farreus panis adhibetur. Gai. I. 112. Vlp. IX. 1. Conficiendi pollinis cura, aut panis excoctio. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Annona in pane cocto domibus exhibenda. Ib. XIV. 16. c. 2. de frum. urb. Const. Aedificiorum percipere panem. Ius panis. Ib. XIV. 17. c. 5. de annon. civ. Vniversi panem gradilem de gradibus adipiscantur. Ib. c. 3. sq. c. 6. Alienare rem immobilem, — sive rusticum mancipium, vel panes civiles. Iul. ep. nov. c. 7. §§. 32. 36. 39.

Pannicularius. (Adiect.) *Ad panniculum alicuius pertinens.* III. *Cn.* Pannicularia sunt ea, quae in custodiam receptus secum adtulit spolia; quibus indutus est, cum quis ad supplicium ducitur. fr. 6. de bon. damn. 48. 20. Causa, v. Ratio, pannicularia. fr. 6. 1.

Pannonia. *Regio inter Danubium Savumque, et Noricum.* III. *Cn.* Quae (sc. bona materna) in Pannonia possidebat. fr. 78. pr. de hered. inst. 28. 5. Consularis Pannoniae secundae. Th. C. VIII. 5. c. 27. de cursu pub. Episcopi Daciae, — Dardaniae, et Mysiae superioris, et Pannoniae. Iul. ep. nov. c. 119. §. 508.

Pannus. *Textum, Velum.* III. *Cn.* Qui pannum rubrum ostendit, fugavitque pecus. fr. 50. §. 4. de furt. 47. 2. Gai. III. 202.

Pantapola. *Diversarum rerum negotiator.* III. *Cn.* Graeci negotiatores, quos pantapolas dicunt, in quibus manifestum est maximam inesse multitudinem. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. pr. §. 1.

Panthera. **§. 1.** *Ferarum bestiarum species.* III. *Cn.* Bestiae, — veluti ursi, leones, pantherae, elephanti et cameli. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 40. §. 1. fr. 41. de Aed. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Quidquid avium retibus auceps capit.* III. *Cn.* Cum futurum iactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis positis a venatore, vel pantheram ab aucupe. fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1.

Pantheum. *Pulcherrimum urbis Romae templum.* III. *Cn.* Lecta in pantheo. Non. Nov. Th. C. XIV. 3. c. 10. de pistor. et catab.

Pantomimus. *Genus histrionum,* (qui fabulas in scaena gestu et saltando repraesentabant.) III. *Cn.* Si quis pantomimum, vel archimimum, libertum habeat. fr. 25. §. 1. cf. fr. 27. de oper. libert. 38. 1. Si ponas agitatorem postea factum, vel pantomimum. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. cf. Th. C. XV. 7. c. 12. pr. de scaenic.

Papa. *Patriarcha urbis Romae.* I. *Sy.* Antistes romanus. Praesul. Pontifex. Nov. Val. III. de episc. ord. II. 17. c. 1. §§. 1. sq. Patriarcha. Iul. ep. nov. c. 115. §. 431. III. *Cn.* Papa rom. prior omnibus episcopis et patriarchis sedeat. Id. l. l. c. 119. §. 507. Leo, romanus papa. Nov. Val. III. l. l. Qui — a venerabilis papae sese communione suspendunt. Th. C. XV. 5. c. 62. de haeret.

Paphlagonia. *Regio Asiae minoris, ad Pontum Euxinum.* III. *Cn.* Per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum etc. c. 23. de app. et consult. 7. 62. Praetor Paphlagoniae, vel Honoriados. Cf. v. Honorias.

Papia. *Nomen legis,* (quae a. u. c. 762. adiecta est legi Iuliae de maritandis ordinibus, orborum poenas definiens, patribus praemia proponens.) II. *Op.* Ex iure antiquo. — Per L. Papiam Popp. Cf. v. Antiquus. §. 4. III. *Cn.* Lex Iulia et Papia Poppaea. — L. Iulia, Papiave. Cf. v. Iulia. §. 8. Orbi, qui per legem Papiam — dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt. Gai. II. 286. Lege nobis adquiritur, velut caducum, vel erepticium, ex L. Papia Popp. Vlp. XIX. 17. Papiae legis privilegiis destituta (sc. mater,) neque trino partu fecunditati publicae gratiosa. Th. C. IX. 42. c. 9. §. 1. de bon. proscr. Inter virum et uxorem rationem cessare ex L. Papia decimarum. Ib. VIII. 17. c. 2. de iure liber. S. Cta, quae circa L. Papiam introducta sunt. c. 1. §. 1. de caduc. toll. 6. 51.

Papianistae. *Haereticorum genus.* III. *Cn.* Ariani et Macedoniani, — Pauliani, Papianistae etc. c. 5. de haeretic. 1. 5.

Papianus. Cf. v. Papinianus.

Papinianista. *Papiniani cultor et studiosus.* III. *Cn.* Tertii anni auditores, quos Papinianistas vocant. Const. Omnem reip. §. 4.

Papinianus. *I. Ctus summae existimationis apud Rom.* (qui Sept. Severi temporibus floruit.) III. *Cn.* Rescriptum est ab Imp., libellos agente Papiniano. fr. 12. pr. de distr. pign. 20. 5. Lecta est in auditorio Aem. Papiniani, Praef. Pr., I. Cti, cautio huiusmodi. fr. 40. de R. C. 12. 1. Acutissimi ingenii vir, et merito ante alios excellens, Papinianus. c. 30. de fideicomm. 6. 42. Prudentissimus, s. Consultissimus, vir (Papin.) c. 16. ib. 6. 42. c. 3. de A. et R. P. 7. 32. Tam Vlpianus quam Papinianus, viri disertissimi. c. 9. de inst. et subst. 6. 25.

Papirianus. (Adiect.) *Secundum Sex. Papirium, I. Ctum, cognominatus.* I. *Sy.* Liber Sex. Papirii. Ius civile Papirianum. fr. 2. §§. 2. 7. de O. I. 1. 2.

Papirius. *I. Ctorum R. antiquissimus,* (qui Tarquinii Superbi aetate vixit.) III. *Cn.* Quae (sc. leges regiae) omnes conscriptae exstant in libro Sex. Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus viris. fr. 2. §. 2. l. 1. 2. Fuit autem inprimis peritus Pub. [al. Sex.] Papirius, qui leges regias in unum contulit. fr. 2. §. 36. ib. 1. 2.

Papyrum. *Fruticis genus, unde charta conficitur.* III. *Cn.* In Aegypto — et arundines, et papyrum, comburitur. fr. 55. §. 5. de legat. III. (32.) Papyrum ad chartas paratum. fr. 52. §. 6. ib. (32.)

Par. (Adiect.) **§. 1.** *Aequalis, Similis.* I. *Sy.* Aequalis. fr. 8. de pact. 2. 14. Communis omnibus. Cf. h. v. §. 1. Similis. fr. 2. ne qu. eum. 2. 7. fr. 154.

de R. I. 50. 17. II. **Op.** Dispar (numerus.) fr. 24. §. 1. de manum. 40. 1. Maximus natu. — Duo pares aetate. fr. 10. pr. de reb. dub. 34. 5. Qui pari, propioreve gradu sunt. fr. 3. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Superiore, aut pari imperio, — Inferiores (magistratus.) fr. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. III. **Cn.** Par atque aequalis (forma teneatur.) Th. C. XI. 1. c. 20. de annon. et tribut. Par similisque (causa.) c. 4. de tut. v. cur. qu. sat. n. ded. 5. 42. Par utriusque conditio, v. causa. Gai. IV. 160. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. Pari sermone cum utroque loqui. Gai. l. l. Neque enim debuit praeripere caeteris, — cum iam par conditio omnium creditorum facta esset. fr. 6. §. 7. Qu. in fr. cred. 42. 8. Pari iure, ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri. Paul. IV. 10. §. 1. Si, qui pari loco erat in litigando, coepit esse duriore. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Sequitur, ut etc. — Pari ratione et si etc. Gai. I. 128. II. 230. Ex paribus partibus (heredes sunto.) fr. 56. de fideic. libb. 40. 5. Inter pares sententias — praefertur. Paul. IV. 12. §. 5. — **§. 1. A.** *Par, s. Pares, s. Paria, i. e. Duo similes et iuncti.* II. **Op.** Paria (iumenta.) — Triga. — Quadriga. fr. 38. pr. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Comoedi, vel quadrigae, vel mulae pares. fr. 34. §. 1. ib. 21. 1. Si duo paria mularum sint, et una mula vitiosa sit, vel par. fr. 38. §. 14. l. 21. 1. cf. Gai. III. 212. Boum par. Th. C. VII. 20. c. 3. c. 8. de veteran. Poculorum paria, s. Pocula paria (duo.) fr. 30. pr. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Compensatione facta exaequatus.* II. **Op.** Vel paria, [al. pariatore,] vel reliqua habere. fr. 81. pr. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Rationes reddere, pariaque facere. fr. 40. §. 8. de statulib. 40. 7. Parem rationem adscribere, v. facere. fr. 22. de manum. testam. 40. 4. cf. fr. 17. §. 3. de d. m. exc. 44. 4. Solutionem — ita statuimus procurari, ut circa ultimos anni terminos paria concludantur. Th. C. XI. 19. c. 3. de collat. fund. — **§. 3.** *Iustus, Conveniens, Idoneus.* I. **Sy.** Condigna (ultio, s. poena.) Ib. IX. 28. c. 1. de crim. pecul. Sustinere posse, Par esse. fr. 6. pr. de mun. et hon. 50. 4.

Parabola. Cf. v. Pabulum. §. 1.

Parabolani. *Qui operam accommodant gerontocomiis, vel xenodochiis.* III. **Cn.** Parabolani, [al. Parabalani,] qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur. Th. C. XVI. 2. c. 43. cf. c. 42. pr. §. 1. de episc. eccl.

Paracharactes. *Qui falsam monetam cudit.* III. **Cn.** Falsae monetae rei, quos vulgo paracharactas vocant. Ib. IX. 21. c. 9. de fals. monet.

Paragauda. *Fascia auro ornata, vesti aptanda.* III. **Cn.** Auratas ac sericas paragaudas (habere aut in tunicis, aut in lineis.) Ib. X. 21. c. 1. sq. de vest. holov. Cf. Ioh. Lydum de magistratt. II. 13.

Paragogia. *Aquarum pori et meatus.* III. **Cn.** De paragogiis, [al. paralogiis,] vel fontibus, aquam trahere. c. 10. de aquaed. 11. 42.

Paramerium. *Gladiolus, in femore pendulus a zona.* III. **Cn.** Nemo privatus faciat — gladios, quos parameria vocant, — contos, aut lanceas etc. Iul. ep. nov. c. 79. §. 304. (cf. Iust. Nov. c. 85. §. 4.)

Parangaria, s. **Parangariae.** *Vehiculorum et iumentorum, extra viam regiam praestandorum, exactio.* III. **Cn.** Angarias, vel parangarias, sive paraveredos (imponere.) Th. C. VI. 23. c. 3. sq. de decur. et silent. Paraveredorum, aut parangariarum, praebitio. Ib. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Paraveredum, aut parangariam, praesumere. Ib. VIII. 5. c. 59. cf. c. 15. de cursu pub.

Parapetasia. *Quae aliis aedibus adiecta aedificio cohaerent.* III. **Cn.** Aedificia, quae vulgi more parapetasia [al. parapessia] nuncupantur, vel si qua aliqua opera publicis moenibus vel privatis sociata cohaerent. Ib. XV. 1. c. 39. de opp. pub.

Parapeteuma. *Tessera annonaria extraordinaria.* III. **Cn.** CXXV modios frumenti, praeter solitum canonem, — nomine parapeteumatis [al. perisseumatis] de horreis publicis — praebere. c. 2. de annon. civ. 11. 24.

Parapherna. *Bona uxoris, praeter dotem.* III. **Cn.** Res, quas extra dotem mulier habet, quas Graeci parapherna dicunt. c. 8. de pact. conv. tam sup. dot. 5. 14. cf. fr. 9. §. 3. de iure dot. 23. 3.

Parapompica. *Vectigal, transvectionis nomine pendendum.* III. **Cn.** Nihil eorum nomine, quae parapompica dicuntur, (exigi.) Iul. ep. nov. c. 124. §. 549. cf. Iust. C. c. 4. de discussor. 10. 30.

Parapsis. *Vas escarium quadrangulum.* III. **Cn.** Vasa argentea, veluti parapsidae, [al. paropsidae] acetabula, trullae, pelves. fr. 19. §. 9. de auro arg. 34. 2.

Parare. (Cf. v. Paratus.) **§. 1.** *Instruere, Adparare.* III. **Cn.** Quibus balineae aut instruuntur, aut denique — parari purgarique — sint solitae. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) Quae ad navigantium usum parantur. fr. 19. §. 7. locat. 19. 2. Vas aeneum, in quo — aqua ad bibendum lavandamque familiam paratur. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7. Insidiae, quas tuae vitae paratas contendis. c. 14. de h. qu. accus. n. poss. 9. 1. Scriptura, quae ad testamentum faciendum parabatur. fr. 29. pr. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Marito — accusationem parante, et probationibus instituente [al. instruente] atque muniente. fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi. fr. 17. §. 3. de adopt. 1. 7. Posterius pactum ad actionem parandam inefficax est. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Comparare, Adquirere, Emere.* I. **Sy.** Comparare. fr. 5. §§. 13. sq. de tribut. act. 14. 4. fr. 46. sq. fr. 49. §§. 1. sqq. fr. 78. §. 6. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Parare, aut alia ratione adquirere. fr. 12. §. 2. Qui et a qu. man. 40. 9. Qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint [al. comparaverint.] Paul. V. 23. §. 1. cf. fr. 14. §. 10. de bon. libert. 38. 2. Quod parsimonia sua quis paravit, vel officio meruerit a quolibet sibi donari. fr. 39. de pecul. 15. 1. Quod ex operis suis, aut ex re mea, pararet. fr. 19. fr. 21. pr. de A. R. D. 41. 1. Quae eius causa emta, parata sunt. (Cf. v. Paratus.) Etiam res alienas legari posse, utique si parari possint, etiamsi difficilis earum

paratio sit. fr. 39. §. 7. de legat. I. (30.) cf. fr. 88. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Componere inter se. Transigere.* III. **Cn.** Aediles — inter se paranto, aut sortiunto. Tab. Heracl. 24. sqq. aer. Br.

Parasynaxis. *Coitio, Congregatio.* III. **Cn.** Parasynaxes et conventicula, tam diurna quam nocturna, non contrahant. c. 8. §. 3. cf. c. 14. de haeretic. 1. 5.

Paratio. *Comparatio.* III. **Cn.** Si parari possint (sc. res alienae,) etiamsi difficilis earum paratio sit. fr. 39. §. 7. de legat. I. (30.)

Paratitla. *Argumenta rubricarum. Summae tractatuum.* III. **Cn.** Sufficiat, per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, quae paratitla nuncupantur, quaedam admonitoria eius facere. c. 1. §. 12. cf. c. 2. §. 21. de vet. iure enucl. 1. 17.

Paratus. (Partic.) **§. 1.** *Praeparatus, Institutus.* I. **Sy.** Destinatus. Cf. v. Destinare. §. 2. III. **Cn.** Quae ad iniuriam eius, vel damnum, parata sunt. fr. 10. pr. de legation. 50. 7. (cf. v. Parare. §. 1.) — **§. 2.** *Expeditus, Instructus, Promtus.* II. **Op.** Invitus. fr. 21. §. 9. de rec. qu. arb. 4. 8. Paratum esse. — Moram facere. Cessare. Nolle. fr. 7. §. 1. de tribut. act. 14. 4. fr. 24. pr. fr. 47. de usur. 22. 1. III. **Cn.** Nisi id — nollet petere, aut reddere esset paratus. fr. 11. pr. de confirm. tut. 26. 3. Sive iam solvi pecuniam, sive solvere sum paratus. fr. 5. §. 12. commod. 13. 6. Si fateatur se debere, paratumque dicat solvere. fr. 21. de iudic. 5. 1. Postulare, — paratumque se dicere etc. fr. 8. §. 4. Qu. sat. cog. 2. 8. Qui dominum praesentem non habuit, vel habuit paratum defendere, pauperem tamen. fr. 2. §. 1. de cust. reor. 48. 3. fr. 3. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Datur B. P., si parati sunt cavere etc. Vlp. XXVIII. 4. Si paratus sit dare, — et is, cui iussus est dare, aut nollet accipere etc. Ib. II. 6. — **§. 3.** *Comparatus, Quaesitus.* III. **Cn.** Quaecunque in praedia pignori data, inducta, invecta, importata, ibi nata, paratave essent. fr. 32. de pignor. 20. 1. Quae eius causa emta, parata (sunt, v. erunt.) fr. 47. §. 1. fr. 49. §§. 1. sqq. 4. fr. 58. fr. 78. §. 6. de legat. III. (32.) fr. 2. sq. fr. 10. de auro arg. 34. 2. Cf. Valer. Probus de not. R. v. Q. Ve E. C. P. D. L. Huius rei causa paratum. fr. 195. §. 2. cf. fr. 242. §. 4. de V. S. 50. 16. Paratum ad (cibaria, v. negotiationem.) fr. 185. ib. 50. 16. cf. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7.

Paraveredus. *Iumentum cursui publico destinatum,* (quod praeter modum evectionis, vel extra viam publicam, adhibetur.) III. **Cn.** Vsurpandi agminalis, vel paraveredi, licentia. Th. C. VIII. 5. c. 3. c. 6. Parangaria, vel paraveredus. Cf. v. Parangaria. Paraveredorum exactio patrimonia multorum evertit. Ib. c. 7.

Parce. (Advb.) *Moderate, Cum delectu.* II. **Op.** Omnimodo, — Parcius (audiri, v. restitui.) fr. 24. §§. 2. 4. de minor. 4. 4. III. **Cn.** Parcissime (ius dicere, v. commeatum dare.) fr. 16. de off. Praes. 1. 18. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16.

Parcere. **§. 1.** *Abstinere, Modum adhibere.* I. **Sy.** Servare (filiam.) Parcere (filiae.) Coll. LL. M. IV. 8. sq. III. **Cn.** Si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. fr. 9. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Th. C. IX. 14. c. 2. eod. Si pepercerit „filium“ dicere, „ex Seia autem natum“ dixit. fr. 3. pr. de lib. et posth. 28. 2. cf. fr. 10. §. 5. de grad. et adfin. 38. 10. — **§. 2.** *Ignoscere, Condonare.* I. **Sy.** Excusare. fr. 1. §§. 32. sqq. de S. C. Silan. 29. 5. II. **Op.** Condemnare. fr. 1. §. 4. ad S. C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Quamquam — digni poena sint, tamen ut insanis illis parcendum est. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Rusticitati hominis parcendum erit. fr. 2. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. In hoc casu magis heredi parcendum est. fr. 47. de legat. II. (31.) Filii pudori parcitur, ut etc. fr. 28. de bon. auct. iud. 42. 5. Non oportet esse noxiae fideiussori, si ipse pepercisset pudori suo. fr. 48. pr. mand. 17. 1. cf. fr. 43. pr. de R. N. 23. 2.

Parens. **§. 1.** *Genitor, Genitrix.* I. **Sy.** Quem genuit civitas. Parens curia. Th. C. XII. 1. c. 149. de decurion. III. **Cn.** Id, quod ex summo rerum parente speramus. Ib. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeretic. — **§. 1. A.** *Parentes, i. e. Pater et mater.* I. **Sy.** Pater et mater. Parens uterque (v. alteruter.) Vlp. V. 8. III. **Cn.** Quam ambo parentes dicuntur caram filiam habuisse. fr. 1. §. 3. de quaestion. 48. 18. Pietas enim parentibus, etsi inaequalis est eorum potestas, aequa debebitur. fr. 4. de cur. furios. 27. 10. Magis est ut haec quoque (sc. portenta) parentibus prosint. fr. 135. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Parentes, i. e. Superiores omnes, utriusque sexus, in serie cognatorum.* I. **Sy.** Pater et mater, avus et avia, (et deinceps omnes superiores.) fr. 9. §§. 1. sq. de L. Pomp. de parr. 48. 9. fr. 51. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Parentes et liberi. — Cognati ex transverso gradu. Vlp. V. 6. III. **Cn.** Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit. Paul. V. 25. §. 11. Amici, parentes, proximi, vel liberti. Th. C. IV. 22. c. 4. unde vi. Invicem parentes et liberi, itemque liberti. Paul. V. 15. §. 3. cf. fr. 2. de feriis. 2. 12. Parentibus et patronis, liberisque patronorum (obsequium exhibere.) fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Parens, patronus, patrona, liberi, parentes patroni, patronae. fr. 4. §. 1. fr. 10. §§. 5. 7. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 1. sqq. in ius voc. ut eant. 2. 6. Liberi, parentes, fratres, adfines, liberti. fr. 35. pr. de procur. 3. 3. Quidam „parentem“ usque ad tritavum adpellari aiunt; superiores „maiores“ dici. Hoc veteres existimasse. — Sed C. Cassius omnes in infinitum „parentes“ dicit. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. cf. Festus v. Parens. Mater, caeterique parentes per illum sexum contingentes. fr. 5. §. 2. de agnosc. et alend. 25. 3. Parens mulieris virilis sexus, — velut pater, avus paternus. Vlp. VI. 2. Vtriusque sexus parentes. Omnes parentes. Vatic. §. 321. Parentes et liberi infinite cuiuscunque gradus. Vlp. V. 6. Paul. II. 19. §§. 3. sq. Liberi et parentes testatoris, usque ad tertium gradum. Vlp. XVIII. 1. cf. XVII. 2. Personae, quae parentum liberorumve locum inter se obtinent. Gai. I. 59. Parentis loco alicui esse. fr. 39. pr. de R. N. 23. 2. fr. 16. sol. matrim. 24. 3. Tutores, quasi parentes proprii pupillorum sunt. Vatic. §. 304. cf. fr. 10. pr. de postul. 3. 1. — **§. 3.** *Parens, i. e. Paterfamilias.* I. **Sy.** Patris, Parentis (potestas.) Id. I. 56. sq. II. 180.

sq. III. 114. Vlp. XXIII. 7. sq. XXVIII. 4. **III. Cn.** A parentibus et a coemtionatoribus (mancipari, v. mancipio accipi.) Gai. I. 118. a. 123. 166. Quae (sc. actiones) in parentes dominosve dari solent. Id. IV. 69. Parentes omnes, qui habent liberos in potestate. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. Gai. I. 144. Posthumi, qui post mortem parentis nascuntur. fr. 3. §. 1. de iniust. rupt. 28. 3. Omnes liberorum personae, — si in potestate parentis sunt. Gai. I. 117. Qui ex testamento parentis heredes facti. — Liberi, qui ab hereditate parentis se abstinuerunt. Vlp. XII. 4. XXII. 24. Gai. III. 67. — **§. 4.** *Parens Principis, i. e. Titulus honorarius,* (tam decessoribus singuli cuiusque Imperatoris, quam patriciis concessus.). **III. Cn.** Secundum veterem consuetudinem parentum nostrorum. Th. C. VII. 20. c. 9. de veteran. Divi parentes nostri statuerunt. Ib. XII. 1. c. 105. de decurion. Salubriter statutis Principum, parentum nostrorum, (praescriptum.) c. 11. de accus. 9. 2. Sacris constitutionibus parentum nostrorum (continetur.) Vatic. §. 270. D. Titus Ant. parens noster (statuit.) Ib. §. 314. cf. c. 4. ad S. C. Treb. 6. 49. V. Cl. et ill. Praef. Pr. parens amicusque noster. Th. C. XI. 1. c. 6. de annon. et tribut. Inst. C. c. 4. de locat. 4. 65. Volusiane, (Praef. Vr.) parens carissime atque amantissime! Consult. vet. I. Cti. c. 9. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. §. 3.

Parĕre. §. 1. *Partum foetumve edere.* **I. Sy.** Edere (partum.) Cf. h. v. §. 1. Eniti. Cf. h. v. §. 2. Procreare. Gai. I. 84. **II. Op.** Abortum facere. Cf. v. Abortio. **III. Cn.** Primo partu unum, secundo tres peperit. fr. 15. sq. de statu hom. 1. 5. fr. 137. de V. S. 50. 16. Peregrina, si vulgo conceperit, deinde civis R. facta sit et pariat, civem R. parit. Gai. I. 92. cf. 88. sqq. Vlp. V. 10. Falsum est, eam peperisse, cui mortuae filius exsectus est. fr. 132. §. 1. l. l. 50. 16. Si post mortem viri — uxor ex eo pepererit. Vlp. XVI. 1. fr. 8. §. 1. de suis et legit. 38. 16. Mulier ante dies XXX, quam parituram se putat, denunciet etc. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre. 25. 4. Praegnans, quae etc. s. Venter, qui (suum heredem pariturus est.) fr. 30. §§. 1. sq. de A. v. O. H. 29. 2. Si bos apud furem concepit, — pariatque apud furis heredem. fr. 10. §. 2. de usurp. 41. 3. — **§. 2.** *Efficere, Conciliare, Parare.* **I. Sy.** Formare (obligationem, v. actionem.) fr. 7. pr. §§. 1. 4. sq. de pact. 2. 14. Vtile facere (fideicommissum.) Par. actionem (fideicommissi.) Paul. IV. 1. §. 6. **III. Cn.** Si bene collocatae sunt pecuniae publicae, — et maxime si parient usuras. fr. 33. pr. de usur. 22. 1. Suo ut quisque sumtu — pariat eam copiam. Th. C. X. 19. c. 8. de metall. Collegium, quod immunitatem pariat. fr. 5. §. 7. de iure immun. 50. 6. Liberationem parere (rem pro pecunia solutam.) fr. 26. §. 4. de cond. indeb. 12. 6. fr. 98. §. 1. de solut. 46. 3. Diuturnitate possessionis parta securitas. c. 7. de l. t. praescr. 7. 33. An litis aestimatio oblata alienationem pariat? fr. 3. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Prodesse iusiurandum, — et exceptionem parere, v. actionem. fr. 9. §. 6. de iureiur. 12. 2. fr. 7. §. 16. sol. matrim. 24. 3. fr. 11. pr. de imp. in res dot. 25. 1. Vt altera stipulatio obligationem pariat, altera nullius momenti sit. fr. 1. §. 3. de stipul. servor. 45. 3. cf. fr. 42. §. 2. de procur. 3. 3.

Parēre. §. 1. *Adparere, Comparere.* **I. Sy.** Adparere. fr. 5. pr. §. 5. de R. V. 6. 1. fr. 34. de R. I. 50. 17. **III. Cn.** Si — contingit ne proscriptum esset, vel non pareret [al. pateret, v. adparet, s. adpareret.] fr. 11. §. 4. de instit. act. 14. 3. Cum — quaedam ex his (sc. signis) non parent [al. comparent.] fr. 7. de B. P. s. t. 37. 11. Quidquid paret N. Negidium A. Agerio dare facere oportere. — Si paret, hominem ex iure Quiritium A. Agerii esse. Gai. IV. 41. cf. III. 91. IV. 4. 34. Iudex N. Negidium A. Agerio H. S. X millia condemna; si non paret, absolve. Id. IV. 43. 46. sq. 50. sq. 86. Cf. L. Gall. Cis-Alp. I. 30. sq. 40. Quanti ea res erit. Quanti eam rem esse paret. fr. 179. fr. 193. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Praesto esse, Adesse.* **I. Sy.** Praesens esse. fr. 47. §§. 2. sq. de legat. I. (30.) **III. Cn.** Copiam sui facere in publico, ibique parere. fr. 7. §. 13. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 32. §. 12. de rec. qu. arb. 4. 8. L dies ibi faciat, et publice pareat, et volentibus adversus eum agere respondeat. Iul. ep. nov. c. 88. §. 337. Officium, quod tibi paret. Th. C. XIV. 3. c. 12. de pistor. Probati eius officii, in quo parent. Ib. VIII. 7. c. 13. de div. offic. — **§. 3.** *Obtemperare, Obsequi.* **I. Sy.** Obtemperare. Cf. h. v. §. 1. **III. Cn.** Parere debere, s. necesse habere. Parendi necessitatem habere. fr. 13. ad L. Falc. 35. 2. fr. 167. §. 1. fr. 169. pr. de R. I. 50. 17. cf. fr. 10. §. 3. de h. qu. ut indign. 34. 9. Qui imperio magistratus non paruit. fr. 199. de R. I. 50. 17. Extra territorium ius dicenti impune non paretur. fr. 20. de iurisd. 2. 1. — **§. 4.** *Implere, Satisfacere.* **I. Sy.** Implere. Cf. h. v. §. 3. Stare, Satisfacere (sententiae.) fr. 11. §§. 1. 3. fr. 13. §. 1. fr. 23. §. 2. fr. 32. §. 16. de rec. qu. arb. 4. 8. Solvere (pensionem.) Parere (pensioni.) fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. **III. Cn.** Qui intra LX um — annum neutri legi paruerit. Vlp. XVI. 3. XVII. 1. Efficere, ne pareretur legi (venditionis.) fr. 38. pr. de minor. 4. 4. fr. 6. pr. de L. commiss. 18. 3. Ad parendum placitis eos — b. f. urget. c. 14. mand. 4. 35. Si, parendi conditioni causa, tibi dedero X. fr. 1. §. 1. de cond. caus. dat. 12. 4. Non videri mandati conditioni paritum, cum etc. fr. 59. §. 6. mand. 17. 1. cf. fr. 12. pr. de manum. testam. 40. 4. Conditionem trahere, cui facile parere possit. fr. 23. §. 1. de hered. inst. 28. 5. fr. 97. de cond. et dem. 35. 1. Si quidem paruit conditioni. — Quodsi non patitur heres pareri. fr. 3. §. 1. de statulib. 40. 7. Voluntati defuncti solvendum praestando parere. fr. 94. ad L. Falc. 35. 2.

Parhippus. *Iumentum cursus publici, quod praeter numerum iustum exigitur.* **I. Sy.** Veredus extra ordinem commotus. Th. C. VIII. 5. c. 14. pr. §. 1. de cursu pub. **III. Cn.** Vt parhippum, vel avertarium, nullus accipiat. Ib. c. 22. §. 1. l. l. Quibus nos ipsi in evectione — veredum cum parhippo tribui iusserimus. Ib. c. 29.

Pariare. *Exaequare accepta et data.* **III. Cn.** Si ei nummos prorogavit emtor, cum ei pariaverit [al. paruerit.] fr. 4. §. 5. de manum. 40. 1.

Pariatio. *Debitorum ac nominum exaequatio.* III. ***Cn.*** Pactum, quod in pariationibus [al. pactionibus] adscribi solet. fr. 67. §. 3. de cond. indeb. 12. 6.

Pariator. Cf. v. Par. §. 2.

Parientia. *Obsequium.* III. ***Cn.*** Praecepto — parientiam [al. patientiam] accommodare. c. 1. Qu. pro sua iurisd. 3. 4.

Paries. **§. 1.** *Murus, quo aedificii partes continentur.* I. ***Sy.*** Murus. fr. 1. §. 2. de effract. 47. 18. fr. 11. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. III. ***Cn.*** Paries est, sive murus sive maceria est. fr. 157. pr. de V. S. 50. 16. Si quis domum stipulatus, accepto ferat caementa, vel fenestras, vel parietem, vel diaetam. fr. 13. §. 2. de acceptil. 46. 4. Medius paries, qui utrasque aedes distinguat, intervenit. fr. 4. de servit. leg. 33. 3. cf. fr. 6. §. 1. comm. praed. 8. 4. Si vicini semipedes inter se contulerunt, ut ibi craticium parietem inter se aedificarent ad onera utriusque sustinenda. fr. 52. §. 13. pro soc. 17. 2. Paries oneri ferundo, uti nunc est, ita sit. fr. 33. de S. P. V. 8. 2. Parietis communis demolitio. fr. 35. cf. fr. 37. fr. 39. pr. de damn. inf. 39. 2. Novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere. fr. 44. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Integra domus.* I. ***Sy.*** Aedes privatae. Domus. Parietes domestici, s. privatorum. Th. C. XIV. 9. c. 3. pr. de stud. liberal. urb. R. XV. 1. c. 47. de opp. pub. II. ***Op.*** Intra privatos parietes. — In capitolio. Ib. XIV. 9. c. 3. pr. l.

Parilis. (Adiect.) *Aequalis, Par.* III. ***Cn.*** Vnam deitatem sub parili maiestate — credamus. Ib. XVI. 1. c. 2. pr. de fide cath. Codicillorum parili imagine fulciri. Ib. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. Parili modo. Ib. XVI. 2. c. 10. de episc. eccl.

Patronatus. §. 1. *Defensoris munus.* I. **Sy.** Patronorum dignitas. Th. C. VIII. 5. c. 46. de cursu pub. XII. 1. c. 61. de decurion. Advocatio, Officium patroni (fisci.) c. 8. c. 10. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Nov. Th. II. de postul. I. 10. c. 1. pr. — §. 2. *Iura et officia erga libertum,* (quae ex manumissione servi orta sunt.) I. **Sy.** Quasi patronus, Iure patronatus (adsequi etc.) fr. 64. §. 5. sol. matrim. 24. 3. cf. fr. 1. §. 27. Qu. in fr. patr. 38. 5. III. **Cn.** Hunc quidem esse patronum, sed omni commodo patronatus carere. fr. 3. de iure patron. 37. 14. cf. fr. 14. de tut. et cur. dat. 26. 5. Numquid servitus poenae exstinguat ius patronatus? fr. 1. §. 1. de sent. pass. 48. 23.

Patronia. Cf. v. Petronia.

Patronus. §. 1. *Defensor alterius, Advocatus.* I. **Sy.** Advocatus. Cf. h. v. Causidicus. Cf. h. v. III. **Cn.** Patroni corporum (pistorum, v. suariorum.) Patroni pistoribus constituti. Th. C. XIV. 3. c. 2. c. 7. c. 12. de pistor. XIV. 23. c. 1. de patron. horr. Provincialium patroni. Ib. VII. 9. c. 1. de salgamo. Quaestioni interesse iubentur reus reave, et patroni eorum, et qui crimen detulerit. fr. 27. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Custodias auditurum tam clarissimos viros, quam patronos causarum. fr. 12. de pub. iud. 48. 1. Sei is volet sibi patronos in eam rem dari. Fr. L. Servil. c. 4. sq. cf. fr. 1. §. 4. de postul. 3. 1. Fisci patronus. Patr. fiscalium commodorum. fr. 33. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. Th. C. X. 15. c. 1. c. 3. de advoc. fisci. — §. 2. *Is, cui ex manumissione quaesita sunt iura et officia pietatis erga libertum.* I. **Sy.** Manumissor. Cf. h. v. Qui liberavit (Latinum Iunianum.) Auctor libertatis. Gai. III. 56. sqq. 63. sq. Th. C. IX. 5. c. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. IX. 6. c. 1. ne praet. crim. mai. III. **Cn.** In toto fere iure manumissor eiusmodi nihil iuris (ut) patronus adversus personam modo liberti consequitur, licet in bonis eius patroni ius exerceat. Vatic. §. 225. Liberi patroni, — qui iure patroni hoc sperare possunt. Ib. §. 224. Vt libertus, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent. fr. 26. de statu hom. 1. 5. cf. fr. 5. pr. de bon. libert. 38. 2. Salvo iure patronorum, patronique liberorum. Vatic. §. 226. cf. Gai. III. 72. Patroni autem loco habemus etiam parentem, qui — manumissione legitimam tutelam nactus est. Id. I. 175. cf. 192. Patronum quidem habere tutorem desinit (sc. quae coëmtionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit,) incipit autem habere eum tutorem, a quo manumissa est. Id. I. 195. Vlp. XI. 5. Si patronus quasi tutor, vel curator, vel defensor, vel actor interveniat. fr. 10. §. 13. de in ius voc. 2. 4. Libertus a patrono reus constitutus. fr. 14. ib. 2. 4. Si — libertus patronum in ius vocaverit. fr. 25. ib. 2. 4. Gai. IV. 46. Mulier contra patronum suum ingrata facta. fr. 21. pr. Qu. met. c. 4. 2. Qui in fraudem creditorum, vel in fraudem patroni (manumittit.) Gai. I. 37. Vlp. I. 15. Interdictum, — ut exhibeatur libertus, cui patronus operas indicere vult. Gai. IV. 162. Vt obsequium parentibus, et patronis, liberisque patronorum exhiberi iubeat (sc. Procos.) fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. Gai. I. 172. Parentem, patronum, patronam, liberos, parentes patroni, patronae, in ius — ne quis vocet. fr. 4. §. 1. fr. 8. §. 1. de in ius voc. 2. 4. fr. 2. §. 2. Qu. satisd. cog. 2. 8. Qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit. Paul. V. 24. §. 1. Vt non iudicet, qui ei, qui agit, gener, socer, vitricus, privignus, sobrinusve est, — quive eorum eius, parentisve cuius eorum, patronus erit. fr. 5. pr. de iniur. 47. 10. Primum ad suos heredes pertinet (sc. libertorum intestatorum hereditas,) deinde ad eos, quorum liberti sunt, velût patronum, patronam, liberosve patroni. Vlp. XXVII. 1. Si patrono et patronae proximi sunt aliqui, (simul admittuntur.) fr. 17. de bon. libert. 38. 2. Cum nemo ex familia patroni alius esset. fr. 50. §. 5. ib. 38. 2. cf. Gai. III. 58. 63. sq. 70. Intestati datur B. P. — quarto familiae patroni; quinto patrono, patronae, item liberis patroni, patronaeve. Vlp. XXVIII. 7. Coll. LL. M. XVI. 9. Ingenua patrona, trium liberorum iure honorata. — Libertina patrona. Gai. III. 50. Vlp. XXIX. 6.

Patruelis. (Adiect.) *Ex patruo meo prognatus.* I. **Sy.** Patrui filius, filia. Frater, v. Soror, patr. Paul. IV. 11. §§. 4. sq. Qui ex duobus fratribus progenerati sunt, Patrueles (fratres.) Gai. III. 10. Vlp. XI. 4. fr. 10. §. 15. de grad. et adf. 38. 10. II. **Op.** Amitinus. Paul. l. l. fr. 10. §. 15. l. 38. 10.

Patruus. (Subst.) §. 1. *Patris frater.* II. **Op.** Avunculus. Cf. h. v. III. **Cn.** Patruus, caeterique inter quos adgnationis incorrupta iura per ordinem porriguntur. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit. Frater eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo, item patruus, et patrui filius, et nepos ex eo. Gai. I. 156. sq. II. 119. sq. Vlp. XI. 4. — §. 2. *Avi frater, vel abavi, et deinceps superiorum.* III. **Cn.** Patruus magnus, — maior, — maximus. Paul. IV. 11. §§. 4. sqq. fr. 2. §§. 6. sqq. fr. 10. §§. 15. sqq. de grad. et adf. 38. 10.

Paucitas. *Numerus exiguus.* II. **Op.** Copia (virorum honestorum.) fr. 12. de decurion. 50. 2. Th. C. XII. 1. c. 32. de decurion.

Paucus. Pauci. (Adiect.) *Exiguum numerum explens.* II. **Op.** Passim omnibus, — Paucis admodum in causis (concedi.) fr. 1. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Vel paucioribus, vel in una re (relicta pars.) fr. 27. de legat. I. (30.) Aut paucioribus diebus, aut nullis (possedisse.) fr. 156. de V. S. 50. 16. Interdum XX fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Magistratus sui tempore, et post non pauco tempore. fr. 9. §. 10. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Pro pauco frumento (retinere substantiam, sc. agrestium.) Nov. 33. c. 1. Nov. 34. praef. Et si non X, sed pauciores (inveniri possint.) fr. 8. §. 2. de legat. II. (31.) cf. Gai. III. 42. Si — pauciores res possidebat, deinde aliarum quoque rerum possessionem adsumsit. fr. 41. pr. de hered. pet. 5. 3. Certas, et pauciores, causas enumerare. Iul. ep. nov.

nov. c. 108. §. 384. Si paucissimi dies superfuerunt ad etc. fr. 16. de fundo dot. 23. 5.

Pavidus. (Adiect.) *Meticulosus.* III. **Cn.** Iumenta pavida et calcitrosa. fr. 4. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Pavimentum. *Solum domus et conclavium, incrustatione tectum.* III. **Cn.** Foramen in imo pariete conclavis, — quod esset proluendi pavimenti causa. fr. 28. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 12. §. 22. de instr. leg. 33. 7. Voluptatis causa (sc. refectiones facere,) ut tectoria, et pavimenta, et similia. fr. 7. §. 3. de usufr. 7. 1.

Paulatim. (Advb.) **§. 1.** *Sensim, Minutatim.* III. **Cn.** Quod ita paul. adiicitur, ut oculos nostros fallat. Gai. II. 70. fr. 7. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Conduxerat a fisco possessionem, eamque paul. [al. particulatim] pluribus locaverat. fr. 47. §. 1. de iure fisci. 49. 14. — **§. 2.** *Post temporum successionem.* III. **Cn.** Paul. in odium venire. Gai. IV. 30. Paul. in unam consonantiam iungi. §. 3. I. de testam. ord. 2. 10. Paul. igitur admittemus. fr. 11. §. 13. de legat. III. (32.)

Paulianus. (Adiect.) *Ad Paulum pertinens.* — **§. 1.** *Ad Iul. Paulum, I.Ctum, spectans.* I. **Sy.** Prudentissimi Pauli, Pauliana (responsa.) Const. Omnem reip. §. 5. — **§. 2.** *Pauliana, i. e. Nomen certae actionis.* III. **Cn.** In Fabiana actione et Pauliana, per quam, quae in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur. fr. 38. §. 4. de usur. 22. 1. cf. Theophili par. Inst. IV. 6. §. 6. — **§. 3.** *Pauliani, i. e. Haereticorum genus.* III. **Cn.** Donatistae, Audiani, — Photiniani, Pauliani [al. Pauliniani] etc. Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret. cf. Iust. C. c. 5. eod. 1. 5.

Pauliniani. Cf. v. Paulianus. §. 3.

Paulisper. (Advb.) *Parumper.* III. **Cn.** Paul. relaxare (ius publ.) c. 2. de h. qu. sp. pub. mun. 10. 43. Vt iuste negligeretur paul. (privata utilitas.) Th. C. XV. 1. c. 50. de opp. pub.

Paulo. (Advb.) *Parum.* III. **Cn.** Qua aetate, aut paulo maiore. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. Quam nunc vero nomine *amicam*, paulo honestiore *concubinam* adpellamus. fr. 144. de V. S. 50. 16.

Paulus. (Adiect.) *Exiguus, Modicus.* III. **Cn.** Neque enim paulo deverticulo abducendi sunt ab excubiis. Th. C. VIII. 5. c. 33. §. 1. de cursu pub.

Paulus. (Subst.) *Nomen I.Cti celeberrimi,* (qui vixit temporibus Impp. Severi et Alexandri.) III. **Cn.** Vlpiani ac Pauli in Papinianum notae. Th. C. I. 4. c. 1. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Vniversa, quae scriptura Pauli continentur, recepta auctoritate firmanda sunt. Ib. c. 2. cf. c. 3. eod. Quod — et Atilicino placuisse, Paulus suis libris, quos tam ad Mas. Sabinum quam ad Plautium scripsit, refert. Pr. I. de hered. inst. 2. 14. Iul. Pauli opinio, et aliorum certorum prudentium. c. 5. §. 1. de rec. arbitr. 2. 56. Responsum viri prudentissimi Pauli. c. 6. de nupt. 5. 4. c. 11. ad L. Corn. de fals. 9. 22. (cf. v. Paulianus. §. 1.)

Pavo. *Avium genus notissimum.* III **Cn.** Pavonum et columbarum fera natura est. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Pavo meus mansuetus. fr. 37. de furt. 47. 2.

Pavor. *Timor.* III. **Cn.** Si qua lascivia, aut pavore [al. fervore,] aut feritate pauperiem fecerint (sc. animalia.) Pr. I. si quadr. paup. 4. 9.

Pauper. (Adiect.) *Qui angustia rei familiaris laborat.* II. **Op.** Pauperior. — Ditior. Cf. h. v. Locupletior. fr. 4. fr. 5. §§. 8. 16. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Pauperes, — vel penitus mendicantes, vel alia sustentatione egentes. c. 49. §. 6. de episc. et cler. 1. 3. Donationes facere — in nosocomium, — vel in ipsos pauperes, vel in quamcunque civitatem. c. 19. de SS. eccl. 1. 2. Nov. Marcian. de testam. cleric. III. 5. c. 1. §. 1.

Pauperies. *Damnum, quod alteri sarciendum est,* (scilicet si animal nostrum commota feritate nocuit.) I. **Sy.** Damnum sine iniuria facientis. fr. 1. §. 3. si quadrup. 9. 1. III. **Cn.** Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta sit. Paul. I. 15. §. 1. fr. 14. §. 3. de praescr. vv. 19. 5. Sive corpore suo pauperiem quadrupes dedit, sive per aliam rem, quam tetigit quadrupes. fr. 1. §. 9. si quadrup. 9. 1. Quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. fr. 1. §. 7. cf. §. 4. ib. 9. 1.

Paupertas. *Res familiaris angusta.* III. **Cn.** Nonnulli propter paupertatem (sc. accusare prohibentur,) ut sunt qui minus quam L aureos habent. fr. 10. de accus. 48. 2. Illis temporibus, in magna paupertate, (satis idoneae videbantur istae poenae.) Gai. III. 223. Paupertas sane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit probare. fr. 7. de excusatt. 27. 1. Vatic. §§. 240. 243.

Pax. **§. 1.** *Compositio certaminis,* (sponsione proposita de non turbanda armorum quiete.) II. **Op.** Bellum. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. In pace et in otio, — In proelium exituri (faciebant testamentum.) Gai. II. 101. Si Imperator noster Principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget: „Pacem futuram spondes?" Ib. III. 94. cf. fr. 1. §. 1. fr. 5. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Sanctio securitatis et disciplinae publicae.* III. **Cn.** Irenarcharum vocabula, quae — quietis ac pacis per singula territoria haud sinunt stare concordiam. Th. C. XII. 14. c. 1. de irenarch. Praefectus pacis, [al. pagi,] vel decurio. Ib. II. 30. c. 1. de pignor. In quibus (sc. locis) cum pace et quiete vota competit celebrari. c. 5. de h. qu. ad eccl. 1. 12. Quas (sc. ecclesias) nostra pax obtinet. Th. C. XVI. 5. c. 4. de haeret. cf. XVI. 1. c. 4. de fide cathol.

Peccare. *Delinquere.* III. **Cn.** Vtique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam. fr. 6. de extr. cogn. 50. 13. cf. fr. 9. §. 5. locat. 19. 2. Materiam peccandi malis moribus praestare. fr. 1. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. Pessima criminum peccare. c. 1. pr. de raptu virgg. 9. 13. In corpore suo pecc. Iul. ep. nov. c. 67. §. 241. c. 107. §. 373.

Peccator. *Qui delictum commisit.* III. **Cn.** Et peccatores, et ei qui opem flagitio dederunt, (capite puniuntur.) §. 8. cf. §. 4. de pub. iudic. 4. 18.

Peccatum. *Flagitium, Delictum.* I. **Sy.** Maleficium. fr. 244. de V. S. 50. 16. Delictum. Cf. h.

v. §. 1. Crimen, Th. C. IX. 40. c. 9. sq. de poen. III. ***Cn.*** Vitiis peccatisque gravari. Ib. III. 16. c. 2. §. 1. de repud. Obligamur — aut necessitate, aut ex peccato. fr. 52. pr. §. 8. de O. et A. 44. 7. Peccata nocentium nota esse, (et oportere et expedire.) fr. 18. pr. de iniur. 47. 10.

Pecten. *Piscis marinus testaceus.* III. ***Cn.*** Vel piscis, vel pectinum forte, aut echini — (monopolium exercere.) c. 1. de monopol. 4. 59.

Pectinatus. (Partic.) *Pexus.* III. ***Cn.*** Lana legata, sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria, (legato cedit.) Paul. III. 6. §. 82.

Pectus. *Ingenium, Animus.* III. ***Cn.*** Qui, participantes augusti pectoris curas, agendo claruerunt. Th. C. VII. 8. c. 3. de metat.

Pecuarius. (Subst.) *Qui praefectus est carni (ovillae et vervecinae) populo R. erogandae.* III. ***Cn.*** Boariorum, vel pecuariorum (praestatio.) Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 2. Suariis pecuarii iungantur. Th. C. XIV. 4. c. 10. pr. eod.

Peculatus. (Subst.) *Crimen eius, qui pecuniam sacram, religiosam, publicamve, abstulit vel intercepit.* I. ***Sy.*** Pecuniae publicae, aut sacrae, furtum. fr. 9. §§. 2. sq. ad L. Iul. pecul. 48. 13. III. ***Cn.*** Publica iudicia peculatus, et de residuis, et repetundarum, — cum in his quaestio principalis ablatae pecuniae moveatur. fr. 14. ib. 48. 13. Neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus. c. 2. ex qu. c. infam. 2. 12. Lege Iulia peculatus cavetur: Ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicave auferat, neve intercipiat, neve in rem suam vertat. fr. 1. cf. fr. 4. pr. l. l. 48. 13. Furtum publicae monetae fecisse, quod ad peculatus crimen accedit. fr. 6. §. 1. cf. fr. 1. ib. 48. 13. Iudices, qui peculatu provincias quassavissent. Th. C. IX. 28. c. 1. de crim. pecul.

Peculiaris. (Adiect.) *Ad peculium pertinens.* I. ***Sy.*** Peculii (causa.) fr. 44. §. 7. de usurp. 41. 3. fr. 19. de fideiuss. 46. 1. II. ***Op.*** Domini, s. Dominicae rationis, — Peculiare (nomen.) fr. 3. §. 5. de in rem vers. 15. 3. fr. 51. pr. de Aed. edict. 21. 1. fr. 31. §. 3. de usurp. 41. 3. III. ***Cn.*** Si quis manumissus ex causa peculiari habeat rem, non concesso sibi peculio. fr. 13. §. 8. de A. v. A. P. 41. 2. Cum filius servusve in peculiari merce, sciente patre dominove, negotiatur. §. 3. I. Qu. c. eo qu. in al. pot. 4. 7. fr. 1. §. 20. de exerc. act. 14. 1. fr. 1. §. 2. fr. 7. §. 1. de tribut. act. 14. 4. Si servus peculiarem faciat argentariam. fr. 4. §. 3. de edend. 2. 13. Obligationem peculiarem novare. fr. 16. de novat. 46. 2. A creditoribus peculiaribus conveniri. fr. 18. §. 5. fam. erc. 10. 2. Nomine peculiari (credere etc.) fr. 32. de solut. 46. 3. Eum debitorem facere peculiarem. fr. 7. §. 1. de in rem verso. 15. 3. Peculiares nummos (dare, v. adimere et consumere.) fr. 2. §. 4. de R. C. 12. 1. fr. 30. pr. de A. E. V. 19. 1. Peculiares et servos et libertos (potuit habere, sc. miles filiusfam.) fr. 6. de castr. pec. 49. 17. Qui in servitute peculiaria mancipia prostituta habuit. fr. 4. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2.

Peculiariter. (Advb.) **§. 1.** *Ratione peculii.* I. ***Sy.*** Peculiari merce, Nomine, s. Ex causa peculiari (negotiari, v. adquirere etc.) fr. 1. pr. §. 2. fr. 2. fr. 3. §. 1. de tribut. act. 14. 4. fr. 1. §§. 5. 22. fr. 3. §. 12. fr. 4. de A. v. A. P. 41. 2. III. ***Cn.*** Pecul. mutuari, v. emere. fr. 3. §. 1. de in rem verso. 15. 3. fr. 1. §. 4. de exc. rei vend. 21. 3. — **§. 2.** *Praecipue.* III. ***Cn.*** Pec. destinari, v. servari. Th. C. VI. 14. c. 3. de comit. rei mil. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. pal. (Cf. v. Pecuniariter.)

Peculiarius. (Adiect.) *Peculiaris.* III. ***Cn.*** Non alias heres peculium praestare debet, nisi ei caveatur defensu iri adversus creditores peculiarios [al. peculiares.] fr. 18. de pecul. leg. 33. 8. cf. fr. 4. §. 5. de pecul. 15. 1. Deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiariis facere. fr. 4. §. 34. de d. m. exc. 44. 4.

Peculiatus. (Adiect.) *Peculio instructus.* III. ***Cn.*** Si quis simpliciter dixerit, peculiatum esse servum, sufficit si is vel minimum habeat peculium. fr. 18. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 13. §. 4. de A. E. V. 19. 1.

Peculium. **§. 1.** *Bonorum pars illa, quae praesidii causa reposita est.* I. ***Sy.*** Quod praesidii causa seponeretur. fr. 79. §. 1. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Pecuniam sine peculio fragilem esse. fr. 79. §. 1. l. Quae Graeci parapherna dicunt, quaeque Galli peculium adpellant. fr. 9. §. 3. de iure dot. 23. 3. fr. 31. §. 1. de donat. 39. 5. — **§. 2.** *Id, quod paterfam. vel dominus, filio servove administrandum concessit, quodve filiusfam. extra patrimonium patris sibi quaesivit.* I. ***Sy.*** Quod servus, domini permissu, separatum a rationibus dominicis habet. fr. 5. §§. 3. sq. de pecul. 15. 1. fr. 37. §. 1. de A. R. D. 41. 1. II. ***Op.*** Patrimonium (eius, in cuius potestate erit.) Dominica causa. fr. 2. pr. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. fr. 19. de fideiuss. 46. 1. Iure peculii, — Iure hereditatis (deferri, s. transmitti.) Nov. Th. II. de patern. s. matern. bon. I. 14. c. 1. §. 8. cf. fr. 2. de castr. pec. 49. 17. Gai. III. 56. 58. III. ***Cn.*** Quasi patrimonium liberi hominis, peculium servi intelligitur. fr. 47. §. 6. de pecul. 15. 1. cf. fr. 182. de V. S. 50. 16. Si constantem, aut laboriosum, — aut ex frugalitate sua peculium adquirentem adfirmaverit. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Si quid d. m. eius, in cuius potestate est, factum erit quominus peculii esset. fr. 1. pr. Qu. de pecul. act. 15. 2. Quod ex peculio ad eum pervenerit. fr. 24. de A. v. A. P. 41. 2. Tam fundi instrumentum, quam servi peculium (ad legatarium pertinet.) Paul. III. 6. §. 34. Si servus deducto peculio venditus sit. fr. 47. §. 5. de pecul. 15. 1. cf. fr. 30. pr. de A. E. V. 19. 1. Filius servusve, cui administratio peculii permissa est. fr. 34. pr. de novat. 46. 2. cf. fr. 28. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 46. fr. 48. de pecul. 15. 1. Cum et filiifam. — possint habere peculium, vel castrense, vel quod patre volente possident. c. 7. Qui bon. ced. poss. 7. 71. cf. c. 12. de collat. 6. 20. Castrensis peculii non facit, sed alterius peculii, perinde ac si filius nunquam militasset. fr. 15. pr. de castr. pec. 49. 17. Filiusfam. miles, qui de castrensi peculio vel quasi castrensi testari potest. fr. 1. §. 6. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. Actio, qua in peculium filiorumfam.

servorumque agitur. Gai. IV. 69. cf. 74. Condictio in peculium. Persecutio in peculio. fr. 19. de cond. furt. 13. 1. fr. 42. pr. de furt. 47. 2. De peculio, vel de in rem verso (teneri, v. conveniri.) fr. 19. §. 1. fr. 20. de pact. 2. 14. fr. 41. de pecul. 15. 1. De peculio, s. Peculio tenus, — In solidum (actio.) fr. 1. pr. ib. 15. 1. fr. 57. pr. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 39. §. 1. de eviction. 21. 2. — **§. 3.** *Vniversitas bonorum.* I. **Sy.** Census, Substantia, Fortunae, Facultates. fr. 16. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Th. C. VII. 20. c. 4. pr. de veteran. VIII. 4. c. 16. §. 1. de cohortal. — **§. 4.** *Res privata Principis.* I. **Sy.** Peculiare commodum Imperatoris. Nov. 104. de Praet. Sicil.

Pecunia. **§. 1.** *Aurum et argentum signatum. Nummus.* I. **Sy.** Aes. Cf. h. v. §. 3. Nummus. Cf. h. v. §. 1. Summa. fr. 192. de V. S. 50. 16. cf. Vlp. II. 4. 6. II. **Op.** Aurum, vel argentum (infectum etc.) — Pecunia signata. fr. 19. pr. de auro arg. 34. 2. Certa pecunia numerata. — Aliae res. fr. 1. pr. de condict. tritic. 13. 3. fr. 7. §. 3. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 95. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Pecuniam, aut frumentum, aut caetera huiusmodi (compensare, vel deducere.) Paul. II. 5. §. 3. Gai. IV. 66. Pecunia, vel caeterae res, quae in absumtione sunt, s. in abusu consistunt. fr. 5. pr. §§. 1. sq. de usufr. ear. rer. 7. 5. Sive pecuniam, sive rem aliquam certam debitam nobis petamus. Gai. IV. 33. Qui forte pecuniam petit, quam non numeravit. Id. IV. 119. Quanti ea res erit, tantam pecuniam iudex — condemnato. Id. IV. 47. sqq. cf. 32. Pecunia certa credita, signata forma publica P. R. cf. L. Gall. Cisalp. II. 2. In usu publico pecuniae constitutae (folles.) Th. C. IX. 23. c. 1. §§. 1. sq. si qu. pecun. conflav. Pecunia aurea (a fratre subtracta.) fr. 35. de pact. 2. 14. Non numerata pecunia, sed ipsa corpora nummorum. fr. 51. cf. fr. 50. §. 3. de legat. I. (30.) Cf. v. Nummus. §. 1. Acervum pecuniae (stipulari.) fr. 29. pr. de V. O. 45. 1. Inquirendae et conservandae pecuniae causa (creati Quaestores.) fr. 2. §. 22. de O. I. 1. 2. Si causa aliqua urgeat praesentis pecuniae. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Facultatem pecuniae non habere. fr. 73. de procur. 3. 3. Tempus, quod ad expediendam pecuniam tribuitur. Gai. III. 78. Qui — pecuniam, praemium, aliudve quid, cepit, ceperit. Tab. Heracl. lin. 48. aer. Neap. Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit. Paul. V. 23. §. 10. Per calumniam pecuniam accipere. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. fr. 8. de calumn. 3. 6. Quem pater ex noxali causa mancipio dedit, — hunc actor pro pecunia habet. Gai. I. 140. Saepe opera alicuius pro pecunia valet. Id. III. 149. Quae (sc. transactio) idcirco fit, ut quis repraesentatam pecuniam consumat. fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. Mandare, pecuniam accipere mutuam. fr. 31. pr. de N. G. 3. 5. (Cf. v. Mutuus. §. 2.) Creditam pecuniam petere. fr. 13. ib. 3. 5. cf. fr. 70. de procur. 3. 3. (Cf. v. Creditus.) Eiusdem pecuniae exactionem habere. — Eiusdem pecuniae reus esse (cum alio.) fr. 21. §. 5. de pact. 2. 14. fr. 12. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. Otiosam pecuniam domi habere. — Foenerare eam. Gai. III. 156. Pecuniae negotium gerere. fr. 37. §. 1. de N. G. 3. 5. Paul. I. 4. §. 3. Gratuita pecunia utenda data. fr. 2. de calum. 3. 6. cf. fr. 38. pr. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Substantia bonorum. Vniversitas rei familiaris.* I. **Sy.** Patrimonium. Quae in patrimonio sunt. fr. 6. pr. fr. 72. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 5. pr. de V. S. 50. 16. Omnes res, Omnia corpora. fr. 178. pr. fr. 222. ib. 50. 16. III. **Cn.** Publica (loca,) quae non in pecunia populi, sed in publico usu habeantur. fr. 6. pr. de contr. emt. 18. 1. Familiam pecuniamque tuam endo mandatam tutelam custodelamque meam (recipio.) Gai. II. 104. Super pecunia tutelave suae rei (legare.) L. XII Tabb. V. 3. cf. 7. De pecunia sua testari. fr. 77. §. 24. de legat. II. (31.) cf. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Separatim sine pecunia dari non potest (tutor.) fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Stipulatio emtae hereditatis: „Quanta pecunia ad te pervenerit etc.“ fr. 50. §. 1. de V. O. 45. 1. fr. 97. de V. S. 50. 16. An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, — vel in fructibus conditis etc. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. — **§. 3.** *Pretium numeratum, Merces.* I. **Sy.** Pretium. Vatic. §. 1. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Merces. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Qui ad pecuniam numeratam conduxit. fr. 25. §. 6. locat. 19. 2. Si non magnae pecuniae res fuerint. fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. In pecuniam, aliamve rem, conversa (res.) fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Pecunia messium in computationem — veniet. fr. 7. §. 3. sol. matrim. 24. 3. Pecunias pro speciebus (inferre.) Th. C. X. 22. c. 2. de fabricens. Omnes magistratus sine pecunia creari decernimus. Iul. ep. nov. c. 15. §. 51.

Pecuniarie, s. **Pecuniariter.** (Advb.) *Secundum pecuniariam rationem.* II. **Op.** Si quidem pecuniariter [al. pecuniarie] agere velit. — Si extra ordinem eius rei poenam exerceri velit. fr. 3. de extr. crim. 47. 1. cf. fr. 10. §. 2. de compens. 16. 2. III. **Cn.** Haec actio ei creditur competere, cuius pecuniariter [al. peculiariter] interest. fr. 13. ad exhib. 10. 4.

Pecuniarius. (Adiect.) *Nummarius.* I. **Sy.** Pecuniae, Pecuniarium (legatum.) fr. 22. pr. fr. 24. pr. de fideic. libb. 40. 5. Pecunia (in dote, s. dotalis.) Pecuniaria (dos.) fr. 56. §. 3. de iure dot. 23. 3. II. **Op.** Criminalis. Cf. h. v. Capitalis. Cf. h. v. §. 1. Condemnatio pecuniaria. — Vindicta. fr. 5. si ex nox. c. 2. 9. Pecuniariae, — Quae existimationem contingunt (sc. poenae.) fr. 5. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Deferre alterum, et causam pecuniariam fisco nunciare. Paul. V. 13. §. 1. cf. fr. 9. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur. Paul. V. 3. §. 1. cf. V. 33. §. 8. fr. 9. de religios. 11. 7. Quaestio rei pecuniariae. fr. 37. de fideic. libb. 40. 5. Actio pecuniaria. fr. 9. de sepulc. viol. 47. 12. Adpellationes pecuniariae. c. 2. de procur. 2. 13. Poenae militum, — castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio etc. fr. 3. §. 1. de R. M. 49. 16. cf. fr. 2. de pub. iudic. 48. 1.

Pecus. *Quadrupes e grege.* I. **Sy.** Quadrupedes, quae gregatim pascuntur, Pecora. fr. 65. §. 4. de legat. III. (32.) cf. fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Paul. III. 6. §. 73. Quadrupedes, Pecora, (quae collo dorsove domantur.) Vlp. XIX. 1. Vatic. §. 259. III. **Cn.**

Forum suarium, — sed et caeterorum pecorum, sive armentorum. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Quadrupedes, quae pecudum numero sunt, et gregatim habentur. fr. 2. §. 2. cf. pr. fr. 29. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. Gai. III. 210. 217. Paul. V. 18. §§. 1. sqq. Grex alicuius pecoris. Gai. IV. 17. cf. fr. 12. §. 2. de usu et habit. 7. 8. Fundus legatus cum mancipiis, et pecoribus, et omni instrumento. Paul. III. 6. §. 47. cf. §. 44. Th. C. XII. 1. c. 6. de decurion. Equinum pecus. Ib. IX. 30. c. 2. Quib. equor. us. Iumenta, aut pecora. fr. 40. pr. de hered. pet. 5. 3. Pecora, stercorandi vel pascendi causa ibi constituta. c. 2. de V. S. 6. 38. cf. fr. 30. §§. 3. 5. eod. 50. 16. Paul. III. 6. §. 38. fr. 14. §. 1. de imp. in res dot. 25. 1. Actio de pastu pecoris. fr. 14. §. 3. de praescr. vv. 19. 5. Pecoris ad aquam adpulsus. fr. 1. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Partus ancillarum, et foetus pecorum, et fructus. fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 48. §. 5. de furt. 47. 2.

Pedamentum. *Palus, ridica ad vites fulciendas.* III. ***Cn.*** Ex silva caedua pedamenta et ramos ex arbore (sumere.) fr. 10. de usufr. 7. 1. Omnia vineis necessaria, — utputa perticae, pedamenta. fr. 1. §. 1. de tigno iunct. 47. 3.

Pedaneus. (Adiect.) *Qui ab Imperatore, magistratuve, constitutus est iudex.* I. ***Sy.*** Qui negotia humiliora disceptant, Pedanei (iudices.) Th. C. I. 16. c. 8. (Wck.) de off. Rect. Pr. II. ***Op.*** Praetor. — Pedaneus, — Compromissarius (iudex.) fr. 4. de tut. et cur. dat. 26. 5. c. 29. de pact. 2. 4. Moderator prov. Praeses. — Iudices pedanei. Th. C. l. l. cf. Paul. V. 28. §. 1. Iudex, cui aliqua iurisdictio. — Pedaneus iudex. c. 3. ubi et ap. qu. 2. 47. c. 15. de iudic. 3. 1. III. ***Cn.*** Praesides de his causis, — in quibus antehac pedaneos iudices dabant, notionis suae examen adhibere. c. 2. de pedan. iud. 3. 3. A magistratibus pedaneisque iudicibus dicta sententia. Th. C. XI. 31. c. 3. de repar. app. In iudicio, vel apud pedaneos iudices (querela exorta.) c. 2. de libert. et eor. lib. 6. 7. Apud pedaneos iudices remissa (lis pecuniaria.) c. 11. de L. Corn. de fals. 9. 22. Ad pedaneum iudicem vocari. Apud iudices pedaneos postulare. fr. 3. §. 1. ne qu. eum qu. in ius. 2. 7. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. (Ioh. Lydus de magistratt. III. 8.) Neve quemquam hospitem inviti recipiant, — neque pedaneorum iudicum sint obnoxii potestati. Th. C. XIII. 4. c. 4. de excus. artific. Arbitri pedanei. c. 6. pr. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Pedeplanum. *Inferior aedium pars,* (quae sine adscensione aditur.) III. ***Cn.*** Muri novi — singulae turres in pedeplanis suis suscipiant (milites.) Ib. VII. 8. c. 13. de metat.

Pedes. *Qui pedibus incedit, vel meretur.* II. ***Op.*** Eques. Cf. h. v. §. 1.

Pedester, s. **Pedestris.** (Adiect.) **§. 1.** *Ad peditem spectans.* II. ***Op.*** Equester. Cf. h. v. §. 1. — **§. 2.** *Terrestris.* II. ***Op.*** Pedestre. — Navigio (iter.) fr. 1. §. 14. de flumin. 43. 12.

Pediculus. *Parvus pes, quo aliquid sustinetur.* III. ***Cn.*** Pediculis argenteis adiuncta sigilla aenea. fr. 32. pr. de auro arg. 34. 2.

Pedissequus, Pedissequa. **§. 1.** *Qui, quaeve, dominum vel dominam extra aedes sequitur.* III. ***Cn.*** Lecticarii, aut pedissequi. fr. 65. pr. de legat. II. (31.) Pedissequas omnes — liberas esse volo. fr. 59. pr. de man. testam. 40. 4. — **§. 2.** *Sequela.* III. ***Cn.*** Praedictae actiones, quasi pedissequae illarum, ab initio processerunt. c. 2. §. 5. de vet. iure enucl. 1. 17.

Pedulis. (Adiect.) *Ad pedes pertinens.* III. ***Cn.*** Crurales, pedulesque (fasciae.) fr. 25. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Pegasianum. *Nomen S.Cti,* (quod Vespasiani temporibus factum est, de fideicommissis dodrantem hereditatis egredientibus.) III. ***Cn.*** Si quis plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem, restituere rogatus sit, locus est Pegasiano S. Cto. Gai. II. 256. Vlp. XXV. 14. L. Falcidia, itemque S. C. Pegasianum, — quartam residuae hereditatis ad heredem voluit pertinere. Paul. IV. 3. §. 3. IV. 5. §§. 5. 9. Gai. II. 259. Si recuset scriptus heres adire hereditatem, — cavetur Pegasiano S.C., ut — iussu Praetoris adeat et restituat. Id. II. 258. Vlp. XXV. 16. Caelibes, — item orbi, — S. Cto Pegasiano perinde fideicommissa quoque, ac legata hereditatesque, capere posse prohibiti sunt. Gai. II. 286.

Pegasus. *Nomen I.Cti,* (Vespasiani temporum aequalis, qui inter adseclas Proculi inclaruit.) III. ***Cn.*** Proculus et Pegasus aiunt. fr. 18. sq. de N. G. 3. 5. fr. 30. pr. de pecul. 15. 1. Labeo et Peg. putaverunt. fr. 95. §. 7. de solut. 46. 3. Peg. (respondit.) — Sabinus autem existimabat etc. fr. 115. §. 2. de V. O. 45. 1. cf. fr. 4. pr. de cond. ob turp. c. 12. 4. Idemque maxime Pegaso placuit, quae sententia aperte falsa est. Gai. III. 64. Et vera est Pegasi sententia, quam et Iulianus — secutus est. fr. 25. §. 7. de usufr. 7. 1. Cassio et Pegaso placet. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1.

Pegma. *Ornamentum exemtile parietum.* III. ***Cn.*** In emtione domus et specularia et pegmata cedere, sive in aedificio sunt posita, sive ad tempus detracta. fr. 12. §. 25. de instr. leg. 33. 7.

Peierare, s. **Periurare.** *Animo fallendi iurare, Periurium committere.* III. ***Cn.*** Si quis iuraverit, — et peieraverit. fr. 13. §. 6. de iureiur. 12. 2. Pupillus non videtur peierare, quia sciens fallere non videatur. fr. 26. pr. ib. 12. 2. Per Principis venerationem — peieratum [al. periuratum.] c. 2. de R. C. 4. 1. Si — post sententiam — convictus sit periurasse. Iul. ep. nov. c. 122. §. 527.

Peior. (Adiect. compar.) *Deterior, Vilior.* III. ***Cn.*** Peiorem domini causam facere. Paul. V. 12. §. 12. Negligentia possessorum peiora facta (praedia.) fr. 54. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Debitorum facta peiora nomina. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2.

Peiorare. *Deteriorare.* II. ***Op.*** Meliorem facere (statum suum.) Paul. II. 18. §. 1.

Pelagia. *Nomen mulieris.* III. ***Cn.*** Illustr. femina Pelagia. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. pr.

Pelagus. *Mare, Aequor.* III. ***Cn.*** Si pondere suo gravatam (sc. navem) pelagi unda submergat. Th. C. XIII. 9. c. 4. pr. de naufrag.

Pellere. *Expellere, Eiicere.* I. ***Sy.*** Expellere. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Pelli urbibus vicinis, proturbari

etc. Th. C. XVI. 5. c. 20. de haeret. cf. XIV. 9. c. 3. de stud. liber. urb. R. Conductores pellere (non solutis pensionibus.) fr. 10. §. 1. de publican. 39. 4. Si de possessione te pulsum animadvertit. Vatic. §. 312. Qui prohibuit quem venire in possessionem, sed etiam eum, qui [al. eum, a quo quis] possessione pulsus est, cum venisset in possessionem. fr. 1. §. 3. ne vis fiat ei. 43. 4.

Pellex. *Concubina.* I. **Sy.** Ea quae, cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat. fr. 144. de V.S. 50. 16. Concubina. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Pellex aram Iunonis ne tangito. Frr. LL. Numae Pomp. no. 8.

Pellicere. *Excantare, Carminibus avocare.* III. **Cn.** Neve alienam segetem pellexeris. L. XII Tabb. VIII. 8.

Pellicius. (Adiect.) *Ex pelle factus.* III. **Cn.** Tunicae et stragula pellicia [al. pellicea.] fr. 24. de auro arg. 34. 2.

Pellio. *Qui ex pellibus facit opera, (et tentoria militum.)* III. **Cn.** Stratores, et pelliones, [al. polliones,] et custodes armorum etc. fr. 6. de iure imm. 50. 6. Artifices artium, — fullones, figuli, plumbarii, pelliones. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Pellis. *Operimentum corporis animalium.* III. **Cn.** Pelles lanatae. Pelles caprinae et agninae. fr. 70. §. 8. de legat. III. (32.) fr. 25. §. 8. de auro arg. 34. 2. Pelles Babylonicae, pelles Parthicae. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. Pelles indutoriae. Paul. III. 6. §. 79. Pelles, quibus involvuntur vestimenta. fr. 5. §. 1. cf. fr. 7. pr. de supell. leg. 33. 10.

Peloponnesus. *Peninsula Graeciae.* III. **Cn.** Quinquies quaternos enixam Peloponnesi, [al. Peloponensi,] multas Aegypti uno utero septenos. fr. 3. si pars hered. 5. 4.

Pelvis. *Vas aquarium.* III. **Cn.** Delphicae, pelves, conchae, aquiminalia. Paul. III. 6. §. 56. Vasa argentea, — acetabula, trullae, pelves. fr. 19. §. 9. de auro arg. 34. 2.

Penates. *Numina tutelaria domus et familiae.* I. **Sy.** Domicilium. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §§. 2. sq. III. **Cn.** Larem igne, mero genium, penates nidore veneratus. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. In penatibus propriis, vel in quibuslibet locis (annum transigere.) Ib. VII. 18. c. 16. de desertor. Ad disponendas res suas, componendosque moestos penates (spatium tribui.) Ib. IX. 2. c. 3. de exh. v. transm.

Pendēre. **§. 1.** *Cohaerere, Coniunctum esse.* I. **Sy.** Qui cohaerent (fundo,) Stantes, Pendentes (fructus.) Paul. III. 6. §. 46. fr. 44. de R. V. 6. 1. fr. 27. pr. de usufr. 7. 1. fr. 26. §. 1. fr. 61. §. 8. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Decerpere, vel desecare, Separare, fructus pendentes. fr. 12. §. 5. de usufr. 7. 1. Fructus pendentes — percipere. Vatic. §. 15. Fructum olivae pendentis vendere. — Pendentem vindemiam emere. fr. 39. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 25. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Obnoxium, Subiectum, esse.* I. **Sy.** Proficisci, Venire, ex (lege etc.) Gai. IV. 110. fr. 36. de O. et A. 44. 7. fr. 5. pr. de V. O. 45. 1. II. **Op.** Vtrum frugi vitae (sc. sint,) qui alias sufficere sibi possint; an sequioris, qui de alimentis pendeant? fr. 8. §. 11. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere. fr. 32. pr. de hered. inst. 28. 5. Damnum, vel lucrum, pendens ex ea societate. fr. 38. pr. cf. fr. 12. pro soc. 17. 2. Illa ex iurisdictione pendens quaestio. fr. 88. de solut. 46. 3. Vt pendeat libertas ex conditione. fr. 16. §. 4. Qui et a quib. man. 40. 9. — **§. 3.** *Imminere, Adesse.* II. **Op.** Hoc de pendentibus sanxisse sufficiat; in futurum vero etc. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 4. — **§. 4.** *Haerere, Incertum, Non absolutum esse.* I. **Sy.** In suspenso esse. Gai. I. 129. Vlp. X. 4. fr. 9. §. 2. de lib. et posth. 28. 2. fr. 32. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Si pendeat, an etc. Pendente (die etc.) Interea, Interim. Cf. v. Interea, v. Interim. §. 1. Ante eventum (cognitionis.) Pendente (cognitione.) fr. 17. §. 2. de d. m. exc. 44. 4. II. **Op.** Indubitatum esse. fr. 3. §. 5. de Carb. edict. 37. 10. Valere, Locum habere. fr. 6. §. 4. de tutel. 26. 1. fr. 15. pr. de usurp. 41. 3. Pendens, — Exsistens (conditio.) Gai. III. 179. fr. 12. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 16. pr. de cond. indeb. 12. 6. III. **Cn.** Cum opera nonnulla aut coepta penderent, aut neglecta nutarent. Th. C. XV. 1. c. 29. de opp. pub. Litigatorem sub consultationis ambiguo iugi exspectatione pendere. Ib. XI. 30. c. 55. de app. et poen. In adhuc pendentibus, et iudiciali termino — necdum sopitis (casibus.) c. 22. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. Quoad usque adpellatio pendeat. Pendente causa adpellationis. fr. 21. §. 2. fr. 28. §. 2. de app. et relat. 49. 1. Mutui datio interim pendet, ut ex postfacto confirmetur. fr. 8. de R. C. 12. 1. Si legati conditio pendeat, licet possit deficere etc. fr. 14. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Si mortis tempore pependit, exstitit tamen antequam patrono deferatur B. P. fr. 3. §. 12. de bon. libert. 38. 2. Propter ius postliminii patria potestas interim pendebit. Vlp. X. 4. Gai. I. 135. Quod absurdum est, si in pendenti, ut alias, et in hac specie habeamus dominia. fr. 19. §. 5. de castr. pec. 49. 17. Inutilem esse stipulationem, quia non possit in pendenti esse stipulatio, nec adparere etc. fr. 21. de stipul. serv. 45. 2. In pendenti esse dominium eius, et numerationem pretii declaraturam, cuius sit. fr. 25. §. 1. de usufr. 7. 1. In pendenti esse, donec etc. s. quamdiu etc. fr. 80. de iure dot. 23. 3. fr. 106. de V. O. 45. 1.

Pendĕre. **§. 1.** *Trutinae examen sustinere.* III. **Cn.** Tritici modios C, qui singuli pondo C pendeant, heres dato. fr. 7. §. 1. de trit. vino. 33. 6. — **§. 2.** *Dependere, Praestare.* I. **Sy.** Solvere, Praestare (tributum, v. usuras.) fr. 10. §. 3. mand. 17. 1. fr. 24. de praescr. vv. 19. 5. fr. 37. de usur. 22. 1. III. **Cn.** Certam pecuniam sumere, et foenerare periculo suo, ita ut certas usuras domino penderet. fr. 6. §. 6. fr. 10. §. 3. mand. 17. 1. fr. 17. §. 8. de usur. 22. 1. Sumtus, — qui in eam (sc. societatem) pensi [al. impensi] sunt. fr. 52. §. 15. pro soc. 17. 2. Tributa pendere praedii. fr. 52. §. 2. de pact. 2. 14. Poenas pend. fr. 20. de O. et A. 44. 7. — **§. 3.** *Perpendere.* III. **Cn.** Minus penso [al. perpenso] consilio hoc fecit, forte minor XXV annis. fr. 3. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. (Cf. v. Pensus.)

Pene. Cf. v. Paene.

Penelopa, s. **Penelope.** *Icari filia, uxor Vlyssis.* III. ***Cn.*** Cum et Vlixem [al. Vlysses] — lectum — ornasse, quem Penelopa [al. Penelope] recognoscendi viri signum accepit. fr. 9. §. 1. de supell. leg. 33. 10.

Penes. (Praepos.) **§. 1.** *Apud.* I. ***Sy.*** In domo alicuius. Penes eum. c. 6. de don. A. N. 5. 3. Apud aliquem (deponi, v. esse.) fr. 5. §§. 2. 14. commod. 13. 6. fr. 29. pr. §. 1. depos. 16. 3. fr. 1. pr. §§. 1. sq. fr. 3. §§. 2. 4. sq. de tab. exhib. 43. 5. fr. 1. pr. de lib. exhib. 43. 30. Paul. II. 31. §§. 3. 5. III. ***Cn.*** Si hae (tabulae) penes te sunt, aut d. m. tuo factum est ut desinerent esse. fr. 1. pr. l. 43. 5. Si pecunia penes argentarios sit. fr. 15. §. 11. de re iud. 42. 1. Tutores qui negant habere, ad alendos pupillos, penes se aliquid. fr. 7. §. 8. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 2.** *Penes aliquem, i. e. in iure eius, ac potestate.* I. ***Sy.*** Apud (eum, sc. remanere.) Vlp. VI. 4. sq. fr. 1. §. 3. fr. 3. §. 5. de legit. tut. 26. 4. Penes aliquem esse, Possideri (quodammodo.) fr. 23. §. 2. de usurp. 41. 3. fr 15. §. 4. de precar. 43. 26. fr. 63. de V. S. 50. 16. cf. fr. 62. pr. de eviction. 21. 2. III. ***Cn.*** Coss. constituti, — penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est. fr. 2. §. 16. de O. I. 1. 2. Peculium, quod penes se habet, qui conventitur. fr. 32. pr. fr. 35. de pecul. 15. 1. Penes donatorem remanet (id, quod donatum est.) Paul. II. 23. §. 5.

Penetrabilis. (Adiect.) *Penetrans.* III. ***Cn.*** Hiemis intemperata ferocitas ubertatem terrarum penetrabili frigore sterilitatis laesione damnavit. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Penetrale. *Sanctuarium.* I. ***Sy.*** S. palatium. Penetralia regalis aulae. Th. C. XIII. 3. c. 12. c. 16. de medic. et prof. III. ***Cn.*** Aulae penetralibus inhaerentes. c. 3. de praep. S. cubic. 12. 5.

Penetrare. **§. 1.** *Intrare.* I. ***Sy.*** S. cubiculi ministeriis adhaerere. S. cubiculum penetrare. c. 4. l. l. 12. 5. — **§. 2.** *Pertingere.* I. ***Sy.*** Pervenire ad (animum.) fr. 1. §. 9. fr. 4. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1.

Penicillus, v. **Peniculus.** *Instrumentum pictorum inducendis coloribus.* III. ***Cn.*** Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria — debebuntur. Paul. III. 6. §. 63. Cerae, colores, — item peniculi, et cauteria, et conchae. fr. 17. pr. de instr. leg. 33. 7.

Penitus. (Advb.) **§. 1.** *In intimis partibus.* III. ***Cn.*** Quasi duxisse videatur; licet penitus prospicientibus [al. perspicientibus] non videtur iste duxisse. fr. 1. §. 21. de aqua quot. 43. 20. — **§. 2.** *Prorsus, Omnino.* III. ***Cn.*** Ita spado, — ut tam necessaria pars corporis et penitus absit. fr. 7. de Aedil. edict. 21. 1. Ita deletum, ut pen. legi non possit. fr. 1. si tab. testam. exst. 37. 2. Irrita, — et tamquam nec pen. scripta esse censemus. c. 10. de haeret. 1. 5. Si — alienum — sortiatur maritum, penitusve nupta non fuerit. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 8. Prohiberi, v. Tolli, pen. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 27. §. 1. de procur. 3. 3.

Pensare. **§. 1.** *Examinare, Aestimare.* III. ***Cn.*** Adgnitis partium adlegationibus atque pensatis. Th. C. XI. 30. c. 55. de app. et poen. Vt ex personis hominum dicta pensemus, et — censeamus. Ib. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Honoratorum fides lecta pensabit, mansurumque aliquid definiet. Ib. XIII. 5. c. 22. de navicul. — **§. 2.** *Compensare, Componere.* I. ***Sy.*** Compensare. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Nec enim interesse, solverit an pensaverit. fr. 4. Qui potior. 20. 4. cf. fr. 19. §. 3. de probat. 22. 3. Quod factum dupli damno, vel reliquorum eius solutione, pensatur. Fr. de I. F. §. 6. Creditum pensare cum pretio rei venditae. fr. 4. l. 20. 4. fr. 18. pr. de pign. act. 13. 7. Lucrum cum damno pens. fr. 11. de N. G. 3. 5. Inter se, s. Secum, pensare. fr. 17. pr. de nox. act. 9. 4. fr. 33. sol. matrim. 24. 3.

Pensatio. *Compensatio, Compositio.* I. ***Sy.*** Compensatio. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Pensatione ultro citroque condemnationis facta. fr. 52. §. 2. fam. ercisc. 10. 2. Paria delicta mutua pensatione dissolvuntur. fr. 39. sol. matrim. 24. 3. Quae ratio — tacitam admittit pensationem. fr. 67. §. 3. de legat. II. (31.) Posse salvum habere iure pensationis. fr. 18. §. 4. commod. 13. 6.

Pensio. **§. 1.** *Quantitas certae pecuniae, suo die solvendae.* III. ***Cn.*** Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, — licet non fuerit adiectum „aequis pensionibus." fr. 3. pr. §§. 1. sqq. de ann. legat. 33. 1. Prima, — trima (pensio.) fr. 3. §. 13. de statulib. 40. 7. Antequam omnium pensionum dies veniret, (non posse me pignus vendere.) fr. 8. §. 3. de pign. act. 13. 7. cf. fr. 40. de R. C. 12. 1. Vnum esse fideicommissum, certis pensionibus divisum. fr. 26. §. 2. Qu. dies legat. 36. 2. cf. fr. 47. pr. ad L. Falc. 35. 2. Vna stipulatio est plurium pensionum. fr. 58. pr. de fideiuss. 46. 1. Quidquid in fundo nascitur, vel quidquid inde percipitur, — pensiones quoque iam antea locatorum agrorum. fr. 59. §. 1. cf. fr. 58. pr. de usufr. 7. 1. fr. 39. §. 1. de legat. I. (30.) Vecturae navium, — pensiones insularum. fr. 55. de cond. indeb. 12. 6. fr. 27. §. 1. fr. 29. de hered. pet. 5. 3. Sub pensionis locatione retineri. Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Augmenta pensionum facere. Graviorem pensionem imponere. Ib. VII. 7. c. 1. sq. de pascuis. Non solutis vectigalium pensionibus, (pellere conductores.) fr. 10. §. 1. de publican. 39. 4. cf. Gai. III. 145. — **§. 2.** *Modus erogationis cuiuscunque rei.* III. ***Cn.*** Postulare pensiones aquae molarum. Th. C. XIV. 15. c. 4. pr. de can. frum. urb. R.

Pensitare. *Dependere, Solvere.* I. ***Sy.*** Pendere, Expendere. Th. C. XI. 1. c. 1. c. 3. c. 6. sq. de ann. et trib. XI. 16. c. 8. de extr. s. sord. Exsolvere, Persolvere. Ib. XI. 1. c. 7. XI. 16. c. 8. Pensitanda (fiscalia.) Tituli pensitandi. Functiones publicae. Ib. XI. 16. c. 8. XI. 24. c. 6. §§. 1. 3. 5. sqq. de patroc. vic. XVI. 2. c. 15. §. 2. de episc. eccl. III. ***Cn.*** Quae (sc. praemia) pro coronis athletis pensitanda sunt. c. 5. Qu. res pign. 8. 17.

Pensitatio. *Depensio, Pensio.* I. ***Sy.*** Collatio, Praestatio (publica, s. fiscalis.) Th. C. XI. 3. c. 3. sine censu v. reliqu. XI. 7. c. 4. c. 12. de exaction. XIII. 1. c. 4. sqq. de lustr. coll. III. ***Cn.*** In vendi-

tione super annua pensitatione [al. pensatione] pro aquaeductu — nihil commemoratum est. fr. 41. de A. E. V. 19. 1. Onera (s. Obsequia,) ac pensitationes publicae. Th. C. XI. 3. c. 2. cf. XI. 16. c. 6. de extr. s. sord. Causae pensitationum debitorumque fiscalium. Ib. XI. 36. c. 12. Quor. app. n. rec. Cf. XI. 7. c. 12. de exaction. Praeter solemnes et canonicas pensitationes, (multa — postulari.) Ib. VIII. 10. c. 2. de concuss. In canonem cadere, et anniversaria debere pensitatione persolvi. c. 1. de collat. donat. 10. 28.

Pensus. (Partic.) **§. 1.** *Depensus, Expensus.* Cf. v. Pendĕre. §. 2. — **§. 2.** *Perpensus.* (cf. v. Pendĕre. §. 3.) III. ***Cn.*** Ratum pensumque nihil habere, nisi etc. Fr. At. Capitouis I. Cti. Ap. Gell. XIII. 12. Pensius facit esse iudicium, et firmius constituto robur est etc. Nov. Val. III. de postul. II. 37. c. 1. pr.

Pentapolis. *Regio Cyrenaicae, ad mare Libycum.* III. ***Cn.*** Comes Phoeniceseos, — Arabiae et Thebaidis, Libyae, Pentapoleos etc. c. 10. de div. offic. 12. 60.

Pentaprotia. Cf. v. Prototypia.

Pentasphaerum. *Genus herbae exoticae pretiosioris.* III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: cinnamomum, piper, — folium pentasphaerum, folium barbaricum etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Penuarius. (Adiect.) *Ad penum pertinens.* III. ***Cn.*** Vasa penuaria. — Vel si qua alia sunt, quae horrei penuarii, vel cellae penuariae instruendae gratia habentur. fr. 3. §. 11. cf. §. 8. de penu leg. 33. 9.

Penula. *Vestis, quae supra tunicam induitur.* II. ***Op.*** Interior vestis. Th. C. XIV. 10. c. 1. §. 1. de habitu quo uti op. III. ***Cn.*** Familiarica sunt (sc. vestimenta,) — sicuti saga, tunicae, penulae etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 25. de praescr. vv. 19. 5.

Penuria. *Defectus.* I. ***Sy.*** Si ea persona desit. Penuria eius. fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 11. §. 2. de mun. et hon. 50. 4.

Penus, s. **Penum.** *Copia rerum, quae ad victum hominis quotidianum repositae sunt.* I. ***Sy.*** Quae ad quotidianum usum habemus. Quae esui potuique sunt. fr. 1. §. 6. fr. 4. §. 2. naut. caup. 4. 9. fr. 3. pr. fr. 5. pr. de penu leg. 33. 9. Fr. Sex. Aelii I. Cti. Ap. Gell. IV. 1. III. ***Cn.*** Vrbana penus et supellex. fr. 12. de supell. leg. 33. 10. Esculenta, — Potulenta penus. fr. 3. §§. 2. sq. de penu leg. 33. 9. Cum alii penum, alii vinum legatum esset. fr. 2. pr. de trit. vino. 33. 6. Vxori suae in annos singulos penoris aliquod (dare iubere.) fr. 1. de penu leg. 33. 9.

Pepuzitae. Cf. v. Phryges.

Per. (Praepos.) **§. 1.** *Trans.* III. ***Cn.*** Per mare in eas (sc. provincias) venire. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Per domum — ad hortum — aditus fuit. fr. 41. pr. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Intra.* I. ***Sy.*** Tempore (messium etc.) Per id temporis, cum (messes etc.) fr. 1. pr. §. 2. de feriis. 2. 12. II. ***Op.*** Per totam (noctem.) — Nulla parte (noctis.) fr. 3. §. 3. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 166. §. 1. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Retinere per (hoc tempus.) Gai. IV. 167. Observatum per (annos plurimos.) fr. 35. de LL. 1. 3. Relictum per (singulos annos, v. menses, v. dies.) fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. Idque per VII gradus fit. Vlp. XXVIII. 11. — **§. 2. A.** *In.* III. ***Cn.*** Qui degunt per (dioecesin.) Th. C. VI. 4. c. 4. de Praet. et Qu. Per id tempus, quo quis moritur. Coll. LL. M. XVI. 2. Per turbam seditionemve (damnum alicui dare.) Paul. V. 3. §. 1. Convenire per publicum. Th. C. XVI. 5. c. 56. cf. c. 51. de haeret. Idque pondus sive ipsum per se habet, seu in aliis quibuscunque speciebus. Ib. XIV. 3. c. 9. de pistor. — **§. 3.** *Iuxta.* I. ***Sy.*** Secundum, Per [al. Super] parietem communem. fr. 13. pr. de S. P. V. 8. 2. — **§. 3. A.** *Coram, Apud.* I. ***Sy.*** Auctoritate (populi etc.) Per (populum etc. sc. adoptare.) Gai. I. 99. sqq. 105. 107. Vlp. VIII. 2. sq. II. ***Op.*** Per iudicem. — Sine ullo iudice. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 4.** *Interveniente* (aliqua re, v. persona.) *Beneficio eius.* I. ***Sy.*** Ex (pacto.) fr. 6. fr. 17. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. Causa (calumniae.) Per (calumniam.) fr. 15. fr. 18. sq. de h. qu. not. infam. 3. 2. Lege, Per legem (constitui.) Gai. IV. 19. II. ***Op.*** Ipse, — Per alium (heres exsistere.) Id. II. 245. cf. 188. Suo nomine, — Per cognitorem (agere.) Id. IV. 96. sq. 124. Suis manibus, — Per alium (deiicere.) fr. 1. §. 12. de vi et vi arm. 43. 16. Corpore et animo, neque per se animo, aut per se corpore. fr. 3. §. 1. de A. et A. P. 41. 2. III. ***Cn.*** Sit aliquis iurisperitus, per quem possit etc. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. cf. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Maluit per se huic rei consuli. fr. 1. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Nec — absens, nec per alium (eiusmodi solemnitatem peragere posse.) fr. 25. §. 1. de adopt. 1. 7. Si per me meosque mores quid steterit, quominus etc. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. Cavere, — neque per se, neque per heredem suum futurum, quominus etc. fr. 21. §§. 2. sq. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 2. §. 5. fr. 49. fr. 50. pr. de V. O. 45. 1. cf. fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1. Non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate etc. habemus, (adquiri nobis.) Gai. II. 86. sq. 95. Vlp. XIX. 18. Agere, s. Petere, per (formulam, v. sponsionem.) Gai. IV. 91. 93. 95. Vlp. XXV. 12. Agi, s. Geri, per (aes et libram.) Gai. II. 102. sq. III. 173. Prodesse, — Repellere, v. Perimi, per (exceptionem.) fr. 40. §. 3. de pact. 2. 14. Gai. II. 76. 78. IV. 117. 123. Per donationem facta (successio.) fr. 17. §. 5. l. l. 2. 14. Per iniuriam, v. vim (facere, v. tradere.) fr. 3. §. 1. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Per errorem (dare, v. deferre.) Gai. III. 91. Fr. de I. F. §. 2. — **§. 5.** *Propter.* I. ***Sy.*** Propter, Ideo. fr. 2. §. 4. fr. 4. §§. 1. 3. si qu. caut. 2. 11. Ob. Vatic. §§. 141. sq. 149. III. ***Cn.*** Si quis posthumos, quos per aetatem aut valetudinem habere forte non potest, (heredes instituit.) fr. 9. pr. de lib. et posth. 28. 2. Non invenire advocatum per (potentiam adversarii.) fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Non licere per quascunque occasiones (uxores suas dimittere.) Th. C. III. 16. c. 1. pr. de repud. Carere per hoc, quia etc. Coll. LL. M. XVI. 7. In servitute hostium fuisse, ac per hoc (non stetisse.) fr. 4. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. Supplicio adficiendus per (immanitatem facinoris.) fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Tria sunt, per quae (inferior locus superiori servit.) fr. 2. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Peti non posse per

(aliquam exceptionem.) Vatic. §. 266. Facere per (imperitiam, vel rusticitatem etc.) fr. 7. §. 4. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. — **§. 6.** *Secundum.* III. **Cn.** Quod amplius ceperit, quam per L. Falcidiam ei licuerit. fr. 31. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Si velint, per eam legem adire Praetorem. Gai. I. 29. Per legem, v. edictum, posse, v. permitti. Id. II. 274. III. 27. sq. IV. 124. fr. 9. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Per constitutiones Principales posse (ius ignorare.) fr. 9. §. 1. de iur. et fact. ign. 22. 6. Iurare per (genium Principis.) fr. 13. §. 6. de iureiur. 12. 2. Per rerum naturam (posse.) Paul. IV. 11. §. 8. fr. 186. de R. I. 50. 17. Septeni per hominem scripuli largitionibus inferantur ab aurilegulis. Th. C. X. 19. c. 12. de metall. — **§. 6. A.** *Circa.* III. **Cn.** Per omnia et in omnibus (haberi.) fr. 2. §. 3. de iure codic. 29. 7. cf. Gai. II. 147. Per omnia (in integrum restitui.) Paul. IV. 8. §. 24. Pati iniuriam — per nosmetipsos, — per liberos nostros. Gai. III. 221. — **§. 7.** *Perquam, Nimis.* I. **Sy.** Perquam (absurdum, v. durum etc.) fr. 4. §. 6. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. fr. 2. §. 1. de cust. et exhib. 48. 3. c. 8. Qui pet. tut. 5. 32. III. **Cn.** Sed haec interpretatio perdura, pernimium severa est. fr. 2. §. 1. l. 48. 3. Cum perabsurdum, perque temerarium sit etc. c. 2. de praepos. agent. in reb. 12. 21.

Peraequare. *Ex aequo imponere* (singulis terris, ex earum modo et qualitate, sc. tributa.) III. **Cn.** Quae vel donata, vel peraequata, aut relevata est, (ab ipsa possessione — conferantur.) Th. C. XI. 20. c. 5. §. 1. de collat. donat. Peraequato omni patrimonio, (nihil de desertis postea conqueratur.) Ib. XIII. 11. c. 14. de censitor.

Peraequatio. **§. 1.** *Actus et munus peraequandi.* III. **Cn.** Nulla eis inspectio, nulla ingeratur peraequatio, — nulla discussio. Nov. Th. II. de postul. I. 10. c. 1. §. 4. cf. Th. C. VI. 10. c. 1. de primicer. et notar. — **§. 2.** *Formula peraequandi.* III. **Cn.** Nulli subacta peraequationi vel censui subiaceant (opera colonorum.) Ib. V. 4. c. 3. de bon. milit. cf. V. 14. c. 4. (Wck.) Relevationis, vel peraequationis beneficium (consequi.) Ib. XI. 20. c. 5. §. 1. de collat. donat. Cum fuerint traditi codices, et completa peraequatio. Ib. XIII. 11. c. 4. de censitor. Deserta praedia — sub peraequationis [al. superaequationis] iure percipere. c. 15. de omni agro des. 11. 58.

Peraequator. *Qui peraequationis munere fungitur.* III. **Cn.** Censitor, vel peraequator. Th. C. VI. 3. c. 2. de praed. Senat. cf. XIII. 10. c. 8. de censu s. adscr. Inspector, seu peraequator. Ib. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Peraequatores ac discussores. Ib. XIII. 11. c. 7. c. 10. sq. de censitor. Censuum modus, quem — peraequator adposuerit. Ib. c. 2. l. l.

Peraeque. (Advb.) *Aeque omnino.* III. **Cn.** Apud omnes peraeque (gentes.) Gai. I. 1. 52. Peraeque relatum est et traditum. fr. 22. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 3. pr. de iniur. 47. 10. Quod peraeque observandum esse censemus in etc. Th. C. XI. 2. c. 3. tribut. in ips. spec.

Peraestimare. *Aestimare.* III. **Cn.** Quodsi forte aliquis peraestimaverit [al. existimaverit] perpetrandum. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 4. de curios. Cf. Iust. C. c. 2. eod. 12. 23.

Peragere. **§. 1.** *Agitare, Celebrare, Expedire.* I. **Sy.** Agere (per aes et libram.) Gai. II. 102. Contrahere (emtionem.) fr. 1. §. 2. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Qui prior vindicaverat, — interrogabat etc. — ille respondebat: „Ius peregi.“ Gai. IV. 16. Solemnia mortis peragant. fr. 44. de manum. testam. 40. 4. Qui peragendis signandisque responsis — obsecundant. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. cf. Iust. C. c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1. — **§. 2.** *Exsequi* (actionem, v. accusationem.) I. **Sy.** Finire (iudicia.) fr. 3. §. 1. fr 9. de feriis. 2. 12. Perferre. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Accusare, Agere coepisse. fr. 22. §§. 2. sq. de inoff. testam. 5. 2. fr. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Destitisse videtur, qui intra praefinitum — tempus reum suum non peregit. fr. 6. §. 2. fr. 15. pr. ad S.C. Turp. 48. 16. cf. fr. 2. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Lis apud iudicem suo ordine peragenda. fr. 30. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 57. pr. de procur. 3. 3. Causam peregi, et victus sum. fr. 22. §§. 2. sq. de inoff. testam. 5. 2. Transactione, vel actione peracta seu peremta (finem accipere.) c. 35. de transact. 2. 4. — **§. 3.** *Consummare, Finire.* I. **Sy.** Implere, Complere. Cf. v. Implere. §. 2. III. **Cn.** Qui sibi manus intulit, nec factum peregit. fr. 38. §. 12. de R. M. 49. 16. Tempus, quo iter ex commodo peragere potuisset. fr. 4. de vac. et excus. 50. 5. cf. fr. 3. pr. de V. S. 50. 16. Nec — statim peractum est negotium, sed ad iudicem recuperatoresve itur. Gai. IV. 141. Si hoc ante peractum testamentum scriptum sit. fr. 12. de hered. inst. 28. 5. fr. 12. de h. qu. ut indign. 34. 9.

Peragrare. *Percurrere, Perlustrare.* III. **Cn.** Vniversa loca — peragrari patietur. Th. C. XIII. 11. c. 14. c. 16. de censitor.

Percellere. *Adfligere, Vexare.* III. **Cn.** Iactura litis et damnorum — solutione percelli. c. 18. §. 9. de R. M. 12. 36. Si quem huiusmodi lis iurgiumque perculerit. Th. C. VI. 27. c. 16. pr. de agent. in reb. Officio — multa continuo percellendo, si etc. Ib. VII. 4. c. 32. de erog. mil. ann. Vel impunitate donare (sc. crimen,) aut molliore — poena percellere. Ib. IX. 10. c. 4. §. 1. ad L. Iul. de vi pub. Quos perculsis graviori sorte contulimus. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 4.

Perceptio. **§. 1.** *Ius percipiendi, v. adquirendi.* III. **Cn.** Sui iuris persecutionem, aut spem futurae perceptionis (deteriorem constituere.) fr. 46. de pact. 2. 14. Non fundum, sed fructus perceptionem (donare.) fr. 9. §. 1. de donat. 39. 5. cf. fr. 66. de iure dot. 23. 3. Vt perceptio usufr. ad publicum incipiat pertinere. fr. 27. §. 11. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 2.** *Actus capiendi, aut colligendi.* III. **Cn.** Perceptionem fructus accipere debemus, non si perfecti [al. perfecte] collecti, sed etiam coepti ita percipi, ut etc. fr. 78. de R. V. 6. 1. Perceptione fructus suos facere. fr. 25. §§. 1. sq. de usur. 22. 1. Nullas iam esse (sc. actiones,) cum suum perceperit, et perceptione omnes liberati sunt. fr. 36. de fideiuss.

46. 1. cf. fr. 15. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. Vt magis eos perceptio, quam intentio liberet. fr. 32. pr. de pecul. 15. 1. — **§. 3.** *Res ipsa dependenda et percipienda.* I. **Sy.** Annonae et capitum. Th. C. VII. 4. c. 13. c. 17. de erog. mil. ann. III. **Cn.** Domus nostrae perceptiones. Ib. XIV. 4. c. 10. §. 5. de suar.

Percipere. **§. 1.** *Adprehendere, Occupare.* I. **Sy.** Adprehendere, Comprehendere (fugitivum.) fr. 1. §§. 3. 8. fr. 4. de fugitiv. 11. 4. III. **Cn.** Quidam — servulum, cum pilam percipere [al. recipere, v. praecipere] conaretur, impulit etc. fr. 52. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Colligere, Redigere.* I. **Sy.** Adprehendere, Colligere, Capere (fructus.) Paul. I. 13.B. §§. 8. sq. fr. 78. de R. V. 6. 1. fr. 12. §. 5. de usufr. 7. 1. II. **Op.** Qui solo cohaerent, dependentes, — Percepti (fructus.) Paul. III. 6. §. 46. Terra separare (fructus.) fr. 12. §. 5. l. 7. 1. fr. 13. Qu. mod. ususf. 7. 4. fr. 25. §. 1. de usur. 22. 1. Semen, ex quo oriuntur, — Corpus, ex quo percipiuntur (fructus.) fr. 25. §. 1. l. III. **Cn.** Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipitur. fr. 59. §. 1. cf. fr. 9. pr. de usufr. 7. 1. Maturis fructibus, nondum tamen perceptis. fr. 8. de ann. legat. 33. 1. Non si perfecti [al. perfecte] collecti, sed etiam coepti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint. fr. 78. de R. V. 6. 1. Quod (sc. aedificium) ad fructum percipiendum necessarium sit. fr. 13. §. 6. de usufr. 7. 1. Fructus, quos iure suo percipiebat. fr. 58. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. Fr., quos interea percepit. Gai. IV. 167. fr. 48. pr. de A. R. D. 41. 1. — **§. 3.** *Capere, Lucrari.* I. **Sy.** Capere, Accipere. Cf. v. Capere. §§. 3. 4. Recipere. fr. 63. de R. V. 6. 1. fr. 18. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Consequi. fr. 17. §. 3. de adopt. 1. 7. fr. 32. pr. §. 1. de pign. act. 13. 7. III. **Cn.** Et legatum velle percipere, et libertatem servo non dare. fr. 41. de bon. libert. 38. 2. Minus percipere, quam dignum erit eum consequi. fr. 17. §. 3. l. 1. 7. Vt, quod plus dodrante percepit, restituat. Paul. III. 8. §. 2. Percepta pecunia, et in corpus proprii patrimonii versa. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.) Cum suum perceperit, et perceptione omnes liberati sunt. fr. 36. de fideiuss. 46. 1. Qui (sc. fructus) culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumti sunt. §. 2. I. de off. iud. 4. 17. Fructus, qui percipi honeste potuerunt. fr. 33. de R. V. 6. 1. Cf. fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. Pensiones percipere. Pretia fructuum perc. fr. 1. §. 15. de dote prael. 33. 4. fr. 18. pr. de h. qu. ut indign. 34. 9. Vsuras eius summae percipere, — et post — sortem ipsam. fr. 26. §. 1. Qu. dies leg. 36. 2. — **§. 4.** *Intelligere, Cognoscere.* I. **Sy.** Intelligere. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Rectores conveniri, — ut percepta notatione [al. praecepta, v. perspecta, notione] cognoscant etc. Th. C. XVI. 8. c. 12. de Iud.

Percludere. Cf. v. Praecludere.

Percontari. *Explorare, Perquirere.* III. **Cn.** Ad — percontandas et examinandas rationes, et dispungendas atque excutiendas (factum.) fr. 6. §. 7. de statulib. 40. 7.

Perculsus. Cf. v. Percellere.

Percurrere. *Permeare, Emetiri.* I. **Sy.** Decurrere. c. 13. §. 9. de iudic. 3. 1. c. 12. §. 2. de R. C. 4. 1. III. **Cn.** Percurrendae eius (sc. militiae,) et legitimis stipendiis terminandae (remittimus facultatem.) Th. C. XVI. 8. c. 24. de Iud.

Percussor. *Sicarius.* III. **Cn.** Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quaestio est, ut caedis mandator inveniri possit. Paul. III. 5. §. 12. Percussorem ad se venientem gladio repellere. c. 3. ad L. Corn. de sic. 9. 16.

Percutere. **§. 1.** *Ferire, Caedere.* I. **Sy.** Ferire, Pulsare. fr. 52. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2 fr. 3. §§. 1. 3. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Deinde aere percutit libram, idque aes dat — quasi pretii loco. Gai. I. 119. II. 104. III. 174. Quoniam non sua sponte, sed percussae (retro redissent, sc. mulae.) fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Cum quis pugno pulsatus, aut fuste percussus, vel etiam verberatus erit. Gai. III. 220. 222. IV. 60. Coll. LL. M. II. 6. fr. 1. §. 17. de S.C. Silan. 29. 5. Si se telo fures defendunt, — nec quemquam percusserint. Coll. LL. M. VII. 4. Si gladium strinxerit, et in eo percusserit. — Sed si clavi percussus sit etc. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sic. 48. 8. Si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimaverit. fr. 11. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Coll. LL. M. I. 8. c. 1. ad L. Corn. de sic. 9. 16. — **§. 2.** *Cudere.* I. **Sy.** Signare (pecuniam.) L. Gall. Cis-Alp. I. 54. fr. 19. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. III. **Cn.** Materia forma publica percussa. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. — **§. 3.** *Icere, Iungere.* III. **Cn.** Foedus, quod cum Romanis percussit. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. — **§. 4.** *Percellere, Adfligere.* III. **Cn.** Quam (sc. vindictam) maritali dolore percussus deposcis. c. 15. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Perdere. **§. 1.** *Evertere, Destruere, Absumere.* I. **Sy.** Consumere. Cf. h. v. §. 1. Tueri non posse (rem familiarem.) fr. 15. de ann. leg. 33. 1. III. **Cn.** Melius, — ut otiosorum sit ista sedulitas, quam ipsas quoque perdat urbes tristis abductio rusticorum. Th. C. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat. Alios nefaria institutione perd. Ib. XVI. 5. c. 5. de haeret. Pretium acceptum vel perdidisse, vel consumsisse, vel donasse. fr. 23. pr. cf. fr. 25. §. 11. de hered. pet. 5. 3. fr. 61. de adm. et peric. 26. 7. Si tunc dederit, cum eum perditurum non ignoraret; sicuti facit in ea pecunia, quae ei consumturo creditur. fr. 24. §. 4. de minor. 4. 4. fr. 12. §. 11. mand. 17. 1. fr. 73. §. 1. de iure dot. 23. 3. fr. 22. §. 1. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Amittere, Privari.* I. **Sy.** Amittere. Cf. h. v. §. 1. Auferri. fr. 22. §§. 2. sq. de inoff. testam. 5. 2. II. **Op.** Retinere (ius.) Gai. III. 27. III. **Cn.** Si id, quod possidemus, ita perdiderimus, ut ignoremus ubi sit. fr. 25. de A. v. A. P. 41. 2. Si naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alio simili casu rationes perdidisse probet. fr. 6. §. 9. fr. 7. pr. de edend. 2. 13. Furti actione is agere potest, cuius interest rem non perdidisse. Paul. II. 31. §. 4. Periculum subire hereditatis perdendae. fr. 3. de cond. furt. 13. 1. Statim et civitatem et libertatem perdere. fr. 29. de poen. 48. 19. Tecum mihi agere licet, aut rem perdere. fr. 27. pr. de S. P. V. 8. 2. Bene quidem deberi intendere,

sed aliquo modo litem perdere culpa sua. fr. 19. si servit. 8. 5. fr. 9. §. 6. ad exhib. 10. 4. Gai. IV. 30. 60. 123. Quae (sc. regula) — perdit officium suum. fr. 1. de R. I. 50. 17.

Perditus. (Partic.) **§. 1.** *Amissus.* I. **Sy.** Deperditus. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Perdita, — Conservata, Salva (navis.) Paul. II. 7. §§. 2. sqq. Alienatorum vindicatio. — Perditarum redintegratio facultatum. Nov. Severi, de abrog. capit. V. 1. c. 1. §. 1. III. **Cn.** Perdito marito, — alteri festinare nubere. Th. C. III. 8. c. 1. de sec. nupt. — **§. 2.** *Improbus, Impius.* I. **Sy.** Tantorum scelerum machinatores, Perditi. Ib. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. VII. 19. c. 1. §. 2. de Saturian. II. **Op.** Lapsi et errantes. — Perditi. Ib. XVI. 7. c. 4. de apostat.

Perdocere. *Docere.* I. **Sy.** Edocere, Probare. Cf. v. Edocere. §. 2. III. **Cn.** In iudicio — perdocere. Th. C. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. Quae primitus statuta perdocentur. Ib. XIV. 1. c. 2. de decur. urb. R.

Perducere. **§. 1.** *Ducere, Educere.* I. **Sy.** Secum ducere. Gai. III. 196. III. **Cn.** Nondum in eum locum perducti, in quo operari habent. fr. 10. §. 1. de poen. 48. 19. Ad Praetorem, s. magistratum, — Ad Imperatorem, perd. aliquem. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. fr. 4. ubi pup. 27. 2. fr. 7. pr. de reb. dub. 34. 5. In iudicio Praesidis perductus. Iul. ep. nov. c. 21. §. 70. (Cf. v. Producere.) — **§. 2.** *Producere, Deducere, Redigere.* I. **Sy.** Deducere (rem in iudicium.) fr. 31. de iudic. 5. 1. Pervenire, Perduci (ad libertatem etc.) Paul. IV. 12. §§. 1. sqq. III. **Cn.** Maturius in familiam sponsi perducere voluit (filiam.) fr. 11. §. 3. Qu. falso tut. 27. 6. Quem quis ex servitute ad civitatem R. perduxit. fr. 3. §. 1. de suis et legit. 38. 16. Paul. II. 21. A. §. 7. Ad iustam libertatem perduci posse. Id. IV. 12. §. 3. fr. 32. de d. m. 4. 3. Conditio, quae ad libertatem perducit. fr. 35. de cond. et dem. 35. 1. Servos — libertos perducere. fr. 25. §. 2. de oper. libert. 38. 1. Servos — neque in eum casum facto suo usufructuarius perducere potest, quo etc. Paul. III. 6. §. 23. Ratio eo perduxit, ut etc. Coll. LL. M. IV. 11. Quod plerique et ad legata — perduxerunt. fr. 24. l. l. 35. 1. Eo res perducta est, ut etc. Gai. IV. 30. Ad exitum perducitur res. Ib. IV. 162. 165. Ad effectum perduci. — Ad nihilum perd. fr. 3. de alim. legat. 34. 1. fr. 55. de O. et A. 44. 7. Ad egestatem perducere (liberos suos.) Paul. III. 4. A. §. 7. — **§. 3.** *Adducere.* III. **Cn.** Per quod eo perducimur, ut etc. fr. 34. pr. de auro arg. 34. 2. — **§. 4.** *Reducere.* III. **Cn.** Nisi animalia perducta fuerint. Th. C. VIII. 5. c. 53. de cursu pub. — **§. 5.** *Inducere, Cancellare.* III. **Cn.** Si aliquid interleverit, perduxerit, adiecerit, emendaverit. fr. 20. §. 1. de milit. testam. 29. 1. cf. fr. 1. pr. de h. qu. in testam. 28. 4.

Perduellio. **§. 1.** *Crimen eorum, qui hostili adversus patriam animo grassati sunt.* III. **Cn.** Qui perduellionis reus est, hostili animo adversus remp. vel Principem animatus. fr. 11. ad L. Iul. mai. 48. 4. Non solent lugeri — hostes, vel perduellionis damnati, nec suspendiosi etc. fr. 11. §. 3. de h. qu. not. infam. 3. 2. Post crimen perduellionis contractum, v. illatum. — Post defuncti memoriam damnatam. fr. 31. §. 4. de donat. 39. 5. cf. fr. 76. §. 9. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Invasio hostilis.* III. **Cn.** Depulsis perduellionibus (sit haec prima reparatio etc.) Th. C. XI. 31. c. 7. de repar. app.

Perduellis. *Hostis publicus.* I. **Sy.** Hostis. Cf. h. v. §. 2.

Perdurare. *Durare, Manere.* I. **Sy.** Demorari, Durare. Cf. v. Demorari. §. 1. III. **Cn.** Indubitatum atque intactum faciat perdurare. Th. C. XIV. 4. c. 6. de suar. Vitia — a maioribus contracta perdurant. c. 11. de A. et R. P. 7. 32.

Pereger. *Peregrinus.* III. **Cn.** Decedere, vel pereger fieri. Vlp. XVII. 1.

Peregre. (Advb.) *Extra patriam.* II. **Op.** Eodem loci, sive alio, sive peregre. fr. 7. §. 13. ex qu. c. in poss. 42. 4. c. 5. de emanc. 8. 49. In patriam reverti. — Peregre obire. fr. 34. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Si in fuga sit, vel peregre. fr. 21. §. 3. de nox. act. 9. 4. Qui de statu suo incertus est, — quod patre peregre mortuo ignorat se sui iuris esse. Vlp. XX. 11. Argentum utendum — rogare, et id peregre secum ferre. Gai. III. 196. Per. proficisci, v. esse, a. agere. fr. 38. §. 1. de oper. libert. 38. 1. fr. 9. §. 4. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 50. fam. erciac. 10. 2. fr. 23. §. 4. de hered. inst. 28. 5. Per. muneribus fungi. fr. 5. §. 3. de iure immun. 50. 6. Peregre nati [al. Peregrinati.] §. 12. I. de hered. inst. 2. 14.

Peregrinari. *Peregre abesse.* I. **Sy.** Evagari. Cf. h. v. Absens, Qui peregrinatur. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. III. **Cn.** Peregr. longinquo itinere. fr. 4. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Cum maritis reip. c. absentibus peregrinatae (mulieres.) c. 1. de uxor. milit. 2. 52. Furiosi, aut infantes, et peregrinantes. Paul. IV. 8. §. 5. Si solus naviget, si solus peregrinetur. fr. 29. §. 1. pro soc. 17. 2. Quodsi rediit, peregrinari iam destitit. c. 7. de incol. 10. 39.

Peregrinatio. **§. 1.** *Absentia extra domicilium.* III. **Cn.** Quae (sc. donatio) impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli. Paul. II. 23. §. 1. Valetudo, vel mortes parentium, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quae ex necessitate fiunt. fr. 17. de sponsal. 23. 1. c. 2. de repud. 5. 17. cf. Paul. II. 15. §. 1. fr. 8. §. 3. fr. 9. sq. fr. 17. pr. §. 2. fr. 18. sqq. de procur. 3. 3. Quas (sc. impensas) impendit tam in profectione, quam in peregrinatione sua. Iul. ep. nov. c. 47. §. 182. — **§. 2.** *Legatio.* III. **Cn.** Peregrinationem suscipere, eaque ad sacras aures deferre, quae etc. Onus peregrinationis. Th. C. XII. 12. c. 9. de legat. et decr. cf. XII. 1. c. 189. de decurion.

Peregrinitas. *Conditio peregrinorum.* III. **Cn.** Si per poenam deportationis ad peregrinitatem redactus sit. fr. 10. §. 6. de in ius voc. 2. 4.

Peregrinus. **§. 1.** *Exter, Barbarus.* III. **Cn.** Si Imperator noster Principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget. Gai. III. 94. Apud peregrinos non similiter, ut apud nos etc. Id. I. 193. cf. 197. II. 40. Secundum leges moresque peregrinorum. Id. I. 92. III. 120. Vlp. XX. 14. — **§. 2.** *Qui imperio P. R. paret, tametsi nec civitate nec*

latinitate gaudeat. III. **Cn.** Qui proprios populos propriasque civitates habebant, et erant peregrinorum numero. Gai. I. 79. Cives rom., vel etiam Latinae, peregrinaeve cum quibus connubium habeant. Id. I. 56. sq. 66. sqq. Vlp. V. 4. cf. Coll. LL. M. IV. 5. Cives R., et Latini coloniarii, Latinique Iuniani, iique peregrini quibus commercium datum est. Vlp. XIX. 4. Peregrini dediticii. Gai. I. 13. sq. Cui nullo modo legari possit, velut peregrino, cum quo testamenti factio non sit. Id. II. 218. cf. III. 134. 179. Nec adiecit, cuius conditionis hominem, ut et ad servum et peregrinum pertinere haec lex videatur. Coll. LL. M. I. 3. cf. Gai. I. 47. Praetor, qui peregrinus adpellatus est, ab eo quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. fr. 2. §. 28. de O. I. 1. 2. Fr. L. Servil. c. 2. Gai. I. 6. IV. 31. Qui ex peregrino et cive romana peregrinus nascitur. Vlp. V. 8. cf. Gai. I. 78. 92. Civis R. — factus peregrinus, mox ad civitatem R. pervenit. fr. 6. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Gai. I. 90. Vlp. X. 3. — **§. 3.** *Extra patriam urbem, aut provinciam, constitutus.* II. **Op.** Vrbica, s. Vrbana, — Peregrina (negotia etc.) fr. 51. de adm. et peric. 26. 7. fr. 12. de supell. leg. 33. 10. Civis provinciae. — Peregrinus. Th. C. I. 12. c. 1. de adsessor. III. **Cn.** Evitatis provinciae suae finibus, — peregrinos expetere commeatus. Ib. XII. 1. c. 161. de decurion. — **§. 4.** *Contrarius, Alienus.* I. **Sy.** Inimicus (naturae etc.) Ib. IX. 16. c. 5. sq. de malefic. III. **Cn.** Placet maculam subire infamiae, et peregrinos [al. alienos] a rom. legibus fieri. Ib. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Cf. Iust. C. c. 1. eod. 5. 27.

Peremtorius. (Adiect.) *Definitivus, Perimens dilationem.* I. **Sy.** Quod perimat disceptationem, Peremtorium (edictum.) fr. 68. fr. 70. sq. de iudic. 5. 1. Per quam omnimodo submoveris, Peremtoria (exceptio.) Gai. IV. 117. cf. 121. II. **Op.** Dilatorius, Moratorius. Cf. h. vv. III. **Cn.** Perpetuae atque peremtoriae exceptiones. fr. 3. de excc. 44. 1. Contumax est, qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgo peremtorium adpellatur, litteris evocatus etc. fr. 53. §. 1. fr. 54. pr. fr. 59. §. 3. de re iud. 42. 1. cf. fr. 68. sqq. fr. 73. §. 1. de iudic. 5. 1.

Perendinus. *Tertius.* III. **Cn.** Diem tertium, sive perendinum. Valer. Prob. de not. R. v. D. T. S. P. Id. litt. sing. in action. v. I. D. T. S. P.

Perennis. (Adiect.) **§. 1.** *Perpetuus.* I. **Sy.** Quod semper fluit, Perenne (flumen.) fr. 1. §. 2. de flumin. 43. 12. III. **Cn.** Quae (sc. aquae,) etsi perennes sunt, duci tamen non possunt, utputa putcales etc. fr. 1. §. 6. cf. §. 5. de aqua quot. 43. 20. Perennibus inuretur iudex notis, si etc. Th. C. XI. 30. c. 9. de app. et poen. — **§. 2.** *Aeternus, Divinus.* III. **Cn.** Perennis memoriae, s. recordationis, (pater noster.) Ib. VIII. 4. c. 6. pr. de cohortal. XVI. 5. c. 5. de haeret. Sanctiones perennes. Ib. VI. 26. c. 3. de prox. com. disp.

Perennitas. **§. 1.** *Perpetuitas.* III. **Cn.** Ad posteros usque perennitatis iure fundare decrevimus. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. pr. — **§. 2.** *Titulus honorarius Principis.* I. **Sy.** Serenitas, Maiestas. Ib. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §§. 1. 3. Th. C. IX. 19. c. 3. ad L. Corn. de fals. III. **Cn.** Si qui iudices — suum potius nomen, quam nostrae perennitatis, scripserint. Ib. XV. 1. c. 31. pr. de opp. pub. Statutum, v. Indultum, v. Responsum, nostrae perennitatis. Ib. II. 4. c. 4. de denunc. v. edit. rescr. X. 20. c. 10. pr. de murileg. XIII. 5. c. 12. de navicul.

Perenniter. (Advb.) *Perpetuo.* III. **Cn.** Quiete post labores suos per. perfruantur. Ib. VII. 20. c. 2. pr. de veteran.

Perfecte. (Advb.) *Absolute, Plene.* III. **Cn.** Perfecte meum facere (hominem.) fr. 38. §. 3. de solut. 46. 3. fr. 139. §. 1. de R. I. 50. 17. Constitutum, sed non perfectissime cautum. c. 28. de usur. 4. 32.

Perfectio. *Consummatio.* I. **Sy.** Ad perfectum perduci. Ad perfectionem pervenire. Perfici. Th. C. XV. 1. c. 31. §. 1. c. 36. de opp. pub.

Perfectissimatus. (Subst.) *Dignitas perfectissimorum.* III. **Cn.** Cum a palatinis mitterentur obsequiis, a primis quibusque gradibus usque ad perfectissimatus ordinem etc. Th. C. VI. 35. c. 7. de priv. cor. qu. in S. pal. Honore perfectissimatus in palatio nostro potientur, etiam maiorem gradum dignitatis postmodum adepturi. Ib. VIII. 1. c. 10. de numerar. Perfectissimatus, vel ducenae, vel centenae, vel egregiatus (dignitas.) Ib. VIII. 4. c. 3. de cohortal. X. 20. c. 1. de murileg.

Perfectissimi. *Qui in ordine dignitatum post Clarissimos constituti erant.* III. **Cn.** Eminentissimorum, nec non etiam perfectissimorum virorum, usque ad pronepotes, liberi. c. 11. de quaestion. 9. 41. Senatorum, et Comitum, perfectissimorumque (munera et obsequia.) Th. C. XIII. 3. c. 2. de medic. et prof. cf. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Sive perfectissimi sunt, sive inter egregiorum ordinem locumque constiterint. Ib. VI. 22. c. 1. de honor. codic. Qui neque ex administrationibus sunt, et tamen ut perfectissimi delitescunt. Ib. c. 1. l.

Perfectus. (Subst.) *Perfectio.* I. **Sy.** Perfectio. Cf. h. v. III. **Cn.** Caetera autem omnia — in se recepit quinquagesimus totius consummationis perfectus [al. perfectio.] c. 2. §. 8. de vet. iure enucl. 1. 17.

Perfectus. (Partic.) **§. 1.** *Consummatus, Absolutus.* I. **Sy.** Consummatus. Cf. h. v. II. **Op.** Imperfectus. Paul. V. 4. §. 14. fr. 9. §§. 3. sq. Qu. met. c. 4. 2. Pupillus, vel minor. — Vir perfectae aetatis. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3. III. **Cn.** Res perfecta, et consummata iniuria, non çoepta. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. Plena perfectaque adolescentia. Th. C. II. 17. c. 1. §. 3. de h. qu. ven. aet. Minor XXV annis — ex adspectu corporis falso probavit perfectam aetatem. fr. 32. pr. de minor. 4. 4. Feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, (in tutela esse.) Gai. I. 144. Septimo mense nasci perfectum partum. fr. 12. de statu hom. 1. 5. — **§. 2.** *Validus, Effectu munitus.* II. **Op.** Imperfectus, Nullus. fr. 35. de mil. testam. 29. 1. fr. 35. §§. 1. 5. sq. de contr. emt. 18. 1. fr. 8. pr. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. III. **Cn.** Iure perfectus (contractus.) — Nullo iure perfectum (testamentum.) c. 3. c. 5. de resc. vend. 4. 44.

fr. 29. pr. Qu. test. fac. p. 28. 1. Minus quam perfecta lex. Vlp. I. 2.

Perferre. §. 1. *Deferre, Adferre.* I. **Sy.** Deferre. fr. 20. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. Transferre. fr. 4. §. 5. fr. 5. de edendo. 2. 13. Nunciare. Th. C. VIII. 11. c. 2. sq. ne qu. pub. laet. III. **Cn.** Perferendum, perducendumve (eo loci, ubi actum sit.) fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. In aliis civitatibus subreptas res in alias civitates — destinat fur perferre. Gai. III. 184. 198. Impensa perferendi corporis in aliam regionem. fr. 112. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Quibus custodiendum, perferendumve dederis. fr. 20. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. Si quis pecuniam, vel aliam quamdam rem, ad me perferendam acceperit. fr. 6. §. 2. de N. G. 3. 5. Rumore perlato, quasi etc. fr. 92. de hered. inst. 28. 5. — §. 2. *Inferre, Conferre.* III. **Cn.** Titio C do lego, quae mihi pertulit. fr. 27. de probat. 22. 3. Sit — officium conscium, quid exactum, quidve perlatum esse videatur. Th. C. XI. 7. c. 14. de exaction. — §. 3. *Peragere, Exsequi.* I. **Sy.** Peragere, Perorare (causam.) fr. 16. §. 1. fr. 22. de inoff. testam. 5. 2. fr. 14. §. 8. de bon. libert. 38. 2. Perficere. Cf. h. v. §. 1. Damnare (apud iudices.) Nov. Maior. de episc. iud. IV. 9. c. 1. III. **Cn.** Divisis tribunalibus actionem inofficiosi — perf. fr. 76. pr. de legat. II. (31.) Certa perferendae accusationis tempora. c. 7. de h. qu. acc. n. p. 9. 1. cf. fr. 11. ad S.C. Turp. 48. 16. Praescriptione motus ab excusatione perferenda. fr. 1. pr. de opp. pub. 50. 10. — §. 4. *Excipere, Tolerare.* III. **Cn.** Competentia evectionum subsidia perf. Th. C. VIII. 5. c. 20. pr. de cursu pub. Sacramenta militiae impigro labore perf. Ib. VII. 1. c. 6. pr. de R. M. Poenas perf. Ib. IX. 16. c. 6. de malef.

Perficere. §. 1. *Absolvere, Consummare.* I. **Sy.** Adimplere. Cf. h. v. §. 2. Consummare. Cf. h. v. §. 2. Perferre (accusationem, s. crimen.) fr. 14. §§. 8. 11. de bon. libert. 38. 2. Facere (monumentum.) fr. 6. de cond. inst. 28. 7. II. **Op.** Coepisse, Inchoare. Cf. h. vv. Imperfectum esse. — Perfici. Cf. v. Imperfectus. Perficere (donationem.) — Nihil agere. Vatic. §§. 259. 262. sqq. Quamdiu legationis causa hic demorantur. — Si perfecta legatione subsistant. fr. 2. §. 4. de iudic. 5. 1. III. **Cn.** Cum instituisset (testamentum aliud facere,) neque perficere potuisset. fr. 22. de adim. legat. 34. 4. Coeptum opus — perficere promissor cogetur. fr. 3. pr. cf. fr. 1. §. 5. fr. 8. de pollic. 50. 12. Vt consilio suo coeptam litem perficiant. fr. 5. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. Non debes mecum agere, — nondum enim perfecisti mandatum. fr. 45. §. 1. mand. 17. 1. Ex utriusque consensu perficitur stipulatio. fr. 137. §. 1. de V. O. 45. 1. cf. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Quorum utramque viam — perfecimus. Prooem. Inst. §. 1. Nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest. fr. 34. ad munic. 50. 1. — §. 2. *Efficere.* III. **Cn.** Illud plane conventione — perfici non potest, ut etc. fr. 58. de pact. 2. 14. Sed et haec lex non perfecit, quod voluit. Gai. II. 225. Nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscunque perficiat. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud.

Perfide. (Advb.) *Contra fidem bonam.* III. **Cn.** Non tam invito domino contrectare eam videntur, quam perf. agere. fr. 55. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. fr. 4. §. 13. de d. m. exc. 44. 4.

Perfidia. §. 1. *Laesio promissionis, vel officii.* III. **Cn.** Neque perfidiae, neque periurii (me auctorem tibi futurum.) c. 1. si adv. vend. 2. 28. Cum exstante necessitate deponat, crescit perfidiae crimen. fr. 1. §. 4. depos. 16. 3. cf. Th. C. III. 5. c. 4. de sponsal. Adparitorum prava admodum venalisque perfidia. Ib. IX. 40. c. 14. de poen. — §. 2. *Defectio a fide Christianorum.* II. **Op.** Fides catholica. — Crimen perfidiae. Ib. XVI. 5. c. 6. §. 1. c. 12. de haeret. III. **Cn.** Omnes haereses, omnesque perfidiae, omnia schismata etc. Ib. c. 63. l. l.

Perfidus. (Adiect.) *Fidei christianae inimicus.* III. **Cn.** Perfida mens et nequissima secta (Eunomianorum.) Ib. c. 25. §. 1. cf. c. 15. l. l.

Perfixus. Cf. v. Praefigere.

Perfluere. *Fluere per locum.* III. **Cn.** Si aqua per rivum sua sponte perfluxit. fr. 12. Quemad. servit. 8. 6.

Perfocare. *Effocare.* III. **Cn.** Qui partum perfocat, [al. praefocat,] — et is qui abiicit etc. (sc. necare videtur.) fr. 4. de agnosc. et alend. 25. 3.

Perfodere. *Perforare, Rumpere.* III. **Cn.** Interruptis formae lateribus atque perfossis. Th. C. XV. 2. c. 9. de aquaed. (cf. v. Perfundere.)

Perforare. *Pertundere.* III. **Cn.** Qui effracto perforatoque pariete (pecuniam abstulerat.) fr. 1. §. 2. de effractor. 47. 18. cf. fr. 11. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Perforare (margaritas extricatas,) ut pertusis in linea uteretur. fr. 27. §. 30. ad L. Aqu. 9. 2. Vt in summa marginis — perforatae (sc. tabulae) triplici lino constringantur. Paul. V. 25. §. 6.

Perfringere. *Vi irrumpere.* III. **Cn.** Fines perturbare, seu castra perfr. habitantium. Nov. Marcian. nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. §. 7.

Perfrui. *Pleno iure frui.* I. **Sy.** Potiri, Frui. Th. C. VI. 27. c. 20. sq. de agent. in reb. XII. 1. c. 5. c. 187. de decurion. III. **Cn.** Vt inquilino liceat habitare, vel colono ut perfrui liceat ad certum tempus. fr. 13. §. 30. de A. E. V. 19. 1. fr. 8. locat. 19. 2. Parto semel honore et privilegiis perfruantur. Th. C. XII. 1. c. 187. l. Stationes — non aliis vendere, sed ipsos potissimum his administratiunculis perfrui iubemus. Ib. VIII. 4. c. 10. de cohortal. Vt integra beneficia eorum sub saeculi nostri otio et pace perfruantur. Ib. VII. 20. c. 2. §. 1. de veteran. cf. VI. 4. c. 10. de Praet. et Qu.

Perfuga. §. 1. *Qui fuga se recepit in certum locum.* I. **Sy.** Confuga. Cf. h. v. — §. 2. *Transfuga.* I. **Sy.** Transfuga. Fr. Aelii Galli, I.Cti. Ap. Festum h. v.

Perfugere. *Transfugere.* III. **Cn.** Qui exercitum deseruit, vel privatus ad hostes perfugit. fr. 2. ad L. Iul. mai. 48. 4.

Perfugium. §. 1. *Actus confugiendi.* III. **Cn.** Vt tam foeda perfugia prohibeantur. Th. C. XII. 1. c. 50. §. 2. de decurion. — §. 2. *Praesidium, Auxilium.* I. **Sy.** Suffugium, Adminiculum. Ib. XI.

30. c. 30. c. 39. de app. et poen. XI. 36. c. 14. Quor. app. n. rec.

Perfunctorie. (Advb.) [Cf. v. Defunctorie, v. Perfusorie.] *Oscitanter, Remisse.* III. *Cn.* Apud Rectorem Pr. — adleget (sc. causas,) non perf. a iudice, sed verissime requirendas. Th. C. XII. 3. c. 2. pr. de praed. et manc. curial. cf. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R.

Perfunctorius. (Adiect.) *Negligens, Minus accuratus.* III. *Cn.* Neque per calumniam, neque perfunctoria examinatione quaeri. Nov. Val. III. de postul. II. 11. c. 1. §. 1.

Perfundere. §. 1. *Conspergere.* III. *Cn.* Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obliniverit. Paul. V. 4. §. 13. — §. 2. *Suffundere.* III. *Cn.* Forma calcei cervicem percussit, ut oculus puero perfunderetur [al. perfoderetur, v. effunderetur.] fr. 5. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2.

Perfungi. *Fungi, Defungi.* I. *Sy.* Fungi (magistratibus.) Th. C. VI. 4. c. 10. sq. de Praet. et Qu. Peragere. Ib. XII. 6. c. 7. de susceptor. Implere. Cf. h. v. §. 3. III. *Cn.* Officio, quod susceperit, perfungi. fr. 3. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. Heres perfunctus omnibus hereditariis muneribus. fr. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. Susceptionis munus perfungantur. Th. C. XII. 6. c. 7. 1.

Perfusorie. (Advb.) *Minus clare, vel expresse.* III. *Cn.* Neque perfusorie [al. perfunctorie,] aut obscure dicere, — neque tam arctare etc. fr. 5. §. 1. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 69. §. 5. de eviction. 21. 2.

Pergamena. *Membrana.* III. *Cn.* Eius est scriptura, cuius chartae aut pergamena fuerint. Epit. inst. Gaii. II. 1. §. 4.

Pergere. §. 1. *Vadere, Contendere.* III. *Cn.* Ad locum poenae sub prosecutione pergentes (sc. rei.) Th. C. IX. 40. c. 16. §. 1. de poen. Si adversarius ex loco — subterfugiat, pergat (adpellator etc.) Ib. XI. 31. c. 5. de repar. app. — §. 1. A. *Progredi.* III. *Cn.* Pergere, aut transire (ad officium Praefectorum.) Ib. I. 16. c. 1. (Wck.) de off. Rect. Pr. — §. 2. *Continuare.* III. *Cn.* Si, ante eventum cognitionis, pergant petere. fr. 17. §. 2. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 94. pr. de solut. 46. 3. — §. 3. *Pertingere.* III. *Cn.* Precaria (sc. possessio,) iusta quidem, sed quae non pergat ad iudicii vigorem. fr. 7. §. 4. comm. div. 10. 3.

Pergula. *Pars aedificii extra parietem prominens.* III. *Cn.* Tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinam conduxit, ibique distraxit. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. cf. Th. C. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. Cum pictor in pergula — tabulam expositam habuisset, eaque excidisset. fr. 5. §. 12. de h. qu. effud. 9. 3.

Perhibere. §. 1. *Exhibere, Praebere.* I. *Sy.* Dicere, Ferre (testimonia.) Cf. v. Dicere. §. 1. III. *Cn.* Ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium mihi perhibetote [al. praebitote.] Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. Paul. III. 4. A. §. 4. Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum, pecuniam acceperit, dederit. Id. V. 25. §. 2. — §. 2. *Tradere, Referre.* I. *Sy.* Dici, Perhiberi. Id. III. 5. §§. 1. sq. 4. 6. III. *Cn.* Si vacantia — bona delata legibus ad aerarium — perhibeantur. Th. C. X. 8. c. 5. pr. de bon. vac. Quam (sc. sanctionem) dudum meruisse perhibemini. Ib. XVI. 2. c. 8. de episc. eccl.

Perhorrescere. *Extimescere, Metuere.* I. *Sy.* Pertimescere. Th. C. XII. 19. c. 1. c. 3. de h. qu. cond. propr. III. *Cn.* Cum alicuius potentiam perhorrescant. Ib. I. 19. c. 2. §. 1. (Wck.) de off. iud. omn. Mortem minime perhorrescat. Coll. LL. M. I. 9. Nullam calumniam perhorrescat (successio.) Th. C. XII. 19. c. 1. 1.

Perichyte. *Luctationis et ludi genus.* III. *Cn.* Ordinet — ludos: Monobolon, — perichyten, et hippicen. c. 3. de aleator. 3. 43.

Periclitari. §. 1. *Discrimen subire, In periculo versari.* III. *Cn.* Periculosa est actio, — propter sponsionem, qua periclitatur reus, si temere neget. Gai. IV. 13. cf. 55. Ne de statu suo periclitentur, antequam se tueri possint. fr. 3. §. 5. de Carb. edict. 37. 10. cf. fr. 21. pr. Qu. met. c. 4. 2. Potuit enim non periclitari, si statim restituisset. fr. 41. §. 1. de re iud. 42. 1. Ne liberalitate sua inops fieri periclitetur. fr. 50. ib. 42. 1. — §. 2. *Valetudinis, aut mortis discrimen sustinere.* II. *Op.* Sani. — Periclitantes. Th. C. XIII. 3. c. 8. §. 1. de medic. et prof. III. *Cn.* Se unum oculum amisisse, et in altero periclitari. Vatic. §. 239. Periclitantium furor (nullam obtineat in iudiciis auctoritatem.) Th. C. IX. 1. c. 12. de accus.

Periculose. (Advb.) *Non sine periculo.* III. *Cn.* Si quid in his partibus aedium per. positum esset. fr. 5. §. 7. de h. qu. deiec. 9. 3. Periculose heredem facturum, si etc. fr. 8. de trit. vino. 33. 6.

Periculosus. (Adiect.) *Cum periculo coniunctus, Anceps.* I. *Sy.* Periculum intervenire, s. esse. Periculosum esse. Gai. IV. 13. 55. sqq. 68. II. *Op.* Licere. Ib. IV. 56. III. *Cn.* Res est fragilis (sc. quaestio,) et periculosa, et quae veritatem fallat. fr. 1. §. 23. de quaestion. 48. 18. Cum res — celeritatem desiderat, et periculosa dilatio — videtur. fr. 1. de damn. inf. 39. 2. Si in loco periculoso — tonsori se quis commiserit. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Si periculosam rem — facere solitus est. fr. 54. pr. de A. E. V. 19. 1. Eos subire — potius, quam cuique periculosam esse fidem suam. fr. 1. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. Omnis definitio — periculosa est. fr. 202. de R. I. 50. 17.

Periculum. §. 1. *Experimentum.* III. *Cn.* Sub oculis ac periculis conditionalium, (flammae edacis examine etc.) Th. C. XII. 7. c. 3. de ponderat. — §. 2. *Discrimen qualecunque.* III. *Cn.* Instantis, vel futuri, periculi causa mentis trepidatio. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. Incidente infirmitate, vel necessaria profectione, vel rei suae familiaris periculo. fr. 18. pr. de iudic. 5. 1. Milites — discedere signis sine periculo non possunt. fr. 45. ex qu. c. mai. 4. 6. Cum infamiae periculo (urgeri.) Coll. LL. M. X. 6. Periculo interdicti — depelli non posse. Vatic. §. 93. Modo sine periculo res ad exitum perducitur, modo cum periculo. Gai. IV. 162. cf. 57. 68. 98. 165. Si iusta causa

fuerit, — veluti si periculum erat, ne etc. fr. 13. de N. G. 3. 5. Quaesitum est, peric. enim esse videbatur, ne etc. fr. 56. de usufr. 7. 1. — **§. 2. A.** *Vitae discrimen. Mors instans.* I. **Sy.** Capitis periculum. Summum supplicium. fr. 28. pr. §. 1. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Nullo praesentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis. fr. 2. cf. fr. 6. fr. 35. §. 4. de m. c. don. 39. 6. Qui peregre muneribus — cum periculo et labore funguntur. fr. 5. §. 3. de iure immun. 50. 6. Quae (sc. operae) quandoque honeste, et sine periculo vitae, praestantur. fr. 16. pr. fr. 38. pr. de oper. libert. 38. 1. Delictum decipientis in periculo homines. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. Periculum corporis (inferre.) c. 2. de R. C. 4. 1. — **§. 3.** *Damnum patrimonii metuendum.* I. **Sy.** Damnum. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Fide et periculo meo (des ei.) fr. 24. de fideiuss. 46. 1. cf. fr. 12. §. 13. mand. 17. 1. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 7.) Const. Valent. ad constitutionar. (ib. p. 8.) Non solum arbitrio, sed etiam periculo tuo, (praestare.) Periculo et impendiis actoris (perferri.) fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 12. §. 1. depos. 16. 3. Non tantum is, cuius in bonis res est, sed etiam cuius periculo est. fr. 18. pr. de damn. inf. 39. 2. Si quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelae ad eum pertineat. fr. 60. pr. de R. N. 23. 2. fr. 28. de tut. et rat. 26. 5. Communi periculo dare. fr. 21. §. 1. commod. 13. 6. Periculi societatem excipere. fr. 38. pr. de adm. et peric. 26. 7. Mutuo cessationis periculo — teneri. Vatic. §. 228. cf. §. 155. Patris periculum agitur. fr. 27. pr. de minor. 4. 4. Suo periculo nominare (magistratus.) fr. 17. §. 15. ad munic. 50. 1. fr. 14. §. 4. de de mun. et hon. 50. 4. c. 1. sq. de peric. nomin. 11. 33. Periculum, quod culpa contigit. fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. fr. 39. §. 12. de adm. et peric. 26. 7. Negligentiae tutorum periculo nominum adscripto. fr. 39. §. 14. cf. pr. l. l. 26. 7. Nec periculum huiusmodi nominum ad eum, qui sine culpa solvit, pertinebit. fr. 3. de cond. indeb. 12. 6. Quodsi dolo fecit, iam quidem periculum ipsius est. fr. 14. §. 3. de furt. 47. 2. Ad cuius periculum pertinet. fr. 9. §. 4. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Convenire, — non periculo suo se facere. fr. 27. §. 29. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 3. A.** *Casus metuendus, eiusque praestatio.* I. **Sy.** Casus, Damnum. fr. 58. §. 6. ad S. C. Treb. 36. 1. Vatic. §§. 16. sq. II. **Op.** Dolus. Culpa. — Periculum (omne.) Ib. §. 101. fr. 5. §§. 2. 10. fr. 10. §. 1. commod. 13. 6. fr. 17. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. Custodia. fr. 14. pr. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Periculum vis maioris, vel effracturae latronum. Coll. LL. M. X. 9. cf. fr. 1. §. 3. cf. §. 1. depos. 16. 3. Vt tali intervallo et publicae aedes a periculo vindicentur. Th. C. XV. 1. c. 46. de opp. pub. Periculum eorum, quae sine culpa mea perierunt, (praestare.) fr. 13. de N. G. 3. 5. Vt ex causa depositi omne periculum praestet. fr. 7. §. 15. de pact. 2. 14. Si venditor se periculo subiecit. fr. 1. pr. de peric. et comm. 18. 6. — **§. 3. B.** *Custodiae praestatio* (ratione praesertim periculi, quod a furibus et latronibus metuitur.) I. **Sy.** Custodia. fr. 1. §. 1. l. l. 18. 6. fr. 14. §. 17. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Furti agere eos quorum istae res periculo fuerunt. fr. 47. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. fr. 14. §§. 16. sq. l. l. 47. 2. Qui recipiendo periculum custodiae subiit. fr. 1. §. 4. furti adv. naut. 47. 5. cf. fr. 3. pr. naut. caup. 4. 9. fr. 5. §. 14. commod. 13. 6. fr. 40. locat. 19. 2. Corpora, — quorum periculum ad heredem pertinet. fr. 19. pr. de hered. pet. 5. 3. — **§. 4.** *Exemplum scripturae. Libellus.* I. **Sy.** Scriptum, Libellus. Th. C. IV. 17. c. 1. sq. c. 4. de sent. ex peric. III. **Cn.** Contra eos — hoc nostri statuti periculum sancientes. Ib. XI. 7. c. 10. de exaction.

Perimere, s. **Peremere.** **§. 1.** *Tollere, Adimere, Exstinguere.* I. **Sy.** Commutare. Cf. h. v. §. 2. Corrumpere. Cf. h. v. §. 6. Consumere. Cf. h. v. §. 3. Exstinguere, Tollere (obligationem, v. actionem.) fr. 66. §§. 1. sq. de legat. II. (31.) fr. 44. §§. 3. 6. de O. et A. 44. 7. Interire, Amitti, Evanescere, Perimi. Cf. v. Amittere. §§. 1. sq. v. Evanescere, v. Interire. II. **Op.** Confirmare (donationem.) fr. 20. de don. int. V. 24. 1. Manere (in integro.) — Perimi. Gai. IV. 58. fr. 1. §. 2. de in rem vers. 15. 3. fr. 22. pr. rat. rem hab. 46. 8. III. **Cn.** Omnes praecedentes obligationes novat et peremit [al. perimit.] fr. 4. de transact. 2. 15. Non peremere [al. perimere,] vel minuere (fideicommissum.) fr. 64. de legat. III. (32.) Non peremit legatum, sed extenuat. fr. 11. de adim. legat. 34. 4. Actione peracta, seu peremta, (finem accipere.) c. 35. de transact. 2. 4. Licet arbiter sententiam iurgio peremto non dixerit. fr. 57. fam. ercisc. 10. 2. Constitit, alteram (sc. obligationem) ab altera perimi. fr. 13. de duob. reis. 45. 2. fr. 5. de fideiuss. 46. 1. Vt, cum alterutra actione rem servaverim, altera perimatur. fr. 35. §. 1. locat. 19. 2. Exceptionem voluntatis perseverantia doli replicatione perimit. Vatic. §. 294. Eligendi facultatem non esse poena peremtam. fr. 77. §. 4. de legat. II. (31.) Vt perimatur communio, non ut augeatur difficultas communionis. fr. 8. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Putant, peremto primo gradu, testamentum ab eo gradu exordium capere, unde etc. fr. 3. §. 6. de lib. et posth. 28. 2. Legitimo iure (capitis deminutione) peremto, evenit ut etc. Gai. III. 51. cf. 21. — **§. 2.** *Absumere, Interimere.* I. **Sy.** Interficere, Supplicio adficere. Th. C. IX. 42. c. 9. §§. 1. 3. de bon. proscr. Perire, Perimi. fr. 6. de naut. foen. 22. 2. III. **Cn.** Scissa, et collisa, — peremta atque deteriora facta. Gai. III. 217. Si ea (sc. navis) naufragio peremta est. fr. 36. §. 1. de R. V. 6. 1. Veneno, v. Clandestinis insidiis (perimi.) c. 9. de h. qu. ut indign. 6. 35. Facultates peremti (fisco vindicari.) Th. C. XVI. 10. c. 4. de pagan.

Perinde. (Advb.) *Aeque, Similiter.* I. **Sy.** Proinde (ac si.) Gai. I. 136. sq. 148. II. 35. 41. 195. Vlp. XIX. 14. Quasi. Perinde atque. Gai. IV. 17. fr. 6. fr. 10. sq. de adopt. 1. 7. III. **Cn.** Perinde omnia iura serventur, ac si etc. fr. 1. pr. de adsign. libert. 38. 4. fr. 44. pr. de damn. inf. 39. 2. Non perinde omnes provincias probe gerere poterat. fr. 2. §. 11. cf. §. 9. de O. I. 1. 2. Feminae ex L. XII Tabb. perinde ius habent atque masculi. Vlp. XXIX. 5. Per. utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset. Gai. II. 197. Vlp. XXIV. 11. a. Cavetur Pegasiano S. C. — perindeque ei et in eum — actiones dentur, ac iuris

est ex S.C. Trebelliano. Gai. II. 258. Eaque actio per. periculosa erat, atque hoc tempore periculosa est actio etc. Ib. IV. 13. Claudiano S.C. — perinde habebitur, ac si etc. Vlp. XVI. 3. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. Per. esse ait, quasi si etc. fr. 51. pr. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 8. de feriis. 2. 12.

Periniquus. (Adiect.) *Valde iniquus.* III. ***Cn.*** Periniquum et temerarium esse. c. 7. de iurisd. 3. 13. Longe maiore ac periniquo pretio (aestimari.) Th. C. VIII. 5. c. 60. de cursu pub.

Perire. **§. 1.** *Interire, Absumi.* I. ***Sy.*** Amitti. Cf. v. Amittere. §. 1. Perimi. Cf. v. Perimere. §. 2. Subripi. fr. 1. §. 3. furti adv. naut. 47. 5. III. ***Cn.*** Verbo „perisse" et scissum et fractum contineri, et vi raptum. fr. 9. de V.S. 50. 16. Peritura collegerint, an, quae servari possint, flagitiose invaserint. fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. Quae (sc. impensae) si factae non sint, res aut peritura aut deterior futura sit. fr. 79. pr. de V.S. 50. 16. Si quid — in rem eius pervenit, nec periit per aetatis imbecillitatem. fr. 7. §. 5. de minor. 4. 4. Si res tempore periturae sunt, aut actionis dies exiturus est. fr. 3. pr. cf. fr. 1. §. 2. de feriis. 2. 12. Si — haec perierint vi ignis, aut alia maiore. fr. 17. §. 4. de praescr. vv. 19. 5. Si — servo tuo referendum dedisti, et sine d. m. et culpa tua perierit. fr. 20. §. 2. ib. 19. 5. fr. 15. §. 5. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 2.** *Mori.* I. ***Sy.*** Obire. Cf. h. v. §. 2. Mori. Cf. h. v. §. 1. Decedere, Defungi. fr. 26. pr. de pact. dot. 23. 4. fr. 17. §. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. III. ***Cn.*** Qui hominem occiderint, — falsum testimonium dixerint, quo quis periret, mortisve causam praestiterint. Paul. V. 23. §. 1. Si ex eo homo perierit, vel fuerit laesus. Ib. I. 15. §. 2. V. 23. §. 14. Coll. LL. M. XII. 7. Alicuius ictu, — Ex alio vulnere (perire.) fr. 11. §§. 2. sq. ad L. Aqu. 9. 2. Ne pascatur (pecus,) et ut fame periret. fr. 2. §. 20. vi bon. rapt. 47. 8. Servilibus suppliciis periturus. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 14. — **§. 3.** *Tolli, Effectu privari.* I. ***Sy.*** Exspirare, Mori (litem, s. iudicium.) Gai. IV. 104. fr. 18. §. 4. de d. m. 4. 3. Intercidere (operas,) fr. 20. §. 1. fr. 34. de oper. libert. 38. 1. Cessare (ius adcresc.) Vatic. §§. 83. 85. II. ***Op.*** Competere. fr. 65. §§. 1. sqq. de legat. II. (31.) Manere. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Si defecerit conditio, ex neutra causa agi posse, eo modo rem perire. Gai. III. 179. fr. 91. de solut. 46. 3. Debita pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt. Gai. III. 85. cf. II. 35. Vlp. XIX. 14. Perit privilegium dotis et tutelae. fr. 29. de novat. 46. 2. Dolo cuius effectum est, ut lis — pereat. fr. 18. §. 4. de d. m. 4. 3. fr. 3. pr. de legat. III. (32.) Actio de usufr. iisdem modis perit, quibus ipse ususfr. Vatic. §. 46.

Perisseuma. Cf. v. Parapeteuma.

Perissochoregia. *Supererogatio.* III. ***Cn.*** Perissochoregiae nomen penitus amputetur, et tesserae designentur. c. 2. de frum. Alex. 11. 27.

Perite. (Advb.) *Cum peritia.* III. ***Cn.*** Si minus aliquid legitime, minusve perite fecero, pro iure legitimo haberi debet. fr. 38. §. 17. de legat. II. (31.)

Peritia. **§. 1.** *Habilitas, Experientia.* III. ***Cn.*** Arte eius, vel peritia, uti. fr. 27. §. 2. de usufr. 7. 1. Monumenta fierent opera et peritia Asiani. fr. 52. §. 7. pro soc. 17. 2. Conficiendi naves incognitam ante peritiam (barbaris tradiderunt.) Th. C. IX. 40. c. 24. de poen. Probitas morum et peritia artis. fr. 1. de decr. ab ord. 50. 9. cf. fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. — **§. 2.** *Vsus, Observatio.* III. ***Cn.*** Ius, cuius peritia feras etiam censeri videmus. fr. 1. §§. 3. sq. de I. et I. 1. 1.

Peritus. (Adiect.) **§. 1.** *Expertus, Doctus.* II. ***Op.*** Indoctus. fr. 19. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Stultus. fr. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. ***Cn.*** Minus peritus discernendarum materiarum. fr. 11. pr. de contr. emt. 18. 1. — **§. 2.** *Prudens iuris.* III. ***Cn.*** Iurisperitus. Cf. h. v. Ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2. Sic peritiores tradiderunt. fr. 1. §. 32. de aqua quot. 43. 20. A peritioribus dubitatum aliquando. fr. 17. pr. de iure patr. 37. 14.

Periurare. Cf. v. Peierare.

Periurium. *Iuramentum falsum.* III. ***Cn.*** Quodsi — iuraveris, et absolutus sis, postea periurium fuerit adprobatum. fr. 21. sq. de d. m. 4. 3. Qui falsa in testimonio protulerit, primum quidem de periurio, deinde falsi crimine convenitur. c. 13. de testib. 4. 20. Sub alieni compendii emolumento, etiam periurium anceps subire. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3.

Perlator. *Nuncius.* III. ***Cn.*** Tantorum beneficiorum dignus perl. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.)

Perlucidus. (Adiect.) *Perquam lucidus.* III. ***Cn.*** Gemmae sunt perlucidae materiae. fr. 19. §. 17. de auro arg. 34. 2.

Perlusorius. (Adiect.) *Collusorius.* I. ***Sy.*** Per collusionem actum. Perlusorium [al. Prolusorium] iudicium. fr. 14. pr. de app. et rel. 49. 1.

Perlustrare. *Circumlustrare.* III. ***Cn.*** Nemo delubra adeat, templa perlustret. Th. C. XVI. 10. c. 10. de pagan.

Permanere. *Perseverare, Durare.* I. ***Sy.*** Manere. Cf. h. v. §. 3. II. ***Op.*** Salvum perm. — Perire. fr. 139. pr. de R. I. 50. 17. In desuetudinem abire. §. 1. I. de testam. ord. 2. 10. In eadem causa permanere. — Manumitti, vel alienari. Vlp. XXII. 11. sqq. cf. fr. 5. pr. §. 1. fr. 6. si tab. testam. null. 38. 6. III. ***Cn.*** Si noxam commisit, nec permanet, (noxa solutus videtur.) fr. 17. §. 17. de Aedil. edict. 21. 1. Liti praebuisse initium, et in certaminibus negotii permanens argui etc. c. 3. de plus petit. 3. 10. Et in futurum tempus permanens factum demonstrat. fr. 19. pr. iudicat. solvi. 46. 7. Si per me — quid steterit, quominus in diem vitae nostrae matrimonium permaneat. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. Si socii una bonorum meorum permanserint usque ad annos XVI. fr. 4. pr. de cond. inst. 28. 7. Si donator in eadem permanserit voluntate. fr. 15. de manum. 40. 1. Licet absolutus sit, natura tamen debitor permanet. fr. 60. pr. de condict. indeb. 12. 6. Qui cessit, permanet heres, et ob id creditoribus defuncti manet obligatus. Vlp. XIX. 14. Gai. II. 35. In bonis quidem tuis ea res

efficietur, ex iure Quir. vero mea permanebit. Id. II. 41. In sua conditione permanet. Id. I. 68. cf. 84.

Permeare. *Transire, Spatiari.* I. **Sy.** Commeare. Cf. h. v. §. 1.

Permilitare. *Stipendia absolvere.* III. **Cn.** Si Tribunus in cohortibus praetoriis permilitaverit. fr. 9. cf. fr. 8. §. 9. de excusatt. 27. 1.

Permiscere. (Cf. v. Permixtus.) **§. 1.** *Commiscere, Confundere.* I. **Sy.** Confundere (rationem.) fr. 11. §§. 7. sq. ad L. Falc. 35. 2. Miscere. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Separare. fr. 11. §. 7. l. 35. 2. — **§. 2.** *Immiscere.* II. **Op.** Abstinere (paterna hereditate.) — Perm. se (hereditati.) C. Greg. III. 6. c. 8. si cert. petat.

Permissus. (Subst.) *Permissio, Auctoritas.* I. **Sy.** Iussus. Cf. h. v. Decretum (pontificale, s. pontificum.) Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quamvis talia fieri sine permissu eorum, quibus permittendi ius est, non debeant. fr. 2. §. 4. de sepulc. viol. 47. 12. cf. fr. 8. pr. de relig. 11. 7. Si quis d. m. fecerit, quominus quis permissu meo, eiusve cuius ea iurisdictio fuit, etc. fr. 1. pr. ne vis fiat ei. 43. 4. Vel testatoris permissu, vel concedente legatario, (bona distracta.) fr. 5. §. 4. ut legat. nom. 36. 3. Dos non ab ipsa profecta, quam alius permissu eius stipulatus est. fr. 63. de iure dot. 23. 3. Sine permissu Principis (non licere.) fr. 31. §. 2. de poen. 48. 19. Citra permissum Praetoris (capere.) fr. 15. §. 12. de re iud. 42. 1.

Permittere. **§. 1.** *Concedere, Indulgere.* I. **Sy.** Concedere. Cf. h. v. §. 2. Dare. Cf. h. v. §. 2. Licere, Permitti. Cf. v. Licet. Posse, Permitti. Gai. I. 23. sqq. 144. sqq. Vlp. XI. 15. II. **Op.** Arctare, Interdicere, Vetare. fr. 2. de Senat. 1. 9. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. fr. 7. §. 2. de iure delib. 28. 8. Gai. III. 124. sq. Denegare, Prohibere. Cf. v. Denegare. §. 2. III. **Cn.** Legis virtus est, imperare, vetare, permittere, punire. fr. 7. de LL. 1. 3. Verbis quidem legis prope est ut non possit occidere, permitti tamen ei debet ut occidat. Paul. II. 26. §. 2. Sed olim quidem licebat, — idque L. XII Tabb. permittere videbatur. Gai. II. 224. Nunc ex epistola — Antonini — permissum est. Id. I. 102. cf. III. 224. Omnes leges omniaque iura permittunt. fr. 45. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Permittit Praetor, — iubet tamen etc. Id. IV. 172. Ita substituere non possumus, sed hoc solum nobis permissum est, ut etc. Id. II. 184. Corpora non aliter sepeliuntur, quam fuerit petitum et permissum. fr. 1. de cadav. punit. 48. 24. cf. fr. 1. §. 38. de aqua quot. 43. 20. Si intelligant, id se invito domino facere, eumque si intellexisset non permissurum. Gai. III. 197. sq. Si Praetor aditus permittit. Id. IV. 187. cf. I. 29. Cum — bona possidere Praetor permittit. fr. 12. ex qu. c. in poss. 42. 4. Praetor ait: — interdum, causa cognita, in factum actionem permittam. fr. 10. pr. Qu. in fr. cred. 42. 8. cf. fr. 2. de off. eius. 1. 21. I. I. R. edicto perpetuo permittatur. c. 1. de alien. iud. mut. c. 2. 55. In eam rem familiae ludere permittitur. fr. 4. pr. de aleat. 11. 5. Qui lege, plebiscito, permissus est, erit, uti leges — daret. Tab. Heracl. lin. 85. aer. Neap. Nullus eorum — vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur. c. 4. de veteran. 12. 47. cf. c. 11. de aquaed. 11. 42. Permittendum est [al. permittendam esse] nepti ex hac avita conventione — utilem actionem. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. Quibus permissum est, corpus habere collegii. fr. 1. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. S. Cto mulieribus permissum est (alium petere tutorem.) Gai. I. 173. sq. Vt ei permissa videatur (sc. exceptio,) cui et permissa durat. fr. 6. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Per interdictum permittere. fr. 2. de cloac. 43. 23. — **§. 2.** *Admittere, Pati.* III. **Cn.** Nec enim natura permisit etc. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Prout vires eius reip. permittunt. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. — **§. 3.** *Committere.* I. **Sy.** Mandare. fr. 57. sqq. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Cui a parente — tutela permissa erit. fr. 3. §. 5. indicat. solvi. 46. 7. cf. fr. 1. pr. de tutel. 26. 1. In metallum dandi potestas eis permissa est. fr. 6. §. 8. de off. Praes. 1. 18. Ea pars formulae, qua iudici potestas permittitur etc. Gai. IV. 43. cf. 42. Administratio permissa (rerum, s. peculii.) fr. 84. de solut. 46. 3. fr. 4. §. 2. de castr. pecul. 49. 17. — **§. 4.** *Remittere.* I. **Sy.** Remittere. fr. 37. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Publica accusatio, reo vel rea ante defunctis, permittitur [al. perimitur.] fr. 3. de pub. iudic. 48. 1. L. Iulia — permittitur [al. remittitur] iusiurandum, quod etc. fr. 6. §. 4. de iure patr. 37. 14.

Permixte. (Advb.) *Mixtis rebus ac confusis.* II. **Op.** Separatim (agere etc.) §. 3. I. de legat. 2. 20.

Permixtio. **§. 1.** *Admixtio.* III. **Cn.** Quae tincta conchylio, nullius alterius permixtione subtexta sunt. Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holov. — **§. 2.** *Conturbatio, Confusio.* III. **Cn.** Quas — a saeculari permixtione translatas christianae fidei servare praecepta (censuerunt.) Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 1. Qui consentiendo hoc facinus propria huius societatis permixtione damnaverint. Th. C. XVI. 6. c. 4. §. 3. ne S. bapt. Remota exigentium permixtione (decernimus.) Ib. VIII. 8. c. 5. de executor. Depulsa permixtionis caligine, (declarare.) Nov. Th. II. (I. 26. c. 1. §. 2.)

Permixtus. (Partic.) *Mixtus, Coniunctus.* II. **Op.** Sine vi. — Quae violentia permixta sunt. fr. 2. §. 9. vi bon. rapt. 47. 8. III. **Cn.** Nisi ita coniunctae possessiones sint, et permixtae propriis, ut etc. fr. 1. §. 12. de separ. 42. 6. Permixto modo. Vatic. §. 231.

Permulcere. *Leniter contrectare.* III. **Cn.** Cum equum permulsisset quis, vel palpatus est. fr. 1. §. 7. si quadrup. 9. 1.

Permutare. **§. 1.** *Commutare, Convertere.* II. **Op.** Suo tempore. — Permutatis inter se temporibus. fr. 5. §. 1. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Dignitas domicilii adiectionem potius dedisse, quam permutasse videtur. fr. 11. de Senat. 1. 9. Vt ex auctoritate eius (sc. Principis) poena aut permutetur, aut liberetur. fr. 9. §. 11. de poen. 48. 19. Locum permutavit, ut — in municipio — acciperet. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. Si pallium fullo permutaverit, et alii alterius dederit. fr. 13. §. 6. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Rem alteri cedere, alia re in vicem eius accepta.* I. **Sy.** Commutare. Cf. h. v. §. 1. III **Cn.** Permutare, vel

vel compensare. fr. 76. de V. S. 50. 16. Si quis eam ancillam mecum permutasset, aut in solutum dedisset, item si donasset. fr. 4. §. 17. de usurp. 41. 3. cf. fr. 15. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Aliud pro alio perm. fr. 58. de procur. 3. 3. Permutatis rebus, quae videatur res venisse, et quae pretii nomine data esse. Gai. III. 141. Vice permutati dominii (restituere.) fr. 71. de legat. II. (31.)

Permutatio. **§. 1.** *Commutatio, Mutatio.* III. **Cn.** Si permutationem — fieri prohibemus, multo magis, prioribus manentibus, alios introduci vetamus. c. 15. de prox. com. disp. 12. 19. Ipsa corpora nummorum — continentur, neque permutationem recipiunt. fr. 51. de legat. I. (30.) Ne usus sepulchrorum permutationibus polluatur, i. e. ne sepulchrum aliae [al. alienae] conversationis usum accipiat. fr. 12. §. 1. de relig. 11. 7. Prioris capitis permutatio. Gai. I. 159. — **§. 2.** *Contractus, quo, vice rei ab altero accepta, res alia in ius illius transfertur.* III. **Cn.** Aliud esse permutationem rerum, aliud emtionem et venditionem. Gai. III. 141. fr. 1. pr. §. 1. de contr. emt. 18. 1. In permutatione, si utrumque [al. utrimque] pretium est, utriusque rem fieri oportet. fr. 1. pr. de rer. permut. 19. 4. Placitum permutationis. Contractus quidam et permutatio. c. 3. sq. de rer. permut. 4. 64. Th. C. XV. 1. c. 50. de opp. pub.

Pernecessarius. (Adiect.) *Admodum necessarius.* I. **Sy.** Perquam necessarius. fr. 11. §. 4. de minor. 4. 4. fr. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 6. de pignor. 20. 1.

Pernegare. *Constanter negare.* III. **Cn.** Si convictus — repugnaverit pernegando. Th. C. IX. 16. c. 6. de malef.

Pernicianum. *Nomen S.Cti* (ex eorum numero, quae LL. Iuliae et Pap. Popp. accommodata erant.) III. **Cn.** Licet ipsis legibus post hanc aetatem liberatus esset, perpetuis tamen poenis tenebitur ex S. C. Perniciano [al. Persiciano.] Vlp. XVI. 3.

Pernicies. **§. 1.** *Calamitas, Exitium.* III. **Cn.** Eadem erit ex utroque pernicies. Th. C. XVI. 5. c. 4. de haeret. Quidquam facere in perniciem proprietatis. fr. 13. §. 4. de usufr. 7. 1. In perniciem privatorum (fisco donare.) Paul. V. 12. §. 7. — **§. 2.** *Res exitiosa.* III. **Cn.** Edax locustarum pernicies. c. 18. de locat. 4. 65. Delatorum exsecranda pernicies. Th. C. X. 10. c. 2. de petit. et ultro dat.

Perniciose. (Advb.) *Damnose.* III. **Cn.** Si forte grassatus in tutela est, aut sordide egit, vel perniciose pupillo. fr. 3. §. 5. de susp. tut. 26. 10. In quo genere plerumque — perniciose erratur. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. Non ad hoc solum adhibentur (custodes furiosis,) ne perniciosius quid ipsi in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint. fr. 14. de off. Praes. 1. 18.

Perniciosus. (Adiect.) *Exitiosus, Damnosus.* III. **Cn.** Si tantus furor est, ita ferox, ita perniciosus etc. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Non debet impunitus esse lusus tam perniciosus. fr. 50. §. 4. de furt. 47. 2. Voluntas perniciosae libidinis. Paul. V. 4. §. 5. Contractus scelesti, ac fisco perniciosi. Th. C. X. 1. c. 10. de iure fisci.

Pernoctare. *Totam noctem in aliquo loco peragere.* III. **Cn.** Extra urbem pernoctare. fr. 166. §. 1. de V. S. 50. 16. Sine iusta — causa foris pernoctans (uxor.) c. 8. §. 3. de repud. 5. 17. Manere (in templo,) vel vescere, cubare, vel pernoctare. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl.

Pernumerare. *Enumerare, Numerare.* III. **Cn.** Obsignare non debere (sc. res,) sed tantum pernumerare, et mulieri adsignare. fr. 1. §. 24. de ventre in poss. 37. 9.

Perorare. **§. 1.** *Orationem finire. Actionem absolvere.* I. **Sy.** Perferre (causam.) Cf. h. v. §. 3. Determinare. Nov. Th. II. de am. mil. fori praescr. I. 9. c. 4. §§. 6. sqq. III. **Cn.** Quibus omnibus ex ordine peroratis, — et — subscriptis. c. 8. Qu. testam. fac. p. 6. 22. Qui crimina obiecit, et causam perorari usque ad sententiam effecit. fr. 14. §. 8. de bon. libert. 38. 2. — **§. 2.** *Orare, Solemniter agere.* I. **Sy.** Orare (causas.) c. 9. c. 11. §. 2. c. 13. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Studere causis. Th. C. XII. 1. c. 116. de decurion. III. **Cn.** Cum ad iudicem venerant, antequam apud eum causam perorarent, solebant breviter — rem exponere. Gai. IV. 15. cf. Frr. L. XII Tabb. I. 7.

Perosus. (Partic.) *Qui valde odit.* III. **Cn.** Sin vero saecularem vitam et coniugales taedas perosa damnaverit. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5.

Perpellere. *Compellere.* III. **Cn.** Si bonae frugi servum perpulit [al. pepulit] ad delinquendum. fr. 1. §. 4. de servo corr. 11. 3.

Perpendere. *Examinare.* I. **Sy.** Perspicere. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Aestimandum erit arbitro, et perpendendum. fr. 14. §. 7. de relig. 11. 7. Causa cognita perpendere. fr. 13. pr. de minor. 4. 4. cf. fr. 3. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4. Citra solemnia accusationem posse perpendi. — Perpenso iudicio dispici debere. c. 7. de accus. 9. 2.

Perpensus. (Partic.) *Pensitatus, Exploratus.* III. **Cn.** Si qua alia mulier fuerit, cuius Praetor perpensam [al. propensam] pietatem intellexerit. fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10. Perpensa cura, Perpenso studio (statuimus etc.) Th. C. XI. 1. c. 29. de annon. et tribut. XII. 6. c. 5. de susceptor. Perpensa convellere (pacto.) Ib. XIV. 16. c. 1. de frum. urb. Const.

Perperam. (Advb.) **§. 1.** *Minus apte. Citra rationem.* I. **Sy.** Inutiliter. fr. 2. §. 6. de eo qu. c. loc. 13. 4. II. **Op.** Recte (pronunciare etc.) fr. 8. §. 4. si servit. 8. 5. fr. 62. de re iud. 42. 1. fr. 22. §. 4. rat. rem hab. 46. 8. III. **Cn.** Ambigue, aut etiam perp. (scriptum.) fr. 24. de reb. dub. 34. 5. Per fraudem, vel dolum, vel perp. sine iudicio factis divisionibus. c. 3. comm. utr. iud. 3. 38. Non interveniat auctoritas tutoris, an perp. adhibeatur. fr. 2. de auct. et cons. 28. 8. cf. fr. 18. de tut. et rat. 27. 3. Si — ab iudice perp. pro eo iudicatum est. fr. 42. de liberali c. 40. 12. cf. c. 2. de poena iudic. 7. 49. — **§. 2.** *Sine causa, Inconsulte.* I. **Sy.** Indebita, Perp. data, v. accepta (pecunia.) fr. 80. §. 5. de furt. 47. 2. Per errorem. fr. 40. pr. de cond. indeb. 12. 6. fr. 9. de pecun. const. 13. 5. III. **Cn.** Quod legatum non sit, ab herede tamen perp. traditum sit. fr. 4. §. 2.

pro suo. 41. 10. cf. Vlp. XXIV. 33. Si perp. confessus fuerit. fr. 7. de interr. in iure. 11. 1.

Perpes. (Adiect.) *Perpetuus.* I. **Sy.** In perpetuum manere. Tenere perpetem firmitatem. Th. C. XIII. 3. c. 14. sq. de medic. et prof. III. **Cn.** Perpeti auctoritate sancimus. Ib. XIV. 15. c. 6. de can. frum. urb. R. Dominii perpetis (durabilitas.) Ib. V. 14. c. 1. (Wck.)

Perpeti. *Tolerare, Perferre.* III. **Cn.** Non enim ampliora onera perpeti videntur (sc. rhedae.) Ib. VIII. 5. c. 8. §. 1. de cursu pub. Neque auferri ab aliquo — perpetimur. Ib. IX. 44. c. 1. de h. qu. ad stat.

Perpetim. (Advb.) *Perpetuo.* III. **Cn.** Quae — habere volumus perpetim [al. perpetem, s. perpetuam] firmitatem. Th. C. XVI. 5. c. 55. de haeret. Iust. C. c. 6. de re iud. 7. 52.

Perpetrare. *Peragere, Consummare.* I. **Sy.** Peragere. fr. 38. §. 12. de poen. 48. 19. fr. 3. §. 6. de bon. eor. 48. 21. III. **Cn.** Qui, cum vellet occidere, id casu aliquo perpetr. non potuerit. Paul. V. 23. §. 3. fr. 3. §. 6. l. 48. 21. In qua (sc. provincia) facinus perpetravit. Th. C. IX. 1. c. 1. de accus. Luere perpetrata. Ib. IX. 10. c. 4. pr. ad L. Iul. de vi pub.

Perpetuare. *Perpetuum reddere.* I. **Sy.** Perpetuam efficere (obligationem.) fr. 24. §. 2. de usur. 22. 1. fr. 91. §§. 3. sqq. de V. O. 45. 1. Ad heredes transire, Perpetuari (actionem.) Vatic. §. 112. II. **Op.** Perpetuari. — Deperire. c. 5. §. 3. de temp. et repar. 7. 63. III. **Cn.** Vtrum duplicari ei tempora debeant, an vero perpetuari? fr. 8. §. 7. de poen. 48. 19. L. Cae et poenales actiones transmittuntur ab utraque parte, et temporales perpetuantur. fr. 8. §. 1. de fideiuss. tut. 27. 7. cf. fr. 9. §. 3. de iureiur. 12. 2. Cum facto suo reus obligationem perpetuat, etiam fideiussoris durat obligatio. fr. 58. §. 1. de fideiuss. 46. 1.

Perpetuarius. (Adiect.) *Qui perpetuo iure constitutus est.* I. **Sy.** Qui iure perpetuo possederunt, s. retinent (privatae rei praedia.) Perpetuarii. Th. C. V. 13. c. 30. c. 33. (Wck.) XI. 16. c. 12. de extr. s. sord. XI. 19. c. 4. de coll. fund. patrim. Perpetui iuris, Perpetuarii (fundi.) Ib. VII. 13. c. 14. §. 1. de tiron. XV. 14. c. 10. de infirm. h. qu. s. tyr. Emphyteuticarium, Perpetuarium (ius.) c. 1. de off. com. S. pal. 1. 34. III. **Cn.** Conductores perpetuarii. c. 3. de loc. praed. civ. 11. 70. Perpetuarii iuris exactio. Th. C. I. 11. c. 1. (Wck.) de off. com. rei priv.

Perpetuitas. *Continuatio perpetua. Perennitas.* III. **Cn.** Continuata temporum et successionum perpetuitas. c. 61. de decurion. 10. 31. Perpetuitatem dare (provincialibus advocatis.) Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 5. cf. Th. C. XIV. 17. c. 9. de annon. civ. Ius dominii et perpetuitas. Ib. V. 15. c. 4. (Wck.) cf. Vatic. §. 35.

Perpetuo. (Advb.) **§. 1.** *Continue, Perenniter.* I. **Sy.** In perpetuum. Gai. III. 121. fr. 28. sq. de d. m. 4. 3. fr. 4. §. 10. de damn. inf. 39. 2. II. **Op.** Temporis causa. Ad tempus. fr. 17. §. 7. de A. E. V. 19. 1. fr. 32. de pignor. 20. 1. fr. 6. de ann. legat. 33. 1. Intra annum. In annos (singulos etc.) Gai. IV. 110. sq. fr. 8. §§. 3. sq. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Tam perpetuo, tam continenter (ire.) fr. 14. pr. de servit. 8. 1. Iugiter atque perp. (comitetur poena.) Th. C. XVI. 7. c. 3. pr. de apostat. Etsi non adsidue fit, ex naturali tamen causa fit, et ideo perpetuo fieri existimatur. fr. 28. de S. P. V. 8. 2. Ita deponere, ut perpetuo haberet. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Perp. relicta (alimenta.) fr. 8. §. 3. de transact. 2. 15. Perp. dari, s. competere (actiones.) fr. 15. de inst. act. 14. 3. fr. 4. §. 10. fr. 17. §. 3. de damn. inf. 39. 2. fr. 3. §. 1. de vi et vi arm. 43. 16. — **§. 2.** *Constanter.* III. **Cn.** Perp. Sabinus probavit veterum opinionem. fr. 6. de cond. ob turp. c. 12. 5. cf. fr. 34. de N. G. 3. 5. Rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritas. fr. 38. de LL. 1. 3.

Perpetuus. (Adiect.) **§. 1.** *Continuus, Diuturnus.* I. **Sy.** Semper uti posse, Tutus esse perpetua (exceptione.) Vatic. §. 266. Etiam post annum competere, Perpetuum esse (iudicium, v. interdictum.) fr. 7. §. 6. naut. caup. 4. 9. fr. 20. §. 16. de O. N. N. 39. 1. II. **Op.** Temporalis, s. Temporaria. — Perpetua (actio, v. exc.) fr. 1. §§. 1. 3. Qu. de pecul. act. 15. 2. fr. 4. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. fr. 55. de V. S. 50. 16. Ad tempus. — In perpetuum. Vatic. §. 222. Gai. III. 145. fr. 1. pr. §. 1. fr. 3. si ag. vectig. 6. 3. fr. 28. §. 1. de poen. 48. 19. Intra annum. In diem. — In perpetuum. Vatic. §. 144. fr. 3. sq. de procur. 3. 3. fr. 31. §. 2. de relig. 11. 7. Conductionis titulo, — Perpetuo iure (tenere.) Th. C. XI. 16. c. 20. de extr. s. sord. Liberatus esse (poena legis.) — Perpetuis poenis teneri. Vlp. XVI. 3. Intervallum habens (furor.) fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. III. **Cn.** Praesidis officiales, quia perpetui sunt etc. fr. 34. pr. de R. C. 12. 1. Naturalis et perpetua causa esse debet (stillicidii immittendi.) fr. 28. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 1. §. 4. de fonte 43. 22. Si lacus perpetuus in fundo tuo est. fr. 23. §. 1. de S. P. R. 8. 3. Quod animo perpetuam constituendi dissensionem fit. fr. 3. de divort. 24. 2. Dotis causa perpetua est, cum — ita contrahitur, ut semper apud maritum sit. fr. 1. de iure dot. 23. 3. Perpetuo iure et firmo dominio (possidere.) Th. C. II. 23. c. 1. pr. de R. V. Qui praedia patrimonialia et emphyteutica — perpetuo iure retinent. Ib. XI. 19. c. 1. de collat. fund. cf. Nov. Val. III. de XXX ann. praescr. II. 27. c. 1. pr. Quod iurisdictionis perpetuae causa, non quod, prout res incidit, — propositum erit. fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. Haec iudicia, quamvis honoraria sunt, tamen perpetua sunt. fr. 7. §. 6. naut. caup. 4. 9. Hoc iudicium perpetuum est, et in heredes et heredibus datur. fr. 2. §. 5. de cap. minut. 4. 5. fr. 5. §. 5. de h. qu. deiec. 9. 3. Non solum si omnino non debeatur, sed et si per aliquam exceptionem perp. peti non poterat. fr. 26. §. 3. fr. 40. pr. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 14. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 10. de V. S. 50. 16. — **§. 1. A.** *Spatio XXX, vel XL annorum, circumscriptus.* I. **Sy.** Vsque ad finem constitutionibus introductum. In perpetuum. c. 3. sq. de praescr. XXX. 7. 39. Pr. I. de perp. et temp. act. 4. 12. — **§. 2.** *Ex aequo complectens omnia.* III. **Cn.** Constans et perpetua (voluntas.) fr. 10. pr. de I. et I. 1. 1. Nihil in perpetuum, neque generaliter (definire possumus.) fr. 14. pr. de div. temp.

praescr. 44. 3. Sed hoc non est perpetuum. Gai. I. 200. fr. 40. pr. de cond. indeb. 12. 6. fr. 36. ad S.C. Treb. 36. 1.

Perplexus. (Partic.) *Intricatus, Obscurus.* III. **Cn.** Ratiocinium perplexum atque confusum (ad veritatis fidem discuti posse.) Nov. Val. III. de fructib. int. marit. II. 15. c. 1. §. 1.

Perpotiri. *Plene potiri.* I. **Sy.** Sortiri, Potiri, Consequi. c. 2. de primicer. 12. 7. c. 3. de silentiar. 12. 16. III. **Cn.** Omnibus pariter privilegiis — perpotiri — et perfrui. c. 2. pr. de quadr. praescr. 7. 37.

Perquam. (Advb.) *Nimis, Ultra modum.* I. **Sy.** Per. Cf. h. v. §. 7. III. **Cn.** Quod perquam nimiae diligentiae est. fr. 6. de bon. damn. 48. 20. Perquam timidi metu divini numinis, usque ad superstitionem. fr. 8. pr. de cond. inst. 28. 7. Quod quidem perquam durum est, sed etc. fr. 12. §. 1. Qui et a qu. man. 40. 9. Perquam brevissimi (libri.) fr. 2. §. 44. de O. I. 1. 2.

Perquirere. *Diligenter quaerere.* I. **Sy.** Requirere. Th. C. III. 5. c. 2. §. 2. c. 8. pr. de sponsal. Persequi (marmora.) Ib. X. 19. c. 10. c. 14. de metall.

Perraro. (Advb.) *Valde raro.* II. **Op.** Frequenter et facile, Plerumque (evenire, s. accidere.) fr. 4. sq. fr. 10. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Solent, quamvis perraro. fr. 12. pr. de Senat. 1. 9. fr. 18. §. 1. de minor. 4. 4.

Perrepere. *Adrepere, Sensim pervenire.* III. **Cn.** Quia hic rumor postea perrepserat. fr. 2. pr. Qu. ordo in B. P. 3[illegible]15.

Persa. *Persidis incola.* III. **Cn.** Armeniae tractus, in ipso paene limitis aditu Persarum constitutus. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 3. §. 1. Persarum regi subiecti. c. 4. de commerc. 4. 63. Coll. LL. M. XV. 3.

Perscribere. §. 1. *Scribere.* I. **Sy.** Scribere. Th. C. XI. 16. c. 4. de extr. s. sord. III. **Cn.** Pater — filio facile persuasit, ut — chirographum perscriberet sua manu filius, quod ipse impeditus esset scribere. fr. 26. §. 1. de pignor. 20. 1. — §. 2. *Praescribere.* III. **Cn.** Perscriptam summam inferre. Th. C. VI. 4. c. 3. de Praet. et Qu.

Perscriptio. *Scriptura.* III. **Cn.** Si quis — exceperit testimonia, vel ipsa, vel perscriptiones adversarii sui. Iul. ep. nov. c. 83. §. 325.

Perscriptum. *Praescriptum.* I. **Sy.** Praeceptio. Th. C. X. 10. c. 25. sq. de petit. et ultro dat.

Perscriptura. *Scriptura.* III. **Cn.** Plerique pagani solent, cum testamenti faciunt perscripturam, adiicere [al. testamenta faciunt, per scripturam adiic.] fr. 3. de milit. testam. 29. 1.

Perscrutari. *Perquirere, Inquirere.* I. **Sy.** Scrutari. Cf. h. v. III. **Cn.** Si de his sunt, quos utpote seditiosos perscrutantur magistratus. Iul. ep. nov. c. 21. §. 81. cf. c. 27. §. 100. Illicita perscr., occulta recludere etc. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 1. de pagan.

Persecare. *Scindere, Vulnerare.* III. **Cn.** Dilaniare — corpus, ferarum vestigiis latera persecando. Ib. IX. 12. c. 1. de emend. servor.

Persecutio. §. 1. *Insecutio, Investigatio.* III. **Cn.** Cum effugerunt bestiae nostram persecutionem. fr. 44. de A. R. D. 41. 1. Gai. II. 67. — §. 1. A. *Conversatio violenta, Hostilitas.* III. **Cn.** Ab eorum (Iudaeorum) laesione persecutioneque temperent. Th. C. XVI. 8. c. 26. de Iud. — §. 2. *Exsecutio, Factum conveniendi adversarium.* I. **Sy.** Negotium petendae rei. fr. 6. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. III. **Cn.** Ad quemvis persecutio eius (sc. actionis) devenerit. fr. 68. de R. I. 50. 17. Mandare earum rerum persecutionem, actionesque tribuere. fr. 2. §. 3. de her. v. act. 18. 4. Pignoris persecutio in rem parit actionem creditori. fr. 17. de pignor. 20. 1. Postulare persecutionem bonorum. fr. 45. §. 9. de iure fisci. 49. 14. — §. 3. *Exercitium iudicii. Petitio (ordinaria.)* I. **Sy.** Ius actoris (ad experiendum.) fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. fr. 8. fr. 11. si qu. cautt. 2. 11. Actio. Petitio. fr. 2. pr. fr. 4. fr. 7. §§. 4. sq. de oper. libert. 38. 1. fr. 2. §. 1. vi bon. rapt. 47. 8. III. **Cn.** Ita sistere, ut actori persecutio loco deteriori non sit, quamvis exactio rei possit esse difficilior. fr. 11. si qu. cautt. 2. 11. cf. fr. 46. de pact. 2. 14. Extra causam conductionis esse furti crimen, et in propriam persecutionem cadere hoc delictum. fr. 45. §. 1. locat. 19. 2. fr. 2. pr. de R. M. 49. 16. Secundi pignoris neque persecutio dabitur, neque retentio relinquetur. fr. 40. §. 2. de pign. act. 13. 7. Persecutio eius rei semper manebit, nec interdicto locus est. Paul. V. 6. §. 12. Furti manifesti actio, praeter poenam quadrupli, ipsius rei persecutionem genere vindicationis et condictionis continet. Id. II. 31. §. 13. fr. 17. §. 2. de cond. furt. 13. 1. fr. 54. §. 3. de furt. 47. 2. Successoribus datur (actio,) quoniam et rei habet persecutionem. fr. 14. §. 2. fr. 16. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Placuit, — etiam poenae persecutionem transmissam videri. fr. 33. de O. et A. 44. 7. — §. 4. *Petitio extraordinaria.* I. **Sy.** Petitio (fideicommissi.) fr. 3. pr. de usur. 22. 1. fr. 89. §§. 4. sqq. de legat. II. (31.) fr. 32. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, utputa fideicommissorum, et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii exsecutionem. fr. 178. §§. 2. sq. de V. S. 50. 16. Quarumque rerum mihi tecum actio, quaeque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, eritve. fr. 18. §. 1. de acceptil. 46. 4. fr. 23. rat. rem hab. 46. 8. fr. 10. fr. 49. fr. 178. §. 3. de V. S. 50. 16. Fideicommissi nomine semper in simplum persecutio est. Gai. II. 282. Fideicommissi persecutio adquisita. fr. 34. §. 2. de legat. II. (31.) Th. C. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et codic.

Persecutor. etc. Cf. v. Prosecutor etc.

Persequi. §. 1. *Insequi, Sequi, Prosequi.* III. **Cn.** Cuius forum pars persequitur fugientis. c. 5. de rec. arbitr. 2. 56. Cautio, — quatenus et persequatur et omnimodo eum (sc. servum, qui in fuga est,) restituat. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. fr. 21. de R. V. 6. 1. Eo usque nostram videri (sc. feram bestiam,) donec eam persequamur. fr. 5. §. 1. fr. 44. de A. R. D. 41. 1. Tironum, sive equorum productio, — res pervehendae, sive persequendae [al. prosequendae.] fr. 18. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. Saxorum venam

laboriosis effossionibus persequi. Th. C. X. 19. c. 10. de metall. — **§. 1. A.** *Insectari.* III. **Cn.** Eum testator inimicitiis gravissimis persecutus, — praeteriit. fr. 22. de adim. legat. 34. 4. — **§. 2.** *Exsequi (in foro.) Experiri (iudicio.)* I. **Sy.** Exsequi (sententiam.) Cf. h. v. §. 2. Experiri, Intendere. Cf. v. Experiri. §. 3. v. Intendere. §. 2. Agere (ut consequamur, sc. rem.) Gai. IV. 7. sqq. Esse persecutionem. Persequi (permitti, s. concedi.) fr. 14. pr. de pignor. 20. 1. fr. 32. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Gai. II. 278. III. **Cn.** Res, quas quis habere, vel possidere, vel persequi potest. fr. 34. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Ius persequendi retinendique patrimonii. fr. 3. §. 2. de B. P. 37. 1. Vel capitali crimine reum facere, — vel hac lege damnum persequi. Gai. III. 213. Locati, v. Mandati, iudicio suum persequi posse. Id. III. 205. fr. 16. mand. 17. 1. Si argentarius pretium rei — persequatur. Gai. IV. 126. Fiduciam et pignora — persequi. Paul. V. 26. §. 4. Dabitur nobis, earum rerum persequendarum gratia, haec actio. fr. 13. pr. de Publ. in R. A. 6. 2. cf. fr. 14. §. 1. de V. S. 50. 16. Suum persequi, et obtinere. fr. 30. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Reum facere, et — persequi. fr. 17. ad S.C. Turp. 48. 16. Vltionem et mortem filii pers. c. 9. de h. qu. accus. 9. 1. Iniuriam suam persequi, vel furtum. fr. 2. §. 5. de iudic. 5. 1. — **§. 3.** *Consequi.* I. **Sy.** Adquirere. §. 4. I. per qu. pers. 2. 9. III. **Cn.** Si non fuerit duplum iam persecutus [al. prosecutus, v. consecutus.] §. 29. I. de R. D. 2. 1.

Perseverantia. *Constantia.* III. **Cn.** Voluntatis pers. Vatic. §. 294. Si pers. adparuit, iudicium animi fuisse. fr. 3. de divort. 24. 2.

Perseverare. *Non desistere, Durare.* I. **Sy.** Durare. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Mutari. Vatic. §§. 274. sq. Cessare. fr. 32. de minor. 4. 4. Solvi. Exstingui. Vatic. §. 333. fr. 30. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Interrumpere. Cf. h. v. §. 3. Pers. in, — Decedere (possessione.) fr. 15. §. 35. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Fuisse, et pers. esse (bonorum.) fr. 12. §. 1. de captiv. 49. 15. Si satisdatum sit, cautum tamen non perseveret. fr. 20. §. 14. de O. N. N. 39. 1. Coepisse, v. Instituere, — postea vero non pers. fr. 1. §. 14. Qu. legator. 43. 3. cf. fr. 15. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. fr. 7. §. 1. de accus. 48. 2. Ex quibus casibus naturalis obligatio consistit, pignus perseverare constitit. fr. 14. §. 1. fr. 29. §. 2. de pignor. 20. 1. Vt privilegia his — nutu nostri numinis perseverent. Th. C. XVI. 8. c. 13. de Iud. Matrimonio perseverante etc. c. 5. de collat. 6. 20. Vivente venditore, et perseverante in eadem voluntate. fr. 3. Qu. sine man. 40. 8. Gai. III. 151. In eodem proposito, s. In eadem temeritate propositi, pers. Vatic. §. 284. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19. Paul. V. 21. §. 1. Cum abesse perseveraverint. fr. 1. pr. §. 1. de feriis 2. 12.

Perseveratio. *Contumacia.* III. **Cn.** Insistere motu pestiferae perseverationis. Th. C. XVI. 4. c. 2. de h. qu. sup. relig.

Persicianum. Cf. v. Pernicianum.

Persicus. (Adiect.) *Ad Persidem spectans.* III. **Cn.** Persicis eruptionibus expositum. Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 3. §. 1. Persica adversaria nobis gens. Coll. LL. M. XV. 3.

Persis. *Aegypti regio.* III. **Cn.** Daphnensis luci in Syria, vel Perseis in Aegypto, arbores. c. 1. de cupress. 11. 77.

Persistere. *Perseverare.* III. **Cn.** Intemeratum pers. Th. C. IX. 42. c. 1. §. 3. de bon. proscr.

Persolvere. *In totum solvere, vel satisfacere.* I. **Sy.** Solvere. fr. 25. de cond. indeb. 12. 6. fr. 89. §. 4. de legat. II. (31.) fr. 186. de R. I. 50. 17. Dependere. Cf. h. v. Dissolvere. Cf. h. v. §. 3. Exsolvere. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Curiales, qui universa persolverint, nihilque iam vel ex honoribus reliquum habeant. Th. C. XII. 1. c. 109. cf. c. 106. Persolvere (sc. debitum,) vel alio legitimo modo satisfacere. c. 8. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. Anniversaria pensitatione persolvi. c. 1. de collat. donat. 10. 28.

Persona. **§. 1.** *Simulacrum,* (referens hominis aut animalis figuram.) III. **Cn.** Sigilla, columnae, — et personae, ex quarum rostris aqua salire solet. fr. 17. §. 9. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Munus, Partes* (hominis.) I. **Sy.** Ex parte, Nomine (alicuius.) In, v. Ex, persona (mea, v. alterius.) Gai. II. 39. fr. 25. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Maiorem sibi in rebus filiorum vindicare personam. Th. C. VIII. 18. c. 3. cf. c. 1. §. 3. de matern. bon. Non prius puberem iustam habere personam, nisi etc. Ib. III. 17. c. 1. de tutor. et cur. cr. Sustinere personam (duorum etc.) fr. 1. §. 4. de stipul. serv. 45. 3. cf. fr. 7. §. 5. de liberat. leg. 34. 3. Cuius (sc. heredis, v. defuncti,) personam interim hereditas sustinet. fr. 34. de A. R. D. 41. 1. fr. 24. de novat. 46. 2. Defendere cuius personam. Absentium suscipere in iure personam. fr. 22. §. 1. de in ius voc. 2. 4. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. Actiones intendere, s. Agere, ex pers. alterius. fr 3. §. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 9. pr. de transact. 2. 15. fr. 46 pr. de N. G. 3. 5. — **§. 3.** *Vniversitas iurium hominis, et inprimis bonorum eiusdem.* II. **Op.** Personae, non rei, vel causae, datur (sc. tutor testamentarius.) fr. 14. cf. fr. 4. de testam. tut. 26. 2. — **§. 4.** *Homo. Quod ad hominem pertinet.* I. **Sy.** Homo. Gai. I. 8. sqq. Singuli. Personae (singulares.) Id. III. 16. fr. 195. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Patrimonium. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. Res. Gai. III. 128. sqq. fr. 27. de LL. 1. 3. fr. 1. fr. 15. pr. de servit. 8. 1. fr. 188. §. 1. fr. 195. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. Causa. fr. 196. de R. I. 50. 17. In rem, — In personam (agere, v. pacisci.) Gai. II. 204. 213. fr. 7. §. 8. fr. 17. §. 5. fr. 21. pr. §. 1. fr. 27. §. 1. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Personarum ius, v. status, v. qualitas. Gai. I. 48. sqq. fr. 2. de statu hom. 1. 5. fr. 15. de N. G. 3. 5. Factum personae (praestare etc.) fr. 149. de R. I. 50. 17. cf. fr. 9. §. 8. Qu. met. c. 4. 2. Quod personae cohaeret. fr. 3. §. 3. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 6. §. 7. de statulib. 40. 7. Omnia, quae personam eius (sc. servi) adtingunt. fr. 86. §. 2. de legat. I. (30.) Eorum professiones et personae. Th. C. XII. 1. c. 97. de decurion. Vel per se, vel per aliam personam (publicare etc.) Ib. XIII. 11. c. 15. de censitor. Servi, et caeterae personae. Gai. IV. 135. cf. 80. I. 48. sq.

Et serviles, et liberae personae. Id. I. 120. sq. Filius in potestate. — Caeterae liberorum personae. Id. II. 124. cf. I. 117. 134. Vlp. XXII. 16. sq. Exceptae (L. Furia, v. Cincia) personae. Cf. v. Exceptus. §. 1. X personas cognatorum (praetulit sc. Praetor.) Coll. LL. M. XVI. 9. Necessariae personae. Cf. v. Necessarius. §. 3. Pro certis personis (postulare prohiberi.) fr. 1. §. 8. cf. §§. 1. 7. 11. de postul. 3. 1. Sive singularis sit persona, — vel populus, vel curia etc. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Publica pers. §. 3. I. de adopt. 1. 11. Nova, — Eadem, pers. (a qua stipulor.) Gai. III. 176. sq. Sequi personam alicuius, ut idoneam. c. 10. ad S.C. Vell. 4. 29. Censere, Putare, Loqui etc. in persona alicuius. Gai. I. 132. 177. II. 94. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. fr. 13. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Procedere, v. Ius esse, in eius persona. Gai. II. 142. 217.

Personalis. (Adiect.) *Ad personam spectans, Personae cohaerens.* I. **Sy.** In personam (actio.) Gai. IV. 1. sqq. 16. sq. 100. fr. 38. de iudic. 5. 1. fr. 25. pr. fr. 28. de O. et A. 44. 7. Quod personae cohaeret, s. Qu. personam non egreditur. Personale. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. fr. 8. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. Personarum, Personalia (munera.) fr. 1. pr §§. 1. sqq. fr. 18. pr. §§. 1. sqq. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. XVI. 2. c. 24. de episc. eccl. II. **Op.** Generalis (constitutio.) Cf. h. v. §. 1. In rem (concepta, sc. actio etc.) fr. 38. de iudic. 5. 1. fr. 1. §. 3. de interd. 43. 1. An personale beneficium sit? — An et fideiussori id praestari debeat? fr. 63. §. 1. pro soc. 17. 2. Personalia, — Patrimonii (munera.) fr. 1. §§. 2. sqq. fr. 18. pr. §§. 1. sqq. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** Personale est (sc. beneficium,) et cum persona exstinguitur. fr. 13. sol. matrim. 24. 3. Personalis est, et ideo servo, vel filio, talis electio cohaeret. fr. 76. pr. de V. O. 45. 1. Qui personalibus debitis S. aerario tenentur adstricti. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debit.

Perspicere. **§. 1.** *Conspicere, Intueri.* III. **Cn.** Non intelligi, sed oculis perspici, (quae sunt scripta.) fr. 1. pr. de h. qu. in testam. del. 28. 4. — **§. 2.** *Inspicere, Cognoscere, Intelligere.* I. **Sy.** Inspicere, Examinare. c. 1. sqq. pl. val. qu. ag. 4. 22. Pervidere. Th. C. XII. 11. c. 1. pr. §. 1. de cur. calend. III. **Cn.** Perspiciendum est iudicanti, ne etc. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. Praeses Pr. — diligenter examinabit, et si — perspexerit etc. Consult. vet. I. Cti. c. 2. cf. c. 19. de procur. 2. 13. c. 10. de servit. 3. 34. Re perspecta, consulitur Imp. fr. 2. cf. fr. 1. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. Quod legibus stare non potest, quia — perspicitur (obtinere etc.) Th. C. III. 13. c. 3. §. 1. de dotib. Apertius indica! — Ipse perspicis scilicet! Ib. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. cf. Vatic. §. 326. Sanctionis maiestate perspecta, — providebit (gravitas tua.) Ib. XII. 1. c. 80. de decurion.

Perspicue. (Advb.) *Aperte, Evidenter.* III. **Cn.** Persp. sancire. Th. C. VIII. 5. c. 30. de cursu pub. Vt persp. consulatur (colonorum utilitatibus.) Ib. X. 1. c. 11. de iure fisci.

Perspicuus. (Adiect.) **§. 1.** *Clarus, Insignis.* III. **Cn.** Ingenuae libertatis fulgore perspicuum [al. praespicuum] genus. Nov. Anthem. de mulier. qu. se serv. propr. VI. 1. c. 1. §. 2. — **§. 2.** *Manifestus, Certus.* III. **Cn.** Si perspicuis rationibus haec suspicio amoveri potest. fr. 27. pr. de cond. inst. 28. 7. Calliditatis auxilio perspicui debitores — solutionem cupiunt evitare. Th. C. XI. 36. c. 9. Quor. app. n. rec.

Perstare. *Permanere, Perseverare.* III. **Cn.** Qui — pervicaciter perstant (pecuniam conferre etc.) fr. 3. §. 16. de susp. tut. 26. 10. Si voluntas continuata perstiterit. Th. C. IV. 4. c. 6. de testam. et codic.

Perstrepere. *Obstrepere.* III. **Cn.** Praescriptiones, — quae occurrere atque perstrepere examini consuerunt. Th. C. IX. 7. c. 7. ad L. Iul. de adult. cf. X. 10. c. 33. de petit. et ultro dat.

Perstringere. **§. 1.** *Obstringere.* III. **Cn.** Officium tuum haec cura perstringat, ut etc. Ib. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop. par. — **§. 2.** *Hebetare.* I. **Sy.** Obficere veritati. Fidem veri perstringere [al. perfringere.] c. 4. c. 6. de testam. 6. 23.

Persuadere. *Suadere, Commendare, Fidem facere.* I. **Sy.** Suadere, Sollicitare. Gai. III. 219. fr. 1. §. 3. fr. 3. §. 1. de servo corr. 11. 3. III. **Cn.** Quasi persuadentes magis, quam legis necessitatem imponentes, edicimus. Iul. ep. nov. c. 36. §. 162. Cum ratio tulerit, — si iustitia persuaserit. Th. C. I. 10. c. 3. (Wck.) de off. com. S. largg. Religiosis vocibus Senatus ampl. persuasi, decernimus. Ib. VI. 4. c. 1. de Praet. et Qu. Vt patri persuadeatur, ne etc. fr. 1. §. 5. de liber. exhib. 43. 30. Vltro iurando, vel quadam alia fallacia persuadere, tamquam etc. fr. 23. fr. 25. de d. m. 4. 3. Falso sibi persuad. fr. 65. §. 2. de cond. indeb. 12. 6. Qui servum, servam, — recepisse, persuasisseve quid ei dicetur d. m., quo eum, eam, deteriorem faceret. fr. 1. pr. §. 3. fr. 5. §. 1. de servo corr. 11. 3. Coll. LL. M. XIV. 3. Qui puero praetextato stuprum, aliudve flagitium, — persuaserit etc. Paul. V. 4. §. 14.

Persuasio. **§. 1.** *Actus persuadendi.* III. **Cn.** Mathematicorum callida impostura et obstinata persuasio. Coll. LL. M. XV. 2. Auctores persuasionis huius. Th. C. XVI. 7. c. 3. de apostat. — **§. 2.** *Credulitas, Opinio.* III. **Cn.** Emendi licentiam denegatam, superflua nonnullorum dicitur esse persuasio. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. adm. II. 32. c. 1. pr. Qui omnibus haereticis hac una sunt persuasione peiores, quod etc. Th. C. XVI. 10. c. 24. pr. de pagan.

Persuasus. (Subst.) *Suasio.* I. **Sy.** Consilium (alterius.) fr. 43. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1.

Persuasus. (Partic.) *Pro certo habitus.* III. **Cn.** Instinctu persuasae professionis. Th. C. XVI. 2. c. 27. §. 1. de episc. eccl.

Pertemerarius. (Adiect.) *Valde temerarius.* III. **Cn.** Cum perabsurdum perque temerarium sit. c. 2. de praepos. agent. in reb. 12. 21.

Pertendere. Cf. v. Praetendere.

Pertentare. *Tentare, Conari.* I. **Sy.** Tentare. Th. C. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. nom. VI. 28. c. 4. de princ. agent. in reb. III. **Cn.** Nemo ea, quae saepius — interdicta sunt, audeat pertentare. c. 8. de pagan. 1. 11. c. 9. sq. de aquaed. 11. 42. Ad occultum compendium suum trahere pert. c. 4. de crim.

stell. 9. 34. Vt ea res non lateat possidentem, nec clam, ut [al. nec damnum aut] fraudem tempori faciat, pertentetur [al. pertemptetur, s. pertendatur, s. pertentator.] Th. C. II. 6. c. 4. de temp. cursu.

Pertentator. Cf. v. Pertentare.

Perterrere. *Valde terrere.* III. **Cn.** Qui coegerit, ut etc. — et ille perterritus scripsit. fr. 9. pr. Qui et a qu. man. 40. 9. cf. fr. 1, §. 29. de vi et vi arm. 43. 16. Iusto metu, v. Huiusmodi timore, perterritus. fr. 23. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. c. 26. de admin. tut. 5. 37.

Pertica. *Baculus oblongus, Regula longa.* III. **Cn.** Perticae, quibus araneae detergantur. fr. 12. §. 22. cf. §. 18. de instr. leg. 33. 7. Pali et perticae. Pert., pedamenta. fr. 56. de legat. III. (32.) fr. 1. §. 1. de tigno iunct. 47. 3. Funes et perticae (machinae.) fr. 5. §. 7. commod. 13. 6.

Pertimescere. *Valde timere.* I. **Sy.** Timere. Th. C. XI. 30. c. 58. pr. de app. et poen. III. **Cn.** Susceptionis munus perfungantur, — nec ex hac ordinatione curiale consortium pertimescant. Ib. XII. 6. c. 7. de suscepter. Metu mortis — extortum, vel capitales minas pertimescendo. c. 7. de h. qu. vi. 2. 20. Nullam existimationis infamiam — pertimescat. c. 14. ex qu. c. infam. 2. 12.

Pertinacia. *Obstinatio, Pervicacia.* III. **Cn.** In hanc pertinaciam illiciti furoris erumpere. Th. C. XII. 1. c. 85. de decurion. Ne eos inconsultae pertinaciae sero poeniteat. Ib. X. 26. c. 1. de cond. et hom. dom. A.

Pertinaciter. (Advb.) *Contumaciter.* III. **Cn.** Pert. resistere, atque actis ita contradicere. Ib. XI. 30. c. 58. §. 1. de app. et poen. Cf. Iust. C. c. 2. ubi qu. de cur. 3. 23.

Pertinax. (Adiect.) *Obstinatus, Pervicax.* III. **Cn.** Obstinationis pertinax natura. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 1. de haeret. Pertinaces spiritus (haereticorum.) Ib. c. 25. pr. l. l.

Pertinere. §. 1. *Permeare, Pertingere.* I. **Sy.** Dirigi. Extendi, Pervenire (ex aedibus eius in tuas, sc. cloacam.) fr. 1. pr. §§. 8. 10. de cloac. 43. 23. — §. 2. *Adtingere, Adhaerere.* I. **Sy.** Pervenire (ad libertatem.) fr. 13. §. 3. de man. testam. 40. 4. III. **Cn.** Nemo possit ad indultum a nobis beneficium pertinere, nisi qui etc. Th. C. X. 10. c. 14. de petit. et ultro dat. cf. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. pal. Honores, per gradus pertinentes [al. obtingentes.] fr. 45. pr. de N. G. 3. 5. Quod inter ipsos, aut qui ad eos pertinent, aut per interpositas personas (agatur.) fr. 5. §. 2. de don. int. V. 24. 1. cf. fr. 2. de receptator. 47. 16. Semproniam pertinere ad animum meum, cognovisti. fr. 60. §. 1. mand. 17. 1. — §. 3. *Adtinere, Spectare, Referri.* I. **Sy.** Adtinere. Cf. h. v. §. 3. Contineri. fr. 6. fr. 7. pr. §. 1. fr. 8. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. fr. 3. pr. §. 4. usufr. quemad. cav. 7. 9. Trahi, Referri, Respicere (ad.) fr. 26. sqq. de LL. 1. 3. fr. 29. §§. 6. sq. de lib. et posth. 28. 2. fr. 1. §. 2. fr. 3. §. 10. fr. 4. §. 2. de B. P. c. t. 37. 4. III. **Cn.** Tabulae testamenti, vel codicilli, vel quid aliud ad testamentum pertinens. fr. 3. §. 8. ad exhib. 10. 4. fr. 21. §. 3. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 16. fr. 18. de codic. 29. 7. Lex, — et S. Cta ad eam legem pertinentia. fr. 11. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. cf. c. 4. de fideic. libb. 7. 4. In caeteris omnibus ad edictum Praetoris pertinentibus. fr. 7. §. 14. de pact. 2. 14. cf. fr. 15. de in ius voc. 2. 4. Caetera iura eius legis non pertinere ad (peregrinos.) Gai. I. 47. cf. 44. II. 63. Omne ius — vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Ib. I. 8. Non videri eas litteras pertinere ad (constitutionem etc.) fr. 38. pr. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 8. de sepulc. viol. 47. 12. Arescusam pertinere ad rescriptum. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. Non debent ad hanc poenam pert., qui etc. Coll. LL. M. XI. 8. cf. fr. 3. §. 3. Qu. quisq. iur. 2. 2. Conventio, quae pertinet ad (resolvendum etc.) fr. 58. cf. fr. 50. de pact. 2. 14. fr. 200. de V. S. 50. 16. cf. fr. 10. §. 2. fr. 3. de edend. 2. 13. Quod ad eversionem totius domus pertineat. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Sciat, — ad invidiam existimationemque suam pertinere, ut etc. fr. 1. pr. de inspic. ventre. 25. 4. Quod vulgo dicitur, — non eo pertinet, ut etc. Gai. II. 49. cf. 45. fr. 11. §. 6. de pign. act. 13. 7. Quod eo pertinet, quia etc. Gai. III. 184. Nec ad rem pertinere, si etc. v. quod. fr. 93. de cond. et dem. 35. 1. Gai. II. 16. Quod pertinet ad etc. Id. II. 108. — §. 3. A. *Interesse, Conveniens esse.* III. **Cn.** Quod quidem maxime quaeri pertinere ait, ut etc. fr. 34. §. 1. mand. 17. 1. Ideo pertinet scire etc. fr. 20. §. 2. de interr. in iure. 11. 1. — §. 4. *Competere.* I. **Sy.** Competere. Cf. h. v. §. 2. Sub cura alicuius esse, Spectare ad eum, Incumbere ei. fr. 1. §§. 4. 11. sq. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 25. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Transire ad (heredem.) Pertinere ad (compendium eius.) fr. 16. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Obvenire nobis, Relinqui. Pertinere, Redire ad nos (hereditates etc.) Gai. II. 35. sq. 99. sq. III. 1. 9. 14. 16. 36. sq 51. 58. Vlp. XXVI. 1. sq. 5. sqq. fr. 1. §§. 1. sq. de iure immun. 50. 6. Ad quos res perventura esset, si etc. Ad quos ea res pertinet. fr. 18. fr. 19. pr. de adopt. 1. 7. Cuius interest. Is, ad quem ea res pertinet. fr. 27. pr. §§. 1. sqq. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Si modo eius mortui funus ad nos pertineat. Gai. II. 6. fr. 14. §. 17. de relig. 11. 7. fr. 3. pr. de sepulc. viol. 47. 12. Ea — non valde ad eum (sc. iudicem) pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. fr. 25. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Qui ad iurisdictionem eius — pertinent. fr. 53. §. 3. de re iud. 42. 1. cf. fr. 19. §. 1. de iurisd. 2. 1. Curatores, ad quos non e lege curatio pertinet. Gai. I. 200. cf. 164. Iure quodammodo peculii bona Latinorum ad manumissores — pertinent. Id. III. 56. 58. sqq. Litem, s. Causam, ad se pertinentem (idonee tueri, s. exsequi.) fr. 24. §. 1. fr. 28. §. 2. de app. et relat. 49. 1. cf. fr. 9. §. 3. de transact. 2. 15. Damni infecti stipulatio pertinet, etiamsi etc. fr. 30. pr. de damn. inf. 39. 2. — §. 5. *Bonorum nostrorum, Iuris nostri, esse.* I. **Sy.** Esse alicuius, Adquiri ei, Pertinere ad eum. Gai. I. 85. II. 72. 91. sq. Vlp. XIX. 18. sq. Res, quas iure aliquo possidemus. Quae pertinent ad nos. fr. 181. de V. S. 50. 16. Qui in universum ius alterius succedunt. Omnes, ad quos ea res pertinet. fr. 1. §. 1. fr. 19. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 7. fr. 9. §. 7. de

iureiur. 12. 2. II. **Op.** Velle, ad se pertinere. — Repudiare, Reiicere a se. fr. 44. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 36. de stipul. serv. 45. 3. III. **Cn.** Non aliter putant rem legatarii fieri, quam si voluerit eam ad se pertinere. Gai. II. 195. Paul. III. 6. §. 7. fr. 64. de furt. 47. 2. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac se rebus eius immiscuit. Paul. III. 4.B. §. 11. Si — quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint. Vlp. XXVI. 5. Deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet. Gai. II. 205. cf. 199. Quod coërcendi heredis causa relinquitur, — non, ut ad legatarium pertineat. Vlp. XXIV. 17. Ad hos pertineat, — prout pertinere possit. Id. XVIII. 1. cf. fr. 115. de V. S. 50. 16. Desinere pertinere (usumfr.) fr 3. §. 1. usufr. quemad. cav. 7. 9. Vlp. XXIV. 27. Qui sine causa aliquam rem, — sciens ad se non pertinere, possidet. Gai. IV. 144. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Emtor, omnesque ad quos ea res pertinet. fr. 1. §. 1. fr. 19. §. 5. fr. 31. §. 21. de Aedil. edict. 21. 1. Neque in ipsum, neque in eum ad quem ea res pertinet, (actionem dare.) fr. 7. de iureiur. 12. 2. fr. 37. §. 3. de legat. III. (32.) Heres, caeterorumque personae, ad quos ea res pertineret. fr. 22. §. 7. cf. fr. 3. pr. rat. rem hab. 46. 8. fr. 3. §. 9. de contr. tut. 27. 4.

Pertingere. *Contingere, Adtingere.* III. **Cn.** Pudorem nostrum pertingit (iniuria, quae fit liberis nostris.) fr. 1. §. 5. de iniur. 47. 10. Si nata fuerit adversus eum actio, necesse erit et eum pertingi, qui etc. fr. 8. §. 3. de N. G. 3. 5.

Pertractare. *Diligenter tractare.* III. **Cn.** Ratiocinia pertr. Th. C. VII. 4. c. 16. de erog. mil. annon.

Pertrahere. *Perducere.* III. **Cn.** Vt sui erroris arbitrio pertrahere et alios multos videantur. Coll. LL. M. XV. 3.

Pertransire. *Cum effectu transferri.* I. **Sy.** Pleno iure adquiri (dominium.) §§. 1. sq. I. de adqu. p. adrog. 3. 11.

Pertundere. *Perforare.* III. **Cn.** Cum spoliatur (sc. navis,) aut mergitur, aut dissolvitur, aut pertunditur. fr. 6. de incend. ruina. 47. 9. Si — margaritas extricatas — perforasset, ut pertusis in linea uteretur. fr. 27. §. 30. ad L. Aqu. 9. 2.

Perturbare. **§. 1.** *Turbare.* III. **Cn.** Colonos antiquissimos perturbari, atque in eorum locum — alios colonos subrogari. c. 3. de manc. et col. 11. 62. — **§. 2.** *Conturbare, Confundere.* III. **Cn.** Fines perturbare. Nov. Marcian. nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. §. 7. Civium iura pert. Th. C. XV. 1. c. 42. de opp. pub. Tam sensus quam aures legentium pert. c. 2. §. 14.. de vet. iure enucl. 1. 17.

Perturbatio. *Conturbatio.* III. **Cn.** Qui pacem publicam, actuum perturbatione confusam, rebelli contumacia miscuerunt. Th. C. XI. 36. c. 31. Quor. app. n. rec.

Pervadere. *Invadere.* I. **Sy.** Invadere. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §§. 2. sq. III. **Cn.** Improba temeritate, s. Habito colludio, pervad. (ius alienum.) Th. C. IV. 22. c. 2. unde vi. Consult. vet. I. Cti. c. 9.

Pervalere. *Perseverare.* III. **Cn.** Debitorum vectigalium illibata augmenta pervaleant. Th. C. XV. 1. c. 48. de opp. pub.

Pervasio. *Invasio.* III. **Cn.** Actio pervasionis et atrocium iniuriarum. Nov. Val. III. de episc. iudic. II. 35. c. 1. §. 1. Ne pervasionibus [al. persuasionibus] improborum protelandae cognitioni praebeatur occasio. Th. C. II. 4. c. 5. cf. c. 6. de denunc. v. edit.

Pervasor. *Invasor, Temerator.* I. **Sy.** Invasor, Occupator. Cf. v. Occupator. III. **Cn.** Divalium sanctionum perv. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. pr.

Pervectio. *Devectio, Convectio.* III. **Cn.** Transmissio ac pervectio. Th. C. XI. 1. c. 13. de ann. et tribut.

Pervehere. **§. 1.** *Devehere, Deportare.* I. **Sy.** Transferre. Ib. IX. 17. c. 1. c. 3. de sepulc. viol. III. **Cn.** Tabularios — collaturos apud acta, quid transmissum, quid pervectum sit. Ib. XI. 1. c. 13. l. — **§. 2.** *Evehere, Provehere.* Cf. v. Provehere.

Pervenire. **§. 1.** *Convenire, Venire.* I. **Sy.** Venire (in, v. ad.) fr. 4. §§. 5. sq. fr. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Iul. ep. nov. c. 105. §. 369. III. **Cn.** Quousque maximus fluctus a mari pervenit. fr. 96. pr. fr. 112. de V. S. 50. 16. Pergere aut pervenire (ad comitatum.) Th. C. X. 10. c. 27. §. 3. de petit. et ultro dat. Cum id agat, ut mature perveniat. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. fr. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Cum uxor ad virum pervenit. fr. 21. pr. de don. int. V. 24. 1. — **§. 2.** *Devenire.* III. **Cn.** Evenit ut plebs in discordiam cum Patribus perveniret. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. Si insulam emi, et ad aream ea pervenit. fr. 11. §. 10. de Pub. in R. A. 6. 2. Ad inopiam pervenire. fr. 26. de fideiuss. 46. 1. Quodsi alter vel nihil, vel minus, facere possit, ad alium pervenietur. fr. 1. §. 43. depos. 16. 3. cf. fr. 21. de liberali c. 40. 12. c. 4. de magistr. conv. 5. 75. Incipit quidem res a facto, pervenit autem ad pecuniam. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. Ad hoc pervenietur, (exemplo luitionis.) fr. 1. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. Eo perventum est (post veterum auctoritatem,) ut etc. fr. 53. §. 1. de V. S. 50. 16. Coll. LL. M. XIV. 3. — **§. 3.** *Evenire.* III. **Cn.** Quo facto speravit mortem pérventuram. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Quodsi — postea partus edatur, fructus perveniant [al. proveniant,] etc. fr. 25. §. 1. Qu. dies legat. 36. 2. cf. fr. 62. pr. de R. V. 6. 1. Si quid vitii in aedificatione — pervenerit. c. 8. de opp. pub. 8. 12. — **§. 4.** *Pertingere, Adsequi.* I. **Sy.** Admitti (ad provocationis auxilium.) c. 10. sq. de app. et consult. 7. 62. Penetrare. Cf. h. v. §. 2. Coepisse esse (in etc.) Gai. IV. 77. sq. Consequi, Perv. ad (libertatem, v. civitatem.) Id. I. 95. sq. III. 73. Vlp. II. 4. sqq. III. **Cn.** Ad pubertatem, s. Ad eam aetatem perv., in qua res suas tueri possit. Gai. I. 145. 197. Donec, v. Cum, pervenerit ad annos (aetatis etc.) fr. 28. §. 8. de liberat. leg. 34. 3. fr. 62. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. Ad statum suum perv. fr. 77. §. 14. de legat. II. (31.) Licet manumittantur, tamen ad libertatem non perveniunt. fr. 9. §. 2. Qui et a qu. man. 40. 9. cf. fr. 8. §. 3. de manum. 40. 1. fr. 10. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Ad

viri matrimonium perv. fr. 19. de iurisd. 2. 1. In adoptivam familiam perv. fr. 3. §. 9. de B. P. c. t. 37. 4. Ad eam dignitatem perv., ut etc. fr. 34. de oper. libert. 38. 1. Qui — S. purpuram adorare pervenerint. Th. C. VI. 24. c. 3. de domest. et prot. Vt eas — ad hereditatem aviae pervenire pateretur. fr. 93. de cond. et dem. 35. 1. Si potest alias heres ad suum perv. fr. 1. §. 16. si is qu. testam. lib. 47. 4. cf. fr. 1. de eo qu. c. loc. 13. 4. — **§. 5.** *Bonorum alicuius fieri.* I. **Sy.** Adquiri, Quaeri, Perv. ad aliquem. fr. 5. pr. de calumn. 3. 6. fr. 16. §. 2. fr. 17. Qu. met. c. 4. 2. fr. 171. de V. S. 50. 16. Quod habuit (per B. Pnem.) Patrimonium, quod ad eum pervenit. fr. 126. pr. de legat. I. (30.) Advenire. c. 30. de pact. 2. 3. II. **Op.** Pro ea parte, quae pervenit, — In solidum (teneri.) fr. 9. de cond. furt. 13. 1. fr. 157. §. 2. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Habere, sicut Pervenire, cum effectu accipiendum est. fr. 164. §. 2. cf. fr. 71. pr. de V. S. 50. 16. fr. 20. §§. 17. sq. de hered. pet. 5. 3. fr. 2. §. 3. de hered. v. act. 18. 4. Quod ad patrem revertitur, vel pervenit. c. 12. comm. utr. iud. 3. 38. Quod ab ipso perventurum esset ad eos. fr. 3. de interd. et releg. 48. 22. cf. fr. 18. de adopt. 1. 7. fr. 1. §. 6. de legat. III. (32.) Si ita perierint (sc. nummi,) ne ad aliquem pervenirent. fr. 27. §. 21. ad L. Aqu. 9. 2. Quatenus ex ea re pater locupletior sit, dolove malo fecerit quominus ad eum pervenerit. fr. 3. §. 4. fr. 4. rer. amotar. 25. 2. cf. fr. 21. §. 2. fr. 23. §. 9. fr. 30. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 9. §. 2. de tribut. act. 14. 4. Rogo des filio tuo, faciasque ut ad eum perveniat. fr. 19. pr. cf. fr. 16. §. 1. fr. 25. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Cavere, eam pecuniam omnem perventuram ad (coloniam etc.) fr. 32. ib. 36. 1. Cum Praetor in heredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, sufficit si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti. fr. 127. de R. I. 50. 17. cf. fr. 26. sq. de d. m. 4. 3. Ad quem dotis nomine quid pervenerit. fr. 16. de relig. 11. 7. c. 3. de falsa c. adi. 6. 44. Ad quem quotidianus navis quaestus pervenit. Gai. IV. 71. Ex quo commodum ad singulos universosque cives — pervenit. fr. 239. §. 3. de V. S. 50. 16. Vtrum ex numeratione pecunia ad eum, — an per acceptilationem, pervenerit. fr. 10. de cond. ob c. dat. 12. 4.

Perversio. *Conversio*, *Conturbatio.* III. **Cn.** Non ex quibusdam machinationibus, et immodicis perversionibus, in circuitus inextricabiles redigatur. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47.

Perversitas. *Pravitas.* I. **Sy.** Incredulitas, Superstitio (Iudaica, v. haereticorum.) Th. C. XVI. 8. c. 19. c. 24. de Iud. Nov. Val. III. de manich. II. 18. c. 1. §. 4.

Perversus. (Partic.) *Pravus, Malignus.* III. **Cn.** Vel a perversis, vel ab iratis (iudicibus, sc. expavescere.) Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction. Perversae istius superstitionis (magistri et ministri.) Ib. XVI. 5. c. 5. de haeret.

Pervertere. *Evertere.* III. **Cn.** Vsurpare ea ac perv. Ib. VIII. 18. c. 3. de matern. bon.

Pervestigatio. *Investigatio.* III. **Cn.** Fida pervestigatione complere. Th. C. VIII. 2. c. 3. de tabular.

Pervicacia. *Contumacia.* III. **Cn.** Qui — nec tamen obstinatam illam pervicaciam putaverit relinquendam. Th. C. XI. 38. c. 1. de poss. ab eo transf.

Pervicaciter. (Advb.) *Contumaciter.* III. **Cn.** Qui pecuniam — conferre, neque deponere, perv. perstant. fr. 3. §. 16. de susp. tut. 26. 10.

Pervidere. *Perspectum habere.* I. **Sy.** Perspicere. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Pervides, improbum tuum desiderium esse. c. 16. de procur. 2. 13. c. 7. Qu. c. eo qu. in al. 4. 26.

Pervigil. (Adiect.) *Perpetuo vigil.* III. **Cn.** Pervigili diligentia providere. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 2. de curios. Pervigili cura vallari. Ib. IX. 40. c. 17. de poen. cf. Nov. Th. II. ne ducian. I. 2. c. 1. §. 3.

Perurere. *Concremare.* III. **Cn.** Vt perurendi subiiciantur ignibus. Th. C. IX. 24. c. 2. de raptu virgg.

Perurgere. *Convenire*, *Compellere* (solutionis, vel poenae gratia.) III. **Cn.** Ad pensitanda fiscalia perurgeri. Th. C. XVI. 2. c. 15. §. 2. de episc. eccl. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. pr. Tam de operis civiliter, quam etiam — criminaliter poterit perurgeri. Th. C. IX. 20. c. 1. vict. civ. ag. cf. I. 2. c. 8. (Wck.) de div. rescr. Spatium ut habeat, qui perurgeat, profitendi etc. Ib. IX. 19. c. 4. pr. ad L. Corn. de falso.

Pes. §. 1. *Pars ima corporis animalis, qua ingredimur.* III. **Cn.** Manibus, aut pedibus, aut qua alia parte corporis. fr. 38. de V. S. 50. 16. Toto cedit, ut statuae pes aut manus. fr. 26. §. 1. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Mensurae genus.* III. **Cn.** Quod ita conductum sit, ut in pedes mensurasve praestetur. fr. 36. cf. fr. 30. §. 3. locat. 19. 2. In V pedibus et VII unciis usualibus delectus habeatur. Th. C. VII. 13. c. 3. de tiron. V pedum praescriptio. Spatium pedum V, qui veteri iure praescripti sunt. Ib. II. 26. c. 4. c. 5. (Wck.) fin. regund.

Pessimus. (Adiect.) *Omnino malus, Deterrimus.* II. **Op.** Integer atque intemeratus (panis.) Th. C. XIV. 15. c. 1. de can. frum. urb. R. Boni. — Pessimi. Ib. XVI. 5. c. 9. pr. de haeret. III. **Cn.** Honore exuti, inter pessimos quosque et plebeios habeantur. Ib. IX. 27. c. 1. ad L. Iul. repet. Cum testator — „pessimum libertum esse,“ adiecisset. fr. 13. de adim. legat. 34. 4. Quin pessimum factum sit eorum, etc. fr. 2. de term. mot. 47. 21. Exemplo pessimum est. fr. 45. pr. de legat. II. (31.) Pessima criminum peccantes. c. 1. pr. de raptu virgg. 9. 13. Pessima itaque libertas eorum est. Gai. I. 26. III. 75.

Pestibilis. (Adiect.) *Pestilens.* I. **Sy.** Letifer, Malus. fr. 19. §. 1. locat. 19. 2. c. 4. de Aedil. action. 4. 58.

Pestifer. (Adiect.) *Pestem adferens. Perniciosus.* III. **Cn.** Pestiferi dogmatis (clerici.) Th. C. XVI. 5. c. 58. §. 3. de haeret. Cf. XVI. 4. c. 2. de h. qu. sup. relig.

Pestilens. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Sterilis, vel saxosus, vel pestilens (fundus.) fr. 13. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Et caelum pestilens, et ruinas minantur (immunditiae cloacarum.) fr. 1. §. 2. de cloac. 43. 23.

Pestilentiosus. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Si odore

odore solo [al. soli] locus pest. fiat. fr. 2. §. 29. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Pestis. §. 1. *Lues contagiosa, Pestilentia.* III. **Cn.** Velut contagium quoddam funestae pestis. Th. C. IX. 28. c. 2. de crim. pecul. — §. 2. *Exitium, Supplicium.* III. **Cn.** Hos — feralis pestis absumat. Ib. IX. 16. c. 5. de malefic.

Pesulania. *Legis nomen.* III. **Cn.** Si quadrupes pauperiem fecerit. — Quod etiam lege Pesulania [al. Pesolania, s. Pesolonia, v. Solonia] de cane cavetur. Paul. I. 15. §. 1.

Petere. §. 1. *Contendere, Oppugnare.* III. **Cn.** Bos cornu petere solitus. fr. 1. §. 4. si quadrup. 9. 1. Calce pet. fr. 7. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Ferro se petentem (occidere.) Coll. LL. M. VII. 3. — §. 1. A. *Adire.* III. **Cn.** Provinciale tribunal creditor petat, et iudicem certiorare festinet. c. 3. §. 2. de iure dom. imp. 8. 34. — §. 2. *Poscere, Quaerere, Rogare.* I. **Sy.** Rogare. fr. 69. pr. fr. 76. §. 5. de legat. II. (31.) II. **Op.** Obferre (satis.) Cf. h. v. §. 2. Hoc non peti, sed praestari solere. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Peto, et mando tibi. fr. 62. §. 1. mand. 17. 1. Peto, rogo, volo, fideicommitto. Gai. II. 249. sq. Vlp. XXV. 2. Petere debere, utram mallent accipere. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. In archium redigi, ut — sit, unde peti possit (exemplum.) Paul. IV. 6. §. 1. Peti pro beneficio coepit. fr. 2. §. 47. l. l. 1. 2. — §. 2. A. *Ambire.* III. **Cn.** Et in ordinem redire, et honores petere militiae. fr. 4. §. 4. de R. M. 49. 16. cf. fr. 7. pr. de mun. et hon. 50. 4. Petiturus magistratum, vel provinciae sacerdotium. Paul. V. 30. A. §. 1. — §. 2. B. *Principis liberalitatem implorare.* I. **Sy.** Competere, Expetere. Cf. h. vv. §. 1. Poscere, Desiderare, Postulare. Th. C. X. 10. c. 12. pr. c. 15. c. 21. c. 23. sq. c. 27. pr. c. 31. de petit. et ultro dat. — §. 3. *Provocare partes magistratus, vel Principis.* II. **Op.** Impetrare. Vatic. §§. 162. sq. 165. Audiri. fr. 43. §. 3. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Petentibus indulgere (sc. advocatos,) — vel si nemo sit, qui petat, ultro eis dare. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Petere ad magistratus litteras. Petendum, ut denuncietur. Vatic. §§. 162. 167. Res iudicatae videntur — ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Paul. V. 5. A. §. 1. Cum arbiter petitur. Gai. IV. 141. 164. sq. In absentis tutoris locum alium petere. Id. I. 173. sqq. 186. 195. Curatorem alicui praesenti, v. absenti, pet. fr. 43. §. 3. de procur. 3. 3. B. Pnem ex edicto petere. Gai. III. 41. Cui heredes facti sumus, sive cuius B. Pnem petierimus. Id. II. 98. Ius petendae B. Pnis amittere. fr. 2. pr. de B. P. s. t. 37. 11. — §. 4. *Iudicio experiri, Agere* (actione in rem, vel in personam, comparata.) I. **Sy.** Convenire, Agere. Gai. III. 181. IV. 106. sqq. Vlp. XI. 27. fr. 3. pr. de transact. 2. 15. Exigere. Cf. h. v. §. 4. Intendere. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Defendere. Cf. h. v. §. 3. Vter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat? Gai. IV. 148. fr. 24. de R. V. 6. 1. III. **Cn.** Petere, item exigere (legata etc.) c. 16. ad L. Falc. 6. 50. Pet., et in iudicium educere (id, quod praestari oportet.) Gai. IV. 131. Fundum — a non possidente emere, eumque a possidente petere. Id. IV. 117. cf. 36. Si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, i. e. si in rem agamus. Id. IV. 51. cf. II. 194. IV. 4. fr. 11. §. 2. fr. 21. §. 3. de exc. rei iud. 44. 2. Si vestimenta nostra esse, vel dari oportere nobis, petamus. fr. 6. de R. V. 6. 1. cf. Gai. IV. 116. Illa actione uti: Si certum petetur. fr. 1. pr. de cond. tritic. 13. 3. Legitimo iudicio petere (debitum.) Gai. III. 181. Non per formulam petimus, sed per legis actionem, (sc. summam sponsionis.) Id. IV. 95. Sive pecuniam, sive rem aliquam certam debitam nobis petamus. Id. IV. 33. Nuptiis factis, dotem peti posse. fr. 125. de V. S. 50. 16. Vatic. §. 112. Petere, et obtinere. fr. 12. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 10. §. 3. de edendo. 2. 13. Si ex ea pecunia locupletior factus sit, et adhuc petat. Gai. II. 84. IV. 116. Stipulatio: „amplius non peti.“ fr. 15. cf. fr. 14. rat. rem hab. 46. 8. Plus petendo, causa cadere. Vatic. §. 53. Pacisci, „ne peteret,“ v. „ut peteret.“ fr. 27. §. 2. fr. 55. de pact. 2. 14. Gai. IV. 116. 119. 122. Actor ab altero rem petat, ab altero poenam (desertionis.) fr. 5. §. 1. fr. 10. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. Tempus, quo peti potest (pecunia.) Gai. III. 121. 124. Locus, in quo petitur. fr. 199. de V. S. 50. 16. Is qui petit, vel is a quo petitur. fr. 33. de R. I. 50. 17. Adversus petentem exceptione d. m. defendi. Gai. III. 168. — §. 5. *Vindicare.* I. **Sy.** Vindicare. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Cuilibet in publicum petere permittendum est (id, quod ad usum omnium pertineat.) fr. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. Fisco petere (hereditatem, v. partes caducas.) fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Ex libertate in servitutem, — Ex servitute in libertatem (peti.) fr. 26. fr. 31. de liberali. c. 40. 12. fr. 8. §. 2. rat. rem. 46. 8. In rem actione peti. fr. 23. §. 1. de R. V. 6. 1. A quibus hereditas petita fuisset. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Gai. II. 57. Vsumfr. petere. fr. 2. de O. N. N. 39. 1. Caementa, — vel quid aliud suum petere. fr. 7. §. 2. de exc. rei iud. 44. 2.

Petitio. §. 1. *Imploratio, Preces.* I. **Sy.** Competitio. Cf. h. v. Desideria (provincialium.) Th. C. XII. 12. c. 3. de legat. et decr. Preces. Vatic. §§. 273. sq. III. **Cn.** Ampl. Ordinis petitionibus adnuere. Th. C. VII. 13. c. 3. de tiron. Textum impetratae petitionis adferre. Ib. X. 10. c. 21. de petit. et ultro dat. Caduca poscentes non aliter adipiscantur petitionis effectum, nisi etc. Ib. c. 10. cf. c. 28. c. 34. Ab omnibus — esse poscendum (sc. munus,) nec posthac aut petitionem aut usurpationem cuiquam profuturam. Ib. XI. 16. c. 15. de extr. s. sord. — §. 2. *Actus petendi honores.* III. **Cn.** Honorum petitio. fr. 5. sq. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 7. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. — §. 3. *Ius experiendi iudicio.* II. **Op.** In petitione, — In retentione (esse.) Vlp. VI. 10. fr. 51. de cond. indeb. 12. 6. III. **Cn.** An haec actio ad petitionem eorum sufficiat? fr. 9. §. 3. de R. C. 12. 1. cf. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. Vim iustae petitionis in iudicio obtinere. Paul. V. 12. §. 11. — §. 4. *Exercitium iuris, adversarium iudicio conveniendi. Actio* (tam in personam quam in rem.) I. **Sy.** Actio. fr. 178. §. 2. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Vt solutione, et petitione [al. deditione,] et acceptilatione unius rei tota obligatio solveretur, ita

etc. fr. 27. §. 6. de pact. 2. 14. Heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, et ab herede tuo omnes petere poterimus. fr. 57. §. 1. cf. fr. 47. pr. ib. 2. 14. Sive in personam, sive in rem sit petitio. fr. 178. §. 2. de V. S. 50. 16. Qui fundi petitionem personalem habeat. fr. 15. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Qui per exceptionem a petitione removetur. fr. 13. de R. I. 50. 17. Petitio ex stipulatione (suspensa.) Vatic. §. 55. — **§. 4. A.** *In rem concepta actio.* I. **Sy.** In rem actio. fr. 27. §. 3. de R. V. 6. 1. fr. 178. §. 2. de V. S. 50. 16. Actio singularum rerum petitionis. Rei vindicatio. fr. 1. pr. de R. V. 6. 1. II. **Op.** Actio. fr. 49. ib. 50. 16. Persecutio. fr. 28. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Quarumque rerum mihi tecum actio, quaeque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, eritve. fr. 18. §. 1. de acceptil. 46. 4. Petitionem nullam adversus possessorem rerum hereditariarum dare. fr. 52. pr. de pact. 2. 14. Iudicia, quae de hereditatis petitione sunt. fr. 5. §. 2. fr. 18. §. 2. de hered. pet. 5. 3. — **§. 4. B.** *Persecutio extraordinaria.* III. **Cn.** Non in vindicatione, sed in petitione consistit (ius omne fideicommissi.) Paul. IV. 1. §. 18. Alteri fideicommissi petitio, vel legati, competit. fr. 11. §. 22. de legat. III. (32.) cf. fr. 4. §. 3. Qu. pet. tutor. 26. 6.

Petitor. **§. 1.** *Qui ambit et expetit (nuptias mulieris.)* III. **Cn.** Si pares sunt genere ac moribus petitores, is potior aestimetur, quem — mulier adprobarit. Th. C. III. 7. c. 1. de nupt. — **§. 2.** *Qui bona (tamquam vacantia) impetrat.* I. **Sy.** Competitor. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Alienae substantiae pet. Ib. X. 13. c. 1. de petitor. Si aliquando operum publicorum petitores emergant. Ib. XV. 1. c. 40. sq. de opp. pub. In cuius ingenuitatem adsidua petitorum solet libido grassari. Ib. X. 10. c. 25. de petit. et ultro dat. — **§. 3.** *Qui iudicio experitur.* I. **Sy.** Actor. fr. 18. pr. §§. 1. sq. de pec. const. 13. 5. fr. 18. pr. fr. 19. pr. de probat. 22. 3. II. **Op.** Reus, s. Is cum quo ageretur. fr. 1. §. 3. si qu. ius dic. 2. 3. fr. 4. §. 13. de d. m. exc. 44. 4. Possessor. Gai. IV. 94. fr. 24. de R. V. 6. 1. fr. 29. §. 1. de eviction. 21. 2. III. **Cn.** Si fideiussor — dicatur habere fori praescriptionem, et metuat petitor ne iure fori utatur. fr. 7. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. Alieno iure contendo, non meo, et tamquam alieni iuris petitor etc. fr. 8. §. 3. de O. N. N. 39. 1. Non solum ad fisci causas, sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet. c. 1. pr. de petit. hered. 3. 31.

Petitorium. *Libellus petitionis, vel competitionis.* I. **Sy.** Pittacium. Th. C. X. 10. c. 29. §. 1. de petit. et ultro dat.

Petitorius. (Adiect.) *Ad solemnem, et in ius conceptam, pertinens formulam actionis in rem.* III. **Cn.** Cum in rem actio duplex sit, aut enim per formulam petitoriam agitur, aut per sponsionem. Gai. IV. 91. Petitoria formula haec est, qua actor intendit „rem suam esse." Id. IV. 92. cf. II. 14. IV. 36. Qui petitorio iudicio utitur, — requirere debet etc. fr. 36. pr. de R. V. 6. 1. §. 4. I. de interd. 4. 15.

Petitrix. *Quae actione utitur.* III. **Cn.** Contra petitricem pronunciare. fr. 74. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1.

Petronia. *Legis nomen.* — **§. 1.** *Legis, de servis latae* (ad bestias depugnandas non temere damnandis.) III. **Cn.** Post L. Petroniam, et S. Cta ad eam legem pertinentia, dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere. fr. 11. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. — **§. 2.** *Legis iudiciariae.* III. **Cn.** L. Iunia Petronia, [al. Patronia] si dissonantes pares iudicum exsistant sententiae, pro libertate pronunciari iussum. fr. 24. pr. de manum. 40. 1. Lege Petronia ei, qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. c. 16. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Petrus. *Christianorum apostolus.* III. **Cn.** Religio, quam divinum Petrum tradidisse Romanis etc. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. de fide cath. cf. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr.

Petulans. (Adiect.) *Lascivus, Procax.* III. **Cn.** Improbo petulantique maledicto (nomina nostra lacessere.) Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Iust. C. c. 2. de seditios. 9. 30.

Petulanter. (Advb.) *Temerarie, Procaciter.* III. **Cn.** Honorem ornamentaque pet. adtentantem (caedere.) fr. 15. §. 39. de iniur. 47. 10. Immodestius iactatum, petulantiusque fusum (dictum.) Th. C. IV. 8. c. 5. §. 5. (Wck.) de liberali c. Dominio sibi pet. adquisito careat. Ib. XVI. 9. c. 4. ne christ. manc.

Petulantia. *Lascivia, Immodestia.* III. **Cn.** Discerni solent, rixae a grassaturis, — petulantia a violentia. fr. 16. §. 6. de poen. 48. 19. cf. fr. 6. §. 1. de R. M. 49. 16. Patronali reverentia huiusmodi petulantiae refragante. c. 2. Qui et adv. quos. 2. 42.

Phaleratus. (Partic.) *Vltra modum ornatus. Speciosus.* III. **Cn.** Sermo fucatus et phalerata verba. Nov. Marcian. nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. §. 5.

Pharus. *Turris excelsa,* (quae navigantibus aditum portus demonstret.) III. **Cn.** Phari ac portus usibus (praeberi.) Th. C. XIV. 6. c. 3. de calc. coctor.

Phasianarius. *Qui phasianos pascit.* III. **Cn.** Phasianarii, et pastores anserum. Paul. III. 6. §. 76.

Phasianus. *Avis, in deliciis coenarum habita.* III. **Cn.** Avibus legatis, anseres, phasiani, et gallinae (debebuntur.) Paul. 1. 1.

Phiala. *Vasis potorii genus.* III. **Cn.** Cedent gemmae phialis, vel lancibus. fr. 19. §. 13. de auro arg. 34. 2. Trullae, scyphi, modioli, phialae etc. fr. 36. ib. 34. 2.

Philanthropium. *Praemium, Honorarium.* III. **Cn.** Et si aliquid philanthropii [al. philanthropi, v. philanthropiae] nomine acceperit, nec ex locato conducto erit actio. fr. 2. de proxenet. 50. 14.

Philargyrus. *Nomen servi.* III. **Cn.** Philargyrum puerum, Agatheam ancillam (optato.) fr. 28. §. 1. de cond. et dem. 35. 1.

Philinus. *Cognomen personae.* III. **Cn.** Pactum — de sextante Frontoni dando, cum liberos Philinus non sustulerit. c. 1. de pact. 2. 3.

Philippensis. *Ad Philippos pertinens, civitatem Macedoniae extremae.* III. **Cn.** In provincia Macedonia — Philippenses, Dienses etc. — iuris

Italici sunt. fr. 8. §. 8. de censib. 50. 15. Colonia Philippensis, s. Philippensium. fr. 6. ib. 50. 15. cf. fr. 32. ad S.C. Treb. 36. 1.

Philippus. *Nummus Philippeus.* III. **Cn.** Quod eius (sc. auri, vel argenti,) aliqua forma est expressum, veluti quae Philippi sunt, itemque numismata. fr. 27. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Philosophari. *Sapientiae studere.* I. **Sy.** Philosophi. Vere philosophantes. fr. 8. §. 4. de vac. et exc. 50. 5.

Philosophia. *Sapientiae studium.* III. **Cn.** Veram philosophiam, non simulatam, adfectare. fr. 1. §. 1. de I. et I. 1. 1. cf. Th. C. XIII. 3. c. 7. de medic. et prof. Grammatici, oratores, atque philosophiae praeceptores. Ib. c. 16. Philosophiam religiosa mente suscipere. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Philosophus. *Qui philosophiam profitetur.* I. **Sy.** Sophista. fr. 6. §§. 1. sq. 5. de excusatt. 27. 1. Th. C. VI. 21. c. 1. de prof. qu. in urbe Const. XIV. 9. c. 3. §. 1. de stud. liber. urb. R. III. **Cn.** Philos. summae Stoicae sapientiae. fr. 2. de LL. 1. 3. cf. Th. C. VI. 4. c. 12. de Praet. et Qu. Philosophi, qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sectam contendentibus praebent. fr. 8. §. 4. de vac. et excus. 50. 5. cf. fr. 6. §. 5. de excusatt. 27. 1. Philosophi, et medici, et rhetores, et grammatici, quibus per hanc professionem immunitas dari solet. Vatic. §. 149. Non exacta gravitas et constantia, quasi a philosopho, desideretur. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Philyra. *Materia e frutice, papyro non absimili.* III. **Cn.** Chartae volumina, vel membranae, et philyrae. Paul. III. 6. §. 87. cf. fr. 52. pr. de legat. III. (32.)

Phocensis. *Ad Phocaeam pertinens,* (urbem minoris Phrygiae.) III. **Cn.** Phocensibus, [al. Focensibus, s. Foncensibus, s. forensibus etc. Phoenicensibus?] vel Proconnensibus metallis dari. Coll. LL. M. XV. 3.

Phoenice, s. Phoenicia. *Regio Syriae maritima.* III. **Cn.** In Syria Phoenice — Tyriorum colonia. — Laodicena colonia in Syria Coele. fr. 1. pr. §. 3. cf. fr. 8. §. 3. de censib. 50. 15. Inter Phoenicen et Palaestinam sita (colonia.) fr. 1. §. 3. l. 50. 15. Per provincias Mesopotamiam, — Syriam secundam, Phoenicíam, Libanensem etc. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. cf. c. 10. de div. offic. 12. 60. Consularis Phoenices. Th. C. VII. 22. c. 9. de fil. militar. XII. 1. c. 175. de decurion.

Phoenicensis. Cf. v. Phocensis.

Phormio. *Teges ex iuncis contexta.* III. **Cn.** Quod (sc. acetum) exstinguendi incendii causa paratur, item centones, — et phormiones [al. formiones,] et spongiae, et hamae etc. fr. 12. §. 18. de instr. leg. 33. 7.

Photinianus. *Ad haereticorum genus pertinens.* III. **Cn.** Photinianae labis contaminatio. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 1. de haeret. Eunomiani, — Donatistae, — Photiniani, Pauliani, — Manichaei. Ib. c. 65. §. 2.

Phryges. *Haereticorum secta.* I. **Sy.** Cataphrygae. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 9. III. **Cn.** Manichaei, vel Phryges [al. Phrygae,] sive Priscillianistae. Th. C. XVI. 5. c. 40. pr. c. 59. de haeret.

Phrygia. *Regio Asiae minoris.* III. **Cn.** Per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, — Phrygiam salutarem. Th. C. I. 6. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Vr. Comes Galatiae, vel Phrygiae. Iul. ep. nov. c. 120. §. 525. cf. c. 17. §. 62. Praeses Phrygiae Pacatianae. Ib. c. 15. §§. 52. 63.

Phylarchus. *Saracenorum praefectus.* III. **Cn.** Non timeat neque ducem, neque phylarchum, i. e. Saracenorum ducem. Iul. ep. nov. c. 95. §. 356.

Piacularis. (Adiect.) *Vltionem et purgationem flagitans.* I. **Sy.** Impia (doctrina.) Th. C. XVI. 6. c. 2. §. 1. ne S. bapt. III. **Cn.** Crimen piaculare (committere.) Ib. c. 6. pr.

Piaculum. §. 1. *Sacrificium purgatorium.* III. **Cn.** Secretiore piaculo larem igne — venerari. Ib. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. — §. 2. *Flagitium expiandum.* III. **Cn.** Quae sine piaculo non possunt praeteriri. fr. 7. §. 3. de iure delib. 28. 8. cf. Paul. I. 21. §. 4. Mysterium perenne custodiant, sit illis piaculum inde discedere. Th. C. XII. 1. c. 122. de decurion. Necandi infantis piac. adgredi. Ib. IX. 14. c. 1. ad L. Corn. de sicar. Durae frontis obstinatum piac. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 1.

Piare. *Purgare, Placare.* III. **Cn.** Pacifica ultione — pianda est (maiestas.) Ib. c. 1. §. 8.

Picare. *Pice oblinere* (rimas.) III. **Cn.** Facito, statuito, occludito, picatoque. Fr. legis parieti fac. (Spangb. p. 72.) Ad praesentem usum pic. (dolia vinaria.) fr. 19. §. 2. locat. 19. 2.

Picaria. *Locus, ubi pix effoditur.* III. **Cn.** Vectigal portus, — item salinarum, et metallorum, et picariarum [al. piscariarum.] fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16.

Picenum. *Regio Italiae* (in ora maris Adriatici.) III. **Cn.** Picenum et Tuscia, suburbicariae regiones. Th. C. XI. 28. c. 12. de indulg. debitor. cf. IX. 30. c. 1. sq. Quib. equor. us. Campania, Tuscia, Picenum, Samnium etc. Ib. XI. 28. c. 7. cf. XI. 30. c. 27. de app. et poen. fr. 41. §. 2. de legat. III. (32.)

Pictor. *Pingendi peritus.* III. **Cn.** Puerum — erudire, — forte pictorem aut librarium docere. fr. 27. §. 5. fr. 28. de R. V. 6. 1. Cum pictor in pergula clypeum vel tabulam expositam habuisset. fr. 5. §. 12. de h. qu. deiec. 9. 3. Instrumentum pictoris legatum. Paul. III. 6. §. 63.

Pictorius. (Adiect.) *Ad pingendum spectans.* III. **Cn.** Non officiales, sed fabriles (sc. operae,) velut [al. vel] pictoriae, vel aliae. fr. 26. §. 12. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 23. sq. de oper. libert. 38. 1.

Pictura. §. 1. *Ars pingendi.* III. **Cn.** Picturae professores. Th. C. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. — §. 2. *Tabula picta.* III. **Cn.** Si in tabula mea aliquis pinxerit, — tabulam picturae cedere. Gai. II. 78. Colores, et picturae, et marmora, et sigilla, et si quid ad domus ornatum. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. cf. fr. 39. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Vlp. VI. 17. — §. 3. *Pars vestimenti acu picta.* III. **Cn.** Quae

his (sc. vestimentis) accessionis vice cedunt, quae sunt insitae picturae, clavique qui vestibus insuuntur. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Pictus. (Partic.) *Depictus.* III. ***Cn.*** Tabulae pictae, — item crustae marmoreae. fr. 17. §. 3. de A. E. V. 19. 1. Cf. fr. 65. pr. de Aedil. edict. 21. 1.

Pie. (Advb.) *Cum pietate* (in deum, aut consanguineos.) I. ***Sy.*** Ad impensas pias (derelictum.) Iul. ep. nov. c. 119. §§. 519. sq. III. ***Cn.*** Non minus parentibus, quam liberis, pie relinqui debet (hereditas.) fr. 15. pr. de inoff. testam. 5. 2.

Pietas. **§. 1.** *Virtus, qua admonemur officii erga deum, aut patriam, aut propinquos.* I. ***Sy.*** Religio. Th. C. III. 8. c. 2. §. 3. de sec. nupt. III. ***Cn.*** Secundum fidem et pietatem tuam (restitues.) fr. 78. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 19. Qu. in fr. cred. 42. 8. Beneficio adfectionis et pietatis (communicare.) fr. 41. pr. de legat. III. (32.) Secundum pietatis rationem, et animi sui patientiam. fr. 23. de h. qu. not. infam. 3. 2. cf. c. 14. de h. qu. acc. n. poss. 9. 1. In pietate debet, non atrocitate, consistere (patria potestas.) fr. 5. de L. Pomp. de parr. 48. 9. Recte quidem fecit testamentum, sed non ex officio pietatis. fr. 2. fr. 5. de inoff. testam. 5. 2. Paul. IV. 5. §. 1. cf. fr. 57. fam. ercisc. 10. 2. Salva reverentia et pietate, sacris nominibus debita. Th. C. VIII. 18. c. 1. pr. de matern. bon. cf. fr. 4. de cur. fur. 27. 10. Pietatem liberi parentibus, non operas, debent. fr. 10. de obsequ. parent. 37. 15. Quodsi non ego rogarem, vos pro vestra pietate faceretis. fr. 78. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. In adfectu pietatis monitos posse mitescere. Vatic. §. 248. — **§. 2.** *Miseratio, Humanitas.* I. ***Sy.*** Miseratio. fr. 7. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. III. ***Cn.*** Misericordiae, vel pietati tribuens, vel adfectioni. fr. 14. §. 7. de relig. 11. 7. Pietatis intuitu, in sola specie alimentorum hoc — esse observandum. fr. 14. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. Res — ad alimonias pauperum, — vel ad alias ex pietate proficiscentes causas. Iul. ep. nov. c. 119. §. 522. Pietatis opus implere. Id. §. 517. l. l. — **§. 3.** *Titulus honorarius Principis.* I. ***Sy.*** Serenitas, Pietas (nostra.) Numen (nostrum.) c. 3. pr. ubi Sen. v. Clar. 3. 24. III. ***Cn.*** Tam nostrae pietatis, quam serenissimae nostrae coniugis (v. necessitudinum nostrarum.) c. 5. cf. c. 3. de praep. S. cubic. 12. 5. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 2. Contra interdictum pietatis meae (facere.) c. 1. nulli lic. in fren. 11. 11.

Piger. (Adiect.) *Tardus.* II. ***Op.*** Constans, aut laboriosus, aut currax, vigilax. — Levis, protervus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Senectus pigra. Th. C. XII. 1. c. 84. de decurion. Per ignaviam silentii pigrioris. Ib. VI. 4. c. 22. pr. de Praet. et Qu.

Pigmentarius. *Pharmacopola.* III. ***Cn.*** Pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram — dederint. fr. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Pignerare, s. **Pignorare.** *Rem pignori dare.* I. ***Sy.*** Pignori nectere, v. dare. fr. 42. fr. 52. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. fr. 25. de pign. act. 13. 7. fr. 19. de exc. rei iud. 44. 2. Obligare (rem.) Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Rem alienam, vel alii pigneratam, vel in publicum obligatam (dare.) fr. 16. §. 1. de pign. act. 13. 7. Pignori rem pigneratam accipi posse. fr. 13. §. 2. de pignor. 20. 1. fr. 14. §. 3. de div. temp. pr. 44. 3. Si neque pignerata sunt ipsa mancipia, neque ex pigneratis ancillis nata. fr. 26. §. 2. de pignor. 20. 1. Distrahi, aut pignerari iubere. fr. 12. §. 6. de relig. 11. 7. Distrahere pigneratam possessionem. c. 8. de distr. pign. 8. 28.

Pigneraticius. (Adiect.) **§. 1.** *Pigneratus.* I. ***Sy.*** Pigneratus (fundus.) fr. 6. pr. §. 1. de pign. act. 13. 7. fr. 26. de solut. 46. 3. III. ***Cn.*** Sumtus, quos circa res pigneraticias fecit. c. 7. de pign. act. 4. 24. — **§. 2.** *Ad pignus constitutum spectans.* I. ***Sy.*** Qui pignus accepit (creditor.) fr. 11. fr. 15. §. 25. de damn. inf. 39. 2. Quod de pignore dato proponitur, Pigneraticium (iudicium.) fr. 36. pr. fr. 42. de pign. act. 13. 7. fr. 2. de pignor. 20. 1. II. ***Op.*** Personalis, — Pigneraticia Serviana, sive hypothecaria (actio.) fr. 3. §. 3. ad exhib. 10. 4. III. ***Cn.*** Egit — pigneraticia, et obtinuit; mox ille agere simili actione instituit. fr. 19. de exc. rei iud. 44. 2. Litis aestimationem pigneraticia [al. pigneraticiam] in rem agenti offerre. fr. 7. §. 12. comm. div. 10. 3. Exceptione pigneraticia submoveri. fr. 6. §. 9. ib. 10. 3.

Pigneratio, s. **Pignoratio.** **§. 1.** *Pignoris constitutio.* III. ***Cn.*** Quod emtionem venditionemque recipit, etiam pignerationem recipere potest. fr. 9. §. 1. de pignor. 20. 1. cf. c. 21. de SS. eccl. 1. 2. — **§. 2.** *Pignus constitutum* III. ***Cn.*** Offerre pecuniam, et pignus a pignoratione liberare. c. 3. §. 3. de iure dom. imp. 8. 34.

Pignus. **§. 1.** *Obligatio rei, qua debitor securus fit circa praestationem ei debitam. Res ipsa obligata.* I. ***Sy.*** Hypotheca. Cf. h. v. §. 2. Pignori ponere. Obligare. Cf. h. v. §. 3. II. ***Op.*** Vt pro pignore, non ut pro dominis possideant. fr. 114. §. 12. de legat. I. (30.) III. ***Cn.*** Praedia alienare, seu pignori ponere. fr. 38. pr. de legat. III. (32.) Pignoris iure, s. Pignori, obligari (bona, v. rem.) Fr. de I. F. §. 5. fr. 26. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Res coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. Gai. IV. 147. Pignori dare (licere.) fr. 72. de R. I. 50. 17. In possessionem mitti, — et ius pignoris contrahi. fr. 3. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Praetorium pign. Cf. v. Praetorius. §. 2. Qui (sc. debitor) olim pactus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia ei non solvatur. Gai. II. 64. Pignoris distractionem (pati.) fr. 1. de N. G. 3. 5. A debitore pignus emere. Vatic. §. 9. Creditorem suum, vel pignus suum, liberare. fr. 6. §. 1. l. l 3. 5. Creditor — pignus dimittit. fr. 158. de R. I. 50. 17. — **§. 1. A.** *Res ita obligata, ut creditor etiam possessionem illius nanciscatur.* II. ***Op.*** Hypotheca. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Pignus adpellatum a pugno; quia res, quae pignori dantur, manu traduntur. fr. 238. §. 2. de V. S. 50. 16. cf. fr. 9. §. 2. de pign. act. 13. 7. Corporaliter pignori datus (servus.) fr. 1. §. 15. de A. v. A. P. 41. 2. Creditor, qui pignus accepit, possessor non est, tametsi possessionem habeat. fr. 15. §. 2. Qu. satisd. cog. 2. 8. Si debitor rem, quam creditori

pignori dedit, subtraxerit. Gai. III. 200. 204. Fiduciam, et pignora apud se deposita, persequi. Paul. V. 26. §. 4. Pignoribus cavere. fr. 2. §. 3. Qu. legator. 43. 3. Sub pignoribus accipere (mutuas pecunias.) fr. 12. de pign. act. 13. 7. Si a me culpa absit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus. fr. 5. §. 12. commod. 13. 6. Reddidisti ei pignus, isque per fenestram id misit etc. fr. 3. de pign. act. 13. 7. Si quis pignora debitoris, citra auctoritatem iudicantis, abduxerit. Paul. II. 14. §. 5. V. 26. §. 4. cf. fr. 10. Qu. potior. 20. 4. Eam pecuniam iure pignoris in causa iudicati capi. fr. 40. de re iud. 42. 1. Exigere, pignus capiendo, corpus retinendo, multam dicendo. fr. 9. §. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Lege agebatur — per pignoris captionem. Gai. IV. 12. 26. sqq. 32. — **§. 2.** *Contractus, quo res creditori obligatur, et simul traditur illi.* III. ***Cn.*** Contractus, in quibus se Praetor non interponit, utputa pignora venditionesque. fr. 6. §. 6. Qu. in fr. cred. 42. 8. Emtio, locatio, pignus, stipulatio. fr. 1. §. 4. de pact. 2. 14. Cum fiducia contrahitur, aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico. Gai. II. 60. Malitiose in pignore versari. fr. 9. pr. de pign. act. 13. 7. — **§. 3.** *Tessera, Signum* (*fidei.*) I. ***Sy.*** Arrae, Pignora. Th. C. III. 5. c. 6. §§. 1. 4. de sponsal. III. 10. c. 1. si nupt. ex rescr. — **§. 4.** *Pignora, i. e. Propinqui,* (qui adfectione intima devincti nobis sunt.) I. ***Sy.*** Filii. Nov. Val. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 2. III. ***Cn.*** Ad vicem naturalis pignoris, sibi adscribere (adoptivum filium.) c. 4. de decur. 10. 31.

Pigre. (Advb.) *Tarde, Morose.* III. ***Cn.*** Ne — dotis etiam pigrius constituatur augmentum. c. 19. de don. A. N. 5. 3.

Pigrescere. *Lentus fieri.* III. ***Cn.*** Pigrescentes artus innocuo titillo admonere. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Pigritia. *Tarditas, Negligentia.* III. ***Cn.*** In lecto, — pigritia surgendi, urinam facere. fr. 14. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Pila. *Saxea moles.* I. ***Sy.*** Moles. fr. 2. §. 8. fr. 3. §. 1. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. ***Cn.*** Pilas in mare iactare, et supra eas inaedificare. fr. 30. §. 4. de A. R. D. 41. 1.

Pila. *Globus, quo luditur.* III. ***Cn.*** Si, cum pila quidam luderent, vehementius quis pila percussa etc. fr. 11. pr. cf. fr. 52. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Pileare. *Pileo imposito, libertatem servo dare.* III. ***Cn.*** Qui in ludum damnantur, — etiam pileari, et rudem accipere possunt, post intervallum. Coll. LL. M. XI. 7.

Pileatus. (Partic.) *Pileo tectus.* III. ***Cn.*** Qui domini funus pileati antecedunt. c. 1. §. 5. de Lat. libert. 7. 6.

Pileus. *Indumentum virile capitis,* (insigne recens manumissorum.) III. ***Cn.*** Non solum impositione pilei, sed et adita hereditate, — liberti constituuntur orcini. c. 10. de testam manum. 7. 2.

Pilum. *Telum missile romanum.* III. ***Cn.*** Si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo etc. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5.

Pilus. *Filamentum tenue in vellere animalium.* III. ***Cn.*** In pecudum fructu etiam — est — pilus, et lana. fr. 28. pr. de usur. 22. 1. Ex grege vel una ovis, aut capra, in ius adducebatur, vel etiam pilus inde sumebatur. Gai. IV. 17.

Pinaria. *Nomen legis* (de iudicis postulatione latae.) III. ***Cn.*** — ad iudicem accipiundum venirent; postea vero reversis dabatur — iudex, idque per L. Pinariam factum est; ante eam autem legem — dabatur iudex. Gai. IV. 15.

Pingere. *Variis coloribus ornare.* III. ***Cn.*** Si in tabula mea aliquis pinxerit, velut imaginem. Gai. II. 78. Si iusserit eum — liberalibus studiis imbui, vel domum suis manibus exstruere, vel pingere. c. 1. §. 9. de caduc. toll. 6. 51. cf. fr. 15. §. 1. de servit. 8. 1.

Pinguis. (Adiect.) *Copiosus, Opimus.* II. ***Op.*** Stricte concludere. — Pinguiorem naturam indulgere. §. 3. I. de legat. 2. 20. III. ***Cn.*** Si quid postea eis pinguius accesserit. c. 7. Qu. bon. ced. 7. 71.

Pinguiter. (Advb.) *Cum laxamento.* III. ***Cn.*** Et latius et pinguius (interpretari.) c. 6. de inst. et subst. 6. 25. Pinguius accipere, v. succurrere. fr. 49. de re iud. 42. 1. fr. 14. pr. de exc. rei iud. 44. 2.

Pinguitudo. *Pingue.* III. ***Cn.*** Omnis pinguitudo terrae ad eum decurrit. fr. 1. §. 23. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Pinus. *Arborum genus, quae resinam fundunt.* III. ***Cn.*** De pinu integri strobyli. fr. 55. §. 10. de legat. III. (32.)

Piper. *Condimentorum genus notissimum.* III. ***Cn.*** Piper, et ligusticum, et careum etc. fr. 5. §. 1. de penu leg. 33. 9. Cinnamomum, piper longum, piper album etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Piperatorium. *Vas ad servandum piper.* III. ***Cn.*** Omnia, — quae capacitati alicui parata sunt, — veluti urceoli, paterae, lances, piperatoria. Paul. III. 6. §. 86.

Pirata. *Latro maritimus.* III. ***Cn.*** Latronum hostiumve incursus, piratarum insidiae, naufragium etc. fr. 18. pr. commod. 13. 6. cf. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. Si navis a piratis redemta sit. — Quod vero praedones abstulerint etc. fr. 3. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Piratica. *Piratorum quaestus.* III. ***Cn.*** Piraticam facere (domini iussu.) fr. 20. de O. et A. 44. 7.

Piscari. *Pisces venari.* Non posse quem piscari prohiberi, sed nec aucupari. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. In mari piscari aut navigare prohiberi. fr. 2. §. 9. ne qu. in loc. pub. 43. 8. In fluminis publici deverticulo — pisc. fr. 7. de div. temp. praescr. 44. 3.

Piscaria. Cf. v. Picaria.

Piscatio. *Factum piscandi.* III. ***Cn.*** Aucupiorum et venationum reditus, et piscationum. fr. 9. §. 5. de usufr. 7. 1. Piscationis et venationis instrumentum. Paul. III. 6. §. 41. Venditor fundi — legem dederat, ne contra eum piscatio thynnaria exerceatur. fr. 13. pr. comm. praed. 8. 4.

Piscator. *Qui piscatur.* III. ***Cn.*** Cultores agrorum, vel piscatores. fr. 2. de nundin. 50. 11. Futurum iactum retis a piscatore emere, aut indaginem — a venatore, vel pantheram ab aucupe. fr. 11. §. 18. cf.

fr. 12. de A. E. V. 19. 1. Cubicularii, vel obsonatores, vel qui piscatoribus [al. piscationibus] praepositi sunt. fr. 65. pr. de legat. III. (32.) cf. fr. 17. §. 1. de instr. leg. 33. 7.

Piscatorius. (Adiect.) *Ad piscatum et piscatores pertinens.* I. ***Sy.*** Piscatoris, Piscatorium (instrumentum.) Paul. III. 6. §. 66. fr. 17. §. 1. l. 33. 7. II. ***Op.*** Naves longae atque onerariae. — Piscatoriae, aut si quae actuariae. fr. 2. pr. de captiv. 49. 15.

Piscatus. *Piscatio.* III. ***Cn.*** Ad opus privatum, piscatum, venatum (militem non mittere.) fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16.

Piscina. *Locus angustus aquosus, in quo vivi pisces continentur.* III. ***Cn.*** De lacu, puteo, piscina (item interdicam.) fr. 1. pr. §. 4. de fonte. 43. 22. Qui (sc. pisces) in stagno sunt. — Quos in piscinas coniecerimus. fr. 3. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2.

Piscis. *Animal squamosum, quod in aquis degit.* III. ***Cn.*** Omnia animalia, quae terra, mari, caelo capiuntur, i. e. ferae bestiae, volucres, pisces. fr. 1. §. 1. de A. R. D. 41. 1. cf. Gai. II. 66. sq. Cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. fr. 8. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Naucellae, quae piscium capiendorum causa comparatae sunt. fr. 17. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Qui, ministerii nostri causa, exhibendi piscis cura vel sollicitudine tenentur. Th. C. XIV. 20. c. 1. de pret. pisc. Piscem vilem esse. fr. 158. de V. S. 50. 16.

Pisida. *Incola Pisidiae.* III. ***Cn.*** Qui Thermenses maiores Pisidae fuerunt. Plebisc. de Thermensib. I. 4. sqq.

Pisidia. *Regio Pamphyliae borealis.* III. ***Cn.*** In Pisidia eiusdem (sc. Italici) iuris est colonia Antiochensium. fr. 8. §. 10. de censib. 50. 15. Procos. primae Cappadociae, et Proc. Armeniae, et Praetor Lycaoniae, Pisidiae, Isauriae. Iul. ep. nov. c. 25. §. 96. c. 120. §. 525.

Pisonianum. *Nomen S.Cti* (quo cautum est de servis, caedis domini sui reis factis.) III. ***Cn.*** S.Cto Pisoniano cavetur, ut, si poenae obnoxius servus venisset, quandoque animadversum in eum esset, ut venditor pretium praestaret. fr. 8. pr. de S.C. Silan. 29. 5.

Pistor. *Qui panem conficit.* III. ***Cn.*** Cellararii, — et coqui, placentarii, tonsores, pistores etc. Paul. III. 6. §. 72. Collegia Romae certa, — veluti pistorum, et quorundam aliorum, et naviculariorum. fr. 1. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. cf. Th. C. IX. 40. c. 9. de poen. Qui in collegio pistorum sunt. — Qui intra numerum constituti centenarium, pistrinum exercent. Vatic. §. 233. Vrbici, — Ostienses (pistores.) Ib. §§. 234. sqq. Th. C. XIV. 3. c. 17. c. 19. de pistor. Instrumentum pistoris. Cf. v. Pistorius.

Pistorius. (Adiect.) *Ad pistores pertinens.* I. ***Sy.*** Pistoris, Pistorium (instrumentum.) Paul. III. 6. §§. 37. 64. fr. 12. §. 5. fr. 18. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Pistrini, Pistoria (sollicitudo, s. necessitas.) Th. C. XIV. 3. c. 5. sq. c. 14. de pistor. cf. XIII. 5. c. 2. de navicul. III. ***Cn.*** Quorum (sc. servorum) operas locabat, vel pistorias, vel histrionicas etc. fr. 73. §. 3. de legat. III. (32.) Pistorio iure (retineri.) Th. C. XIV. 15. c. 4. §. 1. de can. frum. urb. R. Praedia pistoria. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 4. Causae pistoriae. c. 5. §. 1. de feriis. 3. 12.

Pistrinarius. *Exercitor pistrini.* III. ***Cn.*** Tradat eum vel artificibus publicorum operum, vel pistrinariis, vel aliis quibuscunque artificibus. Iul. ep. nov. c. 74. §. 271. cf. fr. 1. §. 9. depos. 16. 3.

Pistrinum. **§. 1.** *Locus fabricae pistoriae.* III. ***Cn.*** Pistrinum et horreum (insulae dotali adiectum.) fr. 79. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. Officina cum animalibus, servis, molis, fundis dotalibus pistrinorum. Th. C. XIV. 3. c. 7. de pistor. cf. fr. 18. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Ergastulis, vel pistrinis (esse dedendos.) Th. C. IX. 40. c. 3. de poen. — **§. 2.** *Pistorum quaestus, s. munus.* I. ***Sy.*** Corpus, Munus (pistorum.) Pistrini sollicitudo. Ib. XIV. 3. c. 5. sq. c. 10. III. ***Cn.*** Latini ius Quiritium consequuntur — militia, nave, aedificio, pistrino. Vlp. III. 1. Qui pistrinum exercent. Paul. III. 6. §. 64. fr. 46. pr. de excusatt. 27. 1. Vatic. §. 233. Conficiendi pollinis cura, aut panis excoctio, aut obsequium pistrini. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord.

Pittacium. *Charta brevis, Libellus, Index.* III. ***Cn.*** Susceptor, antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis susceperit, non eroget. Ib. VII. 4. c. 11. c. 13. c. 16. de erog. mil. ann. Vno petitorio singulorum bonuscula iubemus adscribi, nefas esse censentes, plurimorum uno pittacio postulari — fortunas. Ib. X. 10. c. 29. §. 1. de petit. et ultro dat. Nov. Th. II. (I. 26. c. 1. §. 3.)

Pityocampa. *Eruca e picea nascens, venenata.* III. ***Cn.*** Pigmentarii si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas [al. pituocampas] — dederint etc. fr. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Pius. (Adiect.) **§. 1.** *Cultui deorum studens, Misericordiae dicatus.* III. ***Cn.*** Piam religiosamque, quietam et castam — colere vitam. Coll. LL. M. VI. 4. Piis religiosisque mentibus nostris — venerabilia maxime videntur. Ib. l. 1. Piis actibus, vel religiosis personis, donatio deputata. c. 35. §. 5. de donat. 8. 54. Super piis causis factae (donationes.) c. 19. de SS. eccl. 1. 2. Praesens piissima — lex. Nov. 37. in f. Veniat ad nostras piissimas aures. Iul. ep. nov. c. 69. §. 250. — **§. 2.** *Benignus, Iustus.* (Titulus honorarius Principum.) I. ***Sy.*** D. Pius. Marcus Ael. Ant. Cf. v. Marcus. III. ***Cn.*** Rom. Imperatores, et pii, felices — imperetis. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.) D. Pius Antoninus. Cf. v. Antoninus. §. 1. D. Pius, et DD. Severus et Antoninus. §. 9. I. de usucap. 2. 6. Ex consulatu D. pii Constantii X. Th. C. XII. 1. c. 90. de decurion. Imp. Caes. Flav. Iustinianus, — pius, felix etc. Prooem. Inst. (rubr.) cf. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. — **§. 3.** *Officio naturali erga parentes et liberos, vel cognatos, conveniens.* III. ***Cn.*** Quoniam cognovi, — filium meum in extremis esse, iustissimum et piissimum duxi etc. fr. 30. §. 4. de adim. legat. 34. 4. Parentes pii, qui liberorum procreandorum animo et voto uxores ducunt. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Pios filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset. fr. 38. de fideic. libb. 40. 5.

Placabilis. (Adiect.) *Qui ad alium placan-*

dum idoneus est. I. **Sy.** Acceptabilis (deo.) Nov. 37. Nov. 65.

Placare. *Sedare, Componere, Reconciliare.* III. **Cn.** Orbe placato praesentes triumphetis. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.) Rigorem iuris placare, aut lenire. Th. C. I. 2. c. 3. (Wck.) de div. rescr. Offensam aegrae mulieris maritali sermone plac. fr. 3. si qu. aliqu. test. 29. 6. Rom. nomini — faventes, atque placatos futuros esse (deos.) Coll. LL. M. VI. 4.

Placentarius. *Qui placentas conficit.* III. **Cn.** Obsonatores, — et coqui, placentarii etc. Paul. III. 6. §. 72.

Placere. §. 1. *Probari, Consensu (privatorum) firmari.* I. **Sy.** Convenire (inter aliquos.) Cf. h. v. §. 6. II. **Op.** Displicere. fr. 41. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Si, paratis actoribus rationes reddere, heres libertatem non praestet, dicendo eos [al. eas] non placere sibi. fr. 41. §. 4. l. 40. 5. Quod testatori placuisse a legatario adprobabitur. fr. 78. §. 1. de legat. III. (32.) Causam coeptam, vel quocunque modo illi placitam, (exsequi.) c. 5. de inoff. testam. 3. 28. Placito pretio non numerato. c. 9. de contr. emt. 4. 38. Mutuos (X.) — illi reddam — cum suis usuris placitis inter nos. fr. 41. §. 2. de usur. 22. 1. Pacto placuit, ut etc. fr. 1. §. 3. de pignor. 20. 1. Inter contrahentes placuit. Vatic. §. 15. cf. fr. 1. pr. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 9. §. 1. de transact. 2. 15. — §. 2. *Auctoritate publica* (velut populi, aut Senatus, aut Principis, itemque magistratuum) *comprobari.* I. **Sy.** Arbitrari, Censere (Senatum.) Placere (Senatui.) fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. fr. 1. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 2. §. 1. ad S.C. Vellei. 16. 1. Sancimus, Decernimus, Volumus, Placet. Th. C. VIII. 12. c. 3. de donat. XVI. 10. c. 4. de pagan. III. **Cn.** Cum placuisset (leges ferri,) latum est ad populum etc. fr. 2. §§. 3. sq. 8. 18. 24. de O. I. 1. 2. Factum est S.C. in haec verba: Placere etc. fr. 28. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Acclamatum est: Aequum est, placet, placet. Gesta in Sen. de Th. C. rec. (Wck. p. 4.) Quodcunque Principi placuit. fr. 1. pr. §. 1. de const. Pr. I. 4. fr. 66. pr. de legat. II. (31.) Placuit omnifariam nobis. Th. C. II. 24. c. 2. fam. ercisc. Iudicanti placuit etc. fr. 14. §. 4. de bon. libert. 38. 2. Postea sententia dicta est, et placuit etc. fr. 88. pr. de legat. II. (31.) — §. 3. *Existimare, Opinari.* I. **Sy.** Existimare. Cf. h. v. §. 1. Putare, Videri, Probari. Gai. II. 78. sq. 91. sq. 195. III. 133. 168. 218. Constat, Placet, s. Placuit. Vlp. I. 21. fr. 3. fr. 36. pr. §. 1. de adopt. 1. 7. III. **Cn.** Quaeritur, s. Quaesitum est, v. Consulebatur, — et placet, s. placuit, s. placebat. Gai. III. 16. 145. sq. fr. 41. de R. C. 12. 1. fr. 7. §. 14. de adm. et peric. 26. 7. Veteres scripserunt, — placuit tamen etc. Gai. III. 197. cf. II. 154. Non constat, nam diversae scholae auctoribus placuit etc. Id. III. 178. Non placuit, quibusdam existimantibus etc. fr. 1. rer. amot. 25. 3. Gai III. 166. Et placet, ut et est constitutum. fr. 3. pr. de minor. 4. 4. fr. 44. §. 2. de excusatt. 27. 1. Placuit, eoque iure utimur. fr. 6. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Dudum, s. Olim, quidem placuit etc. Gai. II. 178. III. 16. In proposito totius fuit respondere, — etsi alias placeat etc. Vatic. §. 102. Magis placere video. fr. 55. pr. de legat. II. (31.) Magis placuit, videri etc. Paul. III. 6. §. 24. cf. Gai. I. 101. Omnibus placuit. fr. 61. de procur. 3. 3. Plerisque, v. Quibusdam, placuit. fr. 7. §. 1. de Senat. 1. 9. Gai. II. 7. 208. III. 75. 160. IV. 29.

Placitum. §. 1. *Conventio, Pactio* (privatorum.) I. **Sy.** Conventio. c. 8. de rer. permut. 4. 64. Pactio, Pactum. Cf. v. Pactum. §. 1. III. **Cn.** Et est pactio, duorum pluriumve in idem placitum consensus. fr. 1. §. 2. de pact. 2. 14. Si convenerit, — placitum custodiendum est. fr. 74. pr. de eviction. 21. 2. cf. Th. C. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. Contra placiti fidem adseverare. fr. 53. de iudic. 5. 1. Poena, quam „Si contra placitum fecerit, rato manente pacto," stipulanti recte promiserat. fr. 16. de transact. 2. 15. c. 33. eod. 2. 4. cf. c. 27. sq. de pact. 2. 3. Divisionis, v. Transactionis, placitum. fr. 45. de pact. 2. 14. c. 7. de transact. 2. 4. Scholae — placitum. Cf. h. v. — §. 2. *Constitutio (publica.) Sententia.* III. **Cn.** Legum placita. Vatic. §. 282. DD. Principum placitis (continetur.) c. 4. de hered. inst. 6. 24. c. 1. si pign. pignori. 8. 24. Secundum iuris placitum, s. placita. c. 2. fam. ercisc. 3. 36. c. 23. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Vetus, s. Antiquitatis, plac. c. 10. de fideic. libb. 7. 4. c. 4. de aedif. priv. 8. 10. — §. 3. *Instrumentum scriptum.* I. **Sy.** Securitates. Placita (pecuniae.) Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2.

Plaetoria, s. **Laetoria.** *Nomen legis,* (quae circumscriptioni minorum prospexit, et minoris aetatis fines ad annos usque XXV completos protulit.) III. **Cn.** Donec is — annos Laetoriae legis egressus, legitimam compleverit aetatem. Th. C. VIII. 12. c. 2. de donat. Quive lege Plaetoria — condemnatus est, erit. Tab. Heracl. lin. 37. sq. aer. Neap.

Plăga. *Percussio, Ictus.* I. **Sy.** Verbera, Plagae. c. 8. §§. 2. 6. de repud. 5. 17. Th. C. IX. 12. c. 2. de emend. serv. III. **Cn.** Plagis deficere. Ex plagis mori. Paul. V. 23. §. 6. fr. 52. pr. ad L. Aqu. 9. 2.

Plāga. §. 1. *Spatium, Tractus.* III. **Cn.** Agri plaga, quae est in regione illa. fr. 41. §. 9. de legat. III. (32.) — §. 2. *Retis genus.* III. **Cn.** Futurum iactum retis a piscatore emere, aut indaginem plagis positis a venatore. fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1. Aucupes, et plagae, et huius rei (sc. aucupii) instrumentum. fr. 12. §. 13. de instr. leg. 33. 7. — §. 3. *Insidiae.* III. **Cn.** Quas vel error — in has contubernii plagas depulerit. Th. C. IV. 9. c. 3 ad S.C. Claud.

Plagiare. *Plagio auferre.* III. **Cn.** Quicunque plagiaverit quemquam in Israel. Coll. LL. M. XIV. 1.

Plagiarius. *Qui plagium exercet.* I. **Sy.** Plagiator. Ib. XIV. 3. Suppressor. fr. 6. §. 1. de L. Fab. de plag. 48. 15. III. **Cn.** Vt Praesides sacrilegos, latrones, plagiarios conquirant. fr. 4. §. 2. ad L. Iul. repet. 48. 13. cf. fr. 3. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Quin neque fur, neque plag. sit, (qui ex volun-

tate domini servum recepit.) fr. 48. §. 2. de furt. 47. 2. Servos a plagiariis — alienari, atque ita interdum ingenuos homines — asportari solere. c. 7. cf. c. 16. ad L. Fab. de plag. 9. 20.

Plagiator. Idem. I. **Sy.** Plagiarius. Cf. h. v.

Plagium. *Crimen eius, qui mancipium alienum domino subtraxit, aut liberum hominem libertate fraudavit.* I. **Sy.** Legis Fabiae, Plagii (crimen.) c. 1. sq. c. 8. sqq. ad L. Fab. 9. 20. III. **Cn.** Si furtum factum sit, — si plagium factum, vel adgressura, abigeatus etc. fr. 5. §. 2. de R. M. 49. 16. Si plagium fecit, vel suppressit, (Fabia teneri eum.) fr. 51. §. 1. pro soc. 17. 2. Capitale crimen ex L. Fabia de plagio nascitur (adversus eum, si liberum hominem emtor sciens emerit.) fr. 1. de L. Fab. 48. 15. A quo sollicitatam ancillam, plagio quoque facto exportatam. c. 1. cf. c. 10. sq. eod. 9. 20.

Plagula. *Lineum tegmen,* (quo in vestiendo utuntur mulieres.) III. **Cn.** Muliebria sunt (vestimenta,) veluti stolae, pallia, — plagulae, penulae. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Planarius. (Adiect.) *De plano celebratus,* (omissa causae cognitione per magistratum instituenda.) II. **Op.** Non interpellatione planaria [al. plenaria,] sed considente magis iudice etc. c. 4. de dilat. 3. 11. cf. c. 5. de naufrag. 11. 5. Th. C. XIII. 9. c. 6. eod.

Plancianum. *Nomen S.Cti.* §. **1.** *S.Cti de subiiciendo, adgnoscendoque partu.* III. **Cn.** Quia Planc. S.C. ad eos partus pertinet, qui post divortium eduntur, aliud S.C. temporibus D. Hadriani factum est etc. fr. 3. §. 1. de adgn. et alend. 25. 3. — §. **2.** *S.Cti de fideicommissis tacitis.* III. **Cn.** Qui non capienti rogatus est restituere hereditatem, S.C. Planciano non conceditur quartam retinere. fr. 59. §. 1. ad L. Falc. 35. 2.

Plane. (Advb.) §. **1.** *Aperte.* III. **Cn.** Quasi pl. sub conditione primis tabulis heres institutus. fr. 41. §. 6. de vulg. et pup. 28. 6. Cum illis quidem plane [al. plena] rerum administratio, duobus autem superioribus sola custodia — committitur. fr. 48. de adm. et peric. 26. 7. — §. **2.** *Profecto, Omnino.* III. **Cn.** Plane si etc. — Diversum, si etc. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 198. de V. S. 50. 16. Impuberibus quidem non permittitur, — adolescentibus pl. — permittitur. fr. 7. pr. de susp. tut. 26. 10. cf. fr. 42. §. 6. de procur. 3. 3. Quo pl. casu S.Cto locus non est. Gai. II. 218. 226. Haec sunt etc. — Plane ex his quaedam etc. fr. 1. §§. 1. sq. de const. Pr. 1. 4. Illud plane (non potest, v. addendum est.) fr. 58. de pact. 2. 14. fr. 6. §. 6. de h. qu. not. inf. 3. 2. Sed pl. si quis etc. Gai. III. 151. fr. 52. §. 7. de legat. III. (32.) Incipiente plane, non exacto die. fr. 134. de V. S. 50. 16.

Planta. *Herba, Arbor.* II. **Op.** Segetes. — Plantae. c. 11. de R. V. 3. 32. cf. Gai. II. 74. sq. III. **Cn.** Planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. Id. l. l.

Plantare. *In solo ponere plantam.* II. **Op.** Excidere (cupressos.) Th. C. X. 1. c. 12. de iure fisci.

Planus. (Adiect.) §. **1.** *Non editus, Aequalis.* II. **Op.** Clivosus. Cf. h. v. De plano opus facere. — In machina operari. fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. III. **Cn.** A plano vergere incipit (sc. ripa) usque ad aquam. fr. 3. §. 2. de flumin. 43. 12. Proscribere palam, — unde de plano recte legi possit. fr. 11. §. 3. de inst. act. 14. 3. — §. **1. A.** *De plano, i. e. In iure, omissis tamen solemnibus pro tribunali celebrandis.* II. **Op.** Si sint sessiones, vel pro tribunali, vel de plano (denunciare debet.) Vatic. §. 156. cf. §§. 112. 161. 163. 165. 167. Quodcunque Imp. — vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est. fr. 1. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Quae (B. P.) de plano peti potuit. — Quae causae cognitionem pro tribunali desiderat, vel quae decretum exposcit. fr. 2. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 14. cf. fr. 3. §. 8. de B. P. 37. 1. III. **Cn.** De plano expedire. Audire et discutere de pl. fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 6. de accus. 48. 2. — §. **2.** *Apertus, Dilucidus.* III. **Cn.** Plana sanctione revelare. c. 20. pr. de collat. 6. 20. Quid iam planius, quam ut etc. Th. C. IV. 21. c. 1. Quor. bon.

Platea. *Via lata in oppido.* III. **Cn.** Angustari spatia platearum. Th. C. XV. 1. c. 39. de opp. pub.

Plato. *Philosophus Atheniensis celeberrimus.* III. **Cn.** Summae prudentiae et auctoritatis apud Graecos Plato — ait. fr. 2. de nundin. 50. 11.

Plaudere. *Gratulari.* III. **Cn.** Nemo — sibi arbitretur annorum adnumeratione plaudendum. Th. C. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic.

Plausor. *Qui collisis manibus favoris signum exhibet.* III. **Cn.** Nec inconsulta plausorum insania — reip. robur evellant. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. lud.

Plaustrarius, s. **Plostrarius.** *Qui plaustrum regit.* III. **Cn.** Si ex plostro [al. plaustro] lapis ceciderit, — Aquiliae actione plostrarium teneri. fr. 27. §. 33. ad L. Aqu. 9. 2.

Plaustrum, s. **Plostrum.** *Currus, Vehiculum.* III. **Cn.** Quibus diebus virgines Vestales — plostris in urbe — vehi oportebit, quaeque plostra triumphi c. — duci oportebit. Tab. Heracl. lin. 62. sq. aer. Br. Qui actum habet, et plostrum [al. plaustrum] ducere, et iumenta agere potest. fr. 7. pr. de S. P. R. 8. 3. Plaustra, in quibus stercus evehatur. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7.

Plausus. *Favoris signum.* III. **Cn.** Omnium, s. Populi, plausus. Th. C. X. 10. c. 12. §. 1. de petit. et ultro dat. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. Popularem plausum aucupari. Ib. XV. 5. c. 1. c. 3. de spectac.

Plautia. *Nomen legis, quae crimen vis coërcuit.* III. **Cn.** Furtivam (sc. rem) L. XII Tabb. usucapi prohibet, vi possessam L. Iulia et Plautia. Gai. II. 45.

Plebeius. *Ad plebem pertinens* (in urbe Roma, aliisve civitatibus.) I. **Sy.** Humilior. fr. 1. §. 8. fr. 3. §. 16. de susp. tut. 26. 10. II. **Op.** Patricius. Cf. h. v. §. 1. In dignitate, v. honore, positus. Honestior. fr. 11. §. 1. de d. m. 4. 3. fr. 1. §. 2. de effract. 47. 18. fr. 3. §. 2. stellionat. 47. 20. Senator, vel eques R., decurio, vel magistratus etc. — Plebeius, vel humili loco natus. Paul. V. 4. §. 10. fr. 8. de Senat. 1.

1. 9. fr. 9. §. 15. fr. 10. §. 2. de poen. 48. 19. Th. C. VII. 13. c. 7. §. 2. de tiron. Potiores, i. e. possessores. — Inferiores, vel plebeii. Ib. XI. 15. c. 2. de pub. comparat. III. **Cn.** Tribunos sibi — creavit (sc. plebs,) qui essent plebeii magistratus. fr. 2. §. 20. de O. I. 1. 2. Si in numero plebeiorum filius tuus est. fr. 14. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. Reiecti in ordinem plebeiorum. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Plebeia stirpe progenitus. Ib. I. 12. c. 4. (Wck.) de off. Proc. et Leg. Abiecti in faecem vilitatemque plebeiam. Ib. IX. 42. c. 5. de bon. proscr. Inter pessimos quosque et plebeios habeantur. Ib. IX. 27. c. 1. ad L. Iul. repet.

Plebiscitum. *Lex, quam plebs R. per suffragia iussit.* I. **Sy.** Quod plebs iubet atque constituit. Gai. I. 3. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. Lex, quam tribunus pl. a plebe rogavit. fr. 1. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Adversus leges, plebiscita, S. Cta, edicta Principum (pacta conventa facta.) fr. 7. §. 7. de pact. 2. 14. cf. fr. 1. §. 8. de postul. 3. 1. Quae lex plebiscitum est. fr. 1. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. cf. L. Gall. Cisalp. I. 29. 38. sq. L. Hortensia lata est, qua cautum est: ut plebiscita universum populum tenerent. Gai. I. 3.

Plebs. **§. 1.** *Civium R. pars illa, quae supererat deductis patriciis.* I. **Sy.** Caeteri cives, sine patriciis. Gai. I. 3. cf. fr. 238. pr. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Populus. Gai. 1. 1. fr. 2. §. 9. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Omnis plebs urbana. fr. 2. §. 24. ib. 1. 2. Cum plebs a Patribus secessisset, — tribunos sibi — creavit. fr. 2. §§. 20. sq. ib. 1. 2. Quae L. Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus pl. a plebe rogaverit. fr. 1. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Vniversitas incolarum urbis Romae.* I. **Sy.** Populus. Coll. LL. M. V. 3. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 3. de decurion. — **§. 3.** *Plebeiorum corpus in singulis quibusque civitatibus imperii R.* II. **Op.** Decuriones, Curiales. Ib. I. 11. c. 2. de defens. civit. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 9. III. **Cn.** Municipes, honorati, plebesque. Nov. Maior. de defens. civit. IV. 2. c. 1. Valer. Prob. de not. R. v. Pl. Vr. Et Hon. V. Omnes iudices, urbanaeque plebes, et cunctarum artium officia. c. 3. de feriis. 3. 12. Apud magistratus municipales, vel apud defensorem plebis. Th. C. VIII. 12. c. 8. §. 1. de donat. Sub adspectu plebis. c. 1. de h. qu. in eccl. 1. 13. — **§. 4.** *Coloni rustici* (glebae adscripti.) I. **Sy.** Rusticani, Plebs rusticana, Mancipia adscripta. Th. C. XI. 1. c. 26. de ann. et trib. XI. 3. c. 2. sine censu v. reliqu. XIII. 1. c. 10. de lustr. collat.

Plectere. **§. 1.** *Ferire, Punire.* I. **Sy.** Pati poenam, Puniri, Plecti. fr. 14. §§. 9. 11. Qu. met. c. 4. 2. fr. 1. §§. 9. sq. 13. ad S. C. Turp. 48. 16. Th. C. XVI. 5. c. 34. pr. de haeret. Teneri, Condemnari, Damnari, Plecti. fr. 7. §§. 3. 10. 14. de adm. et peric. 26. 7. fr. 4. de cust. et exhib. 48. 3. III. **Cn.** Evenit ut eadem scelera in quibusdam provinciis gravius plectantur. fr. 16. §. 9. de poen. 48. 19. Erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione. fr. 8. §. 2. de relig. 11. 7. cf. fr. 3. ad S. C. Turp. 48. 16. Crimen plectendum. Th. C. X. 10. c. 15. de petit. et ultro dat. Capite eum plectere non dubitabis. c. 7. ad L. Fab. de plag. 9. 20. Poena (pecuniaria) plecti. fr. 4. de cust. et exhib. 48. 3. Infamia plecti. Fr. de I. F. §. 16. — **§. 2.** *Comprehendere.* I. **Sy.** Complecti. Cf. h. v. §. 2.

Plectibilis. (Adiect.) **§. 1.** *Plectendus.* III. **Cn.** Plectibili usurpatione (praesumtum.) Th. C. XIV. 3. c. 16. de pistor. cf. XVI. 5. c. 5. de haeret. — **§. 2.** *Plectens.* I. **Sy.** Congruae emendationis occursus. Plectibili severitate obviandum. Ib. XII. 1. c. 161. de decurion.

Plenarius. (Adiect.) *Vniversalis.* II. **Op.** Particularis, — Plenaria (securitas, s. apocha.) Nov. 128. c. 3. Iul. ep. nov. c. 124. §. 543. [cf. v. Planarius.]

Plene. (Advb.) **§. 1.** *Copiose, Late.* III. **Cn.** Minus plene edere. — Plenius restituere. fr. 7. pr. de edend. 2. 13. fr. 5. §. 15. de don. int. V. 24. 1. Plene actis inseri. Th. C. XI. 30. c. 9. de app. et poen. Vt singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse voluerit. fr. 122. de V. S. 50. 16. Quaero an, — et plenius rogo etc. fr. 25. de liberat. leg. 34. 3. Quod autem diximus, — plenius acceptum est. fr. 53. de contr. emt. 18. 1. Et ideo plenius tractat (Scaevola.) fr. 1. §. 10. si is qu. testam. lib. 47. 4. Quam plenissime interpretari. fr. 3. de const. Pr. 1. 4. Plenissime subventum, v. cautum est (S. Cto etc.) fr. 2. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. fr. 15. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Perfecte, Iuste.* I. **Sy.** Omnimodo. fr. 7. de adim. legat. 34. 4. Sufficienter. fr. 9. §. 4. de interr. in iure. 11. 1. fr. 14. pr. sol. matrim. 24. 3. III **Cn.** Plenissime instruere. fr. 4. Quib. ad libert. 40. 13. cf. fr. 11. §. 12. de interr. in iure. 11. 1. Plenius coërcere. fr. 3. §. 1. de abig. 47. 14.

Plenus. (Adiect.) **§. 1.** *Repletus.* I. **Sy.** Gravis (venter.) fr. 84. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 11. de iure codic. 29. 7. II. **Op.** Plenum esse, — Vacare. fr. 2. pr. de decurion. 50. 2. III. **Cn.** Plenissimum flumen. fr. 3. §. 1. de flumin. 43. 12. Qui se deo plenos adsimulant. Paul. V. 21. §. 1. — **§. 2.** *Expletus, Absolutus, Integer.* I. **Sy.** Impletus (annus.) fr. 74. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. Integra, Plena, Solida, (Falcidia etc.) fr. 1. §. 20. ib. 36. 1. cf. fr. 14. §. 1. fr. 16. pr. fr. 17. ad L. Falc. 35. 2. II. **Op.** Adulta, — Minus plena (aetas.) Th. C. VI. 4. c. 17. de Praet. et Qu. III. **Cn.** Dummodo vivos, et pleni temporis, pariant. Paul. IV. 9. §§. 1. 5. Quae pleno grege edita sunt. fr. 70. §. 4. de usufr. 7. 1. Quia actionum non plenus numerus esset, ideo etc. fr. 11. de praescr. vv. 19. 5. V gradus pleni excepti sunt, et ex VIto una persona. Vatic. §. 299. cf. §§. 298. 301. Si Homeri corpus sit legatum, et non sit plenum. fr. 52. §. 2. de leg. III. (32.) Quae sunt pleniora (sc. rescripta.) fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. Breves plenissimos (mitti.) Th. C. X. 8. c. 2. de bon. vac. Non ad plenum (discussionem egisse.) Ib. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar. cf. IV. 17. c. 3. de sent. ex peric. In plenum (parere.) Vatic. §. 205. cf. fr. 63. de cond. indeb. 12. 6. — **§. 3.** *Perfectus, Iustus.* I. **Sy.** Ex iure Quiritium (et in bonis,) Ex utroque iure, Pleno iure (esse alicuius.) Gai. I. 15. 17. 54. II. 40. sq. III. 80. cf. fr. 73.

pr. §. 1. de legat. III. (32.) II. **Op.** Imperfectum, — Plenum (ius.) c. 1. §. 15. de R. U. A. 5. 13. Plenum dominium. — Solus ususfr. fr. 2. pr. fr. 17. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 26. pr. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 126. §. 1. de V. O. 45. 1. Plena, — Angusta (optio.) Cf. v. Angustus. §. 2. III. **Cn.** Plenum ius incipere habere. fr. 17. §. 1. de R. V. 6. 1. Habere plenissimum et perfectum robur. §. 2. I. de donat. 2. 7. Plenam fidem defuncto praestare. Paul. IV. 3. §§. 3. sq. Interpretationem pleniorem exigere. fr. 18. §. 1. de pecun. const. 13. 5. Videtur plena esse definitio. fr. 1. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Plena frui voluntate. fr. 16. de legat. praest. 37. 5. Nondum plenum iudicium animi habere. Vlp. XX. 12. Plena defensio accipietur, si etc. fr. 21. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Vtrum plenam (custodiam) — praestet, an vero dolum dumtaxat? fr. 2. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Ne cui temere — plenissimum curatorem det. fr. 6. de curat. fur. 26. 10.

Plerique. (Adiect.) **§. 1.** *Permulti, Maior pars.* II. **Op.** Quidam. Gai. IV. 29. cf. fr. 2. pr. de D. R. 1. 8. III. **Cn.** Quo (sc. tempore) plerique pubescunt, i. e. anno XVIII. Paul. III. 4. A. §. 2. Conventionum pleraeque in aliud nomen transeunt. fr. 1. §. 4. de pact. 2. 14. Tutor cum plerisque creditoribus decidit. fr. 44. ib. 2. 14. Quaeritur, — et plerique putant. Gai. II. 212. IV. 153. Verum est, quod plerique probant. fr. 25. pr. de furt. 47. 2. Plerique putant. — Ego dubito. fr. 56. pr. ad L. Falc. 35. 2. Cassio placuit; — sed huius sententiam plerique improbant. Gai. III. 71. Apud Celsum, et apud alios plerosque (relatum.) fr. 12. §. 1. de tut. et curat. dat. 26. 5. Plerique, et Pomponius. fr. 28. §. 4. de don. int. V. 24. 1. fr. 1. §. 3. de tutel. 26. 1. Plerique, in quibus Priscus quoque. fr. 21. de m. c. donat. 39. 6. — **§. 2.** *Nonnulli, Quidam.* III. **Cn.** Plerique cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui animi et offensa. fr. 32. §. 10. de don. int. V. 24. 1. Plerasque res aliquando propter accessiones emimus. fr. 34. pr. de contr. emt. 18. 1. Et aliae pleraeque. Pleraque praeterea. fr. 3. pr. de Pub. in R. A. 6. 2. fr. 22. de V. S. 50. 16. Vt plerique faciunt. fr. 6. §. 1. comm. praed. 8. 4. cf. fr. 16. pr. ad S.C. Treb. 36. 1.

Plerumque. (Advb.) **§. 1.** *Magna ex parte, Vt plurimum.* I. **Sy.** Frequenter. fr. 5. fr. 10. de LL. 1. 3. II. **Op.** Nonnunquam. Paul. V. 3. §. 5. Aliquando. Gai. IV. 111. sq. cf. fr. 1. §. 2. de tut. et rat. 27. 3. III. **Cn.** Plerumque, et fere semper. §. 4. I. de interd. 4. 15. Et iudex, quamvis possit etc. — pler. tamen non audet. Gai. III. 224. Neque responsa utique signata dabant, sed pler. iudicibus ipsis scribebant. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Pler. interest, — maxime si etc. fr. 10. pr. de iure dot. 23. 3. Vt pler. adsolet, s. accidere solet. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 34. §. 1. fr. 35. de Aedil. edict. 21. 1. Solet, — nam pler. etc. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Expedit pler. Gai. IV. 74. — **§. 2.** *Interdum, Nonnunquam.* III. **Cn.** Aliter alias accipiatur, et pler. potestatis liberationem continet, pler. libertatem. fr. 50. §. 4. de legat. III. (32.) Plerumq. — videlicet si etc. fr. 25. §. 2. fr. 26. de pact. 2. 14. cf. fr. 43. §. 11. de furt. 47. 2.

Plorare. *Lacrimis et clamore invocare.* III. **Cn.** Si parentem puer verberit, ast olle plorassit etc. L. Servii Tullii. no. 1. Auxilium ei ferre, si non corpore suo, at certe voce plorantem. fr. 1. §. 28. de S.C. Silan. 29. 5. (Cf. v. Endo.)

Plostrarius. Cf. v. Plaustrarius.

Plotina. *Hadriani uxor.* II. **Cn.** D. Hadrianus in Plotinae, et proxime Imp. Antoninus in Faustinae Aug. persona constituit. fr. 57. de legat. II. (31.)

Plumarius. Cf. v. Plumbarius.

Plumbare. *Plumbo iungere metalla.* II. **Op.** Replumbare. fr. 19. §. 3. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Alieno plumbo plumbare, alienove argento ferruminare. fr. 27. pr. de A. R. D. 41. 1.

Plumbarius. *Qui facit opera ex plumbo.* III. **Cn.** Plumbarii, ferrarii, lapidarii. fr. 6. de iure imm. 50. 6. Vitrarii, eborarii, — plumbarii [al. plumarii.] Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Iust. C. c. 1. eod. 10. 64.

Plumbatae. *Flagella, quibus globuli plumbei innexi.* III. **Cn.** Carcer, plumbatarumque verbera, aut pondera. Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction. Tormenta, — et ictus plumbatarum. Ib. XII. 1. c. 80. c. 85. de decurion.

Plumbatura. *Actus plumbandi.* II. **Op.** Ferruminatio. fr. 23. §. 5. de R. V. 6. 1. fr. 27. pr. de A. R. D. 41. 1.

Plumbeus. (Adiect.) *E plumbo factus.* III. **Cn.** Stannei, plumbei (nummi.) fr. 9. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Fictilia, item plumbea (dolia.) fr. 26. pr. de instr. leg. 33. 7.

Plumbum. **§. 1.** *Metalli genus notissimum.* III. **Cn.** In aere, vel plumbo, seu qualibet alia solutione pensetur. Th. C. XIV. 3. c. 16. de pistor. Si plumbum cum argento mixtum sit. fr. 5. §. 1. de R. V. 6. 1. Liquentis plumbi ingestio. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg. — **§. 2.** *Tegmen e plumbo.* III. **Cn.** Plumbum, quod tegulis poneretur. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. Si cui vascula argentea — sint legata, etiam plumbum, quo continentur, eum sequetur. fr. 19. §. 4. de auro arg. 34. 2. — **§. 3.** *Plumbatae.* I. **Sy.** Plumbatae, Plumbi verbera. Th. C. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. XI. 7. c. 3. c. 7. de exaction.

Pluralis. (Adiect.) *Qui plura comprehendit.* II. **Op.** Singularis. fr. 12. de testib. 22. 5. fr. 122. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset. fr. 33. §. 4. de cond. et dem. 35. 1.

Pluraliter. (Advb.) *Plurali numero.* II. **Op.** Vnius facere mentionem. — Pl. nuncupare. c. 14. de fideic. libb. 7. 4.

Plurativus. (Adiect.) *Pluralis.* III. **Cn.** Haec enunciatio (sc. „habere liberos,“) semper plurativo [al. plurali] numero profertur. fr. 148. de V. S. 50. 16.

Plures. Cf. v. Plus. (Adiect.)

Plurifariam. (Advb.) *Pluribus vicibus, v. modis.* III. **Cn.** Sub hoc titulo pl. Praetor hominibus — subvenit. fr. 1. de I. I. R. 4. 1. Plurif. constitutum est. fr. 5. §. 12. de iure imm. 50. 6. cf. fr. 2. pr. de iure fisci. 49. 14.

Plurimum. (Advb.) *Potissimum.* I. **Sy.**

Maximae auctoritatis esse. Plurimum auctoritatis habere. fr. 2. §§. 35. 42. 44. 47. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Pl. reip. consulere. fr. 2. §. 16. ib. 1. 2. Qui pl. potuit (temporibus Vespasiani.) fr. 2. §. 47. ib. 1. 2. Pl. interest. Gai. IV. 182. Si plurimum horti in reditu sunt. fr. 198. de V. S. 50. 16.

Plurimus. (Adiect.) *Copiosissimus, Supremus.* II. **Op.** Plurimi, — Minoris (in eo anno rem fuisse.) Gai. III. 210. 214. 218. III. **Cn.** De omnibus bonis, aut plurima parte eorum, controversia. fr. 21. pr. de excusatt. 27. 1. Plurima rerum reliquit (penes diversos.) Th. C. IX. 42. c. 18. de bon. proscr. Eis plurimam scimus harum rerum esse notitiam. Ib. VI. 2. c. 6. de Senat. et de gleb. Plurimi et maximi viri. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Per annos plurimos observata. fr. 35. de LL. 1. 3. Plurimis non placet. fr. 12. pr. de instr. leg. 33. 7. Plurimo redemturus esse. fr. 63. pr. ad L. Aqu. 9. 2.

Plus. (Adiect.) **§. 1.** *Maius, Amplius.* I. **Sy.** Amplius. Gai. III. 122. Amplior pars. fr. 11. §§. 2. 5. ad L. Falc. 35. 2. II. **Op.** Pluris, — Minoris (esse etc.) fr. 5. §§. 3. sq. de A. E. V. 19. 1. fr. 37. de V. S. 50. 16. Plus, minus (pondo.) fr. 26. §. 2. depos. 16. 3. III. **Cn.** Non adiicitur: „eo, plurisve;“ quia, quod res pluris est, utique tanti est. fr. 9. de in lit. iur. 12. 3. cf. fr. 63. pr. ad L. Falc. 35. 2. fr. 192. fr. 232. de V. S. 50. 16. Nec tamen pluribus, quam H S. C. millibus, fit vadimonium. Gai. IV. 186. Pluris, quam statutum est, (promitti.) fr. 4. §. 5. si qu. cautt. 2. 11. Pluris, quam simpli, (actio.) Gai. IV. 172. sq. Plus nummo uno intendere. Ib. IV. 68. cf. 53. Plus petendo causa cadere. Paul. I. 10. §. 1. II. 5. §. 3. Gai. IV. 53. sqq. 60. 68. Plus debito nomine debitorum exigere. c. 2. ex qu. c. infam. 2. 12. Longe plus habere quartae [al. quarta] paternae hereditatis. fr. 11. §. 5. ad L. Falc. 35. 2. Vt aliquo pluris haberent. fr. 2. §. 26. de O. I. 1. 2. Pluris pretii (oleum.) fr. 26. § 5. de cond. indeb. 12. 6. In id, quod plus est, (adcrescere.) Fr. de I. F. §. 11. Plus est in (re etc.) fr. 13. §. 1. fr. 22. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Plures, i. e. Complures, Multi.* I. **Sy.** Multa, Plura (negotia.) fr. 15. sq. de N. G. 3. 5. II. **Op.** Pauciores. Cf. v. Paucus. Par, — Plurium (numerus.) fr. 8. de pact. 2. 14. Singuli. fr. 13. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Solus, neque cum pluribus. Fr. L. Cincii I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4. Vnus, vel etiam plures. Vlp. XXVI. 2. Gai. III. 175. fr. 8. §. 15. 1. 1. 2. 15. Duo, pluresve. Gai. II. 174. 199. 205. 215. III. 59. Plures quam duos, neque plures quam X. Id. I. 43. Non nisi praesentes, — et non plures quam quot etc. Vlp. XIX. 6. Ex una domo plures testes (adhibere.) Id. XX. 6. Si plures eodem gradu sint adgnati, et quidam eorum etc. Id. XXVI. 5. Qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit etc. Gai. IV. 122. fr. 11. pr. de iurisd. 2. 1. Plura generis eiusdem. fr. 158. de V. S. 50. 16. cf. Gai. III. 220.

Plus. (Advb.) **§. 1.** *Amplius.* III. **Cn.** Vno anno, non plus. Th. C. VII. 6. c. 1. de milit. veste. Pl. semel. fr. 10. de feriis. 2. 12. Pl. quam manifestum est. fr. 8. §. 16. de transact. 2. 15. Pl. quam iniquum est. fr. 1. §. 30. de S.C. Silan. 29. 5. — **§. 2.** *Magis.* III. **Cn.** Dico valere. Plus arbitror etc. fr. 5. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Pl. dicitur. fr. 3. §. 4. de vi et vi arm. 43. 16. Pl. dicit, v. putat. fr. 3. §. 10. ad exhib. 10. 4. fr. 24. §. 7. sol. matrim. 24. 3.

Plusculus. (Adiect.) *Aliquanto plus.* III. **Cn.** Plusculum dubitationis ea res habet. fr. 6. §. 1. Quemad. servit. 8. 6.

Pluteus. *Tabula parieti adfixa, Repositorium.* III. **Cn.** Reticuli circa columnas, plutei circa parietes. fr. 17. §. 4. de A. E. V. 19. 1.

Pluvia. *Aquarum caelestium vis.* III. **Cn.** Quae (sc. vela) ideo parantur, ne aedificia vento, vel pluvia, laborent. fr. 12. §. 17. de instr. leg. 33. 7. Vetustate, vel pluvia — contingit (ne proscriptum esset.) fr. 11. §. 4. de instit. act. 14. 3.

Pluvius. (Adiect.) *Pluvialis.* I. **Sy.** Caelestis, Pluvia (aqua.) fr. 1. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. **Cn.** Aqua pluvia, vel quae pluvia crescit. fr. 1. §. 15. ib. 39. 3.

Pneumatomachi. *Haereticorum secta.* III. **Cn.** Quoscunque diversarum haeresum error exagitat, i. e. — Ariani, Macedoniani, Pneumatomachi, Manichaei etc. Th. C. XVI. 5. c. 11. de haeret.

Pocularis. (Adiect.) *Ad potum spectans.* III. **Cn.** Vasa, in quibus vinum defunditur, escaria quoque et pocularia vasa. Paul. III. 6. §§. 61. 67.

Poculentus. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Poculenta [al. potulenta] penu, ea, quae vini loco paterfam. habuit, continebuntur. fr. 3. §. 4. de penu leg. 33. 9. Esculentum, poculentumve [al. potulentumve.] fr. 18. de off. Praes. 1. 18.

Poculum. **§. 1.** *Vas potorium.* I. **Sy.** Omne potui paratum. fr. 36. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur, veluti paterae etc. Paul. III. 6. §. 90. cf. §. 86. Qui IV pocula oleaginea habebat. fr. 30. pr. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Potio ipsa.* III. **Cn.** Abortionis, aut amatorium poculum dare. Paul. V. 23. §. 14.

Podagra. *Morbus articularis, maxime pedes infestans.* I. **Sy.** Valetudo pedum. c. 3. Qui morbo se exc. 10. 50. III. **Cn.** Qui tertiana aut quartana febri, aut podagra vexarentur. fr. 53. de Aedil. edict. 21. 1.

Podium. *Locus, extra parietem domus spectandi causa proiectus.* III. **Cn.** Spongiae, quibus columnae, pavimenta, podia extergantur. fr. 12. §. 22. de instr. leg. 33. 7.

Poena. **§. 1.** *Vltio peccati, Vindicta publica.* I. **Sy.** Coërcitio delictorum. Vindicta noxae. fr. 131. pr. §. 1. de V.S. 50. 16. Animadversio. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Mulcta. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 22. de h. qu. not. inf. 3. 2. Dilaniare poenis publicis corpus. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. servor. Qui servi a dominis poenae nomine vincti sunt. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. Poenae servus. Cf. v. Servus. Poenae certae singulorum peccatorum. fr. 244. de V. S. 50. 16. Minus quam perfecta lex est, quae — poenam iniungit ei, qui contra legem fecit. Vlp. I. 2. Poena per legem —

irrogatur. Gai. III. 190. sq. fr. 1. §. 2. ad S.C. Turp. 48. 16. Poena gravior, ultra legem imposita. fr. 13. §. 7. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 42. de poen. 48. 19. Poenae constituendae ius habere. fr. 3. pr. de off. Proc. Caes. 1. 19. Poena non tantum pecuniaria, verum capitis et existimationis (irrogari solet.) fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Per poenam deportationis (ad peregrinitatem redactus.) fr. 10. §. 6. de in ius voc. 2. 4. — **§. 2.** *Coërcitio quaelibet, Vindicta privata.* I. **Sy.** Mulcta. fr. 2. §. 1. ne qu. in ius voc. 2. 5. Quod coërcendi heredis causa relinquitur. Poenae causa legatum. Vlp. XXIV. 17. XXV. 13. Gai. II. 235. sqq. 243. III. **Cn.** Hoc iudicium, — cum meram poenam contineat etc. fr. 1. §. 4. si qu. ius dic. 2. 3. Ex L. Aquilia quod alius praestitit, alium non relevat, cum sit poena. fr. 11. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 3. §. 3. Qu. quisq. iur. 2. 2. Tripli poena satisfacere (propter facinus.) fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. In poenam edicti committere, s. incidere. fr. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 23. de in ius voc. 2. 4. Poenam, i. e. L aureos, dare. fr. 25. ib. 2. 4. Poenam suam solvere. fr. 6. ne qu. eum. 2. 7. — **§. 2. A.** *Actio poenalis.* II. **Op.** Res. Gai. IV. 6. 8. fr. 14. §§. 2. 7. 9. sqq. Qu. met. c. 4. 2. Rei persecutio. Res restituenda. fr. 16. §. 2. ib. 4. 2. fr. 12. §. 1. si qu. om. c. testam. 29. 4. fr. 25. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. — **§. 3.** *Promissio poenae. Mulcta promissa.* I. **Sy.** Stipulatio (poenalis.) fr. 9. pr. §. 1. fr. 10. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. III. **Cn.** Non enim poena, sed foenus uberius ratione sortis, promittitur. fr. 9. §. 1. fr. 11. pr. fr. 44. de usur. 22. 1. fr. 5. §. 3. fr. 90. de V. O. 45. 1. Pacto convento Aquiliana stipulatio subiici solet, sed consultius est huic poenam quoque subiungere. Paul. I. 1. §. 3. Si poenam stipulatus fuero, — certa est et utilis stipulatio. fr. 68. de V. O. 45. 1. Sisti promittere, neque adiicere poenam. fr. 3. si qu. in ius voc. 2. 5. Cum poena, — Sine poena (debere, v. agere.) fr. 4. de solut. 46. 3. Gai. IV. 141. 163. Poena ex compromisso. fr. 5. §. 4. de V. O. 45. 1. Si grave aes alienum sit, quod ex poena crescat. fr. 1. §. 2. de cur. bon. 42. 7. Poenae committendae actio. fr. 1. fr. 13. de N. G. 3. 5. cf. fr. 16. de transact. 2. 15. fr. 24. de hered. pet. 5. 3.

Poenalis. (Adiect.) **§. 1.** *In poenam conceptus.* II. **Op.** Rei persecutionem continere, — Poenalem esse (actionem.) fr. 4. §. 6. de alien. iud. mut. c. 4. 7. III. **Cn.** Nec tamen haec summa sponsionis exigitur; non enim poenalis est, sed praeiudicialis. Gai. IV. 95. Si ex causa, quae inficiatione crescit, vel poenali, debetur. fr. 7. de solut. 46. 3. Ex maleficiis poenales actiones. Gai. IV. 112. fr. 111. §. 1. de R. I. 50. 17. Quamvis poenales videantur actiones, tamen quoniam ex contractu veniunt etc. fr. 23. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Actio in factum poenalis. fr. 12. de in ius voc. 2. 4. fr. 25. de L. Corn. de fals. 48. 10. Poenales actiones, sive legitimae sive honorariae, exceptis popularibus etc. fr. 32. pr. ad L. Falc. 35. 2. Causa cognita se poenale iudicium daturum. fr. 11. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 1. pr. si qu. ius dic. 2. 3. — **§. 2.** *Poena dignus, Puniendus.* III. **Cn.** Carcer poenalium, carcer hominum noxiorum est. Th. C. XI. 7. c. 3. de exaction. — **§. 3.** *Ad maleficium spectans.* III. **Cn.** Cui ob aliquod maleficium ex lege poenali aqua et igni interdicitur. Gai. I. 128. Causae poenales. fr. 58. fr. 155. §. 2. de R. I. 50. 17.

Poenitentia. *Mutatio consilii.* I. **Sy.** Mutata voluntas. fr. 7. de divort. 24. 2. III. **Cn.** Si poenituit eum, — poenitentia cognita etc. fr. 7. l. 24. 2. Non flagitium morum obliterabitur poenitentia. Th. C. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. Cf. fr. 65. de furt. 47. 2. Sin — poenitentiam egerint (haeretici.) Iul. ep. nov. c. 107. §. 373. Si, posteaquam iussit, poenitentiam egit. fr. 25. §. 14. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 3. §. 10. de sepulc. viol. 47. 12. Licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire, tamen poenitentia actus — cernendo heres esse potest. Gai. II. 168. Vlp. XXII. 30. Revocari poenitentia, s. ex poen. Paul. III. 7. §. 2. fr. 46. de pact. 2. 14.

Poenitere. *Poenitentiam agere.* III. **Cn.** Si specialiter dixerit, prioris voluntatis sibi poenituisse, et voluisse ut etc. fr. 22. pr. de legat. III. (32.) Si quis dederit, — deinde poeniteat. fr. 5. §. 2. cf. §. 1. de cond. c. dat. 12. 4. Poenitendo remittere. Vatic. §. 6. cf. fr. 11. de in ius voc. 2. 4.

Poenitudo. *Poenitentia.* III. **Cn.** Habere licentiam arbitrium commutandi, ne iustae poenitudinis humanitas amputetur. Th. C. XI. 30. c. 56. de app. et poen. Subeat animos vicaria poenitudo. c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12.

Poenus. (Adiect.) *Punicus.* I. **Sy.** Poenus sermo. Punica lingua. fr. 11. pr. de legat. III. (32.) fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1.

Poëta. *Carminum scriptor.* III. **Cn.** Summus apud eos (sc. Graecos) poëtarum, Homerus. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 16. §. 8. de poen. 48. 19. Poëtae nulla immunitatis praerogativa iuvantur. c. 3. de prof. et med. 10. 52.

Polemoniacus. (Adiect.) *Ad regionem Ponti pertinens,* (quae a Polemone rege nomen accepit.) III. **Cn.** Moderator Helenoponti, et Ponti Polemoniaci, et Procos. Cappadociae etc. Iul. ep. nov. c. 25. §. 96. cf. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29.

Polia. *Equorum grex.* III. **Cn.** Si polia venierit, — unum equum, — non omnem poliam redhiberi oportere. fr. 38. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1.

Polire. *Levigare.* III. **Cn.** Si fulloni polienda, curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dederim. Gai. III. 143. 162. 205. fr. 9. §. 5. fr. 13. §. 6. locat. 19. 2. Rogum ascia ne polito. L. XII. Tabb. X. 2.

Politor. *Qui diligenter excolit.* III. **Cn.** Si in coëunda societate artem operamve pollicitus est alter, veluti cum — agrum politori [al. pollicitatori, v. olitori] damus in commune quaerendis fructibus. fr. 52. §. 2. pro soc. 17. 2.

Pollen. *Farina probe subacta.* III. **Cn.** Conficiendi pollinis cura, aut panis excoctio. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord.

Pollens. (Partic.) *Potens.* III. **Cn.** Viri — emerito iam honore pollentes. Ib. VIII. 11. c. 1. §. 1. ne qu. pub. laet. Qui melior, innocentia potior, litteris pollentior reliquis. Ib. X. 15. c. 2. de advoc. fisci.

Pollēre. *Valere, Vigere.* III. **Cn.** Quae (sc.

civitates) pollent et eminent. Th. C. XIII. 8. c. 11. de medic. et prof. Is, quem constiterit studiorum liberalium usu atque exercitatione pollere. Ib. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. Cum rei substantia plus polleat existimatione falsa. Vatic. §. 260.

Pollex. *Primus et crassior digitus manus.* III. ***Cn.*** Si pretioso pictori pollex fuerit praecisus. fr. 23. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Si ad pollicem suum eum (sc. mulum) adligaverit de loro. fr. 27. §. 34. ib. 9. 2.

Polliceri. §. 1. *Promittere, Adfirmare.* I. ***Sy.*** Promittere. Edicere, se daturum. fr. 3. fr. 5. de I. I. R. 4. 1. fr. 1. §§. 1. sq. de bon. libert. 38. 2. II. ***Op.*** Negare. c. 24. de N. G. 2. 19. III. ***Cn.*** Exercenti navem adversus eos — actio non pollicetur. fr. 1. §. 18. de exerc. act. 14. 1. Praetor iubet — heredes exheredari, — alioquin c. t. B. Pnem eis pollicetur. Vlp. XXII. 23. cf. Gai. II. 119. Noxalis actio cessat, et in eum Praetor hanc actionem pollicetur. fr. 3. §. 11. de sepulc. viol. 47. 12. Puto ideo Praetorem non esse pollicitum in heredes (sc. actionem,) quia etc. fr. 2. §. 27. vi bon. rapt. 47. 8. Quo bonum fuit actionem polliceri, cum competat etc. fr. 13. §. 2. de usufr. 7. 1. — §. 2. *Sponte, et citra creditoris consensum, promittere.* I. ***Sy.*** Pollicitari, Sponte offerre, Promittere. fr. 1. §§. 1. sq. fr. 4. fr. 6. §§. 1. sqq. fr. 8. de pollicit. 50. 12. III. ***Cn.*** Reip. promittat quis, vel polliceatur. fr. 19. pr. de donat. 39. 5. Qui ludos, pecuniamve, ab aliquo invito polliceri, publice privatimve, per iniuriam exegerit. fr. 10. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. — §. 3. *Pacto recipere in se.* III. ***Cn.*** Quod praestaturum se esse pollicitus sit venditor, emtori praestari oporteat. fr. 6. §. 8. de A. E. V. 19. 1. Spem alieni interitus polliceri. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 1. de pagan.

Pollicitari. *Polliceri.* Cf. h. v. §. 2.

Pollicitatio. §. 1. *Promissio debitoris, quam non excepit creditoris consensus.* I. ***Sy.*** Promissum (offerentis solius.) fr. 3. pr. fr. 8. sq. de pollicit. 50. 12. II. ***Op.*** Pactum. fr. 3. pr. l. 50. 12. III. ***Cn.*** „Promissum" potest referri et ad nudam promissionem, sive pollicitationem, vel ad sponsum. fr. 19. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur. Paul. V. 12. §. 9. Si ex pollicitatione debeant, quae tamen pollicitatio recusari non potest. fr. 6. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Si ob honorem poll. fuerit facta, quasi debitum exigatur. fr. 3. pr. fr. 6. pr. de pollic. 50. 12. Cum Campani, metu cuidam illato, extorsissent cautionem pollicitationis. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 10. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. — §. 2. *Promissio a creditore probata. Pactum.* II. ***Op.*** Nuda pollicitatione repromittere. — Chirographum eo nomine dare. fr. 10. pr. de h. qu. ut ind. 34. 9. Stipulatio, Promissio (dotis.) fr. 1. §§. 1. 8. de dot. collat. 37. 7. c. 1. de iure dot. 5. 12. Th. C. III. 13. c. 4. de dotib. III. ***Cn.*** Sub certi canonis pollicitatione suscipere (fundos steriles.) Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §. 4.

Pollinctor. *Qui cadaver curat, et rogo parat.* III. ***Cn.*** Si libitinarius — servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit. fr. 5. §. 8. de instit. act. 14. 3.

Pollio. Cf. v. Pellio.

Polluere. *Inquinare, Foedare, Contaminare.* I. ***Sy.*** Coeno miscere. Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M. Foedare. Ib. IX. 40. c. 17. de poen. III. ***Cn.*** Qui hominem immolaverint, — fanum templumve polluerint. Paul. V. 23. §. 16. Th. C. XVI. 10. c. 10. de pagan. Ne usus sepulchrorum permutationibus polluatur. fr. 12. §. 1. de religios. 11. 7. Notam infamiae sustineant, aut deformi vocabulo polluantur. Th. C. XV. 14. c. 11. de infirm. h. qu. s. tyr. Conscientiam suam polluisse criminibus. Ib. X. 10. c. 30. pr. de petit. et ultro dat. Incredulitate Iudaica pollui. Ib. XVI. 8. c. 19. de Iud. Haereticorum polluta contagia. Ib. XVI. 5. c. 20. c. 26. de haeret.

Polyposus. (Adiect.) *Qui polypo morbo laborat.* III. ***Cn.*** Qui clavum habet, morbosus est; sed et polyposus. fr. 12. pr. de Aed. edict. 21. 1.

Polyptyca. *Tabulae rationum publicarum, Libri tributorum.* III. ***Cn.*** Acceptae semel securitates, et regestae polyptycis. Th. C. XI. 26. c. 2. de discussor. Secundum fidem polyptycorum, per provinciam proconsularem — constat adscripta. Ib. XI. 28. c. 13. de indulg. debitor.

Pomarium. *Locus, arboribus frugiferis consitus.* III. ***Cn.*** Vineae, pomaria, horti (extra consuetudinem patrisfam. culta.) fr. 54. §. 2. de hered. pet. 5. 3.

Pomeridianus. (Adiect.) *Post meridiem constitutus.* III. ***Cn.*** Domum iudicis ordinarii pomeridiano tempore — ingredi familiariter adfectare. Th. C. I. 7. c. 7. de off. Rect. Pr.

Pomifer. (Adiect.) *Poma ferens.* III. ***Cn.*** Cupressi materiam vendere, vel olivae, — caeterasque arbores pomiferas caedere. fr. 45. §. 13. de iure fisci. 49. 14.

Pomoerium, s. **Pomerium.** *Ambitus murorum civitatis.* I. ***Sy.*** Moenia. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Cui — pomerio cuiuslibet civitatis interdictum est, urbe etiam interdictum esse videtur. fr. 5. de serv. export. 18. 7.

Pompa. §. 1. *Deductio, vel transvectio, solemnis.* III. ***Cn.*** Quaeque plostra ludorum, — inve pompam ludis circensibus, duci, agi opus erit. Tab. Heracl. lin. 64. aer. Br. Vt dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum, nec ostentatio videatur. Th. C. IX. 17. c. 5. §. 1. de sepulc. viol. cf. fr. 3. §. 6. commod. 13. 6. Pompa, aliaque nuptiarum celebritas. Th. C. III. 7. c. 3. de nupt. — §. 2. *Splendor.* III. ***Cn.*** Publicatione, pompaque rerum familiarium, et paupertatis detegi vilitatem, et invidiae patere divitias. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 3.

Pompeia. *Nomen legis de parricidio.* III. ***Cn.*** Quae (iudicia) ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, ut — Cornelia de sicariis et veneficiis, Pompeia parricidii. fr. 1. de pub. ind. 48. 1. fr. 12. §. 4. de accus. 48. 2. L. Pompeia de parricidiis. fr. 1. de L. Pomp. 48. 9. Paul. V. 24. §. 1.

Pompeius. *Cn. Pompeius M.* III. ***Cn.*** Pon-

ticis ex beneficio Pompeii Magni competere, ut etc. fr. 1. §. 2. ad munic. 50. 1.

Pompilius. Cf. v. Numa.

Pomponius. Cf. v. Sextus.

Pomum. *Arborum fructus, qui escariis cedunt.* III. **Cn.** Pomis, et oleribus, et floribus, et lignis (uti.) fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Qui fundum vendidit, pomum recepit; nuces, et ficus, et uvas — recepta videri. fr. 205. de V. S. 50. 16. cf. Paul. III. 6. §. 77.

Ponderare. §. **1.** *Pondere examinare.* III. **Cn.** Cum dixisset, se ponderare aut obsignare velle (sc. aurum,) aes subiecit. fr. 20. pr. de furt. 47. 2. — §. **2.** *Considerare, Aestimare.* III. **Cn.** Priore loco Vicarius ponderetur, Comes adiunctus accedat. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar.

Ponderatio. *Actus ponderandi.* I. **Sy.** Trutinae examen. Th. C. VIII. 5. c. 48. §. 1. de cursu pub. XIV. 4. c. 4. §. 2. de suar.

Ponderator. *Pensitator.* I. **Sy.** Zygostates. Ib. XII. 7. c. 2. de ponderator.

Pondo. *Pondus* (*librae.*) I. **Sy.** Certum pondus, s. Certi ponderis. Pondo tot. fr. 16. pr. fr. 19. §§. 1. sqq. fr. 35. §. 1. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Tritici modios C, qui singuli pondo C pendeant, heres dato. fr. 7. §. 1. de trit. vino. 33. 6. Argenti, vel auri, pondo relicta. fr. 52. §. 2. de iudic. 5. 1. Centena pondo [al. pondera] auri praestentur. c. 2. de Coss. 12. 3.

Pondus. §. **1.** *Quod adhibetur in libra, ponderandi gratia.* III. **Cn.** Pondera ferramentaque, laniandae carnis causa praeparata. fr. 18. pr. de instr. leg. 33. 7. Modii — cum sextariis atque ponderibus. Th. C. XII. 6. c. 21. pr. de susceptor. Pondera examinata mittantur. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 15. Maiora quis pondera tibi commodavit, cum emeres ad pondus. fr. 52. §. 22. de furt. 47. 2. cf. fr. 18. §. 3. de d. m. 4. 3. — §. **2.** *Quantitas rerum, examini librae subiicienda.* II. **Op.** In specie. — In pondere. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. cf. fr. 1. §. 40. depos. 16. 3. III. **Cn.** Eorumque nummorum vis et potestas non in numero erat, sed in pondere. Gai. I. 122. Res, quae pondere, numero. mensura constant, s. continentur. Id. II. 196. III. 190. 175. Vlp. VI. 8. XXIV. 7. fr. 1. pr. de cond. tritic. 13. 3. fr. 115. pr. de V. O. 45. 1. Certi ponderis certaeque formae (anuli.) Gai. III. 147. Certum pondus auri, v. Aurum certi ponderis (legatum.) fr. 1. §. 1. fr. 19. §. 1. fr. 35. §. 1. de auro arg. 34. 2. Ad certum pondus oneris locare. fr. 30. §. 2. locat. 19. 2. Ad pondus emere. fr. 52. §. 22. de furt. 47. 2. Pro rata ponderis, vindicare (quod in massa habemus.) fr. 3. §. 2. de R. V. 6. 1. — §. **2.A.** *Summa pecuniae.* III. **Cn.** Librae auri pondus exactum. Th. C. VI. 4. c. 13. §. 3. de Praet. et Qu. Idque pondus sive ipsum per se habet, seu in aliis quibuscunque speciebus. Ib. XIV. 3. c. 9. de pistor. Eius ponderis, quod debebatur, duplum (inferre.) Ib. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor. — §. **3.** *Onus, Cruciatus.* III. **Cn.** Plumbatarum verbera, aut pondera, aliaque — supplicia. Ib. XI. 7. c. 3. de exaction. Catenarum pondera. Ib. IX. 40. c. 22. de poen. — §. **4.** *Gravamen, Molestia.* III. **Cn.** Vitare crimina, vel pondera debitorum. Ib. IX. 45. c. 2. de h. qu. ad eccl. Superfluum pondus iniusti timoris abiiciant. Nov. Anthem. de mulier. qu. se serv. VI. 1. c. 1. §. 1. — §. **4.A.** *Gravitas, Auctoritas.* (Cf. v. Pudor.)

Ponere. §. **1.** *Collocare, Imponere, Exponere, Adponere.* (Cf. v. Positus.) I. **Sy.** Imponere, Aedificare. Iul. ep. nov. c. 57. §. 201. Exponere. Cf. h. v. §. 1. Exstruere (aedificium.) fr. 45. pr. de usurp. 41. 3. Instituere (vineas.) Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Deponere, Demoliri. fr. 4. §. 3. fin. regund. 10. 1. fr. 12. de usu et usuf. leg. 33. 2. III. **Cn.** Qui ipse quidem non posuit, verum ab alio positum patitur. fr. 5. §. 10. de h. qu. effud. 9. 3. Si laqueos eo loci posuisses, quo ius ponendi non haberes. fr. 29. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Sententiam dixit, — et termines posuit. fr. 44. de rec. qu. arb. 4. 8. Arbores quis in confinio, an aedificium ponat. fr. 2. pr. fin. regund. 10. 1. cf. Gai. II. 74. Horreum — mobile in Seii praedio posuit. fr. 60. de A. R. D. 41. 1. Si insulam aedificaverint, vel si statuam posuerint. fr. 13. pr. de manum. testam. 40. 4. cf. fr. 17. §. 8. de usur. 22. 1. Quod in convivio vescendi causa ponitur. fr. 4. pr. de aleator. 11. 5. — §. **2.** *Deponere.* I. **Sy.** Deponere. fr. 1. pr. fr. 31. §. 1. depos. 16. 3. fr. 32. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Quive, cum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit. Paul. V. 25. §. 5. Armaria, — quae vestis ponendae gratia parata sint. Ib. III. 6. §. 67. Aliquo loco ponere (sc. nummos,) vel in mare deiicere. fr. 55. de cond. et dem. 35. 1. Si adparatum, sive impensam, in publico posuit. fr. 1. §. 3. de pollicit. 50. 12. — §. **3.** *Disponere.* III. **Cn.** Custodem pon. fr. 5. §. 14. commod. 13. 6. Excepturo eo, quem de industria ad id posuerit. fr. 3. de pign. act. 13. 7. — §. **4.** *Proponere, Proferre.* I. **Sy.** Adponere, Adiicere (conditionem etc.) fr. 54. pr. de cond. et dem. 35. 1. fr. 41. §. 1. de V. O. 45. 1. fr. 14. fr. 17. de R. I. 50. 17. Comprehendere, Complecti. Cf. h. vv. §. 2. Proferre. c. 4. §. 1. de V. S. 6. 38. Nov. 33. c. 1. III. **Cn.** Necessarium duximus praesentem legem ponere, per quam sancimus etc. c. 2. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59. c. 13. pr. de iudic. 3. 1. c. 28. de usur. 4. 32. Omnia iura, quae posita sunt — a nobis. Iul. ep. nov. c. 83. §. 331. cf. c. 82. §. 323. Si demonstrandi causa haec oratio poneretur, ita concepta esset etc. fr. 6. de legat. I. (30.) Qui iniuriarum agit, certum dicat, — et taxationem ponat etc. Coll. LL. M. II. 6. Si plus, v. minus, positum fuerit, quam oportet. Gai. IV. 57. sq. cf. 68. Cum in venditione quis pretium rei ponit. fr. 36. de contr. emt. 18. 1. Testamento heredem instituit, et — sic exheredationem posuit. fr. 25. pr. de liber. et posth. 28. 2. Non nisi publica testificatione ponantur (tituli.) Th. C. X. 9. c. 1. de incorpor. — §. **4.A.** *Obiicere, Opponere.* III. **Cn.** Si ante denunciatum sit actori, — et eo dissimulante, posita [al. opposita] sit d. m. exceptio. fr. 30. fr. 48. de R. V. 6. 1. Doli exceptione posita [al. opposita,] prospicere sibi cautione. fr. 3. §. 4. de adim. legat. 34. 4. Doli replica-

tione posita [al. opposita,] defensionem exceptionis amittere. fr. 7. ad S.C. Vell. 16. 1. — **§. 4. B.** *Fictam speciem proferre.* I. **Sy.** Fingere. fr. 13. §. 4. de hered. pet. 5. 3. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Videamus, et ponamus etc. fr. 7. de inoff. testam. 5. 2. Pone, inquit, esse etc. fr. 97. de legat. III. (32.) fr. 7. §. 3. de donat. 39. 5. Verbi gratia, v. Vtputa, pone etc. fr. 35. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 12. §. 2. de bon. libert. 38. 2. — **§. 5.** *Conferre, Constituere.* I. **Sy.** Imponere (servitutem.) fr. 3. pr. de S. P. R. 8. 3. III. **Cn.** Legatum in aliena voluntate poni potest fr. 43. §. 2. de legat. I. (30.) Legando heredi, — in ipsius voluntate posuit aditionem. fr. 59. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. In arbitrio eius — positum, an omnino velit. fr. 7. §. 1. de reb. dub. 34. 5. — **§. 6.** *Supponere, Obligare.* III. **Cn.** Pignori ponere. c. 2. Qu. res pign. 8. 17. Pignori positum luere. fr. 33. §. 2. de legat. III. (32.) — **§. 7.** *Subducere. Ad calculum vocare.* I. **Sy.** Componere, Reddere (rationem.) fr. 41. §. 2. de eviction. 21. 2. fr. 77. fr. 95. §§. 1. sq. ad L. Falc. 35. 2. §. 1. I. eod. 1. 22. III. **Cn.** Accepto tulisse — reliquum omne, ratione posita eius pecuniae etc. fr. 89. pr. de solut. 46. 3. Ratio administrationis, secundum fidem acceptorum et datorum, ponatur. fr. 2. §. 2. de adm. rer. ad civit. 50. 8. Si ratio Falcidiae poni coeperit. fr. 15. §. 4. cf. fr. 12. ad L. Falc. 35. 2.

Pons. *Opus constructum, quo utraque fluminis ripa coniungitur.* III. **Cn.** Instructio viae publicae, et pontium stratarumque opera. Th. C. XV. 3. c. 6. de itin. mun. Cf. XV. 1. c. 36. de opp. pub. Specus et pontem facere (per viam publicam.) fr. 2. §. 33. ne qu. in loco pub. 43. 8. Si aut vado transiri potest, aut pontem habet (sc. flumen.) fr. 38. de S. P. R. 8. 3. De ponte, aut ripa, in flumen proiicere. Gai. III. 219.

Pontiana. *Nomen personae.* III. **Cn.** Substitutio — in persona Pontianae facta. c. 6. de legat. 6. 37.

Pontica. *Dioecesis Ponti.* III. **Cn.** Vicarius Ponticae. Iul. ep. nov. c. 15. §. 53. c. 25. §. 96. Vtriusque Ponticae magistratus. Ib. c. 15. §. 53.

Ponticus. (Adiect.) *Ad Ponti provinciam pertinens.* III. **Cn.** Ponticis ex beneficio Pompeii M. competere, ut, qui Pontica matre natus esset, Ponticus esset. fr. 1. §. 2. ad munic. 50. 1. Per Asianam et Ponticam dioecesin. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. veste. X. 19. c. 12. de metall. XVI. 1. c. 3. de fide cathol.

Pontifex. **§. 1.** *Sacrorum apud gentiles praefectus.* III. **Cn.** Collegium pontificum. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Epistola O. Imp. Antonini, quam scripsit pontificibus. Gai. I. 102. Sine decreto pontificum, seu iussu Principis, an liceat etc. fr. 8. pr. de relig. 11. 7. fr. 5. §. 1. de mortuo infer. 11. 8. In ius vocari non oportet — pontificem, dum sacra facit. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. — **§. 2.** *Sacerdos christianorum.* I. **Sy.** Antistes, Praesul ecclesiae rom. Nov. Val. III. de episc. ord. II. 17. c. 1. §§. 1. sq. III. **Cn.** In provinciis locorum iudices, in urbe Roma cum pontificibus tua celsitudo (inspiciat.) Th. C. IX. 17. c. 2. §. 1. de sepulc. viol.

Pontificalis. (Adiect.) *Ad pontifices spectans.* I. **Sy.** Pontificum, Pontificale (decretum, s. permissum.) fr. 8. pr. de relig. 11. 7. cf. fr. 50. §. 1. de hered. pet. 5. 3.

Pontificatus. (Subst.) *Pontificis dignitas.* III. **Cn.** Religiosi, quos non summi pontificatus honor adtollit. Consult. vet. I. Cti. c. 7.

Pontificium. **§. 1.** *Pontificis auctoritas, vel potestas.* III. **Cn.** Qui harum professionum vel pontificium sibi vel ministerium vindicarunt. Th. C. XVI. 5. c. 13. de haeretic. — **§. 2.** *Facultas, Arbitrium.* I. **Sy.** Ius, Potestas (fruendi.) Ib. VIII. 18. c. 1. pr. §§. 1. 3. de matern. bon. XVI. 7. c. 2. §. 2. de apostat.

Ponto. *Navis, qua utimur in flumine traiiciendo.* II. **Op.** Si aut vado transiri potest, aut pontem habet (sc. flumen.) — Si pontonibus traiiciatur. fr. 38. de S. P. R. 8. 3.

Pontus. *Nomen regionum Asiae minoris, ad Ponti litus positarum.* III. **Cn.** Est et in Bithynia (sc. colonia) Apamena, et in Ponto Sinopensis. fr. 1. §. 10. de censib. 50. 15. Duorum Pontorum unus sit Praeses, — et nominetur provincia Helenopontus. Iul. ep. nov. c. 27. §§. 98. sqq. Per provincias Mesopotamiam, — Pontum Polemoniacum etc. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. cf. v. Polemoniacus.

Popina. *Taberna, in qua cocta obsonia et vinum venduntur.* III. **Cn.** Balnea, vel aliud quod aedificium, vel porticus sine aedibus, vel tabernae, vel popinae. fr. 41. §. 8. de legat. I. (30.) cf. Iul. ep. nov. c. 108. §. 391. In aliquem locum inhonestum adesse iubere, puta in popinam, vel in lupanarium. fr. 21. §. 11. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 26. de iniur. 47. 10.

Poppaea. Cf. v. Papia.

Popularis. **§. 1.** *Ad universum populum R. i. e. ad omnes cives R. spectans.* I. **Sy.** Quae omnes cives faciunt, Popularia (sacra.) Fr. Labeonis I. Cti. Ap. Festum v. Popularia. Quod cuivis ex populo competit, Populare (interdictum.) fr. 2. §. 34. ne qu. in loco publ. 43. 8. fr. 1. §. 9. ne qu. in flum. pub. 43. 13. cf. fr. 43. §. 2. de procur. 3. 3. Publica (actio.) fr. 30. §. 3. de iureiur. 12. 2. fr. 1. sqq. de popul. act. 47. 23. III. **Cn.** Quod, quia iustum videbatur et populare erat, paullatim conversum est in adsiduam iurisdictionem. §. 1. I. de fideic. hered. 2. 23. Semper exceptione Cinciae uti potuit, non solum ipse, verum — etiam quivis, quasi popularis sit haec exceptio. Vatic. §. 266. Hoc interdictum perpetuum et populare est. fr. 2. §. 34. ne qu. in loco pub. 43. 8. Poenalis et popularis (actio.) fr. 5. §. 5. de h. qu. deiec. 9. 3. cf. fr. 32. pr. ad L. Falc. 35. 2. De quibus si popularis accusatio ulla processerit. Th. C. XI. 7. c. 20. de exaction. Caduca popularia. Ib. XIV. 9. c. 2. de stud. lib. urb. R. — **§. 2.** *Qui eiusdem populi est, vel civitatis.* III. **Cn.** Mulier, quae dotem dederat populari meo. fr. 70. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** *Ad coetum plebeiorum, in civitate minore, pertinens.* I. **Sy.** Civicus. Cf. h. v. Urbanus (usus etc.) Th. C. XI. 2. c. 2. §. 1. c. 3. tribut. in

ips. spec. XIV. 15. c. 3. de can. frum. urb. R. Hominum, Plebis, Populares (animi etc.) Paul. V. 21. §§. 1. sq. Iul. ep. nov. c. 15. §§. 55. 58. c. 23. §. 88. II. **Op.** Militaris. Cf. h. v. Miles. — Palatinus. Th. C. XIV. 17. c. 7. de annon. civ. III. **Cn.** Omnia corporatorum genera, — universi quoque cives atque populares. Ib. I. 10. c. 4. (Wck.) de off. Com. S. largg. Vocibus popularium postulatus. fr. 12. de adp. et relat. 49. 1. Turbulentis se acclamationibus popularium accommodare. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19. Quies popularium, et disciplina spectaculorum. fr. 1. §. 12. de off. Prf. Vr. 1. 12. Homines populares huius almae urbis. c. 2. eod. 1. 28. Ob utilitatem popularis annonae — placuit. fr. 37. de poen. 48. 19.

Popularitas. *Conventus et acclamationes popularium.* I. **Sy.** Plausus populares. Th. C. XV. 5. c. 1. c. 3. de spectac. III. **Cn.** Popularitati et spectaculorum editionibus mancipatus (iudex.) Ib. I. 7. c. 2. §. 1. de off. Rect. Pr.

Populatio. *Depopulatio, Depraedatio.* I. **Sy.** Spoliatio. Ib. VIII. 5. c. 37. c. 50. de cursu pub.

Populator. *Depraedator, Direptor.* III. **Cn.** Ad agros nocturnus populator intrare. Th. C. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sic.

Populitare. *Depopulare, Depraedari.* III. **Cn.** Cum populitarentur [al. popularentur] ab adversario, aequum sibi videri fructus apud sequestres deponi. fr. 21. §. 3. de app. et relat. 49. 1.

Populus. **§. 1.** *Natio, Gens.* I. **Sy.** Gens. fr. 9. de I. et I. 1. 1. III. **Cn.** Corpora plura — uni nomini subiecta, veluti populus, legio, grex. fr. 30. pr. de usurp. 41. 3. cf. fr. 76. de iudic. 5. 1. Si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget. Gai. III. 94. Quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli, adversus populum Rom. bellum fecerunt. Fr. L. Cincii I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4. Latini, qui proprios populos propriasque civitates habebant. Gai. I. 79. Postliminium est ius — inter nos, ac liberos populos, regesque. fr. 19. pr. cf. fr. 17. §. 1. de captiv. 49. 15. — **§. 2.** *Vniversitas civium rom.* (exceptis dumtaxat plebeiis.) I. **Sy.** Vniversi cives, connumeratis etiam patriciis. Gai. I. 3. II. **Op.** Plebs. Cf. h. v. §. 1. Caesar, Imperator, Princeps. Id. I. 6. sq. II. 21. Paul. V. 26. §. 1. fr. 1. pr. de L. Iul. amb. 48. 14. Auctoritas populi. — Imperium magistratus. Gai. I. 98. sqq. Vlp. VIII. 1. sqq. III. **Cn.** Quae sub imperio populi R. sunt. In quae populus R. imperium habet. Vlp. XXIV. 28. fr. 3. pr. ne qu. in loco pub. 43. 8. Cum lege regia — populus ei (sc. Principi) et in eum omne suum imperium et potestatem conferat. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. Lex est, quod populus iubet atque constituit. Gai. I. 3. L. Hortensia lata est, — ut plebiscita universum populum tenerent. Id. l. l. Populus rogatur, an id fieri iubeat? Id. I. 99. Olim in tres partes populus divisus erat. fr. 2. §. 20. cf. §. 2. de O. I. 1. 2. Cuilibet ex populo licet (experiri.) fr. 43. §. 10. de R. N. 23. 2. Quasi unus ex populo (agere.) fr. 43. §. 2. de procur. 3. 3. — **§. 2. A.** *Patrimonium, Aerarium, populi R.* III. **Cn.** Sola ea „publica" sunt, quae populi R. sunt. fr. 15. sq. de V. S. 50. 16. Res populi, aut sacra, aut religiosa. Vlp. XXIV. 9. Bona — caduca fiunt, et ad populum pertinent. Gai. III. 62. cf. II. 150. 286. Vlp. XXVIII. 7. Qui mercatur a populo. Gai. II. 61. Populo publicatae (facultates.) Th. C. XVI. 5. c. 18. §. 1. de haeret. cf. Coll. LL. M. XIV. 3. — **§. 3.** *Plebs urbana cuiuslibet civitatis.* I. **Sy.** Populares. Th. C. XIV. 9. c. 2. de stud. liber. urb. R. Cives, Municipes, Populi urbium. Ib. XV. 5. c. 4. sq. de spectac. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl. III. **Cn.** Auctores seditionis, — vel concitatores populi. Paul. V. 22. §. 1. Vis latronum, vel hostium, vel populi. Id. I. 7. §. 5. Qui civitatum populis (usui sunt.) fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4. Edictum ad populum urbis Constantin., v. Romae. Th. C. IV. 4. c. 5. de testam. et codic. XVI. 1. c. 2. de fide cathol. Nov. Val. III. de pret. solid. II. 3. c. 1. (inscr.) — **§. 4.** *Vniversi incolae singulae provinciae,* (tam cives, quam peregrini.) III. **Cn.** Civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum. Th. C. XII. 12. c. 16. de legat. et decr. Nunc singuli, modo populi, (proruentes etc.) Vatic. §. 35. Circumlustratis provinciae populis. Th. C. IV. 8. c. 5. §. 1. (Wck.) de liberali c. Quo subiectis, et provinciis et populis, solemniter innotescant. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §§. 1. 3. cf. Th. C. XI. 28. c. 9. sq. de indulg. debitor. — **§. 5.** *Corpus laicorum christianorum.* II. **Op.** Clericus. Ib. XI. 36. c. 31. Quor. adp. n. rec. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl. Iudaeus. — Quis ex populo. Ib. XVI. 8. c. 1. pr. §. 1. de Iud. III. **Cn.** In conspectu ecclesiae ac religiosi populi. Ib. IV. 7. c. 1. §. 1. de natur. fil. cf. Iul. ep. nov. c. 6. §. 24. Ne quid aut ministris eorum locorum desit, aut populis. Th. C. XV. 1. c. 53. de opp. pub.

Porca. **§. 1.** *Sus femina.* II. **Op.** Porcam, vel capram, vel vervecem, — Maiora animalia (abducere, s. abigere.) fr. 1. §. 2. de abig. 47. 14. — **§. 2.** *Terra in agro inter duos sulcos elata.* III. **Cn.** Ita arare, ut per sulcos itemque porcas aqua ad inferiorem veniret. fr. 24. pr. cf. fr. 1. §. 9. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Porcarius. *Porcorum custos.* III. **Cn.** Arator, aut porcarius, aut vervecarius, aut alii servi. L. Rom. Burg. Tit. 2.

Porcia. Cf. v. Porcius.

Porcina. *Caro porci.* I. **Sy.** Caro recens. Th. C. VII. 4. c. 2. de erog. mil. ann. XIV. 4. c. 2. sq. de suar.

Porcinarius. *Qui carnes porcinas vendit.* I. **Sy.** Suarius. Ib. c. 5. sq. l. l.

Porcius. (Adiect.) **§. 1.** *Nomen gentis plebeiae celeberrimae apud Romanos.* III. **Cn.** M. Cato, princeps Porciae familiae. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Porcia, i. e. Nomen legis,* (de praestationibus latae, quas sociis imperare magistratibus P. R. liceret.) III. **Cn.** Neve quis magistratus — imperato, quo quid magis ii dent, praebeant, ab iisve auferatur, nisi quod eos ex L. Porcia dare — oportet. Plebisc. de Thermensib. II. 51. sqq.

Porcus. *Sus domesticus.* III. **Cn.** Quidam X oves gregem esse putaverunt, — porcos etiam V vel IV abactos. fr. 3. pr. de abig. 47. 14. Paul. V. 18. §. 1. Ne

Ne in aestimando porcorum pondere licentia suariis praebeatur. Th. C. XIV. 4. c. 2. cf. c. 4. §. 2. de suar.

Porphyrius. Porphyriani. *Nomen haeretici, eiusque sectatorum.* III. **Cn.** Quemadmodum Ariani, — ob similitudinem impietatis, Porphyriani a Porphyrio nuncupantur. Th. C. XVI. 5. c. 66. pr. de haeret.

Porrectus. (Partic.) *In longum extensus, secundum rectam lineam.* II. **Op.** Anfractus. Cf. h. v.

Porrigere. §. 1. *Protendere, Offerre, Praebere.* I. **Sy.** Dare. fr. 36. pr. ad munic. 50. 1. Praestare. Th. C. XII. 1. c. 1. de decurion. III. **Cn.** Si arbor in vicini fundum radices porrexit. fr. 6. §. 2. arbor. furt. caes. 47. 7. Cum vir nubit in feminam viris porrecturam. Th. C. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult. Qui furenti gladium porrexit. fr. 7. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. An porrigi manus ad emtorem debeant? fr. 13. §. 4. de hered. pet. 5. 3. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. 1. Porrecta atque concessa (privilegia.) Th. C. VIII. 4. c. 11. de cohortal. Porrecta, et introducta in auditorium (provocatio.) Iul. ep. nov. c. 120. §. 525. Adversus heredem eius, in quem porrectae sunt (sc. preces,) vel ab heredibus eius, qui meruerit. Th. C. I. 2. c. 10. (Wck.) de div. rescr. — §. 2. *Extendere, Amplificare.* I. **Sy.** Adferre. Cf. h. v. §. 4. Deducere, Referre. fr. 195. pr. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Edicti quidem verba cessabunt, — sententiam (autem) edicti porrigendam esse ad haec. fr. 7. §. 1. de iurisd. 2. 1. fr. 1. §§. 1. 4. de tribut. act. 14. 4. Quam sententiam, iure singulari receptam, ad caetera — porrigi non placuit. fr. 23. §. 3. de fideic. libb. 40. 5. Latius porrexit (Praetor, sc. hoc iudicium.) fr. 5. §. 2. si mensor. 11. 6. Ne ulterius porrigatur (poena tempore determinata.) fr. 8. de postul. 3. 1. Inter quos adgnationis incorrupta iura per ordinem porriguntur. Th. C. V. 1. c. 1. de legit. heredit.

Porrina. *Porrum, oleris genus.* III. **Cn.** Do lego, ex redactu fructuum, oleris et porrinae — partem sextam. fr. 58. §. 1. de usufr. 7. 1.

Porro. (Advb.) §. 1. *Vlterius.* III. **Cn.** Qui rem, quam — acceperat, alii porro dederit. fr. 19. de m. c. donat. 39. 6. cf. Vlp. XI. 7. — §. 2. *Extra, Aliunde.* III. **Cn.** Non suis meritis, verum porro quaesitis compendiis. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §. 1. — §. 3. *Praeterea, Deinde.* III. **Cn.** Igitur, etc. — porro etc. fr. 38. pr. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 29. §. 15. de lib. et posth. 28. 2. Nemo dubitavit. Quin minus porro etc. fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.) Quid porro refert etc.? fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16.

Porta. §. 1. *Fores murorum.* III. **Cn.** Templa, portas, aliudve quid publicum (armatis obsidere.) Paul. V. 26. §. 3. Sanctae res, velut muri et portae. Gai. II. 8. fr. 2. ne qu. in loco sacro. 43. 6. In muris, turribus, et portibus. Nov. Val III. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 3. Portam Romae ingredi. fr. 16. de off. Proc. et Leg. 1. 16. — §. 2. *Aditus, Ingressus.* III. **Cn.** Neque famosis — dignitatis portae patebunt. c. 2. de dignitatt. 12. 1.

Portare. §. 1. *Gestare, Baiulare.* I. **Sy.** Gerere (telum.) Paul. V. 23. §. 7. Ferre, Praeferre. fr. 18. pr. commod. 13. 6. fr. 38. de iniur. 47. 10. fr. 28. §. 7. de poen. 48. 19. — §. 2. *Adportare, Adferre.* I. **Sy.** Comportare. Th. C. XI. 2. c. 2. pr. tribut. in ips. spec. Deportare, Devehere. Cf. h. vv. III. **Cn.** Navem fabricare, et Romam VI annis frumentum portare. Vlp. III. 6. Vt certum pondus vehatur, — aut carbo portetur. fr. 4. §. 1. de servit. 8. 1. Iussionem portare Praesidi. Iul. ep. nov. c. 21. §. 76. cf. §. 68.

Portendere. *Praedicere, Praemonstrare.* III. **Cn.** Quid portendat, ab haruspicibus requiratur. Th. C. XVI. 10. c. 1. de pagan.

Portentosus, s. **Portentuosus.** (Adiect.) *Prodigiosus, Abominandus.* III. **Cn.** Si portentosum, vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit. fr. 135. de V. S. 50. 16. Portentuosae vilitatis, abiectaeque pudicitiae. Th. C. VIII. 13. c. 1. §. 1. de revoc. donat. Damnato portentuosae superstitionis auctore, Nestorio. Ib. XVI. 5. c. 66. pr. de haeret.

Portentum. *Res prodigiosa, et perniciosa.* III. **Cn.** Iudaei, Samaritae, pagani, et caetera haereticorum genera portentorum. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 1.

Porticatio. *Porticuum ordo.* III. **Cn.** Amplum quid aedificari — iubere, veluti in circuitum [al. circum] porticationes. fr. 37. §. 1. de relig. 11. 7.

Porticus. *Locus apertus, columnis suspenso tecto munitus.* III. **Cn.** Ad aedes, sed et ad balnea, vel aliud quod aedificium, vel porticus sine aedibus etc. (extendi.) fr. 41. §. 8. de legat. I. (30.) cf. c. 12. de h. qu. ut indign. 6. 35. Non modo a — templis — prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus. Th. C. IX. 45. c. 4. §. 1. cf. pr. de h. qu. ad eccl. Angiportus integros — includere, seu porticus usurpare. c. 20. de opp. pub. 8. 12. cf. Tab. Heracl. lin. 68. sqq. aer. Br. Vt in parietem eius tigna immittere mihi liceat, supraque ea tigna v. g. porticum ambulatoriam facere. fr. 8. §. 1. si servit. vind. 8. 5. Th. C. XV. 1. c. 45. de opp. pub.

Portio. §. 1. *Pars.* I. **Sy.** Pars. Gai. II. 217. III. 61. fr. 44. de pact. 2. 14. fr. 13. pr. de iureiur. 12. 2. Pro rata. Pro portione. fr. 15. §. 18. de damn. inf. 39. 2. II. **Op.** Totum, Integrum. fr. 15. §. 18. l. Cf. v. Integer. §. 1. III. **Cn.** In patris sui locum portionemque succedere (nepotes.) Gai. III. 7. Cui — libertas et portio hereditatis relicta erat. fr. 24. de L. Corn. de fals. 48. 10. Quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas dividetur. Gai. III. 16. 61. Vlp. XXVI. 4. cf. fr. 5. §. 7. de legat. praest. 37. 5. Extra portionem hereditatis praecipere. (legatum.) Gai. II. 217. Plus sua portione solvere. Id. III. 122. Pro dominicis, — Pro virilibus, portionibus (adquirere.) fr. 7. pr. de stipul. serv. 45. 3. Legis Falcidiae portionem detrahere. fr. 32. §§. 3. sq. ad L. Falc. 35. 2. Debita patronis portio. fr. 13. pr. de iureiur. 12. 2. Pro portione temporis (deducere, v. reddere.) fr. 28. §. 2. fr. 30. §. 1. locat. 19. 2. fr. 7. §. 12. fr. 11. sol. matrim. 24. 3. — §. 2. *Accessio, Sequela.* II. **Op.** Instrumento domus contineri. — Portio eius esse.

fr. 12. §§. 23. sq. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Vices, Imago.* III. **Cn.** Cum Praefecturae meritum caeteris dignitatibus antestet, Vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicet portionem etc. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar. cf. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin.

Portitor. **§. 1.** *Vector.* III. **Cn.** Portitores frumenti. Ib. XIII. 8. c. 1. ne qu. oneri pub. — **§. 2.** *Gerulus, Nuncius.* I. **Sy.** Qui perfert (S. apices etc.) Ib. VII. 16. c. 2. de litor. et itin. cust. VIII. 8. c. 7 de exsecut. et exact. Baiulus. Cf. h. v.

Portiuncula. *Pars minuta.* III. **Cn.** Modica portiuncula aedium amplissimarum. fr. 15. §. 13. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 4. pr. de usu et habit. 7. 8. Tertia portiuncula tertiae partis. Iul. ep. nov. c. 36. §. 144. Voluntas unius, ex modica forte portiunc. dominii. fr. 10. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Portorium. *Vectigal, pensitandum pro transvectione mercium per maria, vel flumina etc.* III. **Cn.** Ve[illegible] operae et portorii damna. Th. C. X. 19. c. [illegible] metall. cf. VII. 20. c. 9. de veteran. Quam legem portoriis terrestribus maritimisq[illegible] — capiundis intra suos fines dixerint. Plebisc. de Thermens. II. 69. sq. Cum pontem transiret (sc. vehiculum,) redemtor eius pontis portorium ab eo exigebat. fr. 60. §. 8. locat. 19. 2.

Portuensis. (Adiect.) *Ad portum (urbis Romae) pertinens.* III. **Cn.** Patronorum caudicariorum fraudes, et portuensium furta mensorum. Th. C. XIV. 4. c. 9. de suar. Patroni horreorum portuensium. Ib. XIV. 23. c. 1. de patron. horr.

Portus. **§. 1.** *Locus conclusus, ad habitandum. Domus.* III. **Cn.** Is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito. L. XII Tabb. II. 3. — **§. 2.** *Locus munitus ad stationem navium.* I. **Sy.** Statio conclusa atque munita. Locus conclusus, quo importantur merces et inde exportantur. fr. 59. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ne quid in mari (sc. fiat,) inve litore, quo portus, statio, iterve navigio deterius fiat. fr. 1. §. 17. de flumin. 43. 12. Litorum ac portuum (custodia.) Th. C. VII. 16. c. 1. sq. de litor. et itin. cust. Ne aut extra flumen periclitetur (sc. navis,) aut in ipso ostio, vel portu. fr. 4. pr. de L. Rhod. 14. 2. Intra urbem Romam atque in portu. Th. C. XIV. 15. c. 4. §. 1. de can. frum. urb. R. Ad urbem Romam, — Ad portus expeditionales (directa navis.) Ib. XIII. 9. c. 2. de naufrag. cf. XIII. 5. c. 35. de navicul. Conductores diversorum portuum ac vectigalium. Ib. XI. 28. c. 3. de indulg. debit. cf. fr. 17. §. 1. fr. 203. de V. S. 50. 16. Qui in portu, pro salute Imperatoris, sacrum facit. Vatic. §. 143. — **§. 3.** *Receptaculum, Tutamen.* III. **Cn.** Portum quietis indipisci. Th. C. VI. 27. c. 16. de agent. in reb.

Poscere. **§. 1.** *Requirere, Expetere.* III. **Cn.** Vbi aequitas evidens poscit. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. Cum quotidie, credituri pecuniam mutuam, ab alio poscamus ut nostro nomine creditor numeret [al. meus et] futuro debitori nostro. fr. 9. §. 8. de R. C. 12. 1. — **§. 2.** *Postulare, Exigere.* I. **Sy.** Petere, Postulare (arbitrum, v. tutorem.) fr. 43. fam. ercisc. 10. 2. fr. 3. §. 2. fr. 5. de tutel. 26. 1. Exigere (operas.) fr. 17. fr. 19. fr. 22. pr. de oper. libert. 38. 1. III. **Cn.** Nec audiendus est, si poscit etc. fr. 17. l. 38. 1. A Praetore posci (curatorem.) fr. 24. de testam. tut. 26. 2. Si miles poposcerit reum. Th. II. 1. c. 2. de iurisd.

Posicus. Cf. v. Psoricus.

Positio. **§. 1.** *Collocatio, Constitutio.* III. **Cn.** Possessio adpellata est — a sedibus, quasi positio. fr. 1. pr. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 2.** *Compositio, Ordo constitutus.* I. **Sy.** Depositio (patrimonii.) fr. 3. §§. 2. sq. de ann. legat. 33. 1. II. **Op.** Si abstulit de peculio. — Si eandem positionem peculii reliquit. fr. 11. §. 3. de pecul. 15. 1. III. **Cn.** Si aliter fuerint apud veteres conscripta, in contrarium autem in positione [al. compositione] inveniantur. c. 1. §. 7. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 3.** *Pars, Distinctio.* III. **Cn.** Huius studii duae sunt positiones. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1.

Positus. (Partic.) **§. 1.** *Collocatus, Statutus.* I. **Sy.** Statuti, Positi (termini.) fr. 2. sq. de term. moto. 47. 21. Situs (fundus.) Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §. 1. c. 2. §. 1. III. **Cn.** In loco impari positae (aedes.) fr. 25. §. 1. de S. P. V. 8. 2. In alieno solo posita (superficies.) fr. 15. Qu. potior. 20. 4. In publico, privatove, positum. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 2. §. 7. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 2.** *Constitutus, Exsistens.* II. **Op.** In potestate positus. — Honore perfunctus. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. Urbanae plebes. — Ruri positi. c. 3. de feriis. 3. 12. III. **Cn.** Vbicunque positarum rerum (donatio.) c. 30. de donat. 8. 54. Sanus, et in bona valetudine positus. fr. 35. §. 4. de m. c. donat. 39. 6. In facultatibus positus. fr. 1. §. 4. de tut. et rat. 27. 3. In aliquo magistratu positus, vel potestate. fr. 3. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. Honestiore loco positi. fr. 3. §. 5. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Non in substantia, sed in arte positum (earum rerum pretium.) fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Depositus.* I. **Sy.** Otiosa, Posita (pecunia.) fr. 13. §. 1. de usur. 22. 1. III. **Cn.** Si nondum perfectum est, quamvis positum in aedificio sit. fr. 17. §. 5. de A. E. V. 19. 1. — **§. 3. A.** *Abdicatus.* II. **Op.** Quamdiu est in magistratu. — Posito magistratu. fr. 32. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Posita, vel suppressa (severitas.) Th. C. I. 7. c. 4. (Wck.) de off. mag. mil. — **§. 4.** *Compositus.* III. **Cn.** Ex veteribus legibus, licet obscure positis. c. 19. pr. de SS. eccl. 1. 2. Super iisdem cessionibus posita (iura.) c. 33. de donat. 8. 54.

Posse. **§. 1.** *Valere, Pollere, Copiam habere.* III. **Cn.** In diebus proximis, quibus scies poterisque. Gai. II. 165. 171. 174. Vlp. XXII. 27. 31. sqq. Si scieris, neque potueris certiorem facere (dominum.) fr. 4. pr. pro suo. 41. 10. Qui scit, et potuit prohibere. fr. 1. §. 1. si fam. furt. 47. 6. cf. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. Nihil posse scire. fr. 10. de iur. et facti ign. 22. 6. Militibus, — quomodo velint vel quomodo possint, permittitur testamentum facere. Gai. II. 114. Vlp. XXIII. 10. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Qui solvere, etiamsi vellet, non potuit. fr. 17. §. 3. de usur. 22. 1. cf. Coll. LL. M. IV. 9. Potuisse, et impediri. fr. 12. pr. Qu. met. c. 4. 2. Nec posse, nec

dolo fecisse quominus posset. fr. 68. de R. V. 6. 1. Qui potuit, nec (fecit etc.) Paul. II. 4. §. 2. III. 5. §§. 4. 7. IV. 5. §. 2. fr. 4. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 7. pr. de contr. emt. 18. 1. Aliter honeste nubere non posse. fr. 61. §. 1. de iure dot. 23. 3. Cum primum potuerit. fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Si modo potuerit. Gai. III. 161. Per rerum naturam posse, v. non posse. Paul. I. 7. §. 7. III. 4.B. §. 1. IV. 11. §. 8. — **§. 2.** *Licere, Iuris esse.* I. **Sy.** Admitti. fr. 22. §. 1. de adopt. 1. 7. fr. 1. §§. 6. sq. de susp. tut. 26. 10. Permitti. Cf. v. Permittere. §. 1. Concedi. fr. 28. pr. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 3. fr. 3. sq. de procur. 3. 3. Licere. Cf. v. Licet. §. 1. Valere. fr. 8. §§. 2. 5. sq. 23. sq. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Et posse et debere. fr. 30. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. Non pertinere, aut nec posse pertinere. fr. 115. fr. 181. de V. S. 50. 16. Vel non potest, vel fas non est. fr. 13. §. 4. de h. qu. not. inf. 3. 2. cf. fr. 2. de adsessor. 1. 22. Potest, atqui non oportet. fr. 15. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Potest, sed melius est etc. fr. 4. §§. 1. sq. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Qui, cum posset, non recusavit, v. non fecit. Vatic. §. 188. Vlp. XXV. 4. fr. 19. de minor. 4. 4. Qui noluit, — postea non potest. Vatic. §. 4. fr. 4. §. 5. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. Iure constituto, s. Per legem, posse. Vatic. §. 278. fr. 51. pr. de legat. II. (31.) Praecepto Praetoris, non posse. fr. 8. pr. de in ius voc. 2. 4. Constituti sunt, qui possent etc. fr. 2. §§. 31. 33. de O. I. 1. 2. Non esse, qui possit etc. fr. 10. de opt. leg. 33. 5. Quamdiu potest, — locus non est etc. — nec ante potest etc. fr. 69. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 3.** *Potest, i. e. Convenit, Oportet.* I. **Sy.** Debet, Oportet. fr. 7. de feriis. 2. 12. fr. 8. §§. 15. sq. de transact. 2. 15. Cogendus est, Potest cogi. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de feriis. 2. 12. fr. 8. §. 3. fr. 10. sqq. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Consummari oportet, nisi renunciatum sit. Renunciari autem ita potest, ut etc. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1. Potest (dare,) ne necesse haberet etc. fr. 27. de legat. I. (30.) Possunt (lugeri.) Qui contra fecerit etc. Paul. I. 21. §. 13. Eo tempore, cum iam recte non posset etc. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1. Nisi paratus sit (sarcire,) potest etc. Paul. II. 31. §. 7. cf. fr. 43. de nox. act. 9. 4. Non habebit (actionem,) cum contentus esse possit (exceptione.) fr. 1. §. 3. de eo p. qu. fact. 2. 10.

Possessio. **§. 1.** *Usus.* I. **Sy.** Usus (anni.) Poss. (annua.) Gai. I. 111. Usus quidam (agri, aut aedificii.) fr. 115. de V. S. 50. 16. Potestas et ius fruendi. Dominium possessionis. Th. C. VIII. 18. c. 1. pr. c. 2. de matern. bon. Cf. Gai. II. 7. — **§. 1. A.** *Conditio praesens. Status pendens.* III. **Cn.** Ex possessione, sive servitutis sive libertatis, (litigare de statu suo.) fr. 33. §. 1. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Detentio (omnis.)* II. **Op.** Proprietas. — Possessio (naturalis.) fr. 38. §. 10. de usur. 22. 1. Res. — Vsus. — Possessio. — §. 1. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. Gai. III. 195. sqq. In possessione esse. — Possidere. fr. 9. de R. V. 6. 1. fr. 10. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** Ex naturali possessione (coepisse dominium.) fr. 1. §. 1. cf. pr. l. l. 41. 2. Vt possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur. fr. 2. §. 1. pro herede. 41. 5. fr. 38. §. 7. de V. O. 45. 1. Alienare nullam rem potest, — et ne quidem possessionem, quae est naturalis. fr. 11. de A. R. D. 41. 1. Quod desit naturali possessioni, id animus implet. fr. 3. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. Qui corpore ingressus sit, — ut potior sit illius corporalis possessio. fr. 25. §. 2. ib. 41. 2. Possessio pignoris, quae corporalis apud eum fuit. fr. 40. §. 2. de pign. act. 13. 7. Non corporalem possessionem, sed iustam adquirere. fr. 24. de A. v. A. P. 41. 2. In vacuam possessionem intrare, v. induci. fr. 4. §. 22. de usurp. 41. 3. Vatic. §§. 293. 314. 316. — **§. 2. A.** *Detentio, quae animo sibi possidendi interveniente confirmatur, et interdictorum auxilio munitur.* II. **Op.** Super possessione, — Super principali quaestione (iudicem postulare.) Th. C. II. 18. c. 2. de iudic. III. **Cn.** Possessio, quae facti est et animi. fr. 1. §. 15. si is qu. testam. lib. 47. 4. cf. fr. 3. §. 3. fr. 49. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Possessio, quae locum habet in interdicto Vti Possidetis, vel Vtrubi. fr. 9. de R. V. 6. 1. fr. 7. de precar. 43. 26. Gai. IV. 149. Non posse adquirere possessionem, si non antecedat naturalis possessio. fr. 3. §. 3. cf. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Sic redire in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus. fr. 13. §. 2. de V. S. 50. 16. Cum de possessione, aut quasi possessione, inter aliquos contenditur. Gai. IV. 139. Fundi possessio, vel ususfr. quasi poss. fr. 23. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 3. §. 17. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 2. §. 3. de precar. 43. 26. Si nostrae possessioni iuncta alterius iusta possessio. — Si vitiosam habeat possessionem, i. e. aut vi, aut clam, aut precario ab adversario adquisitam. Gai. IV. 151. Possessio et usucapio. fr. 31. §. 3. de usurp. 41. 3. Possessionem — et dominium quaerere. c. 8. de A. et R. P. 7. 32. Adipiscendae possessionis causa comparata interdicta, vel retinendae, vel recuperandae. Gai. IV. 143. sqq. 154. sq. cf. Frr. instit. Vlpiani. §§. 6. sq. ed. Endlicher. — **§. 2. B.** *Detentio rerum, quae praesidio usucapionis, vel longi temporis possessionis, firmatur.* I. **Sy.** Bona fide possidere. Possessio iusta. Vsucapio. Gai. II. 52. sqq. 91. 94. sq. III. **Cn.** Possessio eius, qui usucapit (pro herede.) fr. 2. pr. pro herede. 41. 5. Gai. II. 52. Ad usucapionem eam possessionem — procedere. fr. 39. de A. v. A. P. 41. 2. Vsucapio est, dominii adeptio per continuationem possessionis, anni vel biennii. Vlp. XIX. 8. Vt possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur. fr. 2. §. 1. pro hered. 41. 5. cf. fr. 3. §. 15. ad exhib. 10. 4. Genera possessionum tot sunt, quot et causae adquirendi, — velut pro emtore, pro donato etc. fr. 3. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. Causam possessionis neminem sibi mutare posse. fr. 2. §. 1. pro hered. 41. 5. cf. fr. 33. §. 1. de usurp. 41. 3. Possessio, quae per longum tempus fit. Longa temporis possessione quaerere sibi posse. fr. 16. de fundo dot. 23. 5. Possidere, et per longam possessionem capere. fr. 3. §. 23. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 33. §. 2. de usurp. 41. 3. — **§. 3.** *Adprehensio rerum alterius, quae decreto Praetoris concessa nobis est.* I. **Sy.** In bona alterius ire iubere. In possessionem mittere. fr. 1. sq. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf.

fr. 7. pr. de damn. inf. 39. 2. II. **Op.** In possessionem ire. In possessione esse. — Possidere. fr. 7. pr. l. 39. 2. fr. 3. §. 8. uti possid. 43. 16. III. **Cn.** Ne indefensi (sc. absentes) rerum possessionem aut venditionem patiantur. fr. 1. de N. G. 3. 5. fr. 7. §. 2. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Iubere caveri praetoria stipulatione, et in possessionem mittere. fr. 4. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 3. §. 23. de A. v. A. P. 41. 2. Si possessio rerum debitoris data sit creditori. fr. 21. §. 3. de fideiuss. 46. 1. Si — dicat, se a Praetore in possessionem missum, ab alio quo admissum non esse. Gai. IV. 177. fr. 35. §. 3. de procur. 3. 3. — **§. 3. B.** *Tuitio Praetoria circa ius nostrum in rem alterius, quod iuris civilis munimine caret.* III. **Cn.** Qui possessionem dumtaxat ususfr., non etiam dominium adepti sint. fr. 3. si ususfr. petat. 7. 6. cf. fr. 29. de usu et usufr. leg. 33. 2. Hereditatis, bonorumve possessio. fr. 3. §. 1. de B. P. 37. 1. cf. fr. 119. fr. 138. de V. S. 50. 16. Qui — apertis tabulis testamenti, vel ab intestato, adierint hereditatem, bonorumve possessionem acceperunt. Paul. III. 5. §. 10. Ex illa parte edicti — heredis heredibus B. P. non defertur. fr. 227. pr. de V. S. 50. 16. Mixtum est imperium, — quod in danda B. Pne consistit. fr. 3. cf. fr. 1. de iurisd. 2. 1. Si possessio bonorum detur. fr. 4. §. 1. de off. eius. 1. 21. Post adgnitam litis ordinandae gratia B. Pnem. fr. 8. pr. de inoff. testam. 5. 2. — **§. 4.** *Res soli ipsa. Praedium.* I. **Sy.** Loci, Possessiones. c. 2. de h. qu. latron. 9. 39. Praedium. Gai. II. 61. fr. 1. §. 2. fr. 5. §§. 10. sq. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Th. C. VI. 3. c. 1. de praed. Senat. XI. 1. c. 31. de ann. et tribut. XVI. 5. c. 58. §§. 4. sq. de haeret. Fundus. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ager, locus, aedificium, possessio. Fr. L. Thoriae. Non ex urbe, sed vico, vel possessione qualibet (oriundus.) Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 7. Domini possessionum, cultoresve terrarum. Th. C. II. 31. c. 1. Qu. iussu. XI. 1. c. 14. de annon. et tribut. Sola possessio, sine laris collocatione. Th. C. XII. 1. c. 52. de decurion. Possessio, sive domus, — cum adiacentibus, et mancipiis etc. Ib. X. 8. c. 1. c. 4. de bon. vac. Munera, quae possessionibus, sive patrimoniis, indicuntur. fr. 18. §§. 21. 25. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 4. pr. de veteran. 49. 18. Vniversa possessio plurium praediorum sub adpellatione fundi Maeviani. fr. 1. de reb. dub. 34. 5. cf. fr. 78. §. 1. de legat. II. (31.) Suburbanam adiacentem possessionem habere. fr. 41. §. 6. de legat. III. (32.) Vendere possessionem. fr. 15. §. 7. Qu. satisd. cog. 2. 8. Ex praediatura possessionem usurecipi. Gai. II. 61.

Possessor. **§. 1.** *Qui corporaliter rem detinet,* (aut pro detentore habetur.) I. **Sy.** Qui naturaliter incumbit possessioni. fr. 3. §. 15. ad exhib. 10. 4. Qui possidet (contemplatione alterius.) Possidens. fr. 13. §§. 12. sq. fr. 25. §. 8. de hered. pet. 5. 3. III. **Cn.** Neque rei, neque iuris quasi possessor. fr. 18. §. 1. cf. fr. 13. §. 15. fr. 16. §. 4. ib. 5. 3. Quoniam — debitor esse coepit, — ut iuris possessor convenitur. fr. 10. si pars hered. 5. 4. — **§. 1. A.** *Qui proprio nomine rem tenet, et interdictis utitur.* II. **Op.** Dominus. fr. 1. §. 2. Vti possidet. 43. 17. III. **Cn.** In his servitutibus possessorem esse eum iuris et petitorem. fr. 6. §. 1. si servit. vind. 8. 5. Possessorem facere, fructusque reddere. fr. 22. de V. S. 50. 16. — **§. 1. B.** *Qui ex iusta causa et bona fide rem alienam tenet, ut suam faciat.* III. **Cn.** Si bonae fidei possessor (usuceperit servum,) quia eo modo dominus fit etc. Gai. II. 93. cf. III. 200. Nihil hoc (b. f.) possessori ad usucapionem nocet. Id. II. 51. cf. 44. Sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferre, et efficere ut a possessore usucapiatur. Id. II. 50. Fructuarii fructus tunc fieri, cum eos perceperit, b. f. autem possessoris, mox quam a solo separati sint. fr. 13. Qu. mod. ususfr. 7. 4. cf. fr. 28. pr. de usur. 22. 1. fr. 48. pr. de A. R. D. 41. 1. — **§. 1. C.** *Qui honorario dumtaxat iure successor factus est bonorum alterius.* II. **Op.** Bonorum possessor. — Heres. Cf. h. v. III. **Cn.** Praetor bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet. fr. 117. de R. I. 50. 17. Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori. Gai. IV. 144. — **§. 1. D.** *Iniustus detentor.* I. **Sy.** Pro possessore possideri. Vsucapionem cessare. fr. 16. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 1. §. 2. pro donat. 41. 6. II. **Op.** Iure civili, Pro emtore etc. — Pro possessore (possidere.) fr. 26. pr. de don. int. V. 24. 1. fr. 16. l. 41. 2. Vatic. §. 1. III. **Cn.** Quod quisque ex his bonis — pro herede, aut pro possessore, possideat. Gai. IV. 144. fr. 1. pr. Quor. bonor. 43. 2. Pro possessore possidet praedo, v. vim intulit. fr. 14. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. fr. 11. §. 1. fr. 12. fr. 13. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Pro possessore videtur eam pecuniam possidere, ut avocare eam hi — possint. fr. 110. de cond. et dem. 35. 1. Possidebit pro possessore; sed si eundem a domino emerit, incipiet pro emtore possidere. fr. 33. §. 1. de usurp. 41. 3. — **§. 2.** *Qui rem soli in bonis habet.* I. **Sy.** Qui in agro, vel civitate, rem soli possidet. fr. 15. §. 1. cf. pr. Qu. satisd. cog. 2. 8. III. **Cn.** Villici, vel procuratores possessorum. fr. 1. pr. de fugitiv. 11. 4. Militibus adsignatus (sc. ager,) modico honoris gratia possessori dato. fr. 15. §. 2. de R. V. 6. 1. cf. Valer. Probus de not. R. v. V. P. R. (Veteri Possessori Redditum.) — **§. 2. A.** *Dominus agrorum, vel praediorum urbanorum, (qui in civitate medium inter Senatores et plebem locum tenet.)* II. **Op.** Potiores, i. e. possessores. — Inferiores, vel plebeii. Th. C. XI. 15. c. 2. de pub. compar. Curiales. — Potentiores possessores. — Minores possessores. Ib. XI. 7. c. 12. de exaction. Senatores. — Possessores. — Privati. Ib. XIII. 9. c. 4. de naufrag. III. **Cn.** Ordo, et possessores cuiusque civitatis. fr. 1. de decr. ab ord. 50. 9. Senatores, vel universi possessores. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 2. §. 1. Honorati, decuriones, possessores, postremo etiam coloni. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Episcoporum, nec non clericorum, et honoratorum, ac possessorum, et curialium decreto. c. 19. de episc. aud. 1. 4. Curiales, plebeii, possessoresve. Th. C. IX. 31. c. 1. ne pastor. dent. Possessores, qui non erunt curiales, in urbibus, in quibus domos possident etc. c. 8. de aedif. priv. 8. 10. — **§. 3.** *Reus in iudicio.* I. **Sy.** Reus. fr. 154. de

R. I. 50. 17. II. ***Op.*** Petitor. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Possessorem adversarium facere. fr. 1. §. 6. de O. N. N. 39. 1. Commodum possessoris consequi. fr. 20. de probat. 22. 3. Si forte non habeam aedificatum altius in meo, adversarius meus possessor est. fr. 6. §. 1. si serv. vind. 8. 5.

Possessorius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad possessionem pertinens.* III. ***Cn.*** Interdictum, quod quidam possessorium vocant. Gai. IV. 145. Interdicta velut possessoria. fr. 20. de servit. 8. 1. — **§. 2.** *Ad tuitionem spectans, quam Praetoris edictum indulget.* II. ***Op.*** Civilis (actio.) — Possessoria (petitio.) fr. 1. sq. de poss. hered. pet. 5. 4. III. ***Cn.*** Poterit — B. Pnem petere; quam cum acceperit, perpetuo possessoriis actionibus utetur. fr. 4. de Carbon. edict. 37. 10. Denegare possessorias actiones. fr. 50. §. 2. de bon. libert. 38. 2.

Possibilis. (Adiect.) *Qui fieri potest, Licitus, Expeditus.* I. ***Sy.*** Quae per rerum naturam admitti potest (conditio.) Paul. III. 4.B. §. 1. III. ***Cn.*** Quae natura sui possibilia sunt. fr. 83. §. 5. fr. 137. §. 6. de V. O. 45. 1. Si res dividi sine suo periculo possibilis est. c. 34. §. 2. de donat. 8. 54. Secundum quod, s. Prout, possibile est. fr. 1. §. 1. de fundo dot. 23. 5. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47. Cum uxore furti agere possibile est. fr. 3. §. 2. de act. rer. amot. 25. 2.

Possibilitas. *Facultas, Potentia.* III. ***Cn.*** Possibilitatem praestante (Iesu Christo.) c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. Pro numero hominum et possibilitate, (poscantur tituli.) Nov. Val. III. de tribut. fiscal. II. 19. c. 1. §. 1. cf. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. pr. Iust. C. c. 1. de fund. limitr. 11. 59.

Possidere. **§. 1.** *Corporalem dumtaxat possessionem exercere.* I. ***Sy.*** Tenere (naturaliter, s. corporaliter.) fr. 9. de R. V. 6. 1. fr. 24. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 38. §§. 7. sq. de V. O. 45. 1. II. ***Op.*** Petere. Cf. h. v. §. 4. III. ***Cn.*** Nec possidere, nec dolo malo fecisse quominus possideret. fr. 9. §. 1. de edend. 2. 13. fr. 25. de R. V. 6. 1. Vatic. §. 90. fr. 131. de R. I. 50. 17. Si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas. Gai. IV. 117. Si eam rem legatarius vel ab herede, vel ab alio quocunque qui eam possidet, petat. Id. II. 194. Cum de lucro duorum quaeratur, melior est causa possidentis. fr. 126. §. 2. de R. I. 50. 17. cf. fr. 5. §. 1. de calumn. 3. 6. — **§. 2.** *Possessionem cum effectu habere, et interdictis experiri posse.* I. ***Sy.*** Penes aliquem esse. Quodammodo ab eo possideri. fr. 63. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** In possessione esse. Cf. v. Possessio. §. 2. Tenere (corporaliter.) — Habere, possidere. fr. 24. fr. 49. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 38. §§. 7. sqq. de V. O. 45. 1. fr. 19. §. 6. de furt. 47. 2. Alienae possessioni praestare ministerium. fr. 18. pr. de A. v. A. P. 41. 2. III. ***Cn.*** Licet iuste possideant, non tamen opinione domini possident. fr. 22. §. 1. de nox. act. 9. 4. cf. fr. 181. de V. S. 50. 16. Possidere, et uti frui. Vatic. §§. 90. sq. Simulatque possidendi adfectum habuero, continuo me possidere. fr. 3. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. Cum possideatur (sc. servus,) possidere non videtur. fr. 118. de R. I. 50. 17. Vt hoc interdictum competat, ius fundi possedisse oportet. fr. 7. de itin. actuq. priv. 43. 19. cf. fr. 2. comm. praed. 8. 4. Qui eo tempore, quo interdictum redditur, (v. Qui maiore parte eius anni,) nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possedit. Gai. IV. 150. 160. 166. Paul. V. 6. §. 1. Interdictum, quod vulgo Vti Possidetis adpellatur. fr. 1. §. 4. uti possid. 43. 17. Gai. IV. 148. sqq. Paul. l. l. Vatic. §. 90. Interdicto V. P. uti non posse, — quia non possident. fr. 3. §. 8. l. l. 43. 17. cf. fr. 6. §. 2. de precar. 43. 26. Cum praecipit (Praetor, aut Procos.) ne sine vitio possidenti vis fiat. Gai. IV. 140. 155. Sine ullo iudice temere possidere, vel accepisse. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. Pro possessore possid. Cf. v. Possessor. §. 1. D. Si quis rem furtivam, aut vi possessam, possideat. Gai. II. 45. — **§. 3.** *Rem alienam iuste ita tenere, ut, temporis causa interveniente, illam nostram facere possimus.* I. ***Sy.*** Bona fide possidere. Iustam possessionem habere. Vlp. XIX. 21. Gai. II. 91. 94. sq. Civiliter possidere. Vsucapere. fr. 7. §§. 1. 3. ad exhib. 10. 4. II. ***Op.*** Dominii nostri esse. Vsumfr. tantum in ea re habere. — Bona fide a nobis possideri. fr. 49. de V. S. 50. 16. Vlp. l. l. Gai. II. 86. III. ***Cn.*** Si, quem hominem emit, — anno possedisset, tum ei eum hominem — eius ex iure Quiritium esse oporteret. Id. IV. 36. cf. II. 41. Vlp. I. 16. Possidere, et usucapere, (v. per longum tempus rem capere.) Vatic. §. 111. fr. 12. cf. fr. 5. pr. de damn. inf. 39. 2. fr. 54. §. 4. de A. R. D. 41. 1. fr. 21. de usurp. 41. 3. Res quidem pro donato, vel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usucapit. Vatic. §§. 260. sq. Iure civili possidere non intelligi. fr. 26. pr. de don. int. V. 24. 1. Ad usucapionem tantum possid. fr. 16. de usurp. 41. 3. fr. 17. §. 3. de furt. 47. 2. — **§. 4.** *Auctoritate Praetoris in possessione rerum alterius pleno iure constitutum esse.* II. ***Op.*** In possessione esse. Cf. v. Possessio. §. 3. III. ***Cn.*** In possessionem mitti — a Praetore, — et ius pignoris contrahi, — et, ut procedat, iuberi etiam possideri. fr. 3. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. fr. 4. §. 1. de off. eius. 1. 21. fr. 7. pr. de damn. inf. 39. 2. Non possidemus, sed magis custodiam rerum et observationem nobis concedit (Praetor.) fr. 12. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 3. §. 23. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 1. §. 9. Qu. legator. 43. 3. fr. 3. §. 8. uti possid. 43. 17. Cuius bona ex edicto — possessa, proscriptave sunt, erunt. Tab. Heracl. 41. sq. aer. Neap. Eosque duci, bona eorum possideri, proscribive, venireque iubeto. L. Gall. Cisalp. II. 46. sq. Posteaquam quis possidere iure dominii a Praetore iussus est. fr. 15. §. 33. fr. 44. §. 1. de damn. inf. 39. 2. — **§. 5.** *In bonis habere (rem soli.)* I. ***Sy.*** Habere possessionem (suburbanam.) fr. 41. §. 6. de legat. III. (32.) fr. 7. de incend. ruina. 47. 9. Possessor esse. Cf. v. Possessor. §. 2. III. ***Cn.*** Vt hi, qui in territorio earum (sc. civitatum) possident, certum quid frumenti — praebeant. fr. 18. §. 25. de mun. et hon. 50. 4. fr. 4. §. 2. de censib. 50. 15. Qui prope viam publicam possident. fr. 18. §. 15. de mun. et hon. 50. 4. Qui

originis gratia, vel incolatus, vel ex possidendi conditione (vocatur ad curiam.) Th. C. XII. 1. c. 5. de decurion. — **§. 6.** *Iure quocunque praeditum esse.* III. **Cn.** Ius dominii te possidere existimamus. Vatic. §. 34.

Post. (Praepos.) **§. 1.** *Pone, Prope.* III. **Cn.** Qui habet post horrea mea insulam. fr. 13. pr. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Secundum.* III. **Cn.** Post quod (S. C.) poterit etc. fr. 3. de usufr. ear. rer. 7. 5. cf. Gai. II. 253. Post rescriptum D. Pii (conveniri potest.) fr. 3. §. 4. de N. G. 3. 5. — **§. 3.** *Praeter.* III. **Cn.** Post dei iudicium, etiam nostram indignationem timeat. Iul. ep. nov. c. 71. §. 257. Post proscriptionem bonorum, (capitali poena plecti.) c. 6. de div. rescr. 1. 23. — **§. 4.** *Ordine posteriore.* II. **Op.** Primo. fr. 2. de statu hom. 1. 5. III. **Cn.** Omnes, qui post eos sunt. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. Omnes post Principem. fr. 8. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Secundam post eos potestatem gerere. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Post eum — secundum gradum in tutela habere. Gai. I. 170. Post hoc dein. Post deinde. fr. 2. §§. 13. 17. de O. I. 1. 2. Post alia. Th. C. VI. 4. c. 3. de Praet. et Qu. VI. 22. c. 4. sqq. de honor. codic. VIII. 7. c. 3. sqq. de div. offic. — **§. 5.** *Tempore circumacto.* II. **Op.** Ante. Cf. h. v. Intra. Cf. h. v. §. 2. Statim. fr. 72. de iudic. 5. 1. Eodem tempore. fr. 2. §§. 36. sqq. 40. sq. 45. sqq. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Non simpliciter (habent a tutelis excusationem,) sed post unam. Vatic. §. 124. Statim post (aditam hereditatem.) Gai. II. 195. Rem suam legare, deinde post testamentum factum etc. Ib. II. 198. Non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo vitae eius tempore. Ib. II. 232. Quodsi — post decretum eius, ante diem exhibitionis, decesserit. fr. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. Post nominum diem (amissus filius.) Vlp. XV. 1.

Postea. (Advb.) *Ex intervallo.* I. **Sy.** Deinde. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Statim, Confestim. Gai. III. 143. fr. 57. pr. de procur. 3. 3. Initio. Cf. v. Initium. Ante, s. Antea. Cf. h. v. Olim. Cf. h. v. §. 1. Prior. — Qui postea petierit. Gai. II. 215. III. **Cn.** Quandoque postea. fr. 1. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. Deinde postea. Gai. IV. 126. fr. 1. §. 8. de suis et legit. 38. 16. Hoc ita est iure civili. — Postea vero etc. Gai. II. 197. cf. I. 31. III. 189. IV. 21. sqq. Idque a D. Nerva introductum, postea a Senatu — diligentius constitutum est. Vlp. XXIV. 28. Non solum ea quae habent, sed ea quae postea habituri sunt. Fr. de I. F. §. 5. cf. Gai. II. 155. Pactus: „Ne peteret," postea convenit: „Vt peteret." fr. 27. §§. 2. sq. fr. 31. de pact. 2. 14. fr. 12. de transact. 2. 15. cf. Gai. II. 163. Ignorans emere, — postea scire. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 35. de pact. 2. 14. fr. 13. pr. de h. qu. not. inf. 3. 2.

Posteaquam, s. **Postquam.** (Advb.) *Vbi, Simulac.* II. **Op.** Antequam. Vlp. XIX. 12. 14. Ante aditam quidem hereditatem. — Postea vero quam adierit. Gai. II. 36. Cum. Cf. v. Cum (praepos. §. 3.) III. **Cn.** Qui desinit tutor esse, posteaquam quis ex testamento tutor esse coeperit. Gai. I. 186. Posteaqu. Praetor locutus est, — transitum fecit ad etc. fr. 1. pr. si tab. testam. null. 38. 6. Etiamsi ignoret, sed posteaqu. scierit etc. Gai. II. 195. Si, posteaqu. mancipati fuerint, manumissi sint. Vlp. X. 1. Si, posteaqu. armati ingressi sunt, tunc discessi. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Posteaqu. semel (damnati sunt.) fr. 6. pr. de poen. 48. 19. Deinde, postquam hic vindicaverit, Praetor interrogat etc. Gai. II. 24. Si vir abeit, et donec abest, et intra annum postqu. abesse desierit. Vlp. XVI. 1. cf. fr. 41. §. 1. de man. testam. 40. 4. Constat, postqu. etc. fr. 2. §. 1. de poen. 48. 19. c. 7. de hered. v. act. vend. 4. 39.

Posteri. *Soboles ulterior certi hominis.* I. **Sy.** Posteritas. Posteriores. fr. 6. pr. fr. 10. de relig. 11. 7. fr. 10. §. 7. de grad. et adfin. 38. 10. III. **Cn.** Liberis et posteris alicuius, (data immunitas.) fr. 13. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 1. §. 2. fr. 4. de iure immun. 50. 6. Vt ipse posterique eius (illo inferrentur.) fr. 10. de relig. 11. 7.

Posterior. (Adiect.) *Inferior, Secundus (tempore aut loco.)* I. **Sy.** Inferior. Cf. h. v. Secundus. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. Vltimus. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Superior. Gai. II. 144. III. 184. Antiquus. Cf. h. v. §. 1. Primus, Prior. Id. II. 149. III. 176. sq. 179. fr. 27. §§. 2. sq. de pact. 2. 14. fr. 12. de transact. 2. 15. fr. 24. §. 1. locat. 19. 2. fr. 15. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 37. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Olim. — Posterioribus temporibus. Cf. v. Olim. §. 1.

Posteriores. (Subst.) **§. 1.** *Recentiorum temporum homines.* III. **Cn.** Quod autem sit Praetor, — posteriores sic acceperunt. fr. 11. §. 5. de interr. in iure. 11. 1. — **§. 2.** *Liberi post mortem parentis editi.* II. **Op.** Superstites (filii.) fr. 3. §. 3. de iniust. rupt. 28. 3. — **§. 3.** *Liberi insequentium graduum* (ultra VI. gradum.) I. **Sy.** Posteri. Cf. h. v. III. **Cn.** *Liberi*, usque ad trinepotem, ultra hos *Posteriores* vocantur. fr. 10. §. 7. de grad. et adf. 38. 10.

Posteritas. **§. 1.** *Homines posteri temporis.* II. **Op.** Antiquitas, s. Antiquum ius. Veteres. c. 6. pro soc. 4. 37. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 1. III. **Cn.** Clarum posteritati facientes, sancimus. c. 4. de auctor. praest. 5. 59. — **§. 2.** *Omnes, qui ex nobis ulteriore gradu nascentur.* I. **Sy.** Posteri. Cf. h. v. Liberi. Filii. Soboles. Progenies. fr. 6. pr. de relig. 11. 7. c. 7. c. 10. de nat. liber. 5. 27. Th. C. XII. 1. c. 74. pr. de decurion. Successores, Successiones (nostrae.) c. 30. de fideicomm. 6. 42. c. 10. de revoc. donat. 8. 56. II. **Op.** Extranei (heredes.) c. 36. §. 2. de inoff. testam. 3. 28. c. 19. de iure delib. 6. 30. III. **Cn.** Filius, — nepos, — pronepos. — vel alia deinceps posteritas. c. 30. l. 6. 42. Vnius filii posteritate subnixus. Th. C. l. l.

Postfactum. *Eventus posterior.* I. **Sy.** Eventus. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Praeteritum. fr. 138. §. 1. de R. I. 50. 17. Statim. — Ex postfacto. fr. 44. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Ex postfacto confirmari, s. convalescere, (quod ab initio inutile fuit.) fr. 17. §. 4. de pact. 2. 14. fr. 210. de R. I. 50. 17. In quibus res dubia est, sed ex postfacto retroducitur. fr. 15. de reb. dub. 34. 5. cf. fr. 7. de manum. testam. 40. 4.

Postferre. *Postponere.* II. ***Op.*** Praeferri, Praevenire. — Postferri. Th. C. VI. 22. c. 8. pr. §. 1. de honor. codic.

Posthabere. *Omittere, Removere.* III. ***Cn.*** Rescissis omnium privilegiis, — posthabita dilatione, (restitui.) Ib. XIV. 4. c. 10. §. 1. de suar.

Posthac. (Advb.) *Deinceps, In futurum.* II. ***Op.*** Ante. — Posthac [al. Post hanc.] Coll. LL. M. VI. 4. III. ***Cn.*** Qui posth. voluerit. c. 11. §. 1. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Si quis posth. (exceperit.) c. 9. de bon. proscr. 9. 49.

Posthumus, s. **Postumus.** *Qui posterior natus est.* (Filius, vel nepos, qui mortuo iam patrefam., vel post testamentum eiusdem conditum, in familiam illius pervenit.) I. ***Sy.*** Qui in utero est. Partitudo futura. Vlp. XXII. 15. 18. sqq. Th. C. IX. 42. c. 10. de bon. proscr. Qui mihi vivo mortuove nati erunt. Posteriores filii. Postumi. Vatic. §. 229. fr. 3. §§. 1. sqq. de iniust. rupt. 28. 3. Qui post mortem parentis nascuntur. Qui post testamentum factum in vita nascuntur. fr. 3. §. 1. l. 28. 3. II. ***Op.*** Iam nati, — Postumi (liberi.) Gai. I. 147. Vlp. XXIII. 7. Vatic. l. l. III. ***Cn.*** Talis est postumorum institutio: „Si qui post mortem meam postumi nati fuerint, heredes sunto!" Si vivo eo nascantur, rumpunt testamentum. Paul. III. 4.B. §. 9. fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. fr. 12. pr. de iniusto rupt. 28. 3. Postumi, qui in ea causa sunt, ut si vivis nobis nascantur, in potestate nostra fiant. — Extranei postumi. Gai. I. 147. II. 133. sq. Vlp. XXII. 15. 19. Postumi liberi cuiuscunque sexus. Id. l. l. 18. cf. 21. sq. fr. 6. fr. 16. §. 5. de testam. tut. 26. 2. Nepos postumus, qui in locum patris succedere potest. Paul. l. l. §. 10. Si quis posthumos, quos per aetatem aut valetudinem habere forte non potest, heredes instituit. fr. 9. pr. de lib. et posth. 28. 2.

Postica. *Pars aversa (domus.)* III. ***Cn.*** Aditus posticasve vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1.

Postis. *Fores aedium.* III. ***Cn.*** Redimire sertis templorum impios postes. c. 7. de pagan. 1. 11. Qui (sc. tituli) eorum postibus adfigentur. Th. C. IX. 42. c. 11. de bon. proscr. cf. II. 27. c. 1. §. 6. si cert. pet. de chir.

Postliminium. **§. 1.** *Captivorum, aut rerum ab hoste captarum, qui quaeve ad nos revertuntur, restitutio in conditionem pristinam.* III. ***Cn.*** Postliminium est ius amissae rei recipiendae ab extraneo, et in statum pristinum restituendae, inter nos ac liberos populos regesque, moribus, legibus constitutum. fr. 19. pr. de captiv. 49. 15. cf. Fr. Aelii Galli I.Cti. Ap. Festum v. Postliminium. Si fuerit reversus postliminio, vel quo alio iure. fr. 41. §. 3. de furt. 47. 2. Dictum est autem postliminium a „limine," et „post." §. 5. I. Qu. mod. ius pot. solv. 1. 12. cf. Frr. Pub. Mucii Scaev. et Servii Sulpicii, I.Ctorum. Ap. Cic. Topic. c. 8. Postliminium habere. fr. 26. de statu hom. 1. 5. Iure postliminii (reverti. fr. 4. de captiv. 49. 15. valere. Vlp. XXIII. 5. Paul. III. 4.A. §. 8. recipere. Gai. I. 187. Th. C. V. 5. c. 1. de postlim.) Propter ius postliminii (pendere, s. in suspenso esse.) Gai. I. 129. Vlp. X. 4. — **§. 2.** *In integrum restitutio.* III. ***Cn.*** Deportationis addicenda suppliciis, cui — etiam postliminii ius negamus. Th. C. III. 16. c. 1. pr. de repud. Quasi iure postliminii revertitur locus in pristinam causam. fr. 6. pr. de R. D. 1. 8. cf. fr. 11. §. 4. de exc. rei iud. 44. 2.

Postmodum. (Advb.) **§. 1.** *Postea.* I. ***Sy.*** Post aliquod tempus. fr. 26. de N. G. 3. 5. III. ***Cn.*** Servi poenae aliquando facti, ac postm. liberati. Th. C. X. 12. c. 2. §. 5. si vag. pet. manc. — **§. 2.** *In futurum.* III. ***Cn.*** Denique nihil erit postm. etc. Ib. XII. 3. c. 1. de praed. et manc. curial.

Postponere. *Posthabere.* II. ***Op.*** Potior esse. — Postponi. fr. 20. Qu. potior. 20. 4. fr. 17. de iure fisci. 49. 14.

Postquam. Cf. v. Posteaquam.

Postremo. (Advb.) *Denique.* III. ***Cn.*** Quilibet postremo. Th. C. IX. 45. c. 3. de h. qu. ad eccl. cf. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Nullis privilegiis, nullis postr. temporibus exuatur. Ib. XII. 1. c. 154. de decurion.

Postremus. (Adiect.) **§. 1.** *Vltimus, Novissimus.* I. ***Sy.*** Supremum, Ultimum, Postremum (iudicium.) c. 2. c. 4. sq. c. 9. sq. Qu. testam. fac. p. 6. 22. c. 3. si qu. al. test. proh. 6. 34. — **§. 1.A.** *Postrema (p. se pos.) i. e. Voluntas ultima.* II. ***Op.*** Postrema definire. — Donatione conferre. Nov. Th. II. de h. qu. sp. I. 22. c. 1. §. 9. — **§. 2.** *Infimus.* III. ***Cn.*** Quod in servis etiam probrosum atque postremum est. Th. C. XII. 1. c. 39. de decurion.

Postulare. **§. 1.** *Flagitare, Requirere.* I. ***Sy.*** Poscere. fr. 7. pr. §. 1. de I. I. R. 4. 1. — **§. 2.** *Exigere.* I. ***Sy.*** Flagitare, Poscere. Th. C. VII. 9. c. 3. sq. de salgamo. XI. 2. c. 4. tribut. in ips. spec. XI. 16. c. 7. de extr. s. sord. Exigere. Ib. VI. 3. c. 2. c. 4. de praed. Senat. III. ***Cn.*** Quodsi iudicatum solvi satis ab eo — postuletur. fr. 21. rat. rem hab. 46. 8. Id tantum — indici, ac — quod exigit ratio, postulari. Th. C. XI. 5. c. 1. de indiction. Si quid reparationi alicuius operis postulandum erit. Ib. XV. 1. c. 17. de opp. pub. — **§. 3.** *Implorare, Expetere* (a Principe, aut magistratu.) I. ***Sy.*** Petere (tutorem, v. B. Pnem.) fr. 2. de fideiuss. tut. 27. 7. fr. 8. sq. fr. 11. sq. fr. 16. de B. P. 37. 1. Rogare. Th. C. II. 31. c. 1. Qu. iussu. III. ***Cn.*** Postulabatur; — rescriptum est etc. fr. 52. §. 3. de pact. 2. 14. Solet Praetor postulantibus — tempus constituere etc. Gai. II. 167. — **§. 4.** *Desiderare, coram magistratu, (iudicium.)* I. ***Sy.*** Adlegare (pro se, v. pro alio.) Desiderium in iure exponere (apud eum, qui iurisdictioni praeest.) fr. 1. §§. 2. 5. sq. de postul. 3. 1. Desiderare. Cf. h. v. §. 3. Pro tribunali petere. fr. 4. §. 8. de damn. inf. 39. 2. Experiri. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Testimonium publice dicere, aut iudex esse, postulareve (prohiberi.) fr. 6. §. 1. ad L. Iul. repet. 48. 11. cf. fr. 2. pr. de R. I. 50. 17. Integra persona, — h. e. cui per edictum postulare licet. fr. 4. de pop. action. 47. 23. fr. 4. §. 1. de legation. 50. 7. cf. fr. 1. §§. 1. 3. 5. 7. sq. fr. 6. pr. fr. 8. sq. de postul. 3. 1. A postulando pro aliis (removere.) fr. 1. §. 6. ib. 3. 1. Apud tribunal Praesidis, — Apud Praetorem, — Apud

iudices pedaneos (postulare.) fr. 9. §§. 2. sq. de poen. 48. 19. cf. fr. 39. pr. de eviction. 21. 2. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Arbitrum post. Gai. IV. 163. Paul. I. 18. §. 1. Alium iudicem postulare (super possessione etc.) Th. C. II. 18. c. 2. de iudic. Cuius nomine quis actionem dari sibi postulabit etc. fr. 33. §. 3. fr. 35. §. 2. de procur. 3. 3. Iudicium post. fr. 4. §. 8. de damn. inf. 39. 2. Postulata cognitio (de in integr. restitutione.) fr. 39. §. 6. de procur. 3. 3. Postulo, anne dicas (qua ex causa vindicaveris?) Gai. IV. 16. Omnibus postulantibus, et iurantibus, „non calumniae causa petere," rationes — edi iubet. fr. 9. §. 3. de edend. 2. 13. L. Gall. Cisalp. I. 9. sqq. — **§. 5.** *Accusandi* (copiam impetrare.) I. **Sy.** Accusare. Cf. h. v. §. 1. Crimen obiicere. fr. 7. pr. §. 3. de accus. 48. 2. III. **Cn.** Reus criminis postulatus. fr. 41. de solut. 46. 3. cf. fr. 11. §. 2. de divort. 24. 2. fr. 16. pr. de R. M. 49. 16. Fr. de I. F. §. 20. Rea adulterii, quam vir iure mariti postulavit. fr. 34. §. 1. de R. N. 23. 2. Si is, quem postulaverat, non peregerit. fr. 31. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Capitis, s. Crimine capitali, postulari. fr. 53. de fideiuss. 46. 1. fr. 2. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Suspectus tutor, vel curator, postulari posse. fr. 1. §. 1. de susp. tut. 26. 10.

Postulatio. **§. 1.** *Imploratio, Petitio.* III. **Cn.** Novam rem desiderare videtur. — Igitur si perstat in eadem postulatione etc. fr. 1. pr. de insp. ventre. 25. 4. Quorum mihi postulatio cum non iniqua visa sit, succurrendum his putavi. fr. 35. de S. P. R. 8. 3. — **§. 2.** *Flagitatio iudicii.* III. **Cn.** Lege agebatur — per iudicis postulationem. Gai. IV. 12. Pro aliis interdicta postulatione repelli. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Ne ignorante Principe ullam postulationem introducant (sc. causarum patroni.) Th. C. VI. 28. c. 4. de princip. agent. in reb. Observare eum (sc. Procos.) oportet, ut sit ordo aliquis postulationum. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si tantum postulatio simplex celebrata sit. c. 1. de L. C. 3. 9. Omne officium adsessoris — constat in cognitionibus, postulationibus, libellis etc. fr. 1. de off. adsessor. 1. 22. — **§. 3.** *Delationis, Accusationis, imploratio.* I. **Sy.** Accusatio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Si, accusatoribus absentibus, — ex una postulatione aditus Praeses Pr. etc. c. 4. de accus. 9. 2. Tempus — per postulationem praecedentem consumtum. fr. 31. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Postulatum. **§. 1.** *Imperatum, Exactio.* III. **Cn.** Quibuscunque praeterea de collativo omnium postulatis (parere.) Th. C. VI. 26. c. 3. de prox. com. disp. — **§. 2.** *Imploratio, Petitio.* III. **Cn.** Civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum. Ib. XII. 12. c. 16. de legat. et decr. — **§. 3.** *Desiderium in iure prolatum.* III. **Cn.** Ad postulatum patroni, interlocutione iudicis responsum. c. 17. ex qu. c. inf. 2. 12.

Postumus. Cf. v. Posthumus.

Potare. *Potum sumere.* I. **Sy.** Bibere. fr. 12. §. 10. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. III. **Cn.** Vasa, quibus et potabat et edebat (paterfam.) fr. 32. §. 3. de auro arg. 34 2. Potantibus ministerium praebere. Th. C. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult.

Potens. (Partic.) **§. 1.** *Capax, Patiens.* III. **Cn.** Si quis, compensare potens, solverit. fr. 10. §. 1. de compens. 16. 2. Si — tam masculus pubes, quam femina potens sit. Vlp. V. 2. — **§. 2.** *Qui auctoritate praeditus est, vel honore.* II. **Op.** Humilis, Inferior. Cf. h. vv. Minor. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Potentium tituli, et clarissimae privilegia dignitatis. Th. C. II. 14. c. 1. pr. de h. qu. pot. nom. cf. II. 13. c. 1. de act. ad pot. transl. In quibus persona potentior inferiorem, aut minorem iudicem (premere potest.) Ib. I. 15. c. 1. (Wck.) de off. Vicar. In gremia potentissimarum domorum (confugere.) Ib. XII. 1. c. 6. c. 50. §. 2. de decurion. Alterius provinciae hominem, aut potentiorem (nobis opponere adversarium.) fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7. fr. 3. de litigios. 44. 6. Qui a latronibus, aut praedonibus, vel potentiore, vi oppressus etc. fr. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 28. §. 7. de poen. 48. 19. — **§. 3.** *Potentior, i. e. Praestantior, Potior.* I. **Sy.** Potior. fr. 2. fr. 4. fr. 6. §§. 1. sq. Qui potior. 20. 4. III. **Cn.** Prior atque potentior (quam vox, est mens dicentis.) fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. Ita ornamentis — contextae (sc. margaritae,) ut in his adspectus auri potentior sit. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2. Potentior erit, licet posterior sit. fr. 6. §§. 1. sq. Qu. potior. 20. 4.

Potentatus. **§. 1.** *Auctoritas, quam dignitates tribuunt.* III. **Cn.** Cum ratio potentatus nuptias prohibuerit. fr. 63. de R. N. 23. 2. Gratiae et potentatui (praeponere fidem.) c. 5. de testib. 4. 20. Si quis in potentatu constitutus. Iul. ep. nov. c. 7. §. 41. — **§. 2.** *Usus potentiae libidinosus.* III. **Cn.** Potentatus et vis, aliorumque criminum (reum facere.) c. 1. de gen. abolit. 9. 43.

Potentia. **§. 1.** *Vis, Impressio.* III. **Cn.** Quae, — materiae potentia victa, nunquam vires eius effugiant. fr. 78. §. 4. de legat. III. (32.) Propter latronum potentiam (non posse possideri.) fr. 12. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. — **§. 2.** *Dignitas, Auctoritas.* III. **Cn.** Vel suffragio, vel potentia, vel gratia (pervenire etc.) Th. C. VI. 24. c. 3. de domest. et protect. Quem tu prohibere propter vim maiorem, aut potentia eius, non poteris. fr. 33. locat. 19. 2.

Potestas. **§. 1.** *Facultas, Copia.* I. **Sy.** Arbitrium. Cf. h. v. §. 1. Copia. Cf. h. v. §. 5. Facultas. Cf. h. v. §. 1. Posse (alienare.) Potestatem habere (alienandae rei.) Gai. II. 62. III. **Cn.** Competit, (vindicatio etc.) et in potestate est, qua velit actione uti. fr. 24. de act. rer. amot. 25. 2. Ius potestasque esto. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Cum actor quidem in sua potestate habeat, (quando utatur suo iure.) fr. 5. §. 6. de d. m. exc. 44. 4. Liberam habere potestatem (agendi.) Gai. IV. 124. cf. 89. Latissima potestas tributa (et heredis instituendi etc.) fr. 120. de V. S. 50. 16. Viro potestatem fieri debere, utrum velit. fr. 32. pr. de pact. dot. 23. 4. Si conditioni heres parere non poterit, quam in sua potestate non habebit. fr. 23. §. 2. cf. fr. 4. de hered. inst. 28. 5. Exhibere est, facere in publico potestatem, ut etc. fr. 2. ad exhib. 10. 4. Si neque potestatem sui faciet, neque defenderetur. fr. 2. pr. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Descri-

scribendi exempli fiat potestas. Paul. IV. 6. §. 1. Ne in potestate calumniosa adversarii mei sit, an etc. fr. 11. §. 1. de iurisd. 2. 1. cf. Gai. IV. 38. Homo liber, qui statum suum in potestate habet. Paul. II. 18. §. 1. — **§. 2.** *Dominatio, Arbitrium, Ius.* I. **Sy.** Ius. Cf. h. v. §. 2. C. II. **Op.** Nuda proprietas. — Plena in re potestas. §. 4. I. de usufr. 2. 4. III. **Cn.** Vis ac potestas (in capite libero.) fr. 1. pr. §. 1. de tutel. 26. 1. cf. Frr. L. XII Tabb. V. 7. Eiusdem potestatis iurisque esse, (cuius fuit defunctus.) fr. 59. de R. I. 50. 17. Qui (sc. populus) nullius alterius populi potestati est subiectus. fr. 7. §. 1. de captiv. 49. 15. In potestate populi R. venire. fr. 4. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. In hostium praedonumve potestate esse. fr. 19. de procur. 3. 3. Et civis R., et suae potestatis, esse. Vlp. XXIII. 6. Gai. II. 147. cf. fr. 21. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Si is, in cuius potestate esse dicetur, negavit se in sua potestate servum habere. fr. 21. §§. 2. sq. de nox. act. 9. 4. fr. 5. de interr. in iure. 11. 1. Reverti in potestatem eius, cui subrepta est (sc. res.) fr. 4. §§. 6. sqq. fr. 41. de usurp. 41. 3. Omnia sui iuris in potestatem recipit (postliminio reversus.) Paul. II. 25. §. 1. — **§. 3.** *Auctoritas summa, quae reip. nomine alicui competit. Imperium (merum, sc. magistratus.)* I. **Sy.** Ius. Cf. h. v. §. 2. A. Imperium (merum.) Cf. h. v. Summa potestas. Regimenta reip. fr. 2. §. 18. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. III. **Cn.** Cum lege regia — populus ei (sc. Principi) et in eum omne suum imperium et potestatem conferat. fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. Qui imperium potestatemque [al. potestatemve] habent. Paul. V. 5. A. §. 1. cf. V. 26. §. 1. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. fr. 7. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Iurisdictio et potestas. c. 6. de fabricens. 11. 9. Qui eiusdem potestatis sunt. fr. 173. pr. de V. S. 50. 16. Maioris potestatis magistratus. fr. 2. §. 18. de O. I. 1. 2. Quae iure potestatis a magistratu fiunt. fr. 13. §. 6. de iniur. 47. 10. cf. fr. 1. pr. si qu. ius dic. 2. 3. Potestate eius, qui eum misit, (inducendus est in possessionem.) fr. 3. pr. ne vis fiat ei. 43. 4. Gladii potestas data, vel cuius alterius coërcitionis. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Pot. fascium. Th. C. XII. 1. c. 174. de decurion. — **§. 3. A.** *Munus reip., ordinarium vel extraordinarium, cum dignitate coniunctum.* I. **Sy.** Dignitas. Cf. h. v. §. 3. Honor. Cf. h. v. III. **Cn.** Quas (sc. pecunias) quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit. fr. 1. cf. fr. 3. ad L. Iul. repet. 48. 11. Magistratus, vel potestas. Cf. v. Magistratus. §. 2. Ordinaria, vel qualibet praeditus potestate. Th. C. III. 11. c. 1. pr. si quac. praed. pot. cf. III. 6. c. 1. si prov. rect. Vel in potestate positus, vel honore perfunctus. Ib. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. — **§. 3. B.** *Persona ipsa, quae potestate publica praedita est.* I. **Sy.** Iudices, Potestates. Ib. XIV. 4. c. 3. de suar. XVI. 2. c. 47. de episc. eccl. Sublimes potestates. Praefecti. Ib. XI. 28. c. 3. pr. c. 6. de indulg. debit. III. **Cn.** Iussu magistratus, vel Praesidis, vel alterius potestatis. fr. 3. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Gracchanus — libro — de potestatibus. fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. Impetrare, — Damnari (ab aliqua potestate.) fr. 26. pr. de pignor. 20. 1. fr. 17. §. 19. de Aedil. edict. 21. 1. Ab aliqua potestate, vel etiam ab imperiali iussione (iudex datus.) Iul. ep. nov. c. 47. §. 185. Ad scientiam nostram, vel ad inclytas potestates (referre.) Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. Iudicum potestates. Ib. VIII. 5. c. 56. de cursu pub. Aulicae potestates. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 4. — **§. 4.** *Imperium patris vel domini, in liberos suos vel servos.* I. **Sy.** Ius. Cf. h. v. §. 2. C. Manus. Cf. h. v. §. 3. B. III. **Cn.** Earum personarum, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt. Gai. I. 49. 109. 142. II. 86. sq. Vlp. XIX. 18. Qui eos hac cognatione adtinget, quorumve in potestate matrimoniove erit. Vatic. §. 298. cf. §§. 216. sq. In avi potestate, vel proavi familia (remansisse.) Paul. IV. 8. §. 8. Qui potestatem familiae potuit habere. Th. C. V. 1. c. 6. de legit. heredit. Quos in potestate habemus, caeterique qui in liberorum loco sunt. Vlp. XXVI. 1. cf. XXII. 14. 24. Vt, si vivis nobis nascantur, in potestate nostra fiant. Gai. I. 147. cf. 76. sq. Vlp. XXII. 15. 19. Qui ei, in cuius potestate est, eique qui in eadem potestate est, adscripserit. fr. 10. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. cf. Gai. II. 108. Filius, qui in potestate est, servusve. Vlp. XXV. 10. Servus, vel alius qui in aliena potestate est. fr. 7. si qu. cautt. 2. 11. Desinant liberi in potestate eius (sc. patrisfam.) esse. Gai. I. 128. sqq. — **§. 5.** *Auctoritas, Effectus, Valor.* III. **Cn.** Quaedam praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua vi ac potestate constant. Id. IV. 10. Non sua natura, sed potestate conventionis (valere.) fr. 5. pr. de resc. vend. 18. 5. Cum utraque actio eiusdem potestatis est, eundemque habet effectum. fr. 47. §. 1. de N. G. 3. 5. fr. 13. de duob. reis. 45. 3. Vis et potestas (nummorum.) Gai. I. 122. fr. 3. de eo qu. c. loc. 13. 4. Neque officio iudicis, neque Praetoris imperio, neque legis potestate (confirmari.) fr. 27. de O. et A. 44. 7. Ad eos — non pertinet L. Falcidia, sed per edictum Praetoris inducitur potestas legis. fr. 1. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Legis potestas adversus eum exercebitur. fr. 1. §. 4. ad S.C. Turp. 48. 16. Potestas testamenti ab heredis institutione incipit. Vlp. XXIV. 15. In potestatem institutionis redigere. fr. 19. pr. de milit. testam. 29. 1.

Potestativus. (Adiect.) *In potestate alicuius positus.* II. **Op.** Casualis. Cf. h. v.

Potio. *Potus.* III. **Cn.** Victus necessarii, vel potionis oblatio. c. 28. pr. de testam. 6. 23. Nihil inter dulcia, nisi quod potionis fuisset, legatum. fr. 16. §. 2. de trit. vino. 33. 6.

Potior. (Adiect.) **§. 1.** *Superior, Praestantior.* I. **Sy.** Melior. Cf. h. v. §. 1. Vincere, Potior esse (adversario.) Gai. IV. 150. sqq. Anteferri, Praeferri, Praevalere, Potior esse (aliis.) Id. III. 64. sqq. 71. fr. 5. fr. 9. fr. 12. §. 8. Qu. potior. 20. 4. c. 2. c. 4. eod. 8. 18. III. **Cn.** Non tam potior, quam solus (invenietur.) fr. 2. l. l. 20. 4. Interdum posterior potior est priori. fr. 5. cf. fr. 4. ib. 20. 4. Sicut prior es tempore, ita potior es iure. c. 4. l. 8. 18. Et quamvis prima causa sit in caducis vindicandis heredum

liberos habentium, — tamen — collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus. Gai. II. 207. In pari causa, v. delicto, potiorem esse possessorem. fr. 5. pr. de cond. sine c. 12. 7. fr. 128. pr. de R. I. 50. 17. Quodsi plures — exsistant, — eligat (sc. Praetor,) quem potissimum in hoc esse existimat. fr. 5. §. 1. de liberali c. 40. 12. Potissima pars (principium est.) fr. 1. de O. I. 1. 2. Potissimum haberi. fr. 80. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Potentior, Altior.* I. **Sy.** Potentior. Cf. v. Potens. §. 3. Ditior. Cf. h. v. Locupletior, Validior. Nov. Val. III. neque dom. div. II. 10. c. 1. pr. II. **Op.** Inferior. Cf. h. v. Mediocris. Cf. h. v. III. **Cn.** Negotiatores, — christiani, — potiorum quoque homines, vel potiores. Th. C. XIII. 1. c. 5. de lustr. collat. — **§. 3.** *Magis idoneus.* III. **Cn.** Potioribus quibusque iniungenda (munera) fr. 7. pr. de decurion. 50. 2. Potior quis esse debet, non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris. Paul. II. 28. §. 2. Vatic. §§. 157. sq. Potiores nominare. — Deserto iure potiorum, ad excusationem se convertere. Ib. §§. 164. sqq. 242. Potiorum patrociniis excusare. Th. C. XIII. 7. c. 1. de navib. n. excus.

Potiri. **§. 1.** *In potestatem alterius pervenire.* I. **Sy.** In potestatem pervenire, Potiri (hostium.) fr. 11. pr. fr. 12. §. 6. fr. 22. pr. §. 1. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** Nomine eius, qui hostium potitus est, (auxilium competere.) fr. 15. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 10. de milit. testam. 29. 1. — **§. 2.** *Nancisci, Frui.* I. **Sy.** Compos esse, v. fieri. Th. C. III. 16. c. 2. pr. §. 1. de repud. III. **Cn.** Effectu sceleris potiri non posse. Paul. V. 4. §. 5. Aequa cum reliquis filiis successione potiatur. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 3. Nequaquam publicarum annonarum modum potiatur [al. commodo pot., v. modum partiatur.] Th. C. XIV. 17. c. 13. de annon. civ.

Potissimum. (Advb.) *Prae caeteris.* I. **Sy.** Potius. fr. 19. de LL. 1. 3. fr. 67. de R. I. 50. 17.

Potissimus. Cf. v. Potior. §. 1.

Potitus. (Partic.) Cf. v. Potiri. §. 1.

Potius. (Advb.) *Magis, Prius.* III. **Cn.** Melius est possidere potius, quam etc. fr. 1. §. 1. de superfic. 43. 18. Favorabiliores rei potius, quam etc. fr. 125. de R. I. 50. 17. Vtrum, — an ideo potius etc.? Gai. IV. 114. cf. III. 16. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. fr. 6. de calumn. 3. 6. Quaestio facti potius, non iuris. fr. 16. de statu hom. 1. 5. De actu manumittentis, ac non potius de effectu beneficii (cogitatum.) fr. 6. pr. de serv. export. 18. 7. Potius esse, ut (S.Cto locus non sit.) fr. 17. §. 2. ad S.C. Vellei. 16. 1. Vexandi adversarii gratia actionem instituit, potiusque ex iudicis errore vel iniquitate victoriam sperat, quam ex causa veritatis. Gai. IV. 178. Si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius, quam apud eum — conciperetur. Ib. III. 187. cf. II. 154. Expedit, hac potius actione uti, quam etc. Ib. IV. 74.

Potorius. (Adiect.) *Ad potandum pertinens.* I. **Sy.** Vasa, quibus potabat paterfam. Potorium (argentum.) fr. 32. §§. 2. sq. de auro arg. 34. 2. II. **Op.** Escarius. Cf. h. v.

Potus. *Potio.* III. **Cn.** Omnia potui parata, (pocula dicuntur.) fr. 36. l. l. 34. 2. Cibum, potum, vestitum, tectum (praestare.) fr. 1. §. 19. de ventre in poss. 37. 9. Quae esui potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. fr. 43. de V. S. 50. 16.

Prae. (Praepos.) **§. 1.** *Praeter.* III. **Cn.** Capito, supervacuo adiecta *prae* syllaba. Gai. II. 221. **§. 2.** *Ad, In.* III. **Cn.** Cum prae manu [al. ad manum] debitor non haberet (sc. pecuniam,) species auri dedit. fr. 27. de pign. act. 13. 7.

Praeaudire. *Cognitionem praecedentem celebrare.* III. **Cn.** Solent etiam custodiarum cognitionem mandare Legatis, scilicet ut praeauditas custodias ad se remittant. fr. 6. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Praebere. **§. 1.** *Exhibere, Perhibere.* I. **Sy.** Exhibere. Praesentiam corporis praebere. fr. 22. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Profiteri, et publice se praebere. Coll. LL. M. XV. 2. Vbi quis consistat moveaturque, spectaculum sui praebiturus. fr. 2. §. 5. de h. qu. not. inf. 3. 2. Facilem se praeb. (in adeundo.) fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18. Concilium praebere (manumittere volentibus.) fr. 1. pr. de off. Cos. 1. 10. Tutelam praebere (liberis.) Vatic. §. 154. Testimonium praeb. Cf. v. Perhibere. §. 1. — **§. 1.A.** *Indulgere.* III. **Cn.** Quod — similiter nostra constitutio praebuit. §. 13. I. de nupt. 1. 10. In integr. restitutio — praebetur. c. 11. de praed. et al. reb. 5. 71. — **§. 1.B.** *Parare, Suppeditare.* I. **Sy.** Praestare (causam etc.) Coll. LL. M. I. 9. sqq. fr. 11. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 46. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. Gai. III. 131. Alterius circumventio alii non praebet actionem. fr. 49. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Praestare, Dare.* I. **Sy.** Praestare. Vatic. §. 2. Th. C. XI. 16. c. 4. de extr. s. sord. Dare, Inferre. Ib. VII. 4. c. 25. de erog. mil. ann. X. 22. c. 2. de fabricens. III. **Cn.** Si — mora fuisset, quominus vinum praeberetur et traderetur. fr. 51. pr. de A. E. V. 19. 1. Pretio accepto servitutem praebere. fr. 76. pr. de legat. II. (31.) Cautionem indemnitatis officio iudicis praeberi. fr. 31. §. 1. de N. G. 3. 5. cf. Iul. ep. nov. c. 1. §. 1. Certum quid frumenti pro mensura agri — praebeant, quod genus collationis etc. fr. 18. §. 25. de mun. et hon. 50. 4. Cura carnis omnis, ut iusto pretio praebeatur. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Balneum, quod publice praebetur. Paul. III. 6. §. 57. Hospitia praeberi (militibus.) fr. 3. §. 13. de mun. et hon. 50. 4. Qui quid exercitui praebendum [al. Qui exercitui praebendam, s. praebenda] conduxerit. fr. 19. pr. de testib. 22. 5. Moderatione, et sufficientibus praebitis, (contineri servorum obsequium.) Coll. LL. M. III. 3.

Praebitio. *Praestatio.* I. **Sy.** Collatio, Praestatio (iuniorum, s. tironum.) Th. C. VII. 13. c. 7. c. 15. de tiron. Erogatio. Ib. VIII. 6. c. 1. de tractor. et stat. III. **Cn.** Carnis, v. Annonae, v. Angariarum, praebitio. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 18. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. fr. 2. de nundin. 50. 11. Calefactionis et praebitionis (sc. balnearum) onus. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.) Si quid erogationibus redundarit in speciebus diversis, vel praebitione, vecturis-

que. Th. C. XI. 5. c. 1. de indiction. Canonicae praebitiones. Ib. XI. 2. c. 4. tribut. in ips. spec.

Praebitor. *Cui praebendum aliquid impositum est.* III. ***Cn.*** Angariarum praebitores. Th. C. VIII. 5. c. 21. de cursu pub.

Praebitum. (Partic.) Cf. v. Praebere. §. 2.

Praecavere. **§. 1.** *Providere, Prospicere.* III. ***Cn.*** Sciant cuncti, praemeditentur, ante praecaveant. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolit. Si ego scissem, — nec praedixissem ut possis praecavere. fr. 26. §. 7. mand. 17. 1. Iuris ordine praecavetur. Consult. vet. I.Cti. c. 9. pr. — **§. 2.** *Cavere, Cautionem praestare.* III. ***Cn.*** Satisdatione cogetur praecavere, nisi etc. Th. C. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et codic.

Praecedere. **§. 1.** *Antecedere, Praeire.* I. ***Sy.*** Prior, Praecedens (sententia.) fr. 42. de re iud. 42. 1. II. ***Op.*** Posterior. fr. 12. §. 3. de legat. I. (30.) Praecedere. — Interponi perfecto negotio. fr. 25. §. 4. de A. v. O. H. 29. 2. Sequi. fr. 52. §. 2. de O. et A. 44. 7. Th. C. II. 8. c. 2. §. 3. de feriis. III. ***Cn.*** Tempus, quo non est usus praecedens fundi dominus. fr. 18. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Locum non habere, v. Non admitti, nisi praecedat, v. praecesserit etc. fr. 48. de usurp. 41. 3. c. 3. d. h. qu. acc. n. poss. 9. 1. Constitui posse, si ea praecesserint, quae etc. c. 3. de servit. et aqua. 3. 34. cf. fr. 31. pr. de A. R. D. 41. 1. Qui eos ad fidem orthodoxam praecesserunt. c. 56. §. 3. de episc. et cler. 1. 3. — **§. 2.** *Praecellere, Praeferri.* II. ***Op.*** Eodem gradu consistere. — Alterum gradu praecedere. Paul. IV. 8. §. 17. III. ***Cn.*** Frater prior est, quia gradu praecedit. Gai. III. 15. Sumtus causa, qui necessarie factus est, semper praecedit. fr. 8. depos. 16. 3. cf. fr. 45. de relig. 11. 7. (Cf. v. Procedere.)

Praecellere. *Antecellere, Excellere.* I. ***Sy.*** Praecelsa, Praecellentissima, Amplissima (sedes tua.) c. 5. de aquaed. 11. 42. Th. C. VIII. 4. c. 26. de cohortal. Praecellens, Illustris et praecelsa (auctoritas, v. magnificentia, tua.) Th. C. IX. 45. c. 1. de h. qu. ad eccl. Nov. Val. III. de episc. iudic. II. 35. c. 1. §. 20. Nov. Anthem. de mulierib. etc. VI. 1. c. 1. §. 5. III. ***Cn.*** In suo collegio primus sententiam rogatur, caeterosque honoris ordine praecellit. fr. 6. §. 5. de decurion. 50. 2. fr. 1. pr. de albo scrib. 50. 3.

Praecelsus. (Adiect.) *Praecellens.* Cf. v. Praecellere.

Praeceps. (Adiect.) **§. 1.** *Qui prono capite deorsum fertur.* I. ***Sy.*** Praecipitare se. Praecipitem se ex alto mittere, s. dare. fr. 17. §§. 4. 6. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22. — **§. 2.** *Qui caeco impetu agitatur, Temerarius.* I. ***Sy.*** Sibi ipse permittere (ultionem.) Quidquam praeceps admittere in etc. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud. II. ***Op.*** Moratorius. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Praecipiti animo festinare. Praeceps festinatio. c. 1. si adv. fisc. 2. 37. fr. 13. §. 7. de iure fisci. 49. 14. — **§. 3.** *Anceps, Periculosus.* III. ***Cn.*** Stare tutorem — in praecipiti loco. c. 26. de adm. tut. 5. 37.

Praeceptio. **§. 1.** *Ius praecipuum aliquid e medio sumendi.* I. ***Sy.*** Praecipere iuberi. Ad praeceptionem admitti. fr. 10. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Praelegare, Praeceptionem, s. Per praeceptionem, dare. fr. 32. fr. 34. §§. 1. sqq. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Legamus — per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. Vlp. XXIV. 2. Gai. II. 192. Per praeceptionem sic: L. Titius illam rem praecipito. Vlp. XXIV. 6. Gai. II. 216. 221. Si pluribus fuerit unius rei praeceptio relicta. fr. 22. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 34. §. 6. de legat. II. (31.) Alteri ex heredibus praeceptionem praedii dedit. fr. 25. de adim. legat. 34. 4. Qui ex causa praeceptionis (possideat.) fr. 1. §. 6. Qu. legator. 43. 3. — **§. 1. A.** *Res ipsa praecipienda, s. prae caeteris capienda.* III. ***Cn.*** Sicut legata, ita et praeceptio (pro parte minuetur.) fr. 125. de legat. I. (30.) cf. fr. 12. de h. qu. ut ind. 34. 9. Pro parte heres institutus, cui praeceptiones erant relictae. fr. 75. §. 1. fr. 76. pr. de legat. II. (31.) cf. fr. 48. pr. de iure fisci. 49. 14. — **§. 2.** *Praeceptum, Iussio.* I. ***Sy.*** Dispositio. Nov. Th. II. de loc. reip. l. 23. c. 2. §. 2. Praeceptum. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (p. 4. Wck.) III. ***Cn.*** Iudicum — iurisdictionem et praeceptionem (declinare.) c. 7. de iurisd. omn. iud. 3. 13. Legis, v. Iuris, praeceptio. Th. C. VI. 23. c. 3. de decur. et silent. XI. 22. c. 5. ne collat. transl. Iul. ep. nov. c. 42. §. 173.

Praeceptor. (Cf. v. Praetor.) *Magister doctrinae, vel artis.* I. ***Sy.*** Docens. Cf. v. Docere. §. 3. Doctor, Magister. fr. 5. §. 3. fr. 6. ad L. Aqu. 9. 2. Th. C. XIII. 3. c. 3. c. 10. sqq. de medic. et prof. III. ***Cn.*** Praeceptores nostri. — Diversae scholae auctores. Gai. I. 196. II. 37. 123. 200. 217. sqq. 221. III. 87. 98. 103. IV. 78. sq. Sabinus et Cassius, caeterique nostri praeceptores. Ib. II. 195. 244. IV. 114. Cum meminissem, Iavolenum praeceptorem meum etc. — exemplum eius secutus etc. fr. 5. de manum. vind. 40. 2. Praeceptores studiorum liberalium. fr. 1. pr. de extr. cogn. 50. 13. Qui a praeceptore, cui in disciplinam traditus erat, aufugit. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Praeceptum. *Constitutio, Iussio, Definitio.* I. ***Sy.*** Praeceptio. Cf. h. v. §. 2. Iussio (legis etc.) c. 16. ad L. Falc. 6. 50. III. ***Cn.*** Ad merum ius gentium, — Cum praeceptis civilibus et praetoriis (aestimare.) fr. 31. pr. depos. 16. 3. Legis (Iuliae de adulteriis coërcendis) praecepta. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. Principale, s. Imperatorum, praeceptum. fr. 11. pr. de eviction. 21. 2. fr. 10. pr. de publican. 39. 4. Praeceptum D. Traiani (deportavit eum, qui etc.) fr. 4. §. 12. de R. M. 49. 16. Generale praec. (beneficio speciali anteferendum.) Th. C. I. 1. c. 4. de const. Pr. Iuris praecepta. fr. 10. §. 1. de I. et I. 1. 1. Conditio praeceptorum partibus praesentibus habita. Th. C. IV. 17. c. 5. de sent. ex peric. Iussus a iudice exhibere, secundum praeceptum Praesidis Pr., rationes. fr. 28. §. 1. de app. et relat. 49. 1. Nemo iudex officialem ad eam domum — cum aliquo praecepto existimet esse mittendum. Th. C. I. 19. c. 1. (Wck.) de off. iud. omn. Arbitri praecepta. fr. 23. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Nullius esse momenti scripturam, quasi nudum praeceptum reliquerint. fr. 114. §. 14. de legat. I. (30.) fr. 38. §. 4. fr. 93. pr. de legat. III. (32.)

Praecerpere. *Praeripere, Vindicare.* III. ***Cn.*** Non statim, qui praecerpat eos (sc. fructus,) quem vocat secundus ordo, succedat. Th. C. VI. 24. c. 11. de domest. et protect.

Praecessor. *Decessor, Antecessor.* III. ***Cn.*** De statutis praecessorum tuorum contrariis (retulisse.) Nov. Val. III. de lampadar. II. 30. c. 1. pr.

Praecidere. **§. 1.** *Amputare.* I. ***Sy.*** Abscindere. Cf. v. Abscissus. III. ***Cn.*** Vites vel praecidere, vel transducere. fr. 3. §. 4. uti possidet. 43. 17. Gula praecisa adiecto cultello. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Gladiis praeciduntur (rapaces officialium manus.) Th. C. I. 7. c. 1. de off. Rect. Pr. Quo aperto (sc. puteo) venae putei tui praecisae sunt. fr. 24. §. 12. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Proscindere.* III. ***Cn.*** „Novalis," est terra praecisa, quae anno cessavit. fr. 30. §. 2. de V. S. 50. 16.

Praecinctus. Cf. v. Procinctus.

Praecingere. *Circum cingere.* I. ***Sy.*** Cingere. Paul. III. 6. §. 79. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Praecipere. **§. 1.** *Prae caeteris capere, vel deducere. Praecipuum aliquid sumere.* I. ***Sy.*** Praecipuum sumere, v. habere. Gai. II. 217. fr. 45. de A. R. D. 41. 1. II. ***Op.*** Praecepta certa quantitate, — Sine deductione (restituere.) fr. 5. §. 15. de don. int. V. 24. 1. III. ***Cn.*** Per praeceptionem hoc modo legamus: L. Titius hominem Stichum praecipito. Gai. II. 216. Vlp. XXIV. 6. E medio praecipito, sumito, tibique habeto. fr. 26. de pecul. leg. 33. 8. cf. fr. 88. pr. fr. 92. pr. de legat. II. (31.) Quod is extra portionem hereditatis praecipiat legatum, habiturus sit. Gai. II. 217. 220. Praecipere iuberi, et restituere, v. praestare. fr. 107. pr. fr. 125. de legat. I. (30.) Annua legata praecipere ad distribuendum iussus. fr. 7. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. cf. fr. 96. §. 3. de legat. I. (30.) Petere poterunt coheredes partem hereditatis, retinente sive praecipiente, quo contentum esse voluit defunctus. fr. 69. pr. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Praescribere, Constituere, Definire.* I. ***Sy.*** Cavere. Cf. h. v. §. 3. Praescribere, Iubere. Cf. v. Iubere. §. 1. Denunciare (edicto.) fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Mandare. fr. 47. sq. de procur. 3. 3. c. 8. mand. 4. 35. Docere. fr. 13. §§. 3. sq. locat. 19. 2. III. ***Cn.*** Pignora capta ex eius auctoritate, cui praecipiendi ius fuit. c. 13. de eviction. 8. 45. Tamdiu valent (sc. iudicia,) quamdiu is, qui ea praecepit, imperium habebit. Gai. IV. 105. Cum fieri aliquid iubet (sc. Praetor aut Procos.) velut cum praecipit etc. Ib. IV. 140. Constituere, et praecipere. fr. 111. de V. S. 50. 16. Si praeceptum est, et neglectum. fr. 7. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. Lex eo nomine nullam poenam constituit, hoc solum praecepit, ut etc. Gai. III. 192. Consultus a quibusdam — praecepit (sc. Princeps,) ut etc. Gai. I. 53. Quodcunque Imp. per epistolam — statuit, vel edicto praecepit. fr. 1. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Mandatis Principalibus, v. Edicto, praecipitur (Praesidibus Pr., v. civitatibus.) fr. 1. pr. de colleg. et corp. 47. 22. fr. 4. §. 6. de legation. 50. 7. Nulla iuris praecipit constitutio. c. 5. de repud. 5. 17. Illud quoque a veteribus praeceptum est etc. fr. 3. §. 19. de A. v. A. P. 41. 2. Quod in sententiis praeceptum est. fr. 1. §. 6. Qu. provoc. 49. 4. Formulae verbis praecipitur. Gai. IV. 63. Quicunque praecepti fuerint (officii sui adhibere servitium.) c. 5. de exact. tribut. 10. 19. Th. C. XII. 12. c. 2. de legat. et decr.

Praecipitare. **§. 1.** *In praeceps deiicere.* I. ***Sy.*** Praecipitem dare, s. mittere. Cf. v. Praeceps. §. 1. Deiicere. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Qui per vim aut per caedem interfectus est, velut iugulatus aut praecipitatus. Paul. III. 5. §. 2. Se praec. aut manus sibi inferre. fr. 36. pr. de furt. 47. 2. fr. 14. §. 3. de cust. et exhib. 48. 3. Alto se praec. fr. 7. ad L. Corn. de sic. 48. 8. De saxo praecipitari. fr. 25. §. 1. de poen. 48. 19. In mare praec. Paul. V. 24. §. 1. Si praecipitata sint pecora. fr. 51. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Pessumdare.* I. ***Sy.*** Decoquere. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 6. c. 2. §. 1. — **§. 3.** *Festinatione nimia urgere.* I. ***Sy.*** Vrgere. fr. 6. pr. de interr. in iure. 11. 1. fr. 33. de iure dot. 23. 3. III. ***Cn.*** Non tam continuum tempus exigendum est, ut praecipitari cogatur heres. fr. 20. §. 6. de statulib. 40. 7. cf. fr. 6. pr. l. 11. 1. Avaritia praecipitante captare. Th. C. XI. 4. c. 1. ne collat. p. logogr.

Praecipue. (Advb.) *Prae caeteris, Potissimum.* III. ***Cn.*** Par utriusque — conditio est, nec quisquam pr. reus vel actor intelligitur. Gai. IV. 160. Apud eum Praetorem, qui pr. de fideicommissis ius dicit. Id. II. 278. Ex omnibus, — et pr. ex etc. Prooem. Inst. §. 6.

Praecipuus. (Adiect.) **§. 1.** *Praecipiendus, Ante sumendus.* I. ***Sy.*** Praecipuum sumere. Praecipere. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Praecipua haec eum, suique iuris (habere velle.) fr. 89. pr. de legat. II. (31.) Praecipuum, et sine cuiusquam consortio, (habere.) Th. C. VIII. 18. c. 1. §. 1. c. 7. de matern. bon. cf. Coll. LL. M. XVI. 7. Nec — confertur, hoc enim praecipuum esse oportere. fr. 1. §. 15. de collat. bon. 37. 6. fr. 4. pr. de castr. pec. 49. 17. — **§. 2.** *Privilegio munitus.* I. ***Sy.*** Praecipua, Commoda (civitatis.) fr. 27. §. 1. fr. 35. ad munic. 50. 1. III. ***Cn.*** Est hoc praecipuum in Procuratore Caesaris, quod etc. fr. 1. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. Palatini — peculia sua praecipua retineant. Th. C. VI. 35. c. 15. de priv. eor. qu. in S. pal. — **§. 3.** *Potior, Superior.* III. ***Cn.*** Praecipuae maximaeque (res.) Ib. XV. 1. c. 2. de opp. pub. Semper et ubique praecipua est (dotium causa.) fr. 1. sol. matrim. 24. 3. Quae (sc. persona) meruit praecipuum favorem. fr. 42. de adm. et peric. 26. 7.

Praecise. (Advb.) *Simpliciter, Absolute.* I. ***Sy.*** Sine adiectione (cavere.) fr. 1. §. 20. ut legat. serv. c. 36. 3. II. ***Op.*** Sub conditione. fr. 1. §. 20. l.

Praecisus. (Partic.) Cf. v. Pretiosus.

Praeclamare. *Ante clamare, Clamore praecavere.* III. ***Cn.*** Si, — cum ramum deiiceret, non praeclamaverit, [al. proclamaverit,] et praetereuntem occiderit. fr. 7. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. cf. fr. 31. ad L. Aqu. 9. 2.

Praecludere. **§. 1.** *Claudere.* III. ***Cn.*** Vi facit, — ianua puta praeclusa. fr. 20. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. — **§. 2.** *Terminare.* III. ***Cn.*** Munificentiam suam definita erogatione praecludit. Th. C. VI.

4. c. 30. de Praet. et Qu. — **§. 2.** *Excludere, Prohibere.* I. **Sy.** Denegare (copiam etc.) Ib. IX. 30. c. 1. sq. Quib. equor. us. III. **Cn.** Antequam pensionis nomine praecludamur [al. percludamur.] fr. 9. in qu. c. pign. 20. 2.

Praeco. *Adparitor magistratus, qui iussa publica renunciat.* III. **Cn.** Adparitionem ei (sc. Quaestori) dedit, — i. e. scriniarios, et ab actis, et praecones, et commentarienses etc. Iul. ep. nov. c. 38. §. 166. cf. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Taceat adparitio, — sit ille dies a cognitionibus alienus, praeconis horrida vox silescat. c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12. cf. Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. Actis legitimis ac voci subiicienda praeconis. Ib. V. 13. c. 18. (Wck.)

Praecogitare. *Praemeditari.* III. **Cn.** Meditatione quadam futurae fraudis — liberum sibi — praecog. abscessum. Th. C. VIII. 4. c. 20. de cohortal.

Praecommodare. *Praerogare.* II. **Op.** Praecommodari, -- Repensari (solidos tot.) Ib. XIV. 27. c. 2. de Alex. pleb. primat.

Praeconium. **§. 1.** *Quaestus praeconum.* III. **Cn.** Qui praeconium, dissignationem, libitinamve faciet, dum eorum quid faciet etc. Tab. Heracl. lin. 20. sq. aer. Neap. — **§. 2.** *Proclamatio* (voce praeconis facienda.) III. **Cn.** Ordinarios iudices non solum praeconiis, sed etiam propositionibus edictorum, absentes partes vocare iubemus. Iul. ep. nov. c. 105. §. 369. cf. c. 6. §. 25. — **§. 3.** *Praedicatio.* I. **Sy.** Testimonia (honesta.) Th. C. XII. 1. c. 25. c. 52. de decurion.

Praecurrere. *Excurrere, Prominere.* III. **Cn.** Porticus thermas Honorianas praecurrat acie columnarum. Ib. XV. 1. c. 50. de opp. pub.

Praeda. **§. 1.** *Res, impetu hostium aut latronum ablata.* III. **Cn.** Grassatores, qui praedae causa id faciunt. fr. 28. §§. 10. 12. de poen. 48. 19. Qui praedam ex naufragio diripuissent. fr. 4. §. 1. fr. 10. de incend. ruina. 47. 9. Publicari, aut praedae loco cedere. fr. 20. §. 1. de captiv. 49. 15. — **§. 2.** *Spoliatio quaelibet. Lucrum iniustum.* III. **Cn.** Praetor prospexit, ne — aliis praedae occasionem praebeat. fr. 1. pr. si ventr. nom. 35. 5. Vt praedae inhiantium non dedatur. Th. C. X. 10. c. 27. §. 1. de petit. et ultro dat. Maximas praedas hoc pacto agi de provincialibus. Ib. XI. 26. c. 2. de discussor.

Praedamnatus. (Partic.) *Ante damnatus.* III. **Cn.** Novatianos non comperimus praedamnatos. Ib. XVI. 5. c. 2. de haeret.

Praedari. **§. 1.** *Praedas agere.* III. **Cn.** Manu facta, praedandi ac depopulandi gratia (irrumpere etc.) Paul. V. 19. §. 1. V. 20. §. 1. — **§. 2.** *Iniustum lucrum sectari.* III. **Cn.** Praedandi omnem segetem — ministris feralibus amputamus. Th. C. IX. 3. c. 6. de custod. reor.

Praedator. *Depraedator.* III. **Cn.** Eius regionis visceribus praedator insidens. Ib. VIII. 8. c. 9. de exsecut. et exact.

Praedecessor. *Antecessor.* (Cf. v. Praecessor.) III. **Cn.** Quae incoepta invenerit a decessore, vel praedecessoribus [al. decessoribus] suis. c. 22. de opp. pub. 8. 12.

Praedelegatio. *Delegatio ante iustum tempus emissa.* III. **Cn.** Vt ante Cal. Maii praedelegatio manifestetur in locis, ne per ignorantiam collatores — ante delegationem missam etc. Th. C. XI. 5. c. 3. de indiction.

Praediator. *Qui praedia licitatus est, ob debitum aerario obligata.* I. **Sy.** Qui mercatur a populo. Gai. II. 61. III. **Cn.** Gaius ad edictum Praetoris, titulo de praediatoribus. fr. 54. de iure dot. 23. 3. (inscr.)

Praediatura. *Comparatio a praediatore facta.* III. **Cn.** Si rem obligatam sibi populus vendiderit, — praedium biennio usurecipitur, et hoc est — ex praediatura possessionem usurecipi. Gai. II. 61.

Praedicabilis. (Adiect.) *Laudandus.* I. **Sy.** Laudem maximam consequi. Praedic. esse. Th. C. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. IX. 34. c. 2. c. 7. de famos. libell.

Praedicare. *Commendare, Palam profiteri.* III. **Cn.** Pacem praedicaturos per bella ducebat ad etc. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. §. 1. In qua (sc. ecclesia) IV sancta concilia praedicantur. Iul. ep. nov. c. 107. §. 373.

Praedicatio. *Commemoratio cum laude.* III. **Cn.** Qui cum praedicatione adfirment, (hos sibi profuisse.) fr. 1. §. 3. de extr. cogn. 50. 13.

Praedicere. **§. 1.** *Ante denunciare.* I. **Sy.** Praemonere. fr. 13. §. 3. fr. 21. §. 1. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** Praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat, etc. — et nisi praedixerit, permittitur etc. Gai. III 123. Eadem et praedicere, et promittere (compelli.) fr. 32. de Aedil. edict. 21. 1. Adtestationem domino transmitti, et praedicere etc. c. 3. de iure emph. 4. 66. De uno vitio agere, et praedicere ut etc. fr. 48. §. 7. de Aedil. edict. 21. 1. Adiecit, — dummodo praedicatur iudici etc. fr. 7. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Si in auctione praedictum est, ne etc. Gai. IV. 126. Si ego scissem, — nec praedixissem etc. fr. 26. §. 7. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Priore loco commemorare.* Cf. v. Praedictus, v. Praefatus. — **§. 3.** *Edicere, Effari.* III. **Cn.** Etiamsi non ante — praedixerit testator — illa formalia verba. c. 26. de testam. 6. 23. Omnibus praedicimus etc. c. 18. de testib. 4. 20.

Praedictio. *Denunciatio antecedens.* III. **Cn.** Si praedixerit (sc. exercitor navis,) — et consenserint vectores praedictioni, non convenitur. fr. 7. pr. naut. caup. 4. 9.

Praedictus. (Partic.) *Modo commemoratus.* I. **Sy.** Hac, Praedictae (personae.) Praedicti (p. se.) Th. C. III. 12. c. 3. de incest. nupt. III. **Cn.** Si quis ex praedictis etc. c. 56. §. 3. de episc. et cler. 1. 3. cf. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. Lege praedicta (suscepisse munera.) c. 7. de don. A. N. 5. 3.

Praediolum. *Modicum praedium.* I. **Sy.** Praedium. fr. 88. §. 6. de legat. II. (31.) fr. 38. §. 5. de legat. III. (32.)

Praeditus. (Adiect.) *Instructus, Ornatus.* I. **Sy.** Decoratus (dignitate, v. militia.) c. 4. de S. trinit. 1. 3. c. 5. de silent. et decur. 12. 16. III. **Cn.**

Qui neque iurisdictioni praeest, neque a Principe potestate aliqua praeditus. fr. 81. de iudic. 5. 1. cf. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. fr. 5. ad S.C. Treb. 36. 1. c. 1. si quac. praed. pot. 5. 7. Mancipia diversis artibus praedita. c. 5. de fugitiv. 6. 1.

Praedium. ***Res soli quaelibet, cum rustica tum urbana.*** I. ***Sy.*** Domus, Aedificium, Urbanum praedium. Vlp. XIX. 1. fr. 198. de V. S. 50. 16. Fundus. Cf. h. v. §. 2. Ager. Cf. h. v. §. 2. Possessio. Cf. h. v. §. 5. II. ***Op.*** Quod praediis datur. — Quod datur personis. fr. 1. §. 43. de aqua quot. 43. 20. III. ***Cn.*** Res corporales, — ut praedia, mancipia, vestis, argentum. fr. 95. de legat. III. (32.) fr. 88. de V. S. 50. 16. Praedia, tam rustica quam urbana, et mancipia, et supellex. fr. 37. de usu et usufr. leg. 33. 2. Th. C. X. 9. c. 2. de incorpor. Praedia instructa legata. c. 1. de V. S. 6. 38. fr. 220. §. 1. eod. 50. 16. cf. fr. 6. de instr. leg. 33. 7. Praedia ac saltus (reip.) Th. C. X. 3. c. 2. de loc. fund. iur. emph. Praedia diversis pagis (legare.) fr. 12. de ann. legat. 33. 1. Praedia municipum, (quae ea lege locantur etc.) Gai. III. 145. Caesariana praedia. fr. 2. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Provincialia praedia, quorum alia stipendiaria, alia tributaria vocamus. Gai. II. 21. Praedia Italica, s. in Italico solo. Id. I. 120. II. 31. Vlp. XIX. 1. Iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 86. de V. S. 50. 16. Gai. II. 29. 31. Pars praedii servientis, vel cui servitur. fr. 140. de V. O. 45. 1. Liberum praestare praedium. — Servitutem praedio imponere. fr. 169. de V. S. 50. 16. fr. 205. de R. I. 50. 17.

Praedo. §. 1. ***Depraedator, Grassator, Insidiator.*** III. ***Cn.*** Praedonum, vel hostium (vis, v. potestas.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. fr. 19. de procur. 3. 3. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. Latrones, s. Latrunculi, aut praedones. fr. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 24. de captiv. 49. 15. fr. 118. de V. S. 50. 16. Si navis a piratis redemta sit. — Quod vero praedones abstulerint etc. fr. 2. §. 3. de L. Rhod. 14. 2. fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. Invasor alienae rei, praedove. Th. C. IV. 18. c. 1. de fruct. et lit. exp. cf. fr. 3. §. 6. de minor. 4. 4. Praedo publicus, — caeterique satellites. Th. C. IX. 42. c. 22. de bon. proscr. — §. 2. ***Iniustus possessor.*** I. ***Sy.*** Qui mala fide, Qui pro possessore (possidet.) fr. 11. §. 1. fr. 12. fr. 13. pr. §. 8. fr. 27. §§. 6. sq. de hered. pet. 5. 3. fr. 13. de nox. act. 9. 4. II. ***Op.*** B. F., v. Iustus, (possessor.) fr. 25. §. 5. fr. 28. fr. 31. §§. 1. sq. fr. 36. §. 3. de hered. pet. 5. 3. Quasi heres legitimus, — Quasi praedo (possidere, fingens sibi aliquem titulum etc.) fr. 1. §. 9. si qu. om. c. testam. 29. 4. III ***Cn.*** Mente praedonis adprehendere (res hereditarias.) fr. 25. §. 5. l. 5. 3. Si de fundo proprietarium et fructuarium praedo expulerit. fr. 10. de vi et vi arm. 43. 16. Praedones, — si precario possident, — si clam etc. fr. 7. §. 4. comm. div. 10. 3. fr. 13. §. 8. de A. v. A. P. 41. 2. Praedonis loco intelligendus est, qui tacitam fidem interposuerit, ut etc. fr. 46. de hered. pet. 5. 3.

Praedonius. (Adiect.) ***Ad praedones spectans.*** I. ***Sy.*** Praedonis (mente.) Praedonio (more.) fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3.

Praeesse. ***Praesidere, Praepositum esse.*** I. ***Sy.*** Praefici, Praepositus esse. fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4. Paul. II. 8. §§. 1. sqq. Praeses, Qui praeest (provinciae.) fr. 3. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. Regere, Administrare. fr. 1. fr. 3. fr. 6. §. 8. fr. 8. sqq. de off. Praes. 1. 18. fr. 18. §. 7. l. 50. 4. III. ***Cn.*** Qui munus militiae sustinebat, aliove quo officio praeerat. fr. 16. §. 12. ad S.C. Treb. 36. 1. Cum magistratus esset, publicove iudicio praeesset. fr. 1. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Cuiusvis iudicis, qui tribunali praeest, vel aliam iurisdictionem habet, (est iurisdictio.) fr. 1. de iudic. 5. 1. Qui neque iurisdictioni praeest, neque a Principe potestate aliqua praeditus est. fr. 81. ib. 5. 1. Qui iuri dicundo praesunt. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. fr. 26. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Praetor, isve qui d. e. r. Romae iuri dicundo praeerit. L. Gall. Cisalp. II. 45. Procoss. Legatique eorum, et ii qui provinciis praesunt. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. Qui se meminerit armato praeesse. Tribuni, vel ii qui exercitui praesunt. fr. 12. §§. 1. sq. de R. M. 49. 16. cf. fr. 2. pr. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Ex quibus (sc. pontificibus) constituebatur, quis quoquo anno praeesset privatis. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2.

Praefatio. §. 1. ***Exordium scripturae, vel orationis.*** III. ***Cn.*** In praefatione publicarum chartarum (nomen adiungi.) c. 1. §. 1. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. In foro causas dicentibus nefas, — nulla praefatione facta iudici rem exponere. fr. 1. de O. I. 1. 2. Heredem instituit, hac praefatione. fr. 92. de hered. inst. 28. 5. — §. 2. ***Tractatus contrahentium. Pactum de contrahendo.*** III. ***Cn.*** Plerumque ea, quae praefationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur. fr. 134. §. 1. de V. O. 45. 1.

Praefatus. (Partic.) ***Ante effatus. Praedictus.*** I. ***Sy.*** Secundum quod praediximus. Praefata constitutio. c. 1. §§. 5. sq. de caduc. toll. 6. 51. III. ***Cn.*** Vt praefata iura — dividantur. fr. 19. §. 4. comm. div. 10. 3. Ex praefatis modis. fr. 12. §. 1. Qu. potior. 20. 4. In praefatos casus incidere. c. 17. de usufr. et habit. 3. 33.

Praefectianus. ***Praefecti Praet. officialis.*** I. ***Sy.*** Officiales Praefectorum. Officium praefectianum. Iul. ep. nov. c. 120. §. 525. III. ***Cn.*** Praefectiani, atque palatini, vel aliarum potestatum adparitores. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2. cf. Th. C. VIII. 7. c. 19. pr. de div. offic. XII. 10. c. 1. ne praefectian. exact. Sive magisteriani, sive praefectiani, vel etiam ex divina iussione dati sint executores. Iul. l. l. c. 122. §. 528. cf. c. 69. §. 255.

Praefectorius. (Adiect.) §. 1. ***Qui praefectura functus est.*** III. ***Cn.*** Praefectorius ac Consularis. Th. C. I. 1. c. 6. §. 2. (Wck.) de const. Pr. cf. fr. 1. pr. de Senat. 1. 9. — §. 2. ***Qui praesenti tempore praefecturam (praet. aut urbis) administrat.*** I. ***Sy.*** Praefectus urbis, vel Praefectus Pr., vel Magister militum. Praefectoria dignitas. Praefectorius magistratus. Iul. ep. nov. c. 64. §. 216. c. 75. §. 280. Praefectorum Pr., Sublimium potestatum, Prae-

fectoria (arca.) Th. C. XI. 28. c. 3. pr. c. 6. c. 9. c. 16. de indulg. debit.

Praefectura. **§. 1.** *Praefecti dignitas, vel munus.* III. **Cn.** Praefectus Aegypti non prius deponit praefecturam et imperium, quam etc. fr. 1. de off. Prf. Aug. 1. 17. Praepositurae omnes, tribunatus, et praefecturae. Th. C. I. 8. c. 2. (Wck.) de off. Quaest. In praetorio per Africam praefectura et magisteria potestas. c. 2. §. 17. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Praefectus ipse.* I. **Sy.** Praefectus. fr. 1. pr. §§. 4. 7. sqq. 11. sqq. de off. Prf. Vr. 1. 12. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. III. **Cn.** Cura, Officium, praefecturae. fr. 1. §. 11. l. 1. 12. Th. C. XI. 14. c. 2. de condit. in pub. horr. Rector Pr., — vel sublimis praefectura. Ib. XV. 1. c. 41. de opp. pub. Cognitio praefecturae. c. 4. de off. Prf. Pr. Or. 1. 26. Litterae praefecturae. Th. C. XI. 6. c. 1. de superindict. — **§. 3.** *Civitatum Italiae genus,* (in quibus praefectus Roma missus iuri dicundo praeerat.) III. **Cn.** Municipia, coloniae, oppida, praefectura, vicus, castellum, conciliabulum. Cf. v. Colonia. §. 1.

Praefectus. **§. 1.** *Qui praeest rei publicae administrandae, aut iuri dicundo, aut rei militari.* I. **Sy.** Praepositus (centuriae.) fr. 3. §. 22. fr. 6. §. 9. de R. M. 49. 16. III. **Cn.** Sacerdotibus, ministris, praefectis, hierophantis agrorum (privilegia concessa.) Th. C. XVI. 10. c. 14. de pagan. Tribuni, sive praepositi qui milites nostros curant. — Praepositi pagorum et horreorum. Ib. VII. 4. c. 1. de erog. mil. ann. (cf. v. Pagus.) II vir, IV vir, praefectusve eius municipii, (quocunque d. e. r. in ius aditum erit.) L. Gall. Cisalp. I. 6. 16. 28. 38. 41. Tribuni militum, et praefecti classium, alarumve. Paul. V. 26. §. 2. cf. fr. 20. pr. fr. 21. de mil. testam. 29. 1. Praefectus cohortis, vel alae, vel legionis. fr. 2. pr. de h. qu. not. inf. 3. 2. — **§. 2.** *Nomen certorum magistratuum populi R.* III. **Cn.** Quoties proficiscuntur (sc. magistratus,) unus relinquitur qui ius dicat; is vocatur Praefectus urbi. Qui praefectus olim constituebatur, postea fere latinarum feriarum causa introductus est. fr. 2. §. 33. de O. I. 1. 2. Praefectus urbi, caeterique Romae magistratus. fr. 12. §. 1. de iudic. 5. 1. cf. fr. 10. sqq. de off. Praes. 1. 18. Si Praefectus urbi iudicem dederit, vel praetorio. fr. 1. pr. Qu. a quo app. 49. 3. Romae (sc. consistere) apud Praefectum urbi, in provinciis vero apud Praesides. fr. 5. pr. de manum. 40. 1. Romae dati tutores, — vel a Praefecto urbis, vel a Praetore. fr. 45. §. 3. de excusatt. 27. 1. Th. C. III. 17. c. 4. §. 4. de tutor. et cur. cr. §. 4. I. de Atil. tut. 1. 20. Ad vicem Magistri equitum Praefectos praetorio antiquitus institutos esse. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. cf. fr. 2. §. 19. de O. I. 1. 2. Neque Cos., neque Praefectum, neque Praetorem, neque Procos., neque caeteros magistratus qui imperium habent, (in ius vocari non oportet.) fr. 2. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 10. sqq. de off. Praes. 1. 18. Praefectus urbi, Praef. praetorio, Magistri equitum, ac peditum. Th. C. VI. 7. c. 1. sq. de Prf. Pr. s. Vr. Praefecti Pr., vel is qui vice Praefecti ex mandatis Principis cognoscit. fr. 1. §. 4. de legat. III. (32.) Praefectorum, vel Vicariorum (iudicium.) Th. C. I. 16. c. 1. (Wck.) de off. Rect. Pr. Auditorium Praefecti Pr. fr. 40. pr. de R. C. 12. 1. Qui commentarios habet Praefecti. Vatic. §. 222. Praefectus Pr. per Africam, s. Africae, s. Africanus. c. 1. §§. 3. 6. sq. c. 2. §. 16. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Imperium, quod ad similitudinem Proconsulis lege sub Augusto ei (sc. Praefecto Aegypti) datum est. fr. 1. de off. Prf. Aug. 1. 17. Praef. Augustalis. Cf. v. Augustalis. Propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem, — a Praefecto annonae audiri etc. fr. 13. de accus. 48. 2. cf. fr. 1. §. 18. de exerc. act. 14. 1. Litteris Praefecti annonae significari. Vatic. §. 233. Sententia Praefecti annonae. fr. 8. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. Th. C. XIV. 3. c. 15. de pistor. Praepositis eis (sc. cohortibus) tribunis, et super omnes spectab. viro, qui Praefectus vigilum adpellatur. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Cognoscit Praefectus vigil. de incendiariis, — nisi si qua tam atrox — persona sit, ut Praefecto urbi remittatur. fr. 3. §. 1. ib. 1. 15. Tribus edictis a Praefecto aerario adesse delator iussus. fr. 15. §. 4. de iure fisci. 49. 14. Si non certioratis Praefectis aerario bona fuerunt — addicta. fr. 4. §. 20. de fideic. libb. 40. 5. Apud Procuratorem Caesaris, — secundum quae et apud Praefectos aerarii (transigi posse.) fr. 8. §. 19. de transact. 2. 15. cf. fr. 2. §. 4. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Praeferre. **§. 1.** *Proferre.* III. **Cn.** Deposcere, praelato (legis istius tenore.) Th. C. XVI. 2. c. 31. de episc. eccl. Commonere, v. Firmare, praelata (iussione nostra.) Ib. VIII. 5. c. 7. de cursu pub. XI. 13. c. 1. si p. obrept. fuer. imp. — **§. 2.** *Prae se ferre.* III. **Cn.** Dignitatis habitum et ornamenta praef. c. 4. de iniur. 9. 35. Sive ille tribuni, sive notarii, sive comitis praeferat potestatem. Th. C. I. 3. c. 1. de mandat. Princ. XII. 1. c. 38. de decurion. — **§. 3.** *Anteferre, Praeponere.* I. **Sy.** Potior esse, s. haberi. Praeferri. Cf. v. Potior. §. 1. II. **Op.** Praeferre alterum alteri. — Simul admittere plures. Paul. IV. 8. §§. 17. sq. 20. sq. III. **Cn.** Nisi forte, cum posset rem commodatam salvam facere, suam praetulit. Ib. II. 4. §. 2. Si aequales sint, — tunc praeferendus est etc. fr. 8. de pact. 2. 14. Semper in dubiis benigniora praeferenda sunt. fr. 56. de R. I. 50. 17. Iulianus subiicit, Sex. quoque Pomponium praeferre, si etc. Vatic. §. 88. — **§. 4.** *Praecipere, Antevertere.* III. **Cn.** Ne quid excogitetur e die et Consule, et praelato die fiat. fr. 1. §. 2. de edendo. 2. 13. fr. 28. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Praeficere. *Praeponere, Praefectum esse iubere.* I. **Sy.** Praefici, Praeesse. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui huic rei pro suo praeficiuntur officio. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. cf. fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4.

Praefigere. **§. 1.** *Ante figere, Praecludere.* III. **Cn.** Si — fenestras meas praefixas [al. perfixas] habuero, vel obstruxero. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. Si erunt (sc. aditus,) ex utraque parte tabulis praefigantur. fr. 1. §. 10. de inspic. ventre 25. 4. — **§. 2.** *Praefinire.* III. **Cn.** Vt de eorum causis illa tempora praefixo tricennio subtrahantur. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 12.

Praefinire. *Praestituere, Praescribere.* I.

Sy. Statuere, Adiicere (modum etc.) fr. 4. §. 2. fr. 5. §. 1. de in lit. iur. 12. 3. Praestituere (tempus.) fr. 6. de naut. foen. 22. 2. fr. 1. pr. fr. 10. de iure delib. 28. 8. III. **Cn.** Praefiniendum (sc. lege) ac constituendum credidimus. c. 4. de domest. et protect. 12. 17. Quibus modus praefiniri generaliter non potest, cum facilius causa cognita per singulos possit examinari. fr. 5. pr. de adm. et peric. 26. 7. Quolibet tempore (sc. potest,) — quia non praefinitur certum tempus. fr. 29. §. 2. de eviction. 21. 2. Priusquam praefinitum tempus aetatis impleret, decessit. fr. 46. ad S.C. Treb. 36. 1. Medicorum intra numerum praefinitum constituendorum arbitrium. fr. 1. de decr. ab ord. 50. 9.

Praefinitio. *Determinatio.* II. **Op.** Cum aliqua praefinitione, quae vulgo dicitur cum taxatione, — Infinita (condemnatio.) Gai. IV. 51. III. **Cn.** Si — passim, sine temporis praefinitione, prout cuique libuerit, permissum fuerit. fr. 1. pr. de vac. et excus. 50. 5. Cum, v. Sine, praefinitione temporis datum (legatum.) fr. 19. pr. fr. 20. Qu. dies legat. 36. 2.

Praefixus. Cf. v. Praefigere.

Praefocare. Cf. v. Perfocare.

Praefulgere. *Prae caeteris fulgere.* III. **Cn.** Etiamsi praeclarae curiae honore praefulgeat. Th. C. XI. 39. c. 3. §. 1. de fide test. Iul. ep. nov. c. 64. §. 216. c. 72. §. 260. In uno volumine, nostro nomine praefulgente. c. 1. §. 2. de vet. iure enucl. 1. 17.

Praegnans, s. **Praegnas.** (Partic.) *Ventrem ferens, Gravida (femina.)* I. **Sy.** Gravida. Cf. h. v. III. **Cn.** Miles, — ignarus uxorem esse praegnantem, [al. praegnatem,] ventris non habuit mentionem. fr. 36. §. 2. de milit. testam. 29. 1. Quamdiu suus heres speratur, — velut si uxor defuncti praegnans sit. Vlp. XXVI. 3. cf. fr. 187. de R. I. 50. 17. Si quis, prima uxore praegnante [al. praegnate] facta, mox aliam duxerit. fr. 1. §. 16. de ventre in poss. 37. 9. Si qua mulier civis R. praegnas ex S.C. Claudiano ancilla facta sit. Gai. I. 91. cf. 90. Cum non praegnas esset, vel ex alio concepisset. fr. 16. de h. qu. not. inf. 3. 2.

Praegnatio. *Graviditas.* III. **Cn.** Quoties de mulieris praegnatione dubitatur, V obstetrices — ventrem iubentur inspicere. Interpr. ad Paul. II. 24. §. 8.

Praegravare. **§. 1.** *Onerare.* I. **Sy.** Adstringere (muneribus etc.) Th. C. VI. 24. c. 9. sq. de domest. et protect. III. **Cn.** Vltra, quam iustitiae sinit ratio, praegr. (provinciales.) Ib. VIII. 5. c. 60. de cursu pub. Rusticorum simplicitatem — non praegravamus. Iul. ep. nov. c. 66. §. 239. Ex sententia pro alio habita alium praegravari. fr. 21. de h. qu. not. inf. 3. 2. Catenarum ponderibus praegravati. Th. C. IX. 40. c. 22. de poen. Leges antiquae, iam senio praegravatae. c. 2. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Praeponderare, Praevalere.* I. **Sy.** Gravior esse. fr. 5. pr. de solut. 46. 3.

Praeiudicare. *Praeiudicium inferre.* I. **Sy.** Praeiudicium facere etc. fr. 63. de re iud. 42. 1. fr. 2. §. 1. vi bon. rapt. 47. 8. Nocere, Obesse, Officere. fr. 63. l. 42. 1. c. 1. sqq. Quib. res iud. 7. 56. III. **Cn.** Neque debet publico iudicio privata actione praeiudicari. fr. 2. §. 1. vi bon. rapt. 47. 8. fr. 7. §. 1. de iniur. 47. 10. Neutrum eorum (sc. iudiciorum) ita explicari potest, ut non conditioni eius, qui se filium esse contendat, praeiudicetur. fr. 3. §. 11. de Carb. edict. 37. 10. cf. Paul. V. 1. §§. 1. sqq. Non cogitur respondere, — ne, aut negando se heredem, praeiudicet sibi etc. fr. 6. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Non praeiudicatura quacunque generalitate pragmatici — iubemus. Th. C. VI. 23. c. 3. de decur. et silent.

Praeiudicialis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad illud spectans praeiudiciorum genus, quod de momento profertur, nec rem definit.* III. **Cn.** Nec ab interlocutionibus adpellandum esse. Quodsi quis id fecerit, praeiudicialem multam subire cogetur. Th. C. XI. 30. c. 65. cf. c. 50. de app. et poen. — **§. 2.** *Ad praeiudicium pertinens, quod respicit qualemcunque controversiam a lite praesente pendentem.* III. **Cn.** Intentio aliquando sola invenitur, sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est qua quaeritur, aliquis libertus sit, vel quanta dos sit? Gai. IV. 44. Qua formula ita demum vincimus, si probaverimus rem nostram esse. Nec tamen haec summa sponsionis exigitur; non enim poenalis est, sed praeiudicialis. Id. l. l. 93. 94.

Praeiudicium. **§. 1.** *Iudicii cuiusque pars illa, quae dumtaxat praeparat controversiae compositionem.* I. **Sy.** Interlocutio. Th. C. XI. 30. c. 40. c. 44. c. 50. c. 65. de app. et poen. XI. 36. c. 2. sq. Quor. app. n. rec. II. **Op.** Praeiudicium, vel moratoria praescriptio. — Totius negotii cognitio. Ib. I. 2. c. 5. (Wck.) de div. rescr. III. **Cn.** Nec temere, nec ab articulis praeiudiciisque, nec ab his quae iuste iudicata sunt, (provocare debebunt.) Ib. XI. 36. c. 1. sqq. c. 5. c. 25. Ab exsecutione, vel a praeiudicio (provocantes.) Ib. c. 11. c. 15. sq. l. l. — **§. 2.** *Iudiciorum genus illud, quod quaestionem generalem dirimit, controversiis cum ea coniunctis exemplo futuram.* III. **Cn.** Actionis verbo continetur in rem, in personam, directa, utilis, praeiudicium, — stipulationes etiam, quae praetoriae sunt, — interdicta quoque. fr. 37. pr. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 35. §. 2. fr. 39. pr. de procur. 3. 3. Petuntur (sc. liberae personae) aut praeiudiciis, aut interdictis, aut cognitione praetoria. fr. 1. §. 2. de R. V. 6. 1. Vt sic de utriusque statu agatur, ne aliquod praeiudicium fiat impuberi per puberis personam. fr. 3. §. 8. de Carb. edict. 37. 10. Praeiudicium [al. Praeiudicio] de partu adgnoscendo agendum (cum avo.) fr. 3. §. 2. de adgn. et alend. 25. 3. Sustinendum iudicium, ne praeiudicium libertati fiat. fr. 24. §. 4. de liberali c. 40. 12. In praeiudiciis is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit. fr. 12. de exc. 44. 1. cf. Gai. IV. 44. Eos, qui bona sua negant iure venisse, praeiudicio experiri debere. fr. 30. de reb. auct. iud. 42. 5. Et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus — praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege praedictum sit? Gai. III. 123. cf. Paul. V. 9. §. 1. fr. 21. de exc. 44. 1. Placet non obstare exceptionem: „Quod praeiudicium hereditati non fiat?“ fr. 13. fr. 16. fr. 18. ib. 44.

44. 1. cf. Vatic. §. 207. — **§. 3.** *Dispendium, Incommodum.* III. **Cn.** Nullum praeiudicium facere (absenti creditori.) fr. 4. §. 4. de app. et relat. 49. 1. Nihil praeiudicii pati. fr. 29. de man. testam. 40. 4. c. 12. de A. v. R. P. 7. 32. Praeiudicio exutus (contractae non suo vitio tarditatis.) Th. C. X. 10. c. 27. §. 3. de petit. et ultro dat. Liber a contubernio scaenici praeiudicii. Ib. XV. 7. c. 4. c. 9. de scaenic. — **§. 4.** *Praerogativa.* I. **Sy.** Suffragia, Praeiudicia (honorum, v. actuum.) Ib. XII. 1. c. 134. de decurion. III. **Cn.** Quicunque, ex curialium natus genere, — praeiudicio sanguinis coeperit postulari. Ib. XVI. 2. c. 19. de episc. eccl.

Praelatio. *Sanctio, per quam singulus aliis praeponitur.* III. **Cn.** Cum enim esset [al. est] praelatio, matre omittente S.Cti beneficium, ius succedit vetus. fr. 2. §. 20. ad S.C. Tert. 38. 17.

Praelatus. (Partic.) Cf. v. Praeferre, v. Proferre.

Praelegare. **§. 1.** *Legatum conferre in singulum ex coheredibus nostrorum bonorum.* I. **Sy.** Per praeceptionem dare. Cf. v. Praeceptio. §. 1. II. **Op.** Extero legare. — Alteri (coheredum) praeleg. fr. 67. §. 4. de legat. II. (31.) III. **Cn.** Heredes instituere, et praedia certa singulis praeleg. fr. 27. §. 1. eod. III. (32.) fr. 94. ad L. Falc. 35. 2. Vatic. §. 256. Vni ex heredibus praelegatum. fr. 8. pr. fam. ercisc. 10. 2. Partes coheredibus praelegatae. fr. 77. §. 8. de legat. II. (31.) Peculia non praelegata (communia fratrum esse.) Vatic. §. 294. — **§. 2.** *Legato interveniente, restituere. Relegare.* I. **Sy.** Relegare (dotem.) fr. 41. §. 1. fr. 77. §. 12. de legat. II. (31.) fr. 1. §§. 7. sq. 13. fr. 2. pr. de dote prael. 33. 4. III. **Cn.** Dos praelegata retinebitur, quoniam reddi potius videtur, quam dari. fr. 77. §. 12. l. (31.) Impuberem filium heredem instituit, uxori dotem praelegavit. fr. 88. §. 7. eod. (31.) fr. 27. de usu et usuf. leg. 33. 2. Paul. IV. 1. §. 1.

Praelegatio. **§. 1.** *Praecipuum aliquid legatum (heredi.)* I. **Sy.** Praeceptio. fr. 25. fr. 31. §. 1. de adim. legat. 34. 4. III. **Cn.** Ex praelegatione pertinere (ad matrem.) fr. 31. §. 1. l. 34. 4. — **§. 2.** *Legatum id, quod legatario aliunde iam debetur.* I. **Sy.** Relegatio (dotis.) fr. 95. de legat. III. (32.) fr. 1. §. 5. de dote praeleg. 33. 4.

Praelium. Cf. v. Proelium.

Praelum. *Instrumentum, quo uva premitur vel oliva.* III. **Cn.** Quodsi regulis olea prematur, et praelum, et suculam, — et trochleas, quibus relevatur praelum, (parare.) fr. 19. §. 2. locat. 19. 2.

Praemature. (Advb.) *Ante iustum tempus.* II. **Op.** Tardius (petere etc.) §. 33. I. de action. 4. 6. III. **Cn.** Posse vel eo die pecuniam peti, nec videri praematurius agi. fr. 118. §. 1. de V. O. 45. 1.

Praematurus. (Adiect.) *Intempestivus, Acceleratus.* III. **Cn.** Praematura est spes collationis, cum adhuc vivat is etc. fr. 1. §. 21. de collat. bon. 37. 6. Praematura pecuniarum solutio. fr. 41. §. 1. de man. testam. 40. 4.

Praemeditari. *Praecogitare.* III. **Cn.** Sciant cuncti, praemeditentur, ante praecaveant. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolit.

Praemittere. **§. 1.** *Ante mittere.* I. **Sy.** Mittere (custodes.) fr. 1. §§. 3. sqq. de adgn. et alend. 25. 3. — **§. 2.** *Ante collocare.* III. **Cn.** Quoniam multa — sub hoc titulo Praetor inseruit, ideo — praemisit. fr. 1. de R. C. 12. 1. Videamus, — ante praemisso etc. fr. 9. pr. de iur. et facti ign. 22. 6.

Praemium. *Merces laborum.* I. **Sy.** Quaestus causa, Propter praemium (prodire in scaenam etc.) fr. 1. pr. fr. 2. §. 5. fr. 3. sq. de h. qu. not. inf. 3. 2. III. **Cn.** Quive ob caput civis R. referendum, pecuniam, praemium, aliudve quid cepit, ceperit. Tab. Heracl. lin. 48. aer. Neap. Qui non praemii consequendi, item eorum qui ulciscendi gratia adversarium suum deferunt. fr. 2. pr. cf. fr. 15. §§. 1. 3. de iure fisci. 49. 14. Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum. Paul. II. 31. §. 24. Commoda praemiorum, quae propter coronas sacras praestantur. fr. 40. de re iud. 42. 1. c. 5. Qu. res pign. 8. 17. Possessiones ex praecepto Principali — veteranis in praemia adsignatae. fr. 11. pr de eviction. 21. 2. cf. fr. 26. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Proprium praemium immunitatis (patribus datum.) fr. 3. §. 6. de mun. et hon. 50. 4. Privilegia et praemia (exspectare.) Th. C. VIII. 4. c. 28. de cohortal. Ne quis doli sui praemium ferat. fr. 31. de rec. qu. arb. 4. 8. cf. fr. 14. §. 5. Qu. met. c. 4. 2.

Praemonere. *Ante denunciare, vel commonefacere.* I. **Sy.** Praedicere. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Repetita promulgatione — praemonendos esse censemus. c. 41. de episc. et cler. 1. 3. Th. C. IX. 45. c. 4. §. 3. de h. qu. ad eccl.

Praemunire. *Praecavere.* III. **Cn.** Vt scirent cives, — seque praemunirent, (edicta proponebant, sc. magistratus.) fr. 2. §. 10. de O. I. 1. 2.

Praenomen. *Adpellatio, quae nomini gentilicio praeponitur.* III. **Cn.** Eorumque nomina, praenomina, patres, aut patronos, tribus, cognomina — ab iis iuratis accipito. Tab. Heracl. lin. 72. sq. aer. Neap. Nomen, et praenom. et cognomen (dicere etc.) fr. 1. de lib. et posth. 28. 2. cf. c. 1. de mut. nom. 9. 25.

Praeoccupare. *Antevertere, Praevenire.* III. **Cn.** Praeoccupat hic casus mortem, et nonnunquam longum tempus occupat. fr. 29. de poen. 48. 19. Si, sub conditione dato legato, heres praeoccupaverit et exegerit debitum. fr. 21. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. Cum is — non possit videri celatus et praeoccupatus, antequam controversiam faceret. fr. 7. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. Partem coniunctorum sibi heredum quasi suam praeoccupant. c. 1. §. 10. de caduc. toll. 6. 51.

Praeoptare. *Magis optare, Praeferre.* III. **Cn.** Quodsi feminae tutelas refugerint, et praeoptaverint nuptias. Th. C. III. 17. c. 4. §. 4. de tut. et cur. creand.

Praeparare. **§. 1.** *Parare.* III. **Cn.** Coëmta — usui cursus animalia — praep. Ib. VI. 29. c. 9. §. 1. de curios. Qui praeparandi gratia ad possessionem venerit. Ib. VII. 8. c. 10. §. 1. de metat. In excoctione buccellati, quod — militibus convenit praeparari. Ib. VII. 5. c. 2. de excoct. et transl. — **§. 2.** *Instruere, Auspicari.* I. **Sy.** Instituere (litem.)

fr. 15. §. 1. de inoff. testam. 5. 2. III. **Cn.** Etsi non sit petita B. P., iam tamen coepta controversia, vel praeparata. fr. 6. §. 2. ib. 5. 2. Non enim praeparat hoc interdictum causam — nec ad possessionem temporariam pertinet. fr. 1. §. 45. de aqua quot. 43. 20. — **§. 3.** *Exhibere, Praestare.* III. **Cn.** Populo ad respondendum se praep. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Non videbitur a domino possideri, cui se adversarium praeparavit. fr. 15. §. 1. de usurp. 41. 3.

Praeparatio. **§. 1.** *Adparatus.* II. **Op.** In quo (sc. argento) bibi possit. — Quod ad praeparationem bibendi comparatum est. fr. 21. pr. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Quod praecedit aliquem actum, eumque instruit.* III. **Cn.** Non de ea sensisse sententia, quae arbitrium finiat, sed de praeparatione causae. fr. 19. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. Fraus et ipsa noxa dicitur, et quasi poenae quaedam praeparatio. fr. 131. pr. de V. S. 50. 16.

Praeparatorius. (Adiect.) *Praeparans.* I. **Sy.** Quod praeparat causam, Praeparatorium (interdictum.) fr. 1. §. 45. de aqua quot. 43. 20. fr. 3. §. 1. de liber. exhib. 43. 30.

Praeparcus. (Adiect.) *Qui est parsimoniae nimiae.* III. **Cn.** Praeparca subtilitas (Principis.) c. 6. pr. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Praepedire. **§. 1.** *Impedire.* III. **Cn.** Si — scribere praepediatur. c. 22. §. 2. de iure delib. 6. 30. Lingua — penitus praepedita. c. 10. Qui test. fac. p. 6. 22. — **§. 2.** *Morari.* III. **Cn.** Ne praepediatur per astutias fatalis rei terminus. c. 3. de temp. et repar. 7. 63.

Praepeditio. *Procrastinatio.* III. **Cn.** Nullaque machinatione huiusmodi praepeditio damnum aliquod irrogare concedatur. c. 11. de h. qu. ut indign. 6. 35.

Praeponderare. *Superare, Vincere.* III. **Cn.** Causa generis praeponderabit et originis. Th. C. XII. 1. c. 56. de decurion.

Praeponere. **§. 1.** *Ante collocare.* III. **Cn.** Lege XII Tabb. praeposita, iungitur interpretatio. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. In C viralibus iudiciis hasta praeponitur. Gai. IV. 16. — **§. 2.** *Praeficere.* I. **Sy.** Praeponi, Praeesse. Cf. h. v. Imponere. Cf. h. v. Facere (institorem.) fr. 11. §§. 5. 8. de instit. act. 14. 3. III. **Cn.** Praepositis eis (sc. cohortibus) tribunis, et super omnes spectab. viro, qui Praefectus vigilum adpellatur. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Curatores operum diligentes solemniter praeponere. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. Th. C. VII. 20. c. 10. de veteran. Is, qui tributis recipiendis praepositus fuerat. fr. 5. §. 3. de censib. 50. 15. Iudex, qui praepositus est in praedicta causa. c. 17. de fideic. libb. 7. 4. Qui (sc. servi) ad — ipsius cultum praepositi destinatique essent. fr. 203. de V. S. 50. 16. cf. fr. 27. §. 1. ad S.C. Vellei. 16. 1. Si eius rei gratia, cui praepositus fuerit, contractum est. fr. 5. §. 11. cf. §. 3. de instit. act. 14. 3. cf. Gai. IV. 71. Paul. II. 8. §§. 1. sq. Servus institor dominicae mercis, vel praepositus debitis exigendis. fr. 37. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Institor praepositus. Paul. l. l. — **§. 3.** *Praeferre.* I. **Sy.** Potiorem habere. fr. 52. pr. de pecul. 15. 1. fr. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. II. **Op.** Pro varibus accipere. fr. 104. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Qui omni gratiae et potentatui fidem — possit praep. c. 5. de testib. 4. 20.

Praepositio. **§. 1.** *Factum ante collocandi.* III. **Cn.** Diei et Consulis praepositio. fr. 6. §. 6. de edendo. 2. 13. — **§. 2.** *Actus praeficiendi.* III. **Cn.** Qui praeposuit, tenebitur ipsa praepositione. fr. 11. §. 2. cf. §. 5. de instit. act. 14. 3. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. — **§. 3.** *Res praeponenda. Pars orationis notissima.* III. **Cn.** Quibus „pro" praepositio solet accedere. fr. 3. §. 2. de postul. 3. 1. Praep. „de" (auget.) fr. 1. pr. depos. 16. 3.

Praepositura. *Officium et dignitas praepositi.* I. **Sy.** Regimen (scholarum.) Th. C. VI. 13. c. 1. de comit. et tribun. schol. Tribuni sive praepositi. Qui ad tribunatus, praeposituras ve, pervenerint. Ib. VII. 4. c. 1. de erog. mil. ann. VII. 13. c. 18. de tiron. III. **Cn.** Ad praeposituram castri ac militum transisse. Ib. VIII. 7. c. 11. de div. offic. Totius minoris laterculi dignitates, h. e. praeposituræ omnes, tribunatus et praefecturae. Ib. I. 8. c. 2. cf. c. 1. de off. Quaest. Annonarum praeposituræ, inferioraque munera. Ib. XII. 5. c. 2. Quemad. mun. civ. Praeposituræ, vel cuiuscunque susceptionis (munus.) Ib. XII. 6. c. 25. de susceptor. Qui ad praeposituram horreorum et pagorum creantur. Ib. XII. 6. c. 8. de susceptor.

Praepositus. (Subst.) *Praefectus, Principalis.* I. **Sy.** Praefectus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Sin autem Procos. adiutorio maiore indigeat, mittat relationes tam ad ill. praepositum, quam ad alios maximos P. R. magistratus. Iul. ep. nov. c. 22. §. 85. cf. §. 83. Si praesidis, vel cuiusvis praepositi, ab excubatione quis desistat. fr. 3. §. 6. de R. M. 49. 16. Qui praepositum suum protegere noluerunt, vel deseruerunt. fr. 3. §. 22. fr. 6. §§. 1. 8. sq. ib. 49. 16. Duces, et praepositi militum, [al. limitum,] et castrorum. c. 7. ubi caus. fisc. 3. 26. cf. c. 4. de off. milit. iudic. 1. 46. Praepositi, vel decuriones, vel tribuni cohortium. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeat. Per idoneos officiales ac praepositos, a praesidibus et nonnullis praeditis dignitate (custodiri portus.) Ib. IX. 23. c. 1. pr. si qu. pecun. confl. Susceptores et praepositi horreorum. Ib. XII. 6. c. 5. de susceptor. Praepositus, vel primicerius S. cubiculi. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron.

Praepostere. (Advb.) *Perverse, Perperam.* III. **Cn.** Praep. visus est petere. fr. 1. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Praep. concepta stipulatio. §. 14. I. de inut. stipul. 3. 20.

Praeposterus. (Adiect.) *Iusto ordini, vel rationi, contrarius.* I. **Sy.** Absurdus. Cf. h. v. III. **Cn.** Praepostera sacramentorum cupiditas. Th. C. VI. 27. c. 3. §. 1. de agent. in reb. Ratione praepostera (postulare.) Ib. XI. 39. c. 12. de fide test. Praeposteri reprehensionem (tollimus.) c. 25. de testam. 6. 23.

Praepotens. (Partic.) **§. 1.** *Qui potentia praecellit.* III. **Cn.** Patrocinium praepotentium. Th. C. XIII. 3. c. 8. §. 2. de medic. et prof. — **§. 2.** *Li-*

bidinosus. III. *Cn.* Avidus et praepotens executor. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2.

Praepropere. (Advb.) *Praemature, Importune.* I. *Sy.* Impatienter (poscere etc.) Th. C. XI. 36. c. 2. sq. Quor. adp. n. rec.

Praeproperus. (Adiect.) *Praeceps, Inconsultus.* III. *Cn.* Caecitate praepropera, et rei inquisitione neglecta, (accedere ad etc.) Vatic. §. 35.

Praeripere. §. 1. *Praecipere, Praesumere, Praeoccupare.* I. *Sy.* Praevenire (alium.) Praer. ei ius. fr. 15. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. *Cn.* Quodammodo sibi alienum quoque ius praeripit, si etc. fr. 11. si servit. 8. 5. Hunc — exaequandum caeteris creditoribus, neque enim debuit praeripere caeteris etc. fr. 6. §. 7. Qu. in fr. cred. 42. 8. — §. 2. *Proripere.* III. *Cn.* Qui — praeripuisset se ad amicum, quem ad precandum perduceret. fr. 17. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Praerogare. *Ante iustum tempus erogare, Repraesentare solutionem.* I. *Sy.* Prorogare. fr. 19. §. 6. locat. 19. 2. fr. 3. §. 1. de contrar. tut. 27. 4. fr. 4. §. 5. de manum. 40. 1. III. *Cn.* Inter eum, qui per errorem solvit, et eum, qui pensionem integram praerogavit [al. prorogavit,] multum interest. fr. 19. §. 6. l. 19. 2. Vt, quascunque pro his expensas civitas praerogavit, refundere protinus ac repraesentare cogantur. Th. C. XII. 1. c. 29. de decurion.

Praerogativa. §. 1. *Praestantia, Conditio potior.* III. *Cn.* Praerogativa militaris privilegii. c. 7. de milit. testam. 6. 21. cf. fr. 1. de veteran. 49. 18. Nec temporis, nec stipendiorum praerogativa (defendat eum.) Th. C. X. 22. c. 6. de fabricens. Similem aliis creditoribus — habeat fortunam, temporis tamen praerogativa — servanda. c. 22. §. 9. de iure delib. 6. 30. Contentus esse debet hac praerogativa, quod possessorem eum Praetor tantisper constituit. fr. 3. §. 13. de Carb. edict. 37. 10. — §. 2. *Praerogatio, Repraesentatio.* III. *Cn.* Sperandae libertatis praerogativa, — ut liber puniendus est (sc. statuliber.) fr. 14. de quaestion. 48. 18. — §. 3. *Beneficium, Privilegium.* I. *Sy.* Privilegium. Th. C. XII. 1. c. 114. c. 116. de decurion. XVI. 2. c. 45. sqq. de episc. eccl. III. *Cn.* Habent quaedam civitates praerogativam, ut etc. fr. 18. §. 25. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Palatina, vel militari, praerogativa muniti. Th. C. XI. 16. c. 15. de extr. s. sord. Praerogativa deductionis (non posse uti dominum.) fr. 11. de adm. et peric. 26. 7. Officii necessitate poscente, vel ex praerogativa rescripti, (indicare.) Th. C. XI. 30. c. 18. de adp. et poen. Contra iuris sententias, sola praerogativa verborum (se excusare.) Nov. Th. II. Ne curial. praed. alt. I. 8. c. 1. pr.

Praeruptus. (Partic.) §. 1. *Praecisus, Intercisus.* I. *Sy.* Interrupta, Praerupta (via.) fr. 1. §. 6. de itin. actuq. priv. 43. 19. — §. 2. *Praeceps, Perniciosus.* III. *Cn.* Seditio praerupta, factioque cruenta. fr. 6. §. 9. de iniust. rupt. 28. 3.

Praes. *Sponsor, qui certam pecuniam alterius nomine promittit,* (ut populo satisdetur, vel ei, cum quo lite certatur.) I. *Sy.* Satisdator locuples pro re, de qua apud iudicem lis est. Asconius ad Cic. in Verr. Act. 2. Lib. 1. c. 45. Satisdare, Praedibus cavere. fr. 6. §. 7. comm. div. 10. 3. fr. 7. pr. de damn. inf. 39. 2. III. *Cn.* Qui redemerit, praedes dato, praediaque subsignato, II virum arbitratu. Fr. legis parieti fac. Cf. Fr. L. Thoriae. Qui ex h. l. condemnatus erit, Qu. praedes facito det etc. Fr. L. Servil. c. 17. Qui victus erat, summam sacramenti praestabat poenae nomine, eaque in publicum cedebat, praedesque eo nomine Praetori dabantur. Gai. IV. 13. cf. 16. Interim aliquem possessorem constituebat (sc. Praetor,) eumque iubebat praedes adversario dare litis et vindiciarum. Id. IV. 16. 94. Vatic. §. 336.

Praesagium. *Divinatio, Vaticinium.* III. *Cn.* Inspectio iecoris, extorumque praesagium. Th. C. XVI. 10. c. 9. de pagan.

Praescire. *Ante scire, Praevidere.* III. *Cn.* Quod si se daturos praescissent, (minime paterentur etc.) Nov. Theod. II. de relev. I. 25. c. 1. §. 4.

Praescribere. §. 1. *Priore loco scribere. Praenotare.* I. *Sy.* Inserere praescriptionem. Gai. IV. 136. sq. III. *Cn.* Praescriptiones — ante formulas praescribuntur. Ib. IV. 132. Praescribi solet in persona quidem sponsoris hoc modo: — deinde formula subiicitur. Ib. IV. 137. Cum deficiant vulgaria atque usitata actionum nomina, praescriptis verbis agendum est. fr. 2. fr. 7. sq. fr. 15. de praesc. vv. 19. 5. Vtilis actio, quae praescriptis verbis rem gestam demonstrat. c. 6. de transact. 2. 4. — §. 2. *Accurate perscribere.* III. *Cn.* Notario testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris praescriberetur [al. perscriberetur,] vita defunctus est. fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. Debita, et — summas, — praescribant (adparitores.) Th. C. XI. 7. c. 14. de exaction. In albo decurionum praescripti [al. proscribendo.] c. 9. de decurion. 10. 31. — §. 3. *Definire, Praecipere, Praestituere.* I. *Sy.* Praecipere, Iubere. Gai. I. 43. Vlp. I. 24. Praestituere. Cf. h. v. III. *Cn.* Sufficit enim recusari, — neque illud inquiritur etc. — non enim praescribi heredi instituto debet, cur etc. fr. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. Ne ante tempus a testatore praescriptum (exigatur.) fr. 28. §. 8. de liberat. leg. 34. 3. Iure praescribimus, ut etc. c. 1. de tut. et cur. illustr. 5. 33. — §. 4. *Praescriptione, s. Exceptione, perimere* (adversarii intentionem.) I. *Sy.* Praescriptione se defendere. Nov. Th. II. de am. milit. fori praescr. I. 9. c. 2. pr. §§. 1. sq. cf. fr. 52. §§. 3. sq. de iudic. 5. 1. III. *Cn.* Nec — hereditariam ei litem inferenti praescribi ex ea sententia posse. fr. 10. de exc. 44. 1. Si reus accusatori publico iudicio ideo praescribat, quod dicat etc. fr. 3. §. 1. de praevaric. 47. 15. Adversus petitionem — spatium non praescribat annorum. Th. C. XIII. 6. c. 3. de praed. navicul. Annuo tempore praescripta (actio.) c. 5. de iniur. 9. 35.

Praescriptio. §. 1. *Clausula, quae ab altera litigantium parte formulae iudicii praefigebatur.* III. *Cn.* Praescriptiones adpellatas esse ab eo, quod ante formulas praescribuntur. Gai. IV. 132. cf. 134. 136. His quidem temporibus — omnes praescriptiones ab actore proficiscuntur; olim autem quae-

dam et pro reo opponebantur, qualis illa erat praescriptio, — quae nunc in speciem exceptionis deducta est. Id. IV. 133. cf. 130. sq. — **§. 2.** *Illa dumtaxat clausula, qua reus adversarii intentionem oppugnat. Exceptio. Defensio.* I. **Sy.** Exceptio. fr. 42. de liberali c. 40. 12. fr. 11. fr. 23. de exc. 44. 1. fr. 28. sq. de exc. rei iud. 44. 2. Defensio. fr. 76. §. 1. de contr. emt. 18. 1. III. **Cn.** Rogo Praetor, propter praescriptiones, tempora, libellos accipere digneris. Vatic. §. 166. cf. §§. 156. 165. Quoties praeiudicium, vel moratoria praescriptio (rescripto nostro remittitur.) Th. C. I. 2. c. 5. (Wck.) de div. rescr. Adulterii accusatione proposita, praescriptiones civiles, quibus — fingitur etc. — iussimus sequestrari. Ib. IX. 7. c. 7. ad L. Iul. de adult. Accusanti illa praescr. obiicitur: Si legem prodidisse dicatur ob hoc etc. fr. 2. §. 1. eod. 48. 5. Praescr. mendaciorum opposita. c. 2. si contra ius v. util. pub. 1. 22. — **§. 2. A.** *Temporis exceptio.* I. **Sy.** Spatium temporis. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Post longi temporis praescriptionem, vel usucapionem. fr. 54. pr. de eviction. 21. 2. Si possessionem tuam fecisses, ita ut per longi temporis praescriptionem avocari non possit. fr. 15. §. 1. de condict. indeb. 12. 6. Longum tempus exemplo longae praescriptionis — computatur. Paul. V. 5. A. §. 8. cf. V. 2. §§. 3. sq. fr. 76. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 3. fr. 5. §. 1. fr. 9. sqq. de div. temp. praescr. 44. 3. Post l. t. praescriptionem, etiam utilem actionem habere. fr. 13. §. 1. de iureiur. 12. 2. Praescriptione V, v. X, annorum (excludi etc.) fr. 39. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Vatic. §. 7. Si quis ex hac sententia adpellaverit, et praescriptione submotus sit. fr. 19. de adp. et relat. 49. 1. Temporibus praescriptionem in vindicatione rerum — esse succisam. Th. C. XIII. 6. c. 5. de praed. navicul. cf. XV. 1. c. 22. de opp. pub. — **§. 3.** *Praeceptum, Constitutio.* I. **Sy.** Spatium pedum V, qui veteri iure praescripti sunt. Praescriptio (V pedum.) Ib. II. 26. c. 4. sq. (Wck.) fin. regund. Sanctio. Ib. VIII. 4. c. 26. de cohortal.

Praescriptum. (Subst.) *Praeceptum, Sanctio.* III. **Cn.** Praescripto legis teneri. fr. 27. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Secundum iuris praescriptum. Th. C. IX. 1. c. 11. de accus. et inscr.

Praescriptus. (Partic.) Cf. v. Praescribere. §§. 1. sq.

Praesens. (Partic.) **§. 1.** *Coram constitutus* (in loco certo, quo de agitur.) I. **Sy.** In praesentia. Eo loci, ubi etc. In re praesenti. fr. 1. §. 21. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 5. §. 2. de O. N. N. 39. 1. c. 6. de accusat. 9. 2. Praesente, Coram (eo.) Cf. h. v. Adhibitis, Praesentibus (testibus.) Gai. I. 112. sq. Vlp. IX. 1. II. **Op.** Diversis locis (esse.) Id. XIX. 6. Absens. Cf. h. v. III. **Cn.** Statim, in ipso negotio praesens (auctor fieri.) fr. 9. §. 5. de auct. et cons. 26. 8. Praesente eo, et non contradicente. §. 8. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. Praesentibus illis, et sponte litigantibus, (sententiam dicere.) fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12. Praesentis corporis copia. fr. 215. de V. S. 50. 16. In vinculis praesens esse. fr. 23. pr. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. In re praesenti, et paene dixerim ipso opere. fr. 5. §. 4. cf. §. 3. de O. N. N. 39. 1. Si in praesenti sint. fr. 21. §. 1. de testib. 22. 5. Aurum et argentum, quod in re praesenti fuit. Vatic. §. 265. — **§. 1. A.** *Ad comitatum Principis pertinens.* I. **Sy.** Praesentalis. Cf. h. v. III. **Cn.** Et de praesentibus, et administratorum honore functis (sorte ducti.) Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. Quem substantem, atque in praesenti constitutum, (postulare constiterit.) Ib. VII. 4. c. 28. pr. de erog. mil. ann. cf. VI. 24. c. 1. de domest. et protect. — **§. 2.** *Ad tempus, quod nunc est, spectans.* I. **Sy.** Quae nunc sunt. Quod in praesenti est. Ex praesenti. fr. 23. pr. de S. P. V. 8. 2. Vatic. §. 55. Ad praesens. Temporis causa. fr. 17. §. 7. de A. E. V. 19. 1. II. **Op.** Nec ex praesenti, aut futuro, vel praeterito. Th. C. XI. 2. c. 1. tribut. in ips. spec. In praesenti. — Post tempus. fr. 23. pr. l. 8. 2. Ad praesens. — Perpetui usus causa. fr. 17. §. 7. l. 19. 1. — **§. 3.** *Imminens, Instans, Non suspensus.* I. **Sy.** Statim. Praesens (s. Die praesenti.) Vlp. VI. 8. fr. 7. §. 5. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 19. pr. §. 3. fr. 21. pr. Qu. dies legat. 36. 2. II. **Op.** A die. Ex die. Vlp. VI. 8. 13. fr. 4. de usufr. 7. 1. fr. 49. §. 1. de legat. I. (30.) In diem, vel sub conditione. fr. 9. pr. de R. C. 12. 1. fr. 46. de legat. II. (31.) fr. 76. §. 1. de V. O. 45. 1. Praesens (metus.) — Suspicio inferendi eius. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Si prius sub conditione, deinde pure legatum est, praesens debetur. fr. 89. de cond. et dem. 35. 1. Praesens obligatio est, in diem autem dilata solutio. fr. 46. pr. de V. O. 45. 1. cf. fr. 12. §. 3. de legat. I. (30.) Praesens, in diemve (dare facere oportere.) fr. 46. de legat. II. (31.) fr. 76. §. 1. de V. O. 45. 1. Si causa aliqua urgeat praesentis pecuniae. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Praesentem pecuniam solvere, (aut satisfacere.) fr. 41. §. 1. de man. testam. 40. 4. cf. fr. 5. §. 9. de instit. act. 14. 3.

Praesentalis. *In procinctu, vel comitatu Principis, agens.* I. **Sy.** Qui praesens deputatus est (div. obsequio nostrae clementiae.) c. 13. pr. c. 18. pr. §. 10. de R. M. 12. 36. III. **Cn.** Numerarii — magistrorum militum, tam praesentalium [al. praesentialium] quam Orientalium. c. 4. de adpar. mag. mil. 12. 55. cf. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29. Domestici praesentales [al. praesentiales.] c. 4. de domest. et protect. 12. 17.

Praesentaneus. (Adiect.) *Praesens, Imminens.* III. **Cn.** Praesentanea constituta praestamus. c. 6. pr. de h. qu. ad eccl. 1. 12. Quae ruinam praesentaneam minitantur. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 3.

Praesentare. *Exhibere, Offerre.* III. **Cn.** Domus, si lavacris lautioribus praesententur. Th. C. XV. 2. c. 3. de aquaed. Statim recipiat facultates. Dos etiam — praesentetur. Ib. IX. 42. c. 15. de bon. proscr. Tuo examini praesentatos — condemnatione percelli. Ib. I. 10. c. 5. (Wck.) de off. Com. S. largg. Cf. L. Rom. Burg. Tit. 6. Qui per quinquennium integrum se praesentare [al. repraesentare] cessaverint. c. 2. de primicer. 12. 7.

Praesentatio. *Exhibitio, Praestatio.* III.

Cn. Pentaprotiae, aut etiam tironis praesentationem [al. praestationem] adgnoscere. c. 2. de priv. eor. qu. in S. pal. 12. 29.

Praesentia. §. 1. *Conspectus* (rei aut personae.) I. *Sy.* Praesens, In praesentia. Gai. I. 121. Vlp. XIX. 6. Praesto. In praesentia (esse.) Iul. ep. nov. c. 63. §. 210. III. *Cn.* Quodsi exsistentes, et in praesentia rerum constituti, (agere noluerint.) Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Quo facilius coire — possint, in eundem locum omnium praesentiam fieri oportet. fr. 1. de qu. reb. ad eund. iud. 11. 2. Si fari potest, et inpraesentiarum est. fr. 1. §. 15. de magistr. conv. 27. 8. cf. fr. 124. pr. de R. I. 50. 17. (cf. v. In. §. 2.) Cum — aliqua fortuita calamitas eundem locum evertit, vel praesentiam venienti periculosam fecit. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. — §. 2. *Tempus praesens.* I. *Sy.* Statim, Nunc, In praesenti, s. Inpraesentiarum. fr. 22. sq. de S. P. V. 8. 2. fr. 2. §. 31. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. *Cn.* Tempus ei dandum est, ut exhibeat, si non potest inpraesentiarum exhibere. fr. 1. §. 1. de tab. exhib. 43. 5. Quae in praesentia occurrere non possint, et ad incertos casus pertinent. fr. 53. de V. O. 45. 1. Eorum in praesentia mentio habenda est. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2.

Praesentialis. Cf. v. Praesentalis.

Praesepium. Cf. v. Praesidium.

Praesertim. (Advb.) *Praecipue, Maxime.* III. *Cn.* Poterit nihilominus, — praesertim cum etc. fr. 3. pr. de lib. hom. exhib. 43. 29. Sequitur ut etc. — praes. cum interdictum etc. fr. 32. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Si nulla difficultas — impediat, — praes. si omni tempore paratus fuit etc. fr. 3. §. 4. de A. E. V. 19. 1.

Praeses. §. 1. *Praefectus, Praepositus.* I. *Sy.* Qui praeest (armato.) fr. 6. §. 2. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16. III. *Cn.* Si praesidis, vel cuiusvis praepositi, ab excubatione quis desistat. fr. 3. §. 6. ib. 49. 16. — §. 2. *Qui tribunali praeest.* I. *Sy.* Praetor. fr. 15. de iurisd. 2. 1. III. *Cn.* Adparitione praesidis interveniente, sine notione iudicis coactus dare. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. — §. 3. *Qui Rector provinciae constitutus est,* (maxime olim in provinciis Caesaris.) I. *Sy.* Is, qui provinciae praeest, v. provinciam regit. fr. 3. fr. 8. sq. fr. 12. fr. 15. sq. de off. Praes. 1. 18. Provincialis iudex. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. III. *Cn.* Praesidis nomen generale est, eoque et Procoss., et Legati Caesaris, et omnes provincias regentes — adpellantur. Proconsulis adpellatio specialis est. fr. 1. l. 1. 1. 18. Praeses prov., vel Procos. Paul. I. 6.A. §. 4. cf. fr. 8. sq. l. 1. 1. 18. Praeses, vel Corrector provinciae. fr. 20. cf. fr. 10. sq. ib. 1. 18. Procurator Caesaris, — si Praesidis partibus in provincia fungatur. Coll. LL. M. XIV. 3. Si eadem provincia, postea divisa, sub duobus Praesidibus constituta est. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. Omnium Praesidum (communia sunt.) fr. 9. §. 6. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quibusdam Praesidibus — indultum est, — ut Praesidibus Syriarum et Daciarum. fr. 7. §. 14. de interd. et releg. 48. 22. Praesidem eius (sc. quartae Armeniae) Consularem esse iussit. Iul. ep. nov. c. 39. §. 167. Sine Principis, vel Praesidis, auctoritate (non licere.) fr. 9. §. 4. de R. D. 1. 8. Iussu magistratus, vel Praesidis, vel alterius potestatis. fr. 3. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Apud magistratum, Praesidemve, (vindicta manumitti.) Vlp. I. 7. Cos., vel Praetor, vel Praeses provinciarum. Gai. I. 200. cf. Vlp. XXV. 12. Praetor, vel in provinciis Praeses provinciae. Gai. I. 29. Vlp. III. 3. VIII. 2. sqq. Duo Praetores, urbanus et peregrinus, quorum in provinciis iurisdictionem Praesides earum habent. Gai. I. 6. Per magistratus municipales, ex auctoritate Praesidis, (compelli.) Paul. IV. 4. §. 2.

Praesidalis, s. **Praesidialis.** (Adiect.) *Ad Praesidem spectans.* III. *Cn.* Ad instar praesidialis decreti, concessio Principalis accedit. c. 2. Qu. decr. op. n. est. 5. 72. Qui de statutis praesidalibus conqueruntur. Th. C. I. 5. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Pr. Quisquis ex numero ordinariarum potestatum, seu consularis administrationis, seu nominis praesidalis etc. Ib. VI. 22. c. 7. §. 1. de honor. codic. cf. IX. 26. c. 4. ad L. Iul. de amb. Qui, officia praesidalia deserentes, ad sacramenta militiae adspirasse noscuntur. Ib. VIII. 4. c. 4. de cohortal. Qui praesidali iurisdictioni subiecti sunt. c. 37. §. 2. de episc. et cler. 1. 3. Ad iudicium praesidale remitti. c. 3. de pedan. iud. 3. 3.

Praesidatus. (Subst.) *Dignitas praepositi, vel praefecti.* III. *Cn.* His quidem, qui praesidatum gesserint, cedere (sc. agentes in rebus,) sed eos, qui rationales fuerint, praevenire. Th. C. VI. 28. c. 2. de princ. agent. in reb. Qui in provinciis comitivae, et praesidatus, aut rationum epistolis honorariis nixi. Ib. VIII. 5. c. 23. pr. de cursu pub.

Praesidens. *Praeses.* I. *Sy.* Praesul. Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 3. §§. 1. sq. Moderator, Praeses, Rector (provinciae.) Th. C. I. 16. c. 8. sqq. (Wck.) de off. Rect. Pr. III. *Cn.* Neque provinciae rector, aut praesidens vicariae potestati, aut ipsa etiam praefectura. Ib. XII. 12. c. 9. pr. de legat. et decr. Adparitores praesidentium. Ib. VIII. 7. c. 12. sq. de div. offic. (Cf. v. Praesidere.)

Praesidere. *Praesidem esse, Praeesse.* I. *Sy.* Ante sedere. Nov. 62. c. 1. §. 2. Iul. ep. nov. c. 56. §. 200. Iudex, qui provinciae praesidet. Praeses prov. Th. C. XVI. 6. c. 4. pr. ne S. bapt. III. *Cn.* Annuam pecuniam ad ludos civitati reliquit, quibus praesidere heredes voluit. fr. 6. de ann. legat. 33. 1. Qui cursui praesederit. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 4. de curios. Qui vice nostra huiusmodi cognitionibus praesident. Ib. XI. 30. c. 28. de app. et poen. cf. Iul. ep. nov. c. 108. §. 389. Iudices, cuilibet culmini honorive praesidentes. Th. C. IX. 36. c. 2. ut intra ann. crim. Archiepiscopus — ecclesiae praesidens. c. 14. pr. de SS. eccl. 1. 2.

Praesidium. §. 1. *Locus munitus, Propugnaculum.* III. *Cn.* Per diversa loca praesidia disponere. Nov. Val. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1. In praesidio capi. fr. 5. §. 5. de R. M. 49. 16. In praesidia hostium perduci. fr. 5. §. 1. fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. — §. 2. *Auxilium, Subsidium.* III. *Cn.* Adversus calumnias firmissima sunt praesidia comparata. Th. C. IX. 34. c. 8. de famos. libell. Legum praesidia (denegari.) Ib. II. 16. c. 2. pr. de integri

rest. Sub hoc praesidio [al. praesepio] nullum — mancipamus etc. Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 2. §. 2. Praesidii causa repositos habere (nummos.) fr. 79. §. 1. de legat. III. (32.)

Praespicuus. Cf. v. Perspicuus. §. 1.

Praestantia. *Titulus honorarius* (magistratuum superiorum.) I. **Sy.** Sublimitas (tua.) Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub. III. **Cn.** Illustr. praestantia tua (propositis publicavit edictis.) Ib. VIII. 7. c. 10. de div. offic.

Praestare. §. 1. *Parare, Procurare.* I. **Sy.** Praebere (causam, v. occasionem.) Cf. h. v. §. 1. B. III. **Cn.** Si ipse hoc adfectavit, vel causam praestitit. fr. 2. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. Etiam unus — impubes amissus solidi capiendi ius praestat. Vlp. XVI. 1. Onus, quod — vacationem militiae munerisque praestat. fr. 18. de V. S. 50. 16. Bona fides tantundem possidenti praestat, quantum veritas. fr. 136. de R. I. 50. 17. — **§. 1. A.** *Indulgere, Largiri.* I. **Sy.** Tribuere, Dare. Gai. III. 49. sqq. fr. 76. de procur. 3. 3. §. 6. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. Indulgere. Vatic. §. 235. III. **Cn.** Quam immunitatem ipsi dumtaxat habent, non etiam liberis aut libertis eorum praestatur. fr. 5. §. 4. de iure imm. 50. 6. cf. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut etc. Gai. II. 155. Nostris victoriis, a caelesti numine praestitis. Prooem. inst. §. 1. — **§. 2.** *Exhibere, Praebere.* I. **Sy.** Exhibere. fr. 246. pr. de V. S. 50. 16. Habere (honorem, s. obsequium.) fr. 13. de in ius voc. 2. 4. fr. 1. pr. §. 1. de bon. libert. 38. 2. Praebere. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Discere volentibus se praest. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Qui adrogandum se praestavit [al. praestitit, v. praebuit.] fr. 36. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Si quis advocationem praestare fuerit prohibitus. fr. 6. §. 1. de postul. 3. 1. Defensionem, ut procurator, praest. fr. 43. §. 2. de procur. 3. 3. Evidentiorem praestant intellectum (istae praefationes.) fr. 1. de O. I. 1. 2. — **§. 2. A.** *Recipere in se, Tueri.* II. **Op.** Quae sic dicuntur, ut praestentur, non ut iactentur. fr. 19. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Id actum est, si quid iuris esset venditoris [al. venditori,] venire, nec postea quidquam praestitu iri. fr. 10. de hered. v. act. vend. 18. 4. (Cf. v. Praestatu iri.) Ius fundi deterius factum non esse per dominum, praestabitur. fr. 126. de V. S. 50. 16. In vendendo fundo quaedam — praestanda sunt, velut: „Ne fundus evincatur, aut ususfr. eius." fr. 66. pr. de contr. emt. 18. 1. Stipulatio: „Noxis solutum praestari." fr. 200. de V. S. 50. 16. cf. fr. 2. de rer. permut. 19. 4. „Locupletem esse debitorem," non debere praestare; „debitorem autem esse," praestare. fr. 4. de hered. v. act. vend. 18. 4. Si „conditiones impletas esse" praestabit. fr. 66. de cond. et dem. 35. 1. Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum praestare debet. fr. 149. de R. I. 50. 17. cf. fr. 11. pr. locat. 19. 2. fr. 1. §. 15. de vi et vi arm. 43. 16. Suam suorumque culpam praestare debere. fr. 6. §. 2. de h. qu. deiec. 9. 3. Rationem reddet hoc iudicio, praestando dolum, culpam, et quantam in rebus suis diligentiam. fr. 1. pr. de tut. et rat. 27. 3. Et dolum, et culpam, et periculum praest. fr. 5. §. 2. commod. 13. 6. cf. fr. 7. §. 15. de pact. 2. 14. fr. 65. §. 9. pro soc. 17. 2. Animalium casus, — rapinae, tumultus, — impetus praedonum, a nullo praestantur. fr. 23. de R. I. 50. 17. cf. fr. 40. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 16. pr. de R. V. 6. 1. — **§. 3.** *Exsequi, Solvere, Satisfacere.* I. **Sy.** Dare. Cf. h. v. §. 6. Restituere. fr. 12. pr. §. 1. fr. 14. §. 15. fr. 16. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 17. §. 1. de R. V. 6. 1. II. **Op.** Sufficere ad rem praestandam. — Solvendo non esse. Gai. III. 205. III. **Cn.** Aut ipso iure constituetur (sc. ususfr.,) — aut per heredem praestabitur, ex causa damnationis. Paul. III. 6. §. 17. Etiam aliena res legari potest, ita ut heres redimere et praestare, aut aestimationem eius dare debeat. Gai. II. 202. 205. 262. Paul. IV. 1. §. 7. Cuius fidei committi potest ad rem aliquam praestandam. Vlp. II. 9. Quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet. Gai. III. 137. 155. Qui, aestimationem se praestaturum, recepit. fr. 5. §. 3. commod. 13. 6. Saepe ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est. Gai. IV. 131. cf. 53. Debebo hoc ipsum — praestare, licet petere non potuerim. fr. 8. §. 1. de N. G. 3. 5. Si quid amplius deberi potest, id praestetur. fr. 7. §. 2. de transact. 2. 15. Vt si quis ex his conventus litis aestimationem praestiterit, id pro parte a caeteris consequatur. fr. 25. §. 10. fam. ercisc. 10. 2. cf. fr. 171. de R. I. 50. 17. Quae ea lege locantur, ut, quamdiu id vectigal praestetur, neque ipsi conductori — praedium auferatur. Gai. III. 145. Iure pietatis de suo praestitisse (alimenta.) fr. 34. de N. G. 3. 5. Qui (sc. curator) cibum, potum, vestitum, tectum, mulieri praestet. fr. 1. §. 19. de ventre in poss. 37. 9. — **§. 3. A.** *Cedere, Mandare.* I. **Sy.** Cedere (actiones.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Vtrum praestabit tantum actiones, an quasi ob propriam culpam tenebitur? fr. 11. pr. locat. 19. 2. Actionem calendarii praestare cogitur, exactas autem usuras — retinet. fr. 39. §. 14. de adm. et peric. 26. 7. Is necesse habeat alteri actiones suas, alteri litis aestimationem praestare. fr. 82. §. 5. de legat. I. (30.) cf. fr. 17. §. 1. de R. V. 6. 1. Vbi habet actionem, sufficiet eum actiones praestare. fr. 20. §. 17. cf. fr. 18. pr. de hered. pet. 5. 3. Actiones eas non solum arbitrio, sed etiam periculo tuo tibi praestare debebo. fr. 31. pr. de A. E. V. 19. 1. Ageres mecum, ut actiones, quas eo nomine habui, tibi praestarem. fr. 5. pr. de exerc. act. 14. 1.

Praestatio. §. 1. *Necessitas, recipiendi aliquid in fidem suam.* III. **Cn.** In contractibus, quibus doli praestatio, vel bona fides inest. fr. 152. §. 3. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Factum solvendi, vel exhibendi.* I. **Sy.** Datio. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Vt, quemadmodum circa pecuniae dationem dicitur, ita et circa praestationem operarum dicamus? fr. 57. de legat. II. (31.) cf. fr. 6. de V. O. 45. 1. Non facit inutilem stipulationem difficultas praestationis. fr. 2. §. 2. ib. 45. 1. Sane quidem obligatio contracta intelligitur, praestatio vero adhuc nulla est. Gai. IV. 131. — **§. 3.** *Obligatio ad rem praebendam.* I. **Sy.** Debitum. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Produci ad perpetuam praestationem. fr. 52. §. 3. de pact. 2. 14. Sub certa annua praestatione (locare.) c. 10. de usuf. et hab. 3. 33.

Angariarum praestatio, et recipiendi hospitis necessitas. fr. 10. §. 2. de vac. et excus. 50. 5. Vectigalis praestatio. fr. 7. pr. comm. div. 10. 3. Nullum — stipendium, nullam annuam praestationem postulabimus. Th. C. VII. 20. c. 8. de veteran. — **§. 3. A.** *Quod accessionis iure persequimur in debiti exactione, vel rei petitione.* III. **Cn.** Fundo relicto, ob reliquas praestationes, quae legatum sequuntur, agetur. fr. 66. §. 6. de legat. II. (31.) Quaeritur, an penus legata peti possit? an vero solummodo sit in praestatione, et, si non praestetur, tunc quantitas petatur? fr. 1. de penu leg. 33. 9. Pro socio actio magis ad personales invicem praestationes pertinet, quam ad communium rerum divisionem. fr. 1. comm. div. 10. 3. Petitio hereditatis — habet praestationes quasdam personales. fr. 25. §. 18. de hered. pet. 5. 3.

Praestatu iri. *Praestitu iri.* I. **Sy.** Praestitu iri. fr. 66. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 10. de hered. v. act. vend. 18. 4.

Praestigiae, s. **Praestigium.** *Fallaciae, Captiones.* III. **Cn.** Ne ullis praestigiis atque commentis (exactio mutiletur.) Th. C. XI. 1. c. 31. de ann. et trib. cf. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. Vt ultionem pudoris praestigia versuti iuris excludant. c. 28. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Praestituere. §. 1. *Praefinire, Praescribere.* I. **Sy.** Praefinire. Cf. h. v. Praescribere. fr. 10. de div. temp. praescr. 44. 3. Constituere, Tribuere (tempus.) fr. 1. pr. §§. 12. sq. de succ. edict. 38. 9. fr. 4. pr. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Statuere. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Ne liberum quis et solutum haberet arbitrium, — tempora adpellatoribus praestituta sunt. Paul. V. 33. §. 1. Prohibuit, — certumque diem praestituit, intra quem — non liceat. fr. 12. pr. Qui et a qu. man. 40. 9. Ad denunciandum, v. deliberandum, praest. (dies.) fr. 1. §. 10. de adgn. et alend. 25. 3. fr. 1. pr. de iure delib. 28. 8. Iudex, cui certa tempora praestituta [al. praestita] erant. fr. 32. de iudic. 5. 1. Ad diem solvendae pecuniae praestitutam (certum esse.) Vatic. §. 9. Poena edicto perpetuo praestituta. c. 2. de in ius voc. 2. 2. Coll. LL. M. XI. 8. Canon a — Constantino praestitutus. Th. C. XIV. 17. c. 2. de frum. urb. Const. — **§. 2.** *Praeficere.* I. **Sy.** Protector, Praestitutus. Ib. VIII. 5. c. 8. §. 2. c. 30. de cursu pub. III. **Cn.** Quos efficiendo operi praestituit (sc. respub.) fr. 2. §. 1. de opp. pub. 50. 10.

Praesto. (Advb.) **§. 1.** *Praesens, In promtu.* I. **Sy.** Adesse, Pr. esse. c. 2. §. 9. de iureiur. pr. cal. 2. 59. c. 11. de excus. mun. 10. 47. III. **Cn.** Paedagogia, quae ibi habebat, ut, cum ibi venisset, pr. essent in triclinio. fr. 12. §. 32. de instr. leg. 33. 7. Qui signa nostra comitantur, qui pr. sunt semper actibus. Th. C. VI. 35. c. 15. de priv. eor. qu. in S. pal. Qui aegris pr. sunt. fr. 6. de iure imm. 50. 6. — **§. 2.** *Proficuum. Competens.* III. **Cn.** Huius loci privilegia pr. sibi fuisse laetentur. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord.

Praestolari. *Exspectando praesto esse.* III. **Cn.** In provinciis residere debebunt, obsequia iudicum praestolantes. Th. C. VIII. 1. c. 9. §. 1. de numerar. Ita ad principatum officii — praestolentur. Ib. c. 15. l. l. Sacrum solemniter — praestoletur examen. Ib. XI. 30. c. 62. de adp. et poen. cf. X. 10. c. 27. §. 5. de petit. et ultro dat.

Praestringere. §. 1. *Perstringere, Adstringere.* III. **Cn.** Multae competentis denunciatione praestrictis his. Ib. XII. 12. c. 7. de legat. et decr. — **§. 2.** *Praestituere.* III. **Cn.** Id etiam huius legis auctoritate praestringimus, ut etc. Ib. VI. 27. c. 5. de agent. in reb.

Praestruere. §. 1. *Praemunire.* III. **Cn.** Non alias adspiraturo, — nisi ad eius claritudinem viam sibi — praestruxerit. Th. C. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. — **§. 2.** *Obstruere.* III. **Cn.** Calumniae aditus praestruentes, praecipimus. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1.

Praesul. *Praeses, Praefectus.* I. **Sy.** Praesidens. Cf. h. v. Antistes (ecclesiae R.) Nov. Val. III. de episc. ord. II. 17. c. 1. §§. 1. sq. III. **Cn.** Auctor et praesul (totius operis.) c. 2. pr. de vet. iure enucl. 1. 17.

Praesumere. §. 1. *Ante sumere, Praeripere.* III. **Cn.** Illam rem tibi praesume, habe, vindica! Ep. inst. Gaii. II. 5. §§. 1. 4. cf. II. 1. §. 6. Quantum fuerit aliunde praesumtum, per quos expensum, quatenus consummatum. Th. C. XV. 1. c. 26. de opp. pub. Praesumere de publicis locis necessaria et transferre. Nov. Maior. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. pr. — **§. 2.** *Adrogare sibi, Audere.* I. **Sy.** Adrogare, Vsurpare. Th. C. VI. 22. c. 7. pr. c. 8. pr. de honor. codic. VIII. 5. c. 54. sq. de cursu pub. III. **Cn.** Praesumitur potius, quam tenetur (sc. locus.) Ib. VI. 5. c. 1. ut dignit. ordo. Qui — illicita quaeque praesumunt, et — conantur. Ib. XVI. 8. c. 9. de Iud. Praesumentes — poena percellat. Nov. Val. III. de XXX ann. pr. II. 27. c. 1. §. 7. — **§. 3.** *Pro certo habere, ac tueri,* (donec probetur contrarium.) III. **Cn.** Quod et praesumi oportet, nisi contraria voluntas — adpareat. fr. 73. §. 3. cf. fr. 33. §. 2. de legat. III. (32.) Vulgo praesumitur etc. fr. 7. de in lit. iur. 12. 3. — **§. 3. A.** *Opinari, Existimare.* III. **Cn.** Si, — falsa opinione te praesumsisse, ex probationum luce cognoverit. c. 4. si min. se maior. 2. 43. cf. fr. 3. de cond. indeb. 12. 6. Ne — fides — decipiat patrem, qui melius de matre praesumserat. fr. 67. §. 10. de legat. II. (31.)

Praesumtio. §. 1. *Praecipuum, Praerogativa.* III. **Cn.** Tali iusta praesumtione — perpotiri. c. 7. in qu. c. pign. 8. 15. — **§. 2.** *Vsurpatio, Audacia.* I. **Sy.** Vsurpatio, Iniuria. Th. C. VIII. 5. c. 61. de cursu pub. IX. 38. c. 11. sq. de indulg. crim. III. **Cn.** Novae praesumtionis insania — violare. Ib. VI. 4. c. 22. §. 3. de Praet. et Qu. Immoderata praesumtio quorundam. Illicita praesumtione facere. Ib. VIII. 5. c. 12. c. 61. c. 63. — **§. 3.** *Opinio veritatis, ex coniecturis capta.* III. **Cn.** Praesumtionem pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat. fr. 25. pr. de probat. 22. 3. Cum ex praesumtione libertas praestita esse videtur. fr. 24. §. 8. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 10. §. 1. de reb. dub. 34. 5. Ad exemplum praesumtionis Carboniani edicti, (ventri Praetor polli-

cetur possessionem.) fr. 3. §. 3. ne vis fiat ei. 43. 4. Huiusmodi praesumtioni debet apertissimas probationes — opponere. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3.A.** *Coniectura ipsa, Existimatio.* III. **Cn.** Si non levi praesumtione credat. fr. 44. §. 4. de usurp. 41. 3. cf. fr. 30. §. 4. de A. v. O. H. 29. 2. Scrutari, — in qua praesumtione sunt, qui in quaque regione commorantur. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7.

Praesumtor. *Invasor, Depraedator.* I. **Sy.** Infaustus praesumtor. Tyrannus. Th. C. XVI. 2. c. 47. de episc. eccl.

Praetendere. §. 1. *Praesidio esse.* III. **Cn.** Cuiquam de militibus a castris, vel his etiam in locis, quibus [al. etiam locis, in quibus] praetendant [al. pertendant,] discedendi commeatum dare. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeatu. cf. Iust. C. c. 1. eod. 12. 43. — **§. 2.** *Portendere, Proferre.* III. **Cn.** Bonis licere Principibus, — et hanc liberalitatem praetendere. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. §. 2. Vnus tutor plurium pupillorum nomine, unum debitum praetendentium, si convenerit etc. fr. 9. pr. de pact. 2. 14. Nisi novae defensiones praetendantur. c. 3. si saep. I. I. R. 2. 44. — **§. 3.** *Obtendere, Velamento uti, s. praetextu.* III. **Cn.** Si praetendentibus aliquid sine iudice credatur. fr. 1. pr. de vac. et excus. 50. 5. Quamvis multa privilegia excusationum praetendant, tamen — non excusantur. Vatic. §. 152. Ignaviam praetendentes audiri non oportere. fr. 78. §. 2. de legat. II. (31.) Quae aetatem filii praetendit, ad eludendam legitimam accusationem. fr. 11. §. 9. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Ne, praetento velut quodam beneficio, — quidquam — consuetudini derogetur. Th. C. XI. 7. c. 15. de exaction.

Praeter. (Praepos.) **§. 1.** *Excepto, Deducto, aliquo.* III. **Cn.** Omnes, — praeter eos, qui etc. Vlp. XI. 26. Th. C. IX. 38. c. 1. de indulg. crim. fr. 23. de R. N. 23. 2. Caeteri, praeter etc. Vlp. X. 1. XXII. 22. Gai. I. 132. Non possumus heredes instituere, praeter eos etc. Vlp. XXII. 6. — **§. 2.** *Etiam, Insuper.* III. **Cn.** Praeter haec omnia, — quoque etc. fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Decuriones quoque, — pr. superiores personas. fr, 10. §. 1. de postul. 3. 1. VII civibus R. puberibus adhibitis, pr. libertum. fr. 9. de divort. 24. 2. Praeter decimam, quam etc. — totidem decimas pro numero liberorum capiunt. Vlp. XV. 1.

Praeterea. (Advb.) **§. 1.** *Praeter haec. Insuper.* I. **Sy.** Hoc amplius. Gai. I. 182. Vlp. XI. 23. III. **Cn.** Quaedam praeterea. Gai. IV. 10. fr. 1. pr. §. 1. de R. D. 1. 8. Nec quidquam pr. fr. 4. de tut. et ration. 27. 2. Complura, s. Pr. alia multa, s. Pleraque pr. fr. 34. §. 7. de legat. II. (31.) Gai. I. 112. fr. 22. de V. S. 50. 16. Si nihil pr. fuisset adiectum. fr. 217. §. 1. ib. 50. 16. Non minus quam — et praeterea etc. Gai. I. 119. Pr. quoque, s. etiam. Id. IV. 29. Vlp. XI. 21. XII. 4. Adhuc. — Praeterea etc. Gai. III. 102. sq. Item. — Pr. — (Denique.) Id. I. 67. sqq. III. 98. sqq. 120. sqq. — **§. 2.** *Excepto hoc. Praeter.* III. **Cn.** Praeterea tres melloproximos, — circa omnes alios valere praecipimus (legem.) Th. C. VI. 26. c. 17. §. 1. de prox. comit. — **§. 3.** *Praesertim, Maxime.* III. **Cn.** Prohibitum non est, pr. si et — suadeat. fr. 16. pr. de legation. 50. 7. Non est verisimile, patrem — voluisse, pr. cum putaverit etc. fr. 34. §. 5. de legat. II. (31.)

Praeterire. §. 1. *Praetergredi, Transire.* III. **Cn.** Si putator — non proclamaverit, ut vitaretur, atque ita praeteriens — homo perierit. Paul. V. 23. §. 12. — **§. 2.** *Effluere, Praeterlabi.* II. **Op.** Incipere cedere, Venire (diem.) fr. 4. fr. 8. pr. fr. 13. §. 2. de oper. libert. 38. 1. fr. 41. pr. de manum. testam. 40. 4. Intra. Manente adhuc. — Si praeterierit (dies etc.) fr. 22. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 5. de precar. 43. 26. fr. 27. §. 1. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Si, — antequam peteret, decesserit, vel dies ei adgnoscendae B. Pnis praeterierit. fr. 2. pr. de bon. libert. 38. 2. cf. fr. 1. §. 3. de iur. et facti ign. 22. 6. Nisi omnibus partibus praeteritis anni, vel mensis, (non recte petet.) fr. 42. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** *Fugere, Excidere (memoria.)* III. **Cn.** Nec me praeterit (ita esse etc.) Gai. I. 55. 73. III. 76. IV. 24. — **§. 4.** *Negligere, Contemnere.* Si hoc fideicommissarius praeterierit, (familiae suae res adquiratur.) c. 5. de V. S. 6. 38. — **§. 5.** *Omittere, Mentionem non habere* (in ultima voluntate, et praesertim in heredum institutione.) I. **Sy.** Omittere. Cf. h. v. §. 3. Praetermittere. fr. 4. §. 3 de B. P. c. t. 37. 4. Mentionem non habere. Cf. v. Mentio. II. **Op.** Disponere (in suo ultimo elogio.) — Taciturnitate praeterire. c. 3. comm. de man. 7. 15. Heredem instituere, vel nominatim exheredare. — Silentio eum praeterire. Gai. II. 123. sq. 143. III. 40. 67. Vlp. XXII. 16. sq. fr. 30. de lib. et posth. 28. 2. III. **Cn.** Qui testamento silentio praeteriti sunt. Gai. III. 67. cf. fr. 41. §. 3. de milit. testam. 29. 1. Dum tamen — aliquid eis legaretur, ne viderentur praeteritae esse per oblivionem. §. 1. I. de exher. lib. 2. 13. Institutionem nunquam exigemus, quia possunt praeteriri. fr. 29. §. 10. cf. fr. 31. de lib. et posth. 28. 2. Si modo aliqua ex parte heredes scripti, aut praeteriti c. t. testam. B. Pnem ex edicto petierint. Gai. III. 41. 49. 71. Si a primo gradu exheredatus sit filius, a secundo praeteritus. fr. 8. §§. 1. 5. de B. P. c. t. 37. 4. Si praeteritus fratribus partem hereditatis avocavit. fr. 17. de iniust. rupt. 28. 3. cf. Paul. III. 4. B. §. 8. V. 9. §. 4.

Praeteritio. *Factum silentio praetereundi.* III. **Cn.** Nec poenam patiatur praeteritionis, qui suos (filios) non praeteriit. c. 4. de posth. hered. 6. 29.

Praeteritus. (Partic.) **§. 1.** *Effluxus, Praeterlapsus.* (Cf. v. Praeterire. §. 2.) II. **Op.** Praesens. Cf. h. v. §. 2. Futurus. Cf. h. v. Postfactum. Cf. h. v. Novissimum tempus. — Praeteritum. Gai. III. 100. Intra diem. — Praeterita die. fr. 13. §. 1. de O. N. N. 39. 1. III. **Cn.** Cum in praeterito is mos — servaretur. Th. C. IX. 19. c. 2. pr. ad L. Corn. de fals. Imputari, s. Cedere, in praeterita alimenta. fr. 8. §. 22. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Anterior, Prior.* I. **Sy.** Priora (scita.) Priscae, Praeteritae (leges, s. constitutiones.) c. 23. §. 7. de nupt. 5. 4. Th. C. XVI. 2. c. 46. de episc. eccl. Nov. Th. II. de patern. s. mat. bon. I. 14. c. 1. §§. 1. 8. — **§. 3.** *Praetermissus, Omissus.* (cf. v. Praeterire. §. 5.)

Prae-

Praetermittere. **§. 1.** *Omittere, Negligere.* I. **Sy.** Omittere. Cf. h. v. §. 1. Non exercere (exceptionem.) fr. 29. pr. mand. 17. 1. II. **Op.** Admittere (non utilia.) Praeterm. (utilia.) c. 27. de episc. aud. 1. 4. III. **Cn.** Quae vel praetermiserunt, vel ignoraverunt. c. 8. de I. I. R. min. 2. 22. Sciens, — Per ignorantiam (praeterm.) fr. 29. pr. l. 17. 1. fr. 10. de praescr. vv. 19. 5. Inultam non praeterm. (mortem.) Paul. III. 5. §. 2. — **§. 2.** *Deserere, Abstinere.* I. **Sy.** Spernere, Omittere (hereditatem.) Cf. v. Omittere. §. 2. Repudiare. fr. 59. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 1. §§. 2. 6. fr. 3. si qu. om. c. testam. 29. 4. — **§. 3.** *Silentio praeterire.* I. **Sy.** Praeterire. Cf. h. v. §. 5. II. **Op.** Vtrum praetermitti, an exquiri debeat? Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled.

Praeterquam. (Advb.) *Nisi, Praeter.* III. **Cn.** In omnibus causis, pr. in etc. fr. 7. de praescr. vv. 19. 5. Semper, — pr. si etc. Vlp. VI. 5. XI. 22. Nec quidquam, pr. etc. Gai. II. 224. Non posse, pr. etc. Ib. II. 47. III. 24. fr. 1. §. 8. de postul. 3. 1. Datur (ex S.C.) — pr. si etc. Vlp. XI. 22. cf. I. 13. Praetor excepit: Pr. si etc. fr. 4. Qu. quisq. iur. 2. 2.

Praetextatus. (Adiect.) *Qui, non plene pubes factus, toga praetexta utitur.* III. **Cn.** Feminam, praetextatum, eumque qui proxime praetextati aetatem accedet, (interim apud matremf. deponi.) fr. 3. §. 6. de liber. exhib. 43. 30. Si quis matremfam., aut praetextatum, adsectatus fuerit. Gai. III. 220. Paul. V. 4. §. 14. Coll. LL. M. II. 5.

Praetextus. (Partic.) *Clavo purpurae ornatus.* III. **Cn.** Puerilia sunt (vestimenta,) — veluti togae praetextae etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Praetextus. (Subst.) *Obtentus, Color, Velamen.* I. **Sy.** Obtentus, Species. Cf. v. Obtentus. III. **Cn.** Sub praetextu religionis, vel sub specie solvendi voti, (coetus illicitos tentare.) fr. 2. de extr. crim. 47. 11. Excusare ignorantiam suam, vel adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis. fr. 29. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Quamquam sciret dotem redditam, hoc tamen praetextu usus esset, quasi etc. fr. 21. de legat. II. (31.) Condictione repetere, quasi sub praetextu etc. fr. 3. §. 2. de transact. 2. 15. Ne iniuriis vexentur, sub praetextu etc. fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18.

Praetor. **§. 1.** *Magistratus P. R., qui praepositus est rebus intra urbem curandis, aut singulae provinciae administrandae.* III. **Cn.** Praefecti utriusque Romae, et Praetor populi, et provinciarum Praesides. Iul. ep. nov. c. 73. §. 265. Qui antea in urbe Constantinopolitana Praefectus vigilum vocabantur, modo Praetores populi nominentur. Ib. c. 23. §. 88. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia, totidem Praetores, quot provinciae in ditionem venerant, creati sunt; partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus praeessent. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Magistratus, vel is qui in potestate aliqua sit, utputa Procos., vel Praetor, vel alii qui provincias regunt. fr. 13. §. 1. fr. 15. de iurisd. 2. 1. fr. 8. pr. ad L. Iul. repet. 48. 11. Vtrosque Pisidiae magistratus, i. e. civilem et militarem, in unum misceri, et, qui eas habet, ut Praetor Iustinianus vocetur. Iul. ep. nov. c. 17. §. 62. c. 19. §. 66. Praeses Isauriae utriusque — Praetor, sive Comes, nominetur. Ib. c. 20. §. 67. cf. c. 28. §. 101. Praetor Siciliae. Nov. 104. de Praet. Sicil. — **§. 2.** *Magistratus P. R., qui varias iurisdictionis partes tuentur, aut in privatis causis, aut in publicis iudiciis.* III. **Cn.** Ita XVIII. Praetores in civitate ius dicunt. fr. 2. §§. 32. 34. de O. I. 1. 2. Deinde Corn. Sulla quaestiones publicas constituit, — et Praetores IV adiecit. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Is Praetor, iudexve quaestionis, cui sorte obvenerit quaestio de sicariis. Coll. LL. M. I. 3. Adiecit (unum Praetorem) D. Nerva, qui inter fiscum et privatos ius diceret. fr. 2. §. 32. l. 1. 2. Fideicommissa Romae quidem apud Cos., vel apud eum Praetorem, qui praecipue de fideicommissis ius dicit, persequimur. Gai. II. 278. Vlp. XXV. 12. cf. fr. 2. §. 32. l. 1. 2. fr. 78. §. 6. de leg. III. (32.) Praetor, Cl. V., qui tutelaribus cognitionibus praesidet. Th. C. III. 17. c. 3. pr. de tut. et cur. cr. Vlpian. v. Paul. lib. sing. de officio Praetoris tutelaris. Vatic. §§. 232. sq. 244. Prima — Constantiniani et Constantiani nominis est praetura; Theodosianum et Arcadianum Praetores — addidistis. Veteres Triumphalem Praetorem — repererunt, nos iniunximus Augustalem. His — Romani nominis praetura sociatur; huic sociavimus Laureatum. Th. C. VI. 24. c. 25. pr. de Praet. et Qu. — **§. 3.** *Magistratus P. R., qui in urbe Roma iuri dicundo praeerat, et privata dumtaxat iudicia exercebat.* I. **Sy.** Iudex (competens.) Cf. h. v. §. 1. Praeses. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Apud Praetorem, — Extra ius (peragere.) Gai. IV. 29. 164. Per populum, — Per Praetorem (adoptare.) Id. I. 98. II. 138. Vlp. VIII. 2. sqq. III. **Cn.** Factum est ut Praetor crearetur, qui urbanus adpellatus est, quod in urbe ius redderet. fr. 2. §. 27. de O. I. 1. 2. Creatus est et alius Pr., qui peregrinus adpellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. fr. 2. §. 28. ib. 1. 2. Agitur sacramento apud Pr. urbanum, vel peregrinum. Gai. IV. 31. Ad Praetorem, vel alios qui iurisdictioni praesunt, (in ius vocatus.) fr. 2. pr. si qu. in ius voc. 2. 5. Th. C. VI. 4. c. 3. de Praet. et Qu. Neque Cos., neque Praefectum, neque Praetorem, neque Procos., neque caeteros magistratus, qui imperium habent etc. (in ius vocari non oportere.) fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Apud magistratum P. R., vel apud Praetorem, vel apud Praesidem prov. Gai. II. 24. Romae praetoribus, in provinciis Praesidibus earum, (damus ius etc.) fr. 1. §. 3. de susp. tut. 26. 10. cf. Gai. I. 29. 100. sqq. Vlp. VIII. 5. Ei datur (sc. tutor) in urbe Roma ex L. Atilia a Praetore urbano et maiore parte Tribunorum Pl. Gai. I. 185. cf. 178. Vlp. XI. 18. 20. Vbicunque Pr. salva maiestate imperii sui — ius dicere constituit. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Si sessionem invenerit pro tribunali, reddere Praetori (sc. litteras,) ut subnotet etc. Vatic. §§. 162. sqq. cf. 156. Vbicunque causae cognitio est, ibi Pr. desideratur. fr. 105. de R. I. 50. 17. Tunc Praetoris partes necessariae sunt, qui decreto suo sequetur etc. fr. 7. §. 19. de pact. 2. 14. Si Praetor — sententiam dixerit, praesentibus illis et sponte litigantibus. fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12. Iussu Praetoris (adeat et

restituat hereditatem.) Gai. II. 258. Mittit Pr. in possessionem. Ib. IV. 177. Iubet Pr. bona possideri. Ib. III. 79. Permittit Pr. creditoribus (bona vendere.) Ib. III. 84. Cum uterque vindicasset, Pr. dicebat. — Postea Pr. secundum alterum eorum vindicias dicebat. Ib. IV. 16. In iure cedit dominus, vindicat is cui ceditur, addicit Pr. Vlp. XIX. 10. cf. Gai. I. 134. In integrum restituit Pr. Ib. IV. 53. 57. fr. 21. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3. A.** *Auctor edicti, quod perpetuae iurisdictionis causa in Urbe propositum erat.* I. ***Sy.*** Pr. ait. Edicitur. Edictum. Cf. v. Edicere. §. 2. v. Edictum. §. 2. Praetorium ius. Vlp. XXII. 23. sq. II. ***Op.*** Ius civile, s. Quiritium. Gai. II. 115. sq. 119. III. 56. Coll. LL. M. XVI. 5. L. XII Tabb. Ib. XVI. 9. Gai. III. 189. sqq. 209. 223. sq. Ius vetus. c. 4. de liber. praeter. 6. 28. III. ***Cn.*** Ius edicendi habent magistratus P. R., sed amplissimum ius est in edictis duorum Praetorum, urbani et peregrini. Gai. I. 6. cf. L. Gall. Cisalp. I. 24. sq. Labeo lib. I. Praetoris urbani (definit.) fr. 19. de V. S. 50. 16. Labeo lib. XXX. Praetoris peregrini (scribit.) fr. 9. §. 4. de d. m. 4. 3. Ait Praetor etc. — Melius scripsisset etc. fr. 5. pr. cf. fr. 4. §. 3. de re iud. 42. 1. Pr. pari sermone cum utroque loquitur etc. Gai. IV. 160. Praetoris verba dicunt. fr. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Quod Pr. interdicto complexus est. Gai. IV. 166. Actiones, quas Pr. accommodat. Id. IV. 110. sq. Formulae, quas proponit Pr. Id. IV. 47. Quos vocat Pr. ad hereditatem, s. B. Poss. Id. II. 32. Vlp. XXVI. 8.

Praetorianus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad Praetorem spectans.* I. ***Sy.*** Praetorius (tutor.) Gai. I. 184. Vlp. XI. 24. — **§. 2.** *Ad cohortem praetoriam pertinens.* III. ***Cn.*** Veteranus praetorianus. Vatic. §. 195. — **§. 3.** *Ad Praefectum Pr. respiciens.* I. ***Sy.*** Praefectorius. Th. C. XI. 28. c. 9. c. 13. c. 16. de indulg. deb. II. ***Op.*** Praetoriana, — Vrbana (praefectura, s. sedes.) Ib. VI. 8. c. 1. de Praep. S. cubic. Nov. Val. III. de postul. II. 11. c. 1. §. 3. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 7. III. ***Cn.*** Officium praetoriani apicis, s. illustr. praefecturae praetorianae. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 7.) Ad praetoriana scrinia deferre (breves.) Th. C. XI. 28. c. 13. Advocatio praetoriana. c. 8. cf. c. 7. de advoc. div. iudicior. 2. 7. — **§. 4.** *Ad officiales Praefecti Pr. spectans.* III. ***Cn.*** Schola stratorum. — Schola praetorianorum. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Cf. Th. C. VI. 10. c. 3. de primicer. et notar. Sive ex praetoriano officio, sive ill. comitivae sedis largitionum, vel ex quacunque adparitione. Ib. VIII. 8. c. 9. de exsecut. et exact.

Praetorium. **§. 1.** *Munus Praefecti praetoriarum cohortium.* III. ***Cn.*** Quicunque — praetorii, vel aliam meruerit dignitatem. Th. C. VI. 4. c. 10. §. 1. c. 23. de Praet. et Qu. Praefectus praetorio. Cf. v. Praefectus. — **§. 1. A.** *Schola officialium Praefecti Pr.* I. ***Sy.*** Officium ampl. praefecturae. c. 2. §§. 20. 24. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Domus in civitate, ad habitationem iudicis provinciae comparata.* III. ***Cn.*** Civitates, in quibus S. palatia, aut praetoria sunt. c. 14. de off. Rect. Pr. 1. 40. Th. C. XV. 1. c. 35. de opp. pub. Praetoria iudicum, et domus iudiciariae. Ib. c. 8. l. 1. Det operam iudex, ut praetorium suum ipse componat. Ib. I. 10. c. 3. pr. de off. iud. omn. — **§. 3.** *Aedes elegantiores, in agris privatorum exstructae.* II. ***Op.*** Aedificia in oppidis. fr. 198. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Si et villae et praetorii (usus ei relictus est.) fr. 12. pr. de usu et habit. 7. 8. Praedia illa cum praetorio (do.) fr. 91. §. 1. de legat. III. (32.) Ante aedes meas, vel ante praetorium meum (aliquem piscari prohibere.) fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10.

Praetorius. (Adiect.) **§. 1.** *Qui praetura iam functus est.* III. ***Cn.*** Vir praetorius. fr. 2. §§. 39. 47. de O. L. [illegible]. fr. 19. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. — **§. 2.** *Ad iurisdictionem Praetoris, et edictum eius, spectans.* I. ***Sy.*** Praetorianus (tutor.) Cf. h. v. §. 1. Honorarius. Cf. h. v. Quae a mero Praetoris officio proficiscuntur, Praetoriae (stipulationes.) fr. 5. pr. fr. 52. pr. de V. O. 45. 1. II. ***Op.*** Civilis. Cf. h. v. §. 2. Legitimus. Cf. h. v. §. 3. Iudicialis. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Non praetoria potestate, vel manu ministrorum (coget eum Pr.) fr. 1. §. 2. si ventr. nom. 25. 5. Praetoriae erit iurisdictionis, si etc. fr. 1. §. 10. de praet. stipul. 46. 5. cf. fr. 1. §. 9. de O. N. N. 39. 1. Ius praetorium, (quod ius civ. subsequitur.) fr. 14. de testib. 22. 5. Paul. IV. 8. §. 2. Hoc in B. Pre, et in fideicommissariis, — caeterisque praetoriis successoribus (observatum est.) fr. 2. §. 19. pro emt. 41. 4. Actionibus praetoriis uti. fr. 63. §. 9. ad S.C. Treb. 36. 1. Paul. IV. 8. §. 5. Cautio praetoria. fr. 32. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Res pro emtore usucapiuntur salva praetorii pignoris causa. fr. 12. pro emt. 41. 4. cf. c. 2. de praet. pign. 8. 22. — **§. 3.** *Ad praetorium spectans, et praefecturam illius.* III. ***Cn.*** Castra praetoria. Vatic. §. 195. Qui consulares ac praetorios codicillos — consecuti. Th. C. VI. 4. c. 23. de Praet. et Qu.

Praetura. **§. 1.** *Munus et dignitas Praetoris.* I. ***Sy.*** Dignitas praetoria. fr. 3. de off. Praet. 1. 14. III. ***Cn.*** Consulatum, vel praeturam, (deponere.) c. 7. de inst. et subst. 6. 25. Intra eiusdem praeturam (agere non permittitur.) Gai. IV. 56. 122. Si, cum restitisset, — viribus praeturae [al. praefecturae] compulsus est. fr. 2. pr. de iudic. 5. 1. — **§. 2.** *Praetor ipse.* I. ***Sy.*** Praetor. Th. C. VI. 4. c. 5. c. 25. pr. §. 1. c. 33. de Praet. et Qu.

Praevalentia. *Praepotentia.* III. ***Cn.*** In quibus mea res per praevalentiam alienam rem trahit, meamque efficit. fr. 23. §. 4. de R. V. 6. 1.

Praevalere. *Praeponderare, Potior esse.* III. ***Cn.*** Praevalet, quod principale est. fr. 18. §. 3. de iniur. 47. 10. Sexus, qui praevalet. fr. 10. de statu hom. 1. 5. Agitabatur, quid magis praevaleret? fr. 3. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Valere institutionem. — Praevalere donationem. fr. 22. de don. int. V. 24. 1. In obscuro praev. (libertatem.) fr. 50. de fideic. libb. 40. 5. Auctoritas Servii praevaluit. fr. 69. §. 3. de evictione. 21. 2. cf. §. 2. I. de emt. et vend. 3. 23. Idem de eo — magis praevaluit. Gai. III. 114.

Praevaricari. *In causis agendis utrique parti ministerium praebere.* I. ***Sy.*** Ex utraque parte consistere. fr. 1. pr. de praevaric. 47. 15. Vera

crimina abscondere. fr. 1. §. 1. ad S.C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, — aut enim calumniantur, aut praevaricantur, aut tergiversantur. fr. 1. pr. ib. 48. 16. Sive privato iudicio, sive publico praevaricatus sit. fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 2. de praevar. 47. 15. Si patronum causae praevaricatum putas. c. 1. de advoc. div. iudicior. 2. 7.

Praevaricatio. §. **1.** *Accusatoris, item patroni causarum, inconstantia et dolus.* III. **Cn.** Quive — iudicio pub. condemnatus est, erit, quemve calumniae, praevaricationisve causa accusasse, fecisseve quod, iudicatus est, erit. Tab. Heracl. lin. 45. sq. aer. Neap. Cf. v. Calumnia. §. 2. Vt non prius accusetur, quam de prioris accusatoris praevaricatione constiterit, et pronunciatum fuerit. fr. 3. §. 1. de praevar. 47. 15. Quodsi advocato praevaricationis crimen intendatur. fr. 3. §. 2. ib. 47. 15. Collusionis fraude vulgata, — recuperet, quidquid calliditate praevaricationis perdiderit. Th. C. X. 15. c. 3. de advoc. fisci. — §. **2.** *Apostasia.* I. **Sy.** Perfidia. Ib. XVI. 7. c. 3. §. 2. c. 7. §. 3. de apostat.

Praevaricator. *Qui praevaricatus est.* I. **Sy.** Qui colludit cum reo. Qui causam adversariis suis donat. fr. 1. §. 6. ad S.C. Turp. 48. 16. fr. 212. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Praevaricator est quasi varicator, qui diversam partem adiuvat, prodita causa sua. fr. 1. pr. de praevar. 47. 15. Si is, de cuius calumnia agi prohibetur, praev. in causa iudicii publici pronunciatus est. fr. 4. ib. 47. 15.

Praevenire. §. **1.** *Occupare, Praecedere.* I. **Sy.** Occupare. Cf. h. v. §. 3. Praeripere. Cf. h. v. §. 1. Prius decedens. Morte praeventus. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 1. pr. §§. 1. sq. II. **Op.** Cedere. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si maritus praevenerit, accusareque instituerit. fr. 4. pr. cf. fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Coll. LL. M. VI. 6. Si praeventum ab aliquo, et actum de peculio etc. fr. 1. §. 2. de in rem verso. 15. 3. Moram non recipiant, non poenae festinatione, sed praeveniendi periculi causa. fr. 6. §. 9. de iniust. rupt. 28. 3. cf. Coll. LL. M. III. 3. Ius fisci causam tuam praevenit. c. 2. de privil. fisci. 7. 73. cf. fr. 28. de iure fisci. 49. 14. — §. **2.** *Circumvenire.* III. **Cn.** Ne, Principali liberalitate praeventa, dominium quis rei alienae adfectet. Th. C. X. 8. c. 2. de bon. vac.

Praevertere. *Antevertere.* III. **Cn.** Ordinem militiae atque stipendia nemo praevertat. Th. C. I. 9. c. 2. (Wck.) de off. mag. offic. cf. Iust. C. c. 7. §. 1. de advoc. div. iudicum. 2. 8.

Praevidere. §. **1.** *Providere, Prospicere.* III. **Cn.** Si praevideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere. §. 14. cf. §. 12. de R. D. 2. 1. Quae fortuitis casibus accidunt, cum praevideri non potuerint. c. 6. de pign. act. 4. 24. — §. **2.** *Perspicere.* I. **Sy.** Pervidere. Cf. h. v. Perspicere. c. 2. §. 5. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Pragmatica, s. **Pragmaticum.** *Rescriptum Principis solemne,* (praesertim illud, quod res publicas administrandas, aut negotia collegii alicuius tractanda respiciebat.) I. **Sy.** Pragmatica huius sanctionis forma. Pragmatici nostri praeceptum. Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 3. §. 1. III. **Cn.** Si caeleste contra proferatur oraculum, sive adnotatio, sive sit divina pragmatica. Nov. Th. II. de navib. n. excus. I. 7. c. 1. pr. cf. Th. C. XVI. 5. c. 52. pr. de haeretic. Sive pragmatica super hoc processit, sive sententia eminentiss. praefecturae. c. 66. de decurion. 10. 31. Non praeiudicatura quacunque generalitate pragmatici. Th. C. VI. 23. c. 3. de decur. et silent. Pragmatici nostri decretum, v. auctoritas. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. in damn. pub. II. 4. c. 1. §. 1.

Pragmaticarius. *Qui in scriniis Principis operam dabat pragmaticis sanctionibus tractandis.* III. **Cn.** Cuiuscunque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adiutores primicerii. c. 7. pr. de div. rescr. 1. 23. Laterculenses et pragmaticarii. c. 5. Qui milit. poss. 12. 34.

Pragmaticus. (Subst.) *Exceptor* (formularum et instrumentorum.) III. **Cn.** Solet ita vel iuris studiosis interdici, vel advocatis, vel tabellionibus, sive pragmaticis. fr. 9. §§. 4. sq. de poen. 48. 19.

Pragmaticus. (Adiect.) *Ad solemnia respiciens Principum rescripta.* (Cf. v. Pragmatica.) III. **Cn.** Vniversa rescripta, — quae vel adnotatio, vel quaevis pragmatica sanctio nominentur. c. 7. pr. de div. rescr. 1. 23. Si quae vero pragmaticae sanctiones — civitatibus forte, vel corporibus, vel scholis, vel scriniis, vel officiis, vel alicui personae impertitae sunt. Const. Summa reip. De Iust. Cod. confirm. §. 4. Si caeleste contra proferatur oraculum, sive adnotatio sit, sive divina pragmatica sanctio. c. 10. de SS. eccl. 1. 2. cf. c. 12. de vectig. et comm. 4. 61. Sanctio, v. Forma, pragmatica. Nov. Th. II. de Th. C. auct. §. 5. (Wck.) Iul. ep. nov. c. 7. §. 40. Pragmaticas sanctiones non ad singulorum preces — proferri. c. 7. §. 1. de div. rescr. 1. 23.

Pratum. *Locus in agris, ex quo foenum percipitur.* III. **Cn.** Pratum, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est. fr. 31. de V. S. 50. 16. L iugera vineae, et L prati. fr. 22. fr. 42. de A. E. V. 19. 1. Publica prata Apamena. Cf. v. Apamenus.

Prave. (Advb.) *Perperam, Inique.* III. **Cn.** Ad libidinem prave consulentium iudicum (gravibus adfici iniuriis.) Th. C. XII. 1. c. 61. de decurion. Interpretari pravius, quam utilitas publica postulabat. Ib. V. 13. c. 17. (Wck.)

Pravitas. *Nequitia, Perversitas.* I. **Sy.** Depravatio. Cf. h. v. III. **Cn.** Delectos quosque viros, atque ab omni suspicione pravitatis alienos (destinari.) Ib. VII. 13. c. 9. de tiron. Pares caeteris sint, quibus pares sunt in dogmatis pravitate. Ib. XVI. 5. c. 58. §. 4. de haeret.

Pravus. (Adiect.) *Iniquus, Improbus.* I. **Sy.** Iniquitas, Prava intentio. Th. C. XI. 36. c. 18. pr. §. 2. Quor. app. n. rec. III. **Cn.** Prava admodum venalisque perfidia (adparitorum.) Ib. IX. 40. c. 14. de poen. Si Nervae arbitrium ita pravum est, ut manifesta iniquitas eius adpareat. fr. 79. pro soc. 17. 2. Pertinaciam pravae mentis nequissimorum hominum punire. Coll. LL. M. XV. 3. Prava id conscientia faciente. Th. C. XI. 30. c. 31. de adp. et poen.

Precari. *Obsecrare, Supplicare.* I. **Sy.** Deprecari. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Subsidia nostrae mansuetudinis precari. Vatic. §. 35.

Precario. (Advb.) *Precative, Precando.* III. **Cn.** Si vitiosam habeat possessionem, i. e. aut vi, aut clam, aut precario ab adversario adquisitam. Gai. IV. 151. 154. sq. cf. 166. Paul. V. 6. §. 1. Desinere vi possidere, et incipere precario. fr. 6. §. 3. de precar. 43. 26. Interdicto: „Quod precario," agere. fr. 17. comm. praed. 8. 4. fr. 2. pr. §. 3. de precar. 43. 26. Possessor non est, tametsi possessionem habeat, aut sibi traditam, aut prec. debitori concessam. fr. 15. §. 2. Qu. satisd. cog. 2. 8. Si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque pr. rogaverit ut eam rem possidere liceret. Gai. II. 60. fr. 10. pr. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Peti pr. et concedi solere (iter ad sepulchrum.) fr. 12. pr. de relig. 11. 7. A quo pr. rogasti (viam.) fr. 1. §. 11. de itin. actuq. priv. 43. 19. Qui pr. dederit. — Qui pr. acceperit. fr. 1. §. 11. l. 43. 19. cf. fr. 3. §. 5. de A. v. A. P. 41. 2. Pr. habitare, v. morari (in fundo.) fr. 6. §. 2. fr. 15. §. 1. de precar. 43. 26.

Precarium. **§. 1.** *Res, quae precario utenda data est alteri.* III. **Cn.** Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur, quamdiu is, qui concessit, patitur. fr. 1. pr. de precar. 43. 26. Precarii rogatio. fr. 4. pr. ib. 43. 26. cf. fr. 11. §. 12. Qu. vi aut cl. 43. 24. Precario remunerari aliquem. fr. 75. pr. de legat. II. (31.) Revocare, Solvere (precarium.) fr. 1. §. 2. fr. 2. §. 2. de precar. 43. 26. Interdictum de precariis [al. precario.] fr. 14. ib. 43. 26. — **§. 2.** *Contractus, quo rem ita utendam largimur.* III. **Cn.** Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt: — depositum, et precarium. fr. 23. fr. 45. pr. de R. I. 50. 17. Si, manente adhuc precario, tu in ulterius tempus rogasti, prorogatur precarium. fr. 5. de precar. 43. 26.

Precarius. (Adiect.) **§. 1.** *In speciem rogationis efformatus.* II. **Op.** Directa, — Precaria (verba.) Cf. v. Directus. §. 3. III. **Cn.** Verbis precariis in codicillis relictum. c. 10. de collat. 6. 20. Precariam substitutionem (fratrum consensu remissam.) c. 16. de pact. 2. 3. — **§. 2.** *Ad rem spectans, precario alteri creditam.* I. **Sy.** De precariis [al. precario,] Precarium (interdictum.) fr. 14. fr. 15. §. 3. fr. 19. §. 1. de precar. 43. 26. III. **Cn.** Qui precariam possessionem tenebat. Paul. V. 6. §. 12. cf. fr. 7. §. 4. comm. div. 10. 3. fr. 13. §. 21. de A. E. V. 19. 1. Quae (sc. libertas) precarium usum habebat. c. 4. de h. qu. a non dom. 7. 10. — **§. 3.** *Incertus, Non duraturus.* III. **Cn.** Inopes omnium rerum, et precario victu egentes. Nov. Val. III. de pecun. Afr. cred. II. 14. c. 1. pr.

Precatio. **§. 1.** *Supplicatio, Petitio.* I. **Sy.** Preces. Cf. h. v. §. 2. Obreptiones, Precatio colorata. Th. C. X. 1. c. 15. de iure fisci. Supplicatio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Contra interdictum legis nostrae precationem obferre. Ib. XII. 1. c. 36. de decurion. — **§. 2.** *Precarium, Possessio precaria.* III. **Cn.** Si qua precatio fuisset in causa, non parvis temporibus — in eadem domo consistens etc. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 1.

Precative. (Advb.) *Preces adhibendo.* II. **Op.** Civilibus verbis. Cf. v. Civilis. §. 2.

Precativus. (Adiect.) *Preces continens.* II. **Op.** Precativo modo. — Legis modo. Imperative. Vlp. XXIV. 1. cf. XXV. 1.

Precator. *Supplicans.* I. **Sy.** Precans. c. 5. si contra ius. 1. 22. c. 7. de div. rescr. 1. 23. III. **Cn.** Subreptionem arguere precatoris. Nov. Th. II. de navib. n. exc. I. 7. c. 1. §. 1.

Preces. **§. 1.** *Rogatio, Petitio.* I. **Sy.** Postulare, si[illegible]ncedi. Preces adhibere. Paul. V. 6. §§. 11. sq. III. **Cn.** Preces adhibere, et impetrare. fr. 2. §. 3. de precar. 43. 26. cf. fr. 6. §. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2. Precibus calamitosorum illacrimari. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Imprecatio, Exsecratio.* III. **Cn.** Nocturnis temporibus aut nefarias preces, aut magicos adparatus — celebrare. Th. C. IX. 16. c. 7. de malefic. — **§. 3.** *Libellus Principi oblatus, Supplicatio.* I. **Sy.** Petitio. Cf. h. v. §. 1. Precatio, Libellus. c. 1. c. 8. de prec. Imp. off. 1. 19. III. **Cn.** Si libello dato adversarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit. fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. Quae in precem contulisti, adlega. Vatic. §. 292. cf. §§. 228. 274. Cum precum tuarum conceptio — expresserit. c. 9. de liberali c. 7. 16. Is, contra quem preces funditis. c. 17. de R. V. 3. 32. Adeat culmen Principale, et precibus porrectis — expetat. c. 3. §. 3. de iure dom. imp. 8. 34. Per oblationem precum, et Imperiale rescriptum. c. 18. de collat. 6. 20. cf. Vatic. §. 282. Vt ad preces nullae leges promulgentur. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 6.)

Prehendere. Cf. v. Prendere.

Prelum. Cf. v. Praelum.

Premere. **§. 1.** *Exprimere.* III. **Cn.** In tuo uvas premendi, vel areae tuae, ad frumenta caeteraque legumina exprimenda, utendi (servitus.) fr. 14. §. 3. de alim. v. cib. 34. 1. cf. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Comprimere, Coërcere.* III. **Cn.** Premere, vel onerare (parietem.) fr. 40. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Si vicini arborem ita terra presserim, (ut in meum fundum radices egerit.) fr. 7. §. 13. de A. R. D. 41. 1. §. 31. I. de R. D. 2. 1. — **§. 3.** *Opprimere, Gravare.* III. **Cn.** In lecto, somno vinoque pressus. fr. 14. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. Fame premere (servos.) fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Praestationem ultra excrevisse, ut premeret atque oneraret (libertinas personas.) fr. 2. pr. de oper. libert. 38. 1.

Prendere. *Manu tractare.* I. **Sy.** Adprehendere. Cf. h. v. §. 1.

Presbyter. *Sacerdos* (tam christianus, quam iudaicus.) I. **Sy.** Sacerdos. Th. C. XVI. 2. c. 24. c. 31. de episc. eccl. III. **Cn.** Archisynagogis, patriarchisque ac presbyteris, caeterisque. Ib. XVI. 8. c. 13. cf. c. 2. de Iud. Episcopus, vel presbyter, diaconus, et quicunque inferioris loci christianae legis minister. Ib. XVI. 2. c. 41. Presbyteri. — Caeteri clerici, qui eorum gradum — subsequuntur. Ib. XI. 39. c. 10. de fide test.

Pressura. *Compressio, Repercussio.* III. **Cn.** Qui tollit aedificium, vel deprimit, — si forte κατὰ ἀντανάκλασιν, vel pressura quadam, lumen in eas aedes devolvatur. fr. 17. §. 2. de S. P. V. 8. 2.

Pretiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Magno pretio constans, Sumtuosus.* I. **Sy.** Magni pretii (esse.) fr. 1. de eviction. 21. 2. fr. 7. §. 3. de donat. int. V. 24. 1. II. **Op.** Vilis. fr. 1. l. 21. 2. fr. 5. §. 1. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Res, quae pretiosiores essent, margarita forte, aut ornamenta pretiosa. fr. 37. §. 1. de eviction. 21. 2. c. 22. de admin. tut. 5. 37. Vbi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Ne, alienatis pretiosioribus rebus susceptoque aere alieno, minus locuples ad eos hereditas perveniat. Gai. I. 192. Etsi pretiosissimus homo esset. Id. IV. 14. cf. fr. 23. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Si modo opera eius tam pretiosa videatur, ut etc. Gai. III. 149. Sumtus in exstructione erogatos, quatenus pretiosior res facta est, recipere. fr. 29. §. 2. de pignor. 20. 1. — **§. 2.** *Magni momenti, vel auctoritatis magnae.* III. **Cn.** Quod non pretiosa ratione receptum videtur. Gai. II. 232. cf. I. 190. Qui eo animo militiae se dedit, ut sub obtentu militiae pretiosiorem se adversario faciat. fr. 4. §. 8. de R. M. 49. 16.

Pretium. **§. 1.** *Aestimatio rei pecuniaria.* I. **Sy.** Magni pretii, Pretiosus (esse.) Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Species, Corpora, — Pretia (consequi.) Th. C. VII. 4. c. 14. c. 18. de erog. mil. annon. VII. 13. c. 2. c. 7. c. 14. de tiron. Quod poenae nomine solvitur. Gai. IV. 167. III. **Cn.** Earum rerum pretium non in substantia, sed in arte positum. fr. 14. pr. cf. fr. 13. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 23. §. 3. de R. V. 6. 1. Corpora — aestimanda erunt — secundum praesens pretium, nec quidquam eorum formali pretio aestimandum esse. fr. 62. §. 1. fr. 63. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Si — plus dominus capiat damni, quam pretium servi, id quoque aestimatur. Gai. III. 212. Pretium, quanti eum venditurus fuit. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. Pretii computatio, s. aestimatio. Vlp. II. 11. fr. 9. de calumn. 3. 6. Pretia eorum (sc. servorum,) quanti dominus taxaverit. Paul. V. 16. §. 3. Iusto pretio (vendere.) Vlp. l. l. Gai. II. 265. Pretio facto viri boni arbitratu. fr. 41. §. 9. de legat. III. (32.) cf. fr. 19. §. 1. comm. div. 10. 3. Cura carnis omnis, ut iusto pretio praebeatur. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Annonas — iuxta nummaria defixa pretia (percipere.) Th. C. VII. 4. c. 29. de erog. mil. ann. Pretium siliginis — adflictum esse. fr. 30. de N. G. 3. 5. cf. fr. 3. §. 1. ad L. Iul. de ann. 48. 12. — **§. 1. A.** *Pecunia, venditori debita pro re, quam alienavit.* I. **Sy.** Pecunia. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Res. fr. 22. de hered. pet. 5. 3. fr. 39. de usufr. 7. 1. fr. 1. §. 47. depos. 16. 3. Merx. Cf. h. v. III. **Cn.** Pretium accessionesque. Pretii praestatio, eorumque quae pretium sequuntur. fr. 29. §. 2. fr. 31. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Cum de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit. Gai. III. 139. Pretium in numerata pecunia consistere debet. Ib. III. 141. Incerti pretii venditio. Vatic. §. 9. Gai. III. 140. Huiusmodi emtio: — „Quantum pretii in arca habeo." fr. 7. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Qui rem vendendam acceperit, ut pretio uteretur. fr. 4. pr. de R. C. 12. 1. Qui hostiam emisset, nec pretium redderet. Gai. IV. 28. Dies solvendi pretii. Vatic. §§. 15. sq. cf. §. 14. Gai. IV. 126. Qui pretium dedit, vel vice pretii. fr. 4. §. 31. de d. m. exc. 44. 4. Aere percutit libram, idque aes dat ei, a quo mancipio accipit, quasi pretii loco. Gai. I. 119. II. 104. Vatic. §. 50. Ob residuum pretium (iudicio venditi recte agit.) Ib. §. 3. — **§. 2.** *Merces, Praemium.* I. **Sy.** Merces. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Gratia. Cf. h. v. Precibus impetrare. — Cum pretio pacisci. fr. 6. §. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2. Verbis, sive pretio, (suadere.) fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3. III. **Cn.** Quid corrumpendae pudicitiae gratia facere, domum praebere, pretiumve quod id persuadeat dare. Paul. V. 4. §. 14. Pretium depositionis accipere. fr. 2. §. 24. vi bon. rapt. 47. 8. Vtrum uno pretio opus, an in singulas operas collocatur. fr. 51. §. 1. fr. 58. pr. locat. 19. 2. Ei, qui indicasset, — aestimatione iudicis pretium constituitur. fr. 5. §. 11. de iniur. 47. 10. In duplum pretium [al. pretii] accusator domino damnatur. fr. 9. de calumn. 3. 6.

Pridem. (Advb.) *Antea, Dudum.* III. **Cn.** Quod furto prid. subtracta est (res.) fr. 13. §. 2. de V. S. 50. 16. Quas prid. habuisti (actiones.) c. 1. si adv. transact. 2. 32. Prid. observatum est, v. constitutum, s. statutum. fr. 77. §. 17. de legat. II. (31.) Consult. vet. I. Cti. c. 1. Th. C. IX. 21. c. 4. pr. de fals. mon. Secundum iuris prid. placitum. c. 2. fam. ercisc. 3. 36.

Pridie. (Advb.) **§. 1.** *Praecedente die.* III. **Cn.** Prid. Calendarum (fecisse.) fr. 5. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 7. de usurp. 41. 3. Prid. Calendas, v. Idus. fr. 5. de feriis. 2. 12. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. — **§. 2.** *Ante, Pridem.* III. **Cn.** Si mulier prid. vindemias doti dedit, mox sublatis a marito vindemiis divortit. fr. 7. pr. sol. matrim. 24. 3. Prid. quam ex testamento ad libertatem perveniret. fr. 10. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Prid. quam moriar (dari spondes?) Gai. III. 100.

Primarius. (Subst.) *Principalis, Primas.* III. **Cn.** Cuncti primarii, et curiales. Tam primarii curiarum, quam hi qui magistratus gerunt, atque gesserunt. Th. C. XII. 1. c. 39. de decurion.

Primas. *Qui principalem locum tenet. Qui praepositus est aliis.* I. **Sy.** Priores, Primores, Primates. c. 9. de SS. eccl. 1. 2. c. 3. pr. c. 7. pr. §. 3. de advoc. div. iudicum. 2. 8. Th. C. VII. 18. c. 4. §. 4. de desertor. XII. 6. c. 30. de susceptor. II. **Op.** Ipsi primates. — Vilissimi homines. Iul. ep. nov. c. 30. §. 103. III. **Cn.** Quod ad notitiam primatium urbium, vicorum, castellorumque deveniat. Th. C. VII. 18. c. 13. Domini praediorum, seu procuratores, vel primates possessionum. c. 2. de h. qu. latron. 9. 39. Episcopus, et clerus, et primates civitatis. Iul. ep. nov. c. 21. §. 80. cf. c. 15. §. 60. Primates civitatum, defensores, nec non et curiales. Th. C. XVI. 10. c. 13. pr. de pagan. cf. XII. 19. c. 3. de h. qu. cond. propr. Agentum in rebus schola — suos primates (mereri non ambigat.) Ib. VI. 27. c. 22. de agent. in reb. Primates officiorum, v. adparitionis. c. 10. ad L. Iul. de vi pub.

9. 12. Th. C. I. 12. c. 3. de adsess. domest. IX. 40. c. 16. §. 1. de poen. Legis (sc. Iudaicae) primates. Ib. XVI. 8. c. 8. de Iud. Monasteriorum primates. Iul. ep. nov. c. 4. §. 19. Primates mechanicorum, vel architectorum. Ib. c. 7. §. 34.

Primatus. (Subst.) *Locus principalis, Dignitas praepositi.* III. ***Cn.*** Sedis apostolicae primatus. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr. Vt primicerius lampadariorum III annos in primatus administratione consistat. Ib. de lampadar. II. 30. c. 1. §. 1.

Primiceriatus. (Subst.) *Dignitas primicerii.* III. ***Cn.*** Primiceriatus solatiis ac emolumentis frui. c. 4. de domest. 12. 17. Prim. gerere officium. Th. C. VI. 33. c. 1. de decan.

Primicerius. *Princeps, vel magister, in ordine officialium.* III. ***Cn.*** Praeter primicerios, Xprimi eorum (domesticorum.) Th. C. VI. 24. c. 8. sqq. cf. c. 7. de domest. Adiutor officii, et primicerius atque secundicerius. Ib. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. Tam prim. officii privatarum, quam alii IV reliquorum primicerii scriniorum. Ib. VI. 30. c. 24. de palat. S. largg. Officiorum palatinorum, scriniorumque primicerii. Ib. c. 14. cf. c. 3. c. 19. c. 21. l. 1. Notariorum primicerii. Sequens primicerium, tribunus ac notarius. Ib. VI. 10. c. 2. de primicer. Praepositus, vel primicerius S. cubiculi. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praeb. tiron. Prim. fabricae. Ib. X. 22. c. 3. de fabricens.

Primipilaris, s. **Primipilarius.** (Subst.) *Qui primipili munere functus est, aut fungitur.* III. ***Cn.*** Neque primipilaris, neque veteranus, aut miles (excusatur.) fr. 18. §. 24. de mun. et hon. 50. 4. cf. Vatic. §§. 143. 212. sq. Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, vacatio a tutelis — dari coepit. Ib. §. 141. Primipilares, qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinantur. Th. C. VIII. 4. c. 6. de cohortal. VIII. 7. c. 6. de div. offic. Si quis decurionum, primipilariorum, collegiatorum, civilium adparitionum — necessitatibus irretitus. Ib. VII. 20. c. 12. §. 3. de veteran. Qui ex primipilaribus sunt. Ib. XI. 23. c. 4. de protostas.

Primipilaris, s. **Primipilarius.** (Adiect.) *Ad primipilum spectans.* III. ***Cn.*** Ordo primipilarius, et senatoria dignitas. Th. C. XIII. 5. c. 14. §. 4. de navicul. Honor primipilaris. Vatic. §. 278. Species primipilares adaerandae. c. 8. de cohortal. 12. 58.

Primipilatus. (Subst.) *Munus primipili.* III. ***Cn.*** Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi. c. 1. de primip. 12. 63.

Primipilus. **§. 1.** *Procurator rei militaris annonariae.* I. ***Sy.*** Primipilaris. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Pater — filiam ex ratione primipili commodorum CCC aureos accipere voluit. fr. 23. de adim. legat. 34. 4. **§. 2.** *Primipilatus.* III. ***Cn.*** Quae primipili nomine res poscuntur. Th. C. I. 6. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Vr. XI. 28. c. 11. de indulg. debit. Si te ex primipilo debitorem constitutum fisci (compererit.) c. 1. de condict. ex L. 4. 9. Ex primipili causa (teneri.) c. 4. cf. c. 3. de primip. 12. 63. Exhibitio cursus, seu primipili necessitas. Th. C. VIII. 4. c. 7. sq. de cohortal. XII. 1. c. 11. de decurion. Pastus primipili. c. 7. de cohortal. 12. 58.

Primiscrinius. *Qui principalem locum obtinet in scrinio Principis.* III. ***Cn.*** Cornicularius, et chartularius, primiscrinius, et numerarius scrinii. c. 12. de numerar. 12. 50. c. 3. de adpar. Prf. Pr. 12. 53. cf. Ioh. Lydus de magistratt. III. 4. Primiscrinii tam ill. urbanae sedis, quam spect. vicariae potestatis. Th. C. XIV. 4. c. 10. §. 4. de suar. cf. VIII. 8. c. 2. c. 4. de execut. et exact.

Primitiae. *Initia, Elementa.* III. ***Cn.*** Vt, — quasi primitiis omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17.

Primitivus. *Nomen servi.* III. ***Cn.*** Primitivum [al. Primitium] servum — damnasti. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18.

Primitus. (Advb.) **§. 1.** *Primum.* I. ***Sy.*** Antea (concessa, s. statuta.) Th. C. XIV. 1. c. 2. de decur. urb. R. III. ***Cn.*** Dudum, ac prim. a nostris parentibus (lata lex.) Ib. XVI. 5. c. 7. pr. de haeret. — **§. 2.** *Prius, Prae caeteris.* I. ***Sy.*** In primo statim introitu. Ib. XIV. 9. c. 1. de stud. liberal. urb. R. III. ***Cn.*** Quicunque — veniunt, prim. — litteras perferant, — deinde etc. Ib. c. I. l. cf. VIII. 4. c. 20. de cohortal. His — convocatis, prim. acta conficiat, — atque ita demum etc. Ib. X. 22. c. 6. de fabricens. Ad solutionem debiti prim. urgeatur. c. 1. ad L. Iul. de amb. 9. 26.

Primo. (Advb.) *Primum, Primo loco.* I. ***Sy.*** Primus (venire.) Vlp. XXII. 4. XXIV. 18. II. ***Op.*** Post. Cf. h. v. §. 4. III. ***Cn.*** Primo fustibus caesi civitate pelluntur; perseverantes autem etc. Paul. V. 21. §. 1.

Primordium. *Initium, Principium.* I. ***Sy.*** Exordium. Cf. h. v. Initium. fr. 44. §. 2. fr. 45. §. 1. de usurp. 41. 3. III. ***Cn.*** Ingressus et quasi primordium (gerendorum honorum) fr. 1. §. 3. de off. Quaest. 1. 13. Inter ipsa currendi primordia. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. Nec in totum falsum videri, quod veritatis primordio adiuvaretur fr. 76. §. 3. de legat. II. (31.) Aetatis prim. fr. 14. de sponsal. 23. 1. Ad suae originis primordia redigere. Th. C. IV. 6. c. 2. (Wck.) de natur. fil. Litium primordium accipere. c. 14. de iudic. 3. 1.

Primoris. (Adiect.) *Principalis, Potior, Prior.* I ***Sy.*** Primas. Cf. h. v. II. ***Op.*** Primores viri. — Inferiores. fr. 4. §. 5. de legation. 50. 7. III. ***Cn.*** Adhibitis heredibus, et primoribus civitatis. fr. 16. de usu et usufr. leg. 33. 2. Primores militiae, v. curiae. Th. C. VIII. 8. c. 9. de executor. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 9. Primore in loco (facere etc.) Consult. vet. I.Cti. c. 5. sq.

Primum. (Advb.) **§. 1.** *Primo loco.* I. ***Sy.*** In primis. fr. 34. fr. 37. de LL. 1. 3. III. ***Cn.*** Hic ordo servatur, primum ut etc. Paul. III. 5. §. 11. cf. V. 14. §. 2. Quibusdam non placebat, primum quod etc. Gai. IV. 29. Primum, — deinde etc. Id. II. 93. III. 63. Vlp. XXVII. 1. — **§. 2.** *Tempore primo, v. proximo.* II. ***Op.*** Postea. Deinde. fr. 2. §§. 1. 3. de O. I. 1. 2. fr. 39. de LL. 1. 3. III. ***Cn.*** Tempus,

quo primum possit. fr. 217. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 20. §. 5. de statulib. 40. 7. Vt, cum prim. possis, etc. Gai. II. 250. fr. 8. de pollicit. 50. 12. Vt primum, (profectus est etc.) fr. 35. §. 8. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 26. §. 1. de furt. 47. 2.

Primus. (Adiect.) **§. 1.** *Prior, Superior.* I. ***Sy.*** Prior. Vlp. I. 3. 21. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. Principalis. Th. C. XII. 1. c. 127. c. 171. §. 1. de decurion. Potior. Gai. II. 207. Superius, Primum (testamentum.) Id. II. 144. 149. II. ***Op.*** Secundus, Sequens. fr. 14. pr. de lib. et posth. 28. 2. fr. 77. §. 9. de legat. II. (31.) fr. 11. §. 5. ad L. Falc. 35. 2. fr. 2. pr. de bon. libert. 38. 2. Inferior. Gai. I. 99. Posterior, Postremus. Gai. III. 174. Cf. v. Posterior. Sive contra primas personas, sive contra heredes, vel successores eorum. c. 23. pr. de SS. eccl. 1. 2. Supremus. fr. 2. §. 1. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Prima facie (videri etc.) fr. 32. §. 9. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 10. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Si quis intestatus mortuus sit, prima causa est etc. Gai. II. 157. 207. Concedi solet — connubium cum his, — quas primas post missionem uxores duxerint. Id. I. 57. Tamquam primus — curiam regere. Th. C. XII. 1. c. 171. §. 2. de decurion. Decemprimi, Sexprimi etc. Cf. v. Decem, v. Sex. — **§. 1. A.** *In primis, i. e. Inter primos, Prae caeteris.* III. ***Cn.*** In primis, — deinde etc. Gai. II. 114. fr. 8. §. 8. de transact. 2. 15. III. ***Cn.*** Si quaeramus, an etc. — in pr. advertere debemus. Gai. l. l. In pr. igitur, s. itaque. Id. II. 248. IV. 70. Quod in primis est. fr. 34. §. 5. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Proxime futurus.* III. ***Cn.*** Ex Calendis primis. Intra Cal. primas. fr. 7. §§. 1. sq. sol. matrim. 24. 3. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. Prima quaque die (reddas.) fr. 25. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. — **§. 3.** *Novissimus.* I. ***Sy.*** Vltimus (gradus, s. honor.) Th. C. VI. 26. c. 6. de prox. comit. VI. 27. c. 4. §. 1. de agent. in reb. III. ***Cn.*** A prima aetate (fuisse in eius domo.) c. 17. de h. qu. accus. 9. 1. Qui pueros primas litteras docent. fr. 2. §. 8. de vacat. et excus. 50. 5.

Princeps. **§. 1.** *Auctor, Caput.* III. ***Cn.*** Sui iuris sunt familiarum suarum principes, i. e. paterfam. etc. Vlp. IV. 1. cf. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. Qui princeps fuerit delicti. fr. 10. de servo corr. 11. 3. cf. Coll. LL. M. XV. 3. — **§. 2.** *Praepositus, Praefectus* (palatinorum, vel officialium.) I. ***Sy.*** Qui principatum officiorum gerunt. Principes (per singula officia.) Th. C. VIII. 15. c. 3. c. 5. §. 1. de iis qu. admin. XII. 1. c. 105. de decurion. III. ***Cn.*** Princeps, cornicularius, commentariensis, numerarius, et ordinarii per singula officia. Th. C. VIII. 15. c. 3. cf. Ib. VI. 26. c. 5. de prox. com. disp. Sine notione principum, qui de agentum in rebus numero ad gubernanda officia diriguntur. Ib. VI. 28. c. 6. cf. c. 1. c. 3. c. 7. sq. de princip. agent. in reb. Principes, primi quoque scholarum. Ib. VI. 29. c. 6. de curios. — **§. 3.** *Imperator, qui reipub. praeest.* I. ***Sy.*** Imperator. Cf. h. v. Caesar. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. fr. 191. de R. I. 50. 17. Dominus. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Si Imperator noster Principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget. Gai. III. 94. Constitutiones, quas Constantinus, posterioresque Principes, ac nos tulimus. Th. C. I. 1. c. 6. pr. cf. c. 5. (Wck.) de const. Pr. cf. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. Quod D. Marcus, ac postea maximus Princeps, iudicantes secuti sunt. fr. 17. pr. de quaestion. 48. 18. Imp. Caesar — Hadrianus A., maximusque Princeps. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Vt est constitutum a Divis Principibus. fr. 38. de N. G. 3. 5. Maius imperium in ea provincia habet (sc. Procos. v. Praeses) omnibus, post Principem. fr. 8. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 4. de off. Praes. 1. 18. Restitutio, quam Pr. vel Senatus indulsit. fr. 1. §. 10. de postul. 3. 1. Quod lege, S. Cto, edicto, decretove Principum tibi concessum est. fr. 2. pr. ne qu. in loco pub. 43. 8. Constitutio Principis est, quod Imperator decreto, vel edicto, vel epistola constituit. Gai. I. 5. fr. 1. pr. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Per eiusdem Principis constitutionem coërcetur (maior asperitas dominorum.) Nam consultus — praecepit etc. Gai. I. 53. A Principe peti solet, ut — liceat etc. fr. 14. §. 2. de servit. 8. 1. cf. fr. 12. pr. de Senat. 1. 9. Si ius liberorum a Principe impetraverint. Vlp. XVI. 1. Vatic. §. 170. Ante tempora Augusti publice respondendi ius non a Principibus dabatur. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Augusta, licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent. fr. 31. de LL. 1. 3.

Principalis. (Adiect.) **§. 1.** *Primus, Prior.* I. ***Sy.*** Primae, Principales (tabulae.) fr. 1. §. 12. ad L. Falc. 35. 2. fr. 2. §. 3. de statulib. 40. 7. II. ***Op.*** Sequens. Gai. IV. 142. sq. Principali loco institutus (heres.) — Substitutus. c. 13. de fideicomm. 6. 42. Principale coniugium. — Alia matrimonia. Th. C. VIII. 18. c. 3. de matern. bon. III. ***Cn.*** Principales viri. Cf. v. Principalis. (Subst.) — **§. 2.** *Praecipuus.* II. ***Op.*** Sequelae locum obtinere. Sequi. — Pr. (obligatio, v. causa.) fr. 93. §. 2. de solut. 46. 3. fr. 129. §. 1. fr. 178. de R. I. 50. 17. Principalis res, Principale. — Accessio. Cf. h. v. §. 2. Principalis debitor, s. reus. — Mandator, v. Fideiussor. Paul. II. 17. §. 16. fr. 58. §. 1. fr. 65. fr. 71. pr. de fideiuss. 46. 1. Principale, — Hereditarium (sacramentum.) c. 12. pr. de R. C. 4. 1. III. ***Cn.*** Cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1. Vsurae principalis pecuniae. fr. 24. §. 1. de adp. et relat. 49. 1. Obligatio quidem principalis dissolvitur, incipit autem teneri reus litis contestatione. Gai. III. 180. Interesse, — quae pars eius stipulationis principalem causam haberet. fr. 37. de stipul. serv. 45. 3. Hoc iudicio non principalem causam exerceri. fr. 30. pr. de iureiur. 12. 2. Th. C. XI. 30. c. 15. c. 55. de adp. et poen. — **§. 2. A.** *Directus.* I. ***Sy.*** Recto iure, Principali nomine (heredem instituere, v. relinquere.) Gai. II. 248. Th. C. XVI. 5. c. 17. de haeret. II. ***Op.*** Contraria (actio.) Cf. v. Contrarius. §. 2. Principali, — Fideicommissario (nomine.) Cf. v. Fideicommissarius. — **§. 3.** *Ad Imperatorem spectans.* I. ***Sy.*** Imperialis. Imperatorius. Cf. h. vv. Principis (constitutio etc.) fr. 17. pr. §§. 1. sqq. de excusatt. 27. 1. fr. 98. de A. v. O. H. 29. 2. III. ***Cn.*** Principali, vel pontificali auctoritate (compelli ad obsequium etc.) fr.

50. §. 1. de hered. pet. §. 3. Providentia Pr. fr. 22. §. 1. de adopt. 1. 7. Maiestas Pr. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Auxilium Principale implorare. fr. 13. §. 4. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. Consult. vet. I. Cti. c. 1. Beneficium Pr. Vlp. III. 1. sq. Fr. de I. F. §. 16. fr. 32. de iure fisci. 49. 14. Iussio, s. Sanctio, Principalis. fr. 2. §. 2. de iudic. 5. 1. Th. C. VI. 4. c. 29. de Praet. et Qu. Constitutio Pr. fr. 2. §§. 1. sq. de O. I. 1. 2. Vlp. VII. 1. XXIII. 10. Multa Principalia sunt rescripta, quibus cavetur. fr. 3. §. 8. cf. fr. 2. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Vsibus Principalibus deservire. fr. 39. §. 8. de legat. I. (30.)

Principalis. (Subst.) **§. 1.** *Qui in re militari inferioris ordinis principatum tenet.* III. ***Cn.*** Irreverens miles non tantum a tribuno, vel centurione, sed etiam a principali coërcendus est. fr. 13. §. 4. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Qui officialibus magistratuum maiorum praepositus est.* III. ***Cn.*** Cum salutatus esset a — Praefectis Pr. — et principalibus officiorum, et utriusque ordinis viris. c. 1. de sent. pass. 9. 51. — **§. 3.** *Qui in decurionum collegio primatum obtinet.* I. ***Sy.*** Principales viri e curia. Principales (p. se pos.) Th. C. XII. 1. c. 171. pr. de decurion. XVI. 5. c. 52. pr. de haeret. III. ***Cn.*** Illustres. — Spectabiles. — Senatores. — Clarissimi. — Sacerdotales. — Principales. — Decuriones. c. 52. pr. l. cf. XII. 1. c. 77. de decurion. Sive Senator, honoratus, principalis, decurio, vel plebeius, Ib. VII. 13. c. 7. §. 2. de tiron. cf. VII. 6. c. 1. de milit. veste. Decuriones et principales civitatum. fr. 27. §§. 1. sq. de poen. 48. 19. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 8. de haeret. cf. VIII. 5. c. 59. de cursu pub.

Principalitas. *Dignitas primatis, s. principalis.* III. ***Cn.*** Principalitatis honore munitae (personae.) Th. C. IX. 35. c. 6. de quaestion. Qui locum principalitatis indepti, (vendunt defugas curiales.) Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 8.

Principaliter. (Advb.) **§. 1.** *Primo, s. Praecipuo, loco.* I. ***Sy.*** Prius (institutum, v. motum.) c. 3. de ord. iudicior. 3. 8. II. ***Op.*** Pr. gerere. — Alterius negotiationis accessione uti. Cf. v. Accessio. §. 1. III. ***Cn.*** Non pr. hic exussit, sed dum aliud egit etc. Coll. LL. M. XII. 7. Quia nec pr. ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert etc. fr. 6. de iurisd. 2. 1. Iul. ep. nov. c. 24. §. 94. Vbi non pr. de ea re agitur. fr. 7. §. 1. de iniur. 47. 10. Pr. auctoritatem suam finiendis controversiis interponere. Gai. IV. 139. — **§. 2.** *Directe.* I. ***Sy.*** Directo. §. 8. I. Qu. c. eo qu. in al. pot. 4. 7. II. ***Op.*** Pr. ipsius rei nomine. — Extrinsecus ob eam rem. Cf. v. Extrinsecus. §. 2. Per successionem (heres exsistere.) fr. 103. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 7. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 194. de R. I. 50. 17. III. ***Cn.*** Sive pr. ei promiserunt, sive a prioribus — actiones ad eum — devolutae sunt. c. 3. de fiscal. usur. 10. 8. Is, cui pr. obligatio quaerebatur. fr. 126. §. 2. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** *Simpliciter, Pure.* I. ***Sy.*** Mera donatio. Pr. donare. fr. 10. §. 13. fr. 12. pr. mand. 17. 1. fr. 27. de donat. 39. 5. (Cf. v. Remunerari.)

Principatus. **§. 1.** *Principalis locus. Primatus.* III. ***Cn.*** Quae (sc. provincia) omnium intra Africam provinciarum obtinet principatum. Th. C. VII. 13. c. 22. de tiron. Dummodo civitas — totius provinciae teneat principatum. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 8. — **§. 2.** *Maiestas Imperatoris.* III. ***Cn.*** Maius imperio est, submittere legibus principatum. c. 4. de LL. 1. 14. — **§. 3.** *Dignitas magistri, seu principalis.* I. ***Sy.*** Gradus principis. c. 1. de praep. agent. in reb. 12. 21. c. 5. de princ. agent. in reb. 12. 22. Princeps. Qui principatum gerit. cf. v. Princeps. §. 2. III. ***Cn.*** Qui scaevi dogmatis retinent principatum, h. e. episcopi, presbyteri etc. Th. C. XVI. 5. c. 19. de haeret. Nullus — principatum, caeteraque officia, repetere audeat. Ib. IX. 26. c. 2. c. 4. ad L. Iul. de amb. Qui provinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diversis agunt officiis principatus. Ib. XI. 11. c. 1. ne damn. provinc. Qui principatum officiorum gerunt, seu corniculum. Ib. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin. VIII. 9. c. 2. de lucr. offic. cf. VI. 27. c. 13. de agent. in reb. Agentes in rebus, qui per ordinem consequi solent principatus insignia in unoquoque scrinio fabricarum. c. 1. de praep. agent. in reb. 12. 21. Th. C. VI. 27. c. 8. §. 2. c. 19.

Principium. **§. 1.** *Initium, Exordium.* III. ***Cn.*** Ne, deficiente principio, successus degeneres laberentur. Nov. Th. II. de bon. fabricens. I. 4. c. 1. Interdictum, cuius principium est: „Quorum bonorum." Gai. III. 34. cf. IV. 144. 154. — **§. 2.** *Principia, i. e. Locus in castris militum, ubi ius dicebatur, et gesta publica servabantur.* III. ***Cn.*** Officium tribunorum est, — principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire etc. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. cf. c. 16. §. 1. de erog. mil. annon. 12. 38. Cum introisset (sc. Imperator) principia, et salutatus esset. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. Si qua regesta in tui culminis iudicio, — vel apud principia numerorum — posita sunt. Const. Summa reipub. §. 4. cf. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 6. (Wck. p. 11.)

Prior. (Adiect.) **§. 1.** *Primus, Superior, Anterior.* I. ***Sy.*** Primus. Cf. h. v. §. 1. Antiquior (lex.) fr. 26. sqq. de LL. 1. 3. Antecedens, Superior (numerus.) Gai. I. 45. Vlp. I. 24. II. ***Op.*** Posterior. Cf. h. v. Priores, — Inferiores (tabulae.) Gai. II. 181. Praesentia, — Priora (statuta.) Th. C. XI. 22. c. 5. ne collat. translat. Pr. heres. — Substitutus. Gai. II. 177. sq. III. ***Cn.*** Non enim ex novo pacto prior obligatio resuscitatur. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. In priore matrimonio (commissum adulterium.) fr. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Est autem capitis deminutio, prioris capitis permutatio. Gai. I. 159. In absentis tutoris locum alium petere; quo petito, prior desinit. Id. I. 173. — **§. 2.** *Potior, Praecellens.* I. ***Sy.*** Potior. fr. 10. fr. 15. Qu. potior. 20. 4. Excludere, Repellere (alium.) Prior esse quam ille. Gai. III. 15. 60. Paul. III. 2. §. 1. III. ***Cn.*** Sit igitur sedes prior ante provectis, locus conspectior. Th. C. VI. 7. c. 2. de Praef. Pr.

Priscillianistae. *Haereticorum genus.* III. ***Cn.*** Eunomiani, Valentiniani, Montanistae, seu Priscillianistae, Phryges etc. Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 2. cf. c. 40. pr. c. 48. de haeret. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 9.

Priscus. (Adiect.) §. 1. *Antiquus, Vetustus.* II. *Op.* Prisca lingua est. — Nunc dicimus. §. 15. I. de action. 4. 6. — §. 2. *Anterior, Prior.* I. *Sy.* Veteres, Antiquae, Praeteritae, Priscae (leges.) Th. C. III. 17. c. 3. pr. §. 2. de tut. et cur. etc. III. 18. c. 1. Qui pet. XVI. 8. c. 19. de Iud. II. *Op.* Priscorum Principum, — Nostrae (sanctiones.) Th. XIV. 1. c. 3. de decur. urb. R. XVI. 8. c. 19. 1.

Priscus. §. 1. *Cognomen Neratii I.Cti,* (qui Traiani temporibus Romae inclaruit.) III. *Ca.* Petri Celso (sc. successit) Celsus filius, et Priscus Neratius. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Consilio Neratii Prisci et Aristonis (ei denegata est B. P.) fr. 5. si a par. qu. man. 37. 12. Prisc. Neratius existimabat. fr. 8. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. Non est Neratii Prisci sententiae — locus. fr. 67. §. 8. de legat. II. (31.) Neratius Pr. et Iulianus responderunt. fr. 19. de d. m. 4. 3. Aristo Neratio Prisco scripsit. fr. 3. Qu. res pign. 20. 3. S. C., quod Neratio Prisco et Annio Vero Coss. factum est. fr. 6. ad L. Corn. de sic. 48. 8. Labeo refert, — Trebatium respondisse; quod merito Priscus Fulcinio [al. Fulcinius] falsum esse aiebat. fr. 49. §. 2. de legat. II. (31.) cf. fr. 43. de m. c. donat. 39. 6. — §. 2. *Cognomen Iavoleni I.Cti,* (qui iisdem fere temporibus vixit.) III. *Ca.* Caelio Sabino (sc. successit) Priscus Iavolenus. — Iavoleno Prisco Aburnus Valens. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Et Priscus et Neratius putant. fr. 10. §. 2. de usu et habit. 7. 8. Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui etc. — Proculiani autem eum, qui etc. — verum Priscus eum puberem esse etc. Vlp. XI. 28. cf. fr. pr. de lib. et posth. 28. 2.

Pristinus. (Adiect.) *Anterior, Prior.* I. *Sy.* Antiquus. Cf. h. v. §. 4. Is, cuius antea fuit (res.) Pr. dominus. fr. 30. §. 3. de A. R. D. 41. 1. In integrum, In pristinum statum (restitui.) fr. 9. §§. 7. sq. Qu. met. c. 4. 2. II. *Op.* Novus. fr. 58. de pact. 2. 14. fr. 17. §. 12. ad munic. 50. 1. III. *Ca.* Relictis ducibus pristinis, signa in Aventinum transtulerunt. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Hi, qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. Gai. I. 129. Vlp. X. 4. c. 17. de postlim. rev. 8. 51. In pristinam causam res redit, resoluta venditione. fr. 10. §. 1. Qu. mod. pign. 20. 6. Omnes debitores — per hanc actionem revocantur in pristinam obligationem. fr. 17. pr. Qu. in fr. cred. 42. 8.

Privare. *Spoliare, Exuere.* Honestioris — personae decore et iure p... c. 8. de sec. nupt. 5. 9. Promiscua facultas potioris nominandi — ipso tractu temporis pupillos fortunis suis privabit. Vatic. §. 158.

Privato. (Advb.) *Privatim.* I. *Sy.* Privatim, Private [al. privatae.] fr. 6. §. 3. de R. D. 1. 8.

Privatiani. *Officiales Comitis rerum privatarum Principis.* II. *Op.* Vt privatiani privilegia largitionalis officii perpetuo consequantur. Th. C. VI. 30. c. 24. de palat. S. largg. (Cf. v. Largitionalis.)

Privatim. (Advb.) §. 1. *Non publice.* II. *Op.* Publice. Gai. III. 154. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. fr. 4. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. III. *Ca.* Priv. facta venditio. fr. 67. §. 2. de cond. indeb. 12. 6. Priv. sibi constitutos (rectores.) fr. ... 3. de R. D. 1. 8. — §. 2. *Ad singulos respiciens.* II. *Op.* Quod priv. interest unius ex sociis. — Quod societati expedit. fr. 65. §. 5. pro socio. 17. 2.

Privatum. (Subst.) §. 1. *Locus privatus.* I. *Sy.* Locus privatus. fr. 31. ad L. Aqu. 9. 2. In suo, In privato (opus facere.) fr. 3. §. 3. de aqua et aqu. pl. 39. 3. II. *Op.* Per publicum. — Per privatum (iter fieri.) fr. 31. l. 9. 2. In publico, privatove, vel in vico. fr. 2. §. 5. ad S. C. Tertull. 38. 17. — §. 1. A. *Balneum privatum.* I. *Sy.* Balneum privatum. c. 4. ne rei milit. 1. 47. III. *Ca.* Vt infausta hospitalitatis praebitio tolleretur, nec privatum [sc. balneum] quisque a domino aedium postulet. Th. C. VII. 8. c. 12. de metat. Inst. C. c. 6. eod. 12. 41. — §. 2. *Res privata Principis.* I. *Sy.* Res privata nostra. Th. C. XI. 7. c. 5. sq. de exaction. II. *Op.* Fisci, — Privati (debitor.) c. 5. l.

Privatus. (Adiect.) §. 1. *Ad singulos e numero civium spectans.* I. *Sy.* Quod ad singulorum utilitatem spectat, Privatum (ius.) fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. Quae singulorum sunt, Privatae (res.) fr. 1. pr. de R. D. 1. 8. II. *Op.* Privati. — Vniversitas, Civitas. fr. 1. §. 3. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 5. §. 1. de opp. pub. 50. 10. fr. 1. §. 5. de pollicit. 50. 12. Publicum. — Privatum. Gai. II. 10. sq. fr. 17. §. 18. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 7. de pub. iudic. 48. 1. fr. 16. de V. S. 50. 16. Loca sacra, vel religiosa, vel publica, pro privatis comparare. fr. 62. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Emphyteutico, patrimonialique titulo, — Privato iure (tenere, s. possidere.) Th. C. V. 13. c. 17. c. 19. c. 34. (Wck.) III. *Ca.* Si privatus, coactus a populo, manumiserit. fr. 17. pr. Qui et a quib. 40. 9. Ex quibus (sc. pontificibus) constituebatur, quis quoque anno praeesset privatis. fr. 2. §. 6. de O. I. 1. 2. Privatarum litium cognitor. Sententiae iudicum privatorum. Th. C. IX. 27. c. 5. ad L. Iul. repet. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. Ius commune privatorum. fr. 6. pr. fr. 37. de iure fisci. 49. 14. Quod privatis licet possidere. fr. 4. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Privati iuris esse. fr. 14. §. 1. de servit. 8. 1. Debita privata. c. 11. de fideiuss. 8. 41. — §. 2. *Qui constitutus non est in magistratu, officiove publico.* II. *Op.* Magistratus. Cf. h. v. §. 1. Tempora magistratuum. — Vita privata. Th. C. VI. 9. c. 2. §. 1. de Quaest. mag. offic. III. *Ca.* Sive privati, sive cuiuspiam dignitatis, sive in militia constituti. c. 6. de commerc. 4. 63. Cum privatus erit, honoremve deposuerit. Th. C. VI. 7. c. 2. de Prf. Pr. cf. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. Mandata iurisdictione privato. fr. 5. §. 1. de off. eius. 1. 21. — §. 2. A. *Plebeius.* II. *Op.* Illustris. c. 32. §. 5. de adp. et consult. 7. 62. Senator, vel Clarissimus. c. 11. de dignitat. 12. 1. Th. C. XIII. 9. c. 4. pr. de naufrag. Miles, aut promotus. Th. IX. 21. c. 2. §. 3. de fals. mon. XI. 12. c. 3. de immun. conc. — §. 3. *Peculiaris, Secretus.* II. *Op.* Communis (ager.) fr. 11. §. 5. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. *Ca.* Privatas indulgentias (lenitudo nostra cognoscat.) Th. C. XV. 1. c. 5. de opp. pub. — §. 3. A. *Ad bona Principis peculiaria pertinens.* II. *Op.* Sacrae, — Privatae (lar-

gitiones.) Ib. VI. 2. c. 15. de Senat. et de gleb. X. 24. c. 2. de h. qu. c. disp. III. *Cn.* Nullus palatinorum, qui in officio rei privatae nostrae militat. Ib. X. 3. c. 6. de loc. fund. iur. emph. Illustris privatarum Comes. Ib. c. 7. pr. l. l. XI. 30. c. 49. de adp. et poen. Actor rerum privatarum, sive procurator. Ib. X. 4. c. 1. de actor. proc. Ne quid rei priv. commodis — furto subducatur. Ib. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. X. 1. c. 9. de iure fisci.

Privignus, Privigna. *Filius, filiave, alterius coniugis, ex priore matrimonio prognatus, prognatave.* I. **Sy.** Vxoris meae filius, ex alio viro natus. Privignus. fr. 4. §. 6. de grad. et adf. 38. 10. III. *Cn.* Qui sobrinus est ei reo, — quive socer, gener, vitricus, privignusque eius erit. Coll. LL. M. IX. 2. cf. fr. 1. §. 11. fr. 2. sqq. de postul. 3. 1. Excipiuntur et adfinium personae, ut privignus, privigna, noverca, vitricus, socer etc. Vatic. §. 302. Quae nobis quondam socrus, aut nurus, aut privigna, aut noverca fuit. Gai. I. 63. Vlp. V. 6.

Privilegiarius. (Adiect.) *Privilegio munitus.* II. *Op.* Inferior (creditor.) fr. 24. §. 3. de reb. auct. iud. 42. 5. cf. fr. 10. pr. de pact. 2. 14. III. *Cn.* Occupantis meliorem esse conditionem, nisi si quis privilegiarius veniat. fr. 3. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5.

Privilegium. §. 1. *Lex, quae poenam decernit singulo peccato,* (citra condemnationem iudicio habito propositam.) I. **Sy.** Lex, privis hominibus irrogata. L. XII Tabb. IX. 1. — §. 1. A. *Lex, quae singulare ius qualecunque introducit.* I. **Sy.** Rescripta (personalia.) Privilegia (privata.) Th. C. XV. 3. c. 4. sq. de itin. mun. — §. 2. *Exceptio regulae iuris communis, aut singularis. Praerogativa.* I. **Sy.** Beneficium, Ius. Cf. v. Beneficium. §. 2. II. *Op.* Ius commune (civium R., v. privatorum.) fr. 20. pr. §. 1. de milit. testam. 29. 1. fr. 6. pr. fr. 37. de iure fisci. 49. 14. III. *Cn.* Privilegia quaedam causae sunt, quaedam personae. fr. 196. de R. I. 50. 17. Privilegium cuiusque vel civitatis, vel corporis, vel officii, in quo quisque est. fr. 36. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. Ipsorum, qui militaturi sunt, privilegiis [al. privi legibus] accedentibus. Th. C. VII. 13. c. 7. §. 3. de tiron. Quodcunque privilegii fisco competit, hoc idem et Caesaris ratio et Augustae habere solet. fr. 6. §. 1. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 31. de LL. 1. 3. Priv. a Principe datum. fr. 10. ad munic. 50. 1. cf. fr. 1. pr. fr. 24. de milit. testam. 29. 1. Priv. fisci est, inter omnes creditores primum locum tenere. Paul. V. 12. §. 10. Subiectus esse privilegiis fisci. fr. 33. de iure fisci. 49. 14. Subnixi sunt etiam alio privilegio (sc. Praefecti Pr.) ne etc. fr. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. 1. 11. Quamvis multa privilegia excusationum praetendant, tamen — non excusantur. Vatic. §. 152. cf. §§. 220. 224. Privilegiis temporis fore potiorem. fr. 10. Qu. potior. 20. 4. Privilegium, quod inter personales actiones vertitur. fr. 74. de iure dot. 23. 3. Priv. deductionis, v. exigendi. fr. 5. §. 7. de tribut. act. 14. 4. fr. 1. de cess. bon. 42. 3. Praetor privilegium ei servare debet. fr. 44. §. 1. de admin. et peric. 26. 7. fr. 15. §. 1. de curat. fur. 27. 10. cf. fr. 58. §. 1. mand. 17. 1. — §. 2. A. *Causa privilegio munita.* III. *Cn.* Ante privilegia, si bona venierint, depositariorum ratio habetur. fr. 7. §. 2. depos. 16. 3. fr. 24. §. 2. de reb. auct. iud. 42. 5. — §. 3. *Ius peculiare.* III. *Cn.* Civium R. privilegium consequi. Ep. inst. Gaii. I. 1. §. 4.

Prius. (Advb.) *Ante, Antea.* I. **Sy.** Ante, Antequam. fr. 4. §. 6. de off. Proc. et Leg. 1. 16. II. *Op.* Nunc. Gai. I. 8. 12. 50. sq. II. 97. 99. sq. Tunc. fr. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5. c. 1. de h. qu. acc. n. poss. 9. 1. III. *Cn.* Non prius nisi, v. quam si. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. fr. 2. pr. pro herede. 41. 5. Non ante, — quam prius etc. fr. 45. §. 2. de iure fisci. 49. 14. Potest, causa tamen prius cognita. fr. 17. pr. de procur. 3. 3. fr. 37. de iudic. 5. 1. Imputabitur prius id etc. fr. 8. §. 21. de transact. 2. 15. Qui prius credidit pecuniam. fr. 11. pr. Qu. pot. 20. 4. Pr. ex hoc crimine aliqua poena adfectus. Coll. LL. M. XI. 7.

Priusquam. (Advb.) *Antequam.* II. *Op.* Post, Postea. fr. 2. pr. si qu. cautt. 2. 11. fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. III. *Cn.* Interea, priusqu. (officium impleat.) fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. Si — prius moriatur, quam in suam tutelam venerit. Gai. II. 179. fr. 8. §. 1. de B. P. s. t. 37. 11. (Cf. v. Prius.)

Privus. (Adiect.) *Privatus.* III. *Cn.* Homines privi. L. XII Tabb. IX. 1.

Pro. (Praepos.) §. 1. *Coram, Ante.* III. *Cn.* Pro rostris (ponere.) fr. 2. §§. 4. 43. de O. I. 1. 2. Pro tribunali (interpellare etc.) fr. 14. de in ius voc. 2. 4. fr. 2. §. 2. Qu. ordo in B. P. 38. 15. — §. 1. A. *In.* III. *Cn.* Antiqua res est, — verum pro tempore abiit in lacrimas. c. 3. de aleator. 3. 43. Ex libero homine, pro testimonio non vacillante, quaestionem haberi non oportet. fr. 15. pr. de quaestion. 48. 18. — §. 2. *Loco, Vice, alterius.* I. **Sy.** Vicarii. Qui pro Praefectis dioeceses temperarunt. Th. C. VI. 26. c. 4. de prox. comit. III. *Cn.* V viri constituti sunt, — qui possint pro magistratibus fungi. fr. 2. §§. 31. 33. de O. I. 1. 2. Alium pro alio (adire, v. accipere.) fr. 15. de iurisd. 2. 1. fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. Aliud pro alio (intendere.) Gai. IV. 55. Vinum pro oleo — commutare. fr. 8. §. 24. l. 2. 15. Aliquid pro pecunia acceptum. fr. 1. §. 4. de calumn. 3. 6. Gai. I. 140. Si pro dote aliquid fuerit relictum. fr. 8. §. 6. de legat. praest. 37. 5. — §. 2. A. *Nomine, Gratia.* I. **Sy.** Nomine. fr. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. Pr. I. de iis p. qu. ag. poss. 4. 10. De (quo, sc. noxalis actio est.) fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. III. *Cn.* Quam (sc. constitutionem,) pro omnium notione, graeca lingua — composuimus. §. 3. I. de succ. libert. 3. 7. Manus opponere pro (his bonis.) Fr. de I. F. §. 15. Nec licebat iudicato manum sibi depellere, et pro se lege agere. Gai. IV. 21. sq. 24. sq. Pro fure damnum (decidi oportere.) Ib. IV. 45. Pro praede litis vindiciarum stipulatio. Ib. IV. 94. Cavere sibi pro (oneribus hereditariis.) fr. 3. pr. de transact. 2. 15. Obligari, v. Fideiubere, pro alio. Gai. III. 119. 122. IV. 137. Vlp. VII. 3. Solvere, Dependere, pro (reo.) Gai. III. 127. IV. 25. Dari denarios pro (sudore.) Ib. III. 146. Accipere quid pro (comperto stupro.) fr. 8. pr. Qu. met. c. 4. 2. — §. 3. *Tamquam, Proinde.*

I. *Sy.* Quasi. fr. 20. pr. §§. 1. sq. de A. v. O. H. 29. 2. Vt. Paul. V. 23. §. 3. Coll. LL. M. I. 6. Non minus quam. Gai. I. 3. fr. 2. §. 8. de O. I. 1. 2. fr. 32. §. 1. fr. 33. fr. 35. de LL. 1. 3. II. *Op.* Proprie esse. — Haberi pro etc. Gai. II. 7. Servi, quique pro servis servitutem servierunt. Vatic. §. 307. III. *Cn.* Quive privatus pro potestate, magistratuve, quid sciens d. m. gesserit. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Protutor. Cf. h. v. Haberi pro etc. Gai. I. 147. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 87. §. 1. de legat. II. (31.) Esse pro eo, atque si etc. v. quasi. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. fr. 22. §. 4. Qu. testam. fac. p. 28. 1. fr. 38. §. 1. de legat. I. (30.) Peti, — Dari pro (beneficio.) fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 4. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Educari pro (servo.) Th. C. IV. 8. c. 6. §. 2. (Wck.) de liberali c. Gerere pro herede. Gai. II. 177. sq. Possessio et usucapio pro herede. Ib. II. 52. (Cf. v. Possessio. §. 2. B. v. Possessor. §. 1. D.) Possessio pro suo. fr. 1. pr. fr. 2. pro suo. 41. 10. Damnari pro possidente. fr. 131. de R. I. 50. 17. Punire pro adulterio. fr. 37. §. 1. de minor. 4. 4. fr. 8. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 4.** *Secundum.* I. *Sy.* Secundum. fr. 20. fr. 85. pr. de R. I. 50. 17. II. *Op.* Contra. Cf. h. v. §. 2. III. *Cn.* Pro imperio, v. iurisdictione iudicis, (agere, v. damnare.) fr. 3. de off. eius. 1. 21. fr. 2. §. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Temperari, pro (frequentia admissorum.) Paul. V. 3. §. 5. Recipiendum, v. Statuendum, pro (utilitate etc.) fr. 8. §. 24. de transact. 2. 15. fr. 8. de probat. 22. 3. Receptae (sc. praescriptiones) pro actore. Gai. IV. 130. Pro tenore S. Cti (efficitur.) Paul. II. 21. A. §. 18. Pro aestimatione iudicis. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. Pro modo debiti, non pro numero personarum. fr. 8. de pact. 2. 14. cf. Vlp. XV. 1. cf. fr. 1. §. 10. de extr. cogn. 50. 13. Pro dotibus respondere. fr. 85. pr. de R. I. 50. 17. Pro quibus specialiter legibus — expressum est. c. 20. pr. de collat. 6. 20. — **§. 4. A.** *Circa, Ex.* I. *Sy.* Ex (parte.) Gai. II. 184. 259. III. *Cn.* Nisi — fuerit revelatum, pro qua persona testator senserit. fr. 62. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Sententia — pro alio habita. fr. 21. de h. qu. not. inf. 3. 2. Quoties quis pro certo liber est. fr. 3. §. 7. de hom. lib. exhib. 43. 29. Pro solido (defendere etc.) fr. 42. §. 7. de procur. 3. 3. fr. 141. §. 1. de R. I. 50. 17. Pro ea parte, pro qua quisque eorum dominus fuerit. Gai. III. 59. 61. sq. Pro virilibus partibus, — Pro hereditariis part. (pertinere.) Ib. III. 70. — **§. 5.** *Vltra.* III. *Cn.* Vlteriores, quibus „pro“ praepositio solet accedere. fr. 3. §. 2. de postul. 3. 1. fr. 14. §. 4. de R. N. 23. 2. fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10. Cf. v. Proamita, v. Proavunculus etc.

Proamita. *Amita avi nostri.* I. *Sy.* Proavi soror. Amita maior. fr. 1. §. 7. fr. 10. §. 16. de grad. et adf. 38. 10. Paul. IV. 11. §. 5.

Proastium. *Suburbanum praedium.* I. *Sy.* Suburbanum. Iul. ep. nov. c. 58. sq. §§. 202. sq. c. 111. §. 409. III. *Cn.* In integris domibus, vel proastiis, vel agris, vel hortis. Ib. c. 7. §. 34.

Proavitus. (Adiect.) *Ad proavum spectans.* III. *Cn.* Nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes, avita vel proavita successione fraudari. c. 1. de h. qu. ante tab. 6. 52. Avita et proavita adfectio. c. 1. pr. de adopt. 8. 48.

Proavunculus. *Avunculus aviae.* I. *Sy.* Proaviae frater. Avunculus maior. Paul. IV. 11. §. 5. fr. 1. §. 7. fr. 10. §. 16. de gradib. et adfin. 38. 10.

Proavus. Proavia. *Pater, vel mater, avi vel aviae.* III. *Cn.* Tertio gradu sunt, supra proavus, proavia, infra pronepos, proneptis. fr. 1. §. 5. fr. 10. §. 14. de grad. et adf. 38. 10. Paul. IV. 11. §. 3. Pater, et avus, et proavus, — et deinceps omnes superiores. fr. 51. de V. S. 50. 16. c. 10. pr. de adopt. 8. 48.

Proba. *Probatio.* III. *Cn.* Vt ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine posceretur. Th. C. VI. 31. c. 1. de strator.

Probabilis. (Adiect.) **§. 1.** *Qui probari potest.* I. *Sy.* Licitus. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13. Non iniquus. fr. 27. §. 2. de rec. qu. arb. 4. 8. III. *Cn.* Iusta et probabilis (ignorantia, v. causa.) Gai. III. 160. fr. 55. §. 2. locat. 19. 2. Certis et receptis probabilibus causis. fr. 2. §. 7. de vac. et excus. 50. 5. Probabilia et manifesta documenta. Th. C. XVI. 8. c. 28. de Iud. Probabili ratione placuit. fr. 6. de exc. rei iud. 44. 2. Putat, — nec esse probabilem sententiam existimantium. fr. 8. pr. mand. 17. 1. cf. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Vtiliter et probabili more impendere. c. 11. de N. G. 2. 19. cf. fr. 31. §. 7. eod. 3. 5. fr. 3. §. 6. de ann. legat. 33. 1. cf. fr. 7. §. 13. ad S. C. Macedon. 14. 6. Probabilibus civitatum expensis deputari. Th. C. IV. 12. c. 7. de vectig. et comm. — **§. 2.** *Probatus, Probus.* III. *Cn.* Si ita se gesserint, ut probabiles habeantur. Ib. XV. 7. c. 2. de scaenic. Vitae probabilis instrumentum. Vatic. §. 113. Communio et consortium probabilium sacerdotum. Th. C. XVI. 1. c. 3. de fide cathol. cf. Ib. XI. 7. c. 9. de exaction.

Probabiliter. (Advb.) **§. 1.** *Verisimiliter.* III. *Cn.* Sed videamus, ne probabilius dicatur. fr. 71. de eviction. 21. 2. Quae probabiliter insinuata sunt auribus nostris. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. pr. — **§. 2.** *Probe, Iuste.* III. *Cn.* Praetexta debiti — non prob. recusatur. c. 4. de commod. 4. 23. Servili conditioni prob. addicendi. Nov. Anthem. de mulier. qu. se serv. VI. 1. c. 1. §. 3.

Probamentum. *Probatio.* III. *Cn.* Quem non personae alicuius super navicularia functione probamenta confutarant. Th. C. XIII. 6. c. 10. §. 1. de praed. navicul.

Probare. **§. 1.** *Adprobare, Admittere, Adgnoscere.* I. *Sy.* Adprobare (opus.) fr. 36. sq. fr. 62. locat. 19. 2. Comprobare. Cf. h. v. §. 1. II. *Op.* Improbare. Cf. h. v. Reprobare. fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. fr. 9. de N. G. 3. 5. III. *Cn.* Sive non degustavit, sive degustando male probavit. fr. 15. de peric. et comm. 18. 6. Si, soluturus pecuniam tibi, iussu tuo, — quoad probaretur, deposuerim. fr. 39. pr. de solut. 46. 3. Ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, — sarta tecta tuenda, antequam perfecta probata, praestita lege erunt. fr. 7. §. 2. ad L. Iul. repet. 48. 11. cf. fr. 62. locat. 19. 2. cf. Th. C. VII. 13. c. 1. de tiron. VII. 22. c. 5. de fil. militar. Suo ar-

bitratu quaerere, vel probare posse emtorem. Ib. III. 1. c. 6. de contr. emt. cf. fr. 36. §. 1. ad munic. 50. 1. Qui ex causa improbat ab arbitro probatos (sc. fideiussores,) alios improbatos probat. fr. 10. §. 1. cf. pr. fr. 9. Qu. satisd. cog. 2. 8. Fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est. Gai. I. 200. Si negotium, a te quamvis male gestum, probavero. fr. 9. de N. G. 3. 5. Quod adeo nos probamus, ut ratum esse iubeamus. Th. C. X. 4. c. 2. de act. proc. cond. Ius, quod in tantum probatum est, ut etc. fr. 36. de LL. I. 3. Quamvis — existimaverit, et nos quoque idem probemus, tamen hoc tunc verum est, cum etc. Vatic. §. 111. Perpetuo Sabinus probavit veterum opinionem existimantium. fr. 6. de cond. ob turp. c. 12. 5. fr. 9. de sponsal. 23. 1. fr. 12. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. Posse, — idque probatum est. fr. 26. de iure dot. 23. 3. Magis probatum etc. fr. 16. de B. P. 37. 1. cf. fr. 5. §. 3. de statu hom. 1. 5. Probandum est, (illum posse, v. habere.) fr. 50. locat. 19. 2. fr. 1. §. 5. de arbor. caed. 43. 27. — **§. 2.** *Demonstrare, Docere, Manifestum facere.* I. ***Sy.*** Adprobare. §. 2. Docere. §. 1. Ostendere. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Probata et recepta causa. fr. 9. §. 1. de manum. vind. 40. 2. Si dicat, — et hoc probaverit. fr. 25. de procur. 3. 3. Petere, et probare. fr. 12. de iureiur. 12. 2. Si non probasset hoc, quod proponeret. fr. 18. §. 2. ad S.C. Turp. 48. 16. cf. fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. Qua formula ita demum vincimus, si probaverimus etc. Gai. IV. 93. cf. 167. sq. Si plures habet excusationes, et de quibusdam non probaverit. fr. 21. §. 1. de excusatt. 27. 1. Vatic. §. 164. Si liquido probari non potest. fr. 42. pr. de iureiur. 12. 2. Multis argumentis probatur. fr. 28. de LL. 1. 3. Vatic. §. 168. Adito Praeside, ex adspectu corporis falso probavit perfectam aetatem. fr. 32. de minor. 4. 4. Quodsi de iure suo probantem admiserit (iudex.) fr. 1. §. 2. Qu. sent. sine adp. 49. 8. Apud iudicem, s. Competenti iudici, probare. fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. c. 1. Qu. dies legat. 6. 53. Probatum pro tribunali (irritum testamentum.) fr. 26. de N. G. 3. 5. Si quis imparem se oneri iniuncto possit probare. fr. 7. de excusatt. 27. 1. Quisquis probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris — sine ullo iudice temere possidere. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. Probandas adsistat, qualis moribus sit, unde domo etc. Th. C. VI. 27. c. 4. de agent. in reb. Posse apud Praetorem, vel Praesidem Prov. causam probare, et fieri civem R. Vlp. III. 3. cf. Gai. I. 67. sqq. 73. sq. cf. 29. 32.

Probatio. **§. 1.** *Adprobatio, Ratihabitio.* II. ***Op.*** Improbatio (operis.) fr. 60. §. 3. locat. 19. 2. — **§. 2.** *Demonstratio, Actus probandi.* III. ***Cn.*** Adoptio, et adrogatio, causae probatio, et in manum conventio. Coll. LL. M. XVI. 6. Si id non adparet, non ius deficit, sed probatio. Vatic. §. 227. Quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur. fr. 9. §. 2. de edend. 2. 13. cf. fr. 1. §. 1. de quaestion. 48. 18. — **§. 3.** *Ratio, Momentum (probandi.)* I. ***Sy.*** Rationes, Probationes. fr. 63. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 17. §. 3. de manum. testam. 40. 4. III. ***Cn.*** Accusationem parante, et probationibus nstruente [al. instituente] atque muniente. fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Legitimis probationibus ostendere. fr. 40. pr. de milit. testam. 29. 1. Probationibus atque argumentis detegere. Th. C. XI. 36. c. 1. Quer. adp. n. rec. Nisi magna causa suadeat, et evidentes probationes suggerant. fr. 27. §. 1. de liberali. c. 40. 12. Si — dilucidis probationibus fuerit adprobatum. fr. 14. §. 5. Qui et a qu. man. 40. 9.

Probatoria. *Testificatio scripta scrinii Principis.* III. ***Cn.*** Nemo sine divali probatoria, quam codices in S. nostro scrinio memoriae positi debeant inserendam accipere, militaribus eiusdem scholae stipendiis potiatur. c. 3. de agent. in reb. 12. 20. cf. c. 5. pr. de off. mag. offic. 1. 31, c. 9. sq. de div. officio. 12. 60. Th. C. VIII. 7. c. 21. sqq. eod. Iul. ep. nov. c. 17. §. 62. c. 18. §. 64. Nullus iudicum quenquam sine sacra probatoria probare audeat, vel provehere. c. 2. de cohortal. 12. 58. (Cf. Io. Lydus de magistr. III. 2.)

Probatus. (Partic.) **§. 1.** *Adprobatus.* III. ***Cn.*** (Cf. v. Probare. §. 1.) Donec minores probata aetate esse videantur. Th. C. VIII. 18. c. 3. de matern. bon. Mensuras publice probatas — corrumpere. fr. 32. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 2.** *Exploratus, Spectatus.* I. ***Sy.*** Exploratus. Th. C. VI. 9. c. 1. de Quaest. mag. off. VI. 18. c. 1. de comit. vac. II. ***Op.*** Suspectus. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. III. ***Cn.*** Bene probati, et idonei atque honesti (tutores.) fr. 17. §. 1. de testam. tut. 26. 2. Probatae atque integrae opinionis viri. c. 11. Qu. pot. 8. 18. Nobiles probataeque personae. c. 19. de testam. 6. 23. Th. C. XI. [illegible] c. 13. de indulg. debit. Qui a probatissimis adprobati. Ib. XIII. 3. c. 7. de medic. et profess. Dilucida et probatissima veritatis quaestio. Ib. XI. 36. c. 1. Quor. adp. n. rec.

Probe. (Advb.) *Recte, Praeclare.* II. ***Op.*** Improbe. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Pr. se agere [al. gerere] circa omne negotium suum. fr. 1. §. 9. de off. Prf. Vr. 1. 12. Operae qualescunque, quae modo pr. iure licito imponuntur. fr. 7. §. 3. de oper. libert. 38. 1. Non pr., s. Parum pr. (postulare etc.) fr. 27. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 13. §. 11. de damn. inf. 39. 2.

Probitas. *Integritas, Virtus.* III. ***Cn.*** Vt, certi de probitate morum, et peritia artis, eligant ipsi, quibus se — committant. fr. 1. de decr. ab ord. 50. 9. Idoneus probitate morum, ac bonis artibus praeditus. Th. C. I. 9. c. 1. (Wck.) de off. Mag. off. II. 17. c. 1. pr. de h. qu. ven. aet. Consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum. c. 20. de furt. 6. 2.

Probrose. (Advb.) *Cum contumelia.* III. ***Cn.*** Illicite, vel probrose (datum, in patris dominive poenam.) fr. 1. de h. qu. poen. c. 34. 6.

Probrosus. (Adiect.) *Opprobrio expositus, Ignominiosus.* III. ***Cn.*** Vel legibus interdictum, vel alias probrosum, vel etiam impossibile. c. 1. de h. qu. poen. nom. 6. 41. Quod in servis etiam probrosum atque postremum est. Th. C. XII. 1. c. 39. de decurion. Callida arte, aut probrosa cuiuspiam conniventia. Ib. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl.

Probrum. *Res turpis, s. contumeliosa.* I. ***Sy.*** Opprobrium. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Probra quaedam

natura turpia sunt, quaedam civiliter, et quasi more civitatis: utputa furtum etc. fr. 42. de V. S. 50. 16. Probrum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quae turpiter viverent etc. fr. 41. pr. de R. N. 23. 2.

Probus. (Adiect.) **§. 1.** *Adprobatus, Iustus.* II. **Op.** Proba, — Reproba (pecunia.) fr. 40. de R. C. 12. 1. fr. 24. §. 1. de pign. act. 13. 7. III. **Cn.** Debiti ponderis (sc. solidi,) et speciei probae. c. 1. de vet. num. pot. 11. 10. Quod eorum XX iurati probaverint, probum esto. Fr. legis parieti fac. p. 73. Spangbg. — **§. 2.** *Integer, Sanctus.* III. **Cn.** Quae ad nudam laudem servi pertinent, — frugi, probum etc. fr. 19. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Filio potius curationem permittendam, — si tam probus sit. fr. 1. §. 1. de curat. fur. 27. 10.

Procacia. *Temeritas.* III. **Cn.** Si traditio rei venditae — procacia venditoris non fiat. c. 4. de A. E. V. 4. 49.

Procacitas. Idem. III. **Cn.** Officialium insolentiae, et iudicum procacitati — occurras. c. 4. de defens. civit. 1. 55. Viduitatem stupri procacitate commaculare. Th. C. III. 16. c. 2. de repud.

Procax. (Adiect.) *Inverecundus, Temerarius.* III. **Cn.** Vesania, Licentia, procax. Ib. XI. 36. c. 14. Quor. adp. n. rec. XV. 6. c. 2. de maiuma. Si quis adeo procax fuerit, ut etc. c. 6. §. 1. de postul. 2. 6.

Procedere. **§. 1.** *Prodire, Progredi.* I. **Sy.** A procedente iudice postulare. Interpellatio planaria. c. 4. de dilation. 3. 11. III. **Cn.** Moderatam hanc aetatem ratus est ad procedendum in publicum. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. Damnare, ne domo sua procedat. fr. 9. de interd. et releg. 48. 22. Si barbaro habitu processeris. Paul. III. 4. B. §. 2. In circum procedat (sc. Cos.) et faciat mappam. Iul. ep. nov. c. 98. §. 359. Vel ille Cos. processerit, vel Praetor fuerit factus. c. 7. de inst. et subst. 6. 25. cf. c. 2. c. 4. de Coss. 12. 3. Qui inferendae caedis voluntate processerat [al. praecesserat.] c. 4. ad L. Corn. de sicar. 9. 16. — **§. 1. A.** *Excedere, Producere.* I. **Sy.** Evadere, Evagari. Coll. LL. M. XII. 2. 7. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Producere. fr. 12. sqq. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Ad similia procedere. fr. 12. l. 1. 3. Et huc usque erit procedendum, ut etc. fr. 6. de usu et habit. 7. 8. fr. 38. de procur. 3. 3. Fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. — **§. 1. B.** *Succedere.* III. **Cn.** Hi — in parentum locum procedant. Th. C. VII. 22. c. 3. de fil. militar. — **§. 2.** *Accedere, Adire.* III. **Cn.** Et mulieres admittuntur, sed hae solae, quae pietate necessitudinis ductae ad hoc procedunt. fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10. cf. fr. 1. §. 3. ad S.C. Turp. 48. 16. Si comminatus tantum accusationem fuerit, vel usque ad denunciationem — processerit [al. praecesserit.] fr. 7. de inoff. testam. 5. 2. Ante debet rem diligenter explorare, et tunc ad agendum procedere. fr. 42. de R. I. 50. 17. — **§. 3.** *Oriri, Descendere.* I. **Sy.** Proficere, Proficisci (ab aliquo.) fr. 2. §§. 36. 40. 44. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Vnde omnis solet querela procedere. Th. C. XI. 2. c. 4. tribut. in ips. spec. Si id ex levitate processerit, — si ab iniuria etc. Ib. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. — **§. 3. A.** *Comparere, Adparere.* III. **Cn.** Nuper huiusmodi processerat sanctio Principalis. Ib. VI. 4. c. 29. de Praet. et Qu. XIII. 5. c. 25. de navicul. Si huius rei suspicio processerit. Ib. III. 7. c. 1. §. 2. de nupt. — **§. 3. B.** *Celebrari, Peragi.* II. **Op.** Donec ea procedunt. — Postquam fuerint intimata gesta. c. 12. §. 4. de R. C. 4. 1. III. **Cn.** Alia monumenta pub. apud eos recte procedant. Iul. ep. nov. c. 30. §. 105. Non vestrae pecuniae — processisse solutionem. c. 18. de solut. 8. 43. Aditiones, quae circa — hereditates procedebant. c. 1. §. 1. de caduc. toll. 6. 51. Quae (sc. testamenti scriptura) in nomen nostrum forte processerit. Th. C. IV. 4. c. 2. §. 1. de testam. et codic. — **§. 4.** *Esse incipere, Cedere.* I. **Sy.** Verti in (rem alicuius.) c. 7. pr. §. 1. Qu. c. eo qu. in al. pot. 4. 26. III. **Cn.** Quoties equorum — procedit indictio. Th. C. VI. 26. c. 15. de prox. com. disp. Ne, quod ei — accesserit, hoc in alium perveniens, luctuosum ei procedat. §. 1. I. per qu. pers. 2. 9. In dotem — easdem res procedere. c. 1. §. 1. de raptu virgg. 9. 13. c. 22. §. 5. de iure delib. 6. 30. — **§. 4. A.** *Proficere, Valere, Locum habere.* I. **Sy.** Proficere. fr. 13. §§. 5. 12. de A. v. A. P. 41. 2. Competere. Cf. h. v. §. 2. Locum habere. fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Etiam possessio (sc. adquiritur per eos,) — unde etiam per eos usucapio procedit. Gai. II. 89. Quod tantum in eius persona procedit, qui etc. Ib. II. 217. Emtori tempus venditoris ad usucapionem procedit. fr. 2. §. 20. pro emt. 41. 4. Per eum modum, qui procedere potest, (procuratorem dare.) fr. 43. pr. de procur. 3. 3. Igitur non procedit quaerere, an etc. fr. 12. §. 6. ad exhib. 10. 4. cf. fr. 10. pr. de cond. furt. 13. 1. Gai. III. 193.

Procella. **§. 1.** *Vis venti.* III. **Cn.** Si quando causatio est de impetu procellarum. Th. C. XIII. 9. c. 2. de naufrag. — **§. 2.** *Impetus fortunae.* III. **Cn.** Si adversorum ingruentium procellis occurrat saepius nostra serenitas. Nov. Anthem. de mulier. qu. se serv. VI. 1. c. 1. pr.

Proceres. **§. 1.** *Nobiles, Honorati.* III. **Cn.** Praetores designentur, — ita ut adsint X e procerum numero, qui ordinarii Coss. fuerint, quique praefecturae gesserint dignitatem etc. Th. C. VI. 4. c. 12. de Praet. et Qu. Praefectus Pr. et Cos. ord. — Vicarius urbis alternae, proceres, amplissimusque ordo Senatus, dum convenissent. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 3.) Vel ex aula nostra dati, vel a nostris proceribus delegati (iudices.) c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1. c. 37. c. 39. §. 1. de adp. et consult. 7. 62. cf. c. 2. c. 8. de LL. 1. 14. — **§. 2.** *Praepositi.* I. **Sy.** Primates (Iudaeorum.) Th. C. XVI. 8. c. 8. c. 10. de Iud. III. **Cn.** Administrans, eiusque officii proceres. Ib. VII. 8. c. 10. de metat.

Proceritas. *Longitudo.* III. **Cn.** Quodsi quosdam — habitudo corporis, aut mediocritas proceritatis, ab armatae militiae conditione submoverit. Ib. VII. 1. c. 5. de R. M.

Processio. *Pompa* (Consulum.) III. **Cn.** Processiones ipsius (sc. Consulis) esse volumus VII, omnes

in circo etc. Iul. ep. nov. c. 98. §. 359. cf. c. 4. de Coss. 12. 3.

Processus. **§. 1.** Idem. I. **Sy.** Processio. fr. 41. de donat. int. V. 24. 1. c. 4. de Coss. 12. 3. — **§. 2.** *Successio, Progressus.* III. **Cn.** Origo et processus (iuris.) fr. 2. pr. §. 13. de O. I. 1. 2. Quae (sc. vina) natura sua processum temporis ferre non possunt. Th. C. XI. 2. c. 3. tribut. in ips. spec. — **§. 3.** *Promotio, Evectio.* III. **Cn.** Vt honoris eis auctiores proferamus processus. Ib. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. Hoc labore perfuncto sequentibus ad processum copia tribuatur. Nov. Val. III. de lampadar. II. 30. c. 1. §. 1.

Procinctus. (Partic.) **§. 1.** *Ad pugnam paratus.* III. **Cn.** Cuius auspicio, classe procincta, opima spolia capiuntur. LL. Numae Pomp. no. 4. — **§. 2.** *Militaris, Expeditionalis.* III. **Cn.** Testamentum procinctum. §. 1. I. de testam. ordin. 2. 10. Theophili paraphr. eod. l. II. 10. §. 1. (Cf. v. Procinctus, in sq.)

Procinctus. (Subst.) *Adparatus ad pugnam.* I. **Sy.** Expeditus et armatus exercitus. Gai. II. 101. sq. III. **Cn.** Testamentum in procinctu. Vlp. XX. 2. Gai. l. l. Qui in procinctu versantur. fr. 1. pr. de B. P. ex testam. mil. 37. 13. cf. Th. C. VII. 8. c. 13. de metat. Quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse constiterit. Ib. VI. 24. c. 2. de domest. et protect.

Proclamare. **§. 1.** *Clamare, Vociferari.* (Cf. v. Praeclamare.) I. **Sy.** Denunciare. fr. 31. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Si putator ex arbore, cum ramum deiiceret, non proclamaverit. Paul. V. 23. §. 12. fr. 31. l. 9. 2. — **§. 2.** *Provocare, Expetere.* I. **Sy.** Adserere se in, Vindicare sibi, Procl. in (libertatem.) fr. 59. §§. 1. sq. de man. testam. 40. 4. fr. 11. §. 9. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Si ipsi, qui hanc iniuriam passi sunt, proclamaverint, audire eos Praeses Pr. debet. fr. 4. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Si ex possessione servitutis in libertatem proclamaverit [al. reclamaverit,] et liberale iudicium imploraverit. fr. 3. §. 10. de A. v. A. P. 41. 2. Si quis ex servitute in libertatem proclamat. — Si vero ex libertate in servitutem petatur. fr. 7. §. 5. cf. pr. de liberali. c. 40. 12. fr. 4. si ingen. esse dic. 40. 14. — **§. 3.** *Testari, Protestari.* III. **Cn.** Qui potuit praesens id ipsum proclamare, nec desiderare decretum Praetoris. fr. 58. §. 1. mand. 17. 1.

Proclamatio. *Provocatio.* III. **Cn.** Non denegatur vendito in libertatem proclamatio adversus eum, qui eum comparavit. fr. 7. §. 2. cf. fr. 25. §. 1. fr. 34. de liberali. c. 40. 12.

Proclive. (Advb.) *Facile.* III. **Cn.** Cuius adlegationes humanae proclivius pium Principem commoverunt. Th. C. I. 12. c. 5. (Wck.) de off. Proc. et Leg.

Proclivis. (Adiect.) *Promtus, Facilis.* III. **Cn.** Quodsi in obscuro sit, proclivior esse debet iudex ad etc. fr. 32. §. 4. de don. int. V. 24. 1. In quod proclivior sum, et ideo etc. fr. 16. de cond. c. dat. 12. 4. fr. 11. §. 15. de legat. III. (32.) Sed proclivior est sententia testatoris, sic esse interpretanda etc. fr. 13. §. 6. de reb. dub. 34. 5. Quamquam — et intelligere et discernere sit proclive. Th. C. VIII. 5. c. 14. §. 1. de cursu pub.

Proconensis. (Adiect.) *Ad Proconesum pertinens, Propontidis insulam.* III. **Cn.** Phocensibus, vel Proconensibus, metallis dari. Coll. LL. M. XV. 3. Praeter trium metallorum debitoribus, Docimeni, Proconensis, et Troadensis. Th. C. XI. 28. c. 9. c. 11. de indulg. debit.

Proconsul, s. **Proconsule.** *Magistratus, qui provinciae praeest, consulari potestate.* III. **Cn.** Magistratus, vel is qui in potestate aliqua sit, utputa Procos., vel Praetor, vel alii qui provincias regunt. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 1. de off. Prf. Aug. 1. 17. Cos., Praefectus Pr., Praetor., Procos., caeterique magistratus qui imperium habent. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Praesides et Correctores, item Consulares, Vicarii quoque, Procoss. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. cf. Th. C. XI. 30. c. 30. de adp. et poen. Et hoc ad Procoss., Legatosque eorum, et ad eos qui provinciis praesunt, — pertinet. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 1. fr. 8. sq. de off. Praes. 1. 18. Vlp. I. 7. Antequam fines provinciae decretae sibi Procos. ingressus sit. fr. 4. §. 3. cf. §. 6. fr. 10. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Legatos non oportet Principem consulere, sed Procos. suum. fr. 6. §. 2. ib. 1. 16. Apud Praetorem, vel in provinciis apud Procos., Legatumve, (adoptari solent.) Gai. I. 101. sq. Vlp. I. 7. Certis ex causis Praetor, aut Procos., auctoritatem suam finiendis controversiis interponit [al. praeponit.] Ib. IV. 139. Possideri, et — venire se iussurum Procos. ait. fr. 1. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Eatenus pollicetur actionem Proc., quatenus etc. fr. 19. Qu. met. c. 4. 2. Omnibus modis Procos. id agit, — et — in eam quoque rem prospexit. fr. 1. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7.

Proconsularis. (Adiect.) *Ad Proconsulem, v. Proconsulatum, spectans.* III. **Cn.** Procos. — proconsularia insignia habet. fr. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. Praefecturae dignitas, proconsularis etiam honor. Th. C. VI. 4. c. 12. de Praet. et Qu. VI. 9. c. 1. de Quaest. Mag. off. Officium procos. Ib. VIII. 5. c. 34. §. 3. de cursu pub. Proconsulare ius dicere. c. 25. de procur. 2. 13. Provincia Procos. Th. C. c. 34. pr. l. l. cf. VII. 13. c. 22. de tiron.

Proconsulatus. *Munus Proconsulis.* III. **Cn.** Proconsulatum provinciae obtinere. fr. 1. pr. de tutor. et cur. dat. 26. 5. In Proconsulatum proficisci. fr. 12. §. 40. de instr. leg. 33. 7. Proconsulatus insignibus adornari. Th. C. VI. 14. c. 1. de comit. rei mil. VI. 22. c. 4. de honor. codic.

Procrastinare. *Differre.* III. **Cn.** Non procrastinata auctoritate sententiae, — offerre. Ib. VII. 18. c. 8. pr. de desertor.

Procrastinatio. *Dilatio.* III. **Cn.** Interea procrastinatione propter necis vindictam habita. c. 11. de h. qu. ut indign. 6. 35. Sine ulla procrastinatione

(prospicere, v. dirimere etc.) c. 4. de off. mag. mil. 1. 29. c. 4. de incest. nupt. 5. 5.

Procreare. *Progenerare, Parĕre.* I. **Sy.** Concipere atque edere (liberos.) fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. Parĕre. Cf. h. v. §. 1. Creationi liberorum studere. De liberis procreandis cogitare. fr. 15. §. 2. fr. 17. §. 2. de adopt. 1. 7. III. **Cn.** Neque nati, neque procreati videntur, (qui mortui nascuntur.) fr. 129. de V. S. 50. 16. Si post emancipationem procreaverit, ita nato dabitur avi B. P. fr. 5. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. Si uxores duxerint, — et filium procreaveriut. Gai. I. 29. cf. 55. 66. sq. III. 72. Cum ex libera muliere sit procreatus. fr. 9. pr. de decurion. 50. 2. cf. Gai. I. 66. 77. III. 71.

Procreatio. *Actus generandi.* III. **Cn.** Liberorum procreatio, educatio. fr. 1. §. 3. de I. et I. 1. 1. Liberi, qui ex nefariis procreationibus procreati sunt. Iul. ep. nov. c. 82. §. 323.

Procul. (Advb.) *Longe, Porro.* III. **Cn.** Procul abiici, ac longius amandari. Th. C. XVI. 7. c. 4. pr. de apostat. Proc. submovere, v. segregare. Ib. IX. 40. c. 18. de poen. XVI. 2. c. 3. de episc. eccl. Proc. a cunctorum obtutibus. Ib. VII. 1. c. 13. de R. M. Proc. usque a liberalibus causis sese contineant. Ib. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic. Crudele, et a pietate procul (visum est.) Iul. ep. nov. c. 45. §. 179. Dubio procul. Cf. v. Dubius. Procul dubio nemo compelletur etc. fr. 18. de iurisd. 2. 1.

Proculeiani, s. **Proculiani.** *Adseclae Proculi I. Cti.* II. **Op.** Cassiani. — Proculeiani. Vlp. XI. 28. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Sabiniani. — Proculiani. §. 25. I. de R. D. 2. 1. Vatic. §. 266.

Proculus. *I. Ctus celeberrimus,* (qui temporibus Tiberii vixit, et inter principes scholae Labeonis connumeratur.) II. **Op.** Sabinus et Cassius, caeterique nostri praeceptores. — Nerva et Proculus, caeterique illius scholae auctores. Gai. II. 195. 231. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. fr. 26. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 138. pr. de V. O. 45. 1. Itaque et veteres putant, et Sabinus et Cassius scribunt. — Labeo quidem putabat. Proculus et Celsus etc. Vatic. §. 1. III. **Cn.** Labeoni (sc. successit) Nerva. — Nervae successit Proculus. fr. 2. §. 47. l. 1. 2. Proculus et Pegasus aiunt. fr. 18. sq. de N. G. 3. 5. Sabinus, et Cassius, et Labeo, et Proculus hoc amplius etc. fr. 12. §. 1. de usu et habit. 7. 8. Gai. II. 195. Labeo negavit. — Ofilius (putat,) — cuius opinionem Proc. secutus est. Id. III. 140. cf. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Et Proculum, sane non levem iuris auctorem, — cuius sententiam nos quoque secuti sumus, cum rescriberemus. fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14.

Procumbere. *Incumbere, Inclinari.* III. **Cn.** Paries, — qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem, aut amplius, procumberet. fr. 17. pr. si servit. 8. 5.

Procurare. **§. 1.** *Curare, Prospicere.* III. **Cn.** Si quis servum suum aegritudine periclitantem sua domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alii eum commendans. c. 1. §. 3. de Lat. libert. 7. 6. Si per suffectam personam — originis nexum procurare noluerint. Th. C. XII. 1. c. 181. §. 1. de decurion. Ingenti procurabitur cautione, ne etc. Ib. VIII. 5. c. 19. de cursu pub. — **§. 2.** *Procuratoris munere fungi,* (aut reipub. nomine, aut rerum privati alicuius tuendarum gratia.) I. **Sy.** Is, qui procurat. Procurator. fr. 10. pr. §§. 1. sq. 9. mand. 17. 1. III. **Cn.** Cum in Cilicia procuraret. fr. 86. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Vectigalia — vicariae praefecturae adparitio procuret. Th. C. I. 15. c. 10. (Wck.) de off. Vicar. Qui operibus publicis procurat. fr. 2. §. 17. ne qu. in loco pub. 43. 8. Qui nostra procurasse monstrantur. c. 1. de excus. mun. 10. 47. Qui negotia L. Titii procurabat. fr. 34. pr. mand. 17. 1. Libertinus, qui Senatori patrono procurat. fr. 44. §. 3. de excusat. 27. 1. Paul. II. 26. §. 11.

Procuratio. **§. 1.** *Curatio, s. Gubernatio, rerum publicarum commissa.* I. **Sy.** Cura. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Curare (sc. sternendas vias publicas,) eiusque rei procurationem habere. Tab. Heracl. lin. 26. sq. 70. aer. Br. Beneficio Principis urbicam procurationem erat adeptus. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4. Procurator Caesaris, non solum cui rerum provinciae cuiusque procuratio mandata erit, sed et is, cui rerum, quamvis non omnium. fr. 35. §. 2. ex qu. c. mai. 4. 6. Cui locorum publicorum procuratio data est. fr. 3. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Nullus decurionum ad procurationes, vel curas civitatum, accedat. Th. C. XII. 1. c. 20. de decurion. Procuratio cursus clabularii. Ib. VIII. 5. c. 23. pr. c. 36. de cursu pub. — **§. 2.** *Privatarum rerum cura mandata, vel defensio.* I. **Sy.** Qui curat negotia. Cui rerum procuratio mandata est. Vatic. §§. 131. sqq. Procuratorem constituere, Procurationem mandare. Gai. IV. 84. Paul. I. 3. §. 1. III. **Cn.** Advocationem praebere, procurationemve suscipere. fr. 32. pr. de inoff. testam. 5. 2. Procurator, qui sibi adserit procurationem. fr. 25. de procur. 3. 3. Mandari potest procuratio praesenti, et nudis verbis.. Paul. I. 1. Procurator, cui omnium rerum procuratio concessa est. fr. 4. §. 18. de d. m. exc. 44. 4. — **§. 3.** *Mandatum (curae gerendae.)* III. **Cn.** Procurator — id solum exsequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. Th. C. II. 12. c. 4. de cognitor.

Procurator. **§. 1.** *Qui curatoris vice agit, (licet curator iuste constitutus non sit.)* III. **Cn.** Qui, cum tutor curatorve non esset, si pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, — pro tutore curatoreve tenebitur. Paul. I. 4. §. 8. fr. 8. pr. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. Rubr. Tit. D. de eo qu. pro tut. 27. 5. — **§. 1. A.** *Verus curator.* III. **Cn.** Postulantibus creditoribus constituet Praetor, — interim, quae urgebunt, per procuratores [al. curatores] distrahi iussurum. fr. 23. §§. 2. sq. de hered. inst. 28. 5. — **§. 2.** *Qui curam et administrationem rerum alterius sibi creditam sustinet.* I. **Sy.** Qui curat negotia, Cui rerum procuratio mandata est, Procurator (Senatoris.) Vatic. §§. 131. sqq. cf. fr. 1. pr. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Si procurator meus, vel tutor, vel curator, vel quis alius negotium meum gerens, emerit. fr. 7. §. 10. de Pub. in R. A. 6. 2. cf. fr. 109. de V. S. 50. 16. Si quid — deterius emtoris opera, familiae, procuratorisve eius factum erit.

fr. 1. §. 1. fr. 25. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Procurator possessionis, sive actor, vel etiam colonus. Th. C. VII. 18. c. 8. §. 1. de desertor. cf. II. 31. c. 1. Qu. iussu. IX. 30. c. 2. Quib. equor. us. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur. Paul. I. 3. §. 2. fr. 1. §. 1. de procur. 3. 3. Proc., cui omnium rerum procuratio concessa est. fr. 4. §. 18. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 58. fr. 63. de procur. 3. 3. Cum procurator res, rationesve nostras administravit. fr. 9. pr. de edend. 2. 13. fr. 2. §. 9. pro emt. 41. 4. — **§. 2. A.** *Qui rebus alienis tuendis sine mandato se obtulit.* III. ***Cn.*** Voluntarius procurator, qui se negotiis alienis offert. Paul. in Coll. vet. I. Cti. c. 3. cf. fr. 7. pr. de calumn. 3. 6. — **§. 3.** *Qui defensor alienae litis constitutus est, (interveniente mandato, citra verborum solemnitatem.)* II. ***Op.*** Cognitor. Cf. h. v. §. 2. Defensor. Cf. h. v. §. 3. Dominus (litis.) Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Nec iudices esse possunt (sc. feminae,) nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores exsistere. fr. 2. pr. de R. I. 50. 17. Si — neque is, cuius in potestate est, praesens erit, neque procurator quisquam exsistat, qui eo nomine agat. fr. 17. §§. 10. 16. de iniur. 47. 10. Ex die accepti iudicii — tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumque personae, itemque sponsores (eadem stipulatione comprehenduntur.) Paul. V. 9. §. 2. Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, — procurator, vel defensor, vel tutor, vel curator, vel heres. fr. 6. §. 2. de h. qu. not. inf. 3. 2. Ex persona mea quasi cognitor, aut procurator meus, experiri. Gai. II. 39. IV. 55. 98. sq. 101. Procurator nullis certis verbis in litem constituitur. Id. IV. 84. cf. Paul. I. 3. §. 1. Vatic. §. 317. Velut praesentis procuratorem intervenire. fr. 65. de proc. 3. 3. Non solum in administratione rerum, sed etiam in actionibus, — proc. alicuius esse. fr. 33. §. 1. cf. pr. l. l. 3. 3. Paul. I. 3. §. 2. fr. 8. pr. ib. 3. 3. fr. 1. §. 8. Quar. rer. act. 44. 5. Datus ad petendum proc. fr. 9. §. 6. de iureiur. 12. 2. Per procuratorem posse argui (ingratum libertum.) fr. 4. de obsequ. par. 37. 15. Procuratoris habendi gratia (manumittere servum.) Gai. I. 19. 39. fr. 13. de manum. vind. 40. 2. — **§. 3. A.** *Qui, mandatis ab alio actionibus, proprii commodi gratia experitur.* I. ***Sy.*** In rem suam procuratorio nomine agere. In rem s. procurator intervenire. fr. 33. §. 5. fr. 34. de procur. 3. 3. III. ***Cn.*** Dominum potius, quam eum qui in rem suam procurator est, (convenire.) fr. 29. fr. 55. de procur. 3. 3. Non in rem suam datus, nec ad eam rem procurator factus. fr. 28. ib. 3. 3. cf. fr. 13. pr. §. 1. de pact. 2. 14. Non in alienam, sed in suam rem proc. factus. fr. 4. pr. de re iud. 42. 1. fr. 8. §. 2. de procur. 3. 3. cf. fr. 66. §. 2. de eviction. 21. 2. Puto sufficere si mihi hac actione cedas, ut procuratorem me in rem meam facias. fr. 8. §. 10. mand. 17. 1. cf. fr. 24. pr. de minor. 4. 4. — **§. 4.** *Qui, Principis nomine, rerum fiscalium privatarumve tutelae praefectus est.* I. ***Sy.*** Curator (Caesaris, s. Principis, s. Imperatoris.) fr. 9. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 1. fr. 3. pr. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 50. de iure fisci. 49. 14. III. ***Cn.*** Et hoc ad Procons., Legatosque eorum, et ad eos qui provinciis praesunt, Procuratoresve Principum, qui in provinciis tenentur, pertinet. fr. 32. ex qu. c. mai. 4. 6. Procurator Caesaris, non solum cui rerum cuiusque provinciae procuratio mandata erit, sed et is, cui rerum, quamvis non omnium. fr. 35. §. 2. ib. 4. 6. cf. Coll. LL. M. XIV 3. Si fiscalis pecuniaria causa sit, quae ad Procuratorem Principis respicit. fr. 9. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 8. §. 19. de transact. 2. 15. Paul. V. 12. §. 6. Vtrumne officium summae rei Procuratoris, an certe Rectoris Pr., id, quod debitum fuerit, proposuerit. c. 3. si pr. pub. pensit. 4. 46. Praedia Caesaris, quae in formam patrimonii redacta, sub procuratore patrimonii sunt. fr. 39. §. 10. de legat. I. (30.) Actor rerum privatarum nostrarum, sive procurator. Th. C. X. 4. c. 1. de actor. proc. Procuratores possessionum nostrarum. Ib. XVI. 10. c. 13. pr. de pagan. Cf. X. 25. c. 1. de priv. dom. Aug. Thesaurorum praepositi, vel baphiorum, ac textrinorum procuratores. c. 14. de murileg. 11. 7. Th. C. IX. 27. c. 7. ad L. Iul. repet. Procuratores hereditatum. fr. 32. de iure fisci. 49. 14. c. 1. de usur. rei iud. 7. 54. Proc. exactioni praepositus (horreorum Caesaris.) fr. 21. §. 1. Qu. potior. 20. 4. — **§. 4. A.** *Qui aliis rebus publicis procurandis praeest.* I. ***Sy.*** Curator (civitatis.) Th. C. VII. 4. c. 1. c. 32. de erog. mil. ann. VIII. 12. c. 3. c. 8. §. 1. de donat. III. ***Cn.*** Procuratores, seu susceptores, vel praepositi pagorum et horreorum. Ib. VII. 4. c. 1. l. Actores, vel procuratores loci, (in quo flagitium admissum est.) Ib. XII. 1. c. 6. de decurion. Procuratores curiarum. Ib. VII. 4. c. 32. l.

Procuratorius. (Adiect.) *Ad litis procuratorem spectans.* I. ***Sy.*** Procuratoris, Procuratoria (exceptio.) fr. 23. rat. rem hab. 46. 8. II. ***Op.*** Cognitorius. Cf. h. v. Suo, — Procuratorio (nomine, sc. agere etc.) fr. 3. fam. ercisc. 10. 2. fr. 10. §. 12. mand. 17. 1. III. ***Cn.*** Procuratorio nomine nunciare, aut vindicare. fr. 1. §. 20. fr. 5. §. 18. de O. N. N. 39. 1. Si quis in rem suam procuratorio nomine agit, velut emtor hereditatis. fr. 34. de procur. 3. 3. Si procuratoria quis exceptione utatur, eo quod non licuisset adversario dare, vel fieri procuratorem. fr. 19. §. 2. de probat. 22. 3. cf. fr. 48. fr. 62. de procur. 3. 3.

Prodere. **§. 1.** *Promere, Proferre.* III. ***Cn.*** Qui falso, vel varie, testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt. fr. 16. de testib. 22. 5. Paul. V. 15. §. 5. Instrumenta penes se deposita quicunque alteri — reddiderit, vel adversario prodiderit. Id. V. 25. §. 9. cf. §. 8. fr. 8. de extr. crim. 47. 11. fr. 1. §. 6. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 2.** *Enunciare, Indicare, Divulgare.* I. ***Sy.*** Patefacere. Cf. h. v. §. 2. Indicare. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Dictatorem prodere. fr. 2. §. 18. de O. I. 1. 2. Nunciatores, qui per notoria indicia produnt. fr. 6. §. 3. ad S. C. Turp. 48. 16. cf. Paul. V. 13. §. 2. fr. 39. ad L. Falc. 35. 2. Refutati indicio, proditi crimine etc. Th. C. XVI. 5. c. 9. §. 1. de haeret. Quaeri, ac prodi (codices eorum.) Ib. c. 34. §. 1. l. l. Si dederit fur, ne proderetur. fr. 4. §. 1. de cond. ob turp. c. 12. 5. cf. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. (Cf. v. Proditio.) — **§. 3.** *Fallere fidem, De-*

Destituere. I. **Sy.** Deserere (causam.) Cf. h. v. §. 1. Polluere (fidem.) Th. C. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. III. **Cn.** Patria oppugnata, vel prodita. Ib. IX. 37. c. 2. de abolition. Cuius d. m. exercitus P. R. in insidias deductus, hostibusve proditus erit. fr. 4. pr. fr. 10. ad L. Iul. mai. 48. 4. Non est facile tironi custodia credenda, nam ea prodita etc. fr. 14. pr. de cust. reor. 48. 3. Si legem prodidisse dicatur ob hoc, quod adgressus accusationem — destitit. fr. 2. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Causam agere, et prodere. fr. 15. pr. de iure fisci. 49. 14. Qui — captum se dicat, — vel ab advocatis proditum queratur. fr. 18. §. 1. de minor. 4. 4.

Prodesse. *Iuvare, Proficere.* I. **Sy.** Adiuvare. fr. 4. pr. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. Patrocinari. Cf. h. v. Proficere. fr. 7. §. 18. fr. 21. §. 5. fr. 22. sq. de pact. 2. 14. Competere, Valere. fr. 7. §§. 13. sqq. fr. 27. §. 1. fr. 32. ib. 2. 14. II. **Op.** Obesse, Nocere. Cf. v. Obesse. III. **Cn.** Philosophi, oratores, grammatici, qui publice iuvenibus prosunt, excusantur. fr. 6. §. 5. de excusatt. 27. 1. Si portentosum — mulier ediderit; — magis est ut haec quoque parentibus prosint. fr. 135. de V. S. 50. 16. Cuius effectus omnibus prodest, eius et partes ad omnes pertinent. fr. 148. de R. I. 50. 17. His, qui in potestate nostra sunt, paciscendo prodesse non possumus. fr. 21. §. 2. de pact. 2. 14. Et patris suffragium filio proderit, et filii patri. fr. 5. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. In „Vtrubi" interdicto non solum sua cuique possessio prodest, sed etiam alterius. Gai. IV. 151. §. 12. I. de usucap. 2. 6. Proderit exceptio d. m. fideiussori, — quae prodesse reo debuerat. fr. 49. pr. fr. 67. de fideiuss. 46. 1. Prodesse ad (actionem, v. excusationem.) fr. 45. de pact. 2. 14. fr. 18. de excusatt. 27. 1. Nec proderit, si etc. Gai. II. 140. sq.

Prodige. (Advb.) *Effuse, Luxuriose.* III. **Cn.** Quae prodige nefarieque proiecerint. Th. C. II. 29. c. 1. si cert. pet. de suffr.

Prodigere. *Ita absumere, ut nihil lucri penes nos resideat.* III. **Cn.** Ne quis Praesidum munus, donum, caperet, nisi esculentum poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. Accepit (sc. mutuam pecuniam,) et prodegit. fr. 1. §. 17. cf. §. 16. si qu. in fr. patr. 38. 5.

Prodigialis. (Adiect.) *Insolitus.* III. **Cn.** Quos Encratitas prodigiali adpellatione cognominant. Th. C. XVI. 5. c. 9. §. 1. de haeret.

Prodigiosus. (Adiect.) *Naturae contrarius.* III. **Cn.** Monstrosum aliquid, aut prodigiosum (eniti.) fr. 14. de statu hom. 1. 5. cf. fr. 38. de V. S. 50. 16.

Prodigium. *Res exsecranda, quae naturae adversatur.* III. **Cn.** Nefanda monstruosis nominibus auctorum prodigia sectarum. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 1. de haeret. Coll. LL. M. XV. 3. Quod divinum praemium consulatus lutulentum prodigium contagione foedavit. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen.

Prodigus. (Adiect.) **§. 1.** *Profusus, Luxuriosus.* III. **Cn.** Male nostro iure uti non debemus; qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio. Gai. I. 53. Vlp. XII. 2. sq. fr. 1. pr. de cur. furios. 27. 10. Prodigus (sc. testamentum facere non potest,) quoniam commercio illi interdictum est, et ob id familiam mancipare non potest. Vlp. XX. 13. Prodigus, caeterique qui curatorum ope iuvantur. fr. 7. §. 12. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Prodigus — ad bonos mores reversus. Paul. III. 4. A. §. 12. — **§. 2.** *Contemtor.* III. **Cn.** Velut famae suae prodigos, et calumniarum redemtores, notari oportebit. Th. C. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. cf. IX. 25. c. 3. de raptu v. matr. sanctim. — **§. 3.** *Prodiga, i. e. Prodigenda, Eroganda.* III. **Cn.** Quaecunque pro reliquis prodigorum — licitanda sunt. Ib. X. 17. c. 1. de fide et iure hast.

Prodire. *Exire, Progredi, in publicum.* III. **Cn.** Cum aut lavandi, — aut ludorum gratia, prodierit Praetor. fr. 7. de manum. vind. 40. 2. Qui artis ludicrae, pronunciandive causa, in scaenam prodierit. fr. 1. fr. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2.

Proditio. **§. 1.** *Indicium, Delatio.* I. **Sy.** Delatio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Impunitas eis per huiusmodi proditiones concedenda. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. Periculosam sibi futuram esse victoriam iteratae proditionis, (recognoscant delatores.) Th. C. X. 10. c. 28. de petit. et ultro dat. — **§. 2.** *Perfidia.* III. **Cn.** Vt nulla ab eis astutia, vel proditio fiat. Iul. ep. nov. c. 76. §. 289. Qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2.

Proditor. **§. 1.** *Delator.* I. **Sy.** Qui prodiderit ac probaverit. Th. C. XIV. 18. c. 1. de mendic. non inval. III. **Cn.** Non facile eis indicantibus proditores suos creditur. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. — **§. 2.** *Qui fidem fallit patriae debitam.* III. **Cn.** Qui malo consilio, et proditoris animo, patriam reliquit. fr. 19. §. 4. de captiv. 49. 15. fr. 6. §. 4. fr. 7. de R. M. 49. 16. Vt proditores libertatis, in servitutem redigebantur. fr. 4. §. 10. ib. 49. 16.

Proditus. (Partic.) **§. 1.** *In commune propositus.* I. **Sy.** Introductus. Gai. IV. 11. 118. III. **Cn.** Actiones, quae legibus proditae sunt. fr. 11. de praescr. vv. 19. 5. cf. Gai. l. l. Nulla legis actio prodita est de futuro. Vatic. §. 49. Cessantibus iudiciis proditis, et vulgaribus actionibus, — facile descendamus ad eas, quae in factum adpellantur. fr. 1. pr. fr. 3. de praescr. vv. 19. 5. Proditus veteribus legibus ordo. Th. C. XVI. 5. c. 49. de haeret. Caetera probationum indicia, iure prodita. c. 15. de iure dot. 5. 12. — **§. 2.** *Relatus, Traditus.* III. **Cn.** Videndum est, — an possit? — Et proditum est etc. fr. 12. usufr. quemad. cav. 7. 9. — **§. 3.** *Editus, Prognatus.* III. **Cn.** Maioribus curialibus orti ac proditi. Th. C. VI. 26. c. 1. de prox. comit. disp. Qui ex eadem domo et gente proditi sunt. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16.

Producere. **§. 1.** *Educere, Deducere (in publicum.)* I. **Sy.** Adducere. Cf. h. v. §. 1. Proferre. Iul. ep. nov. c. 44. §. 177. III. **Cn.** Producere, proferreque (tabulas.) Fr. L. Servil. c. 12. In publicum producere, et videndi tangendique — facultatem praebere, (est „exhibere.") fr. 3. §. 8. de lib. hom. exhib. 43. 29. Qui producat adversarium suum ad album, et demonstret etc. fr. 1. §. 1. de edendo. 2. 13. In lucem produci (partum.) fr. 1. §. 15. de ventre in poss. 37. 9. In eam rem unum testem — produxerat.

fr. 20. de quaestion. 48. 18. Testes, quos accusator de domo produxerit. fr. 24. cf. fr. 23. de testib. 22. 5. Paul. V. 15. §. 1. — **§. 2.** *Promovere.* III. **Cn.** Iurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci (sc. ius.) fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Impellere, Illicere.* I. **Sy.** Ductus, Productus (pietate.) fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10. III. **Cn.** Istae praefationes et libentius nos ad lectionem — producunt. fr. 1. de O. I. 1. 2. — **§. 4.** *Extendere, Protrahere.* I. **Sy.** Extendere. Cf. h. v. Adhuc admittere. Eo usque produc. fr. 1. §. 5. de exerc. act. 14. 1. III. **Cn.** Agitatur, num haec regula longius producenda sit? fr. 1. §. 16. de A. v. A. P. 41. 2. Duriore interpretatione — producere ad severitatem. fr. 25. cf. fr. 14. de LL. 1. 3. Ad perpetuam praestationem produci (id pactum.) fr. 52. §. 3. de pact. 2. 14.

Productio. **§. 1.** *Deportatio.* III. **Cn.** Tironum, sive equorum, productio. fr. 18. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. — **§. 2.** *Eductio, Deductio.* III. **Cn.** Renunciare testium productioni. Iul. ep. nov. c. 83. §. 325.

Proelium. *Pugna.* I. **Sy.** Bellica opera peragere. Proelii causa venire. fr. 13. pr. de R. M. 49. 16. In procinctu, i. e. cum belli causa ad pugnam ibant. In proelium exituri. Gai. II. 101. III. **Cn.** Dominum in proelio adiuvare, contra latrones tueri etc. fr. 15. §. 1. de manum. vind. 40. 2. Convaluisse, vel de proelio rediisse. fr. 29. de m. c. don. 39. 6. Pro publica defensione proeliis adfuisse. Th. C. XII. 1. c. 38. de decurion.

Profanare. *Religione spoliare. Polluere.* III. **Cn.** Veneranda mysteria prof. (Iudaeis ac paganis.) c. 4. de S. trinit. 1. 1. Qui S. fidem prodiderint, et S. baptisma profanaverint. Th. C. XVI. 7. c. 4. pr. §. 1. de apostat. Nullis voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus profanari (dies festos.) c. 11. pr. de feriis. 3. 12.

Profanator. *Qui sacra profanis miscet.* III. **Cn.** Prof. atque corruptor catholicae disciplinae. Th. C. XVI. 5. c. 9. pr. de haeret.

Profanus. (Adiect.) **§. 1.** *Religione solutus. Humani iuris.* I. **Sy.** Purus (locus.) c. 4. c. 9. de religios. 3. 44. II. **Op.** Sacer. fr. 6. §. 3. fr. 9. §. 3. de R. D. 1. 8. Vatic. §. 5. Religiosus. fr. 40. de relig. 11. 7. — **§. 2.** *Impius, Scelestus.* III. **Cn.** Profana mente omnipotentis dei contaminare mysterium. Th. C. XVI. 5. c. 26. cf. c. 3. c. 24. de haeret. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. Profana cupiditas improborum. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 4.

Profari. *Effari, Eloqui.* III. **Cn.** Si servus inter fanaticos — caput iactaret, et aliqua profatus esset. fr. 1. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1.

Profectio. *Actus proficiscendi.* III. **Cn.** Incidente infirmitate, vel necessaria profectione, vel rei suae familiaris periculo. fr. 18. pr. de iudic. 5. 1. Causas profectionis exponere. Th. C. VII. 1. c. 17. §. 1. de R. M.

Profecticius. (Adiect.) *E patrimonio patris descendens.* I. **Sy.** Quam pater mulieris dedit, A patre profecta, Profecticia (dos.) Vlp. VI. 3. sq. Vatic. §. 108. fr. 5. pr. §. 1. de iure dot. 23. 3. c. 6. eod. 5. 12. c. 4. sol. matrim. 5. 18. II. **Op.** Adventicia. Cf. v. Adventicium. §. 3.

Profecto. (Advb.) *Omnino, Videlicet.* III. **Cn.** Pr. irritis his, — etiam congruam indignationem incurret. Th. C. VIII. 7. c. 21. de div. offic. cf. XIV. 3. c. 12. de pistor. Debuerat pr. res ista — commonere. Ib. VI. 4. c. 15. de Praet. et Qu. Adpellare eum intra triduum debere, — scripsit, pr. quasi pupilli defensorem. fr. 1. §. 14. Qu. adpell. 49. 4. cf. fr. 21. §. 3. de furt. 47. 10.

• **Proferre.** **§. 1.** *Promere, Producere, Exhibere.* I. **Sy.** Producere (testes.) fr. 1. §. 3. fr. 6. pr. de quaestion. 48. 18. Exhibere (rationes.) fr. 1. §. 3. de tutel. et rat. 27. 3. III. **Cn.** Proferre, aut profiteri (ad Cos.) Fr. L. Cincii, I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4. Librum, vel testimonium, aliudve quid conquisisse, vel scripsisse, vel in iudicium protulisse. fr. 6. §. 4. ad S.C. Turp. 48. 16. cf. fr. 6. §. 7. de edend. 2. 13. Si lateant, nec proferantur (codicilli.) Paul. IV. 7. §. 5. Supprimere tabulas videtur, qui, cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat. Paul. IV. 7. §. 4. cf. §. 3. De tabulis proferendis interdictum. fr. 5. de tab. exhib. 43. 2. Actorum potestas postulanda est. — Quodsi ea aliter proferantur, is, qui ita protulerit, causa cadit. fr. 45. §. 7. de iure fisci. 49. 14. cf. Paul. V. 25. §. 6. — **§. 1. A.** *Deferre.* III. **Cn.** Cum in notitiam meam prolatum sit. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Vatic. §. 156. Vt honoris eis auctiores proferamus processus. Th. C. I. 16. c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. — **§. 1. B** *Exserere, Exsequi.* III. **Cn.** Vt — de talibus latrociniis supplicia proferamus. Ib. c. 7. 1. 1. — **§. 2.** *Prodere, Pronunciare.* I. **Sy.** Dicere, Dare, Promere (sententiam.) Cf. v. Dare. §. 4. Pronunciare. fr. 26. fr. 36. de re iud. 42. 1. fr. 240. de V. S. 50. 16. Suggerere. fr. 97. de legat. III. (32.) Ponere. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Haec enunciatio — semper plurativo numero profertur. fr. 148. de V. S. 50. 16. fr. 96. de R. I. 50. 17. Desideria sua prof. fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Iudex secutus iurisiurandi a te prolati religionem. c. 3. de in lit. iur. 5. 53. Non iure profertur sententia, si etc. fr. 19. de adp. et relat. 49. 1. Iudicatum, — quod vobis absentibus — dicitis esse prolatum. c. 3. Quom. et qu. 7. 43. — **§. 3.** *Prorogare, Producere.* I. **Sy.** Prorogare. fr. 25. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 5. de precar. 43. 26. III. **Cn.** Sermo, quo praesentia legata data in diem proferuntur. fr. 12. §. 3. de legat. I. (30.) Non videri conditionem additam, sed tempus solvendae pecuniae prolatum videri. fr. 26. pr. Qu. dies leg. 36. 2. Nisi dies compromissi exitura sit, nec proferri possit. fr. 13. §. 3. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 4.** *Prae se ferre.* III. **Cn.** Quamcunque ille protulerit dignitatem. Th. C. VIII. 5. c. 30. de cursu pub. Cf. VII. 22. c. 7. de fil. militar.

Professio. **§. 1.** *Confessio, Declaratio.* I. **Sy.** Deferre (in censum.) Profiteri. Professionibus edere. fr. 4. §§. 1. sq. 5. sq. 9. de censib. 50. 15. III. **Cn.** Professio, et desiderium tuum (inter se discrepant.) c. 6. de mun. patrim. 10. 41. Ad professionem odii, quo universas delationes exsecramur, (adiungimus.) Th. C. X. 10. c. 12. §. 2. de petit. et ultro dat. Cum

de statu aetatis alicuius quaereretur, et diversae professiones proferuntur. fr. 13. de probat. 22. 3. c. 1. si min. se maior. 2. 43. Professio donationis apud acta factae. Vatic. §. 266. a. Pecuniae solutae professio collata instrumento. c. 14. de solut. 8. 43. Dies, qui praefiniti sunt ad professionem excusationis. c. 6. de excus. tut. 5. 62. Earum rerum nomine, quae per fraudem — ablatae sunt, vel professioni subtractae, (quadruplum fisco dependitur.) Fr. de I. F. §. 18. cf. fr. 16. §. 12. de publican. 39. 4. Qui acceptandis, sive suscipiendis censualibus professionibus destinantur. fr. 18. §. 16. de mun. et hon. 50. 4. fr. 2. de censib. 50. 15. — **§. 1. A.** ***Censualis descriptio, s. forma, quae profitentibus proponitur.*** III. ***Cn.*** Nihil amplius quam certum professionis modum (possidere.) Th. C. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senat. et de gleb. Cum subsidiis facultatum et professionis modo rite definire (editionis necessitatem.) Ib. VI. 4. c. 21. §. 5. de Praet. et Qu. Duorum follium maneat cunctos — professio, etiamsi possessionem forte non habeant. Ib. VI. 2. c. 2. §. 2. l. Septimam tributorum ad supputationem professionis antiquae per universos titulos adgnoscere. Ib. XI. 28. c. 12. de indulg. debit. — **§. 2.** ***Persuasionis, vel fidei, confessio.*** III. ***Cn.*** Eunomiani, — caeterique exsecrabilium religionum et professionum ritus. Ib. XVI. 5. c. 61. de haeret. Qui harum professionum vel pontificium sibi, vel ministerium vindicarunt. Ib. c. 13. Quae crinem suum — instinctu persuasae professionis absciderint. Ib. XVI. 2. c. 27. §. 1. de episc. eccl. — **§. 3.** ***Exercitium artis, vel doctrinae.*** I. ***Sy.*** Studia. Ib. XIV. 9. c. 1. de stud. liber. urb. R. Conversatio. c. 23. §. 1. de nupt. 5. 4. III. ***Cn.*** Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Paul. V. 23. §. 18. Coll. LL. M. XV. 2. Et urbe interdicere Praefectus Vr. — potest, et negotiatione, et professione, et advocationibus, et foro. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. Professionum et militiae merita. Th. C. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. Liberalibus studiis operam dare, maxime circa iuris professionem. c. 1. Qui aet. se excus. 10. 49. cf. Vatic. §. 149. Venatoribus immunitas ob hanc professionem solam nullo iure concessa. c. 6. de excus. mun. 10. 47. Instrumentum professionis (argentarii.) fr. 6. §. 9. de edend. 2. 13.

Professor. *Magister artis, vel doctrinae.* I. ***Sy.*** Magister, Praeceptor (studiorum liberalium.) Th. C. XIII. 3. c. 5. c. 10. sq. c. 16. sqq. de medic. et prof. Professor legum. Antecessor. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Qui in memorato auditorio professorum funguntur officio. Ib. VI. 21. c. 1. de prof. qu. in urbe Const. Picturae professores. Ib. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. Turbae professorum ac ministrorum talium. Ib. XVI. 5. c. 12. de haeret.

Professus. (Subst.) *Professio.* III. ***Cn.*** Si quis professum sacrae religionis sponte dereliquerit. Ib. XVI. 2. c. 39. de episc. eccl.

Proficere. **§. 1.** ***Progressum facere.*** III. ***Cn.*** Fuit autem Quaestorius, nec ultra proficere voluit. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** ***Succedere, Sequi.*** I. ***Sy.*** Proficisci (ab aliquo.) fr. 2. §§. 40. 44. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** ***Utile esse, Procedere.*** I. ***Sy.*** Prodesse. Cf. h. v. Valere. fr. 7. §§. 4. sqq. de pact. 2. 14. III. ***Cn.*** His solis pecunia condicitur, quibus quoquomodo soluta est, non quibus proficit. fr. 49. de cond. indeb. 12. 6. Ex parte agentis pactio locum habet, ut et ad actionem proficiat. fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. Impar matrimonium adpellatur, et — iubetur non proficere ad capiendas hereditates, et legata, et dotes. Vlp. XVI. 4. cf. XXII. 8. Excluditur, nec quidquam proficit, si etc. Gai. II. 166. Mundanis compendiis proficit, ut — credamus. Nov. Anthem. de confirm. LL. Leonis. VI. 2. c. 1. pr. Commodo heredum prof. fr. 88. §. 1. de legat. II. (31.) Si forte non profecerit — correctio. Th. C. XI. 1. c. 18. de ann. et tribut.

Proficisci. **§. 1.** ***Iter aliquo facere.*** I. ***Sy.*** Iter metiri. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Abesse coepisse. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. III. ***Cn.*** Qui ad officia proficiscuntur. fr. 4. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quod proficiscenti ad militiam datur. Paul. III. 4. A. §. 3. fr. 84. de cond. et dem. 35. 1. Si quis — voluptatis causa in municipium profectus sit. fr. 2. §. 8. l. 2. 11. — **§. 2.** ***Originem repetere, Descendere ab aliquo.*** I. ***Sy.*** Proficere. Cf. h. v. §. 2. Descendere. Cf. h. v. §. 2. Profecticia, A patre profecta (dos.) Cf. v. Profecticius. III. ***Cn.*** Quae (sc. personae) ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur. fr. 195. §. 4. de V. S. 50. 16. Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet eius providentia proficiscitur. fr. 3. de const. Pr. 1. 4. Fideicommissum — nec ex rigore iuris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. Vlp. XXV. 1. Quamvis ex ipsius Praetoris iurisdictione proficiscatur, perpetuo datur (actio.) Gai. IV. 111. Haec actio proficiscitur e lege XII Tabb. fr. 1. pr. fam. ercisc. 10. 2. Ambiguitates, v. Controversiae, quae proficiscuntur ex (legibus, v. testamento.) fr. 38. de LL. 1. 3. fr. 6. de transact. 2. 15. — **§. 2. A.** ***Effectum sortiri.*** III. ***Cn.*** Tutores non ab herede, sed a testatore protinus proficiscuntur, simulatque etc. fr. 7. de testam. tut. 26. 2. — **§. 3.** ***Abalienari ab aliquo, et pervenire ad alium.*** III. ***Cn.*** Mutuum non potest esse, nisi proficiscatur pecunia; creditum autem interdum, etiamsi nihil proficiscatur. fr. 2. §. 3. fr. 15. de R. C. 12. 1. cf. fr. 20. de contr. emt. 18. 1. Non nunc obvenisse patri (sc. peculium,) sed non esse ab eo profectum creditur. fr. 9. de castr. pec. 49. 17. Si in rem minoris pecunia profecta sit, quae curatori — mutuo data est. c. 3. Qu. ex facto tut. 5. 39.

Profiteri. **§. 1.** ***Fateri, Pronunciare, Testari.*** I. ***Sy.*** Professionibus edere. Cf. v. Professio. §. 1. III. ***Cn.*** Interrogari, et profiteri. c. 24. de liberali. c. 7. 16. cf. fr. 24. de L. Corn. de fals. 48. 10. Quive — operam dedisset, quo quis falsum indicium profiteretur. fr. 1. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Debet profiteri apud eum, cuius iurisdictio est, — et uxorem dimittere. Coll. LL. M. IV. 3. Paul. II. 26. §. 6. Latro nefarius, aut huiusmodi quis professis testatisque sceleribus involutus. Th. C. IX. 42. c. 24. pr. de bon. proscr. Si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal solverit. fr. 16. §. 12. cf. §. 6. de publican. 39. 4. Qui lustrali censu Romae — inter cives

R. censum profitebantur. Vlp. I. 8. Qui — libello Principi dato professus est. fr. 21. rat. rem hab. 46. 8. Cum — apud acta professus sit, ei se donare fundum. Vatic. §. 268. Instrumentum, quo hanc (sc. pecuniam) tibi reddi profiteris. c. 7. de depos. 4. 34. Si cuiusquam fraude — iniusta cuiuspiam profiteretur immunitas. Th. C. XIII. 10. c. 8. §. 1. de censu s. adscr. — **§. 2.** *Peritiam doctrinae, vel artis, palam exhibere.* I. **Sy.** Exercere (artes improbandas.) Coll. LL. M. XV. 2. III. **Cn.** Profiteri, et publice se praebere. Ib. Iuris civilis scientiam plurimi et maximi viri professi sunt. — Maximam scientiam in profitendo habuerunt etc. fr. 2. §§. 35. 38. de O. I. 1. 2. Qui Romae profitentur. fr. 9. pr. de vac. et excus. 50. 5. Id doctrinae genus, quod unusquisque profitetur. Th. C. VI. 21. c. 1. de prof. qu. in urbe Const.

Profligare. **§. 1.** *Componere, Absolvere.* III. **Cn.** Adsertionibus iam ordinatis, et profligatis, exactisque paene iudiciis. Th. C. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. — **§. 2.** *Cogere, Exigere.* I. **Sy.** Exigere. c. 3. pr. §. 1. de usur. rei iud. 7. 54. Th. C. VIII. 8. c. 9. de exsecut. et exact. III. **Cn.** Quidquam ab eis exigere, seu profligare. c. 12. §. 1. de prox. S. scrin. 12. 19. Si quid — tributorum nomine solutum est, non posse requiri, seu profligari contendere. c. 6. de praescr. XXX. 7. 39. XXX librae — multae nomine profligentur. Th. C. VII. 10. c. 1. §. 1. ne qu. in pal. man. Pensitationis profligandae solemnitas. Ib. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. Ad profligandos largitionales titulos iudicibus — adsistant (palatini monitores.) Ib. I. 10. c. 2. (Wck.) de off. Com. S. largg. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §. 2.

Profligatio. *Collectio, Exactio.* III. **Cn.** Si quis iudicum palatino vel profligationem debitorum putaverit esse mandandam etc. Th. C. VI. 30. c. 10. de palat. S. largg. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. pr.

Profluere. **§. 1.** *Defluere, Dimanare.* III. **Cn.** Si propter id opus sublatum vehementior aqua profluat, vel corrivetur. fr. 1. §. 22. cf. §. 20. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Ius aquae — per certa loca profluentis. c. 7. cf. c. 6. de servit. et aqua. 3. 34. — **§. 2.** *Procedere.* III. **Cn.** Iussionem e nostro sacrario profluxisse. Th. C. XVI. 5. c. 16. de haeret. — **§. 3.** *Elabi.* I. **Sy.** Si profluxerit, Emensum (decennium.) c. 27. de testam. 6. 23. III. **Cn.** Quae pestis — (ne) latius emanet ac profluat. Th. C. XVI. 5. c. 44. de haeret.

Profugere. *Aufugere.* I. **Sy.** Fugere, Aufugere. Cf. v. Fugere §. 1. III. **Cn.** Vtrum quis profugerit, an vero Romae agens copiam sui non facit. fr. 36. de reb. auct. iud. 42. 5. Posteaquam conterritus adventu latronum profugerat villam [al. ad villam] suam. fr. 2. ad S.C. Silan. 29. 5. cf. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2.

Profugium. *Perfugium.* III. **Cn.** Qui ad ecclesiae profugia recurrit. Nov. Maior. de episc. iudic. IV. 9. c. 1.

Profugus. *Fugitivus.* I. **Sy.** Qui aufugerit. Th. C. XI. 1. c. 7. de ann. et tribut. III. **Cn.** Miles profugus, desertorque castrorum. Ib. VII. 18. c. 12. pr. de desertor.

Profundere. **§. 1.** *Prodigere.* (Cf. v. Profusus.) III. **Cn.** Bona sua dilacerando et dissipando profudit. fr. 1. pr. de cur. furios. 27. 10. — **§. 2.** *Emittere, Edere.* III. **Cn.** Ex Principalibus constitutionibus profecta, et a nostro divino ore profusa. c. 1. §. 6. de vet. iure enucl. 1. 17.

Profundus. (Adiect.) **§. 1.** *Altus.* III. **Cn.** Profundioris scientiae atque doctrinae magistri. c. 1. de stud. liberal. urb. R. 11. 18. — **§. 2.** *Profundum* (p. se pos.) i. e. *Mare.* III. **Cn.** In profundum abiicere (calicem.) fr. 14. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. Quasi per medium profundum euntes. Prooem. Inst. §. 2. — **§. 3.** *Profundus, i. e. Abditus, Obscurus.* II. **Op.** In profundo esse. — Adparere. fr. 15. de legat. III. (32.) — **§. 4.** *Profusus.* III. **Cn.** Patrimonium suum profunda liberalitate — exhaurire. Vatic. §. 280.

Profusus. *Immoderatus.* III. **Cn.** Donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate. fr. 1. de don. int. V. 24. 1.

Progener. *Maritus neptis.* III. **Cn.** Socer magnus dicitur uxoris meae avus, ego illius sum progener. fr. 4. §. 6. de grad. et adf. 38. 10. cf. fr. 3. §. 2. de postul. 3. 1.

Progenerare. *Procreare, Generare.* I. **Sy.** Propagare. fr. 1. §. 6. de grad. et adf. 38. 10. §§. 4. 11. I. de grad. cognat. 3. 6.

Progenies. *Genus, Familia.* I. **Sy.** Proles, Soboles, Prosapia. c. 21. de agricol. 11. 47. Th. C. X. 19. c. 15. de metall. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl. III. **Cn.** Tota progenies, ex legitima sobole descendens. c. 15. pr. de legit. hered. 6. 58. Filii sui, vel filiae, nepotes, vel neptes, vel deinceps progenies. c. 6. de emancip. 8. 49.

Progenitus. (Partic.) *Genitus, Procreatus.* I. **Sy.** Prognatus. §. 2. I. de heredit. qu. ab int. 3. 1. III. **Cn.** Ex his (sc. mulieribus) progenitos, seu procreandos. c. 6. de natur. lib. 5. 27. Maritus, ex quo infans progenitus est. c. 33. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. Quicunque castrensi stirpe progeniti. Th. C. VII. 22. c. 7. de fil. militar. Ingenui progeniti. Vatic. §. 33. Progenies, quae ex mulieribus adscripticiis — progenita sit. c. 21. de agricol. 11. 47.

Progignere. *Gignere.* I. **Sy.** Procreare. c. 21. l. 11. 47. cf. c. 2. de indict. viduit. 6. 40.

Prognatus. (Partic.) *Natus.* I. **Sy.** Progenitus. Cf. h. v.

Programma. *Scriptum magistratus palam propositum.* I. **Sy.** Edictum. c. 3. de requir. reis. 9. 40. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 4. de palatin. II. 7. c. 1. §. 5. III. **Cn.** Licet litteris, — seu programmate, vel edicto — usus fuerit (successor.) c. 1. §. 1. ut omn. iud. 1. 49. Rescriptum — proposito programmate celeberrimis in locis volumus anteferri, et gesta — subnecti. Th. C. XVI. 5. c. 37. de haeret. Per omnes populos iudicum programmatibus divulgari (leges.) c. 3. de LL. 1. 14. Criminalis programmatis tenor. Th. C. X. 10. c. 29. §. 2. de petit. et ultro dat.

Progredi. *Procedere.* III. **Cn.** Quodsi ultra

quis progredietur, non multum aberit quin — existimet. fr. 17. de statulib. 40. 7. Nec ulterius progrediatur metus etc. Th. C. IX. 40. c. 18. de poen.

Progressus. (Subst.) *Processus, Promotio.* I. **Sy.** Provectio. Ib. VII. 3. c. 2. Qu. in gradu praef. VIII. 7. c. 23. de div. offic.

Proheres. *Heres heredis.* III. **Cn.** Proprietas accipientium etiam circa heredes et proheredes lege firmabitur. L. Rom. Burg. Tit. 1.

Prohibere. §. 1. *Impedire, Deterrere, Arcere.* I. **Sy.** Impedire. Cf. h. v. III. **Cn.** Tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. fr. 1. §. 2. ne qu. in loco pub. 43. 8. Si, cum vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuit. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. Adversus eum, qui furtum quaerere volentem prohibuerit, (est prohibiti furti actio.) Gai. III. 188. 192. sq. Qui — testamentum facere prohibuit, aut ne iure subsisteret operam dedit. Paul. V. 12. §. 2. Prohibitus intelligitur quolibet prohibentis actu, i. e. vel dicentis se prohibere, vel manum opponentis etc. fr. 20. §. 1. cf. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. Fundi usufructuarius prohibitus, aut deiectus. fr. 60. pr. §. 1. de usufr. 7. 1. Si — prohibitus quis sit a possessione fr. 1. §. 7. ne vis fiat. 43. 4. A certaminibus prohibere (athletam.) fr. 23. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Qui — funerari, sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit. Paul. V. 26. §. 3. Qui scit, sed prohibere non potest. fr. 50. de R. I. 50. 17. Paul. III. 5. §. 4. Nihil prohibet (solvi etc. v. quo magis.) fr. 41. de solut. 46. 3. c. 3. de iudic. 3. 1. — **§. 2.** *Vetare, Interdicere.* I. **Sy.** Denegare. Cf. h. v. §. 2. Inhibere. Cf. h. v. Interdicere. Cf. h. v. §. 1. Impedire. Cf. h. v. Vetare. Gai. II. 110. sq. Vlp. I. 1. sq. II. **Op.** Concedere. Cf. h. v. §. 2. Permittere. Cf. h. v. §. 1. Prohiberi. — Posse, Licere. Gai. I. 59. 61. sqq. II. 110. 275. 285. sq. fr. 1. §§. 5. 8. sq. de postul. 3. 1. III. **Cn.** Per legem, s. Lege, v. S. Cto, etc. prohiberi. Gai. I. 27. II. 63. 110. 275. sq. 286. Vlp. XIII. 1. sq. XXII. 3. fr. 1. §§. 1. 5. 7. sqq. de postul. 3. 1. Non potest, — id enim prohibet lex. Vlp. XI. 16. XX. 14. fr. 2. de off. adsess. 1. 22. Lege prohiberi, nisi, s. praeterquam si etc. v. exceptis quibusdam. fr. 1. §§. 8. sq. l. 3. 1. Vlp. I. 1. 13. Quos Praetor in totum, s. omnimodo, prohibet (postulare.) fr. 1. §§. 1. 3. 7. fr. 7. l. l. 3. 1. Cum quid iusserit fieri (sc. Praetor,) aut fieri prohibuerit. Gai. IV. 141. cf. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. Decreto decurionum prohiberi. fr. 6. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Neque licita negotiatione prohiberi, neque prohibita exerceri. fr. 6. §. 4. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 1. §. 9. de off. Prf. Vr. 1. 12. Sane — non est prohibitum, (ita emere.) Fr. de I. F. §. 19.

Prohibitio. §. 1. *Impeditio.* III. **Cn.** Qui de via publica agit, et privato damno ex prohibitione adficitur. fr. 42. pr. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Interdictio.* II. **Op.** Hodie primum interdici placuit. — Vetus prohibitio. Coll. LL. M. XV. 2. III. **Cn.** Dignitatis aliqua depositio, aut alicuius actus prohibitio. fr. 8. pr. de poen. 48. 19.

Prohibitorius. (Adiect.) *Ad prohibendum comparatus.* II. **Op.** Prohibitorium, — Exhibitorium, — Restitutorium (interdictum.) Cf. v. Exhibitorius. III. **Cn.** Hoc interdictum prohibitorium, et interdum restitutorium est. fr. 1. §. 1. de aqua quot. 43. 20. Hoc interdictum prohibitorium est, ne quis prohibeat facere volentem. fr. 20. §. 1. de O. N. N. 39. 1. Inspiciendum erit, an non prohibeatur procuratorem dare; quia hoc edictum prohibitorium est. fr. 43. §. 1. de procur. 3. 3.

Proiectio. *Aedificii pars, prominens extra parietem.* I. **Sy.** Proiectus (ex aedibus meis in aedes tuas.) Proiectio (supra vicini solum.) fr. 3. §§. 5. sq. uti possidet. 43. 17.

Proiectus. (Subst.) Idem. I. **Sy.** Proiectio. Cf. h. v. III. **Cn.** Stillicidii rigor, et tignorum proiectus [al. protectus.] fr. 41. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Si quis proiectum, aut stillicidium in sepulchrum immiserit. fr. 22. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Proiectus. (Partic.) Idem. I. **Sy.** Id, quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret. Proiectum. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Immissum. Ib. III. **Cn.** Quae ex meis aedibus in tuas aedes proiecta sunt, (ut ea mihi ita habere liceat.) fr. 80. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Proiicere. §. 1. *Deiicere, Abiicere.* I. **Sy.** Iacere, Iactare (merces.) Cf. h. vv. Abiicere. Cf. h. v. III. **Cn.** De ponte, aut ripa, in flumen proiicere. Gai. III. 219. Puellam proiectam de domo patris, — colligere. Th. C. V. 7. c. 1. de exposit. Quosdam — recipi in sectam suam, — quos ipsi — proiiciunt. Ib. XVI. 8. c. 8. de Iud. — **§. 2.** *Immittere.* I. **Sy.** Iacere (molem in mare.) fr. 2. §§. 8. sq. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Moles in mare, vel flumen, proiectae. fr. 1. §. 3. de imp. in res dot. 25. 1. — **§. 3.** *Protendere aedificii partem superiorem.* III. **Cn.** Vrbanorum praediorum iura, — immittendi tigna in parietem vicini, et denique proiiciendi, protegendive. fr. 2. cf. fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. Si maenianum in tuum immissum habuero, aut stillicidium in tuum proiecero. fr. 20. pr. ib. 8. 2. cf. fr. 5. §. 10. de O. N. N. 39. 1. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. (Cf. v. Proiectus.) — **§. 4.** *Disiicere, Abiicere, Prodigere.* I. **Sy.** Effundere (pecunias.) fr. 25. §§. 1. sq. de probat. 22. 3. Expendere (sine effectu.) c. 2. de Coss. 12. 3. III. **Cn.** Si dolo rem viliori pretio proiecerunt. fr. 50. de eviction. 21. 2.

Proinde. §. 1. *Inde, Exinde.* I. **Sy.** Ergo. fr. 7. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Actionem edere, ut pr. sciat reus, utrum etc. fr. 1. pr. de edendo. 2. 13. Matremfam. accipere debemus eam etc. — proinde nihil intererit etc. fr. 46. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 8. de R. C. 12. 1. Et puto constituendum, ut etc. — Pr. sive etc. Vatic. §. 197. Pr. si etc. — Sed et si etc. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 6. de I. I. R. 4. 1. — **§. 2.** *Perinde, Aeque ac.* I. **Sy.** Perinde. Cf. h. v. III. **Cn.** Sed huic pr. actio competit, proindeque ei recte solvitur ac nobis. Gai. III. 111. Vxori quae in manu est, pr. ac filiae, item nurui — pr. ac nepti, tutor dari potest. Id. I. 148. cf. II. 212. 221. III. 56. Pr. heres fit, — ac si ipse heres legitimus esset. Vlp. XIX. 14. cf. II. 6. Pr. in eodem statu sint,

atque si non essent eius conditionis etc. fr. 205. de R. I. 50. 17.

Prolabi. *Labi, Delabi.* I. **Sy.** Labi. Cf. h. v. §. 1.

Prolatio. **§. 1.** *Pronunciatio, Promulgatio.* III. **Cn.** Sub ipsa prolatione sententiae detecta (accusatoris praesentia.) c. 19. ad L. Iul. de adult. 9. 9. — **§. 2.** *Dilatio.* III. **Cn.** Diem protulit; valere prolationem. fr. 25. pr. de rec. qu. arb. 4. 8.

Prolator. *Qui profert in medium.* III. **Cn.** Vt scripturam prolator adfirmet. Th. C. II. 27. c. 1. §. 1. si cert. pet. de chirogr.

Proles. *Progenies, Soboles.* I. **Sy.** Progenies, Soboles. Cf. v. Progenies. Omnes, qui ex nobis descendunt. Filii. Liberi. fr. 220. pr. §. 3. de V. S. 50. 16. Th. C. IV. 6. c. 6. c. 8. (Wck.) de natur. fil. Iul. ep. nov. c. 67. §. 241. II. **Op.** Propinqui. Th. C. VIII. 4. c. 7. de cohortal.

Proletarius. *Infimi census homo.* II. **Op.** Assiduus. L. XII Tabb. I. 4.

Prolixe. (Advb.) *Copiose.* III. **Cn.** Quod ad quaestum et compendium, militiaeque fructum, prolixe pertinet. c. 4. de domest. et protect. 12. 17.

Prolixitas. *Ambitus copiosus.* II. **Op.** Angustiae. Angustum. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47. III. **Cn.** Cui et laborum adsiduitas et stipendiorum prolixitas suffragatur. Th. C. VII. 13. c. 19. de tiron. Itinerum prolix., et expeditionum difficultas. Ib. VI. 35. c. 15. de priv. cor. qu. in S. pal. Prolixitate temporis (usu adquisitum.) fr. 22. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1.

Prolixus. (Adiect.) **§. 1.** *Largus, Laxus, Copiosus.* II. **Op.** Imbecilla admodum, — Prolixa (aetas.) fr. 5. §. 12. de iure imm. 50. 6. III. **Cn.** Non ferreae manicae, — sed prolixiores catenae. Th. C. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor. Prolixa stipendia, sive debita solatia (consequi.) Ib. VI. 30. c. 23. de palat. S. largg. Prolixiorem tractatum habere. fr. 13. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1. Per prolixum tempus vagari. fr. 3. §. 3. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Remotus.* III. **Cn.** Omnes inferiores, seu prolixiores gradus — antecedere. c. 4. de legit. tut. 5. 30.

Proluere. *Immissa aqua purgare.* III. **Cn.** Foramen in imo pariete conclavis, — quod esset proluendi pavimenti causa. fr. 28. de S. P. V. 8. 2.

Prolusorius. Cf. v. Perlusorius.

Prolytae. *Qui quinto iam anno studiosorum iuris coetui adscripti sunt.* III. **Cn.** In V. anni, quo prolytae nuncupantur, metas constitutionum codicem legere — studeant. Const. Omnem reip. §. 5.

Promercalis. (Adiect.) *Venditioni expositus.* III. **Cn.** Quodsi hae res — promercales fuerint. fr. 10. de imp. in res dot. 25. 1.

Promercium. *Mercatura, Negotiatio.* II. **Op.** Promercii causa habere. — In penum sibi separare. fr. 41. §. 5. de legat. I. (30.) fr. 4. §. 2. de penu leg. 33. 9. III. **Cn.** Libidinis, aut promercii causa (castrare hominem invitum.) Paul. V. 23. §. 13. Quae quis promercii causa habuerit, hereditateve ei obvenerint. fr. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6.

Promere. *Proferre.* I. **Sy.** Ferre (sententiam.) Cf. h. v. §. 3. Proferre. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Promenda pecunia est, et exsolvenda. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. fr. 3. §. 6. de contr. tut. 27. 4. Vltionis acrimonia, quae erga sacrilegos iure promenda est. Th. C. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl. Consentanea legibus iam promta sententia. Ib. I. 5. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Pr. Discrimen promtae [al. promte] dudum — legis. Ib. XII. 1. c. 74. pr. de decurion. Indictio ex more promenda. Ib. XI. 16. c. 8. de extr. s. sord. Cum quid in iudicio promserint, nisi ipsi adstruxerint veritatem etc. c. 24. de probat. 4. 19.

Promerere. **§. 1.** *Mereri, Potiri.* I. **Sy.** Merere, Consequi. Th. C. XI. 20. c. 5. pr. de collat. donat. — **§. 2.** *Benefactis sibi conciliare alium.* I. **Sy.** Merere. fr. 77. §. 25. de legat. II. (31.) fr. 20. de manum. testam. 40. 4. II. **Op.** Offendere. Cf. h. v. §. 3. Quid tale admittere, ut indignus sit etc. fr. 20. l. 40. 4. III. **Cn.** Videtur omnibus liberis, etsi non aequaliter promeruerint, (relictum.) fr. 77. §. 25. l. (31.) Si patrem tuum officio debito promerueris. c. 4. de alend. liber. 5. 25.

Prometator. *Metator, qui exercitum praecedit.* III. **Cn.** Ante mittere debent semper prometatores ad ea loca, ubi perventuri sunt milites, ut sumtus eis praestetur. Iul. ep. nov. c. 123. §. 537.

Promiscere. *Commiscere, Confundere.* II. **Op.** Promiscere [al. Permiscere.] — Separare. fr. 3. §. 1. de separ. 42. 6.

Promiscue. (Advb.) *Confuse, Sine distinctione.* II. **Op.** Separare sibi. Per se possidere. — Prom. uti. fr. 4. §. 2. de penu leg. 33. 9. fr. 1. §. 22. de A. v. A. P. 41. 2. Proprie (adpellare.) fr. 6. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Nec omnibus prom. — immunitas datur, sed artificibus dumtaxat. fr. 5. §. 12. de iure imm. 50. 6. Vt non prom., sed per vicissitudines rite servatas, (iuges cursus adgnoscerent.) Th. C. XIII. 5. c. 6. de navicul.

Promiscuus. (Adiect.) **§. 1.** *Mixtus, Communis.* I. **Sy.** Vtriusque frugis, Promiscuarum frugum (modii C.) Th. C. VII. 20. c. 3. c. 8. de veteran. II. **Op.** Mulieris usibus proprie adtributum. — Communis promiscuique usus causa paratum. fr. 45. fr. 49. §§. 2. sq. de legat. III. (32.) Ordo certus rei adhibitus. — Promiscua facultas. fr. 14. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. III. **Cn.** In ea cella, — cui commune et promiscuum plurium cellarum iter est. fr. 17. §. 15. de Aedil. edict. 21. 1. Promiscuae, — Non promiscuae (conditiones.) fr. 11. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 2.** *Non circumscriptus, Generalis.* III. **Cn.** Promiscua generalitate decernimus. Th. C. II. 2. c. 1. ne in sua c. qu. iud. Promiscua facultas potioris nominandi. Vatic. §. 158. Criminis promiscuus usus. c. 17. de furt. 6. 2. cf. fr. 17. §. 2. de instit. act. 14. 3.

Promissio. **§. 1.** *Pollicitatio, Adfirmatio.* I. **Sy.** Pollicitatio. Nuda promissio. fr. 19. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Inspectione iecoris, extorumque praesagio, vanae spem promissionis accipere. Th. C. XVI. 10. c. 9. de pagan. — **§. 2.** *Verbis contracta obligatio debitoris.* III. **Cn.** Omnis stipulatio promissioque (sponsio adpellatur.) fr. 7. de V. S. 50. 16. Sola mancipatione, vel promissione,

(perficitur donatio in exceptis personis.) Vatic. §§. 310. sq. Si dos mea promissa sit, non puto nasci obligationem, — nec talem promissionem dotis ullam esse. fr. 21. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3.** *Cautio promissa.* I. **Sy.** Promissio (sola, s. nuda.) Cautio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ex ea parte cautionis: „Dolumque malum huic rei promissionique abesse." fr. 121. pr. de V. O. 45. 1. In iudicio non sistere, secundum suam promissionem. fr. 2. §. 1. cf. fr. 4. §. 4. fr. 5. §§. 1. sq. si qu. cautt. 2. 11. Tempus promissionis sistendi. fr. 2. §. 8. ib. 2. 11. Contemta, Deserta, promissio. fr. 4. §. 4. fr. 5. §. 1. l. 2. 11.

Promissor. **§. 1.** *Qui debitor factus est ex obligatione verbis contracta.* I. **Sy.** Promittens. Gai. III. 100. 105. Reus (promittendi.) fr. 30. sq. de fideiuss. 46. 1. II. **Op.** Stipulator. Gai. l. l. fr. 2. §. 2. fr. 62. fr. 73. §§. 1. sq. fr. 82. pr. §. 1. de V. O. 45. 1. Reus (stipulandi.) fr. 34. §. 1. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Stipulari rem, etiam quae promissoris non sit. fr. 15. §. 3. de usurpat. 41. 3. In stipulationibus promissoris gratia tempus adiicitur. fr. 17. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Qui cautionem promisit.* I. **Sy.** Is, qui promisit (iudicio sisti.) fr. 1. pr. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. fr. 4. §. 4. si qu. cautt. 2. 11. III. **Cn.** In foro promissoris conveniri. fr. 1. §. 1. l. 2. 9. Si et stipulator dolo promissoris, et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad iudicium veniret. fr. 3. §. 3. de eo p. qu. fact. 2. 10.

Promissum. *Promissio.* I. **Sy.** Promissio. fr. 19. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Ea autem sola dicta, sive promissa, admittenda sunt, quaecunque sic dicuntur ut praestentur, non ut iactentur. fr. 19. §. 3. cf. §. 2. l. l. 21. 1.

Promittere. **§. 1.** *Polliceri.* I. **Sy.** Spondere. Th. C. XI. 30. c. 5. c. 8. pr. c. 31. c. 34. §. 1. c. 65. de adp. et poen. Polliceri. fr. 3. fr. 5. de I. I. R. 4. 1. III. **Cn.** Omnes in integr. restitutiones causa cognita a Praetore promittuntur. fr. 3. l. 4. 1. Edictum Praetoris, quo praeteritis liberis c. t. t. B. P. promittitur. Gai. III. 71. cf. fr. 3. §. 2. de Carb. edict. 37. 10. Hac parte procos. — omnibus cognatis promittit B. Poem. fr. 2. unde cogn. 38. 8. — **§. 2.** *Solemnibus verbis se obligare ad debitum praestandum.* I. **Sy.** Spondere. Gai. III. 92. sq. 100. 119. II. **Op.** Stipulari. Id. l. l. 100. 102. 105. 137. fr. 13. si qu. cautt. 2. 11. fr. 1. sq. de duob. reis. 45. 2. Dari, — Dici, — Promitti (dotem.) Vlp. VI. 1. sq. Th. C. III. 12. c. 3. de incest. nupt. III. **Cn.** Stipulanti promittere. fr. 9. §. 7. Qu. met. c. 4. 2. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. Qui ita interrogantur: „Idem dabis? idem promittis? idem facies?" Gai. III. 116. Eaque sic recte dari fieri fide roganti — promisit. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1. (Cf. v. Fidepromittere.) Pro eo, qui promittit, solent alii obligari. Gai. III. 115. Reus promittendi. fr. 3. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 5. pr. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. CCC promittere, — et solvere. fr. 14. §. 14. Qu. met. c. 4. 2. Aliquid dare, vel promittere, ne etc. fr. 21. pr. ib. 4. 2. Acceptum ferre ei, qui — promisit. fr. 77. de R. I. 50. 17. Gai. III. 169. Certum, s. Certam pecuniae quantitatem, promittere. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. Pater pro filia dotem promiserat, et pactus erat, ut etc. fr. 17. pr. de d. m. exc. 44. 4. cf. fr. 31. §. 1. de novat. 46. 2. fr. 125. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Cautionem praestare.* I. **Sy.** Cavere. Cf. h. v. §. 4. Repromittere. fr. 7. pr. fr. 9. §. 4. fr. 10. fr. 30. §. 1. fr. 44. pr. de damn. inf. 39. 2. Fideiubere, Stipulatione promittere, alterius nomine. Cf. v. Fideiubere. III. **Cn.** Qui non promittit, vel satis non dat. fr. 4. §. 1. ne vis fiat ei. 43. 4. Satisdate promittere (sisti, exhiberive.) fr. 16. de off. Praes. 1. 18. fr. 4. §. 5. si qu. cautt. 2. 11. Iurato prom. fr. 16. Qu. satisd. cog. 2. 8. Apud acta prom. fr. 17. de in ius voc. 2. 4. Cautum prom. fr. 1. si qu. cautt. 2. 11. Vadimonium ei faciendum est, i. e. ut promittat, se certo die sisti. Gai. IV. 184. Iudicio se sisti, cum poena promittere. fr. 5. pr. §. 2. l. l. 2. 11.

Promotio. **§. 1.** *Evectio, Auctio dignitatis.* I. **Sy.** Provectio. Incrementa dignitatum. Th. C. VI. 5. c. 1. ut dignit. ordo. VI. 35. c. 5. de priv. eor. qu. in S. pal. III. **Cn.** Qui alios promotionis tempore, et codicillorum adeptione praecesserit. Ib. VI. 7. c. 1. de Praef. Pr. VIII. 7. c. 1. de div. offic. Tertiam partem sportularum in ingressu dignitatis dare, — omnibus aliis — dandis in quavis promotione. Nov. 62. c. 1. §. 3. cf. c. 1. §. 7. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. — **§. 2.** *Successus, Eventus.* I. **Sy.** Accusandi fiduciam gerere. Accusationis promotione confidere. Th. C. IX. 34. c. 2. c. 4. de famos. libell.

Promotus. (Partic.) *Qui in militia, officiove, altiorem consecutus est gradum.* II. **Op.** Miles, aut promotus. — Privatus. Ib. IX. 21. c. 2. §. 3. de falsa monet. III. **Cn.** Si quisquam promotorum denuo ad id munus irrepserit. Ib. IX. 26. c. 2. ad L. Iul. de amb.

Promovere. **§. 1.** *Movere.* III. **Cn.** Qui ad fugam gradum unum alterumve promovit. fr. 17. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Evehere.* III. **Cn.** Quamdiu adolescens ad militiam promoveretur [al. proveheretur.] fr. 84. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 3.** *Proficere, Iuvare.* III. **Cn.** Servus — adeundo nihil promovebit, nec adquiret mihi. fr. 25. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Ad mutandum liberae statum, commissum plagii nihil promovet. c. 12. de ingen. man. 7. 14.

Promte. (Advb.) **§. 1.** *Libenter.* III. **Cn.** Provocandi, — ut promtius de suo aliquid pro pupillis impendant. fr. 1. pr. de contr. tut. 27. 4. — **§. 2.** *Expedite, Celeriter.* III. **Cn.** Quo promtius — commodo publico consulatur. Th. C. X. 22. c. 2. de fabricens. Vt promtius praecepta suscipiant. Ib. XII. 1. c. 39. de decurion.

Promtuarium. *Cella promtuaria.* III. **Cn.** Si cui, quae in promtuario sint, legata fuerint, non omnis penus legata est. fr. 4. §. 1. de penu leg. 33. 9.

Promtus. (Subst.) *Id, quod res continet neque reconditas, neque impeditas.* III. **Cn.** In promtu [al. promtum] est contradictio. fr. 72. §. 1. de solut. 46. 3. In promtu est dicere. fr. 10. §. 1. de captiv. 49. 15. Si ita in promtu res sit, ut eam emtor non ignoraverit. fr. 43. §. 1. de contr. emt. 18. 1.

Promtus. (Partic.) *Apertus, Manifestus.* II.

Op. Difficilior et obscura (scriptura.) — Promtum. fr. 32. pr. de adim. legat. 34. 4. III. **Cn.** Iurisdictionis tenor promtissimus. c. 2. de bon. auct. iud. 7. 72. Constitutionum promto favore firmari. c. 19. de pact. 2. 3. Cuius rei probationem si promtam habetis. c. 1. Qu. prov. n. est nec. 7. 64.

Promulgare. *Palam proponere. Publici iuris facere.* I. **Sy.** Proferre, Promere (sententiam.) Th. C. IV. 17. c. 1. sqq. de sent. ex peric. IV. 18. c. 2. de fruct. et lit. exp. Publicare. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Et hoc ita a D. Severo promulgatum est. fr. 21. §. 1. de tut. et cur. dat. 26. 5. Promulgatum dudum est. Th. C. VIII. 12. c. 3. de donat. Qua usurpatione patefacta, promulgamus ut etc. Ib. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. Edictum promulgavimus ne etc. Ib. X. 10. c. 4. de petit. et ultro dat. Quam (sc. constitutionem) promulgavimus inter nostras decisiones. §. 3. I. de libertin. 1. 5. cf. Prooem. Inst. §. 1.

Promulgatio. §. **1.** *Actus promulgandi.* II. **Op.** Ante legis promulgationem. — Post legem latam. Th. C. XVI. 2. c. 3. de episc. eccl. cf. III. 12. c. 3. de incest. nupt. — §. **2.** *Lex ipsa promulgata.* I. **Sy.** Constitutio. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §§. 1. sqq. II. **Op.** Vetera iura. — Praesens promulgatio. c. 30. §. 1. de inoff. testam. 3. 28. Iul. ep. nov. c. 48. §. 188.

Promulsidarium. *Ferculum ad sustinendum vas, in quo promulsis reponitur.* III. **Cn.** Sed si cui vasa sint legata, — continentur — et quae aliquid sustineant, et ideo scutellas, vel promulsidaria contineri. fr. 19. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Promutuus. (Adiect.) *In antecessum solutus, aut mutuo datus.* I. **Sy.** Promutuum dare, Prorogare. Cf. h. v. III. **Cn.** Quod neque — pensiones exegerit, et insuper etiam promutuum [al. pro mutuo] eis dederit. fr. 40. §. 5. de statulib. 40. 7. Vecturam, quam promutuam [al. pro mutua] acceperat, repetere. fr. 15. §. 6. locat. 19. 2.

Prone. (Advb.) *Facile.* III. **Cn.** Quod sponte pronius inferant expetenda. Th. C. XI. 22. c. 4. ne collat. translat.

Pronepos. Proneptis. *Nepotis, neptisve, filius vel filia.* III. **Cn.** Filius, filia. — Nepotes, et pronepotes, caeterique masculi posthumi. Vlp. XXII. 21. sq. Gai. III. 7. sq. 58. Filius, nepos, pronepos, caeterive qui ex his descendunt. fr. 220. pr. cf. fr. 136. de V. S. 50. 16. Sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia; sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. fr. 2. pr. de adopt. 1. 7.

Pronunciare. §. **1.** *Sermone exprimere.* I. **Sy.** Dicere. Cf. h. v. §. 1. Nuncupare. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Eademque omnia palam recte pronuncianto. fr. 1. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Si venditor pronunciaverit, vel promiserit. fr. 31. §. 1. ib. 21. 1. cf. fr. 69. §. 1. de eviction. 21. 2. Cum — venderet, conditionem pronunciavit, et traditioni legem dixit. fr. 15. §. 1. de statulib. 40. 7. Ex mente pronunciantis (accipere orationem.) fr. 27. §. 1. de V. S. 50. 16. — §. **2.** *Nunciare.* III. **Cn.** Si quis venienti ad iudicium aliquid pronunciaverit triste. fr. 1. §. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. — §. **3.** *Recitare.* III. **Cn.** Qui artis ludicrae, pronunciandive causa, in scaenam prodierit. fr. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. — §. **4.** *Promulgare (sententiam iudicialem.)* I. **Sy.** Proferre (sententiam.) Cf. h. v. §. 2. Iudicare. Cf. h. v. Statuere. fr. 46. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Agetur causa, et pronunciabitur. fr. 73. pr. de iudic. 5. 1. Cognoscere, et pronunciare. fr. 71. fr. 74. pr. ib. 5. 1. c. 2. de exc. s. praescr. 8. 36. fr. 28. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. Gai. I. 29. Iudicandi, vel pronunciandi, — habeant potestatem. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 2. Vt prius pronunciet iudex, uter possideat, — et tunc de domino [al. dominio] quaeratur. fr. 35. de A. v. A. P. 41. 2. Si iudex: „Nutriri, vel ali, oportere" pronunciaverit. fr. 10. de h. qu. sui. 1. 6. Si hereditatis iudex contra heredem pronunciaverit. fr. 50. §. 1. de legat. I. (30.) Paul. V. 33. §. 2. Et hoc ex adpellatione Imperator pronunciavit. fr. 25. pro soc. 17. 2. fr. 240. de V. S. 50. 16. Qui, praevaricationis — causa quid fecisse, iudicio publico pronunciatus erit. fr. 4. de accus. 48. 2. Th. C. X. 10. c. 10. de petit. et ultro dat. Si qui praeiudicio pronuncietur esse libertus. fr. 8. §. 1. de in ius voc. 2. 4. fr. 11. de adm. et peric. 26. 7. Pronunciandum secundum libertatem. fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. Iure communi — pronunciandum (circa donationes.) Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. cf. Paul. V. 25. §. 4.

Pronunciatio. §. **1.** *Elocutio, Enunciatio.* III. **Cn.** Pronunciatio sermonis. fr. 195. pr. de V. S. 50. 16. Quod ex ipsa pronunciatione adparet, quid, quale, quantumque sit. fr. 74. de V. O. 45. 1. — §. **2.** *Sententia iudicis promulgata.* I. **Sy.** Sententia (a iudice dicta.) Th. C. I. 5. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Pr. III. **Cn.** Ipsis verbis pronunciationis manifestatur. Nam si quidem ita pronunciaverit: „Non probasti." fr. 1. §. 4. ad S. C. Turp. 48. 16. Iuridica pronunciatione signare. Th. C. IV. 8. c. 2. de fruct. et lit. exp. Res iudicata, — quae finem controversiarum pronunciatione iudicis accipit. fr. 1. de re iud. 42. 1. cf. c. 2. ut lite pend. 1. 21.

Pronurus. *Nepotis uxor.* III. **Cn.** Nurus adpellatio etiam ad pronurum, et ultra, porrigenda est. fr. 50. de V. S. 50. 16. cf. fr. 3. §. 2. de postul. 3. 1. Pater meus uxoris meae socer est, — avus meus, socer magnus est, illa illi pronurus. fr. 4. §. 6. de grad. et adf. 38. 10.

Pronus. (Adiect.) *Proclivis, Propensus.* III. **Cn.** An Praetor adeundus sit? — Et magis est, ut debeat; pronior tamen esse debet Praetor ad etc. fr. 7. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Ad lucrum potius — pronius est (id genus hominum.) fr. 44. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. Prona liberalitas. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. pr.

Propagare. §. **1.** *Arborem, depresso in terram ramo, multiplicare.* III. **Cn.** Vites propagare, arbores curare, seminaria — facere. fr. 3. pr. fr. 12. de impens. in res dot. 25. 1. — §. **2.** *Stirpem liberorum procreando augere.* I. **Sy.** Progenerare. Cf. h. v. III. **Cn.** Propagandae [al. procreandae, v. prorogandae] soboli liberorum educatione prospicere. c. 1. Qui et adv. qu. 2. 42. — §. **3.** *Proferre,*

ferre, Extendere. I. **Sy.** Exserere (ultionem severitatis.) Th. C. II. 1. c. 3. de iurisd. III. **Cn.** Qui sua virtute — rom. fines propagant. Ib. IX. 40. c. 17. de poen. Aquae agmen — ad aliorum usum — propagari. c. 6. de servit. et aqu. 3. 34. Liberalitatem nostram ad omnes provincias ducimus propagandam. Nov. Th. II. de loc. reip. I. 23. c. 1. pr. — **§. 4.** *Prorogare.* I. **Sy.** Differre (arbitrium.) fr. 32. §. 16. de rec. qu. arb. 4. 8. III. **Cn.** Tempora propaganda censuimus (in cohortalinorum militia.) Th. C. VI. 35. c. 14. §. 1. de priv. eor. qu. in S. pal.

Propagatio. *Actus propagandi.* III. **Cn.** Opus aliquod efficere, propagationes facere. fr. 24. §. 3. locat. 19. 2.

Propago. *Proles, Progenies.* III. **Cn.** Certa his generis sui propago succedat, i. e. pater ac mater, — filius etc. Th. C. XVI. 7. c. 6. de apostat.

Propalam. (Advb.) *Aperte, Diserte.* II. **Op.** Per consequentiam (introduci.) Vlp. XI. 3.

Prope. (Advb.) **§. 1.** *Vicinum, Iuxta.* I. **Sy.** Iuxta. Cf. h. v. §. 1. Proximus (pubertati, v. dolo.) Prope (pubertatem etc.) Cf. h. v. III. **Cn.** Si propius aedes tuas quis aedificet. fr. 3. pr. §. 1. de mortuo infer. 11. 8. Extra, propiusve urbem Romam. Tab. Heracl. 50. sq. cf. 20. sqq. aer. Br. Vt propius accedamus. fr. 13. §. 2. de reb. dub. 34. 5. Nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet prope furtum est. fr. 67. pr. de furt. 47. 2. cf. fr. 29. pr. mand. 17. 1. Prope innocentes dicere, quos absolute nocentes pronunciare non possumus. Paul. IV. 12. §. 5. a. — **§. 2.** *Propior, i. e. Proximior.* I. **Sy.** Citerior (dies.) Cf. h. v. Priore gradu, Propior (esse.) fr. 4. de testib. 22. 5. fr. 1. §. 7. fr. 2. fr. 10. §. 16. de grad. et adf. 38. 10. II. **Op.** Vlterior (gradus.) Coll. LL. M. XVI. 2. c. 11. de quaestion. 9. 41. Propius, — Longius (tempus.) fr. 17. de pact. dot. 23. 4. III. **Cn.** Qui ei — gener, socer, — sobrinusve est, propiusve eorum quemquam ea cognatione adfinitateve adtinget. fr. 5. pr. de iniur. 47. 10. fr. 1. §. 1. de L. Iul. repet. 48. 11. cf. Vatic. §§. 216. 298. sq. 301. Consobrini, — propior sobrino, propior sobrina. fr. 1. §. 7. fr. 2. fr. 10. §. 16. de grad. et adf. 38. 10. c. 2. unde legit. 6. 15. — **§. 3.** *Prope, s. Propius, i. e. Consequens.* III. **Cn.** Verbis quidem legis prope est, ut non possit, — permitti tamen ei debet. Paul. II. 26. §. 2. Qui ambigue loquitur, id loquitur, quod etc. — propius est tamen, ut hoc eum sensisse existimem. fr. 125. de V. S. 50. 16. Potest. — Prope est, ut nondum debeat. fr. 9. de fideic. libb. 40. 5. Illud nullo modo dici conveniet; — alioquin prope erit, ut etc. fr. 38. §. 3. de solut. 46. 3. Subsisto; — sed propius est, ut etc. fr. 32. de R. C. 12. 1.

Propellere. **§. 1.** *Pellere, Expellere.* III. **Cn.** Domo prop. (filium.) fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. Ab — urbium moenibus exterminato furore propelli. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 3. de haeret. — **§. 2.** *Deiicere.* I. **Sy.** Extra suum gradum finesve movere (terminos.) fr. 2. sq. de term. mot. 47. 21.

Propemodum. (Advb.) *Paene, Prope.* III. **Cn.** Propem. quidem imperfecta est haec scriptura, — potest tamen videri etc. fr. 30. de legat. II. (31.) Propem. nullius momenti esse. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. Vt — propem. non opus sit. Th. C. XI. 29. c. 4. de relat., cf. fr. 6. pr. ut in poss. legat. 36. 4.

Propensus. (Partic.) *Pronus, Facilis.* I. **Sy.** Facilis. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Adfectu propensiore magis, quam dolo (id videri fecisse.) fr. 11. §. 3. Qu. fals. tut. 27. 6. Propensiore ira, et maiore dolore (exsequi accusationem.) fr. 2. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Properanter. (Advb.) *Celeriter.* I. **Sy.** Maturissime, Properantissime (adferri.) Th. C. XI. 30. c. 8. de adp. et poen. III. **Cn.** Properantius exseri. c. 9. Qui adm. ad B. P. 6. 9.

Properare. **§. 1.** *Maturare, Accelerare.* Properandum nobis visum est, ne etc. c. 13. pr. de iudic. 3. 1. Id properant atque festinant, ut etc. Vatic. §. 35. Ad nostram clementiam properare festinant. Th. C. VIII. 5. c. 57. de cursu pub. — **§. 2.** *Caeco impetu contendere.* I. **Sy.** Migrare (ad secundas nuptias.) Iul. ep. nov. c. 36. §§. 141. sq. 157. III. **Cn.** Si quis in parentis — fata properaverit. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid.

Propere. (Advb.) *Properanter.* III. **Cn.** Nimis pr. iudex iussit. c. 1. de exsec. rei iud. 7. 53.

Properus. (Adiect.) *Acceleratus.* III. **Cn.** Sub iniuria properae festinationis arctandus. Th. C. X. 10. c. 27. §. 1. de petit. et ultro dat.

Propicius. Cf. v. Propitius.

Propinquare. *Prope accedere. Adpropinquare.* III. **Cn.** Quamvis — patris nostri iam propinquet exercitus. Nov. Val. III. de redd. iure armor. II. 9. c. 1. Civitati contigui, vel propinquantes (fundi.) Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 3. §. 1.

Propinquitas. **§. 1.** *Vicinitas.* I. **Sy.** Vicinitas. fr. 7. §. 5. fr. 65. §. 3. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Cognatio, vel adfinitas.* I. **Sy.** Genus. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 2. §. 13. III. **Cn.** Natalium decus, et propinquitatis religio. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. pr. Propinquitate simulata abducere (homines.) Th. C. VII. 1. c. 10. de R. M.

Propinquus. **§. 1.** *Proximus, Vicinus.* III. **Cn.** Periculum propinquae mortis, vel ab hoste, vel a praedonibus. fr. 3. de m. c. donat. 39. 6. — **§. 2.** *Cognatione sanguinis iunctus, vel adfinitate.* III. **Cn.** Admissa in patronum, patronive filium, patrem, propinquum, maritum, uxorem, caeterasque necessitudines. fr. 28. §. 8. de poen. 48. 19. Propinquorum necessitudo. Th. C. VIII. 4. c. 7. de cohortal. Parentes et liberi, omnesque propinqui. c. 5. de V. S. 6. 38. Th. C. XII. 1. c. 6. de decurion. Cognati, et propinqui. fr. 4. ubi pub. 27. 2. Adfines, vel propinqui. Th. C. XVI. 2. c. 20. de episc. eccl. cf. IX. 42. c. 15. de bon. proscr. Propinqui, et amici. Ib. IV. 22. c. 1. c. 4. unde vi. Ad filios, vel propinquos, vel extraneos transferre. Ib. XIII. 6. c. 6. de praed. navicul. Si quid pupillo ex hereditatibus, — aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit. Gai. II. 182. A propinqua sua heres institutus. fr. 3. §. 3. de usur. 22. 1. Praesentibus caeteris propinquis liberorum, (Praetorem aestimare debere.) fr. 1. §. 1. ubi pup. 27. 2.

Proplor. Proplus. Cf. v. Prope.

Propitius. (Adiect.) *Favens.* III. ***Cn.*** Ita mihi summa divinitas semper propitia sit. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Cumque hoc deo propitio peractum est. Prooem. Inst. §. 3.

Propola. *Negotiator,* (qui merces coëmit, ut per partes magno pretio vendat.) III. ***Cn.*** Qui caupona, vel propola, vel tabernaria lucrum familiare sectetur. Th. C. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat.

Proponenda. *Tributi genus,* (ab iis pendendum, qui merces in nundinis proponebant.) III. ***Cn.*** In quibuscunque nundinis interfuerint (sc. veterani,) nulla proponenda dare debebunt. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran.

Proponere. **§. 1.** *Exponere.* III. ***Cn.*** Nemo — pretia statuet, cum venalia proponentur. Ib. XVI. 8. c. 10. de Iud. — **§. 1. A.** *Proscriptioni subiicere.* I. ***Sy.*** Proscribere. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Eorundem bonis propositis, — si aliquam bonorum emerint portionem etc. Ib. X. 16. c. 1. de fisci debitor. — **§. 2.** *Promulgare. Per scripturam palam facere.* I. ***Sy.*** Proscribere. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Magistratus iura reddebant, et — edicta proponebant. fr. 2. §. 10. de O. I. 1. 2. Gai. I. 6. Qui album raserit, corruperit, — quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit. Paul. I. 13. A. §. 3. cf. fr. 7. pr. §. 2. de iurisd. 2. 1. Qui nomine Praetoris — edictum falsum proposuisse dicetur. fr. 25. fr. 32. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Aeneis tabulis — scripta per omnes civitates Italiae proponatur lex. Th. C. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop. Cf. I. 1. c. 6. pr. (Wck.) de const. Pr. Cum multi legerent, cumque palam esset propositum. fr. 11. §. 3. de instit. act. 14. 3. cf. fr. 60. §. 6. locat. 19. 2. Libellum ad ipsas aedes proponere. fr. 4. §. 6. de damn. inf. 39. 2. Auctores, qui famosos libellos — proposuerint. Paul. V. 4. §. 17. — **§. 2. A.** *Introducere, Publice constituere.* I. ***Sy.*** Dari, Competere, Propositam esse (actionem.) fr. 9. §§. 3. sq. 6. Qu. met. c. 4. 2. II. ***Op.*** In edicto habet propositas, — Causa cognita accommodat (Praetor, sc. exceptiones.) Gai. IV. 118. fr. 4. §. 33. de d. m. exc. 44. 4. III. ***Cn.*** D. Hadrianus edicto, quod proposuit de his etc. — significavit. Gai. I. 55. Causa huius edicti proponendi est etc. fr. 1. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 1. §. 2. de publican. 39. 4. fr. 1. pr. si fam. furt. 47. 6. Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat. fr. 4. §. 33. de d. m. exc. 44. 4. Satisdationes, quae ex ea lege proponuntur. Gai. III. 125. Praetor utiles actiones ei et in eum — dare coepit, eaeque in edicto proponuntur. Ib. II. 253. In hunc casum formula proponitur. Formulae, quae sub titulo — propositae sunt. Ib. III. 222. IV. 46. sq. 136. Actionem Praetor proposuit, induxitque in usum. fr. 1. pr. de contr. tut. 27. 4. fr. 1. pr. de eo qu. pro tut. 27. 5. cf. fr. 1. pr. si pars hered. 5. 4. Interdictum ad eam rem propositum. Vatic. §. 93. cf. §§. 90. 92. Gai. IV. 145. sq. 154. — **§. 3.** *Proferre, Adlegare.* II. ***Op.*** Actionem proponere. — Exceptionem opponere. c. 1. de iurisd. omn. iud. 3. 13. cf. Vatic. §. 195. III. ***Cn.*** Ad eligendos arbitros venire, et sub audientia eorum sua iura proponere. c. 16. de iudic. 3. 1. Una aliqua particula eius (sc. legis) proposita, iudicare. fr. 24. de LL. 1. 3. Materia proposita. fr. 1. de O. I. 1. 2. Gai. II. 191. Quae singula qualia sint, suis locis proponemus. Ib. I. 1. III. 34. 81. — **§. 3. A.** *Ad disputandum promere.* III. ***Cn.*** Adierunt me, proposueruntque. fr. 35. de S. P. R. 8. 3. Secundum ea, quae proponerentur, respondi etc. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. fr. 3. §. 2. de transact. 2. 15. Si proponas, v. proponatur, etc. — dici oportet, s. placet. fr. 52. §. 2. de iudic. 5. 1. fr. 17. §. 7. de iniur. 47. 10. Proponamus. — Et recte putat etc. fr. 1. §. 11. ad S. C. Tert. 38. 17. Respondit, nihil proponi cur etc. fr. 21. de h. qu. not. inf. 3. 2. Ex facto propositum est. fr. 5. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Quod ad propositum adtinet. fr. 23. pr. de lib. et posth. 28. 2. In proposito. fr. 34. de N. G. 3. 5. fr. 24. de praescr. vv. 19. 5. — **§. 4.** *Apud se constituere, Consilium animi profiteri.* III. ***Cn.*** Si, cum proposuissem negotia Titii gerere, tu mihi mandaveris ut geram. fr. 3. §. 11. de N. G. 3. 5. — **§. 5.** *Interponere.* III. ***Cn.*** Certis ex causis Praetor aut Procos. principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis proponit [al. praeponit.] Gai. IV. 139.

Propositio. **§. 1.** *Actus exponendi.* III. ***Cn.*** Quodsi dum proponitur, vel ante propositionem, quis corruperit. fr. 7. §. 2. de iurisd. 2. 1. Non solum praeconiis, sed etiam propositionibus edictorum (vocari.) Iul. ep. nov. c. 105. §. 369. — **§. 2.** *Res proposita, Species prolata.* I. ***Sy.*** Species proposita. fr. 19. §§. 1. sq. ad S. C. Vell. 16. 1. III. ***Cn.*** Quod simplicius etiam in illa propositione procedit. fr. 20. §. 1. de hered. v. act. vend. 18. 4. fr. 6. pr. ut in poss. legat. 36. 4. — **§. 3.** *Consilium animi, Voluntas.* I. ***Sy.*** Consilium, Mens. Cf. v. Consilium. §. 3. III. ***Cn.*** Non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi (fugitivum et erronem.) fr. 225. de V. S. 50. 16.

Propositum. **§. 1.** *Res proposita.* Cf. v. Proponere. §. 3. A. — **§. 2.** *Sententia animi, Consilium.* I. ***Sy.*** Adfectus, Animus. Cf. h. vv. Consilium, Mens. Cf. v. Consilium. §. 3. III. ***Cn.*** Quas (sc. operas) vel aetas recusat, — vel quibus institutum, vel propositum vitae minuitur. fr. 17. cf. fr. 16. §. 1. de oper. libert. 38. 1. In persona eius — specienda, — cuius propositi (sc. sunt,) cuius opinionis. fr. 8. §. 11. de transact. 2. 15. cf. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 3. de haeret. Delinquitur — aut proposito, aut impetu, aut casu. fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. Propos. malevolum. fr. 6. de susp. tut. 26. 10. Nec causam, nec propositum foenerandi habere. fr. 4. pr. de R. C. 12. 1. Compelli, ut aliquid contra propositum suum faciat. Gai. II. 243. Praetori propositum est, (dari etc.) fr. 17. de legat. praest. 37. 5. cf. fr. 3. §. 4. de minor. 4. 4.

Proprie. (Advb.) *Specialiter, Diserte, Accurate.* I. ***Sy.*** Recte. fr. 67. pr. de V. S. 50. 16. Propria adpellatione uti. Proprie adpellare. fr. 1. §. 1. commod. 13. 6. fr. 1. pr. §. 1. de donat. 39. 5. II. ***Op.*** Abusive. Cf. h. v. Improprie. Cf. h. v. Proprie esse. — Haberi pro etc. Gai. II. 7. III. ***Cn.*** At illa verborum obligatio — adeo propria civium R. est, ut ne quidem in graecum sermonem per interpretationem proprie transferri possit. Id. III. 93. Et haec quidem

actio pr. condictio vocabatur. — Nunc vero non pr. condictionem dicimus etc. Id. IV. 18. Pertinere pr. ad (legata etc.) Id. II. 243. cf. fr. 99. §. 2. fr. 214. de V. S. 50. 16. Si nihil pr. servatur (in patria.) fr. 2. pr. de vacat. et excus. 50. 5. Nisi pr. quid — verbis obligationis expressum est. fr. 2. §. 12. de adm. rer. ad civ. 50. 8.

Proprietarius. ***Qui nudam rei proprietatem habet.*** **I. *Sy.* Dominus proprietatis. Dominus (p. se pos.) Paul. V. 7. §. 3. fr. 12. §§. 4. sq. fr. 15. §§. 6. sq. de usufr. 7. 1. II. *Op.* Fructuarius. Cf. h. v. §. 2. III. *Cn.* Si servum usuarium proprietarius occiderit. fr. 7. §. 4. de d. m. 4. 3.**

Proprietas. §. 1. ***Peculiaris rei habitus. Conditio singularis.*** **III. *Cn.* Proprietas earum (sc. operarum) in edentis persona — constitit. fr. 9. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Neque verborum, neque scripturae ulla proprietas desideratur. Gai. III. 136. — §. 2.** ***Dominium plenum.*** **I. *Sy.* Dominium (privatum.) Cf. h. v. §. 2. Th. C. XII. 1. c. 33. de decurion. II. *Op.* Possessio. Cf. h. v. §. 2. III. *Cn.* Litem proprietatis movere. fr. 33. de d. m. 4. 3. cf. c. 6. de serv. fugit. 6. 1. Transferre proprietatem mercium ad emtorem. fr. 9. §. 6. de A. R. D. 41. 1. Quidquid adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere. fr. 115. de V. S. 50. 16. Plena, s. Solida, propr. fr. 2. pr. Qu. mod. usufr. 7. 4. fr. 26. pr. de usu et usufr. leg. 33. 2. — §. 3.** ***Dominium deducto usufructu, vel usu.*** **II. *Op.* Vsus. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. Dominium proprietatis, Proprietas. — Vsusfr. fr. 25. §§. 1. sq. de usufr. 7. 1. Vatic. §§. 80. 83. Nuda, s. Sola, proprietas. — Vsusfr. Gai. II. 30. 33. fr. 15. §. 1. Qu. satisd. cog. 2. 8. III. *Cn.* In mancipanda proprietate detrahere usumfr. Deducto usufr. proprietatem mancipare. Gai. II. 33. Vatic. §§. 51. 78. 80. 82. sq. Ne in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufr., placuit etc. fr. 3. §. 2. de usufr. 7. 1. Dominus proprietatis alii usumfr. in iure cedere potest. Gai. II. 30. Paul. III. 6. §. 32. Dominus nudae proprietatis. fr. 72. de usufr. 7. 1. Res restituenda domino proprietatis, cuius usufr. datus est. fr. 8. §. 4. Qui satisd. cog. 2. 8. cf. Vatic. §. 86. Vsusfr. amissus ad proprietatem recurrit. Paul. III. 6. §. 28. cf. Gai. II. 30. Vatic. §. 80.**

Proprius. (Adiect.) §. 1. ***Peculiaris, Separatus.*** **I. *Sy.* Singulus. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Separatus. Gai. II. 181. Suum, Proprium (genus, v. nomen.) fr. 167. ib. 50. 16. cf. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. II. *Op.* Communis. Cf. h. v. §. 1. Ius proprium (civium R.) — Ius gentium. Omnium civitatum ius. Gai. I. 189. III. 93. Eo modo, quo etc. — Proprio iure (substituere.) Vlp. XXIII. 7. Nominatim. — Non adiecto proprio nomine. Gai. II. 127. III. *Cn.* Propriam ac separatam (conditionem habere.) fr. 7. §. 1. pro emt. 41. 4. Propriam, et personalem (habere defensionem.) fr. 95. §. 3. de solut. 46. 3. Generaliter, sine proprio nomine, — dari sibi stipulari. fr. 75. §. 1. de V. O. 45. 1. Qui (sc. Latini) proprios populos, propriasque civitates habebant. Gai. I. 79. Proprio lino, propriaque cera (consignare tabulas.) Ib. II. 181. Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex male-**ficio, aut proprio quodam iure. fr. 1. pr. de O. et A. 44. 7. Negotium inter nos gestum proprii contractus. fr. 19. pr. de praescr. vv. 19. 5. Nisi proprio quis iure sibi datum ostenderit. fr. 17. de S. P. R. 8. 3. cf. Th. C. XV. 3. c. 4. de itin. mun. Proprium est (Imperialis benevolentiae.) c. 23. pr. de nupt. 5. 4. Desinere esse, amissa propria forma. fr. 7. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Propriis commentariis expositum. Gai. III. 54. Propriam habere actionem. Id. III. 127. 186. sq. 209. IV. 169. — **§. 1. A.** *Naturalis, Originarius.* II. **Op.** In provincia residere. — Ad propria redire. c. 4. de commerc. 4. 63. III. **Cn.** Parentes, v. Cognati, proprii. Vatic. §. 304. fr. 1. de inoff. testam. 5. 2. — **§. 2.** *Ad singulum spectans.* II. **Op.** Propria, — Aliena (causa.) fr. 1. §. 11. Qu. adpelland. 49. 4. Propria, — Externa (capitatio, v. tributa.) Th. C. XI. 1. c. 33. de ann. et tribut. Propria, — Hereditaria (actio.) fr. 10. de A. E. V. 19. 1. Proprio nomine. — Ex persona heredis. fr. 55. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Provinciae, quae propriae [al. proprie] populi R., v. Caesaris, esse creduntur. Gai. I. 6. II. 21. Legati Procos. nihil proprium habent, nisi a Procos. eis mandata fuerit iurisdictio. fr. 13. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 1. §. 1. fr. 4. pr. de off. eius. 1. 21. Quae (sc. actiones) ex propria ipsius (Praetoris) iurisdictione pendent. Gai. IV. 110. Quodammodo tunc pater potestatem propriam reservare sibi videtur. Id. I. 140. — **§. 3.** *Pleno iure noster. Bonorum nostrorum.* I. **Sy.** Sua, Propria (possessio.) Id. IV. 151. Noster (servus.) Vlp. XXII. 7. sqq. II. **Op.** Publicus. fr. 65. §§. 1. sqq. de A. R. D. 41. 1. Communis. Vlp. I. 18. XXII. 10. sq. fr. 32. de damn. inf. 39. 2. Alienus. Vlp. XXII. 9. sqq. 13. Propria testatoris, — Heredis, aut legatarii, aut cuiuslibet alterius (res.) Gai. II. 261. Vlp. II. 10. XXIV. 7. 10. III. **Cn.** Quasi propriae, et privatae (Principis sunt, sc. res fiscales.) fr. 2. §. 4. ne qu. in loco pub. 43. 8. Non ex lucrativa causa — capit, sed proprium recipere videtur. Paul. IV. 1. §. 1. Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. fr. 83. de R. I. 50. 17. Nec emphyteuticario (dari) proprium ius etc. Th. C. V. 13. c. 38. (Wck.) Alii eas putarunt, tamquam proprias, distrahendas. Ib. XIV. 17. c. 9. de annon. civ. De proprio cogentur exsolvere. Ib. XI. 7. c. 16. de exaction.

Propter. (Praepos.) **§. 1.** *Causa, Gratia, Ob* I. **Sy.** Causa. fr. 99. §. 2. de V. S. 50. 16. Ideo, quia. Quod. fr. 2. §. 4. si qu. cautt. 2. 11. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. II. **Op.** De, v. Ex (bonis, v. re etc.) — Pr. (bona etc.) fr. 50. §. 3. de pecul. 15. 1. fr. 21. de hered. v. act. vend. 18. 4. fr. 1. §. 14. de coni. c. emanc. 37. 8. III. **Cn.** Non ante nuptias, — sed prop. nuptias (donationem vocari.) c. 20. de don. A. N. 5. 3. Quae verborum vitio — non valent, non quae pr. ipsam personam legatarii non deberentur. Gai. II. 218. Pr. eandem rationem (habere, v. esse.) Id. III. 37. IV. 53. Iusta causa, pr. quam etc. fr. 13. de N. G. 3. 5. Poena pr. (iniurias.) Gai. III. 223. Pignus capere pr. (eam pecuniam.) Id. IV. 27. Remitti pr. etc. Id. II. 109. 114. Fideicommittere pr. etc. fr. 89. §. 1. de legat. II. (31.) Satisdare, v. Promittere, pr. etc. Gai. IV. 102. fr. 2.

pr. si qu. cautt. 2. 11. Submoveri ab hereditate pr. caelibatum, ex L. Iulia. Gai. II. 144. — **§. 2.** *Per.* I. **Sy.** Ex (dolo,) Pr. (dolum, sc. lucrari.) fr. 1. §. 6. fr. 2. fr. 3. §. 1. de eo p. qu. fact. 2. 10. — **§. 3.** *Secundum.* III. **Cn.** Pr. auctoritatem Hippocratis, (receptum.) fr. 12. de statu hom. 1. 5. Pr. legem (pertinere videri.) fr. 1. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Cum nulla subest causa propter [al. praeter] conventionem. fr. 7. §. 4. de pact. 2. 14. Pr. veteris iuris imitationem, (dicis gratia, familiae emtor adhibetur) Gai. II. 103. 105.

Propterea. (Advb.) *Propter hoc, Idcirco.* I. **Sy.** Propter hoc, quod. Propter quod. Gai. III. 194. fr. 23. de adopt. 1. 7. fr. 1. §. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 14. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Eapropter. Vatic. §. 266. a. fr. 1. pr. §§. 1. 7. de postul. 3. 1. c. 1. pr. de Lat. libert. 7. 6.

Propulsare. **§. 1.** *Depellere.* III. **Cn.** Vim atque iniuriam, s. Illatam vim, prop. fr. 3. de I. et I. 1. 1. c. 1. unde vi. 8. 4. — **§. 2.** *Exterminare, Excludere.* I. **Sy.** Submovere. c. 12. de agricol. 11. 47. III. **Cn.** Exceptores placet — ad commentarios accedere, — caeteris propulsatis. Th. C. VIII. 1. c. 2. de numerar. actuar.

Proreta. *Custos, in prora navis constitutus. Monitor gubernatoris.* III. **Cn.** Quodsi, absente domino, id a magistro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum sit. fr. 11. §. 2. de publican. 39. 4.

Proripere. *Prosilire, Erumpere.* III. **Cn.** Sine culpa equitis proripere se potuerunt, (sc. equus, aut equa.) fr. 2. §. 1. de captiv. et postl. 49. 15. Vnde eum tam furiosa formido proripuit. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl.

Proritare. *Provocare, Lacessere.* III. **Cn.** Qui irritatu suo feram bestiam — in se proritaverit. Paul. I. 15. §. 3.

Prorogare. **§. 1.** *Proferre, Promere.* I. **Sy.** Erogare. Th. C. VII. 4. c. 11. c. 13. de erog. milit. ann. III. **Cn.** Evectionum frequentia, quas — prorogare non desinunt. Ib. VIII. 5. c. 12. de cursu pub. Iulianus prorogata iussione constituit. Ib. VII. 7. c. 2. de pascuis. — **§. 2.** *In antecessum solvere, Repraesentare.* I. **Sy.** Praerogare. Cf. h. v. Promutuum dare. fr. 40. §. 5. de statulib. 40. 7. c. 27. de locat. 4. 65. III. **Cn.** Amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, — debitum redemtus. fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. Si necesse habuit mutuari, ut pupillo — prorogaret. fr. 3. §. 1. de contr. tut. 27. 4. Sumtus, v. Nummos, pror. fr. 53. de pact. 2. 14. fr. 4. §. 5. de manum. 40. 1. — **§. 3.** *Producere, Differre.* I. **Sy.** Innovare (tempora.) Cf. h. v. §. 2. Proferre. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Arctare (tempus.) fr. 2. de re iud. 42. 1. Ab initio datus, — Postea prorogatus (dies.) fr. 31. ib. 42. 1. III. **Cn.** Vlterius — nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest. Paul. IV. 11. §. 8. Sententia prorogata, eademque non edita. c. 4. pr. de castrensian. 12. 26. Si in confinio legitimi temporis petantur (sc. tempora,) et eius terminos prorogabunt. Th. C. II. 7. c. 2. pr. de dilation. cf. fr. 24. pr. locat. 19. 2. Dies traditionis e pacto prorogatus, ut ad venditorem operae pertinerent. fr. 13. §. 18. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 15. de ann. legat. 33. 1.

Prorogatio. *Dilatio.* III. **Cn.** Nisi specialiter Principali iussione prorogatio fuerit inhibita, possunt tempora — prorogari. fr. 2. §. 2. de iudic. 5. 1.

Prorsus. (Advb.) *Vtique, Omnino.* III. **Cn.** Vt enim pactum, — ita prorsus [al. prorsum] defensio iuris — condictionis instar obtinet. fr. 56. de condict. indeb. 12. 6. Derogatur legi, cum pars detrahitur; abrogatur legi, cum prorsus tollitur. fr. 102. de V. S. 50. 16. Surdus, qui pr. non audit. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. Cum — generaliter omnis ratihabitio pr. retrahatur. c. 7. pr. ad S.C. Mac. 4. 28.

Proruere. *Irruere, Impetu prodire.* III. **Cn.** Nunc singuli, modo populi, proruentes in nostros obtutus. Vatic. §. 35.

Prorumpere. *Erumpere, Prosilire.* II. **Op.** Pror. in (licentiam.) — Temperare se ab (iniuria.) c. 6. §. 1. de postul. 2. 6. III. **Cn.** In schola agentium in rebus nemo — prorumpat, nisi etc. Th. C. VI. 27. c. 4. pr. de agent. in reb.

Prosapia. *Progenies, Generis propago.* I. **Sy.** Progenies. Cf. h. v. Stirps. Th. C. XII. 1. c. 177. §. 1. c. 178. de decurion. III. **Cn.** Vniversam generis sui prosapiam in functione — permanentem. Ib. X. 20. c. 16. de murileg.

Proscaenium, s. **Proscenium.** *Locus inter scaenam et orchestram.* III. **Cn.** Si opus proscaenii [al. proscenii] — perficiat. fr. 8. de pollicit. 50. 12. In aditu circi, vel in theatri prosceniis (collocari.) Th. C. XV. 7. c. 12. de scaenic.

Proscindere. *Aratro vertere.* III. **Cn.** Qui agrum non proscindit, qui vites non subserit. fr. 13. §. 2. de usufr. 7. 1.

Proscribere. **§. 1.** *Perscribere, Scripto edicere.* I. **Sy.** Proponere. fr. 11. §§. 3. sq. de instit. act. 14. 3. III. **Cn.** Proscripta, propositaque palam apud forum. Fr. L. Serviliae. c. 12. Proscribere palam, — claris litteris etc. fr. 11. §. 3. l. 14. 3. Si — proscribat, aut etiam litteris ad eum missis palam faciat. fr. 34. §. 1. de statulib. 40. 7. Sequemur — et quid habuerunt proscriptum [al. praescriptum,] aut quid convenerit. fr. 1. §. 10. depos. 16. 3. cf. fr. 71. pr. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Ad venditionem proferre, scripto palam proposito.* I. **Sy.** Proponere. Th. C. X. 16. c. 1. de fisci deb. X. 17. c. 2. de fide et iure hast. III. **Cn.** Qui decoxerit, cuiusve bona a creditoribus possessa, proscriptave sunt. Gai. IV. 102. cf. III. 79. 220. Tab. Heracl. 41. sqq. aer. Br. Si quis pignus proscripserit, venditurus. fr. 15. §. 32. cf. §. 31. de iniur. 47. 10. Gai. III. 220. Proscribente ac distrahente fisco, (emere facultates.) Th. C. X. 17. c. 2. de fide et iure hast. — **§. 3.** *In exsilium agere, bonisque privare.* (cf. v. Proscriptus.) III. **Cn.** Proscribi, et condemnari. Ib. IX. 42. c. 1. §. 3. de bon. proscr. In tempus proscribi. c. 5. de metat. 12. 41. — **§. 4.** *Scribere.* Cf. h. v. §. 4.

Proscriptio. **§. 1.** *Perscriptio, Scriptura.* III. **Cn.** Si per id temporis, quo propositum non erat, vel obscurata proscriptione, contractum sit. fr. 11. §. 4.

de inst. act. 14. 3. Sola albi proscriptione [al. perscriptione] minime decurionem factum. fr. 10. de decurion. 50. 2. — **§. 2.** *Venditio rei, libello proposito denunciata. Publicatio bonorum.* I. **Sy.** Amissio, Publicatio (facultatum.) Cf. v. Amissio. §. 2. III. **Cn.** Decursis hastis, et proscriptione habita, comparasse. Th. C. X. 17. c. 2. de fide et iure hast. In pignoribus — proscriptio publica, et annus luitionis (introducti.) c. 3. pr. de iure dom. impetr. 8. 34. Supplicium exsilii pariter et proscriptionis sustinere. Th. C. IX. 42. c. 20. de bon. proscr. Stilum proscriptionis excipere. Ib. c. 15. cf. c. 7. l. l.

Proscriptus. (Partic.) *Qui in exsilium actus est, bonis fisco commissis.* I. **Sy.** Deportatus. Th. C. IX. 42. c. 5. c. 8. §§. 1. sq. de bon. proscr. III. **Cn.** Proscriptorum bona, vel eorum, qui publicam videntur excepisse sententiam. Ib. c. 17. Proscriptorum, satellitumque fortunae. Ib. c. 20. Quicunque proscripto qualibet sorte sociantur. Ib. c. 15.

Prosecutio. **§. 1.** *Comitatus, rebus publicis transmittendis praebendus.* III. **Cn.** Sub idonea, s. fida, prosecutione dirigere ad etc., s. transmittere. Th. C. IX. 2. c. 5. de exhib. reis. IX. 40. c. 3. de poen. XII. 1. c. 175. de decurion. Animalia, quibus prosecutio debeatur. Ib. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat. Quos necessitas prosecutionis adiunxerit. Ib. VIII. 5. c. 47. pr. de cursu pub. cf. XVI. 8. c. 2. de Iud. — **§. 2.** *Insinuatio, Adlegatio, publice interposita.* III. **Cn.** Prudentiae tuae prosecutione admissa, — praecipimus. Ib. VII. 1. c. 4. de R. M. Expresso crimine prosecutionibus arguere. Ib. IX. 2. c. 5. de exhib. reis.

Prosecutor. *Qui mandato publico prosequitur res, vel personas, transmittendas.* I. **Sy.** Qui prosequitur (animalia etc.) Th. C. VIII. 6. c. 2. de tractor. et stativ. 12. 52. III. **Cn.** Prosecutores, vel susceptores. Ib. VIII. 5. c. 47. pr. de cursu pub. Directarum rerum custodes, vel prosecutores. Ib. c. 18. §. 1. l. l. Vt cum prosecutoribus [al. persecutoribus] ad se remittantur (factores facinorosi.) fr. 7. de cust. et exhib. 48. 3. In transmissione largitionalium titulorum prosecutores — constituti. Ib. VIII. 5. c. 40. pr.

Prosecutoria. *Mandatum publicum, prosecutori praebendum.* I. **Sy.** Praeceptum (Comitis S. largitionum.) Ib. XII. 8. c. 1. de auri pub. prosec. III. **Cn.** Auri prosecutores partim nulla praemissa — prosecutoria aurum praesumunt. Ib. c. l. Prosecutorias sacras postulare. — Prosecutoriarum adiumenta non habere. c. 14. de murileg. 11. 7. Th. C. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. pal.

Prosequi. **§. 1.** *Sequi, Comitem se praebere.* III. **Cn.** Qui cadaver prosequuntur. fr. 3. cf. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Qui custodiam militi prosequenti — excusserint. Paul. V. 31. §. 2. Qui animalia — prosequuntur. Th. C. VIII. 6. c. 2. de tractor. et stativ. — **§. 2.** *Accedere, Adiunctum esse.* III. **Cn.** Si, divinis prosequentibus scriptis, ad alterum Principem fuisset emissum. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. pr. — **§. 3.** *Persequi, Conqueri.* III. **Cn.** Hi, quos moderatores provv., — ordinibus civitatum prosequentibus docti, — suggesserint. Th. C. XII. 1. c. 175. de decurion. Legati — succisos esse prosecuti sunt. Ib. XIII. 11. c. 8. de censitor. cf. XII. 12. c. 11. de legat. et decr.

Proserpere. *Serpere, Furtim intrare.* III. **Cn.** Si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat. c. 31. de episc. eccl. 1. 3.

Prosilire. *Impetu ferri, Temere accedere.* III. **Cn.** Si iuvenili facilitate ductus, — ad accusationem prosiliit. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 3. §. 14. de S. C. Silan. 29. 5. Quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse ut — ad excusationem se converterent. Vatic. §. 242. Ne ad maleficia temere quisquam prosiliat. c. 14. de poen. 9. 47. Non repente, nec temere prosiliat ad hoc munus. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof.

Prosocer. Prosocrus. *Uxoris avus, vel avia.* III. **Cn.** Prosocrus mihi uxoris meae avia est, ego illius sum progener. fr. 4. §. 6. de grad. et adf. 38. 10. Uxor, et nurus, et pronurus, viro, et socero, et prosocero furtum facere possunt. fr. 15. §. 1. de act. rer. amot. 25. 2. cf. fr. 3. §. 2. de postul. 3. 1.

Prospectio. *Providentia.* III. **Cn.** Salubri prospectione praecipimus. Th. C. VII. 4. c. 15. de erog. mil. ann.

Prospectus. (Subst.) **§. 1.** *Facultas, in longinquum perlustrandi oculis res circumiectas.* II. **Op.** Lumina. Cf. v. Lumen. §. 1. III. **Cn.** Prospectus etiam ex inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse non potest. fr. 16. de S. P. V. 8. 2. In prospectu plus quis habet, ne quid ei obficiatur ad gratiorem prospectum et liberum. fr. 15. ib. 8. 2. cf. fr. 15. §. 1. de servit. 8. 1. Si cui prospectus, si cui aditus sit deterior, aut angustior. fr. 2. §. 12. ne qu. in loco pub. 43. 8. Est et haec servitus, ne prospectui obficiatur. fr. 3. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Respectus.* III. **Cn.** Ex persona sua, prospectu [al. respectu] officii, in iudicium vocare (debitores pupillorum.) fr. 1. §. 4. de adm. et peric. 26. 7.

Prosper. (Adiect.) *Favens, Secundus.* I. **Sy.** Faustus. Th. C. VIII. 11. c. 3. sq. ne qu. pub. laet. II. **Op.** Prosperiore, — Reclamante (fortuna.) Ib. II. 12. c. 7. pr. de cognitor. III. **Cn.** Quidquid nostrorum unquam nunciari coeperit prosperorum. Ib. VIII. 11. c. 4.

Prospere. (Advb.) *Feliciter.* II. **Op.** Pr. gestae res. — Damna. c. 14. de procur. 2. 13. III. **Cn.** Ob rem pr. gestam (abolitio publice facta.) fr. 9. cf. fr. 8. ad S.C. Turp. 48. 16.

Prosperitas. *Salus, Felicitas.* I. **Sy.** Felicitas. c. 28. de nupt. 5. 4. III. **Cn.** Iter prosperitatis humanae aperire. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. pr. Acceptae securitatis prosperitate laetari. Th. C. XII. 1. c. 185. de decurion.

Prospicere. **§. 1.** *In longinquum intueri, et perlustrare oculis.* III. **Cn.** Si aedes meae a tuis aedibus tantum distent, ut prospici non possint. fr. 38. de S. P. V. 8. 2. Altius tollendi, vel prospiciendi (ius.) Gai. IV. 3. — **§. 2.** *Praevidere, Exspectare.* III. **Cn.** Prosp. debere, hoc evenire posse.

Futurum prospicere, ut etc. fr. 9. §. 1. locat. 19. 2. fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 8. §. 2. de manum. 40. 1. Servus, qui libertatem prospicit. fr. 1. §. 11. si is qu. testam. lib. 47. 4. — **§. 3.** *Providere, Consulere.* I. **Sy.** Adhibere, Prosp. sibi (advocatos.) fr. 9. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. III. **Cn.** Quibus ut primum prospiciam, — curae habebo. fr. 28. depos. 16. 3. Si filio — minus industrio prospectum esse voluit, — cautionem interponendam etc. fr. 71. pr. de cond. et dem. 35. 1. Si, cum prospicere sibi potuerit damni infecti cautionem, non [al. cautione, nec] prospexerit. fr. 13. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Cautionibus prosp. fr. 38. pr. pro soc. 17. 2. Securitati reip. prosp. fr. 33. pr. §. 1. de usur. 22. 1. Qui compendio suo nullo modo prospexerit. fr. 22. §. 5. de L. Corn. de fals. 48. 10. Et eorum, qui res soli possident, Principalibus constitutionibus prospicitur. §. 7. I. de usuc. 2. 6. Plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluit. fr. 122. de V. S. 50. 16. His verbis — et libertatibus prospectum esse. fr. 19. pr. de adopt. 1. 7. cf. fr. 27. de fideic. libb. 40. 5. Omnibus modis Procos. id agit, ne etc. — Et in eam quoque rem prospexit etc. fr. 1. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7. fr. 1. pr. si ventr. nom. mul. 25. 5. Quia L. Atilia Romae tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut etc. Vlp. XI. 18. cf. XXII. 5. Paul. IV. 2. §. 1. — **§. 3. A.** *Sancire, Statuere.* III. **Cn.** Primo loco habeantur hi. — Tertium ordinem eorum prospicimus, quibus etc. c. 2. ut dignit. ordo. 12. 8. — **§. 4.** *Perspicere.* III. **Cn.** Quem intellectum habeat haec conceptio, — non prospicio, [al. perspicio.] fr. 132. pr. de V. O. 45. 1.

Prostasia. Cf. v. Protostasia.

Prosternere. **§. 1.** *Consternere.* III. **Cn.** Supplicium capitis feret, gladio ultore prostratus. Th. C. IX. 16. c. 4. de malefic. — **§. 2.** *Deiicere, Demoliri.* I. **Sy.** Diruere ac demoliri, Destruere tollereque (aedificia.) Ib. XV. 1. c. 38. sq. c. 46. de opp. pub. — **§. 3.** *Prostituere.* II. **Op.** Pudorem suum alienis libidinibus prosternere. — Per vim stupro comprimi. c. 20. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Prostituere. *Palam exponere corpus, ad corrumpendum pudorem.* I. **Sy.** In turpi quaestu habere (mulierem.) c. 1. si manc. ita ven. 4. 56. III. **Cn.** Passim venalem formam exhibere, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebere. c. 22. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Quae in lupanario se prostituit. fr. 43. pr. de R. N. 23. 2. Quae mulieres quaestuarias prostituunt. fr. 43. §. 7. ib. 23. 2. Si mancipium ita emeris, ne prostituatur, et cum prostitutum fuisset, ut liberum esset. fr. 34. pr. de eviction. 21. 2. cf. fr. 10. §. 1. de in ius voc. 2. 4. fr. 6. pr. fr. 9. de serv. export. 18. 7.

Protector. **§. 1.** *Qui armatae militiae, in comitatu Principis peragendae, adscriptus est.* I. **Sy.** Qui protegendi lateris nostri sollicitudinem patitur. Th. C. VI. 24. c. 9. de domest. et protect. — **§. 2.** *Qui e schola stipatorum Principis ad ministeria dirigitur, extra comitatum Principis obeunda.* I. **Sy.** Praestitutus. Cf. v. Praestituere. §. 2. III. **Cn.** Qui de ordinariorum officiis iudicum — inter protectores domesticos, vel scholares militant. Ib. VIII. 7. c. 9. de div. offic. Protectorum domesticorum schola. Primicerii domesticorum protectorum. Ib. VI. 24. c. 3. c. 9. sq. Qui praepositi, vel protectores fuerunt. Ib. VII. 22. c. 5. de fil. militar. cf. VII. 21. c. 1. de testimon. ex-trib. Nullus protectorum, vel domesticorum, cui aut tuitio locorum, aut quaedam longior est commissa necessitas. Ib. VII. 4. c. 27. de erog. mil. annon. cf. VII. 16. c. 3. de litor. et itin. cust. VIII. 5. c. 30. de cursu pub., IX. 27. c. 3. ad L. Iul. repet.

Protectorius. (Adiect.) *Ad protectorem pertinens.* III. **Cn.** Honores protectoriae dignitatis. Th. C. VII. 21. c. 2. de testimon. ex-tribun. cf. VII. 20. c. 5. de veteran.

Protectum. (cf. v. Proiectus.) *Tectum extra parietem aedium prominens.* III. **Cn.** Ne quis in suggrunda, protectove, — id positum habeat, cuius casus nocere cui possit. fr. 5. §§. 6. 8. 12. de h. qu. deiec. 9. 3. Quae in iure consistunt, — ut immissa, vel protecta. fr. 15. §. 2. de precar. 43. 26. Praetorium, vel protectum, habere licere. fr. 2. pr. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 29. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Protegere. **§. 1.** *Protectum extra aedes suas protendere.* III. **Cn.** Immittendi tigna in parietem vicini, et denique proiiciendi, protegendive (ius.) fr. 2. cf. fr. 1. pr. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Tueri, Defendere.* III. **Cn.** Ne fugitivi admittantur in saltus, neque protegantur a villicis. fr. 1. pr. de fugitiv. 11. 4. Si vulnerati sint servi, cum protegerent dominum. fr. 1. §. 37. de S. C. Silan. 29. 5. Protegendae pudicitiae causa, (iniuriam confestim marito renunciari prohibuit.) fr. 39. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Ad protegendam causam (tutor datus.) c. 3. de in lit. dando tut. 5. 44. cf. fr. 44. de iure fisci. 49. 14. Status tuus ex praescriptione — protectus est. c. 7. ne de statu def. 7. 21.

Protelare. *Prorogare, Protrahere.* I. **Sy.** Differre. c. 2. §. 9. de iureiur. pr. calumn. 2. 59. Extendere, Protrahere (litem.) c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1. III. **Cn.** Dies cautioni praestitutus si finietur, Praetoris — officium erit, ex causa — protelare eum. fr. 4. pr. de damn. inf. 39. 2. In quibus protelatur admonitio. fr. 2. §. 7. de iudic. 3. 1. Si — vel redhibitio proteletur, vel novatio iusta ludatur. Th. C. II. 27. c. 1. §. 6. si cert. pet. de chir.

Protelatio. *Extensio, Ampliatio.* III. **Cn.** Vt in negotiis, quae antehac XXX annorum removebat exceptio, nunc — XL annorum protelatio conferatur. Iul. ep. nov. c. 104. §. 366.

Protendere. *Protrahere, Extendere.* III. **Cn.** Vltra XXX annorum spatium minime protendantur (actiones.) Th. C. IV. 14. c. 1. pr. de action. certo temp. Hanc liberalitatem nostram eo usque protendi. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 5.

Proterve. (Advb.) *Temere, Petulanter.* I. **Sy.** Temere. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult.

Protervitas. *Temeritas, Improbitas.* III. **Cn.** Calliditatem et protervitatem horum, qui hereditates depopulantur, — coërcere. fr. 1. §. 1. de h. qu.

testam. lib. 47. 4. Executoris pertinax et avara protervitas. c. 33. §. 2. de episc. et cler. 1. 3.

Protervus. (Adiect.) *Temerarius, Procax.* I. **Sy.** Temeritas, Protervus ausus. c. 14. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. II. **Op.** Constans. — Levis, protervus. fr. 18. pr. cf. fr. 1. §. 11. fr. 2. sq. de Aedil. edict. 21. 1.

Protestari. **§. 1.** *Sententiam certam profiteri, vitandi praeiudicii gratia.* I. **Sy.** Testari. fr. 14. §§. 7. sq. de relig. 11. 7. III. **Cn.** Sine praeiudicio recte mittet custodes, maxime si missurus id ipsum protestetur. fr. 1. §. 11. de adgn. et alend. 25. 3. Si scit, et non protestatur, et contradicit. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Duas dictamus (sc. actiones,) protestati ex altera nos velle consequi. fr. 1. §. 4. Qu. legator. 43. 3. — **§. 2.** *Testari, Probare.* III. **Cn.** Cum id institoris officio, ad fidem mensae protestandam, scripsisset. fr. 20. de instit. act. 14. 4. Quod sua quisque voce dilucide protestatus est. c. 13. de n. num. pec. 4. 30. Vt cohaerens sanctio protestatur. Th. C. XIII. 3. c. 17. de medic. et prof. Qui semel protestati fuerint, quod etc. Ib. II. 10. c. 2. (Wck.) de postul. cf. XI. 1. c. 33. de annon. et tribut.

Prothyrum. *Quod ianuae domus praefigitur, aut praetenditur.* III. **Cn.** Prothyrum domus, si velamen est, instrumento domus continetur. fr. 12. §. 23. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 245. §. 1. de V. S. 50. 16.

Protinus. (Advb.) **§. 1.** *Confestim.* I. **Sy.** E vestigio, Statim. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. fr. 7. fr. 9. de testam. tut. 26. 2. II. **Op.** Quae habent moram. fr. 80. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Pr., simulatque etc. fr. 7. l. 26. 2. Exinde prot. abstrahatur. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. Haec prot. eorum fiunt, qui primi etc. fr. 1. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Omnimodo post mortem testatoris pr. liber et heres est. Gai. II. 153. Pr., recens a caede etc. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *In futurum tempus.* I. **Sy.** In posterum. Th. C. XVI. 8. c. 25. pr. §. 2. de Iud.

Protocollum. *Pagina initialis chartae publicae, forma publica signata.* III. **Cn.** Tabelliones non scribant instrumenta in aliis chartis, quam quae protocolla habent: ut tamen protocollum tale sit, quod habeat nomen glor. Comitis largitionum, et tempus quo charta facta est. Iul. ep. nov. c. 40. §. 170.

Protopaschitae. *Haereticorum genus.* Cf. v. Novatiani.

Protostasia. *Cura tributi in municipiis exigendi.* I. **Sy.** Exactio in capitatione plebeia. Th. C. XI. 23. c. 2. de protostas. III. **Cn.** Protostasiae [al. Prostasiae,] vel sacerdotii, vel decaprotiae munera. c. 8. de mun. patrim. 10. 41. Si temonarius prodiderit desertorem, protostasiae onere biennio relevetur. Th. C. VII. 18. c. 3. de desertor. cf. XI. 23. c. 1. c. 3. sq. de protostas.

Prototypia. *Munus eorum, quibus aestimatio pretii pro tironibus inferendi commissa erat.* III. **Cn.** Prototypias, et exactiones in capitatione plebeia, curialium munera, et quidem inferiora, esse. Ib. XI. 23. c. 2. l. cf. VII. 13. c. 7. pr. de tiron. Obsequium temonariorum, vel prototypiae [al. pentaprotiae.] Ib. VI. 35. c. 3. pr. de priv. cor. qu. in S. pal. cf. Iust. C. c. 2. eod. 12. 29.

Protractio. *Protelatio.* III. **Cn.** Vt ipsa, quae necessaria fuerint, festinet facere, ne aliqua protractio provinciis noceat. c. 2. §. 15. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Protrahere. **§. 1.** *In publicum producere.* III. **Cn.** Ne — superflua multitudo testium protrahatur. fr. 1. §. 2. de testib. 22. 5. In publicum, v. Latebris, protrah. Th. C. I. 19. c. 1. (Wck.) de off. iud. omn. II. 1. c. 11. de iurisd. — **§. 2.** *Extendere.* III. **Cn.** Vtrum hoc usque ad graecum sermonem tantum protrahimus, an vero et ad alium? fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1. **§. 3.** *Differre, Procrastinare.* I. **Sy.** Protelare. c. 13. §§. 1. 9. de iudic. 3. 1. II. **Op.** Praecipitare. fr. 20. §. 6. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Ne ambages — ulterius negotium protrahant. c. 6. Qu. prov. n. est nec. 7. 64. Lis, quae protracta est. Th. C. II. 1. c. 6. de iurisd.

Proturbare. *Abigere, Arcere.* III. **Cn.** Pelli urbibus, proturbari etc. Th. C. XVI. 5. c. 20. de haeret.

Protutela. *Administratio protutoris.* III. **Cn.** Iudicium, s. Actio, protutelae. fr. 1. pr. §§. 6. 8. de eo qu. pro tut. 27. 5.

Protutor. *Qui, cum iustus tutor non sit, pupilli negotia tamquam tutor administrat.* I. **Sy.** Qui pro tutela negotium gessit. fr. 25. de tut. et ration. 27. 3. fr. 1. §. 1. de contr. tut. 27. 4. II. **Op.** Tutor. fr. 1. §. 1. fr. 3. §. 8. ib. 27. 4. III. **Cn.** Qui, cum tutor curatorve non esset, si pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit. Paul. I. 4. §. 8. fr. 1. pr. fr. 2. sq. de eo qu. pro tut. 27. 5. fr. 8. pr. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Si prius pro tutore administraverit, deinde quasi tutor. fr. 1. §. 5. de eo qu. pro tut. 27. 5.

Provectio. *Evectio, Promotio.* I. **Sy.** Progressus. Cf. h. v. Promotio. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Qualitas provectionis emeritae. Th. C. VI. 5. c. 1. ut dignit. ordo.

Provectus. (Partic.) **§. 1.** *Qui progressus est.* III. **Cn.** Ad perfectam aetatem provecti (minores.) c. 3. si maior fact. 5. 74. Provectae aetatis senium. c. 2. de h. qu. n. impl. stip. 10. 54. — **§. 2.** *Promotus.* III. **Cn.** Prout quisque provectus est, vel fuerit provehendus, (suae locum vindicet dignitatis.) Th. C. VI. 8. c. 1. de praepos. S. cubic. Sit — sedes prior ante provectis, locus conspectior etc. Ib. VI. 7. c. 2. de Prf. Pr. — **§. 3.** *Compulsus, Instigatus.* III. **Cn.** Qui alieno hortatu ad furtum faciendum provectus est. fr. 70. §. 5. de fideiuss. 46. 1.

Provehere. **§. 1.** *Protendere, Proiicere.* III. **Cn.** Proiectum, — quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia maeniana et suggrunda. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Evehere, Promovere.* III. **Cn.** Ne ullus quemquam iudicum probare audeat, vel provehere. Th. C. VIII. 7. c. 7. de div. offic. Quos iudicio nostro proveximus. Ib. XII. 1. c. 14. de decurion. Tempus provehendae dignitatis. Ib. VII. 3. c. 2. Qu. in gradu praef. Quicunque — puellam proiectam de domo — collegerit, ac suis ali-

mentis ad robur provexerit. Ib. V. 7. c. 1. de exposit.

Provenire. §. 1. *Prodire, Nasci.* III. *Cn.* Si quanto minores reditus provenerint. fr. 12. de alim. v. cibar. 34. 1. Si quid vitii in aedificatione — provenerit. Th. C. XV. 1. c. 24. de opp. pub. — §. 2. *Proficere.* III. *Cn.* Ne qua his — reliquorum laxitas proveniret. Ib. XI. 7. c. 4. de exaction. Parvulis adultisque iusta defensio — proveniet. Ib. III. 17. c. 3. pr. de tut. et cur. cr.

Proventus. *Quidquid nascitur e re.* III. *Cn.* Qui fructus suos — vendere nollent, dum minus uberes proventus exspectant. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. Vt his — proventuum [al. provectuum] emolumenta quaerantur. Th. C. VII. 20. c. 11. de veteran.

Proverbium. *Adagium, Sententia.* III. *Cn.* Vetus proverbium est etc. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Providens. (Partic.) *Prospiciens, Cautus.* III. *Cn.* Princeps providentissimus, et iuris religiosissimus. fr. 67. §. 10. de legat. II. (31.) Lex, s. Dispositio, providentissima. Th. C. VII. 4. c. 19. de erog. mil. ann. Nov. Th. II. de navib. n. excus. 1. 7. c. 1. pr.

Providenter. (Advb.) *Circumspecte, Caute.* I. *Sy.* Summa providentia. fr. 1. §. 1. ne vis fiat ei. 43. 4. fr. 1. pr. de tigno iunct. 47. 3. III. *Cn.* Providentissime conservari etc. Th. C. XI. 23. c. 3. de protostas. Nov. Th. II. ne curial. praed. I. 8. c. 1. §. 3.

Providentia. §. 1. *Provisio, Cautio.* III. *Cn.* Verba S.Cti excutiamus, prius providentia ampl. Ordinis laudata. fr. 2. §. 2. ad S.C. Vell. 16. 1. Legitimae tutelae lege XII Tabb. adgnatis delatae sunt. — Hoc summa providentia. fr. 1. pr. de legit. tut. 26. 4. Tutor, qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem etc. fr. 27. de adm. et peric. 26. 7. fr. 90. pr. de legat. I. (30.) Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet eius providentia proficiscitur. fr. 3. de const. Pr. 1. 4. Iustae providentiae consulta deliberatione sancimus. Vatic. §. 35. Vetus providentia, dispositioque maiorum. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2. Dii immortales providentia sua ordinare — dignati sunt. Coll. LL. M. XV. 3. c. 1. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. — §. 2. *Titulus honorarius.* I. *Sy.* Eminentia, Sublimitas (tua.) c. 6. de aquaed. 11. 42.

Providere. §. 1. *Praevidere, Praecavere.* III. *Cn.* Potest a domino, si is providerit, iure prohiberi. fr. 3. §. 1. fr. 5. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Nisi id dominus — providerit. Th. C. VII. 8. c. 5. §. 1. de metat. — §. 2. *Consulere, Procurare.* I. *Sy.* Consulere. Cf. h. v. §. 1. Curare. Cf. h. v. §. 1. Cavere. Gai. I. 45. 47. Vlp. I. 25. III. *Cn.* Nec rei suae providere, nec consulere pupillo potuit. fr. 6. ubi pup. 27. 2. Vni tantum ex heredibus providere, — caeteris autem non consuli. fr. 33. de pact. 2. 14. Praefectum Vr. — adire, qui — petitioni tuae secundum iuris providebit iustitiam. Vatic. §. 273. cf. §. 279. Hoc et compendio litium, et aequitatis ratione provisum est. Paul. II. 1. §. 1. cf. Vatic. §. 273. Ipsa lege, v. Principum statutis, esse provisum. Gai. I. 45. Vatic. §. 280. cf. §. 273. Quem murum integritatis — providebimus, si etc.? c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Sumtus providere. Iul. ep. nov. c. 123. §. 532. Th. C. XV. 1. c. 36. de opp. pub.

Providus. (Adiect.) *Circumspectus.* I. *Sy.* Providens. Th. C. VII. 4. c. 19. c. 24. de erog. mil. ann. III. *Cn.* Illud sane prae caeteris providae cautionis habiturus, ut etc. Ib. X. 10. c. 27. §. 4. de petit. et ultro dat. Legis provida sanctio. Ib. XIII. 9. c. 3. §. 1. de naufrag.

Provincia. §. 1. *Territorium extra Italiam,* (administrationi magistratus populi R. creditum.) II. *Op.* Italia. Cf. h. v. §. 1. Regiones, quae sunt sub iuridicis. — Vrbs. — Provincia. Vatic. §§. 232. 241. Roma, Vrbs. Gai. I. 20. 100. II. 278. IV. 109. Vlp. I. 13. XI. 18. Coll. LL. M. I. 11. III. *Cn.* Saepe in aliis civitatibus subreptas res, in alias civitates, vel in alias provincias, destinat fur perferre. Gai. III. 184. Celebris civitas, vel provinciae caput. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Continentes provinciae, — quae Italiae iunctae sunt. fr. 99. §. 1. de V. S. 50. 16. Suburbanae provinciae. — Caeterae. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. Quot provinciae in ditionem venerant. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Provinciae, quae propriae populi R. esse intelliguntur, — Provv., quae propriae Caesaris esse creduntur. Gai. II. 21. cf. I. 6. Si eadem provincia, postea divisa, sub duobus Praesidibus constituta est. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. Qui universas provincias regunt. fr. 6. §. 8. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. Qui — regendas provincias, dignitatesque susceperint palatinas. c. 4. de priv. eor. qu. in S. palat. 12. 29. Correctores, et Praesides provinciarum. fr. 10. de off. Praes. 1. 18. (cf. v. Praeses. §. 3.) Qui provinciis, exercitibusve praesunt. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. Praeses in suae provinciae homines tantum imperium habet. fr. 3. de off. Praes. 1. 18. Corpus, aut schola, vel civitas, vel provincia, vel quaedam universitas hominum. c. 7. §. 1. de div. rescr. 1. 23. — §. 2. *Munus, Officium.* III. *Cn.* Quae stipendia in castris, inve provincia — fecerit. Tab. Heracl. 16. sqq. aer. Neap. Qui aerarium provinciam obtinebit. Fr. L. Serviliae. c. 19. sq. c. 24. Senatus non perinde omnes provincias probe gerere poterat. fr. 2. §. 11. cf. §. 9. de O. I. 1. 2. Fruimur — benefaciendi provincia. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. pr.

Provincialis. §. 1. *Ad provinciam pertinens.* I. *Sy.* Quae in provinciis sunt, Provincialia (praedia.) Gai. II. 21. 63. II. *Op.* Italicus. Cf. h. v. Provincialis iudex, vel intra Italiam. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. Vrbanus. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. III. *Cn.* Non solum in barbaris, sed etiam in provincialibus servis (praescriptum.) c. 5. de Aedil. action. 4. 58. Fundi provinciales. Solum provinciale. Fr. de I. F. §. 8. Gai. II. 7. 27. Omnia provincialia desideria — ad officium Praesidum pertinent. fr. 11. de off. Praes. 1. 18. — §. 2. *Incola certae provinciae.* I. *Sy.* Homo provincialis, s. eius provinciae. Qui in provincia domicilium habet. fr. 3. 1. 1. 1. 18. fr. 19. §. 3. de iudic. 5. 1. fr. 190. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Provinciales provinciae proconsularis. Th. C. XI. 1. c. 29. de ann. et tribut. Vniversi provinciales. Ib.

Ib. IV. 9. c. 7. ad S.C. Claud. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Provincialibus et urbibus Africanis — concedimus. Ib. IV. 12. c. 5. de vectig. et comm. Ne qui provincialium cum servis fiscalibus contrahant. Fr. de I. F. §. 6. Negotia, s. Actus, provincialium. fr. 4. §. 4. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Provisio. **§. 1.** *Cautio, Cura.* I. ***Sy.*** Sollicitudo ac vigilantia animi. fr. 1. §. 3. fr. 18. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. III. ***Cn.*** Cuius provisionem amoremque circa reip. commoda — experti. Nov. Th. II. de loc. reip. I. 23. c. 1. §. 2. Si quid vel parsimonia, vel provisione, vel mercatura — congesserint. Th. C. XVI. 2. c. 14. pr. de episc. eccl. Humana provisione concessum. Ib. VII. 15. c. 1. de terr. limit. Superna provisio (commisit nobis.) Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. — **§. 2.** *Decretum, Statutum.* III. ***Cn.*** Nostra provisio faciet etc. Th. C. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. cf. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 4.) Provisio Senatus, atque consultum. Th. C. VI. 4. c. 21. §. 5. de Pr. et Qu. — **§. 3.** *Machinatio, Commentum.* III. ***Cn.*** Qui eos domibus suis damnanda provisione defendent. Th. C. XVI. 5. c. 35. de haeret. — **§. 4.** *Quod publice praebetur* (magistratibus, aut militibus.) III. ***Cn.*** Illustr. et magnif. auctoritas tua, quae provisionum titulis et commodis publicis illustratur. Nov. Th. II. de am. milit. I. 9. c. 1. §. 2.

Provocare. **§. 1.** *Evocare, Postulare, Excitare.* I. ***Sy.*** Desiderare, ut etc. Prov. ad etc. fr. 19. de testam. tut. 26. 2. fr. 1. pr. de contr. tut. 27. 4. III. ***Cn.*** Interesse, utrum tu provocasti communi dividundo iudicio, an provocatus es. fr. 12. §. 1. de cond. furt. 13. 1. Eum videri actorem, qui ad iudicium provocasset. fr. 13. sq. de iudic. 5. 1. Quodsi nulli sunt debitores, aut iudicem provocent. fr. 6. de iure delib. 28. 8. Quando tu iniuria vindicavisti, D aeris sacramento te provoco. Gai. IV. 16. 95. Provocamus adversarium tali sponsione. Id. IV. 93. 165. Ad quaestionem, v. testimonium, v. collationem, prov. fr. 1. §. 3. fr. 10. §. 1. de quaestion. 48. 18. c. 9. de collation. 6. 20. — **§. 2.** *Auxilium iudicis superioris implorare,* (contra decretum magistratus, aut sententiam ab inferiore iudice latam.) I. ***Sy.*** Adpellare. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** A decreto prov. c. 3. de excus. tut. 5. 62. Adversus sententiam prov. fr. 18. de accus. 48. 2. Si quis condemnatus provocavit. fr. 6. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. cf. fr. 25. de adm. et per. 26. 7. Victus provocavit ad competentem iudicem, et ab eo quoque ad Principem idem provocavit. fr. 122. §. 5. de V. O. 45. 1. Ipse erit provocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat adpellatio. fr. 1. §. 4. Quando adp. 49. 4. cf. fr. 1. pr. §. 1. Qu. a quo adp. 49. 3. Provocandi ius. Cf. v. Provocatio. — **§. 3.** *Lacessere, Incitare.* I. ***Sy.*** Adgredi. fr. 1. §. 11. si quadrup. 9. 1. III. ***Cn.*** In omnibus criminibus distinctio haec aut iustitiam provocare debet, aut temperamentum admittere. Coll. LL. M. I. 11. cf. c. 5. de obsequ. patr. 6. 6. — **§. 3. A.** *Invitare.* II. ***Op.*** Deterrere. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Iudicium uxoris postremum in se prov. c. 3. si qu. al. test. prob. 6. 34. cf. fr. 3. eod. tit. 29. 6. — **§. 4.** *Palam facere, Manifestare.* III. ***Cn.*** Per ignorantiam — exsolvere, quae postmodum indebita — provocavit eventus. Th. C. XI. 5. c. 3. de indiction.

Provocatio. *Adpellatio iudicis altioris.* I. ***Sy.*** Ius provocandi. fr. 2. §§. 4. 16. 18. de O. I. 1. 2. Adpellatio. Cf. h. v. §. 3. II. ***Op.*** Pendente iudicio. — Si omnia tempora provocationis lapsa sunt. fr. 6. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. III. ***Cn.*** Post rem iudicatam, v. A sententia, provocatio interposita. fr. 11. de transact. 2. 15. Fr. de I. F. §. 14. De poena provocatio non est. — At multae provocatio est. fr. 244. de V. S. 50. 16. Neque provocatio ab eis (sc. Xviris,) sicut a reliquis magistratibus, fieret. fr. 2. §§. 4. 16. de O. I. 1. 2. Cum, — provocatione interposita, — post mortem eius: „non iuste adpellatum," esset pronunciatum. fr. 11. §. 3. ad L. Falc. 35. 2.

Provocator. *Qui provocationis remedio utitur.* I. ***Sy.*** Qui adpellavit. Adpellator. Th. C. XI. 31. c. 9. de repar. adp. XI. 36. c. 25. Quor. adp. n. rec. III. ***Cn.*** Nec ante debetur, quam aut non est provocatum, aut provocator victus est. fr. 244. de V. S. 50. 16.

Provolvere. *Devolvere.* III. ***Cn.*** Vt in tuum lapides provolvantur, ibique positi habeantur, indeque exportentur. fr. 3. §. 2. de S. P. R. 8. 3.

Prout. (Advb.) *Sicut, Quemadmodum.* I. ***Sy.*** Vti. Gai. III. 63. Vlp. XVIII. 1. III. ***Cn.*** Quod iurisdictionis perpetuae causa, non quod prout res incidit, in albo — propositum erit. fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. Non semper (significat,) sed pr. est adiectum. fr. 164. §. 1. de V. S. 50. 16. Aut totum, aut ex parte (sc. pertineat,) pr. pertinere possit. Vlp. XVIII. 1. Vtraque via uti posse, pr. elegerit. fr. 10. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 23. de h. qu. not. inf. 3. 2. Pr. quaeque res erit, animadvertam. fr. 15. §. 28. de iniur. 47. 10. Vt, pr. quisque habitaverit, ita obligetur. fr. 13. §. 11. locat. 19. 2.

Proxeneta. *Conciliator et interpres negotii contrahendi, munerisve impetrandi.* III. ***Cn.*** Si quis forte conditionis, vel amicitiae, vel adsessurae — proxeneta fuit. fr. 3. cf. fr. 2. de proxenet. 50. 14.

Proxeneticum. *Merces debita proxenetae.* III. ***Cn.*** Arrae sponsalitiae, et proxenetica. Rubr. Tit. C. de sponsal. 5. 1. Proxenetica iure licito peti. fr. 1. fr. 3. de proxen. 50. 14.

Proximatus. (Subst.) *Dignitas eorum, qui in scriniis proximum magistris locum tenebant* I. ***Sy.*** Gradus proximorum. Th. C. VI. 26. c. 17. pr. §. 1. de prox. com. disp. III. ***Cn.*** Per omnia scrinia nostra, — qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatum. Ib. c. 11. l. l. Ad proximatum, et comitivam dispositionum, vel magisterium admissionum, pervenire. Ib. VI. 2. c. 12. de Senat. et de gleb. cf. I. 5. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Proxime. (Advb.) **§. 1.** *Prope.* III. ***Cn.*** Vt adire qua proxime possim, ad reficiendum. fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4. Prox. accedere praetextati aetatem. fr. 3. §. 6. de lib. exhib. 43. 30. Vt prox. ac supra diximus. Gai. I. 150. II. 36. 94. IV. 53. — **§. 2.** *Novissimo tempore.* I. ***Sy.*** Nuper. fr. 50. de R. N.

23. 2. fr. 57. de legat. II. (31.) III. **Cn.** Eius erit libertus, cuius pr. fuerit servus. fr. 3. §. 4. de suis et legit. 38. 16. Pr. in cognitione Principis — diu dubitatum est. fr. 3. de h. qu. in testam. del. 28. 4. cf. Vatic. §. 166. Pr. incidit (ex facto species.) fr. 83. de legat. II. (31.) Pr. constitutum dicitur. fr. 50. de R. N. 23. 2.

Proximitas. §. **1.** *Vicinitas.* III. **Cn.** Pro loco ac proximitate possessionum, (annona — transvehatur.) Th. C. XI. 1. c. 11. de ann. et tribut. — §. **2.** *Vinculum, quod proximos inter cognatos, (vel adfines,) intercedit.* I. **Sy.** Necessitudo. Cf. h. v. §. 2. Vnde proximi cognati. Proximitatis nomine. fr. 1. §. 9. fr. 3. sq. unde cogn. 38. 8. II. **Op.** Non secundo gradu, post suos heredes, sed tertio, proximitatis nomine (vocat adgnatos capite deminutos.) Gai. III. 27. fr. 8. pr. de suis et legit. 38. 16. Iure consanguinitatis, aut adgnationis, — Proximitatis nomine (B. Pnem petere posse.) fr. 4. cf. fr. 3. unde cogn. 38. 8. III. **Cn.** Si sciat quidem, defunctum esse cognatum; nesciat autem, proximitatis nomine B. Pnem sibi deferri. fr. 1. §. 1. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 46. ad S.C. Treb. 36. 1. Qui qualibet proximitate iunguntur. Th. C. XIV. 3. c. 3. §. 1. de pistor. et catab.

Proximus. (Adiect.) §. **1.** *Maxime propinquus, Vicinus.* I. **Sy.** Qui prope ripam praedia possident. Proximi. fr. 7. §§. 3. sqq. fr. 30. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Gai. II. 72. Prope (pubertatem, v. dolum,) Proximum (pubertati etc.) esse. fr. 13. §. 1. de d. m. 4. 3. fr. 29. pr. §. 3. mand. 17. 1. fr. 4. §. 26. de d. m. exc. 44. 4. II. **Op.** Superior, Vlterior, (vicinus.) fr. 8. pr. de O. N. N. 39. 1. cf. fr. 17. §. 3. de aqua et aqu. pl. 39. 3. fr. 1. §. 11. de cloac. 43. 23. Longinquus. Nov. Marcian. Nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. pr. §. 2. In proximo. — Longius. Cf. v. Longe. §. 1. III. **Cn.** Si aedibus meis proximae sint aedes meae et tuae. fr. 32. de damn. inf. 39. 2. In proximo stans. fr. 4. de iniur. 47. 10. Servi de proximo. Paul. III. 5. §. 7. Prout quisque vestrum proximus erit. Th. C. XI. 30. c. 36. de adp. et poen. Infans, et qui infanti proximus est. Gai. III. 109. Nisi tam lata culpa fuit, ut luxuria aut dolo sit proxima. fr. 11. de incend. ruina. 47. 9. Cf. v. Culpa. §. 3. Dolo proximum erit, (ideoque repeti potest.) fr. 24. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 29. §. 3. mand. 17. 1. — §. **2.** *Prope sequens, aut antecedens.* II. **Op.** Inferior. fr. 1. §. 7. de legat. III. (32.) Proximae, — Secundae (Calendae.) fr. 41. pr. de V. O. 45. 1. III. **Cn.** Si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit. fr. 4. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. X in anno proximo dotis nomine dare spondes? fr. 48. pr. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 37. de usufr. 7. 1. In VI mensibus proximis, quam pro eo depensum esset. Gai. IV. 22. Heres esto, cernitoque in diebus C proximis, quibus scieris poterisque. Id. II. 174. Vlp. XXII. 27. 33. Intra dies proximos. In proximis diebus. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. Vatic. §. 155. Gai. III. 218. Intra Idus Sept., quae tunc proximae futurae essent. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1. cf. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. — §. **3.** *Qui adgnationis, aut cognationis, adfinitatisve vinculo arctissimo coniunctus est alteri.* I. **Sy.** Necessarii, Proximi. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Proximi cognati. Proximitas. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Adgnatus proximus. — Sequentes. Gai. III. 12. 22. Proximior gradus. — Vlterior. Ib. III. 7. Proximae, necessariaeque personae. — Extranei. Cf. v. Extraneus. §. 3. III. **Cn.** Parentum, vel proximorum, successio. c. 8. Qui adm. ad B. P. 6. 9. cf. Th. C. XVI. 5. c. 40. c. 2. de haeret. Vel filiis, — vel proximis, cognatisque (deferatur successio.) Ib. IX. 9. c. 1. §§. 3. 5. de mul. qu. se serv. cf. IV. 4. c. 2. pr. de testam. et codic. Proximae personae, vel uxori, vel alii tali personae datum. c. 10. de legat. 6. 37. cf. Th. C. IX. 14. c. 3. pr. ad L. Corn. de sicar. In hereditate legitima — omnis successio proximiori defertur. Paul. IV. 8. §. 23. Sui heredes. — Consanguinei. — Reliqui adgnati proximi. Vlp. XXVI. 1. fr. 2. §. 1. de suis et legit. 38. 16. Cui suus heres nec sit, adgnatus proximus familiam habeto. L. XII Tabb. V. 4. cf. Gai. I. 164. III. 11. 13. 28. fr. 92. fr. 155. fr. 162. pr. fr. 195. §. 1. de V. S. 50. 16. Vt bona Latinorum — pertinerent — ad liberos eorum, — uti quisque proximus esset. Gai. III. 63. Si quis proximus cognatus — diem suum obierit, sequens quasi proximus admittetur. fr. 1. §. 7. unde cogn. 38. 8. Paul. I. 21. §. 13. Si quis proximior cognatus nasci speretur. fr. 1. §. 8. ib. 38. 8. Proximus a filio posthumo heres. Prox. a ventre. fr. 30. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 1. §. 8. unde cogn. 38. 8. — §. **4.** *Coniunctus, Similis.* I. **Sy.** Familiaritatem aliquam habere, Proximum esse. fr. 2. pr. §. 1. locat. 19. 2. Similis. fr. 6. de resc. vend. 18. 5. fr. 5. §. 4. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Quod proximum et consequens ei est. fr. 32. pr. de LL. 1. 3. Proximum sacrilegio crimen. fr. 1. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. fr. 28. §. 10. de poen. 48. 19. Proxima morti poena. fr. 28. pr. l. 48. 19. — §. **5.** *Praesens.* II. **Op.** Proxima, — Pristina (causa.) fr. 8. de cond. ob turp. c. 12. 5.

Proximus. (Subst.) §. **1.** *Qui prope Principem versatur, (s. circa personam Principis occupatus est.)* III. **Cn.** Longae militiae labore, vel proximis erga nos iuvantibus codicillos senatorios reportaverint. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 5. de decurion. — §. **2.** *Qui in scrinio Principis secundum, post magistrum scrinii, locum occupat.* I. **Sy.** Prior. Ib. VI. 26. c. 10. sq. de prox. com. disp. VI. 30. c. 19. de palat. S. largg. III. **Cn.** Clariss. VV. proximi scriniorum, et magistri dispositionum. Ib. VI. 26. c. 2. c. 6. cf. Iust. C. c. 66. de decur. 10. 31. Proximi memoriae, epistolarum, ac libellorum. Th. C. c. 4. c. 13. c. 17. sq. l. l. Honor proximi, et comitiva primi dispositionum. Ib. c. 14. pr. l. Proximi, — et exproximi. c. 1. de mag. S. scrin. 12. 19. Proximi futuri. Iul. ep. nov. c. 26. §. 97.

Prudens. (Adiect.) §. **1.** *Gnarus, Expertus, Peritus.* III. **Cn.** Sciens prudensque (se obligare etc.) Paul. I. 9. §. 6. fr. 1. §. 2. si mul. ventr. nom. 25. 6. Prudens et diligens paterfam. fr. 54. pr. de A. E. V. 19. 1. Nobilis, prudens, fidelis etc. Th. C. XI. 14. c. 1. de cond. in pub. horr. Consilium prudentis viri. fr. 2. §. 7. de vac. et excus. 50. 5. Prudentium

deliberatio. Th. C. III. 17. c. 3. pr. de tut. et cur. creand. Prudens consilium. fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Scientia, non quae cadit in iurisprudentes, sed quam quis aut per se aut per alios adsequi potuit, scilicet consulendo prudentiores. fr. 2. §. 5. Qu. ordo in poss. 38. 15. — **§. 2.** *Iuris peritus.* I. **Sy.** Iurisconsultus. Cf. h. v. Iurisprudens, Iurisperitus. Cf. h. v. Quibus permissum est iura condere. Prudentes. Gai. I. 7. §. 8. I. de I. N. 1. 2. Iuris auctores. Veteres. Antiquitas. Prudentes. c. 2. §§. 1. sqq. 10. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 2. pr. §. 1. de const. pec. 4. 18. II. **Op.** Lex (XII Tabb.) — Interpretatio prudentium. Paul. IV. 8. §. 3. III. **Cn.** Ius civile est, quod ex legibus, — auctoritate prudentium venit. fr. 7. pr. de I. et I. 1. 1. cf. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. Proprium ius civile, quod, sine scripto, in sola prudentium interpretatione consistit. fr. 2. §. 12. ib. 1. 2. Sic interpretantur prudentes has constitutiones. Vatic. §. 132. fr. 31. §. 1. de vulg. et pup. 28. 6. Responsa prudentium. Gai. I. 2. 7. Iulii Pauli opinio, et aliorum certorum prudentium. c. 5. §. 1. de rec. arbitr. 2. 56. cf. c. 4. de collat. 6. 20. Diversae sententiae a legum prudentibus habitae. c. 11. de rem. pign. 8. 26. In eo dissentiunt prudentes. Gai. II. 195. Placuit prudentibus, s. prudentioribus. fr. 54. pr. mand. 17. 1. fr. 31. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Cum — facti interpretatio plerumque etiam prudentissimos fallat. fr. 2. de iur. et facti ign. 22. 6. Sententiae prudentium virorum. c. 6. de milit. testam. 6. 21. Vir prudentissimus (Papinianus, v. Vlpianus etc.) c. 14. de praed. et al. reb. min. 5. 71. c. 12. de legat. 6. 37. c. 11. ad L. Corn. de fals. 9. 22. c. 11. de quaestion. 9. 41. Auctor prudentissimus I. Ctorum (Scaevola.) Th. C. IV. 4. c. 3. §. 3. de testam. et codic.

Prudenter. (Advb.) *Provide, Circumspecte, Perite.* III. **Cn.** Prudenter, et egregia ratione humanitatis (damnasti.) fr. 1. §. 27. de quaestion. 48. 18. Prudentius itaque faciet, si etc. fr. 33. de N. G. 3. 5. Prudentissime iuris auctores medietatem quandam secuti sunt. fr. 3. si pars hered. 5. 4.

Prudentia. **§. 1.** *Experientia, Peritia.* I. **Sy.** Scientia. fr. 9. §. 3. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 10. de B. P. 37. 1. III. **Cn.** Summae prudentiae, et auctoritatis apud Graecos (Plato.) fr. 2. de nundin. 50. 11. Auctoritatis, prudentiae, fidei exploratae esse. fr. 3. §. 4. de liber. exhib. 43. 30. Pro tua prudentia invigilabis hereditati. fr. 25. §. 8. de A. v. O. H. 29. 2. Dignoscitur calliditas dictantis non habuisse prudentiam. Consult. vet. I. Cti. c. 7. — **§. 2.** *Peritia iuris. Iurisperiti ipsi.* I. **Sy.** Auctorum iurgium. Antiqua prudentia. c. 13. sqq. de usufr. et habit. 3. 33. III. **Cn.** Antiquae prudentiae cultores. c. 15. de contr. emt. 4. 38. Libri iuris auctorum, et alia antiqua prudentia. c. 2. §. 1. de const. pec. 4. 18. Regula ab antiqua prudentia exposita. c. 21. de furt. 6. 2. — **§. 3.** *Titulus honorarius.* III. **Cn.** Quod (sc. officium) paret laudabili prudentiae tuae. Th. C. VIII. 7. c. 7. de div. offic. Per prudentiae tuae iudicium investigari. Ib. X. 17. c. 2. pr. de sepul. viol. Quae pandit prudentia tua in relatione. Coll. LL. M. XV. 3.

Pruriginosus. (Adiect.) *Prurigine laborans.* III. **Cn.** Gibberosi, vel curvi, vel pruriginosi, vel scabiosi. fr. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Prusias. *Metropolis Bithyniae.* III. **Cn.** Claudiopolis, Prusiadis, ac Totai, et Voridis, oppidorum sive mansionum per Bithyniam, curiales. Th. C. XII. 1. c. 119. de decurion.

Psallere. *Psalmos canere.* III. **Cn.** Oratoria habere, et in his orare, et psallere sine clericis, sed sacram missam non faciat. Iul. ep. nov. c. 52. §. 194. Vnum asceterium, i. e. VIII sanctimoniales psallentes, et III acolythi. Ib. c. 53. §. 195.

Psalterium. *Canticum maledicum.* I. **Sy.** Canticum. Paul. V. 4. §§. 15. sq. III. **Cn.** Ps. — in alterius infamiam compositum, et publice cantatum. Ib. §. 16.

Pseudocomitatenses. *Numeri in palatina militia,* (speciem et ordinem comitatensium imitantes.) III. **Cn.** Actuarii palatinorum, et comitatensium numerorum, — pseudocomitatensium etiam. Th. C. VIII. 1. c. 10. de numerar.

Psyllus. *Nomen servi.* III. **Cn.** Erotem servum meum, qui et Psyllus vocatur, liberum esse volo. fr. 14. de fideic. libb. 40. 5.

Ptochicus. (Adiect.) *Ad ptochium pertinens.* III. **Cn.** Rem immobilem ecclesiasticam, vel ptochicam, (accipere.) Iul. ep. nov. c. 7. §. 35.

Ptochium. *Locus, in quo degunt et aluntur pauperes.* I. **Sy.** Ptochotrophium. Iul. l. l. c. 111. §§. 409. sq. III. **Cn.** Sive ecclesiae sint, sive xenonis, sive monasterii, — sive ptochii, sive alterius cuiusque dominii. Ib. c. 13. §. 49. c. 48. §. 189.

Ptochotrophium. Idem. III. **Cn.** Cum exinde sustentatio — orphanis, atque egenis, et usibus ecclesiasticis, ac ptochotrophiis, vel asceteriis comparetur. c. 35. c. 49. §. 1. de episc. et cler. 1. 3. Xenodochium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel ptochotrophium etc. c. 19. de SS. eccl. 1. 2.

Ptochotrophus. *Qui ptochotrophio praefectus est.* III. **Cn.** Monachi, ptochotrophi, aut xenodochi. c. 33. §. 7. de episc. et cler. 1. 3. Iul. ep. nov. c. 111. §. 410. c. 115. §. 452.

Ptolemenses. *Incolae Ptolemaidis, Phoeniciae urbis.* III. **Cn.** Ptolemensium colonia, quae inter Phoenicen et Palaestinam sita est. fr. 1. §. 3. de censib. 50. 15.

Pubertas. *Aetas et conditio puberum.* I. **Sy.** Pubes aetas. fr. 41. §§. 7. sq. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 14. de S.C. Silan. 29. 5. fr. 3. §. 6. de lib. exhib. 43. 30. Pubes adparere, Pubertatem ostendere. Gai. I. 196. Vlp. XI. 28. III. **Cn.** Annis putant pubertatem aestimandam. Gai. l. l. Impuberi usque ad pubertatem substituere. fr. 22. §. 1. de adopt. 1. 7. Ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, et ob id intelligat se delinquere. Gai. III. 208. fr. 111. pr. de R. I. 50. 17. Maior esse debet eo, — et utique plenae pubertatis [al. plena pubertate,] i. e. XVIII annis eum praecedere debet. fr. 40. §. 1. de adopt. 1. 7. Liberantur tutela masculi quidem pubertate. Vlp. XI. 28. Gai. I. 168.

Pubes. (Adiect.) *Maturus iam ad generandum.* I. **Sy.** Pubes aetas. Pubertas. Cf. h. v. Nubi-

lis. Cf. h. v. III. **Cn.** Tam masculus pubes, quam femina potens. Vlp. V. 2. Pr. I. de nupt. 1. 10. In his, qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse spectandam, cuius aetatis puberes fiunt. Gai. I. 196. Eius aetatis, quamquam nondum puberis, ut rei intellectum capere possent. fr. 14. de S.C. Silan. 29. 5. Qui, nuper pubes factus, idonee negotia sua tueri non potest. Vlp. XII. 4. Pupillus pubes factus. fr. 4. §. 5. de adm. et peric. 26. 7. Adhibitis non minus quam VII testibus, civibus R. puberibus. Gai. I. 29. cf. 20. 113. 119. III. 174.

Pubes. (Subst.) *Masculorum puberum copia.* III. **Cn.** Adcrescente pube, et litterariae indolis iuventute. Nov. Val. III. de postul. II. 37. c. 1. Vt numerosissima pube crescat exercitus. Th. C. VII. 1. c. 10. de R. M.

Pubescere. *Pubertatem ingredi.* I. **Sy.** Pubertatem ostendere, Pubes adparere, s. esse coepisse. Gai. I. 196. Vlp. XI. 28. III. **Cn.** Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, i. e. anno XVIII. Paul. III. 4. A. §. 2. Gai. l. l. Si alter eorum (sc. impuberum) pubuerit, exspectari alterius quoque pubertas debet. fr. 3. §. 8. de Carb. edict. 37. 10.

Publicanus. *Redemtor redituum publicorum.* I. **Sy.** Qui vectigal populi R. conductum habet. Qui publico fruitur. fr. 1. §. 1. fr. 10. §. 1. fr. 12. §. 3. fr. 13. pr. §. 1. de publican. 39. 4. fr. 16. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Lege (censoria) data est pignoris captio publicanis vectigalium publicorum P. R., adversus eos qui aliqua lege vectigalia deberent. Gai. IV. 28. cf. 32. Publicanus, qui lacum vel stagnum conduxit. fr. 1. §. 7. ut in flum. pub. 43. 14. Servi alieni, qui publicanis in eo vectigali ministrant. Familia publicanorum. fr. 1. §. 5. cf. pr. fr. 12. §§. 1. sq. de publican. 39. 4. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Publicani, et telonarii, praepositi thesaurorum etc. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debit. cf. VII. 20. c. 2. pr. de veteran.

Publicare. **§. 1.** *Promulgare, Indicare.* I. **Sy.** Promulgare. Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. l. 1. c. 1. §§. 2. sq. Prodere. Th. C. XII. 1. c. 6. de decurion. II. **Op.** Celare (delictum.) fr. 2. §. 24. vi bon. rapt. 47. 8. III. **Cn.** Si, iniuriae faciendae causa, secreta iudiciorum publicavit. fr. 41. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Qui occultatores perfidos publicaverint, pro praemio huius indicii etc. Th. C. VII. 1. c. 10. de R. M. cf. IX. 21. c. 5. de falsa mon. Legem hanc — iussimus publicari. Ib. XII. 5. c. 2. Quemadm. mun. civ. Cf. XI. 1. c. 34. de ann. et tribut. — **§. 2.** *Apud acta publica profiteri.* I. **Sy.** Adlegare (apud acta.) Cf. h. v. Insinuare, Intimare. Cf. v. Insinuare. §. 1. III. **Cn.** Publicatis apud acta provincialia desideriis suis. Ib. XI. 24. c. 6. §. 5. de patroc. vicor. Quod apud iudicem non ausi fuerint publicare. Ib. XI. 30. c. 11. pr. de adp. et poen. Testamenta omnium, caeteraque quae apud officium censuale publicari solent. Ib. IV. 4. c. 4. de testam. — **§. 3.** *In publicum redigere. Proscribere.* I. **Sy.** Adimere (bona.) Cf. h. v. §. 2. Auferre, Publicum esse iubere. fr. 22. §§. 1. sqq. de inoff. testam. 5. 2. fr. 27. §§. 11. sq. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 6. pr. de quaestion. 48. 18. Publice venire. Publicari. Gai. III. 154. fr. 65. §. 12. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Viae publicae solum publicum est, relictum — ab eo, qui ius publicandi habuit. fr. 2. §. 21. ne qu. in loco pub. 43. 8. V legibus damnatae mulieris dos publicatur. fr. 3. fr. 5. pr. de bon. damn. 48. 20. Damnati pars tertia bonorum ex lege — publicatur. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Publicatis bonis, in insulam deportari. Paul. V. 23. §. 13. V. 25. §. 2. Coll. LL. M. XIV. 3. Publicari, et in exsilio mitti. Iul. ep. nov. c. 123. §. 538. c. 124. §§. 552. 560.

Publicatio. **§. 1.** *Promulgatio.* III. **Cn.** Legis, v. Edictorum, publ. Th. C. V. 3. c. 1. de bon. cleric. XVI. 2. c. 37. de episc. eccl. — **§. 2.** *Denunciatio, Professio.* III. **Cn.** Iudices provinciarum, fide publicationis inspecta, — noverint etc. Ib. XVI. 9. c. 3. ne christ. manc. — **§. 3.** *Proscriptio publica. Confiscatio.* I. **Sy.** Amissio. Cf. h. v. §. 2. Proscriptio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Deportatio, et omnium bonorum publicatio. fr. 1. §. 13. de L. Corn. de fals. 48. 10. Famae nota, cum bonorum publicatione, plecti. Th. C. I. 12. c. 3. de adsess. domest. Capitalis sententia, cum bonorum publicatione. Ib. VII. 15. c. 2. de terr. limit. Quos fiscalis publicatio comprehendet. Ib. XVI. 6. c. 2. §. 1. ne S. bapt.

Publice. (Advb.) **§. 1.** *Palam, In vulgus.* II. **Op.** In latenti. Cf. v. Latens. III. **Cn.** Innotescere publ. fr. 4. pr. §. 1. de requir. reis. 48. 17. Pub. profiteri. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. fr. 5. §. 7. de iure imm. 50. 6. Pub. se praebere. Coll. LL. M. XV. 2. Si id (sc. balneum) locare coeperit, ut publice lavet. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Loco publico.* I. **Sy.** In publico. Paul. V. 4. §§. 10. 19. In aedem (deponere.) fr. 7. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 56. §. 1. mand. 17. 1. III. **Cn.** Servum — sua domo pub. eiicere. c. 1. §. 3. de Lat. libert. 7. 6. In scriptis pub. — proponere. fr. 1. §. 8. de fugitiv. 11. 4. Pub. comburi (libros.) Th. C. XVI. 5. c. 66. §. 1. de haeret. — **§. 3.** *Reipub. nomine. Auctoritate publica.* I. **Sy.** A populo (emere.) Gai. II. 61. IV. 146. II. **Op.** Privatim. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Pub. ab universo ordine comprobari. Th. C. XII. 1. c. 75. de decurion. Quod pub. fit, per maiorem partem. fr. 160. §. 1. de R. I. 50. 17. Publicatis bonis, — debere eos pub. manumitti. fr. 12. pr. de fideic. libb. 40. 5. cf. Gai. I. 27. III. 154. Si publicus locus publice reficiatur. fr. 15. §. 10. de damn. inf. 39. 2. Quod illicite pub. privatimque exactum est. fr. 9. §. 5. de publican. 39. 4. His datur multae dicendae ius, quibus pub. iudicium est. fr. 2. §. 8. de iudic. 5. 1. Quibus bellum pub. populus R. decrevit. fr. 24. de captiv. 49. 15. Pub. primus scripsit, posteaque hoc coepit beneficium dari. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Quae pub. sunt dedicata. fr. 9. pr. de R. D. 1. 8. Sunt quaedam pub. utilia, quaedam privatim. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. Pub. interfuit etc. fr. 44. pr. de usurp. 41. 3.

Publiciana. **§. 1.** *Nomen actionis honorariae in rem conceptae, quae rei vindicationem imitatur.* III. **Cn.** Quae actio Publiciana adpellatur, quoniam primum a Publicio praetore in edicto proposita est. §. 4. I. de action. 4. 6. Publiciana, quae ad

exemplum vindicationis datur. fr. 35. pr. de O. et A. 44. 7. In Public. actione omnia eadem erunt, quae et in rei vindicatione diximus. fr. 7. §. 8. cf. §. 6. de Pub. in R. A. 6. 2. Et non solum emtori b. f. competit Pub., sed et aliis: fr. 3. §. 1. cf. fr. 12. §. 4. ib. 6. 2. Qui Publiciana uti potuit, quia dominium non habuit. fr. 18. de pign. 20. 1. — **§. 2.** ***Nomen actionis, quam Praetor rescissa usucapione dedit.*** II. ***Op.*** Publ., quae ad exemplum vindicationis datur. — Quae rescissa usucapione redditur. fr. 35. pr. de O. et A. 44. 7. cf. §§. 4. sq. I. de action. 4. 6. fr. 57. mand. 17. 1.

Publicius. Cf. v. Publiciana. §. 1.

Publicus. (Adiect.) **§. 1.** ***In civitate constitutus, s. obtinens.*** I. ***Sy.*** Nostrum, Romanum, Publicum (ius.) Th. C. II. 1. c. 10. de iurisd. III. ***Cn.*** Agant publicis legibus, et iure communi. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. pr. cf. Th. C. I. 2. c. 3. (Wck.) de div. rescr. Quod publica iura praescribunt. Ib. c. 2. Quo tu iure testamentum facere possis, secundum legem publicam. Gai. II. 104. fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Ius publicum invocare posse, et adire aliquem potestate praeditum. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. (Cf. v. Ius. §. 1.B.) — **§. 1.A.** ***Publicum, i. e. Locus publicus.*** I. ***Sy.*** Locus publicus. fr. 15. §§. 1. sqq. de damn. inf. 39. 2. fr. 2. pr. §§. 6. sq. 11. ne qu. in loco pub. 43. 8. In civitate, In publico (poni.) fr. 41. de A. R. D. 41. 1. fr. 29. de reb. auct. iud. 42. 5. Apud magistratus (exhibere.) In publicum (deducere.) fr. 1. §§. 1. 6. de fugitiv. 11. 4. III. ***Cn.*** Templa, portas, aliudve quid publicum, armatis obsidere, cingere etc. Paul. V. 26. §. 3. Si quis in publico municipii velit facere (opus.) fr. 5. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. In publico aperire (ianuam.) fr. 41. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Qui in publico sine vinculis servatur. fr. 48. de V. S. 50. 16. Qui cum telo in publico fuerit. Paul. V. 26. §. 3. In publicum protrahere. Th. C. I. 19. c. 1. (Wck.) de off. iud. omn. In publico deponere. Cf. v. Publice. §. 2. — **§. 2.** ***Ad civitatem universam spectans,*** (neque privatis commissus.) I. ***Sy.*** Quae publice fit, s. indulgetur, Publica (abolitio.) fr. 8. fr. 12. fr. 17. ad S.C. Turp. 48. 16. Res publica, Administratio. Th. C. IX. 27. c. 2. ad L. Iul. repet. II. ***Op.*** Privatus. Cf. h. v. §. 1. Familiaris (res.) — Publica (laesio.) fr. 7. §. 14. de pact. 2. 14. Domestica potestas. — Poenae publicae. Th. C. IX. 12. c. 1. sq. de emend. servor. III. ***Cn.*** Officia, quae publica sunt, v. publicam habent causam. fr. 6. de cap. minut. 4. 5. cf. fr. 5. §. 2. ib. 4. 5. fr. 10. §. 1. de edendo. 2. 13. fr. 2. pr. §. 1. de R. I. 50. 17. Munus publicum. fr. 27. fr. 78. de iudic. 5. 1. Apud iudicem publicum (confligere.) Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 1. Vna cum civitatis — antistite, vel apud alias publicas (personas.) §. 5. I. de Atil. tut. 1. 20. Conciliis publicis interesse, (et in Senatu sententiam dicere.) fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Bono publico introductum. fr. 1. de usurp. 41. 3. Publicis utilitatibus prospici etc. fr. 2. §. 2. ne qu. in loco pub. 43. 8. Th. C. XII. 1. c. 34. de decurion. Ad curam publicam pertinere. fr. 2. §. 2. Qui pet. tut. 26. 6. Disciplina publica. Mores publici. Paul. V. 4. §. 15. V. 21. §. 1. Ius publicum remitti, v. infringi, v. relaxari. fr. 5. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 20. pr. de religios. 11. 7. c. 2. de h. qu. sp. pub. mun. 10. 43. — **§. 3.** ***Ad patrimonium reipub. pertinens. Ad fiscum spectans.*** I. ***Sy.*** Fiscus. Publicum. c. 1. sq. si serv. export. 4. 55. Iul. ep. nov. c. 1. §. 2. Quae publice locantur, Publica, Vectigalia. fr. 5. pr. fr. 33. fr. 59. pr. fr. 65. §. 15. pro soc. 17. 2. fr. 9. §. 9. de poen. 48. 19. Publicum esse iubere. Publicare. Cf. h. v. §. 3. Populi R., Publicum (esse.) Gai. I. 27. Vlp. XX. 16. fr. 15. sq. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Quae publice locantur, ut — vectigalia publica. fr. 9. §. 9. de poen. 48. 19. Gai. IV. 28. fr. 1. §. 1. de publican. 39. 4. Tabernae publicae, quarum usus ad privatos pertinet. fr. 32. de contr. emt. 18. 1. Publica bona emere. Gai. IV. 146. Publicos reditus augere. fr. 5. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Debitor pecuniam publicam servo publico — solvit. fr. 19. de compens. 16. 2. cf. fr. 18. §. 10. de iure fisci. 49. 14. Summam sacramenti praestabat poenae nomine, eaque in publicum cedebat, praedesque eo nomine Praetori dabantur. Gai. IV. 13. 16. In publicum committi, v. vindicari. fr. 13. de N. G. 3. 5. fr. 5. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Pignoratae res, vel in publicum obligatae. fr. 15. de dote praeleg. 33. 4. Ad publicum inferre. c. 20. §. 3. de agricol. 11. 47. Ex publico accipere. fr. 25. pr. de S.C. Silan. 29. 5. — **§. 4.** ***Vsui omnium hominum, aut civium, patens.*** I. ***Sy.*** Vsibus populi perpetuo expositae, Publicae (res.) fr. 4. §. 1. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. fr. 30. §. 1. de A. R. D. 41. 1. fr. 83. §. 5. fr. 137. §. 6. de V. O. 45. 1. II. ***Op.*** In patrimonio, In pecunia (populi, v. fisci,) — In publico usu (haberi.) fr. 6. pr. fr. 72. §. 1. de contr. emt. 18. 1. fr. 1. de loc. et itin. pub. 43. 7. fr. 2. §§. 3. sq. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. ***Cn.*** Loca iuris gentium publica. fr. 45. pr. de usurp. 41. 3. cf. fr. 4. §. 1. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. fr. 7. §. 5. de A. R. D. 41. 1. Res sacrae, sanctae, publicae populi R. et civitatum. fr. 9. de usurp. 41. 3. cf. fr. 72. §. 1. de contr. emt. 18. 1. In loco sacro, aut in flumine publico — aliquid facere. Gai. IV. 159. In campo publico ludere, vel in publico balneo lavare. fr. 2. §. 9. ne qu. in loco pub. 43. 8. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. Quod in via publica, itinereve publico factum. fr. 2. §§. 35. 45. cf. §§. 20. sq. ne qu. in loco pub. 43. 8. — **§. 5.** ***Popularis.*** I. ***Sy.*** Omnibus patere, Publicum, s. Quasi publicum, esse (iudicium, v. crimen.) fr. 1. §. 6. de susp. tut. 26. 10. §. 3. I. eod. 1. 26. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. II. ***Op.*** Iure mariti, — Iure publico (accusare.) fr. 40. pr. eod. 48. 5. — **§. 6.** ***Solemnis, Ordinarius.*** III. ***Cn.*** Ordo exercendorum publicorum capitalium. fr. 8. de pub. iud. 48. 1. Quaestiones publicae. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de S.C. Silan. 29. 5. Cum magistratus esset, publicove iudicio praeesset. fr. 1. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Ad publicum deducere (criminosum.) Th. C. IX. 40. c. 21. de poen. Quae ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, Publica (iudicia.) fr. 1. sq. de pub. iud. 48. 1. cf. fr. 32. §. 6. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 2. pr. de cust. et exhib. 48. 3. Qui — pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. fr. 1. §. 1. ad L. Corn. de sic. 48. 8.

Praevaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum est. fr. 3. pr. de praevar. 47. 15. Iudicio publico damnari. Vlp. XIII. 2. — **§. 7.** *Reip. nomine datus.* I. **Sy.** Quae publice praestarentur, Publica (salaria.) fr. 6. de off. adsess. 1. 22. fr. 16. §. 1. de alim. v. cibar. 34. 1. III. **Cn.** Equo publico, similive honore, honorari. Vlp. VII. 1. Publico sumtu fieri. fr. 3. §. 1. de opp. pub. 50. 10.

Publilia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Sponsores ex L. Publilia propriam habent actionem in duplum, quae adpellatur depensi. Gai. III. 127. IV. 22.

Publius. *Praenomen rom.* III. **Cn.** Pub. Titius. Gai. II. 166. Pub. Maevius. Id. II. 177. 277. IV. 86.

Pudice. (Advb.) *Caste.* III. **Cn.** An maritus, pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. fr. 13. §. 5. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Pudicitia. *Castitas, Verecundia.* I. **Sy.** Verecundia. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10. III. **Cn.** Pudicitia sexui congruens. fr. 1. §. 5. l. 3. 1. Quid corrumpendae pudicitiae gratia facere, domum praebere etc. Paul. V. 4. §. 14. cf. fr. 1. §. 2. de iniur. 47. 10. L. Iulia de pudicitia. c. 8. sq. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Pudicus. (Adiect.) *Castus.* III. **Cn.** Adhibitis custodibus fecunditas pudica servetur. Th. C. IX. 42. c. 10. de bon. proscr.

Pudor. **§. 1.** *Castitas.* I. **Sy.** Stuprum inferre. Pulsatio pudoris. Paul. V. 4. §. 4. III. **Cn.** Alius vitam, alius pudorem publico facinore defendit. Id. V. 23. §. 8. Si qua — in taberna cauponia, vel qua alia, pudori suo non parcit. fr. 43. pr. de R. N. 23. 2. c. 20. ad L. Iul. de adult. 9. 9. — **§. 2.** *Reverentia, Metus ignominiae.* I. **Sy.** Verecundia. fr. 91. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Propter matrimonii pudorem, — rerum amotarum actionem habeat (maritus.) c. 22. §. 4. de furt. 6. 2. Naturale ius, et pudor inspiciendus est. fr. 14. §. 2. de R. N. 23. 2. Taedio vitae, aut pudore aeris alieni, (mortem sibi consciscere.) Paul. V. 12. §. 1. — **§. 3.** *Existimatio, Dignitas, illaesa.* I. **Sy.** Existimatio. fr. 15. de cond. instit. 28. 7. fr. 1. §§. 4. sqq. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Ob haec verba — pudor potius oneratur, quam ignominia videtur irrogari. fr. 20. de h. qu. not. inf. 3. 2. Si famosa actio non sit, vel pudorem non sugillat. fr. 10. §. 12. de in ius voc. 2. 4. Iniuria, quae fit liberis nostris, nostrum pudorem pertingit. fr. 1. §. 5. de iniur. 47. 10. Filii pudori parcitur, ut potius patris — bona veniant. fr. 28. de reb. auct. iud. 42. 5. Ferendus erit, pudorem suum purgans. fr. 25. de procur. 3. 3. Quae ad usum virilem, salvo pudore, adtinent. Paul. III. 6. §. 80.

Puella. *Femina adolescens.* I. **Sy.** Filia. fr. 26. §. 4. de pact. dot. 23. 4. fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Pueri adpellatione etiam puella significatur. fr. 163. §. 1. de V. S. 50. 16. Mulierem, puellamve, interpellare. Paul. V. 4. §. 14. Impuberes puellae. fr. 22. pr. de in ius voc. 2. 4. Nobilissima puella, filia mea. Th. C. X. 25. c. 1. de priv. dom. Aug.

Puer. **§. 1.** *Impubes, cuiuscunque sexus.* I. **Sy.** Puerilis aetas. fr. 204. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Iuvenis. — Senex. fr. 8. §. 10. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Pueri adpellatione etiam puella significatur. fr. 163. §. 1. de V. S. 50. 16. In alimenta, vel in eruditionem puerorum (relinqui.) fr. 117. fr. 122. pr. de legat. I. (30.) cf. fr. 1. pr. ubi pup. 27. 2. — **§. 2.** *Masculus impubes.* I. **Sy.** Pupillus. fr. 13. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 9. de A. v. O. H. 29. 2. III. **Cn.** Tam virgines, quam servorum pueri. Paul. III. 6. §. 69. Si puero, vel puellae, alimenta relinquantur, usque ad pubertatem deberi. fr. 14. pr. §. 1. de alim. v. cib. 34. 1. Infantes, vel pueri. Th. C. VII. 1. c. 14. de R. M. Puer filius. fr. 36. de statulib. 40. 7. Puer praetextatus. Paul. V. 4. §. 14. — **§. 3.** *Servus.* I. **Sy.** Mancipium. Servus. fr. 79. §. 1. fr. 204. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si puerum quis castraverit, et pretiosiorem fecerit. fr. 27. §. 28. ad L. Aqu. 9. 2.

Puerilis. (Adiect.) *Ad pueros spectans.* II. **Op.** Virilia, — Puerilia, — Muliebria (vestimenta.) fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Aetas puerilis. Cf. v. Puer. §. 1.

Pueritia. *Aetas minor annis XVII.* II. **Op.** Adolescentia. Th. C. II. 17. c. 1. §. 3. de h. qu. ven. aet. III. **Cn.** Pueritiam (excusavit Praetor,) dum minorem annis XVII, qui eos non in totum complevit, prohibet postulare. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1.

Puerpera. *Mulier, quae recens enixa est.* I. **Sy.** Femina recens a partu. fr. 163. §. 1. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Praegnans mulier. fr. 14. §§. 1. sq. de Aedil. edict. 21. 1.

Puerperium. *Actus parturiendi.* III. **Cn.** Cum eam in puerperio vita decessisse proponas. c. 3. de inoff. testam. 3. 28. cf. §. 4. I. de S.C. Tert. 3. 3.

Pugil. *Athleta.* III. **Cn.** Si in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit. fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2.

Pugillares. *Tabellae.* I. **Sy.** Codex. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Pugillares, et codicilli. fr. 148. de V. S. 50. 16. cf. fr. 6. §. 1. de supell. leg. 33. 10. Si pugillares mihi commodasti, ut debitor mihi caveret. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6.

Pugna. **§. 1.** *Dimicatio, Depugnatio.* I. **Sy.** Proelium. Gai. II. 101. III. **Cn.** In procinctu, i. e. cum belli causa ad pugnam ibant. Id. l. l. Sive ante pugnam ad bestias, sive post. fr. 5. de fugitiv. 11. 4. — **§. 2.** *Discordia.* III. **Cn.** Earum rerum naturaliter inter se pugna est. fr. 7. de R. I. 50. 17.

Pugnare. **§. 1.** *Confligere, Depugnare.* I. **Sy.** Depugnare. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui quondam adversus populum R. armis susceptis pugnaverunt. Gai. I. 14. Si quis certet hasta, — vel currendo, saliendo, luctando, pugnando. fr. 2. §. 1. de aleator. 11. 5. — **§. 2.** *Adversari, Contradicere.* I. **Sy.** Contrarium inter se esse. fr. 13. §. 3. de reb. dub. 34. 5. fr. 188. pr. de R. I. 50. 17.

Pugnatrix. *Ad pugnandum parata.* III. **Cn.** Neminem — lanista doceat, saeva meditatio et pugnatrix exerceat. Th. C. IX. 40. c. 11. de poen.

Pugnus. *Manus contracta, et clausa* (ad capiendum, vel feriendum.) I. **Sy.** Manus. fr. 238. §. 2. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Cum quis pugno pul-

satus, aut fuste percussus, vel etiam verberatus erit. Gai. III. 220. 222. IV. 60. Coll. LL. M. II. 4. sqq. Si mulier pugno, vel equa ictu, a te percussa eiecerit. fr. 27. §. 22. ad L. Aqu. 9. 2. Si cum servo meo pugnum ducere vellem, — te stantem invitus percusserim. fr. 4. de iniur. 47. 10.

Pulcher. (Adiect.) **§. 1.** *Elegans.* III. **Cn.** Exstat eius (sc. Ciceronis) oratio pulcherrima. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Faustus, Laetus.* III. **Cn.** Vt spes vos pulcherrima foveat. Prooem. Inst. §. 7.

Pulcheria. *Arcadii Imp. filia.* III. **Cn.** Domina, ac venerabilis Augusta, Pulcheria, germana nostra. Th. C. XIII. 1. c. 21. de lustr. collat.

Pulchritudo. *Venustas, Decus.* I. **Sy.** Decus. Ib. XV. 1. c. 50. c. 53. de opp. pub. III. **Cn.** Facies, quae ad similitudinem pulchritudinis caelestis est figurata. Ib. IX. 40. c. 20. de poen. Rectae observantiae cultus et pulchritudo. Ib. XVI. 5. c. 11. de haeret.

Pullulare. *Propagines emittere.* III. **Cn.** Si, quo tempore pullulaverint, (sc. arbores) excidantur. Th. C. XV. 2. c. 1. de aquaed.

Pullus, *Foetus novellus.* III. **Cn.** Pulli, aut caetera animalia. fr. 15. sq. de A. E. V. 19. 1. Equa, — quam pullus comitabatur. fr. 5. §. 9. commod. 13. 6.

Pulmentarium. *Pulmentum, Puls.* III. **Cn.** Quae (sc. ancillae) pulmentaria rusticis coquant. fr. 12. §. 5. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7.

Pulmo. *Viscus in corpore animali, spiritum adtrahens et reddens.* III. **Cn.** Si ex corporis vitio id accidit, veluti quod iecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Pulpitum. *Suggestus in proscaenio.* III. **Cn.** Scaenam, pulpitum, caeteraque quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere, statuere. Tab. Heracl. l. 3. sq. aer. Br. Scaenae mulier — detracta in pulpitum etc. Th. C. XV. 7. c. 8. de scaenic.

Pulsare. **§. 1.** *Pellere, Depellere.* I. **Sy.** Expellere, Repellere. fr. 54. §. 1. locat. 19. 2. Th. C. XII. 6. c. 32. §. 2. de susceptor. — **§. 2.** *Caedere, Percutere.* I. **Sy.** Caedere. fr. 5. §. 1. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Cum quis pulsatur, cuique stuprum infertur. Paul. V. 4. §. 4. Si quis eorum quem pulsasse, sive iniuriam fecisse arguetur. fr. 7. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. cf. fr. 3. §. 1. de iniur. 47. 10. Cum quis pugno pulsatus, aut fuste percussus, vel etiam verberatus erit. Gai. III. 220. Coll. LL. M. II. 6. Qui — vim fecerit, quo quis verberetur et pulsetur. fr. 10. §. 1. l. l. 48. 6. Paul. V. 4. §. 8. — **§. 3.** *Ferire, Contingere, Exagitare.* I. **Sy.** Inquietudinem inferre. Th. C. X. 8. c. 3. de bon. vac. III. **Cn.** Qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem. Ib. IX. 16. c. 6. de malefic. Iis improborum conatibus patientia nostra pulsatur. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8. Sub specie criminis, tuum pulsant iudicium. Th. C. II. 1. c. 8. pr. de iurisd. Quisquis fuerit, quem crimen pulsat, quem negotium tangit. Ib. IX. 2. c. 2. de exhib. v. transm. reis. Contestatio, quae caput alterius — pulsat. Ib. IX. 34. c. 8. de famos. libell. — **§. 4.** *Iudicio convenire.* I. **Sy.** Iudicium suscipere. Aliis pulsantibus respondere. fr. 2. §. 3. de iudic. 5. 1. II. **Op.** Agere. — Pulsari. c. 11. ubi c. fisc. 3. 26. III. **Cn.** De quolibet negotio pulsari, et conveniri, et respondere. Nov. Th. II. de am. mil. fori pr. I. 9. c. 4. §. 1. Quasi ex contractu obligatus, pro quo pulsabitur, dum ab adversario interrogatur. fr. 11. §. 9. de interr. in iure. 11. 1. Qualicunque actione, vel persecutione, pulsetur. Th. C. IV. 14. c. 1. pr. de act. c. temp. fin. Iudicem adire, aliquem lite pulsantes, vel ab alio ipsi pulsati. Ib. XVI. 2. c. 42. §. 2. de episc. eccl.

Pulsatio. **§. 1.** *Percussio, Laesio.* III. **Cn.** Inter pulsationem et verberationem hoc interest. fr. 5. §. 1. fr. 9. pr. de iniur. 47. 10. Pulsatio pudoris. Paul. V. 4. §. 4. — **§. 2.** *Actio, Lis.* III. **Cn.** Titulum illatae solemniter pulsationis excipere. Th. C. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. nom.

Pulsatus. (Partic.) *Qui interpellatus est. Reus.* II. **Op.** Agens. Petitor. c. 4. de auct. praest. 5. 59. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 2. III. **Cn.** Ex die conventionis perlatae in notitiam pulsatorum. Th. C. X. 10. c. 27. §. 5. de petit. et ultro dat. Neque pulsatis ab adversariis suis — ad praescribendum sufficiat. Nov. Th. II. de am. milit. fori pr. I. 9. c. 4. pr.

Pulveraticum. *Merces laboris spontanea. Donativum.* III. **Cn.** Cum primum se bellicis sudoribus offerant, — pulveratici etiam nomine binos solidos accepturi. Th. C. VII. 13. c. 16. de tiron. Strenarum, Calendarum, ac pulveratici nomine a curialibus nihil petatur. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 12.

Pulvinus. *Lectulus brevis.* III. **Cn.** Aeramenta, lecti, culcitae, pulvini, subsellia, cathedrae. Paul. III. 6. §. 56.

Pulvis. **§. 1.** *Arena.* III. **Cn.** In pulvere inscribere gladio suo. c. 15. de milit. testam. 6. 21. — **§. 2.** *Exercitatio, Molestiae.* III. **Cn.** Nec alieni sunt a pulvere et labore castrorum. Th. C. VI. 35. c. 15. de priv. eor. qu. in S. pal.

Punctum. **§. 1.** *Sanctio, per subscriptionem Principis emissa.* III. **Cn.** Inter spectabiles S. nostri consistorii Comites divina nostrae serenitatis manu puncti [al. puncta, s. punctos, v. pacta, s. pacti] consequi solatia. c. 4. §. 1. de advoc. div. iudicum. 2. 8. — **§. 2.** *Singulum momentum.* III. **Cn.** Vt nec puncto quidem temporis debeant amoveri. c. 15. de agricol. 11. 47.

Punicus. (Adiect.) *Poenus, Carthaginiensis.* III. **Cn.** Latina, vel graeca, — punica, vel gallicana (lingua.) fr. 11. pr. de legat. III. (32.)

Punire. *Poena adficere.* I. **Sy.** Coërcere. Cf. h. v. §. 2. Punitus, Supplicio adfectus, Peremtus. Th. C. IX. 42. c. 9. §§. 1. sqq. c. 10. de bon. proscr. II. **Op.** Puniri. — Excusari. fr. 8. fr. 11. §. 4. de h. qu. not. inf. 3. 2. III. **Cn.** Legis virtus est: imperare, vetare, permittere, punire. fr. 7. de LL. 1. 3. Corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius; nam et puniendi plerumque sunt liberti. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. Paul. V. 12. §. 6. Leviore poena punire. Coll. LL.

M. IV. 3. sq. De modo poenae eius dissimulare, cum iam satis furore ipso puniatur. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Cum per legem Aquiliam — etiam culpa puniatur. Gai. III. 202. Ex constitutione — non minus puniri iubetur, quam qui etc. fr. 1. §. 2. de h. qu. sui. 1. 6.

Punitio. *Poena.* III. ***Cn.*** Lex quidem Cornelia aqua et igni interdici iussit, sed variae sunt punitionum (species.) Coll. LL. M. XII. 5.

Pupillaris. (Adiect.) *Ad pupillum pertinens.* II. ***Op.*** Sua, Iusta (aetas.) Pubertas. fr. 16. de iure fisci. 49. 14. c. 7. de impub. et al. 6. 26. c. 18. §. 4. de iure delib. 6. 30. Pupillare, — Principale (testamentum.) fr. 2. pr. fr. 44. de vulg. et pup. 28. 6. III. ***Cn.*** Peractis pupillaribus annis. Ep. inst. Gaii. I. 8. §. 1. Vsurae pupillares. Sors pupillaris. fr. 7. §§. 7. sqq. fr. 9. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. Res pupillares (administrare cogi.) Vatic. §. 147. Tutor, qui quid omnino pupillare adtigit. fr. 5. §. 1. l. l. 26. 7. Substituti pupillares. fr. 10. §. 5. de vulg. et pup. 28. 6.

Pupillariter. (Advb.) *Secundum formam, quae statuta est pupillis.* III. ***Cn.*** Extraneus, — quem pup. substituit. c. 20. de iure delib. 6. 30.

Pupillus, Pupilla. **§. 1.** *Impubes, sub tutore constitutus, vel constituta.* I. ***Sy.*** Impubes, (qui desiit in patris potestate esse.) Gai. II. 179. sqq. fr. 17. sq. fr. 20. sq. de adopt. 1. 7. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3. fr. 239. pr. de V. S. 50. 16. Parvulus. Th. C. III. 17. c. 3. pr. de tut. et cur. II. ***Op.*** Adolescens. Cf. h. v. §. 1. Adultus. Cf. h. v. Femina, quae in tutela est. Gai. II. 108. cf. 80. sqq. I. 168. Vlp. XI. 8. III. ***Cn.*** Quem h. l. ad Cos. profiteri oportebit, si is pupillus, sive ea pupilla erit, tum qui eius pupilli pupillaeve tutor erit etc. Tab. Heracl. lin. 4. sq. aer. Br. Pupilli, et qui in curatione sunt. Gai. I. 199. Pupillus, pupilla. Furiosus, furiosa. fr. 1. §. 11. fr. 2. sq. de postul. 3. 1. cf. Vlp. XX. 7. Mulieres, pupillive, (habentes tutores, v. non.) Id. XI. 18. 24. Gai. II. 80. 83. sq. III. 91. 176. IV. 172. Feminae, pupilli, et alias debiles. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Suam, vel filiorum, et parentum suorum, vel pupillorum, quorum tutelas gerunt, causam agere. fr. 10. pr. de postul. 3. 1. Ubi pupillorum, pupillarumque, negotia tutores tractant. Gai. I. 191. Vlp. XI. 25. cf. fr. 1. §. 2. si qu. ius dic. 2. 3. Plures tutores unius pupilli. fr. 9. pr. de pact. 2. 14. Quae tutor eius in rebus pupillae paternae gessit. fr. 31. §. 5. de N. G. 3. 5. Pupillus, cuius sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt. fr. 37. pr. ib. 3. 5. cf. fr. 28. pr. de pact. 2. 14. Tutor et curator, ut rem salvam fore pupillo caveant. fr. 8. §. 4. Qui satisd. cog. 2. 8. — **§. 2.** *Quilibet impubes, etiam filiusfam. aut servus.* II. ***Op.*** Infans. — Pup., qui iam aliquem intellectum habet. Gai. III. 109. Pupilli in virili sexu, v. ex utroque sexu. — Mulieres. Viduae. Th. C. XIII. 10. c. 4. c. 6. de censu s. adscr. III. ***Cn.*** Pupillus, qui proximus pubertati sit. fr. 13. §. 1. de d. m. 4. 3. Pupillum, tam filium quam servum, peculium habere posse. fr. 7. §. 3. de pecul. 15. 1. Pup., consentiente parente, si sub eius potestate sit. c. 18. §. 4. de iure delib. 6. 30. fr. 141. §. 2. de V. O. 45. 1. Cum quidam suum pupillum heredem instituit. c. 4. de necess. hered. 6. 27. — **§. 3.** *Pubes, in curatione constitutus.* III. ***Cn.*** Ad officium curatoris administratio pupillae pertinet, nubere autem pupilla suo arbitrio potest. fr. 20. de R. N. 23. 2.

Pure. (Advb.) *Simpliciter, Absolute.* I. ***Sy.*** Simpliciter. Vatic. §. 52. II. ***Op.*** Cum adiectione temporis. Ib. Conditionaliter. Cf. h. v. Sive pure, sive in diem, vel sub conditione. fr. 10. fr. 213. pr. de V. S. 50. 16. Gai. I. 86. II. 244. 250. III. 102. 113. Pure, — Mortis causa (donare.) fr. 56. de don. int. V. 24. 1. III. ***Cn.*** Quod, sine conditione, pure legatum est. Gai. II. 200. Vatic. §. 52. Pure stipulari. fr. 138. §. 1. de V. O. 45. 1. Pure testamento libertatem accipere. fr. 45. §. 1. de N. G. 3. 5.

Purgare. **§. 1.** *Mundare, Expurgare.* III. ***Cn.*** Id opus — tollere, demoliri, purgare, restituere. fr. 1. §. 12. de flumin. 43. 12. Rivos — reficere, purgare, aquae ducendae causa. fr. 1. pr. §. 8. de riv. 43. 21. cf. fr. 1. §§. 6. sqq. de fonte. 43. 22. IIviri, v. IVviri, viis purgandis. Tab. Heracl. 50. sq. aer. Br. cf. fr. 1. pr. de via pub. 43. 11. — **§. 2.** *Purgari, i. e. Profluvio sanguinis menstruo laborare.* III. ***Cn.*** Quae bis in mense purgatur. — Quae non purgatur. fr. 15. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 3.** *Liberare.* I. ***Sy.*** Agere, ut provincia careat malis hominibus. Purgare provinciam illis. fr. 3. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. III. ***Cn.*** Vitium rei purgatum. §. 8. I. de usuc. 2. 6. — **§. 4.** *Defendere, Excusare.* I. ***Sy.*** Emendare, Excusare. fr. 73. §. 2. fr. 91. §. 3. de V. O. 45. 1. fr. 5. pr. de pub. iud. 48. 1. Ostendere (innocentiam.) fr. 3. §. 8. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. fr. 22. pr. de iure fisci. 49. 14. III. ***Cn.*** Moram purg. fr. 8. pr. fr. 14. pr. de novat. 46. 2. Ferendus erit, pudorem suum purgans. fr. 25. de procur. 3. 3. Hoc crimine, nisi a successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur. fr. 11. ad L. Iul. mai. 48. 4. Reum ad purganda, quae negat, urgere. Th. C. IX. 37. c. 2. de abolition. Clementiae nostrae apud deum — causa purgata. Ib. IX. 45. c. 4. §. 3. de h. qu. ad eccl. — **§. 5.** *Putare (rationem.) Computare.* III. ***Cn.*** Quae, purgatis necessariis sumtibus, superest (pecunia.) fr. 31. §. 3. de N. G. 3. 5. Nisi probata a me purgataque ratiocinia fuerint. Th. C. IX. 42. c. 1. §. 4. de bon. proscr.

Purgatio. *Emundatio.* III. ***Cn.*** Refictione et purgatione indigere (rivos.) fr. 1. §. 7. de riv. 43. 21.

Purificare. *Purgare, Expiare.* II. ***Op.*** Incestare. Th. C. XVI. 6. c. 2. ne S. bapt. III. ***Cn.*** Omnia vitae propriae integritate purificet (sc. episcopus.) c. 31. de episc. et cler. 1. 3.

Puritas. *Candor, Integritas animi.* III. ***Cn.*** Quae (sc. sacramenta) magistratus, pro innocentia sua et puritate, — solent praestare. Iul. ep. nov. c. 95. §. 356. cf. c. 21. §. 68.

Purpura. **§. 1.** *Color purpureus.* I. ***Sy.*** Murex. Cf. h. v. — **§. 2.** *Lana purpura tincta. Vestis purpurea,* (et inprimis indumentum purpureum Principis.) I. ***Sy.*** Lana purpurea. fr. 4. de auro arg. 34. 2. III. ***Cn.*** Si quis purpuram stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter. Gai. IV. 53. fr.

fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.) Lanae cuiusque coloris, — itemque purpurae. fr. 32. §. 2. de usu et usufr. leg. 33. 2. Paul. III. 6. §. 82. Si meam lanam feceris purpuram. fr. 26. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Qui luget, abstinere debet — ornamentis, purpura et alba veste. Paul. I. 21. §. 14. Qui serenitatis nostrae — adtingere purpuram venerarique praecepti sunt. Th. C. VIII. 7. c. 16. pr. cf. c. 4. de div. offic. VIII. 1. c. 13. de numerar.

Purpurarius. *Ad negotiationem vestis purpureae pertinens.* III. ***Cn.*** Negotiantes vestiarii, linteones, purpurarii et particarii. c. 7. de excus. mun. 10. 47. Taberna purpuraria, cum servis institoribus, et purpuris. fr. 91. §. 2. de legat. III. (32.)

Purpureus. (Adiect.) *Puniceus.* III. ***Cn.*** Uvae duracinae, et purpureae. fr. 205. de V. S. 50. 16. Lana purpurea. fr. 4. de auro arg. 34. 2. Inscriptio purpurea. c. 6. de div. rescr. 1. 23.

Purus. (Adiect.) **§. 1.** ***Emaculatus, Purgatus.*** II. ***Op.*** Purae, — Quae scriptae sunt, (chartae.) fr. 52. §§. 3. sq. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Obryza pura. Puri rubor muricis. Th. C. XII. 7. c. 3. de ponderator. XV. 7. c. 11. de scaenic. — **§. 1. A.** ***Caelaturae expers.*** II. ***Op.*** Caelata, — Pura (lanx.) Cf. v. Caelare. — **§. 2.** ***Integer, Intemeratus.*** III. ***Cn.*** Pura religione, — immunes a crimine. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 2. de haeret. Consiliarium, et omnes homines suos purissimos habeat. Iul. ep. nov. c. 21. §. 70. — **§. 3.** ***Liber, Solutus*** (religione.) I. ***Sy.*** Qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est (locus.) fr. 6. §. 6. comm. div. 10. 3. fr. 2. §. 4. de relig. 11. 7. fr. 73. §. 1. de contr. emt. 18. 1. III. ***Cn.*** In locum purum alterius, aut in sepulchrum, in quo ius non fuerit (inferri.) fr. 2. §. 2. de relig. 11. 7. Si adhuc monumentum purum est. fr. 6. §. 1. ib. 11. 7. fr. 5. §. 10. de don. int. V. 24. 1. Ager purus, monumento cohaerens. c. 9. cf. c. 2. c. 4. de relig. 3. 44. — **§. 4.** ***Debitis non gravatus.*** III. ***Cn.*** Substantia pura. c. 11. §. 1. de repud. 5. 17. Reditus puri. c. 20. §. 4. de agricol. 11. 47. — **§. 5.** ***Simplex, Absolutus.*** II. ***Op.*** In diem relictus. fr. 45. pr. ad L. Falc. 35. 2. Sub satisdatione. fr. 5. pr. de solut. 46. 3. Gai. IV. 185. Pro iudicato, — Pura (manus iniectio.) Id. IV. 23. III. ***Cn.*** Pura, et directa, libertas. fr. 59. §. 1. de man. testam. 40. 4.

Pusillus. (Adiect.) *Exiguus.* II. ***Op.*** Magnus. fr. 17. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Pusilla pecunia. fr. 5. §. 3. de pecul. 15. 1.

Pusio. *Nomen propr.* III. ***Cn.*** S. C., quod Pegaso et Pusione Coss. factum est. Gai. I. 31. II. 254.

Pusulatus. (Adiect.) ***Excoctus, Purgatus.*** III. ***Cn.*** Cum argentum pusulatum [al. pusillatum, v. pustulatum] fabro daretur, ut vasa fierent; aut aurum, ut anuli. fr. 31. locat. 19. 2.

Puta, s. **Vtputa.** (Advb.) ***Scilicet, Velut.*** I. ***Sy.*** Veluti. fr. 72. pr. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Puta qui etc. — vel qui etc. fr. 99. §. 2. de V. S. 50. 16. Vt puta, — item etc. fr. 8. §. 3. fr. 9. sqq. fr. 35. pr. de procur. 3. 3. Vt puta, — et aliae similes causae, v. et deinceps. fr. 17. §. 2. fr. 18. sqq. ib. 3. 3. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Quid ergo, si forte etc. — aut puta etc. fr. 32. §. 1. de furt. 47. 2. Vt etiam iure legis nepos suus esset, quasi ex Lucio, puta, filio suo — natus esset. fr. 44. de adopt. 1. 7. Si quid, mancipio puta, acceperint. Vlp. XIX. 18. Post triennium, puta. fr. 34. l. 1. 1. 7. Ad omnia, — utputa et ad etc. fr. 1. §. 2. de tab. exhib. 43. 5. Vtputa quoniam etc. fr. 2. §. 19. ad S. C. Tert. 38. 17.

Putare. **§. 1.** *Secare, Purgare.* III. ***Cn.*** Si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet. fr. 1. §. 12. de O. N. N. 39. 1. fr. 1. §. 27. de aqu. quot. 43. 20. — **§. 2.** *Subducere rationem.* I. ***Sy.*** Computare. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** An ratio per eum gesta ita putari debeat, ut etc. fr. 41. §. 7. de fideic. libb. 40. 5. — **§. 3.** *Opinari, Coniicere.* I. ***Sy.*** Dicere. Cf. h. v. §. 4. Existimare. Cf. h. v. §. 1. Placere. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Complures distinguunt, et putant. Gai. I. 90. sq. Cum quaerebatur, — et multi putabant, — et quibusdam aliis contra videbatur etc. fr. 240. de V. S. 50. 16. Ait Labeo. Puto potius. — Quo iure utimur. fr. 18. §. 1. de fundo dot. 23. 5. Et puto, secundum Iulianum debere dici. fr. 8. §. 3. de N. G. 3. 5. Scaevola noster ait, putare se etc. fr. 19. §. 1. cf. fr. 6. §. 6. ib. 3. 5. Magis esse puto, ut etc. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. cf. fr. 10. de statu hom. 1. 5. Plerique non aliter putaverunt etc. — quod verius est. fr. 5. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Gai. I. 172. Quidam putant, idque maxime placuit etc. Id. II. 79. III. 64. Improbata eorum sententia, qui putaverint etc. Id. II. 51. Putasne? — Existimo. fr. 125. de V. S. 50. 16. Putaverit quis. fr. 2. pr. si qu. cautt. 2. 11. — **§. 3. A.** *Falso sibi persuadere.* I. ***Sy.*** Credere. fr. 18. §. 4. de iniur. 47. 10. II. ***Op.*** Scire. Paul. II. 21. A. §§. 12. 14. fr. 6. §§. 4. sqq. de N. G. 3. 5. fr. 11. pr. de hered. pet. 5. 3. Putare esse. — Esse. Gai. IV. 144. fr. 5. §. 1. fr. 49. de N. G. 3. 5. III. ***Cn.*** Sive se putet tutorem, sive scit non esse, fingit tamen esse. fr. 1. §. 1. de eo qu. pro tut. 27. 5. Qui ignoravit eam rem alienam esse, aut putavit eum, qui vendidit, ius vendendi habere. fr. 109. de V. S. 50. 16. Si putent eius iurisdictionem esse, non erit eius iurisdictio; error enim etc. fr. 2. pr. §. 1. de iudic. 5. 1. Cum putarem te coheredem meum esse, idque verum non esset. fr. 36. fam. ercisc. 10. 2. — **§. 3. B.** *Adrogare sibi, Vsurpare.* III. ***Cn.*** Si quis — ponderum normam putaverit excedendam. Th. C. XII. 6. c. 21. pr. de susceptor. — **§. 4.** *Iudicare, Censere.* III. ***Cn.*** Quam (sc. rem) dominus — dereliquerit, vel quam sibi necessariam non putavit. fr. 10. §. 1. de N. G. 3. 5. Praeferendum, Contendendum etc. put. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de edend. 2. 13. Verum, s. Verius, put. fr. 3. de off. Praet. 1. 14. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Excandescere adversus eos, quos malos putat. fr. 19. §. 1. de off. Praes. 1. 18. Maiorem iniuriam putavit legislator etc. fr. 23. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 4. A.** *Decernere, Statuere.* I. ***Sy.*** Velle. Pr. I. de legit. patron. tut. 1. 17. fr. 25. de statulib. 40. 7. III. ***Cn.*** Statuliberos venumdari posse, leges XII Tabb. putaverunt. fr. 25. l. 40. 7. Excutiendum DD. Fratres putaverunt in persona eius etc. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18.

Putatio. *Existimatio, Opinio.* III. ***Cn.*** Cum

aliquis filiumfam. patremfam. putat, — nec transferri per personae putationem — potest (sc. iniuria.) fr. 18. §. 4. de iniur. 47. 10.

Putator. *Qui arborum ramos amputat.* III. **Cn.** Si putator ex arbore, cum ramum deiiceret, non proclamaverit. Paul. V. 23. §. 12. Fabri, — putatores, et qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur. Id. III. 6. §. 50.

Putatorius. (Adiect.) *Ad amputandum idoneus.* II. **Op.** Putatoriae, — Messoriae, Foenariae (falces.) Ib. III. 6. §. 35. sq. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7.

Puteal. *Operculum putei.* I. **Sy.** Quo puteum operitur. Opercula puteorum. fr. 13. §. 31. fr. 14. fr. 17. §. 8. de A. E. V. 19. 1.

Putealis. (Adiect.) *Ad puteum pertinens.* III. **Cn.** Quae (sc. aquae,) etsi perennes sunt, duci tamen non possunt, utputa puteales. fr. 1. §. 6. de aqua quot. 43. 20.

Puteolanus. (Adiect.) *Ad Puteolos pertinens.* III. **Cn.** Si ex patre Campano, matre Puteolana, aeque municeps Campanus est. fr. 1. §. 2. cf. §. 1. ad munic. 50. 1.

Puteum, s. **Puteus.** **§. 1.** *Locus defossus, in quo aqua perennis colligitur.* III. **Cn.** De fonte, — de lacu, puteo, piscina (interdicam.) fr. 1. pr. de fonte. 43. 22. Puteal, i. e. quo puteum operitur. fr. 13. §. 31. fr. 14. de A. E. V. 19. 1. Descendere in puteum. Gai. III. 219. — **§. 2.** *Puteum, i. e. Vas ad usum putei paratum.* III. **Cn.** Castella plumbea, putea, [al. butea,] opercula puteorum. fr. 17. §. 18. l. l. 19. 1.

Putrefactus. (Partic.) *Putidus.* III. **Cn.** Vetustate putrefactum (sc. linum,) vel situ, vel casu. fr. 1. §. 11. de B. P. s. t. 37. 11.

Putus. (Adiect.) *Purgatus.* III. **Cn.** Populo R. darent certum pondus argenti puri puti. Fr. Alfeni Vari I. Cti. Ap. Gell. VI. 5.

Pyrrhicharius. *Qui armatus saltat.* III. **Cn.** Quicunque in ludum venatorium fuerint damnati, — venatores, aut pyrrhicharii [al. purricharii.] fr. 8. §. 11. de poen. 48. 19.

Pyrrhus. *Epirotarum rex.* III. **Cn.** App. Claudius caecus — in Senatu severissimam dixit sententiam de Pyrrhi captivis. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. cf. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2.

Pythagoreus. (Adiect.) *Ad Pythagoram spectans.* III. **Cn.** Ratio Pythagorei numeri hoc videtur admittere etc. Paul. IV. 9. §. 5.

Qua. (Advb.) **§. 1.** *Quo loco, Qua parte.* I. **Sy.** Quo. fr. 1. pr. fr. 5. §. 6. de h. qu. deiec. 9. 3. fr. 1. pr. §. 5. de mort. infer. 11. 8. III. **Cn.** Quo, quave, illi mortuum inferre — ius est. fr. 1. pr. l. 11. 8. Iter est, qua [al. quo] quis pedes, vel eques, commeare potest. fr. 12. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 10. de servit. 8. 1. Vt, qua primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet. fr. 9. ib. 8. 1. — **§. 2.** *In quantum, Quatenus.* I. **Sy.** Muro tenus. Qua [al. Quae] muro cingitur (urbs.) fr. 87. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Eatenus, qua etc. fr. 6. pr. de re iud. 42. 1. fr. 112. de V. S. 50. 16. Vtraque praestabit, et qua heres est, et qua — possidet. fr. 25. si qu. om. c. testam. 29. 4. cf. fr. 43. §. 12. de furt. 47. 2. Qua exstinctum legatum, — S. Cto fore locum. fr. 1. §. 13. de S. C. Silan. 29. 5. — **§. 3.** *Tamquam, Quasi.* III. **Cn.** Non qua [al. quasi] filius alicuius, sed qua homo aestimatur. fr. 63. pr. ad L. Falc. 35. 2.

Quadragesima. **§. 1.** *Epimetri, v. Intertrimenti, genus.* III. **Cn.** Frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini et laridi vicesimas (susceptoribus dari.) Th. C. XII. 6. c. 21. §. 1. de susceptor. — **§. 2.** *Dies XL, qui festum paschale praecedunt.* I. **Sy.** XL dies, qui auspicio caerimoniarum paschale tempus anticipant. Ib. IX. 35. c. 4. sq. de quaestion. II. **Op.** Quadragesimae, — Pascharum, s. Paschales, (dies.) c. 7. l. l. cf. II. 8. c. 24. (Wck.) de feriis.

Quadraginta. *Quater decem.* III. **Cn.** XL annorum spatia, v. praescriptio. c. 2. c. 5. sq. de praescr. XXX. 7. 39. XL aureorum poena. fr. 3. §. 5. de sepulc. viol. 47. 12.

Quadrans. *Quarta pars (assis.)* I. **Sy.** Quarta pars. Quarta. Vlp. XXV. 14. 17. Paul. III. 8. §§. 1. sqq. II. **Op.** Dupondii. — Asses. — Semisses. — Quadrantes. Gai. I. 122. III. **Cn.** L. Falcidia iubet, non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat. Vlp. XXIV. 32. cf. fr. 17. §. 2. de d. m. exc. 44. 4. Nec quadrantem eum deducere, — nec caducum vindicare ex eo testamento. Vlp. XXV. 17. Paul. III. 8. §. 1. Vsurae quadrantes. fr. 21. §. 4. de ann. legat. 33. 1.

Quadratarius. *Qui marmora ad certas formas quadrat.* III. **Cn.** Architecti, laquearii, — lapidarii, argentarii, — quadratarii, barbaricarii. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Quadratus. (Adiect.) *Quadrangularis.* II. **Op.** Quadrata, — Rotunda (lanx.) fr. 6. de R. V. 6. 1. fr. 19. §. 4. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Reficere lapide quadrato, vel lapide structili, vel quovis alio opere. fr. 6. §. 5. si servit. 8. 5.

Quadriennium. *Spatium IV annorum.* I. **Sy.** IV anni. fr. 10. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. fr. 1. §. 2. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Non solum annum, vel biennium, sed etiam triennium, et quadriennium, et ulterius (trahere sponsalia.) fr. 17. de sponsal. 23. 1.

Quadrifariter. (Advb.) *Quatuor modis.* I. **Sy.** Quadr. intelligi. Complecti IV personis. fr. 10. §. 14. de grad. et adf. 38. 10. II. **Op.** Octies. Ib.

Quadriga. **§. 1.** *Iugum IV iumentorum.* III. **Cn.** Ex pari mularum unam, vel etiam ex quadriga equorum unum occidere. Gai. III. 212. Cum III equos haberes et ego unum, societatem coiimus, ut accepto equo meo quadrigam venderes. fr. 58. pr. pro soc. 17. 2. Quadrigae legatum perire, — si equus ille decessit, qui demonstrabat quadrigam. fr. 65. §. 1. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Currus, iumentorum IV iuncturae aptus.* II. **Op.** Singulae angariae. — Rhedae,

quas quadrigas, vel flagel.a, adpellant. Th. C. VI. 20. c. 5. de curios.

Quadrigarius. *Faber curruum quadriiugorum.* III. **Cn.** Lecticarii, seu arcarii, clavicarii, quadrigarii etc. c. 1. de excus. artif. 10. 64.

Quadrimenstruus. (Adiect.) *Spatium IV mensium comprehendens.* III. **Cn.** Tabulariis quadrimenstruos breves publicari iubemus. Th. C. XII. 6. c. 27. §. 1. de susceptor. cf. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. Com. S. largg. XI. 25. c. 1. de quadrim. brev. Quadrimenstruis illationibus annuae functionis celebretur exactio. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 3.

Quadrimus. (Adiect.) *Quadriennis.* III. **Cn.** Vt annua, bima, trima, quadrima, quinto anno (a se redderetur, sc. dos.) fr. 19. de pact. dot. 23. 4.

Quadrimestris. (Adiect.) *Quadrimenstruus.* II. **Op.** Duorum mensium laxamentum. — Quadrimestres induciae. c. 3. pr. §. 1. de usur. rei iud. 7. 54.

Quadringenti. *Quater centum.* III. **Cn.** Si, — qui quadringenta relinquebat, a Titio CC legaverit, et, quisquis heres esset, C. fr. 61. pr. de legat. II. (31.) fr. 6. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 1. §§. 17. 21. fr. 33. ad S.C. Treb. 36. 1. Monumentum exstrui (sc. volo) usque ad quadringentos aureos. fr. 42. de legat. III. (32.)

Quadripertitus. (Partic.) *In IV partes divisus.* III. **Cn.** Oratorium templi circumiectum, quod ecclesias quadripertito intrinsecus parietum septo concludit. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. de h. qu. ad eccl.

Quadrupes. *Animal maius, domesticum.* III. **Cn.** Fera bestia, vel quaecunque alia quadrupes. Paul. I. 15. §. 3. Servum, — quadrupedem, vel pecudem, iniuria occidere. fr. 2. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Quadrupedes, quae pecudum numero sunt, et gregatim habentur. fr. 2. §. 2. ib. 9. 2. cf. Paul. III. 6. §. 73. Quadrupedes, quae collo dorsove domantur. Vlp. XIX. 1. Gai. I. 120. sq. Si quadrupes pauperiem fecerit, damnum dederit, quidve depasta sit. Paul. I. 15. §. 1. fr. 1. pr. §. 4. si quadrup. 9. 1.

Quadruplare. *Quadruplicare, In quadruplum augere.* I. **Sy.** Quadruplari. Quadruplum consequi. fr. 14. §. 14. Qu. met. c. 4. 2. II. **Op.** Geminare. fr. 10. §. 17. de grad. et adf. 38. 10. III. **Cn.** In quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne etc. fr. 14. §. 1. l. 4. 2. Non quod interest quadruplabitur, vel duplabitur, sed rei verum pretium. fr. 50. pr. de furt. 47. 2.

Quadruplum. *Summa, quae quater continet simplum.* II. **Op.** Simplum, Simpla. Gai. III. 209. Paul. V. 3. §. 2. fr. 56. pr. de eviction. 21. 2. Duplum. Cf. v. Duplus. §. 1. Sive in duplum est actio, sive tripli, aut quadrupli. fr. 3. Qu. satisd. cog. 2. 8. III. **Cn.** In quadruplum eius pecuniae — actio competit. fr. 1. pr. de calumn. 3. 6. Earum rerum nomine — quadr. fisco dependitur. Fr. de I. F. §. 18. Quocunque modo alienata a fisco, cum quadruplis fructibus, revocantur. Ib. §. 20. Lege peculatus tenetur, et in quadruplum damnatur. fr. 13. ad L. Iul. pecul. 48. 13. L. Furia — adversus eum — quadrupli poenam constituit. Vlp. I. 2. Actio quadrupli (sc. furti) ex edicto Praetoris introducta. Gai. III. 192. cf. 189. IV. 4.

Quaerere. **§. 1.** *Conquirere, Perquirere.* I. **Sy.** Inquirere. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Vt aquam quaerere, et inventam ducere liceat. fr. 21. si servit. vind. 8. 5. cf. fr. 15. pr. de servit. 8. 1. Cum apud aliquem — furtiva res quaesita et inventa est. Gai. III. 186. 188. 193. Paul. II. 31. §§. 3. 22. sq. Quaeri et comprehendi posse (fugitivos.) Id. I. 6. A. §. 5. fr. 35. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Bona debitoris — quaerere. fr. 10. de manum. 40. 1. Fideiussores, v. Creditores, quaer. fr. 8. de usufr. ear. rer. 7. 5. fr. 25. de pign. act. 13. 7. Generale mandatum, quaerendi mariti filiaefam. fr. 34. pr. de R. N. 23. 2. Finem quaerere salutis alienae. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 1. de pagan. — **§. 2.** *Inquirere, Excutere.* I. **Sy.** Excutere. Cf. h. v. §. 5. Inquirere. Cf. h. v. §. 1. Requirere. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. fr. 4. Qu. test. fac. p. 28. 1. Quaestionem habere (de crimine.) Paul. V. 14. §. 1. V. 16. §. 2. fr. 9. de calumn. 3. 6. II. **Op.** Citra causae cognitionem permittere. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. fr. 14. §§. 2. sq. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Vt is Praetor, iudexve quaestionis, — quaerat cum iudicibus — de capite eius etc. Coll. LL. M. I. 3. cf. Frr. L. Servil. c. 9. c. 12. Prius argumentis quaerendum est. Paul. V. 14. §. 1. Severa indagatio per tormenta quaerendi. Th. C. IX. 35. c. 3. c. 7. de quaestion. Apud Praetorem quaeri. fr. 8. §§. 8. sqq. de transact. 2. 15. Gai. II. 25. Praeiudicium postulare, quo quaeratur etc. Ib. III. 123. IV. 44. sq. Ad iudicem — ire, et ibi editis formulis quaerere etc. Ib. IV. 141. 148. Cum quaeritur, quantum in peculio sit. Ib. IV. 73. — **§. 3.** *Anquirere, Consilium rogare.* II. **Op.** Quaeri. — Non ambigi, s. dubitari. Gai. I. 4. sq. fr. 9. de LL. 1. 3. III. **Cn.** De illo quaeritur, an etc. Valde quaeritur, quare etc. Gai. II. 94. IV. 20. Quaeri solet. Veteres quaerebant. Id. II. 90. cf. I. 188. III. 189. Si quaeramus. — Sed fuit quaesitum. — Et quidem apud veteres dicebatur. — Postea variatum. Coll. LL. M. XV. 2 Quaesitum est. — Iam dudum tamen placuit. Gai. III. 16. 71. 146. Quaero, quid statuendum sit? Respondit etc. fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Cum quaerebatur, — et multi putabant, — et quibusdam aliis contra videbatur, secundum hoc Imperator pronunciavit. fr. 240. de V. S. 50. 16. Gai. I. 74. Quaeritur. — Et plerique putant. Id. II. 212. III. 103. 133. 147. Quaeret aliquis. — Et magis est, ut etc. fr. 135. de V. S. 50. 16. Is, de quo quaeritur. fr. 16. de in ius voc. 2. 4. fr. 21. de h. qu. not. inf. 3. 2. — **§. 4.** *Adquirere.* I. **Sy.** Adquirere. Cf. h. v. Consequi. Th. C. VI. 35. c. 15. pr. de priv. eor. qu. in S. pal. Quod quaesitum est (scelere etc.) Lucrum (turpe.) fr. 5. pr. de calumn. 3. 6. fr. 16. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. II. **Op.** Alienare. fr. 45. pr. de iure fisci. 49. 14. Repudiare. Vatic. §. 82. Quaerendorum, — Cogendorum, — Conservandorum (fructuum causa, sc. comparata.) Paul. III. 6. §§. 35. sqq. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. III. **Cn.** Quidquid erogaretur, vel quaereretur. fr. 73. pro soc. 17. 2. Quae ex diuturno tempore, vel ex emto habuerunt, vel qualibet quaesiverunt ratione. Th. C. XVI. 5. c. 2. de

haeret. Adeundo quaerere (hereditatem.) Paul. IV. 10. §. 4. fr. 93. de cond. et dem. 35. 1. Patria dignitas, quaesita per adoptionem. fr. 13. de adopt. 1. 7. Civitas R., s. Civitatis R. iura, quaesita. Gai. I. 92. Th. C. VIII. 13. c. 1. pr. de revoc. don. Dignitas, v. Patrocinia, quaesita. Ib. VIII. 7. c. 3. de div. offic. XI. 24. c. 5. de patroc. vicor. Nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est. Gai. I. 63. Liberorum quaerendorum causa uxorem ducere. Vlp. III. 3. Nec interest, adoptivi sint, an naturales et secundum legem Iuliam Papiamve quaesiti. Coll. LL. M. XVI. 3. cf. Vatic. §§. 168. 194. fr. 2. §. 3. de suis et legit. 38. 16. Iure, s. Iustis nuptiis, quaesiti. — Vulgo quaesiti. fr. 18. de bon. libert. 38. 2. fr. 1. pr. de adsign. libert. 38. 4.

Quaesitor. *Iudex, qui cognoscit.* I. **Sy.** Arbiter. Th. C. II. 10. c. 2. de postul. III. **Cn.** Nec idem in eodem negotio defensor sit et quaesitor. Ib. c. 2. l. Quid est enim, quod non — sollers quaesitor inveniat? Ib. XIII. 9. c. 3. pr. de naufrag.

Reddere. **§. 1.** *Restituere, Redhibere.* I. **Sy.** Retradere, Retro dare. fr. 9. §§. 5. 7. Qu. met. c. 4. 2. fr. 21. de legat. II. (31.) fr. 94. de V. S. 50. 16. Restituere. fr. 46. §. 4. de procur. 3. 3. fr. 35. fr. 246. §. 1. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Dare. Cf. h. v. §. 7. III. **Cn.** Conquirere (fugitivos,) et reddere dominis. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Si paret, — mensam argenteam deposuisse, eamque — redditam non esse. Gai. IV. 47. Mulieri meae reddi iubeo — C aureos, quos mutuos acceperam. fr. 93. §. 1. de legat. III. (32.) cf. Gai. III. 90. Vt, si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. Id. IV. 23. Dos omnis — avo materno redderetur, restitueretur que. fr. 45. sol. matrim. 24. 3. cf. Vlp. VI. 5. 7. sq. Possessionem restituere iubetur, et hoc amplius fructus — reddit. Gai. IV. 167. fr. 22. de V. S. 50. 16. Peto, uti reddas ea, restituas (P. Maevio.) fr. 36. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 15. de auro arg. 34. 2. fr. 28. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. Gai. II. 250. Cavere: „Quod amplius cepisset, — redditum [al. redditu] iri.“ fr. 27. §. 16. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 8. §. 4. Qui satisd. cog. 2. 8. Solvantur debita, securitatesque reddantur. Th. C. XI. 1. c. 19. de ann. et tribut. Dolo facit, qui petit, quod redditurus est. fr. 8. pr. de d. m. exc. 44. 4. — **§. 2.** *Tribuere, Dare, Praestare.* I. **Sy.** Dare, Tribuere (actionem, v. interdictum etc.) Gai. IV. 71. 148. sqq. 154. sqq. 162. 170. Paul. IV. 7. §. 6. V. 6. §§. 1. 10. 14. 16. fr. 60. pr. §. 1. de usufr. 7. 1. Solvere (pretium, v. usuras etc.) Gai. IV. 28. fr. 17. pr. de usur. 22. 1. fr. 21. de tut. et rat. 27. 3. fr. 89. §. 2. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Iudicium sibi dari, reddive — postulare. L. Gall. Cisalp. II. 55. sq. Inter vos redditur iudicium (familiae erciscundae.) fr. 9. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. cf. fr. 52. de R. V. 6. 1. Supplet Praetor, — reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliae. fr. 11. de praescr. vv. 19. 5. Dies, quibus ius Praetor reddit. fr. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. cf. Th. C. IV. 17. c. 1. de sent. ex peric. Causa probata, civitas redditur tam liberis etc. Vlp. VII. 4. Debitas patriae reddere functiones. Th. C. XII. 1. c. 91. cf. c. 109. c. 116. de decurion. Poenam redd. fr. 28. §. 15. de poen. 48. 19. Consult. vet. I. Cti. c. 1. — **§. 3.** *Exhibere, Proferre.* III. **Cn.** Cuius diversitatis vix idonea ratio redditur. Gai. II. 78. III. 98. Causas

reddere (absentiae, v. adpellationis.) fr. 71. de procur. 3. 3. fr. 28. §. 2. de adp. et relat. 49. 1. Actus, quem administraverunt, rationem reddere. fr. 45. §. 1. cf. fr. 2. fr. 17. de N. G. 3. 5. fr. 41. §. 10. de fideic. libb. 40. 5. — **§. 4.** *Efficere, Absolvere.* II. ***Op.*** Antiqua reddi. — Inchoari supervacua. Th. C. XV. 1. c. 27. de opp. pub. III. ***Cn.*** Obnoxii redderentur (collationibus.) Ib. XI. 20. c. 1. de collat. donat. Ditiores reddere. c. 2. de adluvion. 7. 41.

Redditio. *Redhibitio, Restitutio.* I. ***Sy.*** Redditio. fr. 21. pr. de Aedil. edict. 21. 1. II. ***Op.*** Datio, — Redditio [al. Redhibitio] pignoris. fr. 8. pr. ad S.C. Vell. 16. 1.

Redditu iri. Cf. v. Reddere. §. 1.

Redemtio. **§. 1.** *Coëmtio, Emtio.* III. ***Cn.*** Si redimere iussus sit, libertatemque praestare, nec pecunia — sufficiat ad redemtionem omnium. fr. 24. §. 18. de fideic. libb. 40. 5. In venditorem — intra annum, post redemtionem numerandum etc. fr. 27. §. 6. de pecul. 15. 1. Quasi redemtor litis exstitisse, — quia mercede pacta accesserat ad talem redemtionem. fr. 6. §. 7. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Liberatio captivorum, pretio interveniente.* III. ***Cn.*** Si, patre redemto, — filius — redemtionis quantitatem offerat. fr. 15. de captiv. 49. 15. SS. ecclesiis, pauperibus, monachis, — captivorum redemtioni conferre. Nov. Marcian. de testam. cleric. III. 5. c. 1. §. 1. cf. Iul. ep. nov. c. 59. §. 203.

Redemtor. **§. 1.** *Licitans, Manceps.* I. ***Sy.*** Conductor (vectigalium, v. operis.) fr. 8. §. 1. de vac. et excus. 50. 5. fr. 5. §. 10. de iure imm. 50. 6. fr. 2. §§. 11. sq. fr. 9. pr. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Manceps. fr. 53. fr. 60. §. 8. locat. 19. 2. III. ***Cn.*** Adversus architectum et redemtorem (actiones dandas.) fr. 7. §. 3. si mensor. 11. 6. Curatores operum cum redemtoribus negotium habent. fr. 2. §. 1. de opp. pub. 50. 10. In lege locationis scriptum erat: „Redemtor silvam ne caedito etc.“ fr. 29. locat. 19. 2. Cum pontem transiret (sc. vehiculum,) redemtor eius pontis portorium ab eo exigebat. fr. 60. §. 8. ib. 19. 2. — **§. 2.** *Coëmtor.* III. ***Cn.*** Causarum (v. Calumniarum) concinnatores, vel redemtores. fr. 9. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Th. C. II. 14. c. 1. de h. qu. potent. nom. Litium alienarum redemtores. c. 22. mand. 4. 35. — **§. 3.** *Qui captivos liberat, pretio dato.* I. ***Sy.*** Redimens. fr. 12. §§. 8. 14. de captiv. 49. 15. c. 6. de postlim. rev. 8. 51.

Redemtura. *Quaestus redemtoris.* III. ***Cn.*** Si quis pecuniis foenerandis, — mercaturis redemturisque faciendis praeposuerit. fr. 5. §. 2. de instit. act. 14. 3. Paul. II. 8. §. 2.

Redemtus. (Partic.) Cf. v. Redimere.

Redhibere. **§. 1.** *Reddere mercem venditori,* (ut discedatur ab emtione.) I. ***Sy.*** Reddere. Facere, ut rursus habeat venditor, (quod habuerit.) fr. 21. pr. de Aedil. edict. 21. 1. III. ***Cn.*** Si quis hominem venditori redhibuerit. fr. 13. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 7. §. 4. pro emt. 41. 4. — **§. 2.** *Restituere, Praestare.* I. ***Sy.*** Mancipare, Restituere. Th. C. XII. 1. c. 48. c. 86. c. 179. pr. §. 4. de decurion. III. ***Cn.*** Ad ea signa, quibus destinati fuerant, redhibendi sunt. Ib. VII. 18. c. 14. §. 1. de desertor. Sine aliqua deminutione redhibere. Ib. III. 5. c. 2. §. 1. de sponsal. Ablata, s. Emolumenta erepta, redhib. Ib. II. 33. c. 2. de usur. XI. 4. c. 1. ne collat. p. logogr. XIV. 1. c. 6. de decur. urb. R.

Redhibitio. **§. 1.** *Rescissio emtionis, quae fit per emtorem, re venditori reddita.* I. ***Sy.*** Redditio. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Eo genere retro acta venditio — redhibitioni similis. fr. 19. de usurp. 41. 3. cf. fr. 13. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Redhibitionem quidem ex hac causa non esse, verum tamen ex emto competere actionem ad resolvendam emtionem. fr. 11. §. 5. cf. §. 3. de A. E. V. 19. 1. In causa redhibitionis, — Extra redhibitionem (esse.) fr. 10. §. 2. fr. 12. §. 1. fr. 31. §§. 7. 17. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Restitutio.* III. ***Cn.*** Pacta de redhibitione, vel retentione (dotis etc.) c. 19. de don. A. N. 5. 3. Redhibitione sumtuum damnorumque coërceri. Th. C. X. 8. c. 5. de bon. vac. De multae redhibitione (satis accipere.) Ib. IV. 8. c. 1. §. 4. de liberali c. Celeri redhibitione consulere (in his, quae ablata sunt.) Ib. IV. 22. c. 4. unde vi.

Redhibitorius. (Adiect.) *Ad redhibitionem procurandam compositus.* I. ***Sy.*** Iudicium, ut redhibeatur. Redhibitoria (actio.) fr. 1. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. II. ***Op.*** Aestimatorium, — Redhibitorium (iudicium.) fr. 18. pr. ib. 21. 1. Vatic. §. 14. III. ***Cn.*** Iudicium redhibitoriae actionis. fr. 23. §. 7. l. l. 21. 1. cf. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16.

Redigere. **§. 1.** *Disponere, Collocare.* II. ***Op.*** In unum redigere. — In ius diversum trahere. Th. C. II. 25. c. 1. comm. div. III. ***Cn.*** Ius civile primus constituit, in libros XVIII redigendo. fr. 2. §. 41. cf. §. 7. de O. I. 1. 2. Ad instar m. c. donationis huiuscemodi liberalitatem redigi oportere. Vatic. §. 274. — **§. 2.** *Conferre, Inferre.* I. ***Sy.*** Conferre (in societatem, s. in commune.) fr. 52. §§. 6. sqq. fr. 73. pro soc. 17. 2. fr. 1. §. 11. de collat. bon. 37. 6. III. ***Cn.*** Signo publico obsignatum in archium redigatur. Paul. IV. 6. §. 1. Fructus — percepti ad eum redigendi sunt. fr. 51. pr. fam. ercisc. 10. 2. Ad Quaestorem redig. (pecuniam.) Fr. L. Servil. c. 19. In peculium, — sive in patrimonium eius, — ea res redacta. fr. 2. pr. Qu. c. eo qu. in al. pot. 14. 5. — **§. 3.** *Perducere, Reducere.* I. ***Sy.*** Tantum conservare, Red. ad (portionem virilem.) fr. 8. §§. 1. sq. 5. de B. P. c. t. 37. 5. III. ***Cn.*** In potestatem suam redig. (rem furtivam.) fr. 56. §. 4. de furt. 47. 2. Per testamentum sequens cavendo, in potestatem institutionis redigere (sc. codicillos.) fr. 19. pr. de milit. testam. 29. 1. Viris retrorsus non redigit (constitutio,) nec obtinebit in eis etc. Iul. ep. nov. c. 36. §. 131. Interpretationem redig. ad etc. fr. 125. de V. S. 50. 16. Ad nullum pretium redigi. fr. 50. §. 1. mand. 17. 1. cf. fr. 34. de R. I. 50. 17. — **§. 4.** *Convertere, Efficere.* I. ***Sy.*** Subiicere (dominio, v. potestati.) Redig. in etc. fr. 4. §. 1. fr. 5. §. 1. de statu hom. 1. 5. fr. 2. §. 2. fr. 15. pr. de adopt. 1. 7. Fieri, Effici, Redigi. Cf. v. Esse. §. 3. III. ***Cn.*** Qui velit pupillum redigere in familiam suam. fr. 17. §. 2. cf. fr. 15. pr. l. l. 1. 7. Civitate R. donati, nec ab Imp. in potestatem redacti.

Gai. III. 20. In servitutem redigi. fr. 43. §. 3. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 32. de bon. libert. 38. 2. Per poenam deportationis ad peregrinitatem redactus. fr. 10. §. 6. de in ius voc. 2. 4. — **§. 5.** *Colligere, Exigere.* I. **Sy.** Cogere (fructus.) fr. 46. de usur. 22. 1. fr. 5. §. 22. ut in poss. legat. 36. 4. Exigere (multam.) fr. 6. §. 9. de off. Praes. 1. 18. Refecta, Redacta (pecunia.) fr. 1. §. 10. de collat. bon. 37. 6. III. **Cn.** Redactam (pecuniam) sic accipiemus, non solum iam exactam, verum et si exigi potuit. fr. 20. §. 15. de hered. pet. 5. 3. Exactionem commiserunt, isque nummos redactos expensavit. fr. 41. §. 10. de fideic. libb. 40. 5. Quantitas annua, quam — ex locatione fundi redigere consueverat. fr. 38. de usu et usufr. leg. 33. 2. cf. c. 14. de usur. 4. 32. Militiam suam reliquit, sive pecuniam, quaecunque redigi ex venditione eius potuerit. fr. 22. de legat. II. (31.) Quidquid ex hereditate mea redegeris. fr. 9. pr. de alim. v. cibar. 34. 1. Portio ipsius, quae ex redacto fieret. fr. 5. de cur. bon. 42. 7. cf. fr. 6. §. 9. de off. Praes. 1. 18. fr. 25. pr. de S.C. Silan. 29. 5.

Redimere. **§. 1.** *Iterum emere.* II. **Op.** In perpetuum alienare. — Vendere, ut redimatur. fr. 19. mand. 17. 1. cf. fr. 1. §. 25. depos. 16. 3. fr. 9. §. 16. de hered. inst. 28. 5. — **§. 2.** *Pretio dato liberare e servitute, praedonumve potestate.* III. **Cn.** Egentibus — consulere, vel eos ex hostibus redimere. fr. 20. sq. sol. matrim. 24. 3. fr. 9. de cond. inst. 28. 7. Cum non redemtum ab hostibus filium tuum, sed sine ullo contractu traditum a barbaris — dicas. c. 5. de postlim. rev. 8. 51. Commercio redemta (ancilla.) c. 10. sqq. ib. 8. 51. cf. fr. 2. §. 3. de L. Rhod. 14. 2. cf. fr. 28. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Constitutio, quae de redemtis lata est, eum redimentis servum facit. fr. 12. §. 8. cf. §§. 7. 10. sqq. de captiv. 49. 15. — **§. 2. A.** *Luere, Liberare* (pignus.) I. **Sy.** Liberare. Cf. h. v. §. 3. — **§. 2. B.** *Salvum, Integrum, praestare.* III. **Cn.** Redemta venerabili lavacro corpora. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret. Qui immunitatem sibi laboribus redemerunt. Ib. VI. 24. c. 11. de domest. et protect. — **§. 3.** *Pretio comparare, Emere.* I. **Sy.** Mercari. fr. 82. §§. 2. sqq. de legat. I. (30.) Emere. fr. 5. §. 2. de cond. c. dat. 12. 4. fr. 6. fr. 24. §. 12. de fideic. libb. 40. 5. III. **Cn.** Etiam aliena res legari potest, ita ut heres redimere et praestare, aut aestimationem eius dare debeat. Gai. II. 202. 262. Paul. IV. 1. §. 7. Redimere iussus (sc. servum,) libertatemque praestare. fr. 24. §. 18. de fideic. libb. 40. 5. cf. Gai. II. 265. Ad redimendum (sc. servum) cogi impendere. fr. 36. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 8. §. 5. mand. 17. 1. Proprietatem eius fundi redemi. fr. 82. §§. 2. sq. de legat. I. (30.) — **§. 4.** *Praebendum aliquid conducere.* III. **Cn.** Redemtum, conductum habere. Fr. L. Thoriae. Redimere frumentum — annonae inferendum, (v. vestimenta texenda etc.) c. 14. de locato. 4. 65. cf. fr. 12. §. 6. de usu et hab. 7. 8. — **§. 5.** *Turpiter negotiari, Corrumpere* (pecunia, aut gratia.) I. **Sy.** Corrumpere. Cf. h. v. §. 5. III. **Cn.** Merito coronati, non aemulis corruptis ac redemtis. c. 1. de athlet. 10. 53. Viles, et forsitan redemti testes. c. 18. de testib. 4. 20. Pecunia aliave qua pactione, se redim. fr. 14. pr. fr. 32. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui sanguinem suum qualiter qualiter redemtum voluit. fr. 1. de bon. eor. qu. ante sent. 48. 21. Detestabile ministerium, — redemtique discursus. Th. C. IX. 24. c. 1. §. 1. de raptu virgg. cf. Ib. III. 7. c. 1. pr. de nupt. Eventum litium — contra bonos mores redimere. fr. 7. mand. 17. 1. fr. 34. de iure fisci. 49. 14. c. 20. pr. mand. 4. 35. Qui alios actionum suarum redimant exactores. Th. C. II. 13. c. 1. de act. ad pot. transl.

Redimire. *Coronare, Ornare.* III. **Cn.** Redimiri sertis templorum impios postes. c. 7. de pagan. 1. 11. Cf. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. eod.

Redintegrare. **§. 1.** *Commutare in pristinam speciem.* III. **Cn.** Quin solidi in massam obryzae soliditatemque redintegrentur. Th. C. XII. 6. c. 12. de susceptor. — **§. 2.** *Instaurare, Renovare.* I. **Sy.** Ex integro (locare.) Red. (locationem.) fr. 14. locat. 19. 2. Restaurare, Renovare, Reparare. fr. 10. pr. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 7. pr. §. 1. de fundo dot. 23. 5. Th. C. XI. 30. c. 30. de adp. et poen. XI. 31. c. 1. c. 4. sq. de repar. adp. III. **Cn.** Integri restitutio, est redintegrandae rei vel causae actio. Paul. I. 7. §. 1. Non — uxorem maritus iure postliminii recipit, sed consensu redintegratur matrimonium. fr. 14. §. 1. de captiv. 49. 15. Libertatis spes infringitur, sed — favore sui redintegrabitur. fr. 9. §. 3. de statulib. 40. 7. — **§. 3.** *Resarcire.* III. **Cn.** Recentem redintegrare iacturam. Th. C. XII. 6. c. 11. de susceptor. Si quid — fuerit a possidente translatum, maternarum redintegrabitur compensationibus facultatum. Ib. III. 8. c. 2. pr. de sec. nupt.

Redintegratio. **§. 1.** *Restitutio, Instauratio.* III. **Cn.** Non redintegratio amissae causae his datur, sed integra ipsa causa servatur. c. 2. in qu. c. I. I. R. 2. 41. Per indulgentiam clementiae nostrae redintegratio praestetur. Th. C. II. 6. c. 1. de temp. cursu. — **§. 2.** *Resarcitio.* III. **Cn.** Si susceptores — decoxerint, ad redintegrationem specierum — posse arctari. Ib. XII. 6. c. 9. de susceptor.

Redire. **§. 1.** *Reverti, Recurrere.* I. **Sy.** Reverti. Gai. II. 68. cf. I. 170. Vlp. XI. 7. fr. 10. §. 1. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 15. §. 1. fr. 32. §. 1. de usu et usufr. leg. 33. 2. Adcrescere, Accedere. Cf. v. Adcrescere. §. 2. III. **Cn.** Vt, si redisset (sc. serva) in eam civitatem, unde placuit exportari, manus iniectio esset. Vatic. §. 6. Qui postliminio redeunt. fr. 15. pr. de adopt. 1. 7. Post divortium mulier — postea ad priorem virum rediit. fr. 64. de iure dot. 23. 3. Quodsi iterum in amicitiam redierunt. fr. 4. de adim. legat. 34. 4. Cum sic redit (sc. res) in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus. fr. 13. §. 2. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Pervenire, Recidere.* I. **Sy.** Pervenire, Deferri, Dari. Gai. III. 14. fr. 1. fr. 3. pr. §§. 3. 5. sqq. fr. 6. de legit. tut. 26. 4. fr. 10. pr. de grad. et adf. 38. 10. III. **Cn.** Quod vel non ex iusta causa ad eum pervenit, vel redit ad non iustam causam. fr. 1. §. 3. de cond. sine c. 12. 7. Si ad unum redit (universitas.) fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Quo tutela redit, eo hereditas pervenit. fr. 73. pr. de R. I. 50. 17. Adgnationis iure, v. Lege, s. Legitimo iure,

redire ad aliquem (sc. hereditatem.) Gai. III. 14. fr. 3. si qu. om. c. 29. 4. fr. 69. pr. fr. 77. §. 7. de legat. II. (31.) Ad ius publicum redeuntia. Nov. Maior. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. §. 2. — §. 3. *Adgredi alium, iudicio conveniendum.* I. *Sy.* Venire ad, Adgredi (eum.) fr. 1. §. 9. fr. 2. de mag. conv. 27. 8. cf. fr. 10. de distr. pign. 20. 5.

Reditus. (Subst.) **§. 1.** *Factum revertendi.* II. *Op.* Discessus. Cf. h. v. III. *Cn.* Si quis saepius reip. c. afuit, ex novissimo reditu etc fr. 28. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6 — §. 2. *Proventus rei. Quaestus perpetuus.* I. *Sy.* Quaestus. Cf. h. v. §. 2. Redactus. fr. 58. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 38. de usu et usufr. leg. 33. 2. III. *Cn.* Pecuniam — habere vel in numerato, vel in nominibus, — vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe atque obventionum. fr. 5. §. 9. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. cf. fr. 1. §. 15. de exerc. act 14. 1. Rei soli — quicunque reditus est, ad fructuarium pertinet. fr. 7. §. 1. de usufr. 7. 1. Si ex his maxime fundi reditus cogatur. Paul. III. 6. §. 41. cf. §. 22. Horti olitorii, vel aliud quid quod ad reditum spectat. fr. 13. §§. 4. sq. l. l. 7. 1. fr. 198. de V. S. 50. 16. Praedia emere, et adsignare, ut usumfr. haberet, reditum efficientia annua X. fr. 32. §. 7. de usu et usufr. leg. 33. 2. Sine reditu hereditatem restituere. fr. 14. §. 1. de usur. 22. 1. fr. 58. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. Annua bina praestare, redituum nomine. fr. 37. pr. de legat. III. (32.) XX auri libras ei reddere, — interim tamen reditus eius, i. e. usuras semisses, ei praestare. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. c. 8. §. 4. de bon. qu. lib. 6. 61. — §. 3. *Vectigalia, et tributa.* III. *Cn.* Civiles reditus. c. 1. de ratioc. opp. pub. 8. 13. Vniversi reditus auri argentique. Th. C. VII. 20. c. 8. sq. de veteran. Conferre reditus. Ib. XI. 20. c. 5. pr. de collat. don.

Redivivus. (Adiect.) *Restitutus, Instauratus.* III. *Cn.* In redivivum statum redigi. Ib. XI. 29. c. 6. de relation. Molestia rediviva. Redivivi conflictus. Ib. XIII. 6. c. 10. de praed. navicul. XVI. 7. c. 3. §. 1. de apostat. Novum opus — sua pecunia — absolvat, — non redivivis de publico saxis. Ib. XV. 1. c. 19. de opp. pub.

Reducere. **§. 1.** *Retro ducere, Retrahere.* III. *Cn.* Post fugam requirendi reducendique eius (sc. causa) factae (impensae.) fr. 18. §. 2. commod. 13. 6. fr. 8. pr. de legat. II. (31.) Retia siccare, et ex mare reducere. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. — §. 2. *Iterum ducere, Revocare.* I. *Sy.* Revocare (in matrimonium.) c. 9. c. 17 ad L. Iul. de adult. 9. 9. III. *Cn.* Si qua repudiata, mox reducta sit. fr. 13. §. 9. cf. fr. 40. §. 1. eod. 48. 5. Vatic. §. 107. Principes intervenire, et reducere hunc ad administrationem. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4. Neque in servitutem reduci a manumissore posse. c. 2. de oper. libert. 6. 3. — §. 3. *Redigere.* I. *Sy.* Restituere, Red. (in pristinum statum.) fr. 2. §. 43. ne qu. in loco pub. 43. 8. fr. 1. §. 1. de via pub. 43. 11. Conferre (in praeteritum etc.) Gai. III. 100. III. *Cn.* Ab artificibus separari, et in pristinam materiam reduci. fr. 12. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Ad aequale provincialium — consortium reducantur (immunitates.) Th. C. XI. 13. c. 1. si per obrept. Ad tempus morae reducenda aestimatio. fr. 3. de condict. trit. 13. 3.

Redundantia. *Abundantia, Copia.* II. *Op.* Si redundantia fortunarum idoneus fuerit. — Si minor facultatibus probabitur. c. 7. de fund. patrim. 11. 61.

Redundare. **§. 1.** *Abundare, Exsuperare.* III. *Cn.* Si forte immittendo eam (sc. aquam) maiorem fecerit, — aut si comprimendo redundare effecit. fr. 1. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Nihil prorsus accipiat, nisi quod — superfluere ac redundare constiterit. Th. C. XIV. 6. c. 4. de calc. coct. Vt iidem clerici privilegiis compluribus redundarent. Ib. XVI. 2. c. 14. §. 1. de episc. eccl. — §. 2. *Pertinere, Recidere.* II. *Op.* Carere oneribus. — Redundare onus ad eum. fr. 50. §. 2. de legat. I. (30.) III. *Cn.* Quod iam Galliis prodest, ad Illyricum etiam — convenit redundare. Th. C. VIII. 5. c. 28. de cursu pub. Ad episcoporum sane culpam redundabit, si etc. Ib. IX. 40. c. 16. §. 2. de poen. Interdum iniuria servo facta ad dominum redundat. fr. 15. §. 45. de iniur. 47. 10. Si redundet in eum captio. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1.

Refabricare. *Iterum exstruere.* III. *Cn.* Collapsum balneum refabricare. c. 5. de aedif. priv. 8. 10.

Refectio, s. **Refictio.** *Reparatio, Instauratio.* I. *Sy.* Restitutio (aedificii.) fr. 20. de pign. 20. 1. fr. 1. in qu. c. pign. 20. 2. III. *Cn.* An sarta tecta sint, vel an aliqua refectione indigeant (opera publica?) fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 18. de usu et habit. 7. 8. Refictione et purgatione indigent (rivi.) fr. 1. §. 7. de riv. 43. 21. Humiliorem viam, sub nomine refictionis, — facere. fr. 1. §. 2. de via pub. 43. 11. Si quae vetustate corruerunt, reficere non cogitur; modica igitur refectio ad eum pertinet. fr. 7. §. 2. de usufr. 7. 1. c. 28. pr. de testam. 6. 23.

Refectus. (Subst.) *Redactus, Reditus.* III. *Cn.* Ex refectu hereditatis [al. paupertatis] — alatis eum. fr. 78. §. 12. ad S.C. Treb. 36. 1.

Refellere. *Redarguere, Refutare.* II. *Op.* Probare. Th. C. XI. 29. c. 3. de relation.

Referendarius. **§. 1.** *Qui S. scrinium dispositionum tractat,* (et relationibus Imperatori faciendis vacat.) III. *Cn.* Divinae iussiones, sive referendariorum dispositiones [al. depositiones,] aut ill. magistratuum praecepta. Iul. ep. nov. c. 106. §. 370. cf. c. 16. §. 61. VV. Spect. referendarii competentes divinas iussiones iudicibus debent insinuare. Ib. c. 122. §. 531. cf. c. 2. de off. eius qui vice alt. 1. 50. — §. 2. *Qui patriarchae a consiliis est,* (et relationum in causis ecclesiae curam agit.) III. *Cn.* Liceat episcopis et per referendarios magnae ecclesiae, vel apocrisiarios patriarcharum, referre Imperatori. Iul. l. l. c. 6. §. 26.

Referre. **§. 1.** *Retro portare.* I. *Sy.* Remittere, Perferre. fr. 10. §. 1. fr. 12. §. 1. commod. 13. 6. fr. 20. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. — §. 2. *Referre se, i. e. Recipere se.* II. *Op.* Exire (de arca.) — Iterum se referre (in arculam.) fr. 10. §. 1. ad L. Iul. repet. 48. 13. — §. 3. *Repensare, Restituere.* II. *Op.* Indicere. — Referre indicta. Th. C. XI. 16. c. 10. de extr. s. sord. III. *Cn.* Reddi ac referri

(iudex protinus pronunciabit.) Ib. IV. 8. c. 6. §. 4. (Wck.) de liberali c. — **§. 3. A.** *Repraestare.* III. **Cn.** Si — ferri sibi a quoquam suffragium postulaverint, et ob referendam vicem se sponsione constrinxerint. c. 1. pr. de suffrag. 4. 3. — **§. 4.** *Retorquere.* II. **Op.** Inferre (iurgium etc.) c. 25. de procur. 2. 13. fr. 25. §. 3. de probat. 22. 3. Deferre (iusiurandum.) Cf. h. v. §. 2. Iurare. — Iusiurandum referre. fr. 38. de iureiur. 12. 3. c. 8. sq. de R. C. 4. 1. Iul. ep. nov. c. 66. §. 237. III. **Cn.** Cum conveniretur, quaestionem retulit, dicens etc. fr. 11. pr. de evict. 21. 2. cf. fr. 5. de L. Fab. de plag. 48. 15. — **§. 5.** *Anticipare.* II. **Op.** Proferre (diem.) fr. 33. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 6.** *Proferre, Pronunciare.* II. **Op.** Praestare adsensum. — Referre contrariam voluntatem. Th. C. VI. 4. c. 22. pr. de Praet. et Qu. III. **Cn.** De statu hominum, vel patrimoniorum, sententiam referat (iudex.) Ib. I. 7. c. 3. pr. de off. Rect. Pr. Neque ulla — referri sinatur exceptio. Ib. XII. 1. c. 101. de decurion. — **§. 6. A.** *Prodere, Auctoribus laudatis firmare.* I. **Sy.** Exponere. Cf. h. v. §. 3. Tractare. Gai. III. 17. Dicere, Scribere. Id. I. 87. 94. fr. 1. pr. §. 1. de off. Quaest. 1. 13. III. **Cn.** Quod nec usquam relatum est, nec unquam receptum. fr. 1. §. 1. de Senat. 1. 9. Hoc et relatum et rescriptum est. fr. 2. §. 5. ad munic. 50. 1. Est quidem relatum, — sed Imp. noster constituit. fr. 2. §. 2. de cond. ob turp. c. 12. 5. Peraeque relatum est, et traditum. fr. 22. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 3. pr. de iniur. 47. 10. Solemus dicere, — nam est relatum. fr. 3. §. 4. de hered. inst. 28. 5. Illud quaeritur. — Et est relatum. fr. 4. pr. de eviction. 21. 2. Tractat, — et refert etc. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Nerva et Cassius responderunt, ut est relatum apud Sextum. fr. 44. pr. sol. matrim. 24. 3. cf. Vatic. §. 75. Pomponius, — relata Iuliani sententia, — ait. Ib. — **§. 7.** *Deferre, Relationem facere.* III. **Cn.** Minus iuste retulisse. — Non dicta retulisse pro dictis. fr. 6. de cust. et exhib. 48. 3. Acta, ut gesta sunt, — referri oportet. Th. C. XI. 30. c. 24. de adp. et poen. Ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia, ac super his referendi, non — puniendi habeat potestatem. Ib. I. 14. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Aug. Relationes iudicum, — nec non et rationalium, caeterorumque qui aliquid scientiae nostrae relatum cupiunt. Ib. I. 15. c. 2. sq. (Wck.) de off. Vicar. VIII. 5. c. 30. de cursu pub. — **§. 8.** *Inferre, Conferre.* I. **Sy.** In medium referre. Communicare. fr. 21. fr. 65. §. 15. fr. 71. §. 1. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Exactam, acceptam (sc. pecuniam) legatis referri [al. referre.] fr. 48. §. 1. de iure dot. 23. 3. Accepta recte relata, an non recte? fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. In ratione impensarum retulisse (alimenta.) fr. 34. de N. G. 3. 5. Ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. fr. 6. de iure fisci. 49. 14. Vendere, — ut emtor acceptam pecuniam viro referret. fr. 32. §. 2. ad S.C. Vell. 16. 1. In publicum referri (emolumentum.) Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. §. 2. Servus — heredi mercedem referre pro operis suis solebat. fr. 14. pr. de statulib. 40. 7. cf. fr. 4. §. 2. de edendo. 2. 13. — **§. 9.** *Redigere, Rationem habere.* I. **Sy.** Porrigere. Cf. h. v. §. 2. Referri, Pertinere. Cf. h. v. §. 3. Spectare, Referri. fr. 14. si qu. cautt. 2. 11. fr. 9. §. 1. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Vt taxatio haec — ad minutulam summam referatur. fr. 192. sq. de V. S. 50. 16. Interdictorum quaedam in praesens, quaedam in praeteritum referuntur [al. regeruntur.] fr. 1. §. 2. de interd. 43. 1. Retrorsum se refert (actio etc.) fr. 18. §. 1. de const. pec. 13. 5. cf. Iul. ep. nov. c. 107. §. 371. Quod vulgo dicitur, — non ad verba referendum est etc. fr. 4. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 7. §. 1. de ventre in poss. 37. 9.

Refert. *Interest.* I. **Sy.** Interest. Paul. III. 5. §§. 9. sq. III. **Cn.** Ille rescripsit, referre quid acti esset. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 46. pr. de N. G. 3. 5. Parvi referre putat etc. fr. 7. §. 3. de furt. 47. 2. Nihil, v. Nec, refert (utrum, v. an etc.) fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 21. §. 1. fr. 47. pr. §. 1. de N. G. 3. 5.

Refertus. (Partic.) *Confertus, Repletus.* II. **Op.** Quae laborabat tenuitate, — Referta cultoribus (colonia, v. possessio.) c. 13. pr. de agric. 11. 47. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 18.

Reficere. **§. 1.** *Iterum facere.* III. **Cn.** Iure militari refecisse testamentum. fr. 9. pr. de milit. testam. 29. 1. An, poena irritum factum (sc. testamentum,) reficiendum [al. reiiciendum] est? fr. 6. §. 6. de iniust. rupt. 28. 3. — **§. 2.** *Renovare, Reparare.* I. **Sy.** In pristinum statum restaurare. fr. 1. pr. §. 1. de via pub. 43. 11. fr. 3. §. 15. de itin. actuq. priv. 43. 19. fr. 1. §. 6. de riv. 43. 21. III. **Cn.** Reficere, sternere (viam.) fr. 4. §. 5. si servit. vind. 8. 5. Tab. Heracl. 24. sq. aer. Br. Ref., purgare (rivos etc.) fr. 1. pr. de riv. 43. 21. Verbo *reficiendi*, tegere, substruere, sarcire, aedificare (continentur.) fr. 1. §. 6. ib. 43. 21. Erogare in — praediis fulciendis, vel reficiendis. fr. 9. §. 3. de reb. auct. iud. 42. 5. Paul. II. 18. §. 2. Vetustate deterius factum, s. corruptum, refic. fr. 65. pr. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 5. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Si adeo saepe refecta esset (sc. navis,) ut nulla tabula eadem permaneret. fr. 76. de iudic. 5. 1. — **§. 3.** *Restituere, Resarcire.* III. **Cn.** Amissas (sc. merces,) intributione earum, quae — salvae erunt, refici convenit. Paul. II. 7. §. 4. — **§. 4.** *Colligere, Redigere.* I. **Sy.** Corradere. Cf. h. v. §. 2. Redigere. Cf. h. v. §. 5. III. **Cn.** Quantum (sc. pecuniae) ex bonis eius refici potest. fr. 88. de V. S. 50. 16. cf. fr. 82. ad L. Falc. 35. 2. Pecunia ex venditionibus refecta. fr. 39. §. 8. de admin. et peric. 26. 7. Ex nummo refecto praedium puero comparari non posse. fr. 5. pr. ib. 26. 7.

Refigere. *Revellere.* II. **Op.** Figere. fr. 22. §. 2. Qu. vi aut cl. 43. 24. III. **Cn.** Si quid inaedificaverit, postea eum neque tollere hoc neque refigere posse, refixa plane posse vindicare. fr. 15. pr. de usufr. 7. 1. Refigere (tabulam,) vel quid inde immutare. fr. 8. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Refluere. *Retro fluere.* III. **Cn.** Aquam excludere, quae exundante palude in agrum eius refluere solet. fr. 1. §. 2. de aqua et aqu. pluv. 39. 3.

Reformare. **§. 1.** *Mutare formam.* III. **Cn.** Praecedentia reformare, et his vel addere, vel deminuere. fr. 10. pr. de publican. 39. 4. Si potest tota

res tolli, cur non et reformari? fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. cf. fr. 30. §. 3. de adim. legat. 34. 4. Iniquitatem iudicantium — corrigat (sc. adpellandi usus,) licet nonnunquam bene latas sententias in peius reformet. fr. 1. pr. de adp. et relat. 49. 1. cf. c. 3. de pact. 2. 3. Ad aequitatis temperamentum reformari. In melius ref. Consult. vet. I. Cti. c. 2. Ad melioris vitae frugem se reformare. c. 19. ex qu. c. inf. 2. 12. — **§. 2.** *Renovare, Reparare.* I. **Sy.** Instaurare, Reparare (opera.) Th. C. XI. 10. c. 2. §. 1. ne oper. a collat. XV. 1. c. 11. c. 14. sq. c. 31. sqq. de opp. pub. — **§. 3.** *Reddere, Restituere.* I. **Sy.** Reddere, Exsolvere, Interpr. ad Paul. I. 4. §. 3. I. 7. §. 4. IV. 3. §§. 1. sq. III. **Cn.** Ingenuitati pristinae, v. Statui pristino, reformari. Th. C. III. 3. c. 1. de patr. qu. fil. XII. 1. c. 62. de decurion. Ref. locum (eiectis etc.) Ib. XIV. 3. c. 15. de pistor. XV. 1. c. 47. de opp. pub. Quos (sc. servos) dominis suis legitima iudicum reformavit auctoritas. Ib. VII. 18. c. 9. §. 3. de desertor. Cf. L. Rom. Burg. Tit. 4.

Reformatio. **§. 1.** *Mutatio.* III. **Cn.** Constitutio de reformatione Falcidiae. Iul. ep. nov. c. 60. §. 204. — **§. 2.** *Restitutio.* III. **Cn.** Possessionis reformationem fieri oportet. Th. C. XI. 37. c. 1. si de mom. fuer. adp. Celeri reformatione succurri (b. f. possessori.) Ib. IV. 23. c. 1. utrubi.

Reformidare. *Formidare.* III. **Cn.** Si mulae, quia aliquid reformidassent, et muliones timore permoti — plostrum reliquissent. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Vt ex his incendium, vel insidias, vicinitas reformidet. Th. C. XV. 1. c. 39. de opp. pub. Vltorem suis cervicibus gladium reformident. Ib. IX. 35. c. 10. de famos. libell.

Refovere. *Recreare.* III. **Cn.** Quem — volumus per temporis intervalla refoveri. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 3.

Refragari. **§. 1.** *Repugnare, Adversari.* III. **Cn.** Potest — defendi, si voluntas apertissime non refragetur. fr. 10. §. 4. de testam. tut. 26. 2. cf. fr. 2. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Mandato non refragante, (stipulari.) fr. 68. de procur. 3. 3. Privatorum cautione legibus non esse refragandum. fr. 15. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Ratio iuris et verba constitutionis — refragantur (libertati etc.) fr. 33. de poen. 48. 19. fr. 10. pr. de captiv. 49. 15. Neque patronae tuae obsequiis refragari te fas est. c. 8. de obsequ. patr. 6. 6. cf. Th. C. XI. 30. c. 12. de adp. et poen. — **§. 2.** *Retractare, Revocare.* III. **Cn.** Quid valebit, cum primum uxor hoc refragari voluerit? Consult. vet. I. Cti. c. 2. Cf. L. Rom. Burg. Tit. 33. [al. 32.]

Refragatio. *Recusatio.* III. **Cn.** Solidos — ita tradi ac suscipi, — ut nihil omnino refragationis oriatur. c. 1. de vet. num. pot. 11. 10. Callida refragatione causari. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. Tit. 32. c. 1. §. 2.

Refrenare. *Compescere, Coërcere.* III. **Cn.** Mariti calor et impetus — fuit refrenandus. fr. 22. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Impudens calumniantium refrenetur audacia. c. 33. §. 8. de episc. et cler. 1. 3. Th. C. II. 26. c. 4. (Wck.) fin. regund. Officio iudicis debet — taxatione iusiurandum refrenari. fr. 18. pr. de d. m. 4. 3.

Refricare. *Recolere, Revocare.* III. **Cn.** De his criminibus — refricari accusatio non potest. Paul. I. 6. B. §. 1. Ne transacta negotia refricentur. Th. C. VIII. 12. c. 4. de donation. Semel securitatem — emissam ab alio Procos. non liceat refricari. Ib. XII. 1. c. 185. de decurion.

Refrigeratus. (Partic.) *Frigidus factus.* II. **Op.** Frigidae aquae. — Caldae refrigeratae. fr. 1. §. 13. de aqua quot. 43. 20.

Refringere. *Effringere.* III. **Cn.** Aperire, aut refringere, (quod tollere non possit.) fr. 21. §. 8. cf. fr. 22. §. 1. de furt. 47. 2.

Refuga. **§. 1.** *Qui fuga se recepit.* I. **Sy.** Confuga. Cf. h. v. Profugus. Th. C. VII. 18. c. 6. pr. c. 12. de desertor. III. **Cn.** Custodiae refuga, non militiae desertor est. fr. 13. §. 5. de R. M. 49. 16. Refugae ex opere metalli, — v. ex metallo. fr. 8. §. 6. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Proditor, Apostata.* III. **Cn.** Qui, Novatianorum collegio desertores ac refugae etc. Th. C. XVI. 6. c. 6. §. 1. ne S. bapt.

Refugere. **§. 1.** *Aufugere.* I. **Sy.** Fugere, Effugere. fr. 8. §. 7. de poen. 48. 19. Consult. vet. I. Cti. c. 9. III. **Cn.** Quae (sc. columbae) si manu refugiunt, domi tamen fugiunt. Coll. LL. M. XII. 7. — **§. 2.** *Confugere.* III. **Cn.** Si in bello captus — domum refugit [al. rediit.] fr. 28. de captiv. 49. 15. Refugiendi ad ecclesiam (facultas.) Th. C. XVI. 6. c. 4. §. 2. ne S. bapt. — **§. 3.** *Evitare, Recusare.* III. **Cn.** Tutelas refugere, et praeoptare nuptias. Ib. III. 17. c. 4. §. 4. de tut. et curat. Adeoque hoc nomen refugiendum sibi esse cognoscat, ut etc. Ib. X. 10. c. 16. de petit. et ultro dat.

Refugium. **§. 1.** *Perfugium.* III. **Cn.** Refugium (tutissimum) atque receptaculum. fr. 18. de in ius voc. 2. 4. Refugium abscondendi causa servo praestare. fr. 1. §. 2. de servo corr. 11. 3. — **§. 2.** *Crypta* (in aedibus.) I. **Sy.** Crypta. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. fr. 3. §. 7. uti possid. 43. 17. III. **Cn.** Neque diaetas transformare, — vel aditus posticasve vertere, vel refugia aperire. fr. 13. §. 7. l. 7. 1.

Refundere. *Reddere, Restituere.* I. **Sy.** Adiungere (censibus.) Th. C. XI. 20. c. 6. pr. de collat. don. Reddere. fr. 26. §. 12. de condict. indeb. 12. 6. III. **Cn.** Refundere, aut concedere ei actiones. fr. 44. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. Refundere protinus ac repraesentare cogantur. Th. C. XII. 1. c. 29. de donat. Ablatis codicillis primitus et refusis, — redhibere. Ib. XIII. 11. c. 10. de censitor. Refundere, quod accepit etc. fr. 5. §. 4. de cond. caus. dat. 12. 4. cf. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 34. §. 1. de statulib. 40. 7.

Refusio. **§. 1.** *Restitutio.* III. **Cn.** Similitudo donationis est refusio. Interpr. ad Th. C. III. 13. c. 3. de dot. — **§. 2.** *Fusio, Exsolutio.* III. **Cn.** Securitas de refusione munerum emissa. Th. C. XII. 1. c. 185. de decurion. Cf. Nov. Val. III. de suar. II. 36. c. 1. §. 1.

Refutare. **§. 1.** *Refellere, Redarguere.* I. **Sy.** Revincere. Th. C. XI. 30. c. 11. pr. §. 1. de adp.

et poen. III. **Cn.** Refutati iudicio, proditi crimine. Ib. XVI. 5. c. 9. §. 1. de haeret. Non refutandi spem habere, quae gesta sunt. Ib. XI. 36. c. 1. Qu. adp. n. rec. — **§. 2.** *Reiicere, Recusare.* I. **Sy.** Rescindere. Iul. ep. nov. c. 2. §. 6. c. 7. §. 42. c. 107. §. 375. Respuere, Recusare. Th. C. XI. 11. c. 1. ne damn. provinc. Nov. Val. III. de pret. solid. II. 3. c. 1. pr. III. **Cn.** Xenia — oblata non refutare. Th. C. I. 1. c. 1. Rescripta, contra ius elicita — refutari. c. 7. de prec. Imp. off. I. 19.

Refutatio. *Libellus refutatorius.* I. **Sy.** Refutatoria. Th. C. XI. 30. c. 11. pr. de adp. et poen. II. **Op.** Intentio. Ib. c. 11. pr. 1.

Refutatorius. (Adiect.) *Ad refellendum adversarium comparatus.* I. **Sy.** Preces, s. Litterae, refutatoriae. Libelli refutatorii. Refutatoria. Ib. XI. 30. c. 1. c. 11. pr. c. 14. c. 16. c. 24. c. 29.

Regalis. (Adiect.) *Regius, Imperialis.* I. **Sy.** Imperialis. c. 12. pr. §. 1. de LL. 1. 14. c. 14. §. 2. de adsess. 1. 51. II. **Op.** Privata fortuna. — Regale culmen. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37. III. **Cn.** Honor regalium trabearum. Th. C. VIII. 11. c. 4. ne qu. pub. laet. Penetralia regalis aulae. Ib. XIII. 3. c. 12. de medic. et prof.

Regalis. (Subst.) *Qui est prosapiae regiae.* III. **Cn.** Vt neque regalibus, neque legatis (sua milites iumenta suppeditent.) Ib. VII. 1. c. 9. de R. M.

Regens. *Princeps, Praepositus.* I. **Sy.** Princeps. Nov. Anthem. de mulier. VI. 1. c. 1. pr. III. **Cn.** Officium regentis exercitum. fr. 12. pr. de R. M. 49. 16. Procoss., et Legati Caesaris, et omnes provincias regentes. fr. 1. fr. 6. §. 9. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. Coll. LL. M. XIV. 3.

Regere. **§. 1.** *Dirigere, Definire.* III. **Cn.** Finium regundorum (formula etc.) Cf. v. Finis. §. 3. — **§. 2.** *Agere.* III. **Cn.** Servus conductus ad mulum regendum. fr. 27. §. 34. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 3.** *Moderari, Gubernare.* I. **Sy.** Gubernare, Tueri. Th. C. VI. 29. c. 2. §. 1. c. 4. de curios. Ii, quos regimus, Subiecti. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. pr. III. **Cn.** Sororem tuam, pro tua pietate, et regere et tueri velis. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. Adfectionem amicalem promisit in monendis — et in regendis consilio (sc. procuratoribus.) fr. 10. §. 7. mand. 17. 1. Vt is, qui perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur. Gai. I. 189. sq. fr. 1. §. 3. de minor. 4. 4. fr. 12. §§. 1. sq. de tut. et cur. dat. 26. 5. Liber a rationibus, quas regebat, (inventus actor.) Th. C. II. 32. c. 1. de pecul. Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur. fr. 9. de I. et I. 1. 1. cf. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. Regere et gubernare provincias. Th. C. VI. 19. c. 1. de Consular. et Praes. fr. 13. §. 1. de iurisd. 2. 1. (Cf. v. Gerere. §. 3.) Regens provinciam. Cf. v. Regens.

Regerere. *Iterum congerere.* III. **Cn.** Si summa terra sublata ex fundo meo, et alia regesta esset. fr. 24. §. 2. Qu. mod. ususfr. 7. 4.

Regesta. Cf. v. Regestus. §. 2.

Regestus. (Partic.) **§. 1.** *Transscriptus, Insertus actis publicis.* III. **Cn.** Acceptae semel securitates, et regestae polypticis. Th. C. XI. 26. c. 2. de discussor. Regesta VI Id. Febr. Ib. XI. 28. c. 14. de indulg. debit. — **§. 2.** *Regestum, i. e. Liber, qui descripta continet instrumenta publica.* III. **Cn.** Quae in regestis diversorum officiorum relata sunt. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 6. Cf. Iust. const. Summa reip. De Iust. Cod. confirm. §. 4. (Ioh. Lydus de magistratt. II. 30. III. 20.)

Regimen. *Gubernatio.* I. **Sy.** Praepositura. Cf. h. v. Ius (gerendae provinciae.) c. 14. de cohortal. 12. 58. III. **Cn.** Regimen atque administratio (provinciarum.) Th. C. XII. 1. c. 159. de decurion. Totius mundi regimen. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr.

Regimentum. Idem. I. **Sy.** Summa potestas. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11.

Regina. *Imperatoris uxor. Augusta.* III. **Cn.** Donationes, quas D. Imp. in piissimam reginam, suam coniugem, — contulerit. c. 26. de don. int. V. 5. 16.

Regio. **§. 1.** *Pars soli, certis finibus descripta.* I. **Sy.** Certa loca, Partes finitae, Certae regiones (fundi.) fr. 8. de R. V. 6. 1. fr. 23. §. 3. de S. P. R. 8. 3. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. II. **Op.** Pro regione cuiusque praedii, — Pro indiviso (commune.) fr. 19. pr. l. 10. 3. fr. 8. fr. 29. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Opportunis locis (constituit VII cohortes,) ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueatur. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. E regione cuiusque finium, v. eius fundi, (alicuius esse.) fr. 19. pr. l. 10. 3. fr. 26. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. cf. fr. 2. §. 1. fin. regund. 10. 1. Regionibus dividi posse (agrum.) fr. 7. pr. §. 1. comm. div. 10. 3. c. 3. eod. 3. 37. — **§. 2.** *Territorium, singulae civitati extra muros adscriptum.* I. **Sy.** Fines oppidi, Ager, Territorium. fr. 3. de tut. et cur. 26. 5. fr. 239. §. 2. de V. S. 50. 16. Nov. Th. II. (I. 26. c. 1. §. 5.) III. **Cn.** Agri plaga, quae est in regione illa. Regio Ravennas, v. Niphana etc. fr. 35. §. 2. fr. 41. §. 9. de legat. III. (32.) — **§. 3.** *Vniversitas vicinorum oppidorum, agrorumve.* III. **Cn.** Per singulas civitates, regionesque. fr. 3. de eo qu. c. loco. 13. 4. Th. C. XIV. 10. c. 4. de hab. quo uti op. Vrbs, et qua alia solitarum regionum. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. Splendidissima Tyriorum colonia, — nobilis regionibus etc. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. Quod frequentatur in ea regione. Mos regionis. fr. 10. §. 3. mand. 17. 1. fr. 1. pr. de usur. 22. 1. — **§. 4.** *Tractus, Provincia.* I. **Sy.** Dioecesis. Iul. ep. nov. c. 15. §. 52. c. 64. §. 216. Provincia. Th. C. I. 10. c. 1. sq. (Wck.) de off. com. S. largg. II. 4. c. 1. §. 1. de denunc. v. edit. rescr. Cf. fr. 51. de adm. et peric. 26. 7. Pars (suburbicaria.) Th. C. XI. 1. c. 9. de ann. et trib. XI. 16. c. 12. de extr. s. sord. III. **Cn.** Vt certa regione, et certo mari negotietur. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. Latinae regiones. Gai. I. 131. Italiae regiones. Reg., quae sunt sub Iuridicis. Th. C. VIII. 5. c. 28. de cursu pub. Vatic. §§. 232. 241. Per regiones — constituti curatores, unus forte rei Italicae, alius in provincia. fr. 2. §. 2. de cur. bon. 42. 7. cf. fr. 1. §. 2. Qu. falso tut. auct. 27. 6. fr. 3. §. 7. iudicat. solvi. 46. 7. Per omnem Italiam, tum etiam per ur-

urbicarias Africanasque regiones. Th. C. XI. 13. c. 1. si p. obrept. Aegyptiaca, — Asiana, vel Pontica, — Orientalis (regio.) Iul. ep. nov. c. 23. §§. 91. sqq. Patriarcha regionis. Iudices regionum. Ib. c. 6. §§. 25. sq. Th. C. XIV. 4. c. 2. de suar.

Regius. (Adiect.) **§. 1.** ***Ad regem pertinens, Regalis.*** III. ***Cn.*** Ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent (sc. Coss.) fr. 2. §. 16. de O. I. 1. 2. Lex regia (negat etc.) fr. 2. de mortuo infer. 11. 8. Coll. LL. M. IV. 8. — **§. 2.** ***Ad Imperatorem spectans.*** I. ***Sy.*** Augustus. Cf. h. v. §. 1. Imperatorius, Imperialis, Principalis. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. §. 1. Imperii, Augusti, Regia (lex.) fr. 1. pr. de const. Pr. 1. 4. fr. 14. §. 1. de manum. 40. 1. c. 1. §. 7. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 3. de testam. 6. 23. III. ***Cn.*** Tam divinae, quam regiae, vel privatae (domus, ac possessiones.) c. 15. de R. M. 12. 36. Nec in urbe regia, nec in provinciis. c. 6. de adopt. 8. 47. Vela regia suspendere, vel titulum. c. 2. ut nemo priv. 2. 16.

Regnare. **§. 1.** ***Regnum administrare.*** III. ***Cn.*** Romulo, et Numa, regnantibus. fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. Maiestas regnantis. c. 4. de LL. 1. 14. — **§. 2.** ***Primum locum obtinere.*** I. ***Sy.*** Tenere principatum provinciae. Regnans (civitas.) Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 8.

Regnum. **§. 1.** ***Imperium, Potestas regia.*** I. ***Sy.*** Principatus. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. — **§. 2.** ***Territorium, imperio Principis subiectum.*** III. ***Cn.*** In alterius Principis regno (vires obtinere.) Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. pr.

Regradare. ***In inferiorem gradum deiicere.*** I. ***Sy.*** Postponere. c. 3. de domest. 12. 17. III. ***Cn.*** Verberandi, regradandive (senatores ac ducenarios, licentiam denegamus.) Nov. Th. II. de scholar. I. 21. c. 1. pr. Cf. Iust. C. c. 1. de priv. scholar. 12. 30.

Regradatio. ***Poena deiectionis in inferiorem dignitatis gradum.*** III. ***Cn.*** Promotus egradationis humilitate plectetur. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Regredi. **§. 1.** ***Remeare, Reverti.*** I. ***Sy.*** Redire. c. 3. pr. c. 14. de usufr. et habit. 3. 33. c. 1. c. 3. de postlim. rev. 8. 51. Reverti (in potestatem.) fr. 27. §§. 11. 13. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. ***Cn.*** Ordine decurionum ad tempus motus, et in ordinem regressus. fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. Postliminio regressi. fr. 17. §. 6. ib. 50. 1. Cum uno casu ad eum dos regredi possit. fr. 71. de eviction. 21. 2. — **§. 2.** ***Iudicium convertere in alium,*** (qui indemnitatem nobis praestet.) I. ***Sy.*** Regressum habere. Cf. v. Regressus. §. 3. III. ***Cn.*** Non statim eum ad venditorem regressurum, et ex duplae stipulatione acturum. fr. 21. §. 3. de eviction. 21. 2.

Regressus. (Subst.) **§. 1.** ***Actus redeundi.*** III. ***Cn.*** Cuius pater in hostium potestate est. — Post patris regressum etc. fr. 6. §. 4. de tutel. 26. 1. — **§. 2.** ***Copia revertendi*** (ad certam rem.) III. ***Cn.*** Sciat, sibi regressum ad aliam (sc. actionem) non futurum. fr. 9. §. 1. de tribut. act. 14. 4. cf. c. 13. §. 2. de iudic. 3. 1. Habeat debitor — in suam rem humanum regressum. c. 3. §. 3. de iure dom. impetr. 8. 34. — **§. 3.** ***Facultas, iudicio alterum conveniendi.*** I. ***Sy.*** Actionem, Regressum, habere. Reverti, Regredi (ad etc.) fr. 25. §. 17. de hered. pet. 5. 3. fr. 1. fr. 3. fr. 21. §. 3. fr. 23. fr. 34. pr. §. 1. de eviction. 21. 2. III. ***Cn.*** Hac actione teneri, — nec ullum regressum habere ad mulierem. fr. 25. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. Qui damnatus regressum ad eam habeat. fr. 3. ad S.C. Vell. 16. 1. fr. 14. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. Conventus ob evictionem, et condemnatus, an haberet regressum pigneraticiae contrariae actionis? fr. 22. §. 4. de pign. act. 13. 7.

Regula. **§. 1.** ***Instrumentum, quo in premenda olea utimur.*** III. ***Cn.*** Fisci, quibus ad premendam oleam utimur. — Quodsi regulis olea prematur. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. — **§. 2.** ***Norma.*** I. ***Sy.*** Observatio (legitima, v. iuris.) Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Futuris regulam imponere. Th. C. I. 1. c. 3. de const. Pr. Si legum regulis componantur (pacis commoda.) Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. pr. Cum — et aequitas suadeat, et regula iuris antiqui. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 11. Similibus regulis constitui. Gai. III. 142. Secundum, v. Contra, iuris civ. regulam (testari.) Id. II. 114. Vlp. XXIII. 10. Iuris gentium regulam (commutare, v. restituere.) Gai. I. 83. sqq. — **§. 3.** ***Definitio brevis. Praeceptum.*** I ***Sy.*** Brevis narratio. Sententia, Definitio. fr. 1. de R. I. 50. 17. cf. fr. 1. de reg. Caton. 34. 8. fr. 86. de cond. et dem. 35. 1. III. ***Cn.*** Est certissima iuris regula etc. Gai. IV. 112. Reg. est iuris civ., qua constitutum est etc. fr. 13. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. fr. 12. §. 2. de legat. I. (30.) Veteres putaverunt, — itaque agitatur, num haec regula etc. fr. 1. §. 16. de A. v. A. P. 41. 2. c. 12. eod. 7. 32. Catoniana regula sic definit. — Quae definitio etc. fr. 1. pr. de reg. Caton. 34. 7. Libri regularum (Modestini, v. Vlpiani etc.) Hommel. palingen. iur. I. 464. sqq. III. 455. sqq. — **§. 4.** ***Singulum caput, v. dictum.*** I. ***Sy.*** Species, Sententia (Gaii, v. Pauli.) L. Rom. Burg. Tit. 5. 9. 12. (al. 13.) 15. (al. 16.) III. ***Cn.*** Regula sententiarum Pauli. Ib. Tit. 15.

Regulariter. (Advb.) ***Secundum regulam.*** III. ***Cn.*** Reg. definiendum est, v. dicendum. fr. 9. de hered. pet. 5. 3. fr. 3. §. 2. de in rem verso. 15. 3. fr. 71. §. 1. de legat. I. (30.) Quod reg. traditur. c. 14. de fideicomm. 6. 42.

Regulus. ***Parvus rex.*** III. ***Cn.*** Fides earum, quae a regulis profectae fuerint, litterarum. Th. C. XII. 12. c. 5. de legat. et decr.

Reiectio. ***Expulsio.*** I. ***Sy.*** Deiectio (eius, qui emphyteusin suscepit,) c. 2. de iure emph. 4. 66.

Reiicere. **§. 1.** ***Retro iacere.*** III. ***Cn.*** Mula calcem reiecit, et crus agasoni fregit. fr. 5. si quadrup. 9. 1. — **§. 2.** ***Traiicere, Avertere.*** III. ***Cn.*** Si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit, tantum in eum viae reiectae [al. receptae] actio dabitur. fr. 3. de via pub. 43. 11. — **§. 3.** ***Deiicere, Abiicere.*** I. ***Sy.*** Iacĕre. Cf. h. v. §. 2. Deiicere. Cf. h. v. §. 4. III. ***Cn.*** Qui pro derelicto rem habet, omnimodo a se reiecit. fr. 36. de stip. serv. 45. 3.

Militia remotus, castris reiicietur [al. eiicietur.] fr. 29. pr. de liberali c. 40. 12. Reiectus in plebem, — abdicetur. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. Cf. I. 11. c. 1. de defens. civit. — **§. 4.** ***Recusare, Arcere.*** I. ***Sy.*** Recusare (filium.) fr. 1. §§. 14. sq. de adgn. et alend. 25. 3. Removere, Repellere (a tutela.) fr. 17. §. 1. fr. 29. de testam. tut. 26. 2. Repudiare, Reprobare. Th. C. XII. 6. c. 12. de susceptor. III. ***Cn.*** Prioribus (sc. tutoribus) excusatis, reiectisve, — aliorum nomina dare. fr. 2. §. 2. Qui pet. tut. 26. 6. fr. 2. §§. 23. 39. sqq. ad S.C. Tert. 38. 17. — **§. 5.** ***Referre, Remittere.*** III. ***Cn.*** Si quid erit, quod maiorem animadversionem exigat, reiicere [al. remittere] Legatus apud Procos. debet. fr. 11. de off. Proc. et Leg. 1. 16.

Relabi. *Recidere, Reverti.* III. ***Cn.*** Qui — in eandem servitutem rursus relabuntur. Th. C. IV. 8. c. 2. §. 3. de liberali c.

Relatio. **§. 1.** ***Renunciatio, Propositio,*** (quae in causa publica profertur.) III. ***Cn.*** In publicis criminibus — relationibus, a publicis personis destinandis, credere. c. 14. de accus. 9. 2. Ad imitationem relationis, quae solum audiendi mandat officium; praebeat notionem. Th. C. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Corn. de fals. — **§. 2.** ***Quod ad Principem, aut ad magistratum maiorem, refertur, consulendi eius gratia.*** II. ***Op.*** Ex sua iurisdictione facere. — Per relationem ad maiorem iudicem referre. c. 13. §. 3. de iudic. 3. 1. III. ***Cn.*** Suggestiones, vel relationes, (per prosecutores ad comitatum meum transmittendae.) Th. C. I. 15. c. 3. cf. c. 2. (Wck.) de off. Vicar. Cf. VII. 1. c. 12. de R. M. Quae ad relationem eius sanximus, qui neque vera neque universa suggessit. Ib. XI. 30. c. 11. pr. de adp. et poen. Quicunque iudicum, vel adpellatione interposita, vel ipse dubitans, — relationem spoponderit sese missurum. Ib. XI. 29. c. 5. cf. c. 2. de relat. Intra quot dies opinionis sive relationis exemplum privatis iudex debeat exhibere. Ib. XI. 30. c. 8. pr. c. 9. l. l. — **§. 3.** ***Retorsio.*** III. ***Cn.*** Cui iure refertur, relationis sacramentum subire. c. 12. §. 1. de R. C. 4. 1. Ex relatione, non iurante actore, absolvit reum. fr. 34. §. 9. cf. pr. de iureiur. 12. 2. Vt non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. fr. 5. pr. de pub. iud. 48. 1. — **§. 4.** ***Respectus, Ratio habita.*** I. ***Sy.*** Collata (adpellatio.) Relatio facta. fr. 11. de I. et I. 1. 1.

Relatoria. *Securitatis instrumentum* (de rebus relatis.) III. ***Cn.*** Navicularios — relatorias traditarum specierum intra X dies a susceptoribus percipere. Th. C. XIII. 5. c. 8. de navicul.

Relaxamentum. *Relaxatio, Indultum.* III. ***Cn.*** Recusare eum (sc. iudicem) ante litis contestationem, in XX dierum relaxamento. Iul. ep. nov. c. 89. §. 339.

Relaxare. **§. 1.** ***Remittere, Liberare.*** I. ***Sy.*** Eximere. §. 4. I. Qu. mod. ius pot. 1. 12. Liberare. Th. C. IX. 38. c. 10. c. 12. de indulg. crim. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. pr. §. 2. II. ***Op.*** Plecti. — Relaxari condemnatione. III. ***Cn.*** Vt noverint, crimina nec fugae latebris nec indulgentiis relaxanda. Th. C. VIII. 4. c. 15. de cohortal. Necessitatem relaxare. Ab observatione iudicii rel. Ib. VIII. 12. c. 7. de donat. Iust. C. c. 13. §. 2. de iudic. 3. 1. — **§. 2.** ***Indulgere.*** III. ***Cn.*** Huiuscemodi reis veniam relaxare. Th. C. VI. 4. c. 22. §. 3. de Praet. et Qu. IX. 40. c. 7. de poen. Compendium relaxare, ut etc. Ib. X. 9. c. 3. de incorpor. Instantia liberior relaxetur (fiscalibus locis.) Ib. X. 19. c. 13. de metall. Actionem inofficiosi fratribus relaxatam. Ib. II. 19. c. 3. de inoff. testam.

Relaxatio. *Remissio.* III. ***Cn.*** Nec praescriptionis peremtoriae relaxatio petatur. Th. C. I. 2. c. 5. (Wck.) de div. rescr.

Relegare. **§. 1.** ***Removere.*** III. ***Cn.*** Si servus fuerit missus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. c. 2. de sepulc. viol. 9. 19. — **§. 2.** ***Poenae causa interdicere alicui regione certa.*** I. ***Sy.*** Interdicere (urbe, Italia etc.) Fr. Aelii Galli I.Cti. Ap. Festum v. Relegatio. Coll. LL. M. I. 11. fr. 7. pr. de interd. et releg. 48. 22. Submovere. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. II. ***Op.*** Deportare (in insulam.) Paul. V. 21. §. 1. fr. 8. §§. 2. sq. Qui test. fac. p. 28. 1. fr. 4. fr. 24. fr. 28. §§. 10. 13. de poen. 48. 19. III. ***Cn.*** In exsilium mitti, aut ad tempus relegari. Paul. V. 28. §. 1. Relegandi, deportandique in insulam, licentia. fr. 1. §. 3. de off. Prf. Vr. 1. 12. Ab Italia, s. Extra Italiam, releg. fr. 1. §. 13. l. l. 1. 12. fr. 3. §. 3. de abig. 47. 14. — **§. 3.** ***Deportationis poenam infligere.*** I. ***Sy.*** Deportare. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Relegati in insulam, et quibus terra Italia — interdicitur. fr. 8. §. 3. Qui testam. fac. p. 28. 1. In insulam — relegantur, aut exsulare coguntur. Paul. V. 22. §. 2. cf. fr. 4. fr. 7. pr. §§. 1. sqq. de interd. et releg. 48. 22. Specialiter insulam adsignare, inque eam relegare. fr. 7. §. 1. ib. 48. 22. In provinciam, v. In Oasin (releg.) fr. 7. §§. 4. sq. ib. 48. 22. — **§. 4.** ***Retro legare. Legato interveniente restituere (debitum.)*** I. ***Sy.*** Praelegare (dotem.) Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Cum quis uxori suae dotem relegat. fr. 2. pr. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. fr. 3. sqq. de dote praeleg. 33. 4. Commodum in dote relegata esse repraesentationis. fr. 1. §. 2. ib. 33. 4. — **§. 5.** ***Legatum iterato conferre.*** I. ***Sy.*** Repetere legatum. fr. 3. pr. §§. 1. sq. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 23. de usu et usufr. leg. 33. 2.

Relegatio. **§. 1.** ***Remotio.*** III. ***Cn.*** Sin domini auctoritate — urgetur, relegatione plectatur (sc. servus.) c. 2. de sepulc. viol. 9. 19. — **§. 2.** ***Poena, qua interdicitur nobis certo loco morari.*** II. ***Op.*** Exsilium. Cf. h. v. §. 2. Deportatio. fr. 4. fr. 28. pr. §. 1. de poen. 48. 19. — **§. 3.** ***Deportatio, Exsilium.*** III. ***Cn.*** Exsilii, vel insulae relegatio. Paul. V. 4. §. 11. cf. §. 17. fr. 5. de interd. et releg. 48. 22. Exsilio perpetuae relegationis plecti. Th. C. VII. 18. c. 8. pr. de desertor. — **§. 4.** ***Restitutio debiti, legato interveniente facienda.*** I. ***Sy.*** Praelegatio. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Dotis relegatio, et stipulationes emtae hereditatis. fr. 95. de legat. III. (32.) fr. 1. §. 5. de dote prael. 33. 4.

Relegere. **§. 1.** ***Iterum legere.*** III. ***Cn.*** Relegere, et recognoscere (instrumenta.) fr. 56. pr. de V.S.

50. 16. Relegere atque replicare (testamentum.) Nov. Marcian. de testam. cler. III. 5. c. 1. §. 1. — **§. 2.** *Legere, Perlegere, Praelegere.* III. ***Cn.*** Quod senserit, scribat et relegat (iudex.) Th. C. IV. 17. c. 3. de sent. ex peric. Nobis oblatum et relectum (sc. opus) — suscepimus. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. cf. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (Wck. p. 4.) — **§. 3.** *Recipere, Recolligere.* III. ***Cn.*** Qui, — pro servo educatus, — iam paene extremam relegit libertatem. Th. C. IV. 8. c. 6. §. 2. (Wck.) de liberali c.

Relevare. **§. 1.** *Elevare, Erigere.* III. ***Cn.*** Trochleae, quibus relevatur praelum. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2. Onerum eorum relevandorum gratia, quae in parietem incumbunt, (sc. cavere sibi.) fr. 28. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Extenuare, Remittere, Indulgere.* I. ***Sy.*** Exonerare, Extenuare. Cf. v. Exonerare. §. 2. Liberare. fr. 11. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Th. C. VI. 1. c. 13. de Senat. et de gleb. Prodesse ad liberationem (tutelae.) Excusationem tribuere. Vatic. §§. 169. 191. 194. sq. III. ***Cn.*** Si procuratorem absentem dominus satisdatione relevare velit. fr. 65. de procur. 3. 3. Tenetur, — et ideo, etsi decesserint, non relevabitur. fr. 7. §. 4. naut. caup. 4. 9. Relevare quidem vult crimen suum, sed non est huiusmodi compensatio admissa. fr. 2. §§. 4. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 63. §. 7. pro soc. 17. 2. Vt officio eius (sc. censitoris) congruat, relevari eum qui etc. fr. 4. §. 1. de censib. 50. 15. Ab ipsa possessione, quae vel donata, vel peraequata, aut relevata est, — conferantur. Th. C. XI. 20. c. 5. §. 1. de collat. donat. XI. 28. c. 13. c. 15. de indulg. deb. Non solum in relevatis, verum etiam in donatis, adaeratis, translatisque etc. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §§. 2. sq. 5. cf. Th. C. XI. 20. c. 6. pr. l. 1.

Relevatio. *Remissio, Liberatio.* III. ***Cn.*** Relevationis, vel peraequationis, beneficium (consequi.) Th. C. XI. 20. c. 5. §. 1. de collat. donat. Hoc — magna relevatione firmabitur (sc. cursus publicus.) Ib. I. 15. c. 3. (Wck.) de off. Vicar.

Religare. *Ligare, Adligare.* III. ***Cn.*** Tabulae religatae catenis, aut erga parietem adfixae. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16. Funem, — quo religata navis erat, praecidere. fr. 29. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2.

Relictus. Cf. v. Relinquere.

Religio. **§. 1.** *Veneratio, Pietas, Sanctitas.* III. ***Cn.*** Venerabilia, — atque aeterna religione servanda. Coll. LL. M. VI. 4. Res religioni destinatae, quinimo iam religionis effectae. c. 1. de sepulc. viol. 9. 19. cf. fr. 14. §. 1. de servit. 8. 1. Th. C. VII. 8. c. 2. de metat. In eo fundo reliquiae sunt conditae, quibus religio — debebatur. fr. 30. fam. ercisc. 10. 2. Contemnere religionem, et pro privato eum (sc. locum religiosum, aut sacrum,) tenere. fr. 30. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare. fr. 9. §. 2. de R. D. 1. 8. Erga deum religio. fr. 1. §. 4. fr. 2. de I. et I. 1. 1. Contra religionem sanguinis, propositumque pietatis. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 8. Cf. Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam. Humanitatis ac religionis ratio non permittit. c. 23. de excus. tut. 5. 62. — **§. 1. A.** *Fides, iureiurando firmata.* I. ***Sy.*** Iusiurandum, Sacramentum, Iuramentum. fr. 21. de d. m. 4. 3. fr. 24. sq. de iureiur. 12. 2. fr. 25. §. 3. de probat. 22. 3. fr. 8. pr. de cond. inst. 28. 7. III. ***Cn.*** Solet iusiurandum a servis exigere, ut hi religione adstricti etc. fr. 44. pr. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 25. de iureiur. 12. 2. Si — non delato iuratum sit, nulla erit religio, nec ullum iusiurandum. fr. 4. §. 1. de in lit. iur. 12. 3. Cum iurisiurandi religione (praestari rogare.) fr. 77. §. 23. de legat. II. (31.) cf. Gai. IV. 181. Fidem religioni iudiciariae debitam (praeponere.) c. 5. de testib. 4. 20. — **§. 1. B.** *Fides, muneri publico debita.* I. ***Sy.*** Religiosa constantia (Praesidis.) fr. 6. §. 2. de off. Praes. 1. 18. fr. 10. de incend. ruina. 47. 9. fr. 2. §. 8. de vac. et excus. 50. 5. III. ***Cn.*** Quod legibus omissum est, non omittetur religione iudicantium. fr. 13. de testib. 22. 5. Praetor urb. — adeatur, qui pro sua religione aestimet etc. fr. 1. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Iubere eos, prout religio suggerit, sententiam proferre. fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 1. §. 17. de quaest. 48. 18. cf. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Falsis instrumentis religione iudicis circumducta etc. Paul. V. 5. A. §. 10. fr. 33. de re iud. 42. 1. — **§. 2.** *Piaculum.* III. ***Cn.*** Si quid sacerdotium nancti sint, ut discedere ab eo sine religione non possint. fr. 13. pr. de vac. et excus. 50. 5. cf. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. — **§. 3.** *Professio religiosa. Votum religiosum.* I. ***Sy.*** Fides (catholica.) Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. c. 3. sq. de fide cath. XVI. 4. c. 2. sq. de h. qu. sup. relig. Canonicum quid. De religionibus iussio. Iul. ep. nov. c. 21. §. 76. III. ***Cn.*** Aliqua concessa a maioribus religio. Th. C. IX. 16. c. 9. de malef. Illicitum iusiurandum, — improbatae publice religionis. fr. 5. §. 3. de iureiur. 12. 2. Paul. V. 21. §. 2. Coll. LL. M. XV. 3. Religionis causa coire. fr. 1. §. 1. de colleg. et corp. 47. 22. cf. fr. 36. pr. de fideic. libb. 40. 5. Qui a sanctae religionis instituto — deflexerit. Th. C. VIII. 8. c. 3. de exsecut. et exact. cf. XVI. 1. c. 2. pr. de fide cath. Si eorum personas vel honor, vel religio defenderet. Ib. XII. 1. c. 123. de decurion. Si quemquam iam tenet religio SS. Ib. VIII. 5. c. 46. de cursu pub.

Religiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Religionis causa exemtus (usibus profanis.)* I. ***Sy.*** Quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Religiosum. Fr. Sabini I. Cti. Ap. Gell. IV. 9. Sacrosanctus. Th. C. V. 3. c. 1. de bon. cleric. Venerabilis (locus.) Cf. h. v. III. ***Cn.*** Qui pecuniam sacram, religiosam, abstulerit. fr. 4. pr. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Privatorum domus, non religiosarum loca habitationum. c. 4. de Iud. 1. 9. Cf. Iul. ep. nov. c. 111. §. 409. — **§. 1. A.** *Diis manibus dicatus.* I. ***Sy.*** Quae diis manibus relictae sunt, Religiosae (res.) Gai. II. 4. Cf. Frr. Servii Sulp. et Trebatii, I. Ctorum. Ap. Macrob. satur. III. 3. Festus v. Religiosus. II. ***Op.*** Purus (locus.) fr. 2. §. 4. de relig. 11. 7. Locus sacer, vel religiosus, quem putabat esse humani iuris. Gai. III. 97. III. ***Cn.*** Liber homo, et locus sacer, et religiosus, qui haberi non potest. fr. 4. de contr. emt. 18. 1. cf. Gai. II. 48. Vlp. XXIV. 9. Si quid sacri, vel religiosi est,

(eius venit nihil.) fr. 22. fr. 51. ib. 18. 1. Paul. I. 21. §. 7. Si mortuum intulit, fecitque religiosum locum. fr. 53. §. 7. de legat. I. (30.) cf. fr. 6. §§. 4. sq. de R. D. 1. 8. Licet non sit religiosus (sc. locus,) pro religioso habetur. Gai. II. 7. — **§. 2.** *Christianae religionis cultui addictus, Clericalis.* I. ***Sy.*** Christianus. Th. C. XVI. 9. c. 5. ne christ. manc. Sanctimonialis, Religiosa (puella, s. femina.) Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. §§. 2. 4. II. ***Op.*** Laicus. Cf. h. v. Privatus. — Militaris, — Religiosa (persona.) Iul. ep. nov. c. 1. §. 4. III. ***Cn.*** In conspectu ecclesiae, ac religiosi populi. Th. C. IV. 7. c. 1. §. 1. de man. in eccl. Religiosi, quos non summi pontificatus honor adtollit. Consult. vet. I Cti. c. 7. — **§. 3.** *Pius, Fidelis.* III. ***Cn.*** Providentissimus, et iuris religiosissimus (Princeps.) fr. 6. §. 10. de legat. II. (31.) c. 5. de repud. 5. 17. Religiosa constantia (Praesidis.) fr. 10. de incend. ruina. 47. 9. Voces religiosae (Senatus.) Th. C. VI. 4. c. 1. de Praet. et Qu. — **§. 4.** *Religioni consentaneus.* III. ***Cn.*** Non quia non religiosa res, sed quia etc. fr. 1. §. 4. de extr. cogn. 50. 13. Cum — religiosum sit, (praecipio etc.) Th. C. IX. 42. c. 1. pr. de bon. proscr.

Relinquere. §. 1. *Derelinquere, Deserere.* I. ***Sy.*** Derelinquere. Cf. h. v. §. 2. Reponere. Th. C. IX. 45. c. 3. §. 3. de h. qu. ad eccl. II. ***Op.*** Recipere. Ib. III. 16. c. 2. §. 1. de repud. Adire (hereditatem.) Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** A domino derelinquendi animo relicta (res.) Paul. II. 31. §. 27. cf. fr. 5. §. 14. commod. 13. 6. Vel damnum decidere, vel pro noxae deditione hominem relinquere cogi. fr. 61. §. 2. de furt. 47. 2. Qui — querelam instituit, et fraude heredis — reliquit eam actionem. fr. 21. pr. de inoff. testam. 5. 2. — **§. 1. A.** *Omittere, Negligere.* III. ***Cn.*** Quibus relictis, ipsa sanitas testatoris periclitetur. c. 28. pr. de testam. 6. 23. — **§. 2.** *Servare, Excipere.* I. ***Sy.*** Retineri, Relinqui, Remanere (penes aliquem.) Vlp. VI. 4. sq. 10. II. ***Op.*** Petere, et in iudicium educere. — In incerto relinquere. Gai. IV. 131. Fisco vindicari. — Non inquietari, sed ordinariae successioni relinqui. Paul. V. 12. §. 1. Omnia iudicii ab eo transferre. — Quaedam relinquere. fr. 27. pr. de procur. 3. 3. III. ***Cn.*** Sacra, vel religiosa res, vel usibus publicis in perpetuum relicta. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. cf. Fr. L. Thoriae. Religiosae (sc. res,) quae diis manibus relictae sunt. Gai. II. 4. Cf. Frr. Servii Sulp. et Trebatii, item Sabini, I. Ctorum. Ap. Macrob. satur. III. 3. et Gell. IV. 9. Vsum omnium rerum apud patrem filius reliquit. Vatic. §. 265. cf. §§. 294. 296. Totum patrimonium — erogare, nec quidquam heredi relinqu. etc. Gai. II. 224. 226. III. 41. Vtilitate suadente relictum est, ne etc. fr. 44. §. 6. de usurp. 41. 3. — **§. 3.** *Decedens, v. Moriens, linquere.* III. ***Cn.*** Quoties proficiscuntur (magistratus,) unus relinquitur, qui etc. fr. 2. §. 33. de O. I. 1. 2. Decedere, nec in familia relinquere ullum etc. Gai. I. 195. III. 40. sqq. fr. 20. §. 2. de B. P. 37. 4. Filii, — qui in parvula aetate relinquuntur. Th. C. XIV. 3. c. 5. de pistor. Qui in utero relictus est. fr. 153. de V. S. 50. 16. Si pendentes fructus iam maturos reliquisset testator. fr. 27. de usuf. 7. 1. Quae defunctus mortis tempore reliquit. Paul. I. 13. B. §. 1. Vatic. §. 229. fr. 88. de V. S. 50. 16. — **§. 4.** *Vltima voluntate conferre in aliquem.* I. ***Sy.*** Conferre in aliquem (iudicium supremum.) Testamento relinquere, Instituere, (heredem.) fr. 40. §. 3. de pact. 2. 14. Gai. I. 21. Vlp. I. 14. Dare (legatum etc.) Legare. Cf. v. Dare. §. 3. v. Legare. §. 2. III. ***Cn.*** Aut relinquendae, aut capiendae alicuius hereditatis (habere potestatem.) Th. C. XVI. 5. c. 7. pr. de haeretic. Quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit. Vlp. XVII. 1. Donare, vel relinquere. fr. 22. de usufr. 7. 1. Th. C. VIII. 18. c. 7. de matern. bon. Desidero, et Impero, (utile faciunt fideicommissum.) Relinquo vero, et Commendo etc. Paul. IV. 1. §. 6. Si relinquendi studio huiusmodi verba fuerint adscripta. c. 14. de don. int. V. 5. 16. Perinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset. Gai. II. 197. Quibus relinquitur, — A quibus relicta est (libertas.) fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Nihil ab herede heredis relinqui potest. Paul. III. 6. §. 5. Aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquere. Vlp. XXIX. 1. cf. Gai. III. 70. 151. Annua, sive menstrua, relinquere. fr. 8. §§. 23. sq. de transact. 2. 15. Cf. Paul. IV. 1. §. 9.

Reliquari, s. Reliquare. *Aliquid ex debito non persolutum apud nos residere pati.* I. ***Sy.*** Reliqua trahere. fr. 46. pr. §. 1. de adm. et per. 26. 7. Debitor esse (ex administratione.) fr. 20. §. 6. fam. ercisc. 10. 2. fr. 6. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. III. ***Cn.*** Quae mala ratione reliquatus est, quae furatus est. fr. 40. pr. de statulib. 40. 7. Summas, quibus reliquatus erat, — reddidit. fr. 23. pr. de pecul. leg. 33. 8. Non impeditur reliquas exigere, quas quis [al. quis se, v. per se, v. ipse] reliquavit. fr. 9. de liberat. leg. 34. 3.

Reliquatio. *Quod reliquatus est debitor. Reliquum.* III. ***Cn.*** Rationibus a tutore acceptis, reliquationem eius secutus, usuras acceptare. fr. 44. §. 1. de adm. et peric. 26. 7.

Reliquator. *Qui reliqua contraxit.* III. ***Cn.*** Reliquatores vectigalium. fr. 9. §. 2. de publican. 39. 4. Superioris anni reliquator. fr. 102. §. 2. de solut. 46. 3.

Reliquiae. §. 1. *Vestigia.* III. ***Cn.*** Quasi voluntatis reliquiis in furioso manentibus. fr. 8. pr. de h. qu. sui. 1. 6. — **§. 2.** *Cineres, et ossa cadaverum.* III. ***Cn.*** Corpora sepulta, aut reliquias, contrectare. Th. C. IX. 17. c. 4. de sepulc. viol. Si corpus, vel reliquiae, inferantur. fr. 42. de relig. 11. 7. fr. 5. pr. de mortuo infer. 11. 8. cf. fr. 27. pr. de cond. inst. 28. 7. — **§. 3.** *Residua pars debiti.* I. ***Sy.*** Reliqua. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. pr. §. 1.

Reliquus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui superest.* I. ***Sy.*** Caeteri, Reliqui. Vlp. XXVI. 1. 7. fr. 95. fr. 160. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Filius, qui in potestate est. — Reliqui sui heredes. Vlp. XXII. 20. cf. 16. sq. Adulteria. — Omnes reliqui mores. Id. VI. 12. III. ***Cn.*** Et reliqua. Sicut in reliquis. Gai. II. 174. IV. 36. sq. 43. 136. fr. 6. de iurisd. 2. 1. Deducta parte tertia, reliqua dos. fr. 23. de pact. dot. 23. 4. Ex sexta, —

Ex reliqua parte (scribere, s. instituere, heredes.) fr. 32. fr. 42. de legat. III. (32.) fr. 45. de bon. libert. 38. 2. — **§. 2.** *Reliquum, s. Reliqua, s. Reliquae, i. e. Residua pars debiti. Quod, subductis rationibus, superest persolvendum.* I. **Sy.** Reliquiae. Cf. h. v. §. 3. Reliqua trahere. Reliquari. Cf. h. v. III. **Cn.** Id, quod computatione rationum habita, reliquum fuerit. fr. 13. §. 2. fr. 34. §. 1. de statulib. 40. 7. cf. fr. 19. §. 1. de N. G. 3. 5. Si quis rationes exigere vetetur, — non impeditur reliquas exigere, quas [al. reliqua, — quae] quis reliquavit. fr. 9. cf. fr. 31. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. fr. 24. ad munic. 50. 1. Sive ex contractu quid domino debeat, sive ex rationum reliquis. fr. 9. §. 6. de pecul. 15. 1. Quod factum dupli damno, vel reliquorum eius solutione pensatur. Fr. de I. F. §. 6. Dico me accepisse, et habere, et accepto tulisse a C. Titio reliquum omne, ratione posita eius pecuniae etc. fr. 89. pr. de solut. 46. 3. cf. fr. 32. fr. 81. pr. fr. 82. fr. 111. de cond. et dem. 35. 1. Debitorum ac reliquorum modum frequenter ingerere. Th. C. VIII. 1. c. 9. pr. de numerar. Omnia reliqua praeteriti temporis curare exigenda, quae penes conductores, ipsorum desidia aut conniventia, resederunt. Ib. I. 11. c. 1. (Wck.) de off. Com. rei pr. XI. 3. c. 1. sine censu v. reliqu. Quod enim ad tempus differri iubebit, aut perpetuo amittitur, aut sub acerbiore reliquorum mole repetendum est. Ib. XIII. 11. c. 3. de censitor. Colonus si reliqua traxerit, et — mercedes servari non potuerint. fr. 3. §. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Th. C. XI. 7. c. 17. de exaction. Nov. Marc. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. pr. Omnium titulorum — reliqua universa concedimus, s. indulgemus. Th. C. XI. 28. c. 1. c. 3. c. 5. c. 8. c. 11. de indulg. debit. — **§. 3.** *In reliquum, i. e. In posterum. De caetero.* II. **Op.** Aetate praesenti. — In reliquum. Ib. VI. 26. c. 3. de prox. com. disp.

Relisus. (Partic.) *Dissolutus, Resectus.* III. **Cn.** Relisum [al. Recisum] in paucos publicae functionis onus nequaquam posse tolerari. Nov. Val. III. de succ. curial. II. 2. c. 1. pr.

Relocare. *Locationem cum alio contrahere,* (abiecto conductore praesente.) III. **Cn.** Vt, si ad diem effectum non esset (sc. opus,) relocare id liceret. fr. 13. §. 10. cf. fr. 51. pr. locat. 19. 2.

Reluctans. (Partic.) *Qui contradicit.* III. **Cn.** Concitatorem iudicii — examini tuo praesentari oportet, — in quo partes reluctantis ipse suscipies. Th. C. X. 8. c. 3. de bon. vac.

Reluctari. **§. 1.** *Adversari, Oppugnare.* II. **Op.** Adpetere, Concupiscere. Th. C. VI. 4. c. 15. de Praet. et Qu. III. **Cn.** Mulier, matrimonio reluctata. Ib. III. 16. c. 2. pr. de repud. — **§. 2.** *Obloqui in iudicio.* III. **Cn.** Ipso etiam dissimulante iudice, reluctari. Ib. XI. 30. c. 8. pr. de adp. et poen. Adversus discussoris statum rel. Ib. c. 36. l. l. Ad reluctandum pervenire. c. 2. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59.

Reluctatio. *Recusatio, Contumacia.* III. **Cn.** Amota omni reluctatione, restituet. Th. C. XIV. 17. c. 9. de annon. civ. Vocem reluctationis obiicere. Ib. XII. 1. c. 179. de decurion.

Remancipare. *Id, quod ab aliquo mancipio accepi, eidem vel alteri per aes et libram restituere.* II. **Op.** Mancipare. Mancipio dare. Gai. I. 134. Vatic. §. 51. III. **Cn.** Ea lege mancipio dare, ut sibi remancipetur. Gai. I. 140. A coemtionatore remancipata ei, cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa. Id. I. 115. sq. 172. 195. Fr. Aelii Galli, I. Cti. Ap. Fest. v. Remancipatam. Remancipatam sibi rem emtori praestare. Paul. II. 13. §. 3.

Remancipatio. *Actus remancipandi.* III. **Cn.** Liber, — absque remancipatione manumissus. Coll. LL. M. XVI. 9.

Remanere. **§. 1.** *Permanere, Durare.* I. **Sy.** Manere. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Exire. Cf. h. v. §. 2. Finiri. Perimi. Cf. v. Finire. §. 2. c. 3. si pend. adpell. 7. 66. Restitui. fr. 71. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Qui, impleto tempore conductionis, remansit in conductione. fr. 13. §. 11. locat. 19. 2. Obligantur et, si manumittantur, obligati remanent. fr. 14. de O. et A. 44. 7. In omnibus rebus hereditariis — annua usucapio remansit. Gai. II. 54. — **§. 2.** *Residere.* I. **Sy.** Retineri (in hereditate.) Id. II. 205. sq. Vlp. XXIV. 13. II. **Op.** Reddi, Reverti ad etc. Id. VI. 4. sq. fr. 240. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Vt omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat. Vlp. XXIV. 32. Gai. II. 255. Paul. IV. 5. §. 5. Quae data erant, apud eum qui dedisset, heredemve eius, remanerent. c. 7. de don. A. N. 5. 3. Divisisse maternam hereditatem dixerunt, nihilque sibi commune remansisse caverunt. fr. 35. de pact. 2. 14. Pecuniae, quae apud curatores remansit, usuras exigendas. fr. 9. pr. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Cf. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14.

Remansor. *Miles, qui commeatus tempore iam elapso ad signa non revertitur.* III. **Cn.** Militem desertorem faciebant (sc. edicta,) qui diu afuisset, ut is inter remansores [al. emansores] haberetur. fr. 4. §. 13. fr. 5. §. 6. de R. M. 49. 16.

Remeare. *Redire, Reverti.* I. **Sy.** Redire, Regredi, Reverti. Th. C. VIII. 8. c. 9. de exsecut. IX. 43. c. 1. pr. §. 2. de sent. pass. XIV. 9. c. 1. de stud. liber. urb. R. II. **Op.** Perseverare (in clericatu.) — Rem. (ad saecularem conversationem.) c. 56. §. 2. de episc. et cler. 1. 3. III. **Cn.** Ad eandem militiam — remeandi (licentia.) Th. C. VI. 32. c. 1. de castrensian. His delegantibus — adpellationum ad eos iure iudicia remeabunt. c. 1. Qui pro sua iurisd. 3. 4.

Remeatus. (Subst.) *Ius revertendi.* III. **Cn.** Commeatum, remeatumve (dare exsuli.) fr. 4. de poen. 48. 19.

Remedium. **§. 1.** *Quod ad curandos aegros adhibetur.* III. **Cn.** Remedia, humanis quaesita corporibus. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic. Quod (sc. medicamen) ad salutem hominis, vel ad remedium datum erat. Paul. V. 23. §. 19. — **§. 2.** *Provisio, Cautio, Auxilium.* III. **Cn.** Veteri sustinendo (sc. operi) remedium habere. fr. 1. §. 13. de O. N. N. 39. 1. Novum consilium et remedium suggerere. fr. 1. pr. de inspic. vent? 25. 4. Remed. monstravit Imp. — rescripto. fr. 7. §. 5. de don. int. V. 24. 1. fr. 11. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. Praeses Pr. — adversus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat.

fr. 7. cf. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Cogi remediis Praetoris. fr. 1. §. 3. de inspic. ventre. 25. 4. fr. 69. de A. v. O. H. 29. 2. Maximum remedium expediendarum litium. fr. 1. de iureiur. 12. 2. Decreti, v. Provocationis, remedium. fr. 41. de bon. libert. 38. 2. fr. 1. §. 14. ad S. C. Turp. 48. 16. Cautionis Mucianae remedium. fr. 79. §. 3. de cond. et dem. 35. 1. Quae (sc. sententia) nullo remedio adtentari potest. fr. 23. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. fr. 65. de eviction. 21. 2. Th. C. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. — **§. 3.** *Relevatio, Indulgentia.* III. **Cn.** Vt, manentibus remediis, — idoneis collocentur (praedia.) Ib. XI. 28. c. 13. de indulg. debit. cf. XII. 12. c. 12. pr. de legat. et decr.

Remex. *Qui remum agit.* III. **Cn.** In classibus omnes remiges et nautae (milites sunt.) fr. 1. §. 1. de B. P. ex testam. mil. 37. 13. Remex, aut mesonauta. fr. 1. §. 2. naut. caup. 4. 9.

Reminisci. *Recordari.* III. **Cn.** Ad haec omnia respicientes, et reminiscentes, — sancimus. c. 12. §. 1. Qui pot. 8. 18. cf. Th. C. II. 8. c. 22. (Wck.) de feriis.

Remisse. (Advb.) *Leniter.* II. **Op.** Dure. Cf. h. v. III. **Cn.** Paullo remissius (debere nos versari circa interpretationem etc.) fr. 61. §. 6. de furt. 47. 2. Remissius puniri solent, ut etc. fr. 21. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Remissio. **§. 1.** *Reiectio, Ablegatio.* I. **Sy.** Remittere (nominatum, ad Ordinem.) Remissionem facere. fr. 1. §. 3. Quando adp. 49. 4. — **§. 2.** *Abolitio, Rescissio.* III. **Cn.** Facta operis novi nunciatione, cui nunciatum est, abstinere oportere, donec caveat, vel donec remissio nunciationis fiat. fr. 8. §. 4. cf. fr. 1. §. 7. fr. 5. §. 16. de O. N. N. 39. 1. Remissionem ibi demum factam, ubi nunciatio non tenet. fr. 1. §. 2. de remiss. 43. 25. — **§. 3.** *Relevatio, Relaxatio.* I. **Sy.** Exoneratio (mercedis.) Cf. h. v. III. **Cn.** Si — ex pretio ei remisit, venditionem quidem valere, remissionem autem hactenus non valere. fr. 5. §. 5. de don. int. V. 24. 1. Si uno anno remissionem quis colono dederit, ob sterilitatem. fr. 15. §. 4. cf. §§. 3. 5. locat. 19. 2.

Remissus. (Partic.) **§. 1.** *Retro missus, Ablegatus.* Cf. v. Remittere. §. 1. — **§. 2.** *Dimissus.* III. **Cn.** Sed semel remissus adulter, reduci non potest. fr. 25. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 3.** *Concessus, Condonatus.* Cf. v. Remittere. §. 3. — **§. 4.** *Non intentus, Solutus.* III. **Cn.** Remissior super hoc cura detecta. Th. C. I. 10. c. 2. (Wck.) de off. Com. S. largg. Negligentia remissior. c. 5. de peric. tut. 5. 38.

Remittere. **§. 1.** *Retro mittere, Referre, Reiicere.* I. **Sy.** Referre. Cf. h. v. §. 1. Mittere. Cf. h. v. §. 1. A. II. **Op.** Ipse cognoscere, v. dare. — Remittere ad etc. fr. 3. §§. 1. 5. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 1. §§. 2. sq. 5. de mag. conv. 27. 8. III. **Cn.** Ignominia missus ad iudicem suum remittendus est. fr. 4. §. 6. de R. M. 49. 16. Postquam cognoverit de crimine in sua provincia admisso, ut reum in eam provinciam remitteret, ubi sacrilegium admisit. fr. 7. §. 5. de accus. 48. 2. Ad cognitionem Imperatorum a Praeside Pr. remissus. fr. 13. Qu. ex c. in poss. 42. 4. fr. 22. fr. 26. de adp. et relat. 49. 1. Totam rem ad iudicem, i. e. ad virum bonum, remittere. fr. 137. §. 2. cf. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. Non quasi suspectus removebitur, sed remittetur puniendus etc. fr. 3. §. 15. cf. fr. 1. §. 8. de susp. tut. 26. 10. Ad ius ordinarium, v. Ad forum, remitti. fr. 3. de priv. delict. 47. 1. Coll. LL. M. VII. 4. Ad interdictum rem. fr. 1. §. 3. uti possid. 43. 17. Nuncium, s. Repudium, remittere. fr. 10. de sponsal. 23. 1. fr. 101. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Dimittere.* (Cf. v. Remissus. §. 2.) II. **Op.** Retinere (adulterum.) fr. 25. §§. 2. sq. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 3.** *Condonare, Liberare, Gratiam facere.* I. **Sy.** Permittere (pecunias.) Cf. h. v. §. 4. Missam facere (nunciationem.) fr. 1. pr. de O. N. N. 39. 1. fr. 1. pr. de remiss. 43. 25. Gratiam facere. Cf. h. v. §. 2. A. II. **Op.** Dare (iusiurandum.) Cf. h. v. §. 6. Constituere (servitutem.) fr. 6. de servit. 8. 1. Exigere (multam.) Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Precibus exoratus, remittere iniuriam. fr. 5. §. 2. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. cf. fr. 17. §. 6. de iniur. 47. 10. Servis suis offensam, vel duritiam, poenitendo remittere. Vatic. §. 6. cf. fr. 11. §. 1. l. 1. 47. 10. Tantum delictum est, ut ultio remittenda non esset. fr. 35. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 38. §§. 4. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Paul. II. 19. §. 5. II. 26. §. 15. Sed hoc aliquando remittere Praetor debet, si non malitia — factum fuerit. fr. 2. §. 1. de inspic. ventre. 25. 4. Sed haec diligens observatio — constitutionibus Principum remissa est. Gai. II. 109. cf. I. 115. a. Quod ex verborum obligatione tibi debeam, id si velis mihi remittere, poterit sic fieri. Id. III. 169. fr. 7. §. 10. de pact. 2. 14. Integram pensionem etiam eius anni, quo remisit, exigendam. fr. 15. §. 4. cf. fr. 5. fr. 24. §. 5. locat. 19. 2. Per pactionem, s. Pacto, remissa (satisdatio etc.) fr. 46. de pact. 2. 14. fr. 1. de serv. export. 18. 7. fr. 63. pr. de eviction. 21. 2. — **§. 4.** *Permittere.* I. **Sy.** Permittere (facultatem.) Th. C. XVI. 8. c. 24. de Iud. Dare licentiam. c. 6. de repud. hered. 6. 31. III. **Cn.** Tantum enim tempus eis remissum est, quo etc. fr. 18. comm. praed. 8. 4. Quoties desideratur ab eo, ut remittat [al. permittat] distrahi. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Remissum [al. Permissum] est occidere (omnem adulterum.) fr. 22. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 5.** *Omittere.* I. **Sy.** Transmittere. Cf. h. v. §. 4. II. **Op.** Inscribere, sive remittere. c. 37. de donat. 8. 54.

Remmia. *Nomen legis,* (quae calumniae poenam inflixit accusatori, crimen non probanti.) III. **Cn.** Calumniatoribus poena lege Remmia [al. Rhemmia, s. Rhemia] irrogatur. fr. 1. §. 2. ad S.C. Turp. 48. 16. cf. fr. 13. de testib. 22. 5.

Remorari. **§. 1.** *Moram adferre, Retardare.* III. **Cn.** Qui in utero fuit, — solet remorari insequentes sibi adgnatos, quibus praefertur, si fuerit editus. fr. 3. §. 9. de suis et legit. 38. 16. Poenam remoratus est (Praeses.) fr. 6. §. 9. de iniusto rupt. 28. 3. Frustrationibus partis adversae restitutio remorata [al. remota] est. c. 7. de exsec. rei iud. 7. 53. — **§. 2.** *Morari, Commorari.* I. **Sy.** Demorari. Cf. h. v. §. 1. Morari (in libertate.) c. 1. §§. 3. 8. de

Lat. lib. toll. 7. 6. II. **Op.** Redire. Th. C. VIII. 8. c. 9. de exsecut. Iul. ep. nov. c. 124. §. 562.

Remotio. *Amotio, Exclusio.* I. **Sy.** Removendi (sc. tutoris,) Remotionis, causa. fr. 4. §§. 1. sq. de susp. tut. 26. 10. III. **Cn.** Quibus debetur ex quacunque actione, — sine ulla exceptionis perpetuae remotione. fr. 10. de V. S. 50. 16.

Remotus. (Partic.) **§. 1.** *Longe positus. Distans.* II. **Op.** In evidenti, — In remoto (loco.) fr. 11. §. 3. de instit. act. 14. 3. III. **Cn.** Extranei heredes patronorum longe remotiores. Gai. III. 48. Remotas quoque peragant stationes. Th. C. VI. 29. c. 6. de curios. — **§. 2.** *Amotus.* Cf. v. Removere. §. 1. — **§. 3.** *Abhorrens, Alienus.* III. **Cn.** A iure communi, v. A re privata, remotum (pactum.) fr. 7. §. 16. fr. 27. §. 4. a. de pact. 2. 14. — **§. 4.** *Exclusus, Prohibitus.* Cf. v. Removere. §. 3.

Removere. **§. 1.** *Loco movere, Amovere.* I. **Sy.** Detrahere. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Occultae et remotae, — Prolatae (tabulae.) fr. 11. §. 8. de interr. in iure. 11. 1. III. **Cn.** Scalas posse me ad parietem communem habere, — quia removeri hae possunt. fr. 19. §. 2. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Procul esse iubere, Excludere.* I. **Sy.** Amovere. Cf. h. v. §. 2. Submovere (a tutela.) Gai. I. 182. Vlp. XI. 23. Movere. Cf. h. v. §. 2. Reiicere, Repellere. Cf. v. Reiicere. §. 4. III. **Cn.** Remotis omnibus, cum deliberasset (Caes.) fr. 3. de h. qu. in testam. 28. 4. Quos poena coërcuit, aut ab honore ministrandi — removit. fr. 51. §. 1. de man. testam. 40. 4. cf. fr. 51. de solut. 46. 3. Cum dementis curatorem — Procos. removerit a bonis, aliumque loco eius substituerit curatorem. fr. 7. §. 2. de cur. furios. 27. 10. Vt, si tutor — suspectus a tutela remotus sit, sive ex iusta causa excusatus, in locum eius alius tutor detur. Gai. I. 182. cf. fr. 3. §. 8. de susp. tut. 26. 10. Qui ab omni se civilium — officiorum ministerio removerunt. Th. C. VIII. 5. c. 23. pr. de cursu pub. — **§. 3.** *Arcere, Prohibere, Tollere.* I. **Sy.** Excludere. fr. 14. pr. §§. 1. sq. de bon. libert. 38. 2. Repellere. fr. 12. §. 2. fr. 31. pr. §§. 3. sq. fr. 32. de inoff. testam. 5. 2. Prohibere. fr. 3. §§. 9. sq. de hom. lib. exhib. 43. 29. Submovere. fr. 3. §§. 4. sq. de lib. et posth. 28. 2. fr. 13. fr. 115. §. 1. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Habere, s. Habiturus esse, v. Pertinere, v. Amplecti (legitimam hereditatem, v. fideicommissum,) remotis (tabulis secundis etc.) Gai. III. 84. fr. 12. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 40. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 77. §. 10. de legat. II. (31.) fr. 77. §. 2. de cond. et dem. 35. 1. Exheredatione notati et remoti. fr. 8. pr. fr. 18. pr. de B. P. c. t. 37. 4. Cum ius petitoris removeatur, soluto pignore. fr. 12. §. 1. Qu. mod. pign. 20. 6. Qui per exceptionem a petitione removetur. fr. 13. de R. I. 50. 17. Constitutionum ambiguum removistis. Gesta in Sen. de rec. Th. C. (Wck. p. 5.) Remotis — notis, Papiniani placet valere sententiam. Th. C. IX. 43. c. 1. pr. de sent. pass. — **§. 4.** *Infirmare, Revocare.* I. **Sy.** Revocare (donationes.) c. 4. c. 7. de inoff. donat. 3. 29. L. Rom. Burg. Tit. 1. II. **Op.** Valere. — Removeri. fr. 7. de m. c. don. 39. 6.

Remunerare, s. **Remunerari.** *Beneficium referre, Munus munere compensare.* II. **Op.** Principaliter donare. Mera donatio. — Remunerandi causa (remittere.) Officium alterius quadam mercede remunerari. fr. 10. §. 13. fr. 12. pr. mand. 17. 1. fr. 27. de donat. 39. 5. III. **Cn.** Qui dedit ea spe, quod se ab eo, qui acceperit, remunerari existimaret. fr. 3. §. 7. de cond. c. dat. 12. 4. Id, quod datur, ei ad remunerandum dari, et inde honorarium adpellari. fr. 1. pr. si mens. 11. 6. A libertis durissimas res exigere, scil. ad remunerandum tam grande beneficium. fr. 1. pr. de bon. libert. 38. 2. Quae tutoribus, remunerandae fidei causa, — relinquuntur. fr. 28. §. 1. de excusat. 27. 1.

Remuneratio. **§. 1.** *Praemium, Solatium.* I. **Sy.** Beneficium, Praemium. c. 6. §. 3. de bon. qu. lib. 6. 61. III. **Cn.** Liberalitatem testatoris — debita remuneratione defraudare. c. 5. §. 2. de nec. serv. 6. 27. Vacationem — pro remuneratione fuisse concessam. Th. C. XII. 1. c. 184. de decurion. Verecundae et tacitae conscientiae remuneratione contentus. Ib. c. 177. pr. I. l. — **§. 1. A.** *Restitutio.* III. **Cn.** Remunerationem pretii exposcere. Ib. III. 3. c. 1. de patr. qu. fil. — **§. 2.** *Remunerationes, i. e. Largitiones Principis.* I. **Sy.** Largitionum. Remunerationum (sacrarum, et privatarum, sc. comites, v. palatini.) Ib. VI. 30. c. 16. c. 20. sq. de Pal. S. largg. VII. 12. c. 2. de commeat. III. **Cn.** Remunerationibus deputandi (milleni solidi.) Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 16.

Renasci. **§. 1.** *Iterum nasci.* III. **Cn.** Quae (sc. silva) succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. fr. 30. pr. de V. S. 50. 16. cf. fr. 7. §. 13. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Restaurari, Restitui.* II. **Op.** Exstingui (actionem.) fr. 6. pr. si servit. 8. 5. fr. 41. §. 3. de furt. 47. 2.

Reniti. *Resistere, Reluctari.* III. **Cn.** Etiam renitentes ac repugnantes. Th. C. XII. 1. c. 113. de decurion. Favere voto convenit; qui si renitatur etc. c. 16. de nupt. 5. 4.

Renovare. **§. 1.** *Instaurare, Repetere.* I. **Sy.** Novare (tempora.) Cf. h. v. §. 1. Resuscitare (obligationem etc.) fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. Rursus (emere.) Renov. (contractum.) fr. 1. fr. 7. pr. §. 1. de resc. vend. 18. 5. Reconducere. Cf. h. v. III. **Cn.** Si potest tota res tolli, cur non et reformari, ut quodammodo quasi renovatus contractus videatur? fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. Si mutatae voluntatis eum poenituisse probabitur, renovatum testamentum intelligetur. fr. 15. §. 1. de milit. testam. 29. 1. cf. Gai. II. 143. Ad eundem rursum reversa, non renovato pacto, manente dote divortit. Vatic. §. 107. cf. fr. 40. de iure dot. 23. 3. — **§. 2.** *Subrogare, Substituere.* III. **Cn.** Aut dimittet tuas, aut alias ipse renovabit (sc. Vicarius.) Th. C. VIII. 5. c. 33. pr. de cursu pub.

Renovatio. *Reparatio, Instauratio.* I. **Sy.** Reparatio (veterum.) Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Renuere. *Abnegare, Recusare.* III. **Cn.** Ob debitum renuendum, vel munera respuenda, (adpellare.) Th. C. XI. 36. c. 6. Quor. adp. n. rec. Cf. Iust. C. c. 5. de fide instrum. 4. 21.

Renunciare. **§. 1.** *Nunciare, Denunciare, Pronunciare.* I. ***Sy.*** Nunciare. Cf. h. v. §. 2. Denunciare. Cf. h. v. §. 1. Deferre (causam.) fr. 22. §. 3. de iure fisci. 49. 14. III. ***Cn.*** Qui — quaedam vel renunciant, [al. enunciant,] vel iactant, vel scientes confingunt. Coll. LL. M. XV. 2. Si quis ob renunciandum [al. denunciandum,] remittendumve testimonium, dicendum etc. — pecuniam acceperit. fr. 1. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. Is ne quem — IV virum — renunciato, neve renunciari iubeto. Tab. Heracl. 25. sq. aer. Neap. Fundum metiri, et de modo agri renunciare. fr. 40. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 3. §§. 1. 4. fr. 5. pr. si mensor. 11. 6. Qui requisivit, et renunciavit (eos servos.) fr. 25. pr. de S. C. Silan. 29. 5. Officio — nunciet, et gesta prodat, et — quod actum fuerit, renunciet. Th. C. X. 11. c. 1. de h. qu. se defer. — **§. 2.** *Retractare, Repudiare, Resolvere.* I. ***Sy.*** Repudium mittere. Renunciare (nuptiis, s. uxori.) fr. 17. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. c. 8. §§. 5. 7. de repud. 5. 17. III. ***Cn.*** Ex quo vel adeundam, vel renunciandam hereditatem manifestaverit. c. 19. de iure delib. 6. 30. cf. c. 4. de repud. v. abst. 6. 31. Legi commissoriae renunciatum videtur, nec variare et ad hanc redire potest. fr. 7. de L. comm. 18. 3. Integra adhuc causa, mandati negotio renunciari potest. Paul. II. 15. §. 1. Si intempestive renuncietur societati. fr. 14. fr. 16. pr. pro soc. 17. 2. Gai. III. 151. Nisi suo privilegio specialiter renunciaverit. fr. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. cf. fr. 3. de milit. testam. 29. 1. c. 51. de episc. et cler. 1. 3. Si fundus — datus sit — dotis causa, et renunciata adfinitas [al. adfinitate etc.] fr. 38. §. 1. de usur. 22. 1.

Renunciatio. **§. 1.** *Denunciatio, Nunciatio.* I. ***Sy.*** Nunciatio (operis novi.) fr. 13. §. 1. fr. 16. de O. N. N. 39. 1. III. ***Cn.*** Si mensor — traxerit renunciationem. fr. 5. pr. cf. fr. 1. pr. si mensor. 11. 6. — **§. 2.** *Repudiatio, Abdicatio.* I. ***Sy.*** Repudium. fr. 2. §§. 1. sq. de divort. 24. 2. III. ***Cn.*** Voluntate distrahitur societas, renunciatione. fr. 63. §. 10. cf. fr. 14. fr. 17. §. 2. pro soc. 17. 2. Saeva pericula, — vitaeque renunciatio. c. 6. de princ. ag. in reb. 12. 22.

Renunciator. *Relator, Proditor.* III. ***Cn.*** Transfugae ad hostes, vel consiliorum nostrorum renunciatores. fr. 38. §. 1. de poen. 48. 19.

Renuncius. *Nuncius,* (cui responsum committitur perferendum.) III. ***Cn.*** Sequestres atque interpretes, taciti nuncii renunciique corrupti. Th. C. III. 7. c. 1. pr. de nupt.

Reor. Cf. v. Reri.

Reparare. **§. 1.** *Iterum parare. Pretio quaerere.* I. ***Sy.*** Redimere. fr. 16. de in rem verso. 15. 3. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Minimo pretio reparanda (magna prudentia.) c. 2. §. 13. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Renovare, Redintegrare.* I. ***Sy.*** Redintegrare. Cf. h. v. §. 2. Novare (tempora.) Cf. h. v. §. 1. Restituere. Th. C. IX. 10. c. 3. ad L. Iul. de vi pub. III. ***Cn.*** Vel reparare — domos, vel de novo aedificare. c. 8. de aedif. priv. 8. 10. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Reparandi feliciter exercitus cura. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 1. Th. C. VII. 13. c. 6. §. 2. eod. Vires reparare (evacuatae obligationis.) c. 4. de solut. 8. 43. A DD. Principibus impetratum, et a nostra serenitate reparatum. Th. C. XI. 16. c. 20. de extr. s. sord. cf. XVI. 5. c. 25. pr. de haeret. Adversus quem in S. auditorio causa reparanda est. Ib. XI. 31. c. 5. de repar. adp. Pecunia lui non potest, nec reparari (sc. libertas.) fr. 9. §. 2. de statulib. 40. 7.

Reparatio. *Instauratio, Renovatio.* I. ***Sy.*** Instauratio, Renovatio. Cf. h. vv. III. ***Cn.*** Reparationi publicorum moenium, et thermarum subustioni (deputamus de reditibus etc.) Th. C. XV. 1. c. 32. cf. c. 16. de opp. pub. Reparationis gratia labentia sepulchra deponere. Ib. IX. 17. c. 2. pr. de sepulch. viol. Ad reparationem cursus — postulare. Reparationis collatio. Ib. VIII. 5. c. 42. de cursu pub. X. 20. c. 4. de murileg. XI. 28. c. 7. de indulg. debit. Nulla prole suscepta, fecunditatem suam reparationemque familiae — condemnant. Nov. Maior. de sanctim. IV. 6. c. 1. §. 5. Reparationem interfecti — negotii postulare. Th. C. IV. 22. c. 2. unde vi. S. rescriptum, super reparatione temporum (indulgendum etc.) c. 3. de temp. et repar. 7. 63. Th. C. XI. 31. c. 4. de repar. adp.

Repedare. *Reverti.* III. ***Cn.*** Ad pristina sacramenta precum miseratione reped. Th. C. VIII. 4. c. 26. de cohortal.

Repellere. **§. 1.** *Propellere, Depellere, Propulsare.* III. ***Cn.*** Quodsi opere facto aqua aut in superiorem partem repellitur [al. impellitur,] aut in inferiorem derivatur. fr. 1. §. 10. cf. §. 2. de aqua pluv. 39. 3. Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit. c. 3. ad L. Corn. de sicar. 9. 16. Maioris rei impetus, qui repelli non potest. fr. 2. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Expellere, Excludere, Removere.* I. ***Sy.*** Depellere. Th. C. XVI. 2. c. 14. pr. c. 40. de episc. eccl. Excludere. Cf. h. v. §. 2. Removere, Prohibere. Cf. v. Removere. §. 3. Submovere. Gai. II. 76. sqq. 122. 125. II. ***Op.*** Admittere. Cf. h. v. §. 2. Concedere. Cf. h. v. §. 2. Dare. fr 10. §. 3. fr. 11. pr. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 47. §. 1. fr. 50. pr. de bon. libert. 38. 2. III. ***Cn.*** Si suspecti fuerint remoti, vel ob negligentiam — repulsi. fr. 2. §. 41. ad S. C. Tert. 38. 17. Qui, pro aliis interdicta postulatione, repellitur, fr. 1. §§. 5. sq. de postul. 3. 1. Ab actionibus exercendis repelli. fr. 60. de procur. 3. 3. fr. 3. §. 13. ad exhib. 10. 4. Petentem per exceptionem d. m. repelli. Gai. II. 198. IV. 116. Cum universa eadem repellat et reprimat — taxatio iusta. Th. C. II. 19. c. 4. de inoff. testam. Quod nostra videtur dudum sanctio repulisse. Ib. XVI. 2. c. 15. pr. de episc. eccl. — **§. 3.** *Repudiare, Reiicere.* I. ***Sy.*** Repudiare (hereditatem etc.) fr. 70. pr. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 86. §. 2. de legat. I. (30.) fr. 5. pr. §. 1. de legat. II. (31.) II. ***Op.*** Adgnoscere, Adquirere (legatum.) fr. 81. §. 1. fr. 86. §. 2. de legat. I. (30.) fr. 10. de usu et usuf. leg. 33. 2. fr. 1. §. 6. si qu. in fr. patr. 38. 5.

Rependere. *Reddere, Persolvere.* III. ***Cn.*** Quod (sc. aurum) ei deberetur, si ab aurifice ei repensum non esset. fr. 34. pr. de auro arg. 34. 2. cf. c. 2. §. 9. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Congrua praemia re-

rependantur (laboribus singulorum.) Th. C. VI. 35. c. 7. de priv. eor. qu. in S. pal.

Repensare. §. 1. *Rependere.* III. *Cn.* Vectigali — praecommodari; ita ut ex titulo navium — repensetur. Ib. XIV. 27. c. 2. de Alex. pleb. prim. cf. VII. 13. c. 2. de tiron. Summam aquaeductus titulo repensare [al. repraesentare.] c. 8. de aquaed. 11. 42. — §. 2. *Compensare.* III. *Cn.* Si — ubertate aliorum annorum repensatae non probabuntur (sc. sterilitates.) c. 8. de locat. 4. 65.

Repensatio. *Compensatio* (fructuum medii temporis.) III. *Cn.* In ea (sc. dote,) quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote, quae triennio redditur, repensatio [al. repraesentatio] facit. Vlp. VI. 13.

Repente. (Advb.) *Subito.* II. *Op.* Repente atque improvise. — Certo ac denunciato tempore. Th. C. XI. 1. c. 9. de ann. et tribut. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof.

Repentinus. (Adiect.) *Subitaneus, Insolitus.* II. *Op.* Solemnis. c. 3. de dilation. 3. 11. III. *Cn.* Qui hospitio repentino recipitur, velut viator. fr. 6. §. 3. naut. caup. 4. 9. Licitationis necessitas, quam repentinam faciunt civitates. c. 1. de pasc. pub. 11. 60. Adventiciae necessitatis sarcina repentina. Th. C. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl. Necessitas fatalis, aut inopia repentina, aut aliquis casus. Ib. XIII. 5. c. 13. de navicul. Cf. fr. 15. §. 3. locat. 19. 2.

Reperire. §. 1. *Invenire.* I. *Sy.* Invenire (thesaurum.) Cf. h. v. III. *Cn.* Postea codicilli reperti sunt. fr. 3. §. 1. de transact. 2. 15. Quo facilius veterani nostri soceros reperiant. Vatic. §. 195. — §. 2. *Deprehendere, Cognoscere.* III. *Cn.* Statuliber in delicto repertus. fr. 14. de quaestion. 48. 18. Ante ignorans, ut primum reperit, scelus prodidit perpetratum. Th. C. IX. 21. c. 2. §. 5. de falsa mon. Si non debitor ex rationibus fuerit repertus. c. 4. de testam. man. 7. 2.

Repertorium. *Index.* I. *Sy.* Inventarium. Cf. h. v.

Repetere. §. 1. *Denuo oppugnare aliquem, v. reum facere.* I. *Sy.* Iterato reum facere, Instaurare crimen, Repetere reum. fr. 4. §. 1. fr. 7. pr. fr. 12. fr. 15. §. 6. fr. 17. ad S.C. Turp. 48. 16. III. *Cn.* Post abolitionem publicam, a delatore suo reus intra XXX diem repeti potest. Paul. V. 17. §. 2. fr. 7. pr. fr. 10. §. 1. fr. 12. ib. 48. 16. Si is — non peregerit, aut praevaricatus est, et alius eundem repetere velit. fr. 31. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 3. §§. 1. 4. de accus. 48. 2. fr. 16. pr. fr. 18. §. 1. de quaestion. 48. 18. — §. 2. *Iterum postulare, v. ambire, aut perscrutari.* II. *Op.* Repetere, — Alios suscipere (honores.) fr. 17. §. 3. ad munic. 50. 1. III. *Cn.* Inchoatam repetere (actionem.) fr. 21. pr. de inoff. testam. 5. 2. Repetitus, notionem suam exhibebit (Praeses.) c. 6. Quom. et qu. iud. 7. 43. Qui, post manumissionem, repetere originem suam voluissent. fr. 32. de liberali c. 40. 12. — §. 3. *Recolere, Iterare.* I. *Sy.* Rursus emere eandem rem. Repet. emtionem. fr. 2. de resc. vend. 18. 5. III. *Cn.* Dies solis, qui repetito in se calculo revolvuntur. Th. C. II. 8. c. 2. §. 4. de feriis. Quaerentes, eadem repetemus, quae diximus. Gai. IV. 100. Quod iussit, vetuitve Praetor, contrario imperio tollere et repetere licet. fr. 14. de re iud. 42. 1. — §. 3.A. *Revocare.* I. *Sy.* Revocare. Th. C. VI. 35. c. 11. sq. de priv. eor. qu. in S. pal. — §. 3.B. *In memoriam revocare, Reminisci.* III. *Cn.* Quidam referunt, quantum repeto etc. fr. 14. pr. de iure cod. 29. 7. cf. fr. 10. pr. de pact. 2. 14. — §. 4. *Iterum conferre.* I. *Sy.* Rep. legatum. Relegare. Cf. h. v. §. 5. Eundem usufructum eidem dare. Rep. usumfr. fr. 3. pr. fr. 5. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 3. §. 2. usufr. quem. cav. 7. 9. fr. 8. de ann. legat. 33. 1. III. *Cn.* Refert, duplicare legatum voluerit, an repetere. fr. 12. de probat. 22. 3. Si quis a filio pupillo herede instituto — pecuniam legaverit, et a substituto herede legata repetierit [al. repetierat.] fr. 32. pr. fr. 52. §. 1. fr. 53. §. 1. fr. 113. §§. 2. sq. de legat. I. (30.) In repetundis legatis haec verba — „Item dare damnas esto!" et ad conditiones — easdem repetendas referri. fr. 63. de legat. III. (32.) — §. 5. *Rem restituendam petere.* I. *Sy.* Vindicare. fr. 43. de R. V. 6. 1. Recipiendi animo, Vt repetiturus, (erogare.) c. 11. c. 15. de N. G. 2. 19. II. *Op.* Posse repeti. — Inhiberi restitutionem. fr. 3. §. 7. Qu. quisq. iur. 2. 2. III. *Cn.* Solvere, nec repetere. fr. 32. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. fr. 8. §. 10. ad S.C. Vell. 16. 1. fr. 3. de compens. 16. 2. (Quod) quisque ex fideicommisso plus debito per errorem solverit, repetere potest. Gai. II. 283. cf. Paul. IV. 3. §§. 2. 4. Cum amplius solutum est, quam debebatur, cuius pars non invenitur, quae repeti possit. fr. 84. pr. de R. I. 50. 17. cf. fr. 3. §. 7. Qu. quisq. iur. 2. 2. Condictione repetere (pecuniam.) fr. 3. §. 2. de transact. 2. 15. Apud magistratus, de plano, — a marito repetere. Vatic. §. 112. — §. 5.A. *Petere, Exigere.* I. *Sy.* Repetere cum effectu posse. Dari repetitionem (XX aureorum.) c. 2. de fideic. libb. 7. 4. c. 18. ad L. Iul. de adult. 9. 9. — §. 6. *In praeteritum trahere. Anteferre.* III. *Cn.* Quanti in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris 365 diebus. fr. 51. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Quod retro aedificatum erit, destruendum erit, quasi repetito die nunciatione facta. fr. 5. §. 7. de O. N. N. 39. 1. Repetita die reddi interdictum. fr. 1. §. 10. de itin. actuq. priv. 43. 19. cf. fr. 9. §. 6. ad exhib. 10. 4.

Repetitio. §. 1. *Collatio repetita.* III. *Cn.* Legata inutiliter data — confirmari per repetitionem. fr. 19. pr. fr. 32. pr. de legat. I. (30.) Repetitio, quae fit post amissum capitis minutione usumfr. fr. 3. §§. 1. sq. cf. fr. 2. §. 1. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Generalis repetitio [al. petitio] legatorum. fr. 80. de V. S. 50. 16. — §. 2. *Ius repetendi (id, quod datum est.)* III. *Cn.* Ex hac causa solutum repeti non posse, — superesse enim naturalem causam, quae inhibet repetitionem. fr. 3. §. 7. Qu. quisq. iur. 2. 2. Legatorum perperam solutorum repetitio non est. Vlp. XXIV. 3. cf. Gai. II. 283. Paul. III. 6. §. 92. In re obscura melius est favere repetitioni, quam adventicio lucro. fr. 41. §. 1. cf. fr. 53. de R. I. 50. 17. — §. 2.A. *Actio, ad rem repetendam comparata.* I. *Sy.* Actio (rei uxoriae, s. dotis.) Vlp. VI. 6. Persecutio (rei, genere

vindicationis et condictionis.) Paul. II. 31. §§. 13. sq. III. **Cn.** Qui dedit pecuniam, — non habebit ipse repetitionem; turpiter enim fecit. fr. 3. §. 3. de calum. 3. 6. In id, quod factus sit locupletior, — in eum dari repetitionem. fr. 8. §. 22. de transact. 2. 15. — **§. 2. B.** *Petitio, Exactio.* III. **Cn.** Datur heredi XX aureorum repetitio. c. 2. de fideic. libb. 7. 4. — **§. 3.** *Computatio in praeteritum tempus collata.* III. **Cn.** An Aquiliae remaneat in eo, quod in repetitione XXX dierum amplius est? fr. 34. §. 2. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 51. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Repetundae. *Res, quas perperam lucratus est quidam potestate praeditus,* (ex eiusdem bonis recipiendae ab illis, quibus ereptae sunt.) III. **Cn.** L. Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, (legatione,) vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit. fr. 1. pr. ad L. Iul. repet. 48. 11. Quae (sc. iudicia) ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, ut — Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona. fr. 1. de pub. iud. 48. 1. Crimine repetundarum postulari. fr. 9. ad L. Iul. rep. 48. 11. Lege repet. teneri. fr. 1. §. 1. de calumn. 3. 6.

Repignerare. *Reluere, Liberare, pignus.* III. **Cn.** Si a me culpa absit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus. fr. 5. §. 12. commod. 13. 6.

Replere. **§. 1.** *Iterum complere.* II. **Op.** Eximere. fr. 16. pr. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Ad sobolem procreandam, replendamque liberis civitatem. fr. 1. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Supplere.* III. **Cn.** Per aestimationem unicuique, quod deest, replere debet. fr. 14. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 46. §. 2. de solut. 46. 3. Repleatur ex lege, quod sententiae iudicis deest. fr. 4. §. 5. de re iud. 42. 1. c. 36. pr. de inoff. testam. 3. 28. — **§. 3.** *Recreare.* Cf. v. Repletus.

Repletio. *Complementum.* I. **Sy.** Supplementum. c. 36. pr. de inoff. testam. 3. 28. c. 4. de lib. praet. 6. 28. III. **Cn.** Bellissimam repletionem — constitutioni donantes sancimus. c. 15. §. 4. de testam. man. 7. 2. Nisi forte vel propter divisionem, vel propter repletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit. c. 1. §. 9. cf. §. 6. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 3. de edicto D. Hadr. 6. 33.

Repletus. (Partic.) *Recreatus.* III. **Cn.** De angustiis cladis suae — liberati, iam repleti, iam nihil de miseria cogitantes. Nov. Val. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. §. 5.

Replicare. **§. 1.** *Retractare.* III. **Cn.** Vniversum testamentum nobis iussimus relegi atque replicari. Nov. Marc. de testam. cleric. III. 5. c. 1. §. 1. Per eam (sc. replicationem) replicatur atque resolvitur ius exceptionis. Gai. IV. 126. — **§. 2.** *Replicatione prolata refellere (exceptionem rei.)* III. **Cn.** Exceptio quidem obstabit, sed replicabitur etc. fr. 17. §. 1. cf. fr. 9. §. 4. de iureiur. 12. 2. Excipiente eo, cum quo agitur: „Si non etc.“ — actorem ita debere replicare: „Aut si etc.“ fr. 48. de procur. 3. 3. fr. 3. de pign. act. 13. 7.

Replicatio. *Defensio, qua actor exceptionem rei repellit.* II. **Op.** Exceptio. Cf. h. v. §. 4. Duplicatio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Omnem exceptionem, vel replicationem, exclusoriam esse. fr. 2. §§. 2. sq. de excc. 44. 1. Quia iniquum est, me excludi exceptione, replicatio mihi datur. Gai. IV. 126. cf. fr. 25. de d. m. 4. 3. fr. 9. §. 2. de liberali c. 40. 12. Cum de dolo excipitur petitoris; neque datur talis replicatio petitori: „Aut si etc.“ fr. 154. de R. I. 50. 17. cf. fr. 28. de nox. act. 9. 4. fr. 3. pr. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3. Exceptionem (L. Cinciae) voluntatis perseverantia doli replicatione perimit. Vatic. §§. 2[illegible]. 312.

Replumbare. *Dissolvere, quod plumbo iunctum erat.* I. **Sy.** Exemto plumbo, Replumbatum (adpendere, v. adsignare.) fr. 19. §. 3. fr. 32. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Reponere. **§. 1.** *Iterum ponere, Restituere.* I. **Sy.** Substituere, Restituere. fr. 18. de usufr. 7. 1. fr. 14. pr. de imp. in res dot. 25. 1. fr. 2. §. 5. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Redintegrare. fr. 9. §. 7. fr. 10. pr. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Dum tollitur, aut portatur, aut reponitur (columna.) fr. 25. §. 7. locat. 19. 2. Aedificia vetera fulcire, itemque reficere, arbores in locum mortuarum reponere. fr. 14. pr. cf. fr. 12. de imp. in res dot. 25. 1. — **§. 2.** *Deponere, Custodiae mandare.* I. **Sy.** Seponere, Custodire. Paul. III. 6. §. 35. fr. 13. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** In insulis, in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. fr. 3. §. 2. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Redacta ex venditione — C. in arca reposui. fr. 13. de N. G. 3. 5. fr. 15. §. 12. de re iud. 42. 1. Domus, — cum omni instrumento, et repositis omnibus. fr. 92. §. 1. de legat. III. (32.) fr. 12. pr. fr. 18. §. 9. fr. 19. §. 1. de instr. leg. 33. 7. fr. 19. §. 8. de auro arg. 34. 2. — **§. 3.** *Abiicere.* I. **Sy.** Relinquere. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si qua velit, quos habet, tutores reponere, ut alium nanciscatur. Gai. I. 114. sq. — **§. 4.** *Ponere, Conferre.* I. **Sy.** Imponere, Ponere, Conferre. c. 1. §. 7. c. 2. §. 4. de vet. iure enucl. 1. 17. III. **Cn.** In potestate repositum Titii. fr. 68. de hered. inst. 28. 5. Spem negotii reponere in etc. c. 1. de poen. iud. 7. 49.

Reportare. **§. 1.** *Deportare, Portare.* III. **Cn.** Corpus meum curetis — in monumentum filiorum meorum reportare [al. deportari.] fr. 30. §. 2. de adim. legat. 34. 4. — **§. 1. A.** *Inferre, Conferre.* III. **Cn.** Acceptam summam atque susceptam ad eundem reportent. Th. C. XVI. 8. c. 14. de Iud. Pecunias — publicae rationi erogator non dubitet reportandas. c. 16. §. 3. de erog. mil. annon. 12. 38. — **§. 2.** *Consequi, Obtinere.* I. **Sy.** Accipere, Adipisci. Vatic. §. 282. Th. C. XII. 1. c. 4. sq. de decurion. III. **Cn.** Nisi — meruerit reportare rescriptum. Ib. IX. 40. c. 7. de poen. Cum probaverit, et victoriam reportaturus et gloriam. Ib. IX. 27. c. 6. ad L. Iul. repet. Vt ab omnibus commissi consciis statuta vindicta possit reportari. Ib. IX. 5. c. 1. pr. ad L. Iul. mai.

Reposcere. **§. 1.** *Iterum poscere.* III. **Cn.** Cum — patriae stipendia fuerit emensus, — reposcentium civium flagitatio non fatiget. Th. C. XII. 1. c. 57. de decurion. — **§. 2.** *Repetere, Poscere ut reddatur.* III. **Cn.** Cum reposcenti non reddit, (supprimere et intercipere videtur.) fr. 44. de A. R. D.

41. 1. cf. fr. 1. §. 22. depos. 16. 3. fr. 20. de A. v. A. P. 41. 2. c. 13. de adm. tut. 5. 37. Quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. fr. 7. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. cf. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3.** *Exigere.* III. **Cn.** Rationem tutelae, s. Tutelam, reposcere. fr. 31. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 29. de adm. et peric. 26. 7. fr. 9. §. 4. de tut. et rat. 27. 3. Amplius, quam causa — reposcit [al. res poscit,] constituendum est. fr. 13. de cust. et exhib. 48. 3. c. 16. locat. 4. 65.

Repositorium. *Instrumentum, in quo vasa escaria in mensa imponuntur.* III. **Cn.** Sed cui vasa sint legata, — scutellas vel promulsidaria contineri; repositoria quoque continebuntur. fr. 19. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Repraesentare. **§. 1.** *Praesentis copiam facere. Rem ipsam praestare.* I. **Sy.** Praesentiam alicuius facere. fr. 15. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. c. 8. Quom. et qu. iud. 7. 43. Iul. ep. nov. c. 1. §. 2. c. 73. §. 264. Inferre, Obferre. c. 1. sqq. de fund. patrim. 11. 61. Th. C. VI. 31. c. 1. de strator. VI. 35. c. 2. de priv. eor. qu. in S. pal. Reddere, restituere. fr. 36. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. III. **Cn.** Refundere protinus ac repraesentare (expensas.) Th. C. XII. 1. c. 29. de decurion. Quaeque a Publio soluta tibi non fuerint, me repraesentaturum. fr. 62. §. 1. mand. 17. 1. cf. Paul. I. 18. §. 3. Suis quibusque temporibus ea, quae fisco pensitanda sunt, repraesentare cogatur. c. 1. de fund. patrim. 11. 61. cf. Fr. de I. F. §. 8. Id tibi faciet repraesentari, quod te constiterit iure deposcere. Vatic. §. 41. cf. c. 7. de rer. permut. 4. 64. — **§. 2.** *Praesenti tempore exsequi.* I. **Sy.** Mature iudicare. Repraesentare causae cognitionem. fr. 3. §. 5. de Carb. edict. 37. 10. II. **Op.** Differre. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Praeses Pr., qui in eo loco ius repraesentat. c. 1. ubi caus. stat. 3. 22. c. 1. si pign. pignori. 8. 24. Placita repraesentata. Causae repraesentatae. c. 36. de transact. 2. 4. c. 8. de adp. et consult. 7. 62. — **§. 3.** *Ante iustum tempus praestare.* I. **Sy.** Maturius transferre. Praemature dare. Repraestare [al. Repraesentare.] fr. 36. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. fr. 22. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Ante definitum tempus repr. (debita.) c. 1. de cond. ex L. 4. 9. Deducto commodo temporis, condemnatio residui repraesentatur. fr. 24. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Repraesentatam pecuniam consumere. fr. 8. §. 6. de transact. 2. 15. — **§. 4.** *Exemplum alterius referre. Vice alterius esse.* III. **Cn.** Causa eius temporis, quo etc. — repraesentari debet actori. fr. 91. §. 7. de legat. I. (30.) Culpa dolo proxima dolum repraesentat. fr. 1. §. 2. si is qui testam. lib. 47. 4. Qui cognitionibus nostram vicem repraesentas. Th. C. XI. 30. c. 11. pr. de adp. et poen.

Repraesentatio. (Cf. v. Repensatio.) **§. 1.** *Praesentis rei praestatio.* I. **Sy.** Praestatio. Th. C. VI. 23. c. 2. de decur. et silent. VI. 26. c. 3. c. 14. pr. de prox. com. disp. III. **Cn.** Colonos, — quorum repraesentatio poscitur, exhibendos esse. Ib. X. 4. c. 3. de actor. procur. Confessio litteris exposita a fideiussoribus, ex repraesentatione personarum. c. 27. de fideiuss. et mand. 8. 41. — **§. 2.** *Ante iustum tempus celebrata solutio.* I. **Sy.** Commodum temporis. Deductio in repraesentatione. fr. 24. §. 2. sol. matrim. 24. 3. fr. 1. §. 2. de dote praeleg. 33. 4. III. **Cn.** An eius, quod ante diem exsistentem solutum est, repraesentationem in reliqua solutione legati reputare possit? fr. 88. §. 5. de legat. II. (31.) Commodum in dote relegata esse repraesentationis, quamvis annua die dos praestaretur. fr. 1. §§. 2. 12. fr. 2. pr. de dote praeleg. 33. 4. cf. fr. 1. §. 10. ad L. Falc. 35. 2.

Repraestare. (Cf. v. Repraesentare. §. 3.) *Reddere.* III. **Cn.** Vt, si non integras (sc. materias) repraestaverit [al. praestiterit] intra statuta tempora, poena conveniatur. fr. 47. de A. E. V. 19. 1.

Reprehendere. **§. 1.** *Deprehendere.* III. **Cn.** Si — absens reprehendatur. Vatic. §. 157. cf. §. 10. I. de I. N. 1. 2. — **§. 2.** *Increpare, Improbare.* II. **Op.** Lege reprehendi. — Impunitum esse. Gai. III. 211. III. **Cn.** Rescriptis quibusdam manifestatur, reprehensaeque sunt sententiae eorum, qui etc. fr. 7. §. 4. de interd. et releg. 48. 22. Vatic. §. 75. cf. fr. 22. §. 5. fam. ercisc. 10. 2. Necessitatem solutionis moderetur, reprehensa exactorum illicita avaritia. fr. 6. §. 9. de off. Praes. 1. 18. cf. Th. C. XI. 30. c. 34. §. 1. de adp. et poen.

Reprehensibilis. (Adiect.) *Reprehensione dignus.* II. **Op.** Honestae et inculpatae vitae. — Notatus et reprehensibilis. fr. 3. pr. de testib. 22. 5. Iul. ep. nov. c. 6. §. 24. III. **Cn.** Reprehensibili temeritate violare. Th. C. VII. 8. c. 5. §. 3. de metat.

Reprehensio. **§. 1.** *Increpatio.* I. **Sy.** Vituperatio. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. II. **Op.** Laus. fr. 214. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** In maximam se reprehensionem venturum. Absque sui reprehensione non futurum. Th. C. VIII. 5. c. 11. de cursu pub. XVI. 2. c. 35. de episc. eccl. — **§. 2.** *Causa vituperii.* III. **Cn.** Hanc partem edicti — habere nonnullas reprehensiones. fr. 6. de legat. praest. 37. 5.

Reprimere. *Cohibere, Coërcere.* III. **Cn.** Repellere et reprimere. Th. C. II. 19. c. 4. de inoff. testam. Insaniam, v. Insolentiam, reprim. Ib. XVI. 5. c. 65. pr. de haeret. XVI. 9. c. 3. ne christ. manc.

Reprobare. *Improbare, Reiicere.* I. **Sy.** Contrariam sententiam probare. Vatic. §. 82. Recusare. Iul. ep. nov. c. 43. §. 175. II. **Op.** Comprobare, Probare. Cf. h. vv. §. 1. III. **Cn.** Reprobari posse, — quamvis semel probatus sit. fr. 11. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 9. de N. G. 3. 5. Quodsi post examinationem reprobatae fuerint pensationes. fr. 8. §. 2. ib. 3. 5. cf. fr. 7. §. 1. de compens. 16. 2. Si reprobata est haec reputatio, et adquievit. fr. 1. §. 4. de contrar. tut. 27. 4. Reprobatum est in ea re domesticum testimonium. Gai. II. 105. Statuas Imperatoris reprobatas conflare. fr. 4. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. cf. Paul. V. 25. §. 1.

Reprobus. (Adiect.) *Improbatus, Reiectus.* III. **Cn.** Reproba pecunia non liberat solventem, reprobis videlicet nummis reddendis. fr. 24. §. 1. de pign. act. 13. 7.

Repromissio. *Cautio, quae promissione dumtaxat interveniente praestatur adversario, quem sponsione provocavimus.* I. **Sy.** Pro-

missio. fr. 1. de sponsal. 23. 1. fr. 72. pr. de iure dot. 23. 3. II. ***Op.*** Satisdatio. L. Gall. Cisalp. I. 14. sq. fr. 2. §§. 1. sqq. Quod legat. 43. 3. fr. 61. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Vt, non soluto debito, sine ulla repromissione distrahatur pignus. fr. 36. §. 1. ad munic. 50. 1. Repromissio, — qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur. fr. 61. de V. S. 50. 16. cf. fr. 2. §. 3. Qu. legator. 43. 3. Repromissio: — voluntati defuncti statu iri. fr. 6. §. 1. ut legat. serv. c. 36. 3.

Repromittere. *Repromissionem praestare.* I. ***Sy.*** Promittere, Cavere. Cf. v. Promittere. §. 3. II. ***Op.*** Satisdare. L. Gall. Cisalp. I. 11. sq. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. fr. 9. §§. 4. sq. fr. 10. sq. fr. 13. pr. §. 1. fr. 30. §. 1. de damn. inf. 39. 2. fr. 1. §§. 6. sq. de stip. Praet. 46. 5. Restipulari. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Vel prorogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, (redemtus.) fr. 4. §. 1. de manum. 40. 1. Sive chirographum eo nomine dederit, sive nuda pollicitatione repromiserit. fr. 10. pr. de h. qu. ut ind. 34. 9. Tradere, v. Reddere, et de dolo repromittere. fr. 58. de evict. 21. 2. cf. fr. 9. §§. 5. 7. Qu. met. c. 4. 2. fr. 13. §. 17. de A. E. V. 19. 1. Vtrum ob hoc solum dedi: *ne eatur;* an: *ut et mihi repromittatur, non iri.* fr. 3. pr. cf. fr. 5. §. 2. de cond. c. dat. 12. 4.

Repudiare. **§. 1.** *Adspernari, Abhorrere.* I. ***Sy.*** Reiicere. Cf. h. v. §. 4. Respuere. c. 3. c. 21. de adp. et consult. 7. 62. III. ***Cn.*** Cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum. fr. 11. de R. N. 23. 2. Non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur. c. 17. de postlim. rev. 8. 51. — **§. 2.** *Omittere, Abdicare.* I. ***Sy.*** Omittere. Cf. h. v. §. 2. Repellere. Cf. h. v. §. 3. Nolle ad se pertinere. fr. 8. de R. C. 12. 1. II. ***Op.*** Adgnoscere. Cf. h. v. §. 4. Adquirere (hereditatem, v. legatum.) fr. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 38. pr. de legat. I. (30.) Adire. Cf. h. v. §. 3. Quaerere. Cf. h. v. §. 4. III. ***Cn.*** Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest. fr. 174. §. 1. de R. I. 50. 17. Quod adquisitum est, repudiari non potest. fr. 1. §. 7. de succ. edict. 38. 9. Paul. III. 4.B. §. 11. Ius adgnationis non posse pacto repudiari. fr. 34. de pact. 2. 14. Repudiato novo iure, — supererit vetus. fr. 91. de R. I. 50. 17. Quorum hereditas repudiata est, cuiusve conditio defecerit. Paul. IV. 8. §. 1. Et ex testamento, et legitimam (sc. hereditatem) repudiare. fr. 77. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 21. §. 4. de iure patr. 37. 14. — **§. 3.** *Dissociare, Dissolvere* (sponsalia, aut matrimonium.) I. ***Sy.*** Repudium mittere. fr. 4. de divort. 24. 2. fr. 38. sol. matrim. 24. 3. III. ***Cn.*** Si qua mihi uxor fuit, deinde a me repudiata nupsit Seio. fr. 12. pr. de R. N. 23. 2. cf. fr. 29. de man. testam. 40. 4. Furiosam repudiari posse, — repudiare autem non posse. fr. 4. de divort. 24. 2. Etiam futurum matrimonium repudiari posse. fr. 191. de V. S. 50. 16.

Repudiatio. *Omissio, Derelictio.* III. ***Cn.*** Quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. c. 26. de fideicomm. 6. 42.

Repudium. **§. 1.** *Dissociatio, quae sponsalium interimendorum causa fit.* I. ***Sy.*** Renunciatio in sponsalibus discutiendis. fr. 2. §. 2. de divort. 24. 2. II. ***Op.*** Divortium. fr. 101. §. 1. fr. 191. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Repudium sponsalibus misit, atque ita alii nupsit. fr. 38. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Discidium matrimonii.* I. ***Sy.*** Divortium. Cf. h. v. Repudium mittere, Repudiare. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Sive invito te discessero de domo tua, vel repudium tibi sine ulla querela misero, divortium factum per me probabitur. fr. 57. de don. int. V. 24. 1. Si ex lege repudium missum non sit, et idcirco mulier adhuc nupta esse videatur. fr. 43. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Repudio misso, (virum) proinde compellere potest, atque si ei nunquam nupta fuisset. Gai. I. 137. cf. Vatic. §. 107. Mulier, quae repudii a se dati oblatione discesserit. Th. C. III. 16. c. 2. pr. cf. c. 1. de repud.

Repugnare. **§. 1.** *Propulsare.* I. ***Sy.*** Repulsare, Resistere. Th. C. IX. 10. c. 1. sq. ad L. Iul. de vi pub. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar. — **§. 2.** *Adversari, Resistere.* III. ***Cn.*** Repugn. pernegando. Ib. IX. 16. c. 6. de malefic. cf. XI. 36. c. 18. §. 2. Quor. adp. n. rec. Voluisse palam est, neque verba omnino repugnant. fr. 51. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Repugnantes priscorum sententias — temperare. Th. C. XI. 30. c. 56. de adp. et poen.

Repulsa. *Denegatio petitionis. Remotio.* III. ***Cn.*** Qui (sc. liberi) repulsam donationis auctoritate iuris tulerunt, aliis rationibus ad bona patris perveniunt. Vatic. §. 294. Nullam molestiam, vel repulsam, a quacunque persona patiantur. Iul. ep. nov. c. 115. §. 470.

Repulsare. **§. 1.** *Propulsare.* I. ***Sy.*** Repugnare. Cf. h. v. §. 1. — **§. 2.** *Declinare, Abhorrere.* III. ***Cn.*** Felicem fore rempub., si a nolentibus, et actus publicos repulsantibus, (administretur.) Nov. Marc. nem. exhib. de prov. III. 1. c. 1. pr.

Repurgare. *Expurgare, Emundare.* III. ***Cn.*** Repurgandi fluminis onus. Th. C. XIV. 27. c. 2. de Alex. pleb. primat.

Repurgium. *Expurgatio.* I. ***Sy.*** Mundare. Repurgium facere. Ib. XV. 2. c. 1. de aquaed.

Reputare. **§. 1.** *Computatione facta, adtribuere, v. deducere.* I. ***Sy.*** Computare. fr. 48. de solut. 46. 3. Imputare. Cf. h. v. §. 1. Deducere (sumtus.) fr. 10. §. 9. mand. 17. 1. III. ***Cn.*** Petere, ne in ratione L. Falcidiae ponenda creditum suum legatariis reputaret. fr. 12. ad L. Falc. 35. 2. Repraesentationem in reliqua solutione legati reputare posse. fr. 88. §. 5. de legat. II. (31.) Vsuris pecuniae — reputatis, et cum quantitate fructuum perceptorum compensatis. fr. 40. §. 1. de minor. 4. 4. Convenietur, reputaturus patri, quod eo nomine praestiterit. fr. 17. de relig. 11. 7. — **§. 2.** *Adscribere* (culpae alicuius.) III. ***Cn.*** Quamvis — testamentum comprobaverit, est aliquid quod testatoris vitio reputetur. fr. 12. §. 2. de inoff. testam. 5. 2.

Reputatio. *Computatio, Compensatio.* I. ***Sy.*** Computatio. fr. 8. locat. 19. 2. fr. 48. de solut. 46. 3. III. ***Cn.*** Aut reputationes inter eos facere, aut curare cautiones interponi, quibus inter eos communicentur etc. fr. 19. fam. ercisc. 10. 2. Reputationem, s. Reputationis rationem, habere (de mercedibus etc.)

fr. 8. fr. 25. §. 2. locat. 19. 2. Reputationes tutoris non improbas admittere. fr. 2. pr. ubi pup. 27. 2. cf. Tit. C. de reputation. 2. 48.

Requies. *Laxamentum, Cessatio.* III. ***Cn.*** Sine cessatione, sine requie, protinus (ablata redhibere.) Th. C. II. 33. c. 2. de usur. Accipere requiem (laboris, v. vinculorum.) Ib. II. 8. c. 2. pr. de feriis. IX. 38. c. 8. de indulg. crim.

Requiescere. *Impositum esse certae rei.* III. ***Cn.*** Quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia maeniana. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16.

Requirere. **§. 1.** *Quaerere, Conquirere, Pervestigare.* I. ***Sy.*** Quaerere (thesaurum.) c. 1. de thesaur. 10. 15. Indagare. Cf. h. v. Inquirere, Investigare. fr. 1. pr. §§. 1. sq. fr. 3. de fugitiv. 11. 4. fr. 14. §. 6. de cust. reor. 48. 3. III. ***Cn.*** Post fugam, requirendi, reducendique eius causa (factae impensae.) fr. 18. §. 2. commod. 13. 6. c. 5. de serv. fugit. 6. 1. Non citati, sed requisiti (litigatores.) c. 15. de iudic. 3. 1. Absentem capitali crimine accusari non posse, sed requirendum tantummodo adnotari solere. c. 6. de accus. 9. 2. cf. fr. 1. §§. 1. sqq. fr. 2. pr. fr. 4. §. 2. de requir. reis. 48. 17. Requirendorum bona (obsignari.) fr. 5. pr. ib. 48. 17. Si invenerint eas (sc. res,) ablaturos, et si suspicati fuerint in quem locum eiectae sunt, requisituros. fr. 8. ad L. Rhod. 14. 2. Dum victum requirunt. Th. C. III. 3. c. 1. de patr. qu. fil. — **§. 2.** *Exquirere, Inquirere, Scrutari.* I. ***Sy.*** Quaerere. Cf. h. v. §. 2. Explorare et investigare. fr. 8. pr. fr. 10. §. 6. de quaestion. 48. 18. III. ***Cn.*** Tuetur Praetor eum, — neque exiget ab eo etc. — unum tantum requirit, num forte etc. fr. 1. §. 2. de superfic. 43. 18. Condemnatur, — nec requiritur, an etc. Gai. IV. 180. cf. III. 10. fr. 36. pr. de R. V. 6. 1. Index — illud scilicet requirit etc. Gai. IV. 166. Vt civiliter, sive criminaliter, — super prolata epistola requiratur. Th. C. IV. 4. c. 2. pr. de testam. et cod. Inprimis advertere debemus, — deinde requiremus, an etc. Gai. II. 114. cf. 116. Quod an debeamus credere verius esse, diligentius requiremus. Ib. IV. 60. Nec tamen — locum habet. Itaque nihil requirimus etc. Ib. I. 139. cf. 18. — **§. 3.** *Postulare, Provocare.* III. ***Cn.*** Iudicem certiorare festinet, quatenus ille eum requisierit. c. 3. §. 2. de iure dom. impetr. 8. 34. Iuste ac temperate tuos tractare, ut et facile requirere eos possis. Coll. LL. M. III. 3.

Requisitio. **§. 1.** *Indagatio.* III. ***Cn.*** Requ. rei furtivae. §. 4. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. — **§. 2.** *Inquisitio, Examinatio.* I. ***Sy.*** Inquisitio. Nov. 36. III. ***Cn.*** Requisitio cum omni veritate atque subtilitate habita in reditu eo etc. Iul. ep. nov. c. 7. §. 34.

Requisitus. (Partic.) **§. 1.** *Quaesitus, Indagatus.* Cf. v. Requirere. §. 1. — **§. 2.** *Examinatus.* III. ***Cn.*** Nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum — audiendum est. Th. C. XI. 30. c. 5. de adp. et poen.

Reri. *Opinari, Censere.* III. ***Cn.*** Remur, futurum esse. Ib. VI. 29. c. 7. de curios. Nov. Val. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 1. Ratus est Praetor etc. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1.

Res. **§. 1.** *Obiectum omne iuris exercendi,* (praeter personas.) I. ***Sy.*** Quod est, Res (divini iuris, v. humani.) Gai. II. 2. sq. 9. sqq. II. ***Op.*** Persona. Cf. h. v. §. 4. Singulas res, — Per universitatem, (adquirere.) Id. II. 97. 191. III. ***Cn.*** Rem, vel ius suum, conservare. fr. 41. de LL. 1. 3. Res bonorum eius. fr. 31. §. 6. de N. G. 3. 5. Res, quae vel in nostro patrimonio sunt, vel extra nostrum patrimonium habentur. Gai. II. 1. Pecunia, vel alia quaedam res. fr. 6. §. 2. l. l. 3. 5. Gai. III. 124. 141. IV. 33. fr. 88. de V. S. 50. 16. Omnes res, tam soli quam mobiles. fr. 222. ib. 50. 16. Res, quae in rerum natura non est, si modo futura est. Gai. II. 203. Summa rerum divisio. Id. II. 2. sqq. Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Vlp. XIX. 1. Res, quae in abusu continentur. Id. XXIV. 27. — **§. 1.A.** *Substantia rei.* I. ***Sy.*** Substantia, Corpus, Res (p. se pos.) Corporalis res. fr. 2. §§. 2. 15. pro emt. 41. 4. fr. 13. §. 1. fr. 14. pr. fr. 178. pr. fr. 222. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Pretium. fr. 14. pr. fr. 97. l. 50. 16. Actionem, — Rem (habere.) fr. 204. de R. I. 50. 17. III. ***Cn.*** Quae (sc. taberna) et rebus et hominibus, ad negotiationem paratis, constat. fr. 185. de V. S. 50. 16. — **§. 1.B.** *Status rei praesens. Vera rerum conditio.* III. ***Cn.*** Plus in re est, quam in existimatione mentis. fr. 9. §. 4. de iur. et facti ign. 22. 6. fr. 2. §. 15. pro emt. 41. 4. Re ipsa, s. Ex ipsa re. fr. 6. §. 11. de N. G. 3. 5. fr. 1. §. 1. de tutel. 26. 1. Revera. Cf. h. v. Vt res patitur. fr. 2. de statu hom. 1. 5. Ex re constituendum. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Coll. LL. M. I. 6. E re, s. Non ab re, esse, v. putari. fr. 1. de R. C. 12. 1. fr. 1. pr. de succ. edict. 38. 9. fr. 1. §. 2. de publican. 39. 4. fr. 17. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Quoniam — in re est, ut possit etc. fr. 33. de A. v. O. H. 29. 2. Non consensus, sed res, (coniunxit hos ad societatem.) fr. 25. §. 16. fam. ercisc. 10. 2. In re esse, s. Non ex re, sed ex persona, fieri, (moram.) fr. 23. §. 1. cf. fr. 32. pr. fr. 38. §. 1. de usur. 22. 1. — **§. 1.C.** *In rem, i. e. Indefinite. Non habita ratione certae personae, vel causae.* I. ***Sy.*** Generaliter. Cf. h. v. §. 1. Adversus rei possessorem (restitutio.) fr. 13. §. 1. de minor. 4. 4. II. ***Op.*** In personam. Cf. v. Persona. §. 4. De sua persona (iurare.) fr. 1. §. 3. Quar. rer. act. 44. 5. III. ***Cn.*** Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum fuerit. fr. 57. §. 1. cf. fr. 7. §. 8. fr. 28. §. 2. de pact. 2. 14. Cum haec actio in rem sit scripta. Exceptio in rem scr. fr. 9. §. 8. ib. 4. 2. fr. 4. §. 33. de d. m. exc. 44. 4. (Cf. h. v. §. 5.B.) — **§. 2.** *Vniversitas rerum, personarumve.* III. ***Cn.*** Divinae atque humanae res. fr. 10. §. 2. de I. et I. 1. 1. In rerum natura, s. In rebus humanis, esse. Gai. II. 203. fr. 7. fr. 26. de statu hom. 1. 5. fr. 49. de N. G. 3. 5. Respublica. Cf. h. v. Militaris res. Cf. h. v. — **§. 2.A.** *Patrimonium, Bona.* I. ***Sy.*** Bona. Cf. h. v. §. 1. Facultates. fr. 27. pr. de tut. et cur. dat. 26. 5. Th. C. IX. 21. c. 1. sqq. de fals. mon. Patrimonium. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Dignitatibus et rebus augere. Th. C. IX. 1. c. 4. de accus. et inscr. Idoneus re, fideque. Vatic. §. 157. Rem HS. XXX milium, aut filium, non habere. Coll. LL. M. IV. 5. Sedes et tabulas habere, suarumque

rerum constitutionem facere. fr. 203. de V. S. 50. 16. Res familiaris. Cf. v. Familiaris. §. 3. Ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem, patiantur. fr. 1. de N. G. 3. 5. Nec ante rei suae administratio eis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus. fr. 1. §. 3. de minor. 4. 4. cf. Gai. I. 197. Suae rei superesse non posse. fr. 10. ex qu. c. mai. 4. 6. Ob eam rem tibi ea re [al. aere,] commercioque, interdico. Paul. III. 4.A. §. 7. Ad res administrandas (dari procuratorem.) Id. I. 3. §. 2. cf. fr. 8. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Si quid ex re nostra, vel ex operis suis adquirant. Gai. II. 94. III. 164. Vlp. XIX. 21. Ex re domini (stipulari.) fr. 68. de procur. 3. 3. In rem patris, dominive, (versum.) Gai. IV. 73. sq. In rem (mulieris,) s. Circa res alterius, sc. impendere. Vlp. VII. 3. fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. Rei uxoriae (actio.) c. 1. pr. de R. U. A. 5. 13. §. 29. I. de action. 4. 6. Rem salvam fore, pupillo cavere. fr. 8. §. 4. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 1. fr. 4. §. 6. fr. 9. rem pup. salv. 46. 6. Italicae, — Provinciales, res. fr. 35. §§. 2. sq. de hered. inst. 28. 5. Omnium rerum nostrarum, et totius perpetuarii iuris (exactio.) Th. C. I. 11. §. 1. (Wck.) de off. com. rei priv. Per omnes provincias, per quas res nostra distenditur. Ib. VII. 13. c. 12. de tiron. Privata res nostra. Cf. v. Privatus. §. 3.A. — **§. 2.B.** *Corpus bonorum defuncti. Hereditas, itemque singula corpora eiusdem.* I. **Sy.** Hereditas. Bona. fr. 84. de A. v. O. H. 29. 2. Gai. III. 40. 56. sq. III. **Cn.** Vti legassit, super pecunia tutelave, suae rei, ita ius esto! L. XII Tabb. V. 3. Furiosus mentem non habet, ut testari de ea re possit. Vlp. XX. 13. Communem rem, et communes libertos, habere. fr. 4. §. 23. de fideic. libb. 40. 5. Nominum et rei complexus. Re et verbis coniunctio. fr. 142. de V. S. 50. 16. Qui rem ab intestato habet. fr. 16. de legat. praest. 37. 5. cf. fr. 2. §. 8. ad S.C. Tert. 38. 17. B. Pnem s. t. — accipere potest, remque obtinebit. fr. 12. pr. de iniust. rupt. 28. 3. cf. fr. 3. §. 2. de B. P. 37. 1. Si modo possunt hereditatem obtinere, habebunt B. Pnem cum re; si vero ab iis avocari hereditas potest, habebunt B. Pnem sine re. Gai. II. 148. sq. III. 35. sqq. Vlp. XXIII. 6. XXVI. 8. XXVIII. 13. — **§. 2.C.** *In rem, i. e. In id, quod mea interest, v. quod pertinet ad me.* III. **Cn.** Nisi in rem suam, et proprium lucrum, (mandatae sint eis actiones.) c. 4. de procur. 2. 13. In rem alicuius credere, v. mutuari. fr. 2. §. 4. mand. 17. 1. c. 8. eod. 4. 35. In rem suam (auctor fieri, v. spondere etc.) Vlp. XI. 24. sq. Gai. I. 184. fr. 24. de pact. 2. 14. Cognitor, procuratorve, in rem suam. Paul. I. 2. §. 3. fr. 20. §. 1. de adp. et relat. 49. 1. — **§. 3.** *Factum.* I. **Sy.** Factum. fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. fr. 32. pr. de N. G. 3. 5. Maleficium. fr. 4. de O. et A. 44. 7. II. **Op.** Verbis, — Re (recusare, v. restituere, sc. hereditatem.) Paul. IV. 4. §. 1. fr. 37. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Aut persona, aut tempore, aut re ipsa (fieri atrocem iniuriam.) fr. 7. §. 8. fr. 9. pr. cf. fr. 1. §. 1. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Admittere rem (illicitam.) c. 1. de liberali c. 7. 16. Qui lege Plaetoria, ob eamve rem quod adversus eam legem fecit, fecerit, condemnatus est, erit. Tab. Heracl. 37. sq. aer. Neap. — **§. 3.A.** *Consuetudo.* III. **Cn.** Si qua cum servo occulte rem habere detegitur. Th. C. IX. 9. c. 1. pr. de mul. qu. se serv. Res Veneris. fr. 23. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 4.** *Negotium, Administratio.* I. **Sy.** Negotium. Cf. h. v. §§. 1. 2. Conventio. fr. 1. §. 4. fr. 7. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Liberalium rerum dignitas. Th. C. XIV. 9. c. 1. de stud. liber. urb. R. Diligentiam et sollicitudinem rebus, quibus praesunt, debere. fr. 57. pr. de V. S. 50. 16. Vrbanis, — Provincialibus, rebus praeesse. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Rusticarum rerum rationes dispensare. fr. 166. pr. de V. S. 50. 16. Cum procurator res, rationesve nostras, administravit. fr. 9. pr. de edend. 2. 13. fr. 1. §. 1. fr. 33. §. 1. fr. 58. fr. 63. de procur. 3. 3. Certarum rerum, vel causarum, tutor dari non potest. fr. 12. de testam. tut. 26. 2. Vel in omnes res, vel in unam forte aut duas, (optare tutorem.) Gai. I. 150. Res ex voluntate patris contracta. Id. IV. 71. sq. Res, quas minor egit, — comprobavit. Paul. I. 9. §. 3. Sentire, cui rei intersint. Id. III. 4.A. §. 13. Eaque res ita agitur. Gai. I. 119. 132. II. 104. Pro fide rei gestae. fr. 40. §. 2. de pact. 2. 14. Cui rei dolus malus aberit, afuerit. fr. 69. cf. fr. 71. §. 1. de V. S. 50. 16. Integra re. Cf. v. Integer. §. 2.A. — **§. 5.** *Quaestio, Controversia, Lis.* I. **Sy.** Causa. Cf. h. v. §. 10. Lis. Cf. h. v. §. 2. Quaestio, Cognitio. fr. 3. §. 5. de Carb. edicto. 37. 10. fr. 3. §. 4. de lib. exhib. 43. 30. fr. 203. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Qui capitalibus rebus praeessent (sc. Quaestores.) fr. 2. §. 23. de O. I. 1. 2. Quod iurisdictionis perpetuae causa, non quod, prout res incidit, in albo — propositum erit. fr. 7. pr. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 2. §. 10. de O. I. 1. 2. Cuius de ea re notio est. fr. 8. de calum. 3. 6. fr. 3. pr. de postul. 3. 1. Competens iudex rem suae aequitati restitui decernat. fr. 23. §. 2. cf. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Ea res quaerenda commissa est Praetori. fr. 8. §. 17. de transact. 2. 15. Cognitorem dare in eam rem. Gai. IV. 83. Cf. L. Gall. Cisalp. I. 18. sq. Iudex, dum de re cognoscat. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Iudici rem exponere. fr. 1. de O. I. 1. 2. Gai. IV. 15. Si quis, post rem inofficiosi ordinatam, litem dereliquerit. fr. 8. §. 1. de inoff. test. 5. 2. Cum res aguntur. Gai. II. 279. Ea res agatur. Id. IV. 131. 133. 137. Si ea res secundum me — iudicata erit. fr. 158. de V. S. 50. 16. Res iudicata. Cf. v. Iudicatus. Amittere, Perdere, Perimi (rem.) Gai. III. 176. 179. IV. 11. 53. 58. 68. 123. — **§. 5.A.** *Id, quod petitur iudicio.* II. **Op.** Nuda res. — Fructus, et omnis causa. fr. 1. §. 24. depos. 16. 3. III. **Cn.** De eadem re agere videtur, et qui non eadem actione agat, qua ab initio agebat. fr. 5. de exc. rei iud. 44. 2. Demonstratio — ideo inseritur (sc. formulae,) ut demonstretur res, de qua agitur. Gai. IV. 40. 60. Qua de re agitur, quidquid ob eam rem dare facere oportet etc. Id. IV. 47. 119. Cf. L. Gall. Cisalp. I. 23. sq. 30. 39. sq. Qui de ea re aget, petetve. Ib. I. 45. Actio, qua rem nostram esse petimus. Intenditur, rem actoris esse. Gai. IV. 4. 51. 87. fr. 40. §. 2. de procur. 3. 3. Res, quam actor restituendam esse petit. fr. 234. §. 1. de V. S. 50. 16. Gai. IV. 165. Qui omnem rem conditionemque, reddita causa, praestat. fr. 246. §. 1. cf. fr. 35. de V. S. 50. 16. Tota

res in iudicium venit, et vel uni adiudicari potest. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Quanti ea res esset, tanti actio constituitur (v. vadimonium fit.) Gai. III. 215. IV. 47. 51. 186. Quanti ea res in eo anno plurimi fuerit. Ib. III. 210. 214. 218. IV. 48. 51. fr. 179. fr. 193. de V. S. 50. 16. Hoc iudicium non ad id, quod interest, sed quanti ea res est, concluditur. fr. 1. §. 4. si qu. ius dic. 2. 3. cf. fr. 3. fr. 14. §. 7. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 5. B.** *In rem, i. e. Circa corpus, aut ius, quod nostrum esse intendimus.* I. **Sy.** Vindicatio. In rem actio. fr. 25. pr. de O. et A. 44. 7. II. **Op.** In personam (actio.) Cf. v. Persona. §. 4. III. **Cn.** In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere. Gai. IV. 3. fr. 19. pr. de damn. inf. 39. 2. fr. 25. pr. de O. et A. 44. 7. Si legitimo iudicio in personam actum sit. — Si vero vel in rem, vel in factum actum fuerit. Gai. IV. 107. fr. 36. de V. S. 50. 16. — **§. 5. C.** *Res, i. e. id, quod praestari oportet, ad debitum implendum.* II. **Op.** Res, (s. Rei persecutio.) — Poena, Vindicta. Cf. v. Poena. §. 2. A. Rem, — Actiones (praestare.) fr. 21. de hered. v. act. 18. 4. Re, — Cautione (facere collationem.) fr. 1. §. 11. de collat. bon. 37. 6. cf. fr. 37. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. A re in personam (transscriptio nominis facta.) Gai. III. 128. sq. 133. Aut re, aut verbis, aut litteris, aut consensu (contrahi obligationem.) Ib. III. 89. sqq. 119. 131. fr. 1. §. 3. fr. 2. pr. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Omne quod datur, aut ob rem datur, aut ob causam. fr. 1. pr. de cond. c. dat. 12. 4. Ob rem datur, ut aliquid sequatur; quo non sequente etc. fr. 52. de cond. indeb. 12. 6. cf. fr. 7. §. 6. de pact. 2. 14. fr. 16. de cond. c. dat. 12. 4. Ideo interpositum iusiurandum, ut de ipso contractu, et de re, non de persona iurantis, ageretur. fr. 28. §. 1. cf. fr. 14. de iureiur. 12. 2. In hac actione non extra rem duplum est. fr. 14. §. 5. de servo corr. 11. 3.

Resarcire. *Sarcire, Reparare.* III. **Cn.** Lucrum cum damno compensari, et si quid deest emtori, — hoc ei resarciri. fr. 42. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 18. §. 26. de mun. et hon. 50. 4. Ex sua substantia huiusmodi detrimentum laesis resarcire compellentur. c. 15. de iudic. 3. 1. Th. C. VIII. 5. c. 50. de cursu pub.

Rescindere. **§. 1.** *Scindere, Destruere.* II. **Op.** Restaurare (pavimenta.) fr. 1. §. 12. de cloac. 43. 23. III. **Cn.** Ne aedificia rescindi necesse sit. §. 29. I. de R. D. 2. 1. — **§. 2.** *Abolere, Tollere, Infirmare.* I. **Sy.** Mutare, Revocare (sententiam etc.) fr. 27. pr. de poen. 48. 19. Vatic. §§. 313. sq. II. **Op.** Servare. fr. 7. §. 16. de pact. 2. 14. Ratum manere. Valere. — Rescindi. fr. 15. sq. de transact. 2. 15. fr. 2. fr. 4. pr. §. 1. de decr. ab ord. 50. 9. III. **Cn.** Prohibet (sc. lex,) — et si plus donatum sit, non rescindit. Vlp. I. 1. sq. L. Furia Can., quae in fraudem eius facta sint, rescindit. Gai. I. 46. cf. fr. 5. §. 2. Qui et a qu. man. 40. 9. Ipso iure rescindi, quod fraudandae legis gratia esset adscriptum. fr. 64. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Cum — Princeps noster — rescindi iussisset (venditionem.) fr. 78. §. 1. de legat. II. (31.) Propter aequitatem rescindit eorum capitis deminutionem Praetor. fr. 6. §. 1. de B. P. 37. 1. Gai. IV. 38. DD. Fratres — rescripserunt, non solere Praesides Pr. ea, quae pronunciaverunt, ipsos rescindere. fr. 27. pr. de poen. 48. 19. Novissima voluntate rescindi (testamentum.) fr. 34. §. 2. de milit. testam. 29. 1. Ademtum, vel certe rescissum legatum. Paul. III. 6. §. 92. Qui iudicia patris rescindunt per c. t. B. Poss. fr. 1. pr. de legat. praest. 37. 5. Vt, rescisso superiore iudicio, in alterum detur ei actio. fr. 47. §. 3. de pecul. 15. 1. cf. fr. 9. §. 4. Qu. met. c. 4. 2. fr. 13. §. 1. de minor. 4. 4.

Rescire, s. **Resciscere.** *Comperire, Intelligere.* I. **Sy.** Cognoscere, Scire. Coll. LL. M. VI. 5. sq. fr. 4. §§. 8. sq. 18. de usurp. 41. 3. III. **Cn.** Eum intelligere debuisse, ab eis, — si rescissent, prohibitum iri. fr. 43. ad L. Aqu. 9. 2. Si rescisset, passurus erat esse in peculio. fr. 49. pr. de pecul. 15. 1. Si postea rescierit, et ratum habuerit. fr. 71. §. 2. de solut. 46. 3.

Rescissio. *Abolitio, Infirmatio, Revocatio.* III. **Cn.** Quod semel Ordo decrevit, non oportere rescindi, — nisi — si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti. fr. 5. de decr. ab ord. 50. 9. Non enim per rescissionem [al. rescisionem] is, qui filius iustus est, efficietur non filius. fr. 3. §. 5. de B. P. c. t. 37. 4. cf. Th. C. IX. 42. c. 9. pr. de bon. proscr. Rescissionem usucapionis ita faciendam, ut hi dies restituantur etc. fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6.

Rescissorius. (Adiect.) *Ad rescissionem pertinens.* I. **Sy.** Restitutorius. Cf. h. v. II. **Op.** Directa, — Rescissoria (actio.) c. 18. de postlim. rev. 8. 51. fr. 28. §§. 5. sq. ex qu. c. mai. 4. 6. III. **Cn.** Exemplo rescissoriae actionis, etiam exceptio ei, qui reip. c. afuit, competit. fr. 28. §. 5. l. 4. 6. Habeo adversus debitorem meum rescissoriam in id, quod supra legis modum tibi promisit. fr. 21. §. 1. de donat. 39. 5.

Rescribere. **§. 1.** *Vicissim scribere, Scripto respondere.* III. **Cn.** Si miseris ad me tabellarium tuum, et ego rescribendi causa litteras tibi misero. fr. 65. pr. de A. R. D. 41. 1. — **§. 1. A.** *De iure consulentibus per litteras respondere.* III. **Cn.** Tu, quid de eo putas, v. Quid tibi placet, velim rescribas. fr. 50. de minor. 4. 4. fr. 42. pr. de iureiur. 12. 2. Coll. LL. M. IV. 8. Firmus a Proculo quaesiit. — Ille rescripsit etc. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. fr. 44. de re iud. 42. 1. fr. 52. §. 20. de furt. 47. 2. Papinianus lib. V. responsorum rescripsit. §. 2. I. de excus. tut. 1. 25. cf. §. 8. I. de R. D. 2. 1. fr. 73. pr. de contr. emt. 18. 1. — **§. 1. B.** *Libellis respondere, emisso Principali rescripto.* I **Sy.** Constituere. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Et hoc et rescriptum et responsum est. fr. 7. §. 9. de minor. 4. 4. Hoc enim iure utimur; et Iulianus scribit, et est rescriptum. Vatic. §. 120. fr. 1. §. 5. de hered. inst. 28. 5. Vt inde sit et dictum et rescriptum etc. fr. 7. §. 2. de transact. 2. 15. Ad Imp. Severum retulit; ad quam consultationem successori [al. successor] eius, Venidio Quieto, rescripsit. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4. fr. 6. §. 9. de iniusto rupto. 28. 3. Imp. ad libellum, v. ad

desideria etc. rescripsit. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 3. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 15. de in ius voc. 2. 4. fr. 1. §. 3. ut in poss. legat. 36. 4. Invenio Fulv. Aemiliano in persona Man. Optivi rescriptum. Vatic. §. 189. In hanc sententiam, s. in haec verba, rescripserunt Impp. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. Vatic. §. 154. fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. fr. 7. fr. 10. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. — **§. 2.** *Scribere, Per scripturam adnotare.* I. **Sy.** Subnotare. Vatic. §§. 163. 165. Adnotare. Th. C. XII. 6. c. 16. c. 18. de susceptor.

Rescriptio. *Rescriptum Principis.* I. **Sy.** Rescriptum. Paul. I. 12. §§. 1. 6. Iul. ep. nov. c. 106. §. 370. Rescripta, vel epistolae. Sacri apices. Divina rescriptio. Th. C. I. 2. c. 1. (Wck.) de div. rescr. Iust. C. c. 1. pr. §. 2. de contract. iud. 1. 53. III. **Cn.** Adnotationes nostras sine rescriptione admitti non placet. Th. C. l. l. cf. Nov. Val. III. de homicid. II. 20. c. 1. pr. §. 3. Oblatio precum, et ad eas rescriptio. c. 2. Qu. libell. Pr. 1. 20. Quoties Princeps ad Praesides Pr. remittit negotia per rescriptiones. fr. 9. cf. fr. 8. de off. Praes. 1. 18.

Rescriptum. *Scriptura, qua Princeps libellis supplicum, aut epistolis de iure consulentium, responsum impertit.* I. **Sy.** Responsum. Th. C. II. 4. c. 4. sq. de denunc. v. edit. rescr. Constitutio. Gai. II. 120. sq. fr. 2. de h. qu. sui. 1. 6. Epistola. Cf. h. v. §. 4. Rescriptio. Cf. h. v. III. **Cn.** Vt rescripta, vel epistolas potius ipsas, quam adnotationes solas existimes audiendas. Th. C. I. 2. c. 1. (Wck.) de div. rescr. (cf. v. Rescriptio.) Edictum, sive editio rescripti. Ib. II. 4. c. 4. de denunc. v. edit. rescr. Pertinere ad rescriptum sacrarum constitutionum. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. In aliquo rescripto D. Hadriani ita esse constitutum. Gai. I. 73. Adparet ex hoc rescripto, — quod rescripserunt etc. fr. 26. de excusatt. 27. 1. fr. 26. §. 4. de fideic. libb. 40. 5. Libellum Principi dedisse, et sacrum rescriptum exspectare. fr. 4. de adp. recip. 49. 5. cf. Paul. I. 12. §. 6. fr. 41. §. 7. de legat. I. (30.) Quoniam non contenta rescripto, quod ad primas preces acceperas, iterato supplicare voluisti, ex iure rescriptum reportabis. Vatic. §. 282. Rescripta ad consultationem emissa. Th. C. I. 2. c. 9. de div. rescr. Quam epistolam quodam rescripto — Imp. noster — interpretatus est pertinere etc. Vatic. §. 235. Nuper Imp. Antoninus significavit rescripto suo. Gai. II. 126. cf. 120. 151. Cum impunitas per simplicia, vel etiam personalia, rescripta donatur. Nov. Val. III. de homicid. II. 20. c. 1. pr.

Rescriptus. (Partic.) Cf. v. Rescribere.

Resecare. **§. 1.** *Amputare.* I. **Sy.** Truncare. Th. C. VII. 13. c. 4. de tiron. VII. 22. c. 1. de fil. militar. — **§. 2.** *Tollere, Excludere.* I. **Sy.** Cohibere. Ib. XVI. 5. c. 35. de haeret. III. **Cn.** Ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse sufficere. Ib. c. 54. §. 3. l. l. Quaestionem — resecantes, — sancimus. c. 32. de fideic. 6. 42. cf. c. 24. de testam. 6. 23.

Reserare. **§. 1.** *Recludere.* III. **Cn.** Qui — signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, amoverit, reseraverit. Paul. V. 25. §. 1. Testamenta, v. Instrumenta, reserare. c. 1. de off. Iurid. 1. 57. Th. C. IV. 4. c. 4. de testam. et codic. — **§. 2.** *Relaxare, Permittere.* III. **Cn.** Aures iudicantium — reserentur. Ib. I. 16. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. Administratio rei propriae reserata ei. Ib. II. 16. c. 2. §. 1. de integri rest. In quibus (sc. diebus) neque spectaculorum copiam reseramus. c. 7. de feriis. 3. 12. — **§. 3.** *Docere, Probare.* III. **Cn.** Quantum ad rem gestam, et veritatem reserandam. Th. C. IX. 19. c. 1. pr. ad L. Corn. de fals.

Reservare. **§. 1.** *Separare, Excipere, Retinere.* I. **Sy.** Servare. fr. 16. de auro arg. 34. 2. II. **Op.** Delegare aliis. — Iurisdictioni suae reserv. fr. 1. fr. 4. §. 3. de damn. inf. 39. 2. Reservari ipsi, — Venire (bona.) Gai. II. 155. cf. fr. 16. l. 34. 2. III. **Cn.** Quodammodo tunc pater potestatem patriam reservare sibi videtur eo ipso, quod mancipio recipit. Gai. I. 140. Si pristinus dominus iniectionem manus in tali alienatione sibi reservaverit. c. 1. §. 4. de Lat. libert. 7. 6. — **§. 2.** *Conservare.* III. **Cn.** Vt constitutionum ipsa etiam verba — reserventur, praetermissis illis etc. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr.

Residere. **§. 1.** *Sedere, Considere.* III. **Cn.** Qui Praetorum honore perfuncti sunt, residentes in Senatu. Th. C. XII. 1. c. 48. de decurion. Residendi cum iudice non habeant facultatem (sc. honorati.) Ib. I. 17. c. 1. (Wck.) de off. iud. civ. Quisquis iudicum cognitor resederit. Ib. X. 1. c. 13. de iure fisci. Cf. Iust. C. c. 7. de episc. aud. 1. 4. — **§. 2.** *Commorari.* III. **Cn.** Spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco. Th. C. VIII. 6. c. 2. de tract. et stat. Cf. VIII. 5. c. 24. de cursu pub. In otio residentes. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 17. — **§. 3.** *Remanere.* I. **Sy.** Remanere. fr. 19. §. 1. de pecul. 15. 1. fr. 98. pr. §. 3. de solut. 46. 3. III. **Cn.** Vt liberorum nomine dos apud maritum resideat. fr. 48. sol. matrim. 24. 3. Si annale tempus — resederit. c. 13. §. 8. de iudic. 3. 1. Nullis residentibus iracundiae menti reliquiis. Th. C. IX. 45. c. 5. de h. qu. ad eccl. — **§. 4.** *Reliquorum, vel residuorum, nomine deberi.* II. **Op.** Inferri pensiones. — Residere in debitum. Ib. XI. 1. c. 27. de ann. et tribut. III. **Cn.** Lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem — pecunia publica resedit. fr. 4. §. 3. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Ostendere, quid — exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, vel penes quos resederit. Th. C. VIII. 8. c. 9. de executor. cf. XI. 3. c. 1. sine censu v. reliqu.

Residuus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui superest. Qui salvus remanet.* III. **Cn.** Episcopi, vel presbyteri, diaconi, — residui omnes. Th. C. XII. 1. c. 163. de decurion. Residui temporis (salarium.) fr. 4. de off. adsess. 1. 22. Ex residua parte heredes institutus, quam alter heres scriptus capere non poterat. c. 2. de hered. inst. 6. 24. fr. 13. §. 1. de acceptil. 46. 4. Nisi forte residuum legatum ad pretium sufficit. fr. 24. §. 16. de fideic. libb. 40. 5. Paul. IV. 3. §. 3. — **§. 2.** *Residuum, i. e. summa pecuniae, publicae privataeve, quam in reliquis traxit debitor.* III. **Cn.** Lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem — pecunia publica resedit. fr. 4. §§. 3. sq. cf. fr. 2. fr. 9. §. 6.

§. 6. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Publica iudicia peculatus, et de residuis, et repetundarum. fr. 14. ib. 48. 13. Residuarum summarum pupillares usuras pendi oportet. fr. 7. §. 9. de adm. et peric. 26. 7. Si — promiserunt: „Se reddituros, quod ab eo servari non potuisset," placuit, inter eos — actionem residui dividi. fr. 7. de fideiuss. et nom. 27. 7.

Resignare. *Signatum aperire.* I. **Sy.** Signacula removere. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. II. **Op.** Signare. fr. 23. Qui testam. fac. p. 28. 1. fr. 20. pr. de vulg. et pup. 28. 6. III. **Cn.** Testamentum aperire, recitare, resignare. Paul. V. 25. §. 7. cf. §. 1. IV. 7. §. 1.

Resilire. *Recedere.* III. **Cn.** Acceptis his, quae negotii dirimendi causa placuerat dari, nunc de conventione resiluisse. c. 17. de transact. 2. 4. cf. fr. 9. de in diem add. 18. 2.

Resipiscere. *Sanitatem mentis recuperare.* I. **Sy.** Sanae mentis fieri. Ad suam mentem venire. fr. 4. de tribut. act. 14. 4. fr. 43. pr. de vulg. et pup. 28. 6. c. 12. §. 1. de usuf. et habit. 3. 33. III. **Cn.** Furiosus si resipuerit, et pupillus si adoleverit. Paul. IV. 8. §. 6. cf. III. 6. §. 18.

Resistere. §. 1. *Consistere, Remanere.* I. **Sy.** Resistens, Subsistens, Substans. Cf. v. Substans. III. **Cn.** Resistere ac residere. Th. C. VIII. 5. c. 24. de cursu pub. Per quas (sc. dies) resistentes tribuni — consequuntur species. Ib. VII. 4. c. 28. §. 1. de erog. mil. ann. — §. 2. *Obsistere, Repugnare.* I. **Sy.** Obviare. Cf. h. v. Repugnare. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si quid magistratus adversus resistentem violentius fecerit. fr. 29. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 2. pr. de iudic. 5. 1. Qui centurioni, castigare se volenti, restiterit. fr. 13. §. 4. de R. M. 49. 16. Quibus nec obviam ire, nec resistere fas est. Coll. LL. M. XV. 3. Vt tantum eos casus non praestet, quibus resisti non possit. fr. 18. pr. commod. 13. 6. Improbe resistit, quominus etc. fr. 41. de pign. act. 13. 7.

Resolvere. §. 1. *Dissolvere.* I. **Sy.** Dissolvere (aedificium.) Cf. h. v. §. 1. Solvere. fr. 25. §. 11. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Cum scribit ei libertatem, vinculo suo resolvit. fr. 71. pr. de A. v. O. H. 29. 2. — §. 2. *Rescindere, Revocare.* I. **Sy.** Discedere, Recedere, Rescindere. fr. 58. de pact. 2. 14. c. 5. de resc. vend. 4. 44. Retro agere, Tollere. fr. 19. de usurp. 41. 3. fr. 13. §. 4. fr. 14. de acceptil. 46. 4. III. **Cn.** Per eam (sc. replicationem) replicatur atque resolvitur ius exceptionis. Gai. IV. 126. Non esse sub conditione distractam (sc. rem,) sed resolvi emtionem sub conditione. fr. 3. de contr. emt. 18. 1. fr. 11. §. 5. de A. E. V. 19. 1. fr. 19. de usurp. 41. 3. Alioquin semel commissa stipulatio resolvi non potest. fr. 57. §. 1. de eviction. 21. 2. fr. 107. de solut. 46. 3. — §. 3. *Dependere.* III. **Cn.** Vti sors apud eum remaneat, et ipsa usuras — resolvat [al. exsolveret.] fr. 10. de pollicit. 50. 12.

Resolutio. *Rescissio, Revocatio.* II. **Op.** Firmitas (venditionis.) Nov. Val. III. de confirm. h. qu. adm. II. 32. c. 1. §. 6. III. **Cn.** Venditionis est resolutio, redhibitio. fr. 13. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2.

Resonare. *Personare, Divulgari.* III. **Cn.** Veteris iuris altercatio multa — resonuit [al. resonavit.] c. 16. de fideic. libb. 7. 4.

Respectus. (Subst.) *Consideratio, Intuitus.* III. **Cn.** Aestimare debeamus, an respectu etiam aliarum personarum etc. fr. 31. §. 1. depos. 16. 3. Si pietatis respectu — aluit. fr. 27. §. 1. de N. G. 3. 5. cf. fr. 28. de A. v. A. P. 41. 2.

Respergere. §. 1. *Inspergere, Adspergere.* III. **Cn.** Vino rogum ne respergito. LL. Numae Pomp. no. 3. L. XII Tabb. X. 6. — §. 2. *Adtribuere.* III. **Cn.** Quos, veteris tribunorum plebis adpellatione respersos, — constiterit populo praefuisse. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 3. de decurion.

Respicere. §. 1. *Reverti (ad cultum.)* III. **Cn.** Qui — ad dei cultum respexerit. Ib. XVI. 8. c. 1. pr. de Iud. — §. 2. *Inspicere, Examinare.* III. **Cn.** Rogatus anulum ostendit, ut respiceret. fr. 23. de praescr. vv. 19. 5. Nunc respiciendum, quae etc. fr. 5. §. 2. de cap. minut. 4. 5. — §. 3. *Rationem habere.* III. **Cn.** Praetor non respicit, an etc. fr. 8. pr. Qu. met. c. 4. 2. Sive, — respiciens alienantem episcopum, non prohibuerit (sc. oeconomus.) Iul. ep. nov. c. 7. §. 32. — §. 4. *Spectare, Pertinere.* I. **Sy.** Pertinere. Cf. h. v. §. 3. Esse alicuius, Spectare ad eum. fr. 19. §. 1. de pecul. 15. 1. fr. 34. §. 6. de contr. emt. 18. 1. fr. 33. de iure dot. 23. 3. III. **Cn.** Spectare ac respicere (ad commodum.) Th. C. XIII. 5. c. 16. §. 2. de navicul. Causa, quae — ad Procuratorem Principis respicit. fr. 9. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Quae non ad publicam laesionem — respiciunt. fr. 7. §. 14. de pact. 2. 14. Publiciana actio ad instar proprietatis — respicit. fr. 7. §. 6. de Pub. in R. A. 6. 2.

Respirare. *Requiescere, Recreari.* III. **Cn.** Respirent a controversiis litigantes. c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12. Si quis tali contractu laborat, hac sanctione respiret. Th. C. III. 2. c. 1. de commiss. resc. cf. XIII. 11. c. 8. de censitor.

Rite. (Advb.) *Solemniter, Iuste.* **I. Sy.** Recte. Cf. h. v. §. 1. **II. Op.** Rite (facta, s. intercedens,) — Minus legitima, Quaevis (exheredatio, v. stipulatio.) fr. 8. §. 2. de B. P. c. t. 37. 4. c. 4. de pact. conv. tam s. dot. 5. 14. Non promiscue, sed per vicissitudines rite servatas. Th. C. XIII. 5. c. 6. de navicul. **III. Cn.** Testamentum, — in quo si omnia rite facta essent, iure factum diceretur. fr. 6. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. cf. fr. 2. de iniusto rupt. 28. 3. Rite eas (sc. actiones) intendit. fr. 55. de procur. 3. 3. Qui, omnibus rite consideratis etc. Vatic. §. 274. Non rite iudicatae (consultationes.) c. 13. sq. de sent. et interloc. 7. 45.

Ritus. **§. 1.** *Solemnis rerum sacrarum administratio.* **III. Cn.** Ad paganos ritus cultusque migrare. Th. C. XVI. 7. c. 2. pr. de apostat. Ex cultu christianae religionis, in nefandam sectam, ritumve, traducere. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 4. Qui se, Iudaico ritu, — circumcidi patiuntur. Paul. V. 22. §. 3. — **§. 2.** *Ratio, Modus.* **I. Sy.** Mos. Cf. h. v. §. 3. **III. Cn.** Promiscuo ritu. Barbaricae immanitatis ritu. Coll. LL. M. VI. 4.

Rivalis. (Subst.) *Qui cum aliis eiusdem rivi usum habet.* **I. Sy.** Qui per eundem rivum aquam ducunt, Rivales. fr. 1. §. 26. fr. 3. §. 5. fr. 4. de aqua quot. 43. 20. Paul. V. 6. §. 9.

Rivus. **§. 1.** *Fluor aquae, ex fonte aut flumine deductae.* **I. Sy.** Locus, per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. fr. 1. §. 2. de rivis. 43. 21. **III. Cn.** Quodsi uno latere perruperit flumen, et alia parte novo rivo fluere coeperit. fr. 7. §. 4. de A. R. D. 41. 1. Si aqua per rivum sua sponte perfluxit. fr. 12. Quemad. serv. 8. 6. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur. Paul. V. 6. §. 9. Fistulam in rivo ponere. Rivi novi inciviliter instituti. fr. 3. §. 5. de aqua quot. 43. 20. fr. 2. de extr. cogn. 50. 13. Si quis ex rivo tecto per apertum ducere velit. fr. 1. §. 4. ne qu. in flum. pub. 43. 13. fr. 3. §. 1. de rivis. 43. 21. Rivos, specus, septa (reficere, purgare.) fr. 1. pr. ib. 43. 21. — **§. 2.** *Fistula, Canalis.* **III. Cn.** Novum rivum parietibus imponere. fr. 61. de usufr. 7. 1.

Rixa. *Altercatio, quae manibus consertis peragitur.* **II. Op.** Turba. Grassatura. fr. 4. §. 3. vi bon. rapt. 47. 8. fr. 16. §. 6. de poen. 48. 19. **III. Cn.** Si aliqua rixa ex litibus et contentione nata esset. fr. 20. de O. et A. 44. 7. Ad arma et rixam procedere. fr. 13. §. 3. de usufr. 7. 1. In rixa percussus

homo. fr. 17. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Coll. LL. M. I. 7.

Rixari. *Rixam inire.* I. **Sy.** Rixam facere. Coll. LL. M. I. 6. fr. 52. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Roborare. *Confirmare.* III. **Cn.** Quae — olim ordinavit antiquitas, — vel nostra serenitas roboravit. Th. C. XVI. 11. c. 3. de relig. Quam (sc. sanctionem) nos etiam hac lege roboramus. Ib. X. 10. c. 24. de petit. et ultro dat. Non solum roborandam, sed etiam augendam esse (sc. sententiam) sancimus. c. 14. de sent. et interl. 7. 45. Silentio roborare (sententiam.) c. 5. pr. de rec. arb. 2. 56.

Robur. **§. 1.** *Corporis vires, Fortitudo.* III. **Cn.** Robur hominis. Si eius roboris, vel artificii sit. fr. 26. §. 12. de cond. indeb. 12. 6. fr. 31. pr. de poen. 48. 19. Armis gestandis, pro statura ac robore corporis, idonei. Th. C. VIII. 7. c. 13. de div. offic. Integritas corporis et robur annorum. Ib. XIV. 18. c. 1. de mendic. non inval. cf. V. 7. c. 1. de exposit. — **§. 2.** *Firmitas, Effectus.* I. **Sy.** Firmamentum. Cf. h. v. III. **Cn.** Suum teneat robur atque firmitatem. Ib. V. 1. c. 2. de legit. heredit. Inconcusso robore habere. Ib. XV. 1. c. 50. de opp. pub. Plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus. Prooem. Inst. §. 6.

Robustus. (Adiect.) **§. 1.** *Virium integritate pollens.* II. **Op.** Qui corpora debiliora habeat. Iul. ep. nov. c. 74. §. 271. III. **Cn.** Robusti canes et fortes. fr. 44. de A. R. D. 41. 1. Sanus alias ac robustus. fr. 60. de re iud. 42. 1. Qui nondum robustae aetatis est. fr. 15. §. 6. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 2.** *Firmus, Stabilis.* II. **Op.** Cassus. Cf. h. v. III. **Cn.** Hoc ita ratum firmumque permaneat, ut nihil robustius aestimetur. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 1. §. 1.

Rodere. *Dentibus adterere.* III. **Cn.** Si — vestimenta mures roserint. Si rosae sint a muribus tabulae. fr. 13. §. 6. locat. 19. 2. fr. 1. §. 11. de B. P. s. t. 37. 11.

Rogare. **§. 1.** *Rerum publice sanciendarum causa, cum populo plebeve agere.* I. **Sy.** Interrogare (populum.) Gai. I. 99. Ferre (legem.) Vlp. I. 3. fr. 2. §§. 16. 23. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Comitia — magistratui rogando, subrogandove, habere. Tab. Heracl. 24. sq. aer. Neap. Populum iure rogavit, populusque iure scivit. Valer. Prob. de not. Rom. v. P. I. R. etc. Quae lex — plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus pleb. a plebe rogaverit. fr. 1. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Qui eorum post hanc legem rogatam (testamentum facere volet.) fr. 1. pr. ad L. Falc. 35. 2. Eius hac lege nihil rogatur. Valer. Prob. l. l. v. E. H. O. etc. v. S. Q. S. S. etc. Fr. L. Servil. c. 23. — **§. 1. A.** *Promulgare.* III. **Cn.** Lex, sancientibus nobis, rogata est. Th. C. XV. 1. c. 15. de opp. pub. — **§. 2.** *Postulare, Provocare.* III. **Cn.** In suo collegio primus sententiam rogatur. fr. 6. §. 5. de decurion. 50. 2. Qui auctoramento rogatus est ad gladium. Coll. LL. M. IV. 3. Si amicos adhibendos debitor requirat, — fideiussoribus rogandis. fr. 21. de usur. 22. 1. Testes rogati esse debent, ut testamentum fiat. fr. 21. §. 2. Qu. testam. fac. p. 28. 1. Rogo, Praetor, — libellos accipere digneris. Vatic. §. 166. Hoc interdictum et in absentem esse rogandum [al. irrogandum.] fr. 3. §. 14. de hom. lib. exhib. 43. 29. — **§. 3.** *Promissionem alterius desiderare*, (obligationis contrahendae, tollendaeve causa.) II. **Op.** Promittere. Paul. II. 4. §. 4. fr. 32. de R. C. 12. 1. Permittere, Concedere. fr. 38. pr. mand. 17. 1. fr. 12. §. 1. de precar. 43. 26. Accipere (utendum.) Gai. III. 196. Spondere. fr. 7. §. 12. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Si acceptum rogaverit, (liberationem ei parere.) fr. 23. pr. de usufr. 7. 1. cf. fr. 6. de acceptil. 46. 4. Qui rem deponi apud se patitur, vel utendam rogat. fr. 15. depos. 16. 3. cf. fr. 5. §§. 7. 10. commod. 13. 6. Si rem — emeris, et mihi pignori dederis, ac precario rogaveris. fr. 29. de pign. act. 13. 7. Si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque precario rogaverit, ut eam rem possidere liceret. Gai. II. 60. fr. 10. pr. fr. 21. §. 3. fr. 36. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 4.** *Precibus alteri iniungere (rem exsequendam.)* I. **Sy.** Mandare (fideicommisso.) Gai. II. 102. sqq. 261. 273. 276. sqq. III. **Cn.** Verba utilia — fideicommissorum: Peto, Rogo etc. Id. II. 249. sq. Vlp. II. 7. XXV. 2. Vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium. Gai. II. 260. sqq. Vlp. XXV. 11. 14. Paul. IV. 1. §. 13.

Rogatio. **§. 1.** *Actus rogandi.* III. **Cn.** Locatio, precariive rogatio. Et precarii rogatio, et conductio. fr. 4. locat. 19. 2. fr. 33. §. 6. de usurp. 41. 3. Aut nondum traditio facta, aut etiam facta precarii rogatio. fr. 11. §. 12. Qu. vi aut cl. 43. 24. — **§. 2.** *Lex proposita, de cuius sanctione rogetur populus.* I. **Sy.** Iustis comitiis rogata (lex.) Fr. Galli Aelii, I. Cti. Ap. Festum h. v.

Rogator. Cf. v. Togatus. §. 1.

Rogatus. (Subst.) *Preces, Petitio.* I. **Sy.** Rogatu, Quasi mandatu (eius.) Mandante eo. fr. 42. de N. G. 3. 5. fr. 32. §. 3. ad S. C. Vell. 16. 1. fr. 8. de fundo dot. 23. 5. II. **Op.** Iussus. fr. 15. §. 34. de damn. inf. 39. 2.

Rogus. *Strues lignorum, ad cremanda cadavera.* III. **Cn.** Rogum, bustumve novum, (adiicere.) L. XII Tab. X. 10. Rogum ascia polire, v. vino respergere. Ib. X. 2. L. Numae Pomp. 3.

Roma. **§. 1.** *Italiae metropolis.* (Regionum imperii R., in occidente, caput.) I. **Sy.** Vrbs romana. c. 6. §. 5. de postul. 2. 6. II. **Op.** Italia. — Provinciae. Vatic. §§. 191. sq. 247. Cf. v. Provincia. §. 1. Municipium. Cf. h. v. Roma vetus, s. antiqua. — Vrbs Constantinopolitana. c. 6. de SS. eccl. 1. 2. c. 7. pr. de temp. I. I. Rnis. 2. 53. III. **Cn.** In urbe Roma, propius(ve) M passus. Coll. LL. M. I. 3. Cf. Tab. Heracl. 20. sq. 56. aer. Br. Gai. I. 27. IV. 104. sq. In continentibus Romae aedificiis. fr. 139. pr. cf. fr. 2. pr. fr. 147. de V. S. 50. 17. Cf. v. Continens. §. 1. Qui lustrali censu Romae — censum profitebantur. Vlp. I. 8. Qui Romae magistratu funguntur, v. cognoscunt, s. ius dicunt. Vatic. §. 146. fr. 7. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 10. sqq. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Constantinopolis.* (Caput imperii R., in orientis partibus.) III. **Cn.** Vtraque R. Tam vetus, quam nova R. Iul. ep. nov. c. 73. §. 265. c. 1. §. 10. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 7. in qu. c. pign. 8. 15.

Romanus. §. 1. *Ad urbem Romam pertinens.* I. *Sy.* Roma. Vrbs romana. Cf. v. Roma. §. 1. III. *Cn.* Sacratiss. ecclesia romana. Iul. ep. nov. c. 8. §. 44. — §. 2. *Ad cives rom. spectans.* I. *Sy.* Subiecti, Romani (omnes.) Ib. c. 72. §. 262. Publicum, Nostrum, Romanum (ius.) Th. C. II. 1. c. 10. de iurisd. II. *Op.* Latina, — Romana (conditio.) c. 1. pr. de Lat. libert. 7. 6. Peregrinus. Gai. III. 96. Barbarus. Th. C. VII. 1. c. 1. de R. M. III. *Cn.* Romanum et commune ius. Ib. II. 1. c. 10. 1. Civis R. Nomen rom. Cf. v. Nomen. §. 1. D. Sese quodammodo confitetur non esse Romanum. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 2. §. 2. — §. 3. *Latinus.* I. *Sy.* Latinus, et graecus. Romanus, et Atticus. Cf. v. Atticus. III. *Cn.* Romani nominis, s. Romana (praetura.) Th. C. VI. 4. c. 25. pr. §. 1. de Pr. et Qu.

Romphaea. *Genus hastilis.* III. *Cn.* Arma sunt omnia tela, — non solum gladii, hastae, frameae, i. e. romphaeae [al. rhomphaeae.] fr. 3. §. 2. de vi et vi arm. 43. 16.

Romuleus. (Adiect.) *Ad Romulum spectans.* III. *Cn.* Qui ab urbe Roma condita, et Romuleis descendit temporibus. c. 1. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17.

Romulus. *Romanorum rex primus.* III. *Cn.* Dubium est, an Romulo et Numa regnantibus Quaestor fuerit. fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. Ipsum Romulum traditur populum in XXX partes divisisse, quas partes *curias* adpellavit. fr. 2. §. 2. de O. I. 1. 2.

Rosa. *Vnguentum rosaceum.* III. *Cn.* Vnguentis legatis, — legata videntur, — commagena, glaucina, crina, rosa etc. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Rostrum. §. 1. *Extremitas oris in corpore animali.* III. *Cn.* Personae, ex quarum rostris aqua salire solet. fr. 17. §. 9. de A. E. V. 19. 1. — §. 2. *Rostra, i. e. Suggestus in foro R.*, (rostris navium expugnatarum insignis.) III. *Cn.* Pro rostris composuerunt, v. posuerunt (leges etc.) fr. 2. §§. 4. 43. de O. I. 1. 2.

Rota. §. 1. *Orbis, quo circumacto currus procedit.* III. *Cn.* Rotam vehiculo aptare. fr. 7. §. 1. ad exhib. 10. 4. — §. 2. *Currus ipse.* III. *Cn.* Pro rotarum tritura, ac ministeriis, pecuniam — poscere. Th. C. VIII. 5. c. 21. de cursu pub. — §. 3. *Instrumentum versatile, quo machina promovetur.* III. *Cn.* Rota, per quam aqua traheretur. R. aquaria. fr. 40. §. 6. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 2. comm. praed. 8. 4. Paul. III. 6. §. 65.

Rotundus. (Adiect.) *In circuli figuram efformatus.* II. *Op.* Quadratus. Cf. h. v.

Ruber. (Adiect.) *Rubens, Rufus.* III. *Cn.* Apud rubrum mare. fr. 19. §. 18. de auro arg. 34. 2. Panno rubro (fugare armentum.) Gai. III. 202.

Rubia. *Herba, quae tincturam rubri coloris efficit.* III. *Cn.* De salinis, alumine, — herba rubia — (tituli — poscantur.) Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 1.

Rubor. §. 1. *Color purpureus.* III. *Cn.* In quibus — puri rubor [al. robur] muricis inardescit. Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic. — §. 2. *Pudor.* III. *Cn.* Non sine rubore desiderabuntur (usurae.) fr. 3. §. 4. de usur. 22. 1.

Rubria. *Legis nomen,* (ad civitates Galliae Cisalpinae spectantis.) III. *Cn.* Si ex decreto II viri, IV viri, Praefective Mutinensis, quod eius II vir, IV vir, Praefectusve, ex lege Rubria, sive id plebiscitum est, decreverit etc. L. Gall. Cisalp. I. 28. sq. 38.

Rubrianum. *Nomen S. Cti* (opem ferentis adversus perfidiam eorum, qui fideicommissariam libertatem praestare recusabant.) I. *Sy.* S. C. quod factum est temporibus D. Traiani, Rubrio Gallo et Caelio Hispone Coss. fr. 26. §. 9. fr. 28. pr. fr. 33. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. III. *Cn.* Si forte ex Rubriano S. Cto pervenerit ad libertatem. fr. 3. §. 3. de legit. tut. 26. 4.

Rubrica. *Inscriptio, Titulus.* III. *Cn.* Proponuntur (sc. interdicta) sub rubrica: Vnde vi. fr. 2. §. 3. de interd. 43. 1. cf. Vatic. §. 227.

Rudera. Cf. v. Rudus.

Rudimentum. *Tirocinium, Exordium.* III. *Cn.* Militiae rudimenta timere. Th. C. VII. 18. c. 4. §. 2. de desertor. Vt primum mundo sacri principatus nostri rudimenta fulserunt. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. pr.

Rudis. (Subst.) *Insigne gladiatorum, e ludo dimissorum.* III. *Cn.* Qui in ludum damnantur, — etiam pileari, et rudem accipere possunt. Coll. LL. M. XI. 7.

Rudis. (Adiect.) §. 1. *Non elaboratus.* I. *Sy.* Non facta (materia.) fr. 78. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 19. §. 11. de auro arg. 34. 2. III. *Cn.* Vas conflatum, ad rudem massam — reverti potest. fr. 7. §. 7. de auro arg. 34. 2. Novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere. fr. 44. de usufr. 7. 1. Rudem figuram ex stipulatu damnus actioni. c. 1. §. 7. de R. U. A. 5. 13. — §. 2. *Imperitus.* II. *Op.* Trita et veterana, — Rudia (mancipia.) fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. III. *Cn.* Rudes et nuper adsciti adiutores. Th. C. VIII. 1. c. 8. de numerar. Homines rudes, et in primis legum vestibulis stantes. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17.

Rudus. *Fragmenta laterum, vel lapidum.* III. *Cn.* Ius ei esse, terram, rudus, saxa iacere, posita habere. fr. 3. §. 2. de S. P. R. 8. 3. Cogi — posse, ut rudera tollat. fr. 6. fr. 7. §. 2. de damn. inf. 39. 2.

Ruere. §. 1. *Corruere.* III. *Cn.* Si quid ibi ruet, scindetur, fodietur, aedificabitur. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. Posse evenire, ut demoriantur mancipia, praedia ruant. fr. 11. §. 5. de minor. 4. 4. Aedificium ruens — reficere. fr. 1. §. 3. fr. 4. de imp. in res dot. 25. 1. — §. 2. *Celeriter se demittere.* III. *Cn.* Ruentis grandinis lapidatio. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic.

Rugosus. (Adiect.) *Rugis plenus.* III. *Cn.* Pantomimus veste humili, et rugosis sinibus agitator. Th. C. XV. 7. c. 12. de scaenic.

Ruina. §. 1. *Incursio, Irruptio.* I. *Sy.* Vastatio (hostilis, s. hostium.) Nov. Val. III. de confirm. h. II. 32. c. 1. §. 5. de praed. pistor. Cf. II. 34. c. 1. §. 1. — §. 2. *Lapsus aedium, aliorumve operum.* III. *Cn.* Cum via publica fluminis impetu, vel ruina, amissa est. fr. 14. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Et caelum pestilens, et ruinas minantur (immunditiae

cloacarum.) fr. 1. §. 2. de cloac. 43. 23. Domus — labi patitur in ruinas. Th. C. X. 2. c. 1. de dom. ad rem priv. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 3. Si de ruina aliquid in tuam aream — deciderit. fr. 5. §. 5. ad exhib. 10. 4. Ruina simul oppressi (sc. socii) perierant. fr. 8. pr. de hered. inst. 28. 5. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata, raptum etc. Paul. V. 3. §. 2. fr. 1. pr. §§. 3. sqq. de incend. ruina. 47. 9. Cf. fr. 1. §. 1. depos. 16. 3.

Ruinosus. (Adiect.) *Ruinam minans.* I. **Sy.** Ruentia (aedificia.) Ruinosae (aedes.) Vlp. VI. 15. fr. 1. §. 3. de imp. in res dot. 25. 1. fr. 6. de damn. inf. 39. 2.

Rumor. *Sermo in populo de nuncio aliquo, cuius non reperitur auctor.* III. **Cn.** Postea, quasi certiore nuncio adlato, dubitare coeperit, — quia hic rumor postea perrepserat. fr. 2. pr. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Occiso, et rumore perlato, quasi etc. fr. 92. de hered. instit. 28. 5.

Rumpere. **§. 1.** *Scindere, Corrumpere.* I. **Sy.** Abrumpere. Cf. h. v. §. 1. Corrumpere. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Vt ruptis vinculis, et effracto carcere, evadant. fr. 13. de cust. et exhib. 48. 3. Poena — ex L. XII Tabb. propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os vero fractum aut collisum etc. Gai. III. 223. Cf. Frr. XII Tabb. VIII. 2. Rupta, aut fracta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa. Gai. III. 217. Si ruperit quid, vel fregerit, vel usserit. fr. 70. §. 1. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 27. §. 5. ad L. Aqu. 9. 2. Aquiliae actionem esse, s. Aquilia teneri, quasi ruperit. fr. 27. §. 24. ib. 9. 2. fr. 27. §. 3. de furt. 47. 2. fr. 7. §. 2. arb. furt. caes. 47. 7. Si quis iumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur. Gai. III. 219. fr. 27. §. 23. fr. 39. pr. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 1. A.** *Proscindere.* I. **Sy.** Caedere, Verberare, Flagris rumpere. fr. 27. §. 17. ib. 9. 2. fr. 9. §. 3. fr. 15. §. 39. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Interrumpere.* I. **Sy.** Interrumpere (obstacula, v. ambages.) Th. C. II. 4. c. 6. de denunc. v. edit. rescr. II. 5. c. 1. de dom. rei qu. posc. — **§. 3.** *Rescindere, Abolere.* I. **Sy.** Disrumpere (testamentum.) L. Rom. Burg. 45. (al. 44.) Rescindere. Gai. II. 143. II. **Op.** Iure fieri, Valere, — Iure factum rumpi (testamentum.) Id. II. 144. 146. fr. 7. de lib. et posth. 28. 2. fr. 1. sq. fr. 3. §. 6. de iniusto rupto. 28. 3. III. **Cn.** Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum. Paul. III. 4.B. §. 14. Vlp. XXIII. 1. Gai. II. 146. sq. Paul. IV. 8. §. 2. fr. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Rumpitur testamentum mutatione, — item adgnatione. Vlp. XXIII. 2. cf. XXII. 18. Gai. II. 134. 138. 141. sqq. Paul. III. 4. B. §§. 9. sq. Qui (sc. liberi) modo in ea causa sint, ut, si vivo eo nati fuerint, in potestate eius futuri sint, neque testamentum rupturi. fr. 1. §. 1. de testam. tut. 26. 2. fr. 26. de vulg. et pup. 28. 6. Gradu enim rupto [al. rumpto] et infirmato, amplius hereditas inde obtineri non potest. fr. 4. sq. de iniusto rupt. 28. 3. — **§. 4.** *Violare, Fallere.* II. **Op.** Servare (fidem.) c. 6. si manc. ita fuer. alien. 4. 57. cf. fr. 16. de transact. 2. 15. III. **Cn.** Qui munus publice mandatum accepta pecunia ruperunt [al. rumperunt.] fr. 9. ad L. Iul. repet. 48. 11. Fidem rumpens societatis etc. c. 22. ex qu. c. infam. 2. 12. cf. c. 7. si qu. alteri v. sibi. 4. 50.

Ruptio. *Corruptio.* III. **Cn.** Eas ruptiones, quae damna dant, persequitur (Aquilia.) fr. 27. §. 17. ad L. Aqu. 9. 2.

Ruralis. (Adiect.) *Agrestis.* III. **Cn.** Habitationes et solitudines (rurales.) Nov. Maior. de defens. civit. IV. 2. c. 1. Obsequia ruralia. c. 16. de episc. et cler. 1. 3.

Rurestris. Idem. I. **Sy.** Rusticus. Paul. III. 6. §§. 70. 72. fr. 99. pr. §. 2. de legat. III. (32.) c. 31. de locat. 4. 65.

Rursus, s. **Rursum.** (Advb.) **§. 1.** *Contra, Vice versa.* I. **Sy.** Contra. Cf. h. v, §. 2. III. **Cn.** Excludi, et rursus excludere. Gai. III. 51. Interdum evenit, ut exceptio — inique noceat actori. — Interdum ut rursus replicatio etc. Id. IV. 126. sqq. Defendere, v. Praestare, rursus. fr. 58. de pact. 2. 14. fr. 75. de procur. 3. 3. — **§. 2.** *Iterum, Denuo.* III. **Cn.** Retro dare, ac rursus accipere. fr. 67. de solut. 46. 3. Ab eo, cui — relinquimus, rursus alii — relinquere possumus. Gai. II. 271. Rursus incipere, v. recipere. Id. II. 67. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Renasci rursus. fr. 30. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Deinde.* III. **Cn.** Rursus ex contrario. Gai. II. 251. III. 201. Non potest aliter intelligi, — quam si mors secuta sit; rursus morte secuta etc. Id. III. 100. 141. Hoc modo. Rursum ita etc. Id. II. 232. Capite II. legis Iuliae. — Rursusque capite V. Paul. II. 26. §§. 1. 3.

Rus. *Ager, Fundus.* I. **Sy.** Arva, Agri. Th. C. VII. 20. c. 7. de veteran. XII. 18. c. 1. sq. si curial. rel. civ. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 18. III. **Cn.** Rus mittere. Rure morari. fr. 15. §. 1. de usuf. 7. 1. fr. 12. §. 31. de instr. leg. 33. 7. Quae in his terris, quas incolunt, atque in eodem rure gignuntur. Th. C. XIII. 1. c. 3. de lustr. coll.

Rusconiensis. (Adiect.) *Ad Rusconias pertinens, Mauritaniae Caesariensis coloniam.* III. **Cn.** De telonio — ex V centesimis duae Rusconiensis [al. Rusicaniensis, s. Rusicadensis] et Coluanae [al. collectaneae] civitatibus — inferantur. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 1.

Rusticanus. *Ad rus, et rusticos, pertinens.* I. **Sy.** Rusticus. Th. C. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat. XI. 11. c. 1. ne damn. prov. III. **Cn.** Coloni rei privatae, vel caeteri rusticani. Ib. XIII. 1. c. 10. cf. c. 3. de lustr. coll. Rusticana plebs, quae extra muros posita etc. c. 1. ne rusticani. 11. 54. Homo rusticanus. fr. 17. pr. de d. m. exc. 44. 4.

Rusticitas. **§. 1.** *Rusticorum ordo.* III. **Cn.** Vt innocens et quieta rusticitas particularis patrocinii — beneficio perfruatur. c. 3. de defens. civit. 1. 55. — **§. 2.** *Ruditas, Imperitia, (quae in rusticis esse solet.)* III. **Cn.** Quae (sc. persona) ignorare, propter rusticitatem vel propter sexum femininum, ius suum possit. fr. 2. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Si per rusticitatem aliquid fuerit omissum. fr. 1. §. 15. de inspic. ventre. 25. 4. Mediocritas, et rusticitas (excusationem merentur.) Vatic. §. 244. Qui ob segnitiem, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam, (re-

motus sit.) fr. 3. §. 18. de susp. tut. 26. 10. cf. fr. 7. §. 4. de iurisd. 2. 1.

Rusticus. (Subst.) *Qui agrum colit.* I. **Sy.** Rusticanus. Cf. h. v. II. **Op.** Vrbanus. c. 4. de defens. civit. 1. 55. III. **Cn.** Rustici, cum vacaverint. fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16. Vestimenta rusticis facere. Paul. III. 6. §. 37.

Rusticus. (Adiect.) **§. 1.** *Ruri constitutus. Ruris culturae destinatus.* I. **Sy.** Rurestris. cf. h. v. II. **Op.** Vrbana, s. Vrbica, — Rustica (familia.) fr. 65. pr. de legat. II. (31.) fr. 166. pr. de V. S. 50. 16. (via.) fr. 2. §. 24. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Praedia rustica, vel suburbana. fr. 1. pr. §. 1. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. c. 16. de praed. et al. reb. min. 5. 71. Licet in praediis rusticis sint (sc. servi,) tamen si opus rusticum non faciant etc. fr. 99. pr. de legat. III. (32.) cf. Paul. III. 6. §. 35. Qui rusticarum rerum rationes dispenset. fr. 166. pr. de V. S. 50. 16. Aedificium, quod rusticae magis custodiae convenit, quam urbanis aedibus. fr. 180. fr. 198. ib. 50. 16. cf. fr. 4. §. 1. in qu. c. pign. 20. 2. — **§. 2.** *Ad locum spectans, qui aedificio non est occupatus.* II. **Op.** Vrbanorum praediorum, — Rusticorum praed., v. Rusticae (servitutes, s. iura.) fr. 1. de servit. 8. 1. fr. 1. pr. §. 1. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. §. 1. de itin. actuq. pr. 43. 19.

Ruta caesa. *Res mobiles, quae ad certum fundum spectant, nec iam in usum eius cesserunt.* III. **Cn.** Ruta caesa, vincta, fixaque, quae aedium non essent. fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 66. §. 2. de contr. emt. 18. 1. In rutis caesis ea sunt, quae terra non tenentur. fr. 241. de V. S. 50. 16. Si ruta et caesa excipiantur, — ea placuit esse ruta, quae eruta sunt; — caesa ea esse, ut arbores caesas, et carbones etc. fr. 17. §. 6. fr. 18. §. 1. de A. E. V. 19. 1.

Rutilans. (Partic.) *Rutilus.* III. **Cn.** Litteris sanguine suo rutilantibus (adnotare.) c. 15. de milit. testam. 6. 21.

Rutilianus. (Adiect.) *A Rutilio nomen trahens.* III. **Cn.** Quae species actionis adpellatur Rutiliana, quia a praetore P. Rutilio, qui et bonorum venditionem introduxisse dicitur, comparata est. Gai. IV. 35. Iulianus (putabat,) propter Rutilianam constitutionem etc. Vatic. §. 1.

Rutilius. *Nomen I. Cti* (qui Romae Cos. fuit a. u. 649.) III. **Cn.** Ab his (sc. P. Mucio, et Bruto, et Manilio) profecti sunt: P. Rutilius Rufus, qui Romae Cos. et Asiae Procos. fuit. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2. (Cf. v. Rutilianus.)

Sabatenus. (Adiect.) *Ad Sabaten spectans,* (lacum Hetruriae.) III. **Cn.** Emit lacum Sabatenum [al. Sabatenem, v. Sabatianensem] angularium. fr. 69. de contr. emt. 18. 1.

Sabatiani. *Adseclae Sabatii haeretici.* III. **Cn.** Ariani, — Novatiani ac Sabatiani [al. Sabbatiani,] caeterique haeretici. Th. C. XVI. 5. c. 59. c. 65. §. 2. de haeret.

Sabbatum. *Septimus quisque dies hebdomadae,* (feriatus ex lege Iudaeorum.) III. **Cn.** Die sabbati, — sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant. Ib. II. 8. c. 3. de feriis. XVI. 8. c. 20. §. 1. de Iud.

Sabiniani. (Subst.) *Adseclae Mas. Sabini, I. Cti.* II. **Op.** Proculiani. Cf. v. Proculeiani. III. **Cn.** Placuisse scio Sabinianis, — quod et Iulianus — probat. fr. 11. §. 3. de don. int. V. 24. 1. Vt Sabinianis visum est. fr. 11. de A. R. D. 41. 1. cf. c. 3. de post. hered. 6. 29.

Sabinianus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad libros spectans, quos de iure civili conscriptos reliquit Mas. Sabinus.* I. **Sy.** Quos (sc. libros) ad Mas. Sabinum scripsit (Vlpianus etc.) Sabiniani libri. c. 14. de hered. inst. 6. 24. c. 3. de indict. viduit. 6. 40. — **§. 2.** *Ad S.C. huius nominis pertinens.* III. **Cn.** Qui, ex Sabiniano S.Cto, ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptati. c. 10. §. 3. de adopt. 8. 48. c. 66. de decurion. 10. 31.

Sabinilla. *Mulieris nomen.* III. **Cn.** Impp. — Marthônae [al. matronae] et Sabinillae. c. 3. si adv. libert. 2. 31.

Sabinus. **§. 1.** *Nomen I. Cti, temporibus Tiberii illustris,* (qui in Ateii Capitonis partes abiit.) II. **Op.** Sabinus, et Cassius, (caeterique nostri praeceptores.) — Diversae scholae auctores. Gai. II. 79. 195. IV. 79. 114. III. **Cn.** Hi duo (sc. At. Capito et Ant. Labeo) primum veluti diversas sectas fecerunt. — Et ita At. Capitoni Masur. Sabinus successit, Labeoni Nerva; adhuc eas dissensiones auxerunt. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Itaque et veteres putant, et Sabinus et Cassius scribunt. Vatic. §. 1. (Cf. v. Cassius.) Servius Sulpicius et Masur. Sabinus — dixerunt. Gai. III. 183. cf. II. 244. Adeo ut Sabinus existimaverit etc. — Sed Iuliano et Sexto placuit etc. Id. II. 218. — **§. 2.** *Nomen I. Cti, qui Vespasiani temporibus floruit.* III. **Cn.** Nostri praeceptores putant. — Sed ait Caelius Sabinus etc. Id. III. 141. Cael. Sabinus ait. — Iavolenus autem ait etc. Id. III. 70. Cael. Sab. Labeonem refert — definisse etc. Gell. IV. 2.

Saccarius. *Qui saccos portat.* III. **Cn.** Si quid ex sacco saccarii cecidisset. fr. 40. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Per ipsos saccarios, vel eos qui se huic corpori permiscere desiderant, — comportari. Th. C. XIV. 22. c. 1. de saccar.

Saccellus. Cf. v. Sacculus.

Saccophori. *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Cum nonnulli ex his (sc. Manichaeis) — Hydroparastatas, vel Saccophoros nominari se velint. Th. C. XVI. 5. c. 7. §. 3. cf. c. 9. §. 1. c. 11.

Saccularius. *Qui, sacculo adhibito, vetitas artes exercet.* III. **Cn.** Saccularii, qui vetitas in sacculo [al. sacculis] artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt; item qui directarii adpellantur. fr. 7. de extr. crim. 47. 11. fr. 1. §. 2. de effractor. 47. 18.

Sacculus. *Parvus saccus, Marsupium.* I. **Sy.** Saccus. fr. 1. §. 36. fr. 26. §. 2. fr. 29. pr. depos. 16. 3. Saccellus. Interpr. ad Paul. II. 12. §. 5. II. **Op.** Numerare. Numeratione solvere. — Simul in sacculo solvere, s. dare. fr. 25. §. 1. de usufr. 7. 1. fr. 3. §. 6.

de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Pecunia in sacculo signato deposita. Sacculum cum pecunia (obsignare.) fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. fr. 8. de L. comm. 18. 3. Paul. II. 12. §. 5. Vetitas in sacculo artes exercentes (saccularii.) Cf. v. Saccularius.

Saccus. **§. 1.** ***Receptaculum ad portandum frumentum etc.*** III. **Cn.** Saccus saccarii. Cf. v. Saccarius. — **§. 2.** ***Crumena.*** I. **Sy.** Sacculus. Cf. h. v. III. **Cn.** Saccum nummorum (deponere etc.) fr. 21. §. 1. fr. 77. de furt. 47. 2. Debere statim solvere; cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. fr. 105. de solut. 46. 3.

Saccus. *Nomen servi.* III. **Cn.** Saccus, servus medius, et — ancillae meae, — liberi sunto. fr. 44. de man. testam. 40. 4.

Sacellum. *Locus parvus consecratus,* (ad rem divinam faciendam.) I. **Sy.** Locus parvus, deo sacratus, cum ara. Fr. C. Trebatii, I.Cti. Ap. Gell. VI. 12.

Sacer. (Adiect.) **§. 1.** *Deis (superis) consecratus.* I. **Sy.** Quod deorum habetur. Sacrum. Fr. C. Trebatii, I.Cti. Ap. Macrob. saturn. III. 3. Quae diis superis consecratae sunt, Sacrae (res.) Gai. II. 4. II. **Op.** Religiosus. Cf. h. v. §. 1.A. Sanctus. fr. 1. pr. fr. 6. §. 2. de R. D. 1. 8. fr. 1. pr. fr. 2. ne qu. in loco sacr. 43. 6. Profanus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quod non ex auctoritate populi R. consecratum est, — proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur. Gai. II. 7. Sacra, vel religiosa res, vel usibus publicis in perpetuum relicta. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. fr. 17. pr. de V. S. 50. 16. Vlp. XXIV. 9. Gai. II. 48. fr. 22. fr. 72. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Cura aedium, locorumque sacrorum. fr. 1. §. 3. ne qu. in loco sacr. 43. 6. Certaminibus sacris deservire, v. coronari. fr. 4. pr. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 6. §. 13. de excusatt. 27. 1. — **§. 1.A.** ***Qui sine piaculo occidi potest.*** III. **Cn.** Patronus, si clienti fraudem fecerit, sacer esto! L. Romuli. c. 1. Ipsus Iovi sacer esto! L. Numae Pomp. c. 13. — **§. 2.** ***Colendus, Sanctus.*** III. **Cn.** Sacer ac venerabilis (episcopus.) Th. C. I. 6. c. 4. (Wck.) de off. Prf. Vr. Sacris nominibus debita (reverentia.) Ib. VIII. 18. c. 1. pr. de matern. bon. Vrbs sacra. c. 2. de naut. foen. 4. 33. — **§. 2.A.** ***Imperialis, Principalis.*** I. **Sy.** Principum, Principalis, Sacra (constitutio etc.) fr. 18. pr. §§. 3. 5. 8. de iure fisci. 49. 14. Th. C. XI. 20. c. 1. sq. de collat. donat. Noster, Divinus. Ib. IX. 22. c. 1. si qu. sol. circul. XIII. 4. c. 4. de excus. artif. (Cf. v. Noster. §. 3.) III. **Cn.** Sacri, ac privati, aerarii comites. Comes sacrarum, ac privatarum. Ib. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron. XII. 1. c. 120. de decurion. Ex metallo Principis, vel ex moneta sacra, furari. fr. 38. pr. de poen. 48. 19. Contra leges, et sacras constitutiones. fr. 27. de re iud. 42. 1. Libellum Principi dedisse, et sacrum rescriptum exspectare. fr. 4. de adpell. recip. 49. 5. cf. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. Sacrum nostri numinis iudicium. Th. C. XI. 30. c. 49. de adp. et poen. Vice sacra cognoscere. Ib. c. 16.

Sacerdos. **§. 1.** ***Minister sacrorum, Antistes.*** III. **Cn.** Cuius (sc. dei) sacris vacare sacerdotes oportet. fr. 32. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. Cuius (sc. iustitiae) merito quis nos sacerdotes adpellet. fr. 1. §. 1. ib. 1. 1. — **§. 2.** ***Episcopus, Presbyter.*** I. **Sy.** Antistes, Episcopus. Cf. v. Antistes. §. 2. III. **Cn.** Sacerdotes, et ministri. Th. C. XVI. 2. c. 31. de episc. eccl. Tam sacerdotes, quam clerici, laicique. Ib. XVI. 5. c. 52. pr. de haeret.

Sacerdotalis. (Adiect.) *Ad sacerdotes spectans.* I. **Sy.** Episcopalis (audientia.) Ib. XVI. 2. c. 45. c. 47. de episc. eccl. III. **Cn.** Sacerdotali adsumtione episcoporum nomen infamant. Ib. XVI. 5. c. 9. de haeret. Neque cinguli praerogativa — utetur, neque sacerdotali privilegio. Iul. ep. nov. c. 96. §. 357.

Sacerdotalis. (Subst.) *Sacerdos, Sacerdotio functus.* I. **Sy.** Qui munus sacerdotii transegerunt. Sacerdotales. Sacerdotes. Th. C. VII. 13. c. 22. de tiron. XII. 1. c. 145. c. 176. de decurion. XVI. 5. c. c. 54. §§. 1. 4. de haeret. III. **Cn.** Illustres, — spectabiles, — senatores, — clarissimi, — sacerdotales, — principales, — decuriones. Ib. c. 52. pr. l. l. Sacerdotales, et Flamines perpetui, atque etiam Duumvirales. Ib. XII. 5. c. 2. Quemad. mun. civ.

Sacerdotium. *Munus et dignitas sacerdotis.* I. **Sy.** Flaminii honor. Th. C. XII. 1. c. 21. de decurion. Episcopalis locus. Ib. XVI. 2. c. 35. de episc. eccl. Sacerdotale privilegium. Iul. ep. nov. c. 22. §. 87. c. 96. §. 357. III. **Cn.** Magistratum, v. Honorem, aut sacerdotium (petere etc.) fr. 1. §. 1. ad L. Iul. amb. 48. 14. Paul. V. 30.A. §. 1. fr. 41. de pollicit. 50. 12. Magistratus et sacerdotiorum editiones. Th. C. XV. 5. c. 1. de spectac. Quas (sc. virgines Vestales) etiam veteres, in honorem sacerdotii, liberas esse voluerunt. Gai. I. 145. cf. fr. 32. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. Flaminis, vel sacerdotii provinciae, ornamenta. Th. C. IV. 6. c. 3. de natur. fil. XII. 1. c. 75. de decurion. Cf. fr. 17. pr. de mun. et hon. 50. 4.

Sacramentum. **§. 1.** *Res sacrae. Mysterium.* I. **Sy.** Caerimoniae, Religio (Iudaeorum.) Th. C. III. 1. c. 5. de contr. emt. XVI. 8. c. 13. c. 23. de Iud. — **§. 2.** ***Pecuniae summa, quam litigantibus imperabat Praetor,*** (in publicum inferendam, neque repetendam ab illo, qui causa caderet.) III. **Cn.** Lege agebatur — sacramento etc. — Sacramenti actio generalis erat. Gai. IV. 12. sq. 20. 31. Quando tu iniuria vindicavisti, D aeris sacramento te provoco. Id. IV. 16. 95. Valer. Probus de not. R. v. Q. Poena sacramenti aut quingenaria erat, aut quinquagenaria. Gai. IV. 14. cf. 16. Praedes ipse Praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod in publicum cedebat. Id. IV. 16. cf. c. 13. — **§. 3.** ***Iusiurandum.*** I. **Sy.** Iuramentum, Iusiurandum. Cf. h. vv. Iurare, Sacramenta praebere. L. Rom. Burg. 23. (al. 24.) III. **Cn.** Scelestam inire factionem, aut factionis ipsius suscipere sacramenta. Th. C. IX. 14. c. 3. pr. ad L. Corn. de sicar. — **§. 4.** ***Officium stipendiorum faciendorum.*** I. **Sy.** Militia. Ib. VI. 13. c. 1. de com. et tribun. schol. Obsequium. Cf. h. v. §. 2. Stipendium. Cf. h. v. III. **Cn.** Prohibentur accusare — propter sacramentum, ut qui stipendium merent. fr. 8. de ac-

cus. 48. 2. Miles — solvi sacramento, deportarique debet. fr. 11. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 2. §. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2. Ad nullos unquam honores, nulla prorsus sacramenta perveniant. Th. C. IX. 14. c. 3. pr. ad L. Corn. de sicar. Cinguli sacramenta desiderare. Alterius gradus sacramenta merere. Ib. VII. 2. c. 2. Qu. prob. deb. VIII. 4. c. 8. pr. de cohortal.

Sacrarium. **§. 1.** *Receptaculum sacrorum.* II. ***Op.*** Sacer locus, est locus consecratus; Sacrarium est locus, in quo sacra reponuntur. fr. 9. §. 2. de R. D. 1. 8. fr. 1. §. 1. ne qu. in loco sac. 43. 6. — **§. 2.** *Palatium Principis.* III. ***Cn.*** Legati, qui ad sacrarium Principis mittuntur. fr. 18. §. 12. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. XII. 12. c. 8. c. 16. de legat. et decr. V. Sp. Ex-comite nostri sacrarii. Ib. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. — **§. 3.** *Scrinium Principis.* III. ***Cn.*** Nullam huiusmodi sanctionem e nostro sacrario profluxisse. Ib. XVI. 5. c. 16. de haeret. — **§. 3. A.** *Secretarium iudicis.* III. ***Cn.*** Sic pro iudiciis putabunt sese homines in sacrariis sisti. c. 2. §. 8. de iureiur. pr. cal. 2. 59. — **§. 4.** *Aerarium Principis.* III. ***Cn.*** Sacrarii [al. Sacri aerarii] nostri incrementis accedant (donationes.) Th. C. XVI. 5. c. 49.

Sacratus. (Partic.) *Sacrosanctus.* I. ***Sy.*** Dicatus (deo.) Cf. h. v. Aeternus, Augustus. Th. C. VI. 2. c. 5. de Senat. et de gleb. XIII. 5. c. 32. de navicul. Sacra, Sacratissima atque arcana (vasa.) c. 21. de SS. eccl. 1. 2. Sacrosanctus. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Sacratissimo numini servientes (clerici.) Th. C. XIII. 1. c. 16. de lustr. coll. Princeps, s. Imperator, sacratissimus. Gai. I. 53. fr. 9. ad S.C. Tert. 38. 17. Exactio — perpetuarii iuris, vel sacratissimae domus. Th. C. I. 11. c. 1. (Wck.) de off. Com. rei pr. Leges sacratiss. c. 9. de LL. 1. 14.

Sacrificare. *Rem divinam facere* (paganorum ritu.) I. ***Sy.*** Facere, Celebrare, sacrificium. Th. C. XVI. 10. c. 9. c. 11. sqq. de pagan. III. ***Cn.*** Immolare hostiam, sacrificaturus. In templis — tale sacrificandi genus exercere. Ib. c. 12. §§. 1. 3. 1.

Sacrificium. *Res divina,* (quae fit diis quidpiam offerendo, aut victimam caedendo.) III. ***Cn.*** In dapem, i. e. in sacrificium, impendere. Gai. IV. 28. Solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. Vlp. IX. 1. Gai. I. 112. Qui mala sacrificia fecerit, habuerit. fr. 13. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. cf. Th. C. IX. 16. c. 7. de malefic. XVI. 10. c. 23. c. 25. de pagan. SS. religionis cultu — desciscere, ac se sacrificiis mancipare. Ib. XVI. 7. c. 5. c. 7. §. 3. de apostat.

Sacrilege. (Advb.) *Contra religionem christianam.* III. ***Cn.*** Sacrilege desciscere. Th. C. XVI. 5. c. 52. pr. de haeret.

Sacrilegium. **§. 1.** *Rerum consecratarum direptio, aut profanatio.* III. ***Cn.*** Res privatorum, si in aedem sacram depositae, subreptae fuerint, furti actionem, non sacrilegii esse. fr. 5. sq. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Proximum sacrilegio crimen est, quod maiestatis dicitur. fr. 1. pr. ad L. Iul. mai. 48. 4. Th. C. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. In hoc genus sacrilegii prorumpere, ut in catholicas ecclesias irruens etc. Ib. XVI. 2. c. 31. pr. de episc. eccl. — **§. 2.** *Temeratio merae Christianorum fidei.* III. ***Cn.*** Est in haeresis pravitate coniunctio, et — idem sacrilegium. c. 8. §. 2. de haeret. 1. 5. Ariani sacrilegii venenum. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 1. eod. In sacrilegia templorum — transiisse. Ib. XVI. 7. c. 3. §. 1. de apostat. — **§. 3.** *Defectus reverentiae erga Principem.* III. ***Cn.*** Nemo eas sine summo sacrilegio possessiones existimet postulandas. Ib. X. 10. c. 16. de petit. et ultro dat. Sacrilegii poena, quae divalium scitorum violatores palam insequitur. Ib. VII. 4. c. 30. de erog. mil. ann. cf. IX. 38. c. 6. de indulg. crim.

Sacrilegus. **§. 1.** *Qui rem consecratam furatur.* I. ***Sy.*** Qui publica sacra compilavit. fr. 9. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. III. ***Cn.*** Sacrilegi, latrones, plagiarii, (fures.) fr. 4. §. 2. ib. 48. 13. cf. fr. 13. pr. de off. Praes. 1. 18. Sacrilegus, in maiestate reus etc. Th. C. IX. 38. c. 3. de indulg. crim. — **§. 2.** *Verae Christianorum fidei infectus.* III. ***Cn.*** Polluta loca sacrilegus temerator intrare. Ib. XVI. 10. c. 11. cf. c. 19. §. 3. de pagan. Apostatarum sacrilegum nomen. Ib. XVI. 7. c. 7. pr. de apostat. Non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui etc. Ib. VIII. 8. c. 3. de exsecutor. — **§. 3.** *Temerator.* III. ***Cn.*** Adulterio probato, — sacrilegos nuptiarum — insuere culeo vivos. Ib. XI. 36. c. 4. Quor. adp. n. rec. — **§. 4.** *Impius, Nefarius.* III. ***Cn.*** Sacrilega vitem falce succidere. Ib. XIII. 11. c. 1. de censitor. Sacrilego animo adsumere. Ib. IX. 42. c. 6. de bon. proscr.

Sacrosanctus. (Adiect.) *Deo consecratus, Sacer.* I. ***Sy.*** Dicatus (deo.) Cf. h. v. Divinus. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. §. 1. de h. qu. ad eccl. Religiosus. Cf. h. v. §. 1. Sacratus. Cf. v. Dicatus. III. ***Cn.*** Catholica sacrosancta ecclesia. Th. C. XVI. 5. c. 47. de haeret. cf. V. 3. c. 1. de bon. cleric. Sacrosanctis mysteriis servientes. Ib. XII. 1. c. 123. §. 5. de decurion.

Sacrum. (Subst.) **§. 1.** *Sacra, i. e. Sacrificium, Res divina.* III. ***Cn.*** Pontifex, dum sacra facit. fr. 2. de in ius voc. 2. 4. Vatic. §. 148. Vt essent, qui sacra facerent. Gai. II. 55. Quod ad sacra tantum, — in manu esse. Id. I. 136. Qui sacra impia, nocturnave, — fecerint. Paul. V. 23. §. 15. — **§. 2.** *Res, cultui divino destinata.* III. ***Cn.*** Sacra inde evocare. fr. 9. §. 2. de R. D. 1. 8. Ne funestentur sacra civitatis. Paul. I. 21. §. 2. — **§. 3.** *Mysteria.* III. ***Cn.*** Initiari curiae sacris. Th. C. XII. 5. c. 3. Quemad. mun. civ. — **§. 4.** *Vinculum potestatis domesticae.* I. ***Sy.*** Familia. c. 12. de collat. 6. 20. Potestas. Th. C. VIII. 18. c. 1. pr. §. 1. de matern. bon. II. ***Op.*** In sacris constitutus, s. agens. — Sui iuris effectus. Emancipatus. c. 37. §§. 1. sq. de inoff. testam. 3. 28. Th. C. VIII. 16. c. 6. §. 1. de h. qu. admin. III. ***Cn.*** Qui in sacris familiae tuae remanet. c. 11. de donat. 8. 54. Solvi familia, et sacris explicari. Th. C. XII. 1. c. 7. de decurion. Cf. Vatic. §. 248.

Saecularis. (Adiect.) *Extra clericalem ordinem constitutus. Profanus.* I. ***Sy.*** Temporalis. Cf. h. v. §. 3. II. ***Op.*** Sanctimonialis, Beata (conversatio, s. vita.) c. 56. pr. de episc. et cler. 1. 3. Nov.

Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §§. 1. 5. Episcopalis. Th. C. XVI. 2. c. 47. §. 1. de episc. eccl.

Saeculum, s. **Seculum.** **§. 1.** *Longum annorum spatium.* III. ***Cn.*** Nobilis regionibus, serie saeculorum antiquissima (colonia.) fr. 1. pr. de censib. 50. 15. Quae perpetuis, aut infinitis saeculis servabantur. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 12. — **§. 2.** *Vniversitas hominum, certo tempore viventium.* III. ***Cn.*** Vel nostri temporis, vel prioris saeculi aetate. Th. C. XV. 1. c. 25. de opp. pub. Secundum seculi severitatem, nondum admittentis supellectilem argenteam. fr. 3. §. 5. de supell. leg. 33. 10. Inhoneste, et contra decus saeculi, — versari. Th. C. VI. 29. c. 3. de curios. Abhorret a saeculo nostro. c. 3. ne fisc. v. resp. 2. 18. — **§. 3.** *Mundus.* II. ***Op.*** Ecclesia. Th. C. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl. III. ***Cn.*** In extrema parte romani saeculi — amandatos (sc. milites.) Nov. Th. II. ne duciani v. limit. I. 2. c. 1. §. 2.

Saepe. (Advb.) *Non semel, Haud raro.* I. ***Sy.*** Amplius quam semel. Gai. I. 152. sq. Iterum, Saepius. Cf. v. Iterum. §. 1. III. ***Cn.*** Semel, et bis, et ter, et saepius. Gai. l. l. Si quis pulsatus quidem non est, verum — saepe territus. fr. 15. §. 1. de iniur. 47. 10. Vel saepius mutata specie. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. Saepe destinat fur etc. Gai. III. 184. Saepe solemus accipere etc. Id. III. 117. Saepe valet, v. oportet. Id. III. 149. IV. 131. Sic esse saepe iudicatum. fr. 1. §. 27. de S.C. Silan. 29. 5. Saepissime rescriptum et constitutum est. fr. 1. de iure codic. 29. 7. cf. fr. 6. pr. de relig. 11. 7. fr. 1. §. 7. si is qu. test. lib. 47. 4.

Saepenumero. Idem. III. ***Cn.*** Saep. mutatur rei effectus. fr. 47. de cond. et dem. 35. 1. Quas (sc. iniurias) saep. Rectores Pr. — fieri censuissent. Th. C. X. 4. c. 2. de actor. procur.

Saeve. (Advb.) *Crudeliter.* III. ***Cn.*** Immoderate eo utebatur. — Saevius cum eo agebat. fr. 17. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1.

Saevire. **§. 1.** *Crudeliter agere.* I. ***Sy.*** Sibi manus inferre. In se, v. In corpus suum, saevire. fr. 1. §. 22. de S.C. Silan. 29. 5. cf. fr. 9. §. 7. de pecul. 15. 1. Atrocissime tractare. Saev. in servos suos. Gai. I. 53. Coll. LL. M. III. 3. — **§. 2.** *Severam sententiam exercere.* III. ***Cn.*** Iudices immodice saevientes. Th. C. IX. 3. c. 2. de cust. reor. Animo saevientis satisfactum non esse. fr. 6. §. 1. de serv. export. 18. 7.

Saevitas. Cf. v. Scaevitas.

Saevitia. **§. 1.** *Atrocitas, Crudelitas.* III. ***Cn.*** Si intolerabilis videatur dominorum saevitia. Gai. I. 53. Coll. LL. M. III. 3. Si saevitia, si duritia, si fame eos (sc. servos) premant. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Modum eum tenere debere, ne sua feritate vel saevitia ea corrumpat. fr. 15. §. 3. de usufr. 7. 1. Praeceptoris nimia saevitia culpae adsignatur. fr. 6. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Enormitas.* I. ***Sy.*** Tantus furor, ita ferox, ita perniciosus etc. Saevitia furoris. fr. 22. §§. 7. sq. sol. matrim. 24. 3.

Saevus. (Adiect.) **§. 1.** *Crudelis, Inhumanus.* III. ***Cn.*** Si maritus saevus in servos dotales fuit. fr. 24. §. 5. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Severus.* III. ***Cn.*** Saeviori sententiae subiugari. Th. C. IX. 1. c. 1. de accus. et inscr. Saeviores [al. Severiores] non exerceant quaestiones. c. 5. de defens. civit. 1. 55. — **§. 3.** *Pravus, Scaevus.* III. ***Cn.*** Per fraudem saevioris animi (in alium transferri.) Th. C. III. 8. c. 2. pr. de sec. nupt. — **§. 4.** *Enormis.* III. ***Cn.*** Saevissimus furor. fr. 22. §§. 7. sq. sol. matrim. 24. 3.

Saffirinus. Cf. v. Sapphirinus.

Sagacitas. *Sollertia.* III. ***Cn.*** Tota, v. Summa, sagacitate (vestigare, s. quaerere.) Th. C. XII. 6. c. 5. de susceptor. XVI. 5. c. 34. §. 1. de haeret.

Sagarius. (Adiect.) *Ad sagum spectans.* III. ***Cn.*** Sagaria, et lintearia (negotiatio.) fr. 5. §. 15. de tribut. act. 14. 4. fr. 52. §. 4. pro soc. 17. 2.

Sagax. (Adiect.) *Perspicax.* III. ***Cn.*** Sagacissimam curam, et sollertissimam operam commodare. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 8. de haeret.

Sagitta. *Iaculum, quod arcu emittitur.* III. ***Cn.*** Loricas, scuta, et arcus, sagittas, — vel alterius cuiuscunque generis arma. c. 2. Qu. res export. 4. 41.

Sagittarius. (Adiect.) *Sagittarum cudendarum peritus.* III. ***Cn.*** Fabri sagittarii, aerarii etc. fr. 6. de iure imm. 50. 6.

Sagmen. *Verbena, Herba pura.* III. ***Cn.*** Sanctum dictum est a sagminibus. Sunt autem sagmina quaedam herbae, quas legati P. R. ferre solent. fr. 8. §. 1. de R. D. 1. 8.

Sagum. *Vestimentum apertum, longum.* III. ***Cn.*** Familiarica (vestimenta,) sicuti saga, tunicae, penulae etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Sagum hippocomorum. Th. C. VIII. 5. c. 37. c. 48. pr. c. 50. de cursu pub. In convivio, dum sago iactatur. Coll. LL. M. I. 11.

Sal. *Condimenti genus notissimum.* III. ***Cn.*** Laridae carnis, — olei (sc. librae.) — Salis (modii.) Th. C. VIII. 4. c. 17. de cohortal. Frumentum, et sales. fr. 11. pr. de publican. 39. 4. Si quis, sine persona — salinarum conductorum, sales emerit. c. 11. de vectig. et comm. 4. 61.

Salamandra. *Animal, lacerti figura,* (quo in medicamentis utebantur veteres.) III. ***Cn.*** Pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum — dederint. fr. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Salariarius. *Is, cui salarium solvitur.* III. ***Cn.*** Si salariarius [al. salarium datum, v. salariatus] fuit, et hoc convenit, ut sumtus de suo faceret ad haec itinera. fr. 10. §. 9. mand. 17. 1.

Salarium. *Erogatio annua* (quae personae praestatur pro alimentis.) III. ***Cn.*** Salaria, vel stipendia percipere publica. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. Mercedes, et salaria. Th. C. XIII. 3. c. 1. de medic. et prof. Si salarium alicui decuriones decreverint. fr. 4. §. 2. de decr. ab ord. 50. 9. Publico salario frui. fr. 6. cf. fr. 4. de off. adsess. 1. 22. Fr. de I. F. §. 17. Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta, veluti salarium annuum, vel ususfr. fr. 8. §. 23. de transact. 2. 15. fr. 21. de in rem verso. 15. 3. fr. 19. §. 2. de ann. legat. 33. 1. Stipendia, caeteraque salaria, in commune redigere. fr. 52. §. 8. pro soc. 17. 2. cf. fr. 52. §. 2. de A. E. V. 19. 1. (Cf. v. Solarium.)

Salarius. (Adiect.) *A sale cognominatus.* III.

III. *Cn.* Monumentum, — quod in via salaria esset. fr. 27. de cond. et dem. 35. 1.

Salgamum. *Vitae praesidia pernecessaria, hospitii nomine praebenda.* I. *Sy.* Necessariae res, oleum, et lignum, (culcitaeve.) Th. C. VII. 9. c. 1. sqq. de salgamo.

Salicetum. *Locus salicibus consitus. Salices.* III. *Cn.* Hederae quoque et arundines, arbores non male dicentur. Idem de saliceto [al. salicto.] fr. 3. §§. 1. sq. arb. furt. caes. 47. 7.

Salictum. Idem. III. *Cn.* Saligneas virgas, instituendi salicti causa, defigere. fr. 3. §. 3. l. l. 47. 7. Fundi mei, ita ut instructi sunt, — cum suis salictis et silvis. fr. 27. §. 5. de instr. leg. 33. 7. Salicti, vel silvae palaris, vel arundineti (usussfr. legatus.) fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1. fr. 12. §. 11. de instr. leg. 33. 7.

Saliens. (Partic.) *Quae salit,* (aqua.) III. *Cn.* Vasa aenea salientis aquae posita. fr. 11. de supell. leg. 33. 10. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16.

Salientes. *Fontes, tubulis aquam fundentes.* III. *Cn.* Lines, labra, salientes, fistulae quoque, quae salientibus iunguntur. fr. 15. de A. E. V. 19. 1. fr. 12. §. 24. de instr. leg. 33. 7.

Saligneus. (Adiect.) *Qui est ex salice.* III. *Cn.* Saligneas virgas, instituendi salicti causa, defigere. fr. 3. §. 3. arb. furt. caes. 47. 7.

Salinae. *Fabrica salis eruendi, coquendive.* III. *Cn.* Aurifodinarum, vel argentifodinarum, et salinarum (socii.) fr. 1. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 13. pr. de publican. 39. 4. c. 11. de vectigal. 4. 61. Th. C. XIV. 5. c. 1. de manc. therm. Vectigal — salinarum, et metallorum, et picariarum. fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 59. §. 1. de hered. inst. 28. 5. De salinis, alumine etc. (tituli.) Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 1. Mulier, in opus salinarum ob maleficium data. fr. 6. de captiv. 49. 15. cf. fr. 8. §. 8. de poen. 48. 19.

Salinensis. Cf. v. Caelestis.

Salire. §. 1. *Saltu certare.* III. *Cn.* Si quis certet — currendo, saliendo, luctando, pugnando. fr. 2. §. 1. de aleat. 11. 5. — §. 2. *Prosilire.* III. *Cn.* Personae, ex quarum rostris aqua salire solet. Canthari, per quos aquae saliunt. fr. 17. §. 9. de A. E. V. 19. 1. fr. 41. §. 11. de legat. I. (30.) Cf. v. Saliens.

Salix. *Genus plantae viminalis.* III. *Cn.* Ager, unde palo in fundum — solebat paterfam. uti, vel salice, vel arundine. fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1. fr. 12. de ann. legat. 33. 1.

Sallustianus. (Adiect.) *A Sallustio nomen trahens.* III. *Cn.* Sallustiani horti. Cf. v. Hortus.

Salonitanus. *Incola Salonae, civitatis Dalmatiae.* III. *Cn.* In Salonitanorum portum nave delata. c. 3. de naut. foen. 4. 33.

Salsamentum. *Piscis sale aut muria conditus, cibi gratia.* III. *Cn.* Vinum, oleum, frumentum, acetum, mella, salsamenta. fr. 7. pr. de vino ol. 33. 6.

Saltare. *Artificiosis saltibus corpus movere, ad sonum tibiae.* III. *Cn.* In scaenam, saltandi cantandive causa, prodire. fr. 24. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Saltem. (Advb.) §. 1. *Minimum.* III. *Cn.* Vt hoc saltem — meruisse videantur. Th. C. XVI. 8. c. 28. de Iud. Tam ignobilis, ut ei honestae sint vel saltem liberti sui nuptiae. fr. 13. de R. N. 23. 2. — §. 2. *Tantum, Vtique.* III. *Cn.* Domini neque — possunt saltem criminosos servos vendere, ut etc. fr. 42. de contr. emt. 18. 1. Qui saltem sponsam suam per vim rapere ausus fuerit. c. 1. pr. de raptu virgg. 9. 13. cf. c. 11. de h. qu. vi. 2. 20.

Saltuarius. *Custos saltuum et agrorum.* II. *Op.* Villae custos. Insularius. fr. 16. §. 1. de usu et hab. 7. 8. fr. 15. §. 2. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 35. III. *Cn.* Accedunt instrumento, — si fundus saltus pastionesque habet, greges pecorum, pastores, saltuarii. fr. 8. §. 1. l. l. 33. 7. Paul. l. l.

Sciens. (Partic.) *Gnarus, Compertus.* I. **Sy.** Conscius. fr. 4. §§. 1. 3. sq. de nox. act. 9. 4. c. 4. eod. 3. 41. fr. 10. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. Admonere. Scientem facere. Th. C. X. 19. c. 9. de metall. III. **Cn.** Sciens prudensque (facere, v. pati.) fr. 36. §. 1. de pign. act. 13. 7. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ign. 22. 6. Paul. I. 5. §. 1. IV. 7. §. 3. Dolo, sciens; s. Sciens, dolo malo. L. Numae Pomp. no. 12. Paul. IV. 7. §. 2. V. 25. §. 1. fr. 1. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Invito, vel sciente (domino.) fr. 6. §. 2. ad L. Fab. de plag. 48. 15. Ignorante domino, vel sciente, et prohibere nequeunte. c. 4. de nox. act. 3. 41. fr. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. fr. 15. pr. de procur. 3. 3. Sciens confingere, v. fallere. Coll. LL. M. XV. 2. fr. 22. de V. O. 45. 1. fr. 61. §. 5. de furt. 47. 2. cf. fr. 14. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. Sciens, ad se non pertinere, (possidere, v. usucapere.) Gai. IV. 144. cf. II. 56. 59.

Scientia. **§. 1.** *Cognitio, Intelligentia.* II. **Op.** Ignorantia. Cf. h. v. III. **Cn.** Scientia, quae habet et voluntatem. — Non voluntas, sed patientia. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Th. C. V. 7. c. 1. de exposit. Scientia eius, qui prohibere potest. fr. 4. pr. cf. fr. 3. de nox. act. 9. 4. fr. 45. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Scientia, quam quis — consulendo prudentiores adsequi potest. fr. 10. de B. P. 37. 1. fr. 2. §. 5. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Ex animi sui scientia [al. sententia] iurent. c. 2. §. 2. de iureiur. pr. cal. 2. 59. — **§. 2.** *Peritia, Experientia.* I. **Sy.** Peritus esse, Scientiam habere. fr. 2. §§. 35. sqq. 40. de O. I. 1. 2. II. **Op.** Consummatae scientiae. — Indoctus in artificium. Cf. v. Indoctus. III. **Cn.** Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Paul. V. 23. §. 18. cf. V. 21. §. 4. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic. Vt inter privatam vitam et militarem scientiam neutri noscantur. Nov. Th. II. ne duc. v. limit. I. 2. c. 1. pr. Scientia, quae cadit in iurisprudentes. fr. 2. §. 5. Qu. ordo in B. P. 38. 15. cf. fr. 10. de B. P. 37. 1. Fuit post eos maximae scientiae (Sempronius.) fr. 2. §. 37. cf. §§. 5. sq. 35. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Sapientia, quae Principi tribuitur, Vicariisve eius.* I. **Sy.** Iudicia nostra requirere, Scientiam nostram consulere. Th. C. XI. 29. c. 2. sqq. de relat. III. **Cn.** De quibus ad nos, et ad vestram scientiam crediderint referendum. Ib. I. 15. c. 4. (Wck.) de off. Vicar. Ib. IX. 1. c. 13. de accus. et inscr. Nostrae scientiae et publicae auctoritati obferre. Ib. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. X. 10. c. 11. de pet. et ultro dat. — **§. 4.** *Auctoritas* (legum, aut iurisperitorum.) III. **Cn.** Compendiosam divalium constitutionum scientiam — roboramus. Nov. Th. II. de Th. C. auctor. §. 3. Eorum quoque scientiam — ratam esse censemus, ut Scaevolae etc. Th. C. I. 4. c. 3. (Wck.) de resp. prud.

Scilicet. (Advb.) *Certe, Nimirum.* III. **Cn.** Alia ratione, — quia scil. etc. Gai. II. 49. Ideo scil., quia etc. Id. IV. 119. cf. II. 102. 123. Vatic. §. 1. Ita

scil., si etc. Gai. III. 134. Vlp. III. 3. XIX. 7. Vt scil. Gai. II. 205. cf. 96. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Nisi scil. Non aliter sc. quam. Gai. I. 141. III. 43. Idem, s. Illud, scil. Id. II. 283. IV. 166. Vna scil. mancipatio sufficit. Id. I. 134. Loquitur de his scil. etc. Id. II. 122. Manumissus, ab eodem scil. Id. I. 35.

Scindere. **§. 1.** *Rumpere, Lacerare.* III. *Cn.* Si quid ibi ruet, scindetur, fodietur, aedificabitur. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. Non solum usta, aut rupta, aut fracta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa — (verbo „rupti" continentur.) Gai. III. 217. fr. 9. fr. 14. de V. S. 50. 16. Scindere, vel inquinare (vestimenta.) fr. 27. §. 18. ad L. Aqu. 9. 2. Qui vulneravit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cecidit, ut scinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit. fr. 27. §. 17. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Dividere, Partiri.* I. *Sy.* Portiones facere, Dividere. c. 2. ad S.C. Orphit. 6. 57. c. 1. sq. si un. ex plur. her. 8. 32. II. *Op.* In solidum teneri. — Scindi in personas. fr. 10. §. 3. de adp. et relat. 49. 1. III. *Cn.* Qui totam hereditatem adquirere potest, is pro parte eam scindendo adire non potest. fr. 1. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 23. de cond. et dem. 35. 1. Ne defensio, per plures scissa, incommodo aliquo adficiat actorem. fr. 5. §. 7. iudicat. solvi. 46. 7. Scisso pretio pro portione, (pro parte emtionem valere.) fr. 18. pr. de contr. emt. 18. 1.

Scire. **§. 1.** *Compertum habere, Intelligere.* (Cf. v. Sciens.) I. *Sy.* Comperire, Cognoscere. Paul. II. 21 A. §§. 12. 14. fr. 1. pr. de edend. 2. 13. fr. 8. de h. qu. not. inf. 3. 2. Intelligere. Cf. h. v. §. 1. II. *Op.* Putare. Cf. h. v. §. 3. A. Credere. Gai. I. 85. sq. III. *Cn.* Sciant cuncti, praemeditentur, ante praecaveant. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolit. Scire, — seque praemunire. fr. 2. §. 10. de O. I. 1. 2. Scire, et non protestari, et contradicere. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. fr. 145. de R. I. 50. 17. Scire, non etiam velle. fr. 209. de V.S. 50. 16. Neque scire, neque decernere (talis aetas potest.) fr. 9. de A. v. O. H. 29. 2. Si ipse servus scierit, — nec ullum impedimentum sit, quominus certiorem dominum faceret. Gai. II. 190. Cf. fr. 20. §. 11. de hered. pet. 5. 3. In diebus C proximis, quibus scies poterisque. Gai. II. 174. cf. 171. sq. Vlp. XXII. 27. 31. sqq. Qui sciret, aut scire potuisset. fr. 19. ad S.C. Mac. 14. 6. Scire, et celare. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Ignorans emere, — postea id ita esse scire. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. De alterius causa, vel facto, non scire. fr. 3. pr. de iur. et facti ign. 22. 6. Vellem mihi rescriberes, nam scire cupio. Coll. LL. M. IV. 8. In summa, s. Generaliter, sciendum est. Gai. I. 47. II. 96. III. 208. IV. 182. fr. 4. §. 6. rem pup. salv. 46. 6. Dum tamen sciamus etc. Gai. II. 88. fr. 7. §. 4. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Placere, — ut scirent etc. fr. 1. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. fr. 14. §. 4. de R. N. 23. 2. Venire debet, ut hoc ipsum sciatur etc. fr. 2. pr. si qu. in ius voc. 2. 5. Scio, quosdam — solitos etc. fr. 61. de man. testam. 40. 4. Ex facto scio — rescriptum esse etc. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. cf. Gai. II. 163. Vatic. §. 242. — **§. 2.** *Peritum esse.* III. *Cn.* Arma magis quam iura scire milites. c. 22. pr. de iure delib. 6. 30. Scire leges, non hoc est etc. fr. 17. de LL. 1. 3. — **§. 3.** *Sciscere, Sancire.* III. *Cn.* Lex XII Tabb. tignum aedibus iunctum vindicari posse scit [al. sciit, s. scivit, s. sciscit.] fr. 98. §. 8. de solut. 46. 3.

Sciscere. Cf. v. Scire. §. 3.

Sciscitare. *Percontari, Inquirere.* III. *Cn.* Alios (sc. testes) subrogari, et ab eo, vel ab eis, tam testatorem quam alios testes sciscitari etc. c. 28. pr. de testam. 6. 23.

Scitum. *Sanctio, Placitum.* I. *Sy.* Constitutio. Nov. Th. II. de patern. s. mat. bon. I. 14. c. 1. §§. 1. 8. III. *Cn.* Scita plebis. fr. 2. §. 21. cf. §. 8. de O. I. 1. 2. Legum scita. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. Secundum scita veterum iuris conditorum. c. 19. de h. qu. acc. n. poss. 9. 1. Praesentia scita nostrae maiestatis. c. 8. §. 8. de repud. 5. 17. Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. ann. XVI. 5. c. 48. de haeret.

Scopae. *Instrumentum, quo pavimenta verruntur.* III. *Cn.* Et phormiones, et spongias, et hamas, et scopas contineri (sc. instrumento domus.) fr. 12. §. 18. de instr. leg. 33. 7.

Scoparius. *Qui scopis operatur.* III. *Cn.* Atrienses, scoparii. fr. 8. §. 1. ib. 33. 7.

Scopelismus. *Scopulorum positio.* III. *Cn.* In provincia Arabia σκοπελισμὸν crimen adpellant, cuius rei admissum tale est. Plerique inimicorum solent praedium inimici σκοπελίζειν, i. e. lapides ponere indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho periturus esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent. fr. 9. de extr. crim. 47. 11.

Scopulus. *Lapis.* Cf. v. Scopelismus.

Scorpius. *Nomen servi.* III. *Cn.* Scorpius, [al. Scorpus,] servus meus. fr. 24. §. 1. de usu et usufr. leg. 33. 2.

Scortum. *Meretrix.* I. *Sy.* Meretrix. Cf. h. v.

Scotra. Cf. v. Scruta.

Scriba. *Librarius, Exceptor.* III. *Cn.* Cn. Flavius, scriba (s. Appii Claudii,) libertini filius. fr. 2. §. 7. de O. I. 1. 2. Scribae, tabularii, et caetera officia publica. Th. C. XI. 8. c. 3. §. 1. de superexact. cf. VIII. 2. c. 1. c. 3. de tabular. Ordines decuriarum scribarum, librariorum, et lictoriae consularis. Ib. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic. Negligentia vel dolus scribae, qui veram substantiae taxationem passus est occultari. c. 6. de magistr. conv. 5. 75.

Scribatus. (Subst.) *Munus scribae.* III. *Cn.* Si, ad scribatum nominatus, non provocasti. c. 4. de adp. et cons. 7. 62. cf. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4.

Scribere. **§. 1.** *Conscribere, Inscribere.* III. *Cn.* Dicere, scribere, subscribere, vel quocunque modo declarare. Iul. ep. nov. c. 43. §. 175. Quod aliquis scripserit in chartulis. Gai. II. 77. fr. 6. §. 6. de edend. 2. 13. Vt eidem operi ex eius nomine titulus scribatur. Th. C. VI. 4. c. 13. §. 1. de Praet. et Qu. Minime in eius facie scribatur. Ib. IX. 40. c. 2. de poen. cf. Vlp. I. 11. — **§. 1. A.** *Calamo excipere, dictante alio.* III. *Cn.* Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit etc. Paul. IV. 7. §. 1. V. 25. §. 1. Si testator codicillis, quos scripsisti, — sua manu adscripsit. c. 2. de h. qui sibi adscr. 9. 23. — **§. 2.** *Concipere, Exprimere (scri-*

ptura.) I. **Sy.** Concipere, Proponere (actionem etc.) fr. 9. §. 8. Qu. met. c. 4. 2. fr. 1. pr. de contr. tut. 27. 5. fr. 1. §. 3. de interd. 43. 1. fr. 4. §. 33. de d. m. exc. 44. 4. II. ***Op.*** Scrib., aut testari. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. III. ***Cn.*** Si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, scripserit. Gai. III. 220. Epistola — Antonini, quam scripsit pontificibus. Id. I. 102. Vatic. §. 223. fr. 1. §. 3. de calumn. 3. 6. Appius Claudius, unus ex Xviris, cuius maximum consilium in XII Tabulis scribendis fuit. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. Hunc etiam actiones scripsisse traditum est. fr. 2. §. 36. l. Quamvis parum diligenter ea pars legis scripta sit. Gai. III. 47. cf. Vatic. §. 301. fr. 10. sq. de LL. 1. 3. fr. 1. §. 4. Qu. falso tut. 27. 6. Quae in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt ac si scripta non essent. fr. 73. §. 3. de R. I. 50. 17. Pro non scripto facere, v. habere. fr. 8. §. 6. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 15. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 3.** ***Constituere, Iubere.*** I. **Sy.** Quod ex scripto venit, Quod lege constitutum est (ius.) fr. 6. §. 1. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §§. 5. 21. de O. I. 1. 2. §§. 3. 9. I. de I. N. 1. 2. Dicere (legem.) fr. 126. de V. S. 50. 16. Facere (testamentum, v. codicillos.) fr. 25. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. fr. 12. §. 5. de captiv. 49. 15. Instituere (heredem.) Cf. h. v. §. 2. B. Exheredare, Exheredem scribere. fr. 8. §§. 1. 6. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 1. §. 8. de Carb. edict. 37. 10. Dare (testamento, sc. tutorem.) Vatic. §. 229. fr. 34. de testam. tut. 26. 2. fr. 20. pr. Qu. testam. fac. p. 28. 1. III. ***Cn.*** Servis libertates legataque dederat, et conditionem ita scripserat. fr. 23. §. 2. de pecul. leg. 33. 8. cf. fr. 14. de cond. instit. 28. 7. Cum suprema sua ordinaret, — scripsit etc. fr. 25. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. Haec ita ut in his tabulis cerisque scripta sunt etc. Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. Vt, quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit. Gai. II. 270. fr. 123. de V. S. 50. 16. Testamento scriptus heres. Gai. II. 36. 119. 123. 143. 147. 176. Vlp. XXII. 33. Scriptis heredibus (s. t. t. B. Pnem polliceri.) Gai. II. 119. Vlp. XXVIII. 5. — **§. 4.** ***Per scripturam cavere. Scriptura interveniente se obligare.*** I. **Sy.** Proscribere [al. Praescribere, s. Perscribere.] fr. 9. §. 7. de adm. et peric. 26. 7. III. ***Cn.*** Cautio huiusmodi: L. Titius scripsi, me accepisse a P. Maevio XV mutua etc. fr. 40. de R. C. 12. 1. cf. fr. 9. §. 7. l. 26. 7. Litterarum obligatio fieri videtur chirographis et syngraphis, i. e. si quis debere se, aut daturum se scribat. Gai. III. 134. Genero scripsit quasi usuras praeteritas [al. usuras praestandas, quasi] ex dotis promissione. Quaesitum est, — an ex chirographo ex stipulatu agenti genero exceptio obstare debeat? fr. 17. pr. de d. m. exc. 44. 4. cf. c. 1. pr. de R. U. A. 5. 13. — **§. 5.** ***Disputando, aut respondendo, profiteri.*** I. **Sy.** Referre. Cf. h. v. §. 6. A. Dicere. Cf. h. v. §. 4. Rescribere. Vatic. §§. 223. 247. III. ***Cn.*** Publice primus scripsit (Masur. Sabinus.) fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Apud veteres scriptum est. Apud quosdam scriptum invenimus. Gai. III. 180. 202. IV. 60. Celsus quidem ait; — sed Iulianus contra scribit. fr. 8. §. 2. de in ius voc. 2. 4. Quaeritur. — Labeo scribit, — sed recte Sabinus respondit. fr. 4. §. 2. de edendo. 2. 13. Iulianus lib. 12. in eo, qui etc. — scribit, et est saepe constitutum. fr. 3. §. 1. ad S.C. Mac. 14. 6. cf. fr. 13. pr. de pign. act. 13. 7. Non immerito Iulianus a Marcello notatus est, scribens etc. fr. 9. §. 8. Qu. met. c. 4. 2. Apud Labeonem — ita scriptum est. fr. 246. pr. de V. S. 50. 16. Rectissime scribit Qu. Mucius, ut etc. fr. 34. §. 2. cf. pr. §. 1. de auro arg. 34. 2. — **§. 6.** ***Relatione ad Principem facta, rescriptum eius provocare.*** III. ***Cn.*** Praesides Pr. — Principi scribere, missa plena opinione, ut Princeps aestimet etc. fr. 6. §. 1. fr. 7. §. 1. de interdict. et releg. 48. 22. cf. fr. 27. §. 1. de poen. 48. 19. fr. 1. pr. fr. 3. Quando adp. 49. 4. Is, de cuius poena Imperatori scriptum est, — antequam rescriberetur etc. fr. 2. §. 1. de bon. eor. qui ante sent. 48. 21. — **§. 7.** ***Adscribere, Inserere*** (tabulis publicis, privatisve.) I. **Sy.** Adscribere. Th. C. XIII. 11. c. 12. de censitor. Cf. v. Adscribere. §. 1. III. ***Cn.*** Dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere. c. 3. de h. qu. sibi adscr. 9. 23. cf. fr. 15. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 8.** ***Adsciscere.*** I. **Sy.** Fieri, Scribi (Senator.) c. 28. de nupt. 5. 4.

Scribonia. *Legis nomen.* III. ***Cn.*** Eam usucapionem sustulit lex Scribonia [al. Voconia,] quae servitutem constituebat [al. constituit.] fr. 4. §. 29. de usurp. 41. 3.

Scriniarius. *Qui in scrinio aliquo stipendia facit.* III. ***Cn.*** Adparitio, — i. e. scriniarii, et ab actis, et praecones, et commentarienses, et lampadarii, et omnis deinceps ordo. Iul. ep. nov. c. 38. §. 166. cf. c. 22. §. 83. Iust. C. c. 16. de milit. testam. 6. 21. Officia (civilium iudicum Africae,) i. e. tam scriniarii ampliss. praefecturae, quam cohortales. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. c. 6. de castr. pecul. mil. 12. 37. Numerarii, seu domestici, vel scriniarii, sive adiutores. Th. C. VIII. 1. c. 16. de numerar. Cf. VI. 30. c. 7. de Palat. S. largg.

Scrinium. *Locus, in quo servantur et tractantur acta publica* (tam Principis, quam summorum magistratuum, item municipalia.) III. ***Cn.*** Plures codices fiant. — In scriniis publicis, sub signaculis, habeantur. Gesta in Sen. de rec. Th. C. Breves omnium negotiorum — commeent ad scrinia eminentiss. praefecturae, ut his recensitis, et ad scrinia nostra perlatis etc. Th. C. I. 16. c. 3. (Wck.) de off. Rect. Pr. Palatina scrinia. Ib. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senat. et de gleb. VI. 30. c. 14. de Pal. S. largg. Toto iure, quod in nostris est scriniis constitutum, teste. c. 19. de testam. 6. 23. Habeat (sc. defensor) et scrinium publicum, ubi monumenta publica deponere possit. Iul. ep. nov. c. 30. §. 107. Th. C. XV. 14. c. 8. de infirm. h. qu. s. tyr. Si ante annum relationi missae responsum sacra scrinia non dedissent. Th. C. XI. 30. c. 54. de adp. et poen. Scrinia memoriae, dispositionum, epistolarum, ac libellorum. Ib. VI. 26. c. 1. c. 7. c. 12. c. 16. sq. de prox. comit. Omnes omnium scriniorum totius militiae, quae sub privato meret aerario. Ib. XI. 20. c. 4. §. 2. de collat. donat. cf. X. 20. c. 18. de murileg. Primiscrinius, et numerarius scrinii Macedoniae, et scrinii Daciae, et scrinii operum, et scrinii auri. c. 12. de numerar. 12. 50. cf. c. 1. de praepos. agent.

in reb. 12. 21. Io. Lydus de magistratt. I. 34. Comites, et magistri S. scriniorum. Th. C. I. 1. c. 6. §. 2, (Wck.) de const. Pr. Qui scrinium canonum tractant. Ib. X. 20. c. 13. de murileg.

Scriptio. **§. 1.** *Inscriptio.* III. ***Cn.*** Dum et in manibus et in auris possit poena damnationis una scriptione comprehendi. Th. C. IX. 40. c. 2. de poen. — **§. 2.** *Descriptio, Indictio* (tributi etc.) I. ***Sy.*** Descriptio. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Nec molem promissionis, nec scriptionis iniuriam perhorrescant. Ib. VI. 26. c. 12. de prox. com. disp. — **§. 3.** *Scriptura.* I. ***Sy.*** Conscriptio. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Qui famosam seriem scriptionis — non illico discerpserint. Ib. IX. 34. c. 10. cf. c. 1. c. 4. de famos. libell. — **§. 4.** *Epistola (magistratus.)* III. ***Cn.*** Vicarius, Comitis scriptione conventus. Ib. VII. 4. c. 3. cf. c. 1. de erog. mil. ann.

Scriptor. **§. 1.** *Exceptor, Scriba.* I. ***Sy.*** Testamentarius. Scriptor testamenti. fr. 9. §§. 3. 6. de hered. inst. 28. 5. fr. 22. §. 10. fr. 24. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 2.** *Auctor.* III. ***Cn.*** A quibusdam scriptoribus traditum est. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11.

Scriptum. (Cf. v. Scribere. §. 3.) **§. 1.** *Scriptura.* I. ***Sy.*** Sine litterarum consignatione, Sine scriptis (habita, v. gesta.) fr. 4. sq. de fide instrum. 22. 4. cf. fr. 2. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Scriptura. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Cum res agatur ex scripto. Th. C. XI. 39. c. 6. de fide test. Scriptis relinquere (ea, quae haberent.) fr. 12. de milit. testam. 29. 1. Summarum scripta sunt spectanda. fr. 50. §. 3. de legat. I. (30.) — **§. 2.** *Iussio, Mandatum Principis.* III. ***Cn.*** De quibus ad omnes militares iudices paria scripta direximus. Th. C. VII. 20. c. 13. cf. c. 8. de veteran. — **§. 3.** *Opus litterarium.* I. ***Sy.*** Liber. Cf. h. v.

Scriptura. **§. 1.** *Ductus calami.* I. ***Sy.*** Manus. Cf. h. v. II. ***Op.*** Volumina chartarum. — Scripturae modus. Paul. III. 6. §. 87. Oratio, quam exprimunt litterae. fr. 38. de O. et A. 44. 7. III. ***Cn.*** Impensas scripturae solvere. fr. 9. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Vt exteriores scripturae fidem interiori servent. Paul. V. 25. §. 6. — **§. 2.** *Oratio scriptis expressa.* I. ***Sy.*** Scriptum. fr. 67. de hered. inst. 28. 5. fr. 203. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Scriptura, Verba, — Sententia (S. Cti.) fr. 15. §. 3. fr. 22. §. 8. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. ***Cn.*** Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt. Paul. V. 15. §. 4. Quodsi ita legasset, — haec scriptura etc. fr. 34. §. 2. de auro arg. 34. 2. cf. fr. 47. §. 2. de hered. inst. 28. 5. Si saepius tutor datus sit, novissimam scripturam intuemur. fr. 10. §. 1. de testam. tut. 26. 2. fr. 16. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Quod ex scriptura legis descendit. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Cf. Vatic. §. 307. Vberior, — Arctior (scriptura.) fr. 217. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Instrumentum scriptum, Promissio conscripta.* I. ***Sy.*** Chirographum, Cautio. Cf. v. Cautio. §. 3. Conscriptio. Cf. h. v. Scriptum. Th. C. II. 27. c. 1. §§. 1. sq. si cert. pet. de chir. Epistola. fr. 26. §. 2. depos. 16. 3. Instrumentum. Th. C. IX. 19. c. 1. §. 1. c. 2. §. 1. c. 4. pr. ad L. Corn. de fals. III. ***Cn.*** Neque verborum, neque scripturae (ulla proprietas desideratur.) Gai. III. 136. fr. 1. fr. 14. locat. 19. 2. Valeant conceptae solemniter pactiones, valeant scripturae. Th. C. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. Tabulae, quae publici vel privati contractus scripturam continent. Paul. V. 25. §. 6. Cum alias probationes, mensaeque scripturam haberet. fr. 27. §. 1. de furt. 47. 2. cf. fr. 9. §. 2. de edendo. 2. 13. fr. 4. de pignor. 20. 1. Sine scriptura (dividere bona.) fr. 20. §. 3. fam. ercisc. 10. 2. Scriptura, quae profertur. fr. 35. de milit. testam. 29. 1. Scriptura, aut testibus, (convinci.) Paul. V. 5 A. §. 3. Cf. V. 12. §. 11. Th. C. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Corn. de fals. Calumniosa scriptura. Paul. V. 12. §. 11. cf. c. 2. si pign. conv. 8. 33. — **§. 4.** *Opinio I.Cti, scriptis mandata.* III. ***Cn.*** Exstat scriptura Sabini. Relata Sabini scriptura, (ait Iulianus.) fr. 1. §. 6. de V. O. 45. 1. Vatic. §. 87. Secundum Salvii Iuliani scripturam. c. 1. §. 10. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 5.** *Opus conscriptum.* I. ***Sy.*** Opus, Corpus, Scriptum (Pauli.) Th. C. I. 4. c. 2. sq. (Wck.) de resp. prud. Evangelia, Scripturae SS. Cf. v. Evangelium. III. ***Cn.*** Auctores, — una cum abominandis scripturis eorum, — flammeis ignibus exurantur. Coll. LL. M. XV. 3.

Scriptus. (Partic.) Cf. v. Scribere.

Scripulum, s. **Scripulus.** *Vnciae pars XXIV.* III. ***Cn.*** VII solidos quaternorum scripulorum — adpendat pro singulis unciis. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderator. Octonos scripulos [al. scrupulos] in balluca cogat exsolvere. c. 1. de metallar. 11. 6. Th. C. X. 19. c. 3. eod. XVIII per singulos sextarios scripulis — retentis. Ib. XIV. 17. c. 15. de ann. civ.

Scrobs. *Fovea.* III. ***Cn.*** Frumenta sulcis, aut vineas scrobibus mandare. c. 3. de feriis. 3. 12.

Scrupulositas. *Nimia diligentia, Anxia cura.* III. ***Cn.*** Iuris scrupulositas, nimiaque subtilitas. fr. 12. pr. de iniusto rupto. 28. 3. cf. Th. C. III. 5. c. 8. pr. de sponsal. Cum omni scrupulositate et difficultate (compositum.) c. 1. pr. de ann. exc. 7. 40. Scrupulositate priorum legum explosa. c. 6. pr. Qui bon. ced. p. 7. 71.

Scrupulosus. (Adiect.) *Circa minutissimas res sollicitus.* III. ***Cn.*** Nec supina ignorantia ferenda est, — nec scrupulosa inquisitio exigenda. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. Non admitti scrupulosam inquisitionem. Vatic. §. 314. fr. 119. de legat. I. (30.) Cretionum scrupulosam solemnitatem (emendare.) Th. C. VIII. 18. c. 8. §. 1. de matern. bon.

Scrupulus. (cf. v. Scripulum.) *Materia dubitationis.* III. ***Cn.*** Vt omnis scrupulus auferatur. c. 3. de interd. matrim. 5. 6.

Scruta. *Vestitus vilior, adtritus.* III. ***Cn.*** Ancillae, quae vestimenta rusticis faciunt, scruta [al. scotra, v. scrapta, v. scortea] quoque. Paul. III. 6. §. 37.

Scrutari. *Inquirere, Examinare.* I. ***Sy.*** Perscrutari, Quaerere. c. 1. de thesaur. 10. 15. III. ***Cn.*** Fugitivos inquirere, scrutarique cubilia atque vestigia occultantium. fr. 3. de fugitiv. 11. 4. Propriam verborum significationem scr. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7.

Sculpere. *Caedendo efformare. Scalpere.* III. ***Cn.*** Signum adulterinum sculpere, facere, expri-

mere. Paul. V. 25. §. 1. fr. 39. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Sculptor. *Scalptor.* III. **Cn.** Pictores, sculptores, diatretarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Sculptores ligni. Iust. C. c. 1. eod. 10. 64.

Sculptura. *Imago sculpta.* III. **Cn.** Si VII anuli una sculptura fuerint. §. 5. I. de testam. ord. 2. 10.

Scutarius. *Miles scuto armatus* (ad latus Principis tegendum destinatus.) III. **Cn.** Schola scutariorum, et scutariorum clibanariorum. Th. C. XIV. 17. c. 9. de ann. civ.

Scutella. *Patella, qua sustinentur vasa.* III. **Cn.** Quae aliquid sustineant, — scutellae, vel promulsidaria. fr. 19. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Scutulatus. (Adiect.) *Scutulae formam habens.* III. **Cn.** Scutulatis, [al. Scutlatis,] et variis coloribus sericis, auroque sine gemmis (uti.) Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic.

Scutum. *Armorum genus,* (laeva gestandum, ad protegendum corpus.) III. **Cn.** Loricae, scuta, et arcus, sagittae, et spathae, et gladii, vel alterius cuiuscunque generis arma. c. 2. Qu. res export. 4. 41.

Scyphus. *Vas potorium, Cyathus.* III. **Cn.** Argento potorio legato, — veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophoria, et conchae. Paul. III. 6. §. 90. cf. 86. Trullae, scyphi, modioli, phialae. fr. 36. de auro arg. 34. 2. Ex scypho massa facta. — Massa legata, scyphi ex ea facti. fr. 9. §. 3. ad exhib. 10. 4. fr. 88. §. 3. de legat. III. (32.)

Scyrae. *Populi barbari, admixti Hunnis.* III. **Cn.** Scyras, barbaram nationem, maximis [Hun.] norum quibus se coniunxerant copiis fusis, imperio nostro subegimus. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit.

Scythia. *Provincia dioeceseos Thraciarum.* III. **Cn.** Provinciae Thraciarum: — Scythia, et Mysia. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. veste. Iul. ep. nov. c. 38. §. 166.

Scythicus. (Adiect.) *Ad Scythiam pertinens.* III. **Cn.** Mysiacus, — Scythicus (limes.) Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Scythopolitanus. *Ad Scythopolin pertinens, civitatem Syriae.* III. **Cn.** Obnoxii Scythopolitani linyfi publico canoni. Th. C. X. 20. c. 8. de murileg.

Se. (Praepos.) *Sine.* III. **Cn.** Se fraude esto! L. XII Tabb. III. 6. X. 9.

Se. (Pronom.) III. **Cn.** Apud se, — Apud collegam (manumittere posse.) fr. 1. §§. 1. sq. de off. Cos. 1. 10. In se, an in liberis suis, (quis veritus sit.) fr. 8. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Per se, heredemque suum, v. Per se, venientesque a se personas, (non fieri, quominus etc.) fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1. Pacisci, ne a se petatur, (sed ut ab herede petatur.) fr. 17. §. 3. fr. 19. fr. 21. §§. 1. sqq. de pact. 2. 14. Maluit per se huic rei consuli. fr. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Tam DD. Fratres, quam per se D. Marcus (rescripsit.) §. 6. I. de excus. tut. 1. 25. Per se ipsa valent. fr. 2. de h. qu. pro non scr. 34. 8. Vt servitutes per se nusquam — capi possint, cum aedificiis possint. fr. 10. §. 1. de usurp. 41. 3. Habere in se — aequitatem. fr. 1. §. 1. si is qui testam. lib. 47. 4. (Cf. v. Secum, v. Semet.)

Sebastenus. (Adiect.) *Ad Sebasten pertinens,* (Palaestinae Samariae civitatem.) III. **Cn.** In Sebastenam [al. Sevastenam] civitatem coloniam deduxit (sc. D. Severus.) fr. 1. §. 7. de censib. 50. 15. Civitas Sebastenorum. fr. 21. §. 3. de ann. legat. 33. 1.

Secare. §. **1.** *Dissecare, Resecare.* I. **Sy.** Caedere (marmora.) Th. C. X. 19. c. 1. sq. de metall. Desecare (segetem.) fr. 27. §. 25. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 21. pr. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Serra secare. fr. 5. pr. arbor. furt. caes. 47. 7. Partes secanto. Si plus minusve secuerunt, se fraude esto! L. XII Tabb. III. 6. — §. **2.** *Manu mederi vulneribus.* III. **Cn.** Si medicus servum imperite secuerit. — Qui bene secuerit, et dereliquit curationem. fr. 7. §. 8. fr. 8. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Coll. LL. M. XII. 7.

Secedere. §. **1.** *Discedere, Recedere.* I. **Sy.** Excurrere (in praedia etc.) fr. 10. §. 9. fr. 16. mand. 17. 1. II. **Op.** Romae esse. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Praefectus Vr., Praefectus Pr. — cum ad privatam secesserint vitam. Th. C. VI. 7. c. 1. de Prf. Pr. — §. **2.** *Deficere.* III. **Cn.** Evenit ut plebs in discordiam cum patribus perveniret, et secederet. fr. 2. §§. 8. 20. de O. I. 1. 2. Eo rem perduxerunt, ut exercitus a repub. secederet. fr. 2. §. 24. ib. 1. 2.

Secernere. *Seiungere, Separare.* III. **Cn.** Temporibus secerni potest (usus servitutum.) fr. 5. §. 1. de servit. 8. 1. Quaecunque ex veteribus fuerint reformatae, transvectioni speciei annonariae secernantur. Th. C. VII. 17. c. 1. de lusor. Danub.

Secessio. *Defectio.* I. **Sy.** Secedere a repub. fr. 2. §. 24. cf. §§. 8. 20. de O. I. 1. 2.

Secessus. §. **1.** *Profectio, Excursio.* III. **Cn.** Quae (sc. medicamenta) secessus causa dominus ibi habuit, et vestis propter secessum ibi deposita. fr. 12. §. 41. de instr. leg. 33. 7. — §. **2.** *Locus abditus.* II. **Op.** In secessu domus. — Apertis foribus (secretarii.) Th. C. I. 7. c. 3. pr. de off. Rect. Pr. Cf. fr. 21. §. 10. de rec. qu. arb. 4. 8. III. **Cn.** Insularum secessus obire. Th. C. XIII. 5. c. 32. de navicul.

Secludere. *Excludere, Arcere.* I. **Sy.** Submovere. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. pr. III. **Cn.** Quae (sc. loca) quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant eos. Th. C. XVI. 5. c. 40. de haeret. Nec eos — ab experiunda re secludant. Ib. IV. 22. c. 1. unde vi. Seclusa omni excusatione, censemus. Ib. XVI. 5. c. 45.

Secretarium. *Locus, in quo iudex lites examinat.* I. **Sy.** Secretum. Cf. h. v. III. **Cn.** Si consistorium nostrum saepe ingredientibus secretarii iudicum non patuerit ingressus. Th. VI. 26. c. 5. cf. c. 7. c. 16. de prox. com. Sedendi in aliqua secretarii parte, quae iudicibus inferior, altercantibus vero superior esse videatur, licentia. c. 3. pr. ubi Sen. v. clariss. 3. 24. Praesides publicas notiones exerceant, — nec civiles controversias auditoriis, secretariis sese abscondant. Th. C. I. 16 c. 6. (Wck.) de off. Rect. Pr. VI.

7. c. 1. de Praef. Pr. Magna stipatus barbarorum caterva, secretarium provinciae moderatoris irrupit. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1.

Secrete, v. Secreto. (Advb.) *Occulte, Clam.* II. **Op.** Vel palam, vel publice, vel secreto. fr. 3. §. 20. de S.C. Silan. 29. 5. Secreto, et inter solos amicos. — Actis intervenientibus. c. 1. §. 10. de Lat. lib. toll. 7. 6.

Secretum. (Subst.) **§. 1.** *Res arcana, Mysterium.* I. **Sy.** Secreta iudiciorum. Iudicia secreta. fr. 41. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. §. 38. depos. 16. 3. III. **Cn.** Post nudata utriusque intima, et secreta negotii aperta. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Conferre ad secretum alienae voluntatis. fr. 70. de hered. inst. 28. 5. cf. Th. C. XV. 4. c. 1. §. 1. de imag. Imp. Secreta erroris sui (insinuare.) Ib. IX. 16. c. 12. de malefic. — **§. 2.** *Locus abditus.* III. **Cn.** In secreta sese et devia conferre. Ib. XII. 19. c. 1. de h. qu. cond. prop. Praebere secretum (feralibus sacrilegiis.) Ib. XVI. 6. c. 4. §. 1. ne S. bapt. Extra secretum habere. fr. 3. §. 8. de hom. lib. exhib. 43. 29. — **§. 2. A.** *Templum divini cultus.* III. **Cn.** Praedia, usibus caelestium secretorum dicata. Th. C. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl. — **§. 2. B.** *Consistorium Principis, item secretarium iudicis.* I. **Sy.** Arcanum (consistorii.) Ib. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. XVI. 2. c. 35. Secretarium (iudicantis.) c. 14. de testib. 4. 20. Th. C. I. 7. c. 1. de off. Rect. Pr. Io. Lydus de magistratt. III. 11. 20. sq. 27. III. **Cn.** Laterculenses, et pragmaticarii, vel a secretis. c. 5. Qui milit. poss. 12. 34.

Secretus. (Partic.) **§. 1.** *Separatus, Divisus.* III. **Cn.** Imperio magna ab universis secreta debentur, ut hi tantum locum habeant habitandi etc. Th. C. XV. 1. c. 47. de opp. pub. — **§. 2.** *Abditus, Occultus.* III. **Cn.** Ad separatas provinciarum secretasque partes (dirigere.) Ib. VIII. 5. c. 12. de cursu pub. XVI. 5. c. 45. de haeret. Si quis adserat, cum mandatis nostris se venire secretis. Ib. I. 3. c. 1. de mand. Pr. In sacris quidem, et secretioribus dei mysteriis (perseverent.) Ib. XII. 1. c. 163. de decurion. — **§. 3.** *In fraudem iuris conceptus.* I. **Sy.** Tacitus. Cf. h. v. §. 3.

Secta. **§. 1.** *Institutum, Ratio, Indoles.* III. **Cn.** Per eandem studiorum sectam contendentes. fr. 8. §. 4. de vac. et excus. 50. 5. Aliena sectae meae sollicitudo. c. 2. ad L. Iul. mai. 9. 8. Cum — secta temporum nostrorum non patiatur. c. 30. de pact. 2. 3. c. 2. de delator. 10. 11. — **§. 2.** *Schola, Factio.* III. **Cn.** Hi duo (sc. Ant. Labeo et At. Capito) primum veluti diversas sectas fecerunt. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Qui novellas et inauditas sectas veteribus religionibus opponunt. Coll. LL. M. XV. 3. Cuiuscunque sit conditionis, aut sectae. Nov. Th. II. de competit. I. 17. c. 2. §§. 1. 3. Christianus, vel cuiuslibet sectae homo. Th. C. XVI. 8. c. 22. de Iud. Ecclesiastici, et caeteri catholicae sectae servientes. Ib. XVI. 2. c. 5. de episc. eccl. XVI. 5. c. 42. c. 44. c. 57. §. 2. de haeret.

Sectari. **§. 1.** *Sequi, Colere.* III. **Cn.** Hos sectatus ad aliquid est (Cato.) fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. Christianitatem sectantes (propinqui.) Th. C. XVI. 7. c. 7. §. 1. de apostat. Sectanda sunt (statuta legis etc.) Ib. XI. 34. c. 2. de h. qu. p. met. Cf. XII. 1. c. 171. pr. de decurion. — **§. 2.** *Petere, Captare.* III. **Cn.** Deverticula deliciosa sect. Ib. I. 7. c. 5. de off. Rect. Pr. Auri metallum vago errore sect. Ib. X. 19. c. 7. de metall. Compendium, s. Lucrum familiare, sect. c. 1. de naufrag. 11. 5. Th. C. XI. 10. c. 1. ne op. a coll.

Sectator. **§. 1.** *Discipulus, Adsecla.* III. **Cn.** Haeretici, et diversi dogmatis sectatores. Th. C. XVI. 5. c. 47. cf. c. 14. de haeret. — **§. 2.** *Qui studet alicui rei.* III. **Cn.** Ignaviae sectatores. Ib. XII. 1. c. 63. de decurion.

Sector. *Qui in auctione publica licitando vicit alios.* I. **Sy.** Qui publice bona mercatur. Qui publica bona emerit. Gai. IV. 146.

Sectorius. (Adiect.) *Ad sectorem pertinens.* III. **Cn.** Ei, qui publica bona emerit, — interdictum proponitur, quod adpellatur sectorium. Gai. IV. 146.

Seculum. Cf. v. Saeculum.

Secum. **§. 1.** *Cum se, apud se.* I. **Sy.** Esse cum (aliis.) Secum habere eos. Simul cum eis (frui etc.) fr. 8. de usufr. adcr. 7. 2. fr. 8. de cond. et dem. 35. 1. II. **Op.** Per se esse posse. — Rapere secum. fr. 4. pr. de penu leg. 33. 9. III. **Cn.** Peregre secum ferre, v. ducere. Gai. III. 196. fr. 27. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Vxorem noctu intra cubiculum secum cubantem (necare.) fr. 3. §. 2. de S.C. Silan. 29. 5. Eo animo secum habere (ingenuam.) fr. 21. pr. de captiv. 49. 15. Sociare secum (alieni criminis reos.) Th. C. IX. 29. c. 1. de h. qu. latron. — **§. 2.** *In se, Penes se.* III. **Cn.** Si iustitiam secum habeat, non timeat etc. Iul. ep. nov. c. 95. §. 356. — **§. 3.** *Inter se.* III. **Cn.** Qui non bene secum vivunt. c. 22. §. 4. de furt. 6. 2. Permixtos secum criminosos includere. Th. C. IX. 3. c. 3. de cust. reor. Compensare, s. Pensare, secum. fr. 13. §. 2. de pignor. 20. 1. fr. 82. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 4.** *Contra se.* III. **Cn.** Secum agendi potestatem facere. fr. 1. §. 1. fr. 23. §. 4. fr. 26. §. 4. ex qu. c. mai. 4. 6. Hoc nomine eum secum egisse. fr. 9. §. 4. de pecul. 15. 1. fr. 9. §. 4. de tut. et rat. 27. 3.

Secundarius. (Adiect.) *Sequens, Secundus.* III. **Cn.** In petitorem corpora transferantur, secundaria actione proprietatis non exclusa. Th. C. IV. 21. c. 1. §. 2. Quor. bonor. Secundario praecepto impertire. Ib. X. 9. c. 2. de incorpor.

Secundicerius. *Qui secundo gradu est* (in certo ordine officiorum.) II. **Op.** Primicerius. — Tertiocerius. — Quartocerius. c. 2. de primicer. 12. 7. c. 7. §. 1. de palat. S. largg. 12. 24. Primiceriatus solatia. — Secundicerii locus. c. 4. de domestic. 12. 17. Th. C. X. 10. c. 21. de petit. et ultro dat.

Secundo. (Adv.) *Iterum.* III. **Cn.** Secundo, vel tertio, (suscipere.) c. 4. de serv. fugit. 6. 1.

Secundum. (Praepos.) **§. 1.** *Prope, Iuxta.* I. **Sy.** Prope. fr. 7. §§. 3. 5. fr. 29. fr. 30. §. 1. fr. 38. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Nec sec. rivum, nec supra eum. fr. 11. pr. comm. praed. 8. 4. Sec. cuius parietem (vicinus sterculinum fecerat.) fr. 17. §. 2. si servit. 8. 5. — **§. 2.** *Ad, Convenienter.* I. **Sy.**

Iuxta. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Contra. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Sec. legem publicam, v. Sec. iuris civ. regulam (testamentum facere, s. testari.) Gai. II. 104. 114. Sec. leges moresque. Id. I. 92. Sec. morem privatorum iudiciorum. fr. 5. pr. de poen. 48. 19. Est sec. naturam. fr. 10. de R. I. 50. 17. Non sec. propositionem solam, sed cum aliquo actu (intelligi.) fr. 225. de V. S. 50. 16. Secund. imitationem dationis, (factum implere.) fr. 31. §. 2. ad S. C. Treb. 36. 1. Sec. tabulas testamenti (hereditatem, v. B. Pnem, polliceri etc.) Gai. II. 119. sq. 147. sq. III. 36. Loqui sec. distinctionem. Id. II. 94. 220. 222. sq. fr. 17. §. 5. de pact. 2. 14. Sec. quod (eveniet etc.) fr. 8. §. 2. de in ius voc. 2. 4. fr. 10. §. 2. si qu. cautt. 2. 11. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. Sec. ea, quae proponerentur. fr. 39. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. — **§. 3.** *Pro. In utilitatem alicuius.* I. **Sy.** Pro. Cf. h. v. §. 4. II. **Op.** Sec. alterum dicere, — Abdicere [al. abdicare] sc. vindicias. Gai. IV. 16. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. III. **Cn.** Re sec. eum iudicata. fr. 31. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Gai. IV. 166. fr. 158. de V. S. 50. 16. Sententia dicta, s. data, secund. etc. fr. 3. pr. de pignor. 20. 1. fr. 14. de probat. 22. 3. fr. 27. §. 1. de liberali. c. 40. 12. fr. 30. §. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Respondendum sec. (libertatem.) fr. 20. de R. I. 50. 17.

Secundus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui excipit praeeuntem.* I. **Sy.** Sequens. Gai. III. 22. 27. fr. 14. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. Secundo loco scriptus, Secundus, Substitutus (heres.) fr. 17. Qu. met. c. 4. 2. fr. 4. de S. C. Silan. 29. 5. fr. 32. pr. de legat. I. (30.) Posterior. Cf. h. v. Secundo loco acceptum, Secundum (pignus.) fr. 36. §. 1. fr. 40. §. 2. de pign. act. 13. 7. II. **Op.** Proximus. Cf. h. v. §§. 2. sq. Prior. fr. 12. §. 1. Qui potior. 20. 4. fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Primus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Ex prima, secundave mancipatione manumitti. Gai. II. 141. III. 6. Primo, aut secundo, vel etiam ulteriore gradu. Id. II. 154. III. 27. Vlp. XXII. 33. Qui post eum — secundum gradum in tutela habuerit. Id. I. 170. Secundum locum a regibus obtinere. Secundam post eos potestatem gerere. fr. 2. §. 15. de O. I. 1. 2. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. Maritus secundus. fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.) Creditor, v. Emtor, sec. fr. 13. §. 2. de pignor. 20. 1. fr. 66. §. 2. de eviction. 21. 2. — **§. 2.** *Iteratus, Repetitus.* I. **Sy.** Geminus. Th. C. XI. 32. c. 1. de sec. lapsu. III. **Cn.** Secundarum cogitationum subtilior exactiorque cura. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 2. pr. — **§. 3.** *Inferior, Infirmior.* II. **Op.** Integra, Plena. — Secunda, s. Puerilis (aetas.) c. 8. pr. §§. 1. 6. de bon. qu. libb. 6. 61. — **§. 4.** *Favens, Prosper.* II. **Op.** Sterilitas. — Secundi fructus. fr. 63. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Propitia secundi numinis voluntate. Nov. Th. II. de amb. et loc. lim. I. 24. c. 1. §. 5.

Secure. (Advb.) *Sine periculo.* III. **Cn.** Si non sec. secundo emtori fundus addicitur. fr. 11. pr. de in diem add. 18. 2. Puto sec. eum testari. fr. 8. §. 6. de inoff. testam. 5. 2.

Securis. *Ferramentum latum, cervici amputandae,* (fascibus magistratuum maiorum insertum.) III. **Cn.** Animadverti gladio oportet, non securi, vel telo etc. fr. 8. §. 1. de poen. 48. 19. Qui eiusdem potestatis securem meruerint, fascesque susceperint. Th. C. VI. 22. c. 7. pr. de honor. codic. Iul. ep. nov. c. 17. §. 62. c. 18. §§. 64. sq.

Securitas. **§. 1.** *Status tutus, et curae expers.* III. **Cn.** Publicae salutis et securitatis interest. fr. 5. §. 11. de O. N. N. 39. 1. Securitas et pax (provinciae.) c. 2. §. 4. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Quod adversus populum R., vel adversus securitatem eius committitur. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Ad tutelam eius et securitatem proximorum pertinere. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 1. de serv. export. 18. 7. Securitatem timoris ac periculi promittere. fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16. Th. C. X. 10. c. 4. de petit. et ultro dat. — **§. 1. A.** *Incuria.* III. **Cn.** Negligentia crassa, aut nimia securitas. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. Th. C. XI. 1. c. 35. de ann. et tribut. Feminae, securitate forsitan sexus in actionem illicitam proruentes. Ib. IX. 1. c. 3. de accus. — **§. 2.** *Liberatio* (ab obligatione.) I. **Sy.** Indemnitas. c. 6. pr. §. 1. ad S.C. Vell. 4. 29. Cf. §. 2. I. Qu. al. lic. 2. 8. III. **Cn.** Nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic — securitas datur. Gai. II. 258. Sua parte cedendo securitatem consequi. fr. 8. de nox. act. 9. 4. Cf. Th. C. V. 7. c. 2. de exposit. Securitati suae prospectum velle. fr. 1. §. 1. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2. A.** *Cautio.* (Instrumentum super cautione aut solutione conscriptum.) I. **Sy.** Apocha. Cf. h. v. III. **Cn.** Evictionis securitatem praestare. Vatic. §. 12. Quod sibi debetur consequi, vel eius securitatem. fr. 1. §. 6. de contrar. tut. 27. 4. Solvantur debita, securitatesque reddantur. Th. C. XI. 1. c. 19. de ann. et tribut. XII. 6. c. 2. pr. de susceptor. Cf. V. 13. c. 14. (Wck.) Facta per scripturam securitas. Chirographum securitatis edendum. c. 18. de testib. 4. 20. Th. C. V. 13. c. 20. (Wck.) Acceptae semel securitates, et regestae polyptycis. Ib. XI. 26. c. 2. de discussor.

Securus. (Adiect.) **§. 1.** *Incuriosus, Remissus.* III. **Cn.** Deperditi et nimium securi hominis (ignorantia.) fr. 3. §. 1. fr. 6. de iur. et facti ign. 22. 6. — **§. 2.** *Periculi expers. Tutus.* II. **Op.** Culpae reus intelligi. Periculum timere. — Securus esse. fr. 8. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 10. de susp. tut. 26. 10. Teneri, Coërceri. Obligatus permanere. fr. 1. §. 1. fr. 2. §. 1. si mensor. 11. 6. fr. 27. §. 2. mand. 17. 1. fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. III. **Cn.** Securos, vacuos, immunesque esse (ab omnibus oneribus et muneribus.) Th. C. XIII. 5. c. 5. pr. de navicul. Vt — securus sit adversus eum, qui postea legatum petierit. Gai. II. 215. Ita cavere, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus. fr. 1. Qui satisd. cog. 2. 8. fr. 27. §. 1. de furt. 47. 2. Securo animo possidere. Vatic. §. 278.

Secus. **§. 1.** *Aliter, Contra.* II. **Op.** Eadem. — Secus (illo, quo etc.) fr. 4. §. 7. rem pup. salv. 46. 6. III. **Cn.** Secus quam oportet, v. quam lex nostra praescribit. c. 6. Qui pet. tut. 5. 31. Th. C. VIII. 5. c. 47. pr. de cursu pub. Non secus quam si, s. ac si. fr. 81. §. 3. de legat. I. (30.) fr. 70. §. 2. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Perverse, Prave.* III. **Cn.** Nei quis — facito, quominus setiusve iudicetur. Fr. L. Servil.

c. 21. Si quid neglectum, secusve gestum fuerit. Th. C. VIII. 5. c. 23. §. 1. Quae de mariti moribus secus suspicatur. c. 25. de inoff. testam. 3. 28.

Secutorius. (Adiect.) *Qui sequitur (sponsionem.)* I. **Sy.** Quod sequitur sponsionis victoriam, Secutorium (iudicium.) Gai. IV. 169. III. **Cn.** Quia is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano, sive secutorio iudicio condemnatur. Id. IV. 166.

Sed. (Coniunct.) **§. 1.** *At, Verum.* I. **Sy.** At. Vero. Gai. II. 78. 106. 271. sq. 281. III. 47. III. **Cn.** Quamvis — comprobatum est; sed quod etc. fr. 32. §. 19. de don. int. V. 24. 1. Si quidem etc. — Sed et si etc. fr. 14. §. 15. Qu. met. c. 4. 2. Gai. III. 111. Sed tamen quod etc. Sed tutius est tamen etc. Id. II. 108. Vlp. XXII. 22. Non posse etc. ut, — sed ne etc. fr. 40. §. 4. de procur. 3. 3. fr. 2. §. 5. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Possunt petere B. Pnem, sed sine re ad eos hereditas pertinet. Gai. III. 36. Scire quidem, sed non posse. Vlp. XXII. 32. — **§. 2.** *Scilicet.* I. **Sy.** Scilicet. fr. 9. pr. de edendo. 2. 13. III. **Cn.** Sed illa quidem etc. — hoc vero etc. Gai. II. 103. cf. 196. Sed non omnibus modis; sed etc. Vatic. §. 51. Vt et soli domini constituantur, — sed quamdiu aedificium manet; alioquin etc. fr. 6. pr. de R. D. 1. 8. Cf. fr. 6. §. 13. de excusat. 27. 1. Si dicat, se procuratione quidem carere velle, sed si illaesa existimatione sua id fiat. fr. 25. de procur. 3. 3. Constituerunt quasdam actiones per manus iniectionem, sed puram. Gai. IV. 23.

Sedare. *Componere, Placare.* II. **Op.** Excitare (discordias.) Cf. h. v. III. **Cn.** Nisi forte tumultus aliter sedari non possit. fr. 16. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Sedecies. (Advb.) *Decem et sex vicibus.* III. **Cn.** Haec singula vocabula senas denas continent personas. — Sic ad eorum filios veniatur sedecies computatos. fr. 10. §. 18. de grad. et adf. 38. 10.

Sedecim. Cf. v. Sexdecim.

Sedere. **§. 1.** *Considere, Insidere.* I. **Sy.** Vti, s. Vehi, equis. Sedendorum equorum potestas. Th. C. IX. 31. c. 3. sq. Quib. equor. us. III. **Cn.** In suo ignem facere, aut sedere, aut lavare. fr. 8. §. 6. si servit. 8. 5. cf. fr. 124. de V. S. 50. 16. Ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur. fr. 9. §. 6. de poen. 48. 19. Neve quis eorum ludis — in loco senatorio — sedeto, neve spectato. Tab. Heracl. 63. sqq. aer. Neap. Cf. fr. 1. pr. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Usum sellarum, et sedendi ac conveniendi in publicum tribuimus facultatem. Th. C. XV. 13. c. 1. de usu sellar. Cf. XII. 1. c. 4. de decurion. — **§. 1. A.** *Pro tribunali, aut in subselliis iudicum, iudicandi munere, officiove adsessoris fungi.* I. **Sy.** Residere (cum iudice.) Ib. I. 8. c. 1. de off. iud. civ. VI. 26. c. 5. de prox. comit. Iudex esse. c. 6. pr. §. 6. de postul. 2. 6. III. **Cn.** Si sedit quidem Praetor pro tribunali, sed postulationibus non dedit. fr. 2. §. 2. Qu. ordo in poss. 38. 15. cf. fr. 5. §. 19. ut in poss. legat. 36. 4. Praetor huic rei sedens. fr. 2. §. 43. ad S.C. Tert. 38. 17. Sedere iudices volumus in basilica, — et lites dirimere. Iul. ep. nov. c. 76. §. 285. — **§. 1. B.** *Domicilium, stationemve habere.* I. **Sy.** Sedes habere. c. 2. §§. 1. 3. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. III. **Cn.** Officiales suos mittere, ut ibi sedeant et perscrutentur. Iul. ep. nov. c. 74. §. 277. Praeses prov. et milites, qui in provincia sedent. Ib. c. 15. §. 59. c. 21. §. 69. Vbi barbaricae gentes videntur sedere. c. 2. §. 3. l. l. 1. 27. — **§. 2.** *Incumbere, Repositum esse.* I. **Sy.** Sustineri, Sedere in (parietibus domus.) fr. 47. de damn. inf. 39. 2. — **§. 3.** *Inesse, Comprehendi.* II. **Op.** Qui brevibus sedit, — Qui recisus est de chartis publicis (sc. professionis modus.) Th. C. XI. 28. c. 13. de indulg. deb. — **§. 4.** *Animo haerere, s. infixum esse.* III. **Cn.** Si hoc iudici sederit, debebit etc. fr. 7. §. 2. Qui satisd. cog. 2. 8. Si ita sederit possidentibus. Th. C. VIII. 12. c. 2. de donat. Id nostro sedit arbitrio. Ib. XVI. 2. c. 37. de episc. eccl.

Sedes. **§. 1.** *Sedile.* III. **Cn.** Vt in sedibus et consessu is eis ordo servetur etc. Th. C. VI. 8. c. 1. de praepos. S. cubic. Cf. VI. 7. c. 2. de Prf. Pr. Sedis apostolicae primatus. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr. — **§. 2.** *Tribunal magistratus. Forum causae orandae.* I. **Sy.** Sedile. Th. C. XII. 12. c. 3. sq. c. 12. pr. de legat. et decr. Praefectura. Sedes (amplissima etc.) Ib. I. 10. c. 4. (Wck.) de off. com. S. largg. VI. 15. c. 1. de com. qu. ill. XI. 6. c. 1. de superindict. III. **Cn.** Ante sedem iudicialem SS. deponantur scripturae. c. 14. de iudic. 3. 1. Ordinariae sedis examen. c. 4. de iurisd. omn. iud. 3. 13. Th. C. IX. 1. c. 9. de accus. et inscr. Illustris urbanae sedis, vel annonariae potestatis adparitor. Ib. XIV. 3. c. 22. de pistor. Cf. I. 6. c. 12. (Wck.) de off. Prf. Vr. Praefecti Pr. — Orientalis sedis etc. Iul. ep. nov. c. 64. §. 216. — **§. 3.** *Domicilium, Statio, Mansio.* I. **Sy.** Domicilium. Cf. h. v. §. 1. Mansio. Th. C. I. 7. c. 5. de off. Rect. Pr. III. **Cn.** Vbi quisque sedes et tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. fr. 203. fr. 239. §. 2. de V. S. 50. 16. cf. fr. 28. §. 5. de fideic. libb. 40. 5. Provincia, in qua is, qui possidet, sedes ac domicilium habet. Vatic. §. 326. Th. C. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senat. et de gleb. A suis sedibus depellere. — In suis sedibus adipisci (annonas.) Ib. V. 4. c. 2. (Wck.) de bon. milit. VI. 24. c. 2. de domest. et protect. In aliis locis, vel in suis sedibus [al. aedibus] degere. c. 8. de restit. milit. 2. 51. Pr. I. de milit. testam. 2. 21. — **§. 4.** *Receptaculum. Depositorium.* II. **Op.** Temporis gratia deponere. — Quasi aeterna sede dare [al. donare.] fr. 40. de religios. 11. 7. III. **Cn.** Simulacra — suis sedibus evellantur. Th. C. XVI. 10. c. 19. pr. de pagan. Apostolorum, vel martyrum, sedes. Ib. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol. Sedis intimae tenebras pati. Ib. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor.

Sedile. *Sedes.* I. **Sy.** Sedes. Cf. h. v. §. 2.

Seditio. Idem. III. **Cn.** Homines populares, huius almae urbis seditioni obnoxii. c. 2. de off. Prf. Vr. 1. 28.

Seditio. *Dissensiones publicae. Motus civium.* III. **Cn.** Coetus, conventusve facere, hominesve ad seditionem convocare. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Turbae, seditionisve faciendae consilium inire. Auctores seditionis et tumultus. fr. 3. pr. fr. 5. pr. ad L. Iul.

Iul. de vi pub. 48. 6. fr. 38. §. 2. de poen. 48. 19. fr. 16. de adp. et relat. 49. 1. Paul. V. 3. §. 1. V. 26. §. 3. Vis hostium, aut domesticae seditiones. fr. 7. §. 5. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 6. §. 9. de iniusto rupto. 28. 3. Iul. ep. nov. c. 15. §§. 55. 58. cf. c. 23. §. 88.

Seditiose. (Advb.) *More seditiosorum.* III. **Cn.** Cum saepius seditiose et turbulente se gesserint. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19.

Seditiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui seditionem movet.* I. **Sy.** Auctor seditionis (et tumultus.) Paul. V. 22. §. 1. c. 2. de seditios. 9. 30. Iul. ep. nov. c. 21. §. 81. — **§. 2.** *Contentiosus.* III. **Cn.** Omnes ambiguitates decisae, nullo seditioso relicto. c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17.

Seducere. *Decipere.* III. **Cn.** Volentem quidem (sc. retinere,) non tamen sine calliditate circumventum, vel seductum, vel sollicitatum. fr. 3. §. 5. de lib. hom. exhib. 43. 29.

Sedularium. *Sedile.* III. **Cn.** Rhedae et sedularia [al. seliquastra] supellectili adnumerari solent. fr. 4. de supell. leg. 33. 10.

Sedulitas. *Adsiduitas. Studium indefessum.* III. **Cn.** Vt otiosorum sit ista sedulitas. Th. C. XI. 10. c. 1. ne oper. a collat. Explorata sedulitate obedire. Sedulitas, vel obsequia. Ib. VI. 9. c. 1. de Quaestor. VIII. 1. c. 2. de numerar. Per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur. Ib. XII. 6. c. 22. de susceptor.

Sedulo. (Advb.) *Studiose, Accurate.* III. **Cn.** Qui sedulo operam professionibus navant. Ib. XIV. 9. c. 1. de stud. liber. urb. R.

Sedulus. (Adiect.) *Adsiduus, Diligens.* III. **Cn.** Sedulis instare querelis. Th. C. XII. 1. c. 110. de decurion. Sedulum petendi tutoris officium exigere. c. 8. Qui pet. tut. 5. 31. Cum — adipisci iubeat — sedula servitus libertatem. Th. C. VI. 4. c. 16. de Praet. et Qu.

Sericus. (Adiect.) *Ad vestimenti pretiosioris genus spectans,* (quod a Seribus nomen invenit.) III. **Cn.** Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina etc. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 79. Vestis serica, vel subserica, vela tincta, carbasea, nema sericum. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. Quae (sc. res) pretiosiores essent, si margarita forte, aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica etc. fr. 37. §. 1. de evict. 21. 2. Th. C. X. 21. c. 1. de vest. holov.

Series. **§. 1.** *Ordo continuus. Progressio.* I. **Sy.** Curricula, Cursus (annorum.) Th. C. XIII. 6. c. 10. pr. §. 1. de praed. navicul. Linea (generis.) Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Series saeculorum. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. Et per seriem substitutos admittimus. fr. 2. §. 4. de B. P. s. t. 37. 11. — **§. 2.** *Tenor, Carmen* (orationis, scripturaeve.) I. **Sy.** Continentia (scripturae.) Textus. Th. C. IV. 4. c. 3. §§. 1. sq. de testam. et codic. VIII. 5. c. 22. pr. §. 1. de cursu pub. III. **Cn.** Debet aut testamenti serie, aut testium professione constare. Paul. IV. 1. §. 5. c. 8. Qui testam. fac. p. 6. 22. Eisdem robur adiiciat gestorum series, apud eundem confecta. c. 1. de off. Iurid. 1. 57. Caeteris in prioris legis serie permanentibus. Th. C. VI. 3. c. 3. de praed. Senat. XIII. 5. c. 16. §. 1. de navicul. Qui famosam seriem scriptionis — non illico discerpserint. Ib. IX. 34. c. 10. de famos. libell.

Serius. (Adiect.) *Non iocosus.* II. **Op.** Ludicrus. Cf. h. v.

Sermo. **§. 1.** *Locutio, Narratio.* III. **Cn.** Loqui non posse, alio tamen modo quam sermone manifestum facere. fr. 29. de adopt. 1. 7. Mentis suae videbuntur ex sermonibus compotes esse. fr. 12. §. 2. de tut. et cur. dat. 26. 5. — **§. 2.** *Orationis, scripturaeve, tenor. Formula verborum.* I. **Sy.** Verbum. Vatic. §. 112. fr. 3. pr. §. 1. si ingen. esse dic. 40. 14. Scriptura. fr. 12. §. 3. de legat. I. (30.) fr. 7. de ann. legat. 33. 1. III. **Cn.** In quibuscunque negotiis sermone opus non est, sufficiente consensu. fr. 48. de O. et A. 44. 7. Stipulationis sermo. fr. 112. pr. de V. O. 45. 1. Pari sermone loquitur Praetor etc. Gai. IV. 160. fr. 2. de coniung. c. emanc. 37. 8. fr. 123. de V. S. 50. 16. Heres, ad quem sermonem conferat. fr. 14. pr. de iure codic. 29. 7. fr. 85. de legat. III. (32.) Quoties idem sermo duas sententias exprimit. fr. 67. de R. I. 50. 17. Generali sermone (nominare etc.) Gai. II. 104. IIvir dixit: Sermo vester in actis erit. Vatic. §. 112. — **§. 2. A.** *Suasio, Exhortatio.* III. **Cn.** Maritali sermone placare (offensam aegrae mulieris.) fr. 3. si qu. aliqu. test. prohib. 29. 6. c. 3. eod. 6. 34. In par studium — nostro sermone compellimus. c. 2. de excus. artif. 10. 64. — **§. 3.** *Lingua* (propria cuiusque nationis.) I. **Sy.** Lingua. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Quocunque sermone, — non solum latina, vel graeca etc. fr. 11. pr. de legat. III. (32.) In graecum sermonem per interpretationem proprie transferri posse. Gai. III. 93. Latini, vel graeci, sermonis intellectum habere. Id. l. l. fr. 20. §. 9. Qui testam. fac. p. 28. 1. — **§. 4.** *Consuetudo, Vsus loquendi.* III. **Cn.** Antiquo sermone usus, (adfectavit scribere.) fr. 2. §. 46. de O. I. 2. Vulgi sermone significatur. fr. 162. §. 1. de V. S. 50. 16. Salva ratione recti sermonis. fr. 8. de auro arg. 34. 2.

Sermocinatio. *Sermo, Enarratio.* I. **Sy.** Vociferatio. Vatic. §. 35.

Sero. (Advb.) *Non opportune. Post iustum tempus.* II. **Op.** Tempore sufficiente. Th. C. XI. 36. c. 3. Quor. adp. n. rec. III. **Cn.** Plerumque aut non petitur, aut tardius petitur, aut serius datur. fr. 1. §. 24. de ventre in poss. 37. 9. cf fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Vel consulto tum denunciat adversario, cum eum scit non posse prohibere, vel tam sero pronunciat, ut etc. fr. 5. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. Ipse se deferre debet, alias sero ad auxilium delationis confugit. Fr. de I. F. §. 2. Gai. IV. 164.

Serpens. *Anguis, Draco.* III. **Cn.** Circulatores, qui serpentes circumferunt. fr. 11. de extr. crim. 47. 11. Insutus culeo, — serpentum contuberniis misceatur. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid.

Serpere. *Latenter progredi. Tacite proferri.* III. **Cn.** Ne ultra serpat iniuria. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. pr. Quamquam de heredibus institutis videatur Praetor loqui, attamen etiam ad alios haec res serpet. fr. 4. §. 2. si qu. om. c. testam. 29. 4.

Serra. (Cf. v. Sera.) *Instrumentum dentatum, aptum ad secandum.* III. **Cn.** Non poterat cecidisse intelligi, qui serra secuisset. fr. 5. pr. arbor. furt. caes. 47. 7.

Serraculum. *Clavus navis, Gubernaculum.* III. **Cn.** Navem immittendo, aut serraculum [al. servaculum, v. feraculum] ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis. fr. 29. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2.

Serta. *Coronae ex floribus frondibusque.* III. **Cn.** Simulacris honorem pristinum reddi, redimiri sertis templorum impios postes etc. c. 7. de pagan. 1. 11. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. eod.

Serva. Cf. v. Servus.

Servaculum. Cf. v. Serraculum.

Servare. **§. 1.** *Conservare, Salvum praestare, Tueri.* I. **Sy.** Tueri (in libertate, s. in libertatis forma, sc. servos manumissos.) Gai. III. 56. Conservare. Cf. h. v. §. 2. Ratum habere, Recipere (pactum.) Stare (pacto.) fr. 7. §. 7. fr. 13. §. 1. fr. 28. pr. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. fr. 12. pr. §§. 1. sq. 4. de pact. dot. 23. 4. II. **Op.** Occidere (captivos etc.) Cf. h. v. §. 1. Arctare, vel prorogare (tempus.) Cf. v. Arctare. §. 1. Venire. — Servari. fr. 7. §. 10. Qu. ex c. in poss. 42. 4. III. **Cn.** Omnia caduca fisco vindicantur, sed servato iure antiquo liberis etc. Vlp. XVII. 2. Magni facient provinciales, servari sibi con-

suetudinem istam. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si qua alia ei competit actio, — integra ei — servabitur. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. Servanda non est (sc. stipulatio,) sed omnimodo rescindenda. fr. 7. §. 16. fr. 27. §. 4. de pact. 2. 14. Praetoris oportet in ea re sententiam servari. fr. 29. pr. de exc. rei iud. 44. 2. cf. fr. 3. §. 1. comm. div. 10. 3. fr. 12. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 2.** ***Custodiam exercere.*** I. ***Sy.*** Custodire. Custodiam praestare. Cf. v. Custodire. §. 1. Tenere, Servare (in publico.) fr. 48. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Tam fructuum colligendorum, quam servandorum, (constituta.) c. 2. de V. S. 6. 38. Qui servandum aliquid conducunt, aut utendum accipiunt. fr. 19. commod. 13. 6. Si praedixerit, ut unusquisque vectorum res suas servet. fr. 7. pr. naut. caup. 4. 9. Si ventrem servare velit. fr. 3. de inspic. ventre. 25. 4. Bona, rei servandae causa, iubere possidere. fr. 26. §. 1. ad munic. 50. 1. Legatorum servandorum causa, in possessionem mitti. fr. 4. §. 1. de off. eius. 1. 21. fr. 2. de feriis 2. 12. — **§. 3.** ***Recuperare, Consequi.*** I. ***Sy.*** Ferre (ab aliquo.) Exigere. fr. 67. pro soc. 17. 2. fr. 41. pr. fr. 52. pr. de fideiuss. 46. 1. Consequi. Conservare. fr. 18. de hered. v. act. 18. 4. fr. 79. ad S.C. Treb. 36. 1. III. ***Cn.*** Quamvis eam (sc. pecuniam) ei mutuam dederis, a quo servare non potueris. Gai. III. 156. Quia, quod praestiterit, servare ab eo — non potest, quia is non erit solvendo. fr. 23. de minor. 4. 4. fr. 18. de hered. v. act. vend. 18. 4. fr. 55. de fideiuss. 46. 1. fr. 45. §. 12. de iure fisci. 49. 14. Quod minus servavero, consequar mandati actione. fr. 22. §. 2. fr. 45. §. 7. mand. 17. 1. Si nihil, aut non totum, servatum sit. fr. 8. Qd. falso tut. 27. 6. fr. 49. pr. de furt. 47. 2. Si ab alio res mihi servari potest. fr. 3. sq. de d. m. 4. 3. fr. 2. §. 1. si ventr. nom. 25. 5. Doli mali exceptione posita, rem servari posse. fr. 10. de d. m. exc. 44. 4. Cum alterutra actione rem servaverim. fr. 35. §. 1. locat. 19. 2. cf. fr. 9. pr. de compens. 16. 2. fr. 59. de furt. 47. 2. Ad finem superflui servari (sumtus.) fr. 42. §. 1. sol. matrim. 24. 3. — **§. 4.** ***Observare.*** I ***Sy.*** Custodire. Cf. h. v. §. 2. Observare. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Pro lege servari. fr. 2. §§. 8. sqq. de O. I. 1. 2. In usu servari. Vatic. §. 147. Perinde omnia servabuntur ac si etc. fr. 67. §. 1. de legat. II. (31.) Idem servatur, cum etc. — Diversum in eo servatur etc. Fr. de I. F. §. 14. fr. 4. de off. adsess. 1. 22. In lege etc. hoc esse servandum. fr. 62. pr. ad L. Falc. 35. 2. fr. 5. de stip. praetor. 46. 5. Ordinem servandorum suggerere. Th. C. XI. 29. c. 5. de relation. Cf. XIII. 4. c. 3. de excus. art.

Servator. ***Qui a magistratu constitutus est custos reipub. civitatis minoris.*** III. ***Cn.*** Nemo iudicum — facultatem habeant ordinandi sibi loci servatores in civitatibus. Iul. ep. nov. c. 124. §. 559. cf. §. 558.

Serviana. **§. 1.** ***Actionis nomen, quae bonorum emtori accommodatur.*** III. ***Cn.*** Species actionis, qua ficto se herede bonorum emtor agit, Serviana vocatur. Gai. IV. 35. — **§. 2.** ***Iudicium in rem conceptum,*** (quo creditor pignoris experitur adversus possessorem rei pigneratae.) I. ***Sy.*** Hypothecaria, Serviana, Quasi-Serviana (actio.) Cf. v. Hypothecarius. Pigneraticia Serviana, Pigneraticia (p. se,) Serviana (actio.) Servianum iudicium. fr. 3. §. 3. ad exhib. 10. 4. fr. 28. pr. §. 1. de pign. act. 13. 7. fr. 2. de Salv. interd. 43. 33. III. ***Cn.*** Sic tuetur me per Servianam Praetor, quemadmodum debitorem per Publicianam. fr. 18. de pign. 20. 1. Quasi Serviana, quae et hypothecaria vocatur. fr. 13. §. 1. fr. 17. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. cf. fr. 4. §. 30. de d. m. exc. 44. 4. Personali actione, an — in rem Serviana, (convenire debitoris heredes.) c. 14. de O. et A. 4. 10. fr. 1. §. 2. de pignor. 20. 1.

Serviens. (Partic.) ***Locus, qui servitutem debet praedio vicino.*** I. ***Sy.*** Qui servit, Servus (fundus.) fr. 8. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. fr. 8. pr. §. 1. de A. E. V. 19. 1. II. ***Op.*** Liber. Cf. h. v. §. 2. Fundus serviens, vel is, cui servitus debetur. fr. 23. §. 2. de S. P. R. 8. 3. III. ***Cn.*** Servitus naturaliter — laedere potest fundum servientem. fr. 20. §. 1. ib. 8. 3. Dominus servientis areae. Locus serviens. fr. 20. §§. 3. 5. de S. P. V. 8. 2.

Servilis. (Adiect.) ***Ad servos spectans.*** II. ***Op.*** Libera (persona.) Gai. I. 120. sq. Non libera voluntate, sed quasi ex necessitate servili. fr. 19. §. 2. de N. G. 3. 5. III. ***Cn.*** Cum aut vita adimitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur. fr. 1. pr. de bon. damnat. 48. 20. Gai. I. 123. In imaginariam servilem causam deductus. fr. 3. §. 1. de cap. minut. 4. 5. c. 9. de liberali. c. 7. 16. Verberibus servilibus coërceri. fr. 12. de iure fisci. 49. 14. Peculium servile. fr. 4. pr. de pecul. 15. 1. Serviles cognationes, et — adfinitates. fr. 14. §. 3. de R. N. 23. 2. Vlp. XII. 3.

Servilius. ***Nomen I. Cti.*** III. ***Cn.*** Idque etiam Proculo placuisse Servilius [al. Servius, v. Cervidius] refert. fr. 10. de iure patron. 37. 14.

Servire. **§. 1.** ***Servitutem pati. Ministerium servile praestare.*** I. ***Sy.*** Servitutem pati. fr. 9. fr. 12. pr. de fideic. libb. 40. 5. III. ***Cn.*** Servi, quique pro servis servitutem servierunt. Vatic. §. 307. Qui in servitute fuerit, sive b. f. serviat homo liber, sive detentus sit. fr. 11. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 1. §. 6. de pecul. 15. 1. Si fortasse et serviat alicui, putans se servum esse. fr. 1. §. 2. de iur. et facti ign. 22. 6. Servus, qui tibi iustam servitutem serviret. fr. 28. de nox. act. 9. 4. fr. 34. de stip. serv. 45. 3. cf. fr. 4. §. 4. de statulib. 40. 7. Paul. V. 16. §. 8. Si ita sit libertas servo data: Si quinquennio heredi servierit. fr. 3. §. 15. fr. 4. §§. 4. sq. ib. 40. 7. Qui b. f. servit, si postea liber pronunciatus sit. Vatic. §. 307. Ipsi bonaque eorum publice venire iubentur, ea conditione, ut ne in urbe Roma — serviant, neve unquam manumittantur. Gai. I. 27. — **§. 2.** ***Operam dare.*** I. ***Sy.*** Fungi (munere.) Gerere (munus.) fr. 18. §§. 8. 17. 20. de mun. et hon. 50. 4. fr. 5. §. 3. de iure imm. 50. 6. Obtemperare (ecclesiae etc.) Th. C. XVI. 2. c. 5. c. 30. de episc. eccl. cf. XIII. 1. c. 16. de lustr. collat. — **§. 3.** ***Accommodare se.*** II. ***Op.*** In totum recedere a etc. — Per omnia ei servire. fr. 6. pr. de I. et I. 1. 1. Quantitati contractus servire. — Excedere, vel minuere quantitatem. fr. 2. §. 8. de eo qu. c. loco. 13. 4. — **§. 4.** ***Dominio non libero uti.***

Servitutem praedio vicino debere. (Cf. v. Serviens.) I. **Sy.** Servitutem debere, s. pati. fr. 6. fr. 12. de S. P. V. 8. 2. fr. 27. de S. P. R. 8. 3. fr. 90. fr. 169. de V. S. 50. 16. Liberas esse, Nulli servire (aedes.) fr. 90. l. 50. 16. III. **Cn.** Si aedes meae serviant aedibus L. Titii, — „ne altius aedificare mihi liceat." fr. 32. pr. cf. fr. 6. de S. P. V. 8. 2. Dominus fructuario praedium, quod ei per usumfr. serviebat, legavit. fr. 57. pr. de usufr. 7. 1. Duo praedia, quae mutuo serviebant. fr. 34. pr. de S. P. R. 8. 3. cf. fr. 30. §. 1. de S. P. V. 8. 2.

Servitium. §. **1.** *Servitus, Famulatus.* I. **Sy.** Servitutis nexus. Th. C. IV. 9. c. 7. ad S.C. Claud. IV. 11. c. 3. de libert. et eor. lib. II. **Op.** Manumissi, ac deinceps in servitio retenti. Ib. IV. 8. c. 6. §. 3. (Wck.) de liberali c. Qui in servitio sunt. — Liberi homines, qui b. f. serviunt. — Qui in potestate sunt. fr. 25. §. 2. cf. fr. 1. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. — §. **1.** **A.** *Servi ipsi.* I. **Sy.** Servus. Th. C. IV. 9. c. 3. c. 6. III. **Cn.** Si quis — filium — vendiderit, — emtor obtinendi eius servitii habeat facultatem. c. 2. de patr. qu. fil. 4. 43. — §. **2.** *Obsequium, Ministerium.* III. **Cn.** Officii sui adhibere servitium. Th. C. XI. 7. c. 14. de exaction. Servitium eius (sc. dei) implere. Ad ecclesiam catholicam servitio fideliore transire. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 6. de haeret.

Servitus. §. **1.** *Obsequium. Ministerii praestatio.* I. **Sy.** Ministerium. fr. 27. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Inservire. Operariam servitutem exhibere. Th. C. XIV. 17. c. 6. de ann. civ. II. **Op.** Servus esse. — In servitute esse, v. servitutem servire. fr. 27. §. 8. l. 48. 5. Cf. v. Servire. §. 1. III. **Cn.** Cum manumissi, — ob graviorem servitutem, ab eo decesserint. fr. 13. §. 2. de alim. v. cibar. 34. 1. Quos insulae variis servitutibus, aut loca desolata susceperunt. Th. C. IX. 38. c. 10. de indulg. crim. — §. **2.** *Conditio servilis.* II. **Op.** Libertas. Cf. h. v. Manumissio. Cf. h. v. III. **Cn.** Nisi testator servitutis adpellatione dominium magis, quam operam intellexit. fr. 4. §. 4. de statulib. 40. 7. Cum is — reip. c. abesset, inve vinculis, servitute, hostiumque potestate esset. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Servus, qui tibi iustam servitutem serviret. fr. 28. de nox. act. 9. 4. Si minor in servitutem redigatur, vel ancilla fiat. fr. 6. de I. I. R. 4. 1. Vatic. §. 6. Ex libertate in servitutem petere. fr. 39. §. 5. de procur. 3. 3. cf. fr. 10. §. 11. de in ius voc. 2. 4. fr. 8. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Qui ex iusta servitute manumissi sunt. Gai. I. 11. Spontaneam servitutem imminere oportet. c. 15. §. 2. de testam. man. 7. 2. In servitute actum, v. admissum. fr. 24. cf. fr. 4. §. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 17. fr. 19. §. 1. de N. G. 3. 5. — §. **2.** **A.** *Servus ipse.* I. **Sy.** Servus. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Cum — adipisci iubeat, patronorum iudicio, sedula servitus libertatem. Th. C. VI. 4. c. 13. de Praet. et Qu. — §. **3.** *Ius praedii, vel hominis,* (quo efficitur, ut res aliena commodo nostro serviat.) I. **Sy.** Ius (praedii.) Vatic. §§. 54. sq. fr. 1. §. 1. de D. R. 1. 8. fr. 5. §. 1. de servit. 8. 1. Servitutem debere. Servire. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Vt liberum praestetur praedium, non ut etiam servitutes ei debeantur. fr. 169. cf. fr. 90. fr. 126. de V. S. 50. 16. Alienare, et servitutem praedio imponere posse. fr. 205. de R. I. 50. 17. Sive ius stipulatus quis sit, velut usumfr., vel servitutem utrorumque praediorum. fr. 1. pr. de cond. tritic. 13. 3. cf. fr. 9. §. 7. Qu. met. c. 4. 2. Servitutes aut personarum sunt, — aut rerum, ut servitutes rusticorum praediorum et urbanorum. fr. 1. fr. 15. pr. de servit. 8. 1. Personalis servitus. fr. 8. §. 3. de liberat. leg. 34. 3. Legato usufr. loci, sine servitute, iter quoque — debetur. Vatic. §. 54. Qui sic exceperat: Servitutes, si quae debentur, debebuntur. fr. 39. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 23. §§. 2. sq. de S. P. R. 8. 3. fr. 20. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Vt patiaris eam servitutem, quam debuit, imponi. fr. 8. pr. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 20. pr. de S. P. R. 8. 3.

Servius (Sulpicius Rufus.) *I. Ctus celeberrimus,* (qui M. Tullii Ciceronis aetate inclaruit.) III. **Cn.** Quidam, — ut Qu. Mucius; alii, — ut Servius Sulpicius; alii, — ut Labeo. Gai. I. 188. Haec Qu. Mucius refert; et vera sunt. — Nec utimur Servii sententia, qui putabat etc. fr. 76. §. 1. de furt. 47. 2. Servium Sulpicium in reprehensis Scaevolae capitibus scripsisse. Fr. Sex. Aelii, I. Cti. Ap. Gell. IV. 1. Apud Servii auctores relatum est. fr. 1. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Servius recte legari probat; — Sabinus et Cassius, sub conditione recte legari; — diversae scholae auctores, nec sub conditione. Gai. II. 244. Servium constituisse, (Celsus ait.) fr. 3. §. 4. de tutel. 26. 1. fr. 29. §. 2. de legat. III. (32.)

Serus. (Adiect.) *Dilatus ultra iusti temporis metas.* II. **Op.** Praepostera, — Sera (petitio.) Th. C. VII. 22. c. 11. pr. de fil. militar. III. **Cn.** Postquam decreta est (B. P.,) sera repudiatio est. fr. 1. §. 7. de succ. edicto. 38. 9. Sera est patientia fruendi, quae offertur eo tempore, quo etc. fr. 24. §. 4. locat. 19. 2. Quos serum est punire iudicio, subiugamus edicto. Th. C. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar. Sera prece — desideras. c. 2. de iur. et facti ign. 1. 18. Feminae, quarum aetas biennio viros non sera pubertate praecedit. Th. C. II. 17. c. 1. §. 1. de h. qu. ven. aet.

Servulus. Servula. *Servus. Ancilla.* I. **Sy.** Famulus. Cf. h. v. Servus, Serva. fr. 52. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 36. de cond. indeb. 12. 6. Th. C. XII. 1. c. 6. de decurion. III. **Cn.** Servulos, familiasve (ad agrum ducere.) Ib. VII. 20. c. 8. de veteran. Cf. IV. 22. c. 1. unde vi.

Servus. (Adiect.) §. **1.** *Servilis.* I. **Sy.** Servilis conditionis, Serva (mulier, s. persona.) Pr. I. de serv. cognat. 3. 7. fr. 6. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Statulibera quidquid peperit, hoc servum heredis est. fr. 16. de statulib. 40. 7. — §. **2.** *Serviens, Iuri obnoxius praedii vicini.* I. **Sy.** Serviens. Cf. h. v. II. **Op.** Liber (fundus.) Cf. h. v. III. **Cn.** Legem traditioni dicere, ut vel istae (sc. aedes,) quae non traduntur, servae sint his, quae traduntur; vel contra, ut traditae retentis aedibus serviant. fr. 6. pr. comm. praed. 8. 4. cf. fr. 34. sq. de S. P. V. 8. 2. fr. 22. §. 3. fam. ercisc. 10. 2.

Servus. Serva. (Subst.) §. **1.** *Famulus, An-*

cilla. Mancipium. I. **Sy.** Puer. Mancipium. Cf. v. Puer. §. 3. Ancilla, Serva. fr. 8. pro derel. 41. 7. Homo. Cf. h. v. §. 3. Servitium. Cf. h. v. §. 1. A. Servitus. Cf. h. v. §. 2. A. Familia, Servi (plures etc.) Cf. v. Familia. §. 1. II. **Op.** Liber. Cf. h. v. §. 2. Libertus, vel ingenuus. fr. 6. §. 5. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Qui servum, servam, alienum alienam, recepisse persuasisseve quid ei dicetur. fr. 1. pr. de servo corr. 11. 3. fr. 6. §. 2. de L. Fab. de plag. 48. 15. cf. fr. 2. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Servi, quique pro servis servitutem servierunt. Servi, et ii quos loco servorum habemus. Vatic. §. 307. fr. 1. §§. 16. 18. de vi et vi arm. 43. 16. Qui a nobis b. f. possidetur, sive liber sit sive alienus servus. Gai. II. 92. cf. III. 97. Ignoscitur servis, si vel dominis, vel his qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus et curatoribus, obtemperaverint. fr. 157. pr. de R. I. 50. 17. Servus, vel alius qui in aliena potestate est. fr. 7. si qu. cautt. 2. 11. fr. 215. de V. S. 50. 16. Gai. I. 52. sqq. IV. 70. sqq. Vtrum autem servus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, (veteres quaerebant.) Id. III. 189. Si servus, aut peregrinus, spoponderit. Id. III. 119. 179. Illa verba — ius significant, et in servum non cadunt. fr. 68. de V. S. 50. 16. Servus, v. Servi loco, esse, v. constitui etc. Gai. I. 22. 123. 138. III. 56. 114. Servi populi R. esse iubentur. Id. I. 27. Caesaris servus. Cf. v. Caesar. §. 1. Servus reipub., vel municipii, vel coloniae. fr. 3. de stipul. serv. 45. 3. Publicus servus. fr. 18. de adopt. 1. 7. fr. 1. §. 15. de magistr. conv. 27. 8. Si qua poena pater fuerit adfectus, ut vel civitatem amittat, vel servus poenae efficiatur. fr. 7. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 8. §§. 8. 11. sq. fr. 12. fr. 17. pr. fr. 36. de poen. 48. 19. Servorum officia, vel ministeria. fr. 65. pr. de legat. II. (31.) cf. fr. 203. de V. S. 50. 16. Fructuarius servus. fr. 55. de pact. 2. 14. Gai. II. 91. Dominia in servos vitae necisque potestatem esse. Id. I. 52. cf. 13. 15. fr. 215. de V. S. 50. 16. Si servum ex causa noxali patiatur duci. fr. 36. de procur. 3. 3. cf. fr. 2. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Servus, qui testamento sub aliqua conditione liber esse iussus est. Gai. II. 200. Vlp. II. 1. Servum — liberum et heredem instituere. fr. 14. de h. qu. not. inf. 3. 2. cf. fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. Gai. II. 263. His verbis: „Si quis a servis suis," liberti continentur. Vatic. §. 307. — **§. 2.** *Minister.* III. **Cn.** Qui (sc. deus) per me, ultimum servum suum, — iniurias vindicare dignatus est. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Libidinum omnium vitiorumque servus. Th. C. IX. 43. c. 1. §. 2. de sent. pass.

Sescuncia. Sescunx. *Vncia, eiusque dimidium.* III. **Cn.** Vnicum sescuncia, unum ex illis semuncia querela excludit. fr. 8. §. 8. de inoff. testam. 5. 2. Nec — amplius quam sescunciam iure testamenti desiderare. fr. 42. de vulg. et pup. 28. 6. c. 4. de lib. praeter. 6. 28.

Sessio. *Actus solemnis,* (quo exercitium iurisdictionis celebratur.) II. **Op.** Sessiones. — Feriae. Vatic. §. 156. III. **Cn.** Si sessionem in venerit pro tribunali, reddere (sc. Praetori.) — Illa sessio, quae de plano celebratur. Ib. §§. 163. 165. cf. 161. Sessiones erunt nobis computandae, quibus sedit is (sc. Praetor.) fr. 2. §. 1. Qu. ordo in B. P. 38. 15. Sub publica iudicis sessione cognosci (negotium.) Th. C. XIV. 10. c. 1. pr. de hab. quo uti op.

Sestertius. §. 1. *Nummus argenteus, quarta pars denarii.* III. **Cn.** Verba superflua, quae in donationibus poni solebant, scil. „sestertii nummi unius, assium etc." c. 37. de donat. 8. 54. Cf. v. Nummus. §. 2. Sestertios XXV nummos dare spondes? Gai. IV. 93. cf. III. 102. 113. 161. Qui sestertiorum — patrimonium reliquerit. Id. III. 42. Poena sestertiorum etc. Fr. de I. F. §. 9. Paul. I. 6. A. §. 2. — **§. 2.** *Mensura duorum pedum et semipedis.* III. **Cn.** Sestertius pes. L. XII Tabb. VII. 1.

Seu. (Coniunct. Cf. v. Sive.) *Et, Etiam.* III. **Cn.** „Vxori meae mundum, ornamenta, seu quae eius causa paravi, do lego." — Hoc verbum „seu" ampliandi legati gratia positum est. fr. 30. de auro arg. 34. 2. Grammatici, seu oratores. c. 2. de prof. et medic. 10. 52.

Severe. (Advb.) *Acriter, Aspere.* I. **Sy.** Graviter. Admodum severe. fr. 2. de abig. 47. 14. fr. 2. de receptat. 47. 16. III. **Cn.** Neque absolvendos, neque severe admodum puniendos. fr. 2. l. 47. 16. Velim audias eum, et si compereris haec ita admissa, rem severe exsequaris. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Coll. LL. M. III. 3. Praeses, cum cognoscit de etc. — severissime debet animadvertere. fr. 21. de off. Praes. 1. 18.

Severitas. *Asperitas, Duritia.* II. **Op.** Clementia, Lenitas, Benignitas. Cf. h. vv. III. **Cn.** Huius edicti utilitas evidens et iustissima severitas est. fr. 1. §. 1. de incend. ruina. 47. 9. Ne vel iis venia detur, qui se ignorasse edicti severitatem praetendant. fr. 15. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Severitate S. Cti — improbabitur (eius contractus etc.) fr. 9. §. 2. ad S. C. Mac. 14. 6. Imperitia, aut severitas iudicantis. fr. 14. §. 4. de bon. libert. 38. 2. Severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. fr. 11. pr. de poen. 48. 19. Motum congruae severitatis excipere. Th. C. IX. 40. c. 9. eod.

Severitudo. Idem. III. **Cn.** Metu congruae severitudinis urgeantur. Th. C. VI. 4. c. 21. §. 3. de Praet. et Qu. Par poenae sev. constringat. Ib. XI. 11. c. 1. ne damn. prov.

Severus. (Adiect.) *Durus, Gravis.* II. **Op.** Clemens. Mitis. Cf. h. vv. III. **Cn.** Severissimam in Senatu sententiam dixit. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. Severior et utilior (sententia.) fr. 49. §. 1. de fideiuss. 46. 1. Severa interlocutione comminatus. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Coercitio severior. Gai. IV. 178.

Severus. (Subst.) **§. 1.** *Nomen Imperatoris R.,* (patris Antonini Caracallae.) III. **Cn.** Princeps noster, Severus Aug. fr. 78. §. 1. de legat. II. (31.) Imp. noster Sev. fr. 38. de LL. 1. 3. Impp. nostri, Severus et Antoninus. fr. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. fr. 3. §. 2. de off. Proc. Caes. 1. 19. Cf. v. Antoninus. §. 2. Imp. noster cum D. Severo, patre suo, rescripsit. fr. 44. pr. de excusatt. 27. 1. c. 3. de don. int. V. 5. 16. — **§. 2.** *Nomen I. Cti.* III. **Cn.** Valerius Severus respondit. fr. 30. de N. G. 3. 5. — **§. 3.** *Nomen auctoris sectae haereticae.* III. **Cn.** Acephali, qui Dioscori et Severi superstitionem secuti sunt. Iul.

ep. nov. c. 102. §. 364. Cf. Iustin. Nov. 104. praef. — §. 4. *Nomen servi.* III. *Cn.* December dispensator meus, Severus villicus etc. fr. 41. §. 15. de fideic. libb. 40. 5.

Sex. (Nom. card. num.) III. *Cn.* Sex annis (militare etc.) Vlp. III. 5. sq. Annus et VI menses. Id. XIV. 1. XVI. 1. In VI mensibus proximis. Gai. IV. 22.

Sexagenarius. §. 1. *Annos aetatis LX agens.* II. *Op.* Minor LX annorum. Vlp. XVI. 3. Intra sexagesimum annum. — Maior sexagenario. Id. l. l. — §. 2. *Genus officialium* (ex officio S. largitionum, cui exactiones publicae credebantur.) III. *Cn.* Ducenarii, et centenarii, sive sexagenarii, non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam etc. Th. C. XI. 7. c. 1. de exaction. Cf. XI. 1. c. 2. de ann et tribut.

Sexagesimus. *Numerus, qui continet sexaginta.* III. *Cn.* Ab annis LV usque ad annum sexagesimum. fr. 68. pr. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 3. pr. de censib. 50. 15. Vlp. XVI. 3. Intra sexagesimum diem finiri. fr. 12. §. 6. fr. 13. sq. Qui et a qu. man. 40. 9.

Sexaginta. *Decies sex.* III. *Cn.* Minor LX annis. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. Vlp. XVI. 1. Quamvis LXV annorum aliquis sit. fr. 1. §. 3. de vac. et excus. 50. 5. Intra LX dies. fr. 31. §. 22. de Aedil. edict. 21. 1.

Sexcenti. §. 1. *Sexies centum.* III. *Cn.* Aurei DC. c. 7. §. 4. de advoc. div. iudicum. 2. 8. — §. 2. *Numerus indefinitus.* III. *Cn.* Sexcenta alia sunt, quae enumerari non possunt. Th. C. IX. 20. c. 1. vict. civil.

Sexdecim. (Advb.) *Bis octo.* III. *Cn.* In porrectum VIII pedes, — in anfractum — sexdecim [al. sedecim.] fr. 8. de S. P. R. 8. 3.

Sexennium. *Tempus VI annorum.* III. *Cn.* Qui ante hoc recessisse sexennium deteguntur. Th. C. XII. 1. c. 171. pr. de decurion.

Sexprimi. *Decuriones VI priores in ordine curialium.* I. *Sy.* Primi, qui in ordine reperientur. c. 10. de prof. et med. 10. 52. Cf. Th. C. XII. 1. c. 190. de decurion. Sexprimarii [al. Ex-primarii.] Vatic. §. 124. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 3. III. *Cn.* Hi quoque, qui sunt ex collegio sexprimorum [al. sexvirorum,] habent a tutelis excusationem. Vatic. l. l.

Sexta. §. 1. *Pars sexta* (sortis pecuniae.) II. *Op.* Octava (retinetur.) Vlp. VI. 12. III. *Cn.* Convenit in pacto dotali, ut divortio facto sextae liberorum nomine retinerentur. Vatic. §. 106. cf. §§. 105. 107. Vlp. VI. 10. — §. 2. *Mediae noctis hora.* III. *Cn.* Qui Calendis Ian. natus, post sextam noctis prid. Cal. quasi annum vicesimum compleverit. fr. 1. de manum. 40. 1.

Sextans. *Sexta pars assis.* II. *Op.* Semissis. — Sextans. — Triens. Th. C. IX. 42. c. 8. pr. de bon. proscr. III. *Cn.* Ex sextante heres institutus. fr. 30. pr. de exc. rei iud. 44. 2. cf. fr. 76. de A. v. O. H. 29. 2.

Sextarius, s. **Sextarium.** *Mensurae genus, sexta congii pars.* III. *Cn.* Dolia, vasa, ancones, — item urnae aereae, et congiaria, sextaria. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. cf. Th. C. XII. 6. c. 21. pr. de susceptor. Vt — sextarius olei ad XXI semis unciam redigatur. Ib. XIV. 17. c. 15. de annon. civ. Sextarium frumenti tollere. fr. 21. §. 5. de furt. 47. 2.

Sextus. (Adiect.) *Vltimus in sex.* III. *Cn.* Vsque ad sextum gradum. Vlp. XVI. 1. Per VII gradus: — sexto etc. Id. XXVIII. 7. Sexta pars (fundi.) fr. 116. §. 1. de legat. I. (30.) Cf. v. Sexta.

Sextus. (Subst.) *Praenomen* (Pomponii I.Cti, quo solo etiam passim nuncupatur.) III. *Cn.* Iulianus subiicit, Sextum quoque Pomponium praeferre. Vatic. §. 88. fr. 30. §. 6. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 32. pr. de legat. I. (30.) Iuliano et Sexto placuit. Gai. II. 218. Et ait Sextus, sic esse saepe iudicatum. fr. 1. §. 27. de S. C. Silan. 29. 5.

Sexus. *Habitus naturalis,* (quo mares distinguuntur a feminis.) I. *Sy.* Sive masculini, sive feminini sexus. Tam masculi quam feminae. Gai. I. 117. 132. 134. Vlp. X. 1. III. *Cn.* Vterque sexus. Id. XXII. 20. Cuiuscunque sexus, vel aetatis. Omnis sexus. Id. l. l. 18. fr. 18. de excusat. 27. 1. fr. 6. §. 3. de statulib. 40. 7. Sexus, qui praevalet in eo (hermaphrodito.) fr. 10. de statu hom. 1. 5. Sexus dispar. Th. C. IX. 3. c. 3. de cust. reor. Qui ob aetatem, vel rusticitatem, vel ob sexum lapsi. fr. 1. §. 5. de edendo. 2. 13. fr. 2. §. 7. de iure fisci. 49. 14. Propter sexus infirmitatem, et propter forensium rerum ignorantiam. Vlp. XI. 1. Pudicitia sexui congruens. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 1. §. 7. de susp. tut. 26. 10.

Si. (Coniunctio conditionalis.) §. 1. *Siquidem. Quandoquidem.* III. *Cn.* Haec conditio: „Si etc." — sic recipienda est, cum primum potuerit. fr. 29. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 21. pr. de statulib. 40. 7. Si etc. — Imo si etc. fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. Si etc — Sin vero etc. v. Caeterum si etc. fr. 17. §§. 3. 5. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 9. pr. de iure dot. 23. 3. Si etc. — sed si et. fr. 17. §. 6. l. 21. 1. Si quid autem etc. — sive quid etc. fr. 1. §. 1. ib. 21. 1. fr. 2. pr. vi bon. rapt. 47. 8. Si sunt etc. — Si minus. fr. 1. §. 7. de coniung. c. emanc. 37. 8. Si enim etc. — quanto magis etc. Iul. ep. nov. c. 82. §. 319. Si etc. — utique, v. tunc etc. fr. 4. §. 3. vi bon. rapt. 47. 8. cf. fr. 32. pr. de LL. 1. 3. fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. fr. 10. pr. de fideic. libb. 40. 5. Replicatio: — „Aut si etc." fr. 48. de procur. 3. 3. fr. 154. de R. I. 50. 17. Si Claudius Macer, quamvis filiusfam. sit, idoneus tutor esse videbitur, — existimo etc. fr. 15. §. 17. de excusatt. 27. 1. — §. 2. *Etiamsi, Quamvis.* III. *Cn.* Vt ante diem stipulatio non committatur, si certum esse coeperit etc. fr. 124. de V. O. 45. 1. Quoniam, si totum testamentum non exstet, constat valere omnia. fr. 1. §. 3. de h. qu. in testam. del. 28. 4. Filiusf. si militaverit, — manet in patris potestate. §. 4. I. Qu. mod. ius. P. P. 1. 12. — §. 3. *Quia, Cum.* I. *Sy.* Cum, Si (impubes est, sc. pupillus.) fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3. fr. 239. pr. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Etiam hoc incommodum sentit, si post mortem meam maneat ei ususfr. fr. 4. de novat. 46. 2. Si uteris instrumento, — non oberit sententia. c. 2. de fide instrum. 4. 21. — §. 4. *Si non,* pro: *Nisi.* I. *Sy.* Nisi. Cf. h. v. III. *Cn.* Excipiente eo:

Si non mihi mandatum sit. fr. 48. de procur. 3. 3. cf. fr. 6. §. 5. de edend. 2. 13. Tentat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. fr. 160. de V. S. 50. 16. Competere (sc. actionem,) — si non etc. fr. 13. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 40. §. 2. de pact. 2. 14. — **§. 5.** *Si*, pro: *Sive*. III. ***Cn.*** Respondit, si iidem creditores essent, si alii creditores essent etc. fr. 14. de transact. 2. 15. Si quis legatum, si quis portionem sibi datam adgnoverit. fr. 10. §. 3. de B. P. c. t. 37. 4. — **§. 6.** *Si*, pro: *An*. III. ***Cn.*** Quaerebatur, si etc. fr. 11. de iure delib. 28. 8. fr. 3. §. 1. de coll. bon. 37. 6. Dubitatur, si etc. c. 24. de N. G. 2. 19. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. c. 3. pr. de ann. exc. 7. 40. Parvi refert, si sit aliquid in peculio, nec ne. fr. 5. §. 2. de liberat. leg. 34. 3. cf. fr. 9. §. 1. de edend. 2. 13. Perpenso iudicio dispici debet, si etc. — nec ne. c. 7. de accus. 9. 2. cf. c. 6. de inoff. testam. 3. 28. Animadverti debebit, — si etc. fr. 5. de R. C. 12. 1.

Sibi. Sibimet. Cf. v. Sui.

Sic. (Advb.) **§. 1.** *Ita, Hoc modo*. I. ***Sy.*** Ita. Cf. h. v. §. 1. Hoc modo. His verbis. Vlp. XXIV. 3. sq. 6. Gai. I. 149. sq. 152. Perinde ac. fr. 15. pr. §. 3. de castr. pec. 49. 17. III. ***Cn.*** Sic — atque si etc. v. quasi etc. fr. 1. pr. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 13. de donat. 39. 5. Quasi, — sic (loqui, s. accipere, s. videri.) fr. 10. pr. de pact. 2. 14. fr. 2. §. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. fr. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Sic, quemadmodum etc. fr. 18. de pign. 20. 1. fr. 15. §. 3. de castr. pec. 49. 17. Sic intelligere, sive — sive etc. fr. 2. §. 6. si qu. cautt. 2. 11. Ad honorem Praetorum, sic nominatum. fr. 7. §. 1. de I. et I. 1. 1. Gallus sic posse institui posthumos nepotes induxit. fr. 29. pr. de lib. et posth. 28. 2. Sed etsi id non fecerit, — etiam sic perimi (actionem.) fr. 14. §. 15. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Adeo*. III. ***Cn.*** Cum tamen flumen sic abundasset, ut etc. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Neque sic arctandus sit, ut possit ei dici etc. fr. 2. §. 8. l. 2. 11. — **§. 3.** *Secundum id*. III. ***Cn.*** Vt ante — praestet; sic deinde pretium consequatur. fr. 25. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 34. §. 4. de iureiur. 12. 2. Vt daret satis, — et sic falsum dicat. fr. 5. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 1. pr. de exerc. act. 14. 1. fr. 15. de praescr. vv. 19. 5. Dum aliud egit, sic ignis processit. Coll. LL. M. XII. 7.

Sica. *Gladius brevior. Pugio*. I. ***Sy.*** Ferreum cultrum. §. 5. I. de pub. iud. 4. 18.

Sicarius. *Qui arma clam gestat*, (ad caedem hominis perpetrandam.) III. ***Cn.*** L. Cornelia de sicariis, quae homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. §. 5. I. l. 4. 18. Cf. v. Cornelia. §. 3. Quaestiones publicae de falso, de parricidio, de sicariis. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Coll. LL. M. I. 3.

Siccare. *Humore privare*. III. ***Cn.*** Retia siccare, et ex mari reducere. fr. 5. pr. de R. D. 1. 8. Ipsius fundi siccandi causa, derivare. fr. 29. de S. P. R. 8. 3. fr. 1. §. 4. fr. 2. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Siccitas. *Ariditas*. III. ***Cn.*** Si quid, quia aquam ducere prohibitus esset, siccitatibus detrimenti cepisset. fr. 18. si servit. 8. 5.

Siccus. (Adiect.) *Humore carens*. II. ***Op.*** Palustris. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Cum locum, qui alvei esset, siccum relinquit (sc. amnis,) et circumfluere coepit. fr. 30. §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Sicilia. *Insula maris Tyrrheni, maxima*, (angusto freto ab Italia divisa.) III. ***Cn.*** Continentes provincias, — utputa Galliam; sed et provinciam Siciliam. fr. 99. §. 1. de V. S. 50. 16. Non per Italiam tantum, sed etiam per urbicarias regiones, et Siciliam. Th. C. XI. 16. c. 9. de extr. s. sord. Cf. XI. 30. c. 27. de adp. et poen. Sicilia, nostrum quodammodo peculium constitutum. Nov. 104. de Praet. Sicil.

Sicilicus. *Quarta pars unciae*. III. ***Cn.*** Vniversae hereditatis habere dodrantem, semunciam et sicilicum. fr. 21. §. 2. de ann. legat. 33. 1.

Siciliensis. (Adiect.) *Ad Siciliam pertinens*. I. ***Sy.*** Siciliae (Praetor, v. iudex.) Nov. 104. de Praet. Sicil.

Sicubi. (Advb.) *Si uspiam, v. unquam*. III. ***Cn.*** Vindicare quidem nummos suos potest, sicubi exstent. Gai. II. 82. Sicubi res postulat, v. necessaria sit tutoris auctoritas. fr. 1. §. 1. de testib. 22. 5. Gai. III. 107. Nisi sicubi etc. fr. 1. §. 10. de postul. 3. 1. Cf. Th. C. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr.

Siculus. (Adiect.) *Siciliensis*. III. ***Cn.*** Siculus possessor: — Syracusanus, Catanensis, Aetnensis etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Sicut. Sicuti. (Advb.) **§. 1.** *Ita ut. Quemadmodum*. I. ***Sy.*** Vti. Ita ut. fr. 78. §§. 2. sq. fr. 91. §§. 1. 3. fr. 93. §. 2. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Sicut, — ita etc. Gai. II. 169. 185. 213. Vlp. II. 12. fr. 10. de R. D. 1. 8. fr. 6. §. 7. de off. Praes. 1. 18. fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. Sicut, — ita nec etc. Vatic. §. 160. cf. §. 195. Et statum et dignitatem — videtur retinere, sicut et rei suae dominium retinet. fr. 20. de statu hom. 1. 5. fr. 6. §. 4. de act. rer. amot. 25. 2. fr. 31. de iure fisci. 49. 14. Sicuti iuris est (in legatis.) Gai. II. 286. — **§. 2.** *Quasi*. III. ***Cn.*** Liberi nostri, qui in potestate nostra non sunt, — sicut extranei videntur. Id. II. 161. — **§. 3.** *Exempli causa*. I. ***Sy.*** Velut. Vt sunt. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 79. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Quaedam leges, — sicut etc. — item etc. Gai. IV. 22. Aliquando, sicut etc. Id. IV. 44.

Sidus. *Sidera, i. e. Astra*. III. ***Cn.*** Cum videat — siderum motum, vitae commoda moderantem. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 1.

Sifo. Cf. v. Sipho.

Sigillaria. *Vicus Romae*, (ubi sigilla deorum, et similia vendebantur.) III. ***Cn.*** Lances — leves, quas de sigillaribus emi, dari volo. fr. 102. §. 1. de legat. III. (32.)

Sigillatim. Cf. v. Singulatim.

Sigillatus. (Partic.) *Parvis signis ornatus*. III. ***Cn.*** Nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis, aut textis utatur auratis. Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic.

Sigillum. **§. 1.** *Imago parva* (sculptilis, aut fusilis.) III. ***Cn.*** Sigilla, et statuae. fr. 12. §. 23. de instr. leg. 33. 7. Marmora, et sigilla. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. Tabulae adfixae, — vel singula sigilla

adaequata. fr. 41. §. 13. de legat. I. (30.) fr. 12. §. 23. l. 33. 7. Gemma inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro. fr. 6. ad exhib. 10. 4. fr. 32. pr. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Imago insculpta anulo signatorio.* I. **Sy.** Signaculum. Signum. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. fr. 1. §. 2. fr. 2. §. 4. fr. 4. sq. fr. 7. testam. quemad. ap. 29. 3.

Siginni. *Tela missilia.* I. **Sy.** Missibilia, Siginni, [al. Zibinni.] Iul. ep. nov. c. 79. §. 304. Cf. v. Missibilia.

Sigla. *Compendia sillabarum*, (quibus in scriptura utimur.) I. **Sy.** Notae. Signa. Siglorum [al. Simplorum] obscuritates. c. 1. §. 13. c. 2. §. 22. c. 3. §. 22. de vet. iure enucl. 1. 17. II. **Op.** Consequentiae litterarum. c. 1. §. 13. c. 2. §. 22. l. l. 1. 17.

Signaculum. *Sigillum.* I. **Sy.** Sigillum. Signum. Cf. v. Sigillum. §. 2. III. **Cn.** Subscriptiones et signacula testium. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 5. Iudicum, et Senatorum, officiorum etiam publicorum inustum signaculis, in — custodia collocetur. Th. C. III. 19. c. 6. pr. (Wck.) de admin. et peric. tut. Cf. Gesta in Sen. de rec. Th. C. Iul. ep. nov. c. 94. §. 354.

Signare. **§. 1.** *Efformare, Cudere.* (Cf. v. Signatus.) III. **Cn.** Extrinsecus sibi signare pecuniam forma publica, vel signatam furari. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — **§. 2.** *Obsignare sigillo.* I. **Sy.** Consignare. Cf. h. v. §. 1. Obsignare. Cf. h. v. Signa imprimere. Paul. V. 25. §. 6. fr. 22. §. 7. Qui testam. fac. p. 28. 1. II. **Op.** Resignare. Cf. h. v. III. **Cn.** Tabulas testamenti facere, v. scribere, et signare. fr. 19. fr. 27. cf. fr. 22. §. 4. l. l. 28. 1. Tabulas — adhibitis testibus ita signari, ut — triplici lino constringantur. Paul. V. 25. §. 6. cf. IV. 6. §. 1. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit etc. Id. IV. 7. §. 1. Coll. LL. VIII. 7. Si VII signis testium signatum sit testamentum. Gai. II. 119. 147. Vlp. XXIII. 6. Qui peragendis signandisque responsis — obsecundant. Th. C. XI. 16. c. 14. de extr. s. sord. Domum absentis debitoris signasse. fr. 20. de iniur. 47. 10. — **§. 3.** *Subscribere.* I. **Sy.** Subscribere. c. 15. de adm. tut. 5. 37. — **§. 4.** *Designare, Significare.* III. **Cn.** Vocabulis ipsis signari. Th. C. XI. 16. c. 18. de extr. s. sord. Aperta definitione signamus. Ib. III. 9. c. 1. si sec. nups. mul. Propria relatione signasti. Ib. VIII. 5. c. 55. de cursu pub. Lege nostra signatum est. Ib. XI. 1. c. 5. de ann. et tribut.

Signarius. *Qui statuas et sigilla facit.* III. **Cn.** Argentarii, — aerarii, fusores, signarii [al. lignarii.] c. 1. de excus. artif. 10. 64.

Signatio. *Declaratio scripta.* III. **Cn.** Apocharum — digesta signatio — formam indictionis teneat. Th. C. XI. 1. c. 19. l. l.

Signator. *Qui sigillo adposito testatur aliquid.* I. **Sy.** Subscribens, Subscriptor, Testis. Th. C. IV. 4. c. 3. §§. 1. sqq. de testam. et codic. Nov. Th. II. eod. I. 16. c. 1. §§. 2. sq. fr. 3. §. 9. de tab. exhib. 43. 5. III. **Cn.** Testes, vel signatores, (qui rem communissent.) fr. 22. de testib. 22. 5. fr. 32. §. 1. de furt. 47. 2. cf. fr. 4. sq. fr. 7. testam. quemad. ap. 29. 3.

Signatorius. (Adiect.) *Ad signandum pertinens.* III. **Cn.** Signatorius anulus. fr. 74. de V. S. 50. 16. cf. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2.

Signatura. *Signum, Sigillum.* III. **Cn.** Signaturas pretiosis gemmis insculpere. Fr. At. Capitonis, I. Cti. Ap. Macrob. saturn. VII. 13.

Signatus. (Partic.) **§. 1.** *Forma expressus, Cusus.* II. **Op.** Infecta, — Signata, — Facta (materia.) fr. 6. de R. V. 6. 1. cf. fr. 19. pr. fr. 27. §. 4. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Aurum, vel argentum signatum, — quod eius aliqua forma est expressum, veluti quae Philippi sunt etc. fr. 27. §. 4. l. 34. 2. Pecunia signata (forma publica P. R.) Signatum (p. se.) L. Gall. Cisalp. II. 2. fr. 19. pr. fr. 27. §. 6. l. l. 34. 2. — **§. 2.** *Sigillo munitus.* I. **Sy.** Obsignata, Signata (pecunia.) Paul. II. 12. §. 5. fr. 25. §. 1. depos. 16. 3. III. **Cn.** Quod dies et Coss. additi, vel tabulae signatae non sint. fr. 34. §. 1. de pignor. 20. 1. Responsa signata dare. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Vinum — signatum suo et alterius sigillo. fr. 11. §. 3. locat. 19. 2. — **§. 3.** *Designatus, Significatus.* I. **Sy.** Expressa, Signata (vocabula.) Th. C. XI. 16. c. 18. sq. de extr. s. sord. III. **Cn.** Ad signatos provinciales — faciat pervenire. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 6.

Signifacere. *Significare.* III. **Cn.** Nutu posse signifacere [al. significare,] velle se etc. fr. 65. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1.

Signifer. *Qui signa fert* (in festis publicis.) III. **Cn.** Nemesiaci, signiferi, cantabrarii etc. Th. C. XIV. 7. c. 2. de collegiat.

Significare. **§. 1.** *Exprimere, Ostendere.* I. **Sy.** Declarare. Cf. h. v. Iubere. fr. 7. §. 2. de reb. dub. 34. 5. III. **Cn.** Edictum mittere, s. Litteras dirigere, et significare etc. fr. 4. §. 4. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 65. de proc. 3. 3. Vatic. §. 233. Decreto debebit causa removendi significari. fr. 4. §. 1. de susp. tut. 26. 10. Certis ex causis, — quas ipse Praetor significat. Gai. IV. 102. Precibus significas. c. 11. de furt. 6. 2. Iuris auctoritate significatum est. c. 11. de R. V. 3. 32. S.C., quo significatur. Ipsa lege signif. Gai. I. 80. sq. II. 207. Edicto, v. Rescripto etc. significavit Imp. I. 55. 62. 93. sq. II. 126. Vatic. §. 235. fr. 46. §. 2. de excusatt. 27. 1. — **§. 2.** *Sensum continere. Interpretationem pati.* III. **Cn.** Adpellatione „pecuniae" omnes res in ea lege significantur. Gai. III. 124. Hoc sermone, s. Vulgi sermone, significari. fr. 89. §. 1. fr. 162. §. 1. de V. S. 50. 16. Adiectio haec — hoc significat. fr. 169. ib. 50. 16.

Significatio. *Sensus, Vis* (verborum.) I. **Sy.** Adpellatio, Significatus. fr. 5. pr. fr. 94. fr. 195. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si sub una significatione diversis nominibus — ea res adpellatur. fr. 136. pr. de V. O. 45. 1. Duplicem significationem habere. Gai. IV. 51. Aliqua significatione — dicere posse. fr. 225. de V. S. 50. 16. Significationem invenire (in graeco nomine.) fr. 233. §. 2. ib. 50. 16. A significatione verborum recedere. fr. 69. pr. de legat. III. (32.)

Significativus. (Adiect.) *Significandi vim habens.* III. **Cn.** Haec enunciatio, s. adpellatio, signi-

ficativa est (certae rei.) fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1. fr. 282. de V. S. 50. 16.

Significatus. (Subst.) *Significatio.* I. **Sy.** Significatio. Cf. h. v.

Signinus. (Adiect.) *Fabricatus ex mixtura calcis et testarum.* II. **Op.** Terrenus (rivus.) fr. 1. §. 10. de riv. 43. 21.

Signum. §. **1.** *Indicium, Nota.* III. **Cn.** Hostibus P. R. nuncium litterasve mittere, signumve dare. fr. 1. §. 1. ad L. Iul. mai. 48. 4. Indubitabili signo demonstrare. fr. 9. §. 8. de hered. inst. 28. 5. cf. fr. 1. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1. Instructa documentis (sc. res,) signis ad probationem luce clarioribus expedita. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolition. — §. **2.** *Signa, i. e. Vexilla militaria, item imperialia.* III. **Cn.** Multo minus milites avocandi sunt a signis, vel muneribus. fr. 3. §. 6. de testib. 22. 5. cf. fr. 45. ex qu. c. mai. 4. 6. Th. C. VII. 12. c. 1. de commeatu. cf. VII. 1. c. 2. de R. M. Signis felicibus adplicati (militiae rudimenta timere.) Ib. VII. 18. c. 4. §. 2. de desertor. Qui signa nostra comitantur. Ib. VI. 35. c. 15. de priv. eor. qu. in S. pal. — §. **3.** *Simulacrum, Effigies.* III. **Cn.** Signorum, vel marmorum, vel columnarum materiae. Ib. XV. 1. c. 14. de opp. pub. Signum dei — in illa sacra aede (statui.) fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. — §. **4.** *Sigillum.* I. **Sy.** Sigillum, Signaculum. Cf. v. Sigillum. §. 2. III. **Cn.** Cerae signa imprimere. Signum anulo impressum. Paul. V. 25. §. 6. fr. 22. §. 5. Qui testam. fac. p. 28. 1. Signum adulterinum sculpere, facere, exprimere. Paul. V. 25. §. 1. Signo publico obsignatum, in archium redigatur. Id. IV. 6. §. 1. VII signis testium signatum testamentum. Gai. II. 119. 147. Vlp. XXIII. 6. Si tabulas inciderit, — ac rursus suo signo signaverit. fr. 20. §. 1. de mil. testam. 29. 1. cf. fr. 22. §. 3. Qui testam. fac. p. 28. 1.

Silanianum. *Nomen S. Cti* (de publica quaestione a familia necatorum habenda.) III. **Cn.** Licet cessat S. C. Silanianum [al. Syllanianum,] nec quaestio suppliciumque de his, qui sub eodem tecto fuerunt, habeatur. fr. 1. §. 21. cf. pr. de S. C. Silan. 29. 5. Si sibi manus quis intulit, SCto quidem Silaniano locus non est, sed mors eius vindicatur. fr. 1. §. 22. ib. 29. 5.

Silentiarius. *Qui in palatio Principis ministerio fungitur quietis indicendae, et audientiae faciendae.* III. **Cn.** Viri spectab. silentiarii, S. nostri palatii, circa latus nostrum militantes. c. 30. §. 2. de inoff. testam. 3. 28. c. 25. de excus. tut. 5. 62. Qui ministeriales, (et paedagogiani,) et silentiarii, et decuriones exsistunt. Th. C. VIII. 7. c. 5. de div. offic. Cf. VI. 23. c. 2. sqq. de decur. et silent. Silentiariorum schola, v. militia. c. 4. sq. de silentiar. 12. 16.

Silentium. §. **1.** *Taciturnitas. Tacite expressa voluntas.* II. **Op.** Vel heredem instituere, vel nominatim exheredare. — Silentio eum praeterire. Gai. II. 123. III. 67. fr. 12. pr. fr. 47. §. 4. de bon. libert. 38. 2. — §. **2.** *Omissio postulationis. Interpellatio iudicis omissa.* I. **Sy.** Advocationibus interdicere. Silentium irrogare, v. imperare (advocatis.) fr. 8. de postul. 3. 1. Nov. Th. II. eod. I. 10. c. 2. pr. Th. C. X. 10. c. 32. §. 2. de petit. et ultro dat. III. **Cn.** Pacto, vel silentio, comprobare. Paul. I. 9. §. 3. fr. 1. §. 12. ad S. C. Tert. 38. 17. Iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. Paul. V. 5 A. §. 8. Adeat ex more, nec in infinitum captiosi silentii tempus — concessum sibi credat. Vatic. §. 155. cf. fr. 7. fam. ercisc. 10. 2. Per fraudulentam astutiam et venale silentium (perimere fiscalem petitionem.) Th. C. X. 1. c. 7. de iure fisci. Ib. X. 20. c. 10. §. 1. de murileg.

Silere. §. **1.** *Reticere.* I. **Sy.** Conticescere. Cf. v. Conticere. III. **Cn.** Commissum tale aliquid silere. Th. C. XVI. 5. c. 46. de haeret. — §. **2.** *Sopiri, Cessare.* III. **Cn.** Eo — arceri exemplo, quo iustas fisci lites silere praecipimus. Ib. X. 1. c. 3. de iure fisci.

Silescere. *Conticescere.* III. **Cn.** Taceat adparitio, advocatio delitescat, — praeconis horrida vox silescat. c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12.

Silex. *Saxum parvae molis* (ad straturam humi idoneum.) III. **Cn.** Vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis, (insculpere, vel pingere.) c. 1. nem. lic. sign. 1. 8. Silice sternere (iter.) fr. 4. §. 5. si serv. vind. 8. 5.

Silia. *Legis nomen.* III. **Cn.** Haec autem legis actio (sc. per condictionem) constituta est per L. Siliam et Calpurniam; lege quidem Silia certae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re. Gai. IV. 19.

Silignarius, s. **Siliginarius.** *Siliginis distributor.* III. **Cn.** Si siliginario quis dixerit, ut, quisquis nomine eius siliginem petisset, ei daret; — furti actionem — silignario competere. fr. 52. §. 11. de furt. 47. 2.

Siligo. *Genus tritici, ex quo panis conficitur.* III. **Cn.** Quemdam ad siliginem emendam curatorem — constitutum, siliginem miscendo corrupisse. fr. 30. de N. G. 3. 5.

Siliqua. §. **1.** *Theca, qua continentur legumina.* III. **Cn.** Lupinum et fabam, quia — siliqua continentur, (fruges dici.) fr. 77. de V. S. 50. 16. — §. **2.** *Solidi pars XXIVta.* III. **Cn.** Palatinus siliquam mediam pro siliquatico, — exactor siliquam, — officium — VI semisiliquas consequatur. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 16. Quaternas siliquas annuae — nomine descriptionis exsolvant. Th. C. XII. 4. c. 1. de impon. lucr. descr. Ex pecuniis foenori dandis aliquid detrahere, — siliquarum nomine, vel sportularum etc. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32. cf. c. 1. de ratioc. opp. p. 8. 13.

Siliquaticum. *Vectigal siliquae pendendum.* Cf. v. Siliqua. §. 2.

Sillus. *Genus carminis mordacis.* III. **Cn.** Quod N. Negidius sillum [al. millum, v. libellum] immisit A. Agerio, infamandi causa. Coll. LL. M. II. 6.

Silva. *Locus arboribus consitus.* III. **Cn.** Vt agri sic in censum referantur: Nomen fundi cuiusque; — et arvum — quot iugerum sit; — vinea, — oliva, — pratum, — pascua, — item silvae caeduae. fr. 4. pr. de censib. 50. 15. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Ex silva caedua pedamenta, et ramos ex arbore — sumturum, ex non caedua in vineam sumturum. fr.

fr. 10. cf. fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1. fr. 30. pr. fr. 77. de V. S. 50. 16. Quae ex silva facta, nata sint. fr. 18. §. 3. de pign. act. 13. 7. Pascua silva, (quae pastui pecudum destinata est.) fr. 30. §. 5. de V. S. 50. 16. Ex arbore arbustum, aut ex silva novale, aut aliquid eiusmodi facere. fr. 3. §. 2. de term. mot. 47. 21.

Simia. *Animal*, (hominis figurae proximum.) III. ***Cn.*** Vt parricida — culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia. fr. 9. pr. de L. Pomp. de parr. 48. 9.

Similis. (Adiect.) **§. 1.** *Imaginem alterius rei referens.* I. ***Sy.*** Familiaritatem inter se habere. Similibus regulis constitui. Gai. III. 142. 144. II. ***Op.*** Esse (creditor.) — Similis esse (creditori.) fr. 55. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Est quaedam similis observatio, sed non tanta. Gai. 1. 60. Lex, vel similis iuris constitutio. Id. III. 32. Ex quibus legibus, et si quae aliae similes sunt. Id. IV. 24. cf. 112. Ex ipsa definitione multas similes species — fingere possumus. Id. II. 235. Heres, similesque personae. fr. 3. §. 5. si mensor. 11. 6. Lato clavo, vel equo publico, similive honore honorari. Vlp. VII. 1. — **§. 2.** *Par, Aequalis.* I. ***Sy.*** Par. Cf. h. v. §. 1. Aequae, Similes (partes.) Gai. III. 150. Aeque, Simili modo. fr. 4. sq. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 2. §§. 1. sq. 4. sq. 8. sq. si qu. cautt. 2. 11. III. ***Cn.*** Dum vivit iste libertus, caeteris civibus R. similis est, — moritur autem Latini iure. Gai. III. 72. Simplex ac simile ius. §. 5. I. de exher. liber. 2. 13. Fructus non semper similes, sed varii colliguntur. Nov. 65.

Similiter. (Advb.) *Pariter, Aeque ac.* I. ***Sy.*** Aeque. Vlp. I. 24. Item. Cf. h. v. Sic. fr. 242. §. 3. de V. S. 50. 16. Aequa sorte. Th. C. X. 26. c. 1. sq. de cond. et hom. III. ***Cn.*** Ita hic quoque — similiter necesse habet. Gai. III. 206. Vlp. X. 4. Simil. et deinceps (substitui potest.) Id. XXII. 33. Haec omnia sim. et Romae et in provinciis (solent observari.) Gai. I. 183. Apud peregrinos non sim. ut apud nos (in tutela sunt feminae.) Id. I. 193. Cf. fr. 63. de Aedil. edict. 21. 1. Quod non sim. fit in etc. Gai. I. 123.

Similitudo. **§. 1.** *Imago, Exemplum* (alterius rei.) I. ***Sy.*** Ad vicem, Ad similitudinem. fr. 1. pr. de off. Prf. Pr. 1. 11. III. ***Cn.*** Vtilem actionem, ad similitudinem eius — dari oportere. c. 2. de O. et A. 4. 10. Adoptio naturae similitudo est. Ep. inst. Gaii. I. 5. pr. I. 6. §. 3. Ad similitudinem absentis haberi. fr. 35. §. 8. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Paritas, Aequalitas.* III. ***Cn.*** Quorum (sc. argumentorum) similitudine opprimatur reus. Th. C. XI. 36. c. 7. Quor. adp. n. rec. A societate, seu similitudine (sc. contractuum) separatum. c. 1. de iure emph. 4. 66. Custodiae similitudinem pati. c. 17. de accus. 9. 2.

Simoniani. *Haereticorum genus.* III. ***Cn.*** Participes nefariae sectae Nestorii, Simoniani vocentur. Th. C. XVI. 5. c. 66. pr. de haeret.

Simpla. *Quantitas, v. Pretium, simplex. Simplum.* I. ***Sy.*** Simplum. fr. 5. pr. de iure fisci. 49. 14. II. ***Op.*** Dupla. Cf. h. v. Quadruplum. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Nihil — praeter simplam (evictionis nomine praestare.) fr. 60. de evictiou. 21. 2.

Simplarius. (Adiect.) *Ad simplam spectans, In simplum conceptus.* III. ***Cn.*** Simplariarum [al. simplarium, v. simpulariurn] venditionum causa ne sit redhibitio. fr. 48. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1.

Simplex. (Adiect.) **§. 1.** *Simplus, Singularis.* II. ***Op.*** Duplex. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Heredis institutio — simplex. fr. 1. §. 1. de vulg. et pup. 28. 6. Compendium simplicis satisfactionis. Th. C. XII. 6. c. 12. de susceptor. — **§. 2.** *Nudus, Merus.* II. ***Op.*** Fugitivi simplices, — Si pro libero se gesserint. fr. 2. de fugitiv. 11. 4. Non videri simplicem donationem, sed potius supremi iudicii divisionem. fr. 20. §. 3. fam. ercisc. 10. 2. Cf. c. 20. §. 1. de collat. 6. 20. Simplici iussione, et non cognitione habita. fr. 23. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. III. ***Cn.*** Simplex ac simile ius. §. 5. I. de exher. lib. 2. 13. Vna atque simplex libertas. §. 3. I. de libertin. 1. 5. Per simplicia, vel etiam personalia rescripta. Nov. Val. III. de homic. II. 20. c. 1. pr. §. 3. Conventio simplex. c. 6. de iure dot. 5. 12. — **§. 3.** *Apertus, Sincerus.* III. ***Cn.*** Mancipia, quae rudia sunt, simpliciora esse et ad ministeria aptiora. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 3.A.** *Minus circumspectus.* III. ***Cn.*** Homo simplex, imo magis stultus. c. 13. pr. arbitr. tut. 5. 51. Ne — ambiguitas simplices animos moveat. c. 3. de ind. viduit. 6. 40.

Simplicitas. **§. 1.** *Ratio simplex et naturalis.* II. ***Op.*** Difficultas. §. 7. I. de fideic. hered. 2. 23. III. ***Cn.*** Simplicitatem legibus amicam amplecti. §. 3. I. de legit. adgn. succ. 3. 2. — **§. 2.** *Integritas.* I. ***Sy.*** Fides. Simplicitas et fiducia. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2. de testam. II. 21. c. 2. pr. — **§. 3.** *Imperitia.* II. ***Op.*** Calliditas, Malitia. fr. 1. pr. de d. m. 4. 3. III. ***Cn.*** Ob segnitiam, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam (remotus.) fr. 3. §. 18. de susp. tut. 26. 10. Miles, vel agricultor, et forensium rerum expers, vel alias simplicitate gaudens, et desidiae deditus. fr. 25. §. 1. de probat. 22. 3. c. 1. de iur. et facti ign. 1. 18. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Credere, non vana simplicitate deceptus, nec iuris ignorantia. fr. 3. pr. ad S.C. Mac. 14. 6.

Simpliciter. (Advb.) **§. 1.** *Naturaliter. Sine arte.* II. ***Op.*** Meditatum sermonem adferre. — Simpl. dicere. fr. 3. §. 1. de testib. 22. 5. Simpl. versari etc. — Machinationibus et angustiis circumcludere. Solemnitatis adminiculis defendere. c. 1. pr. de caduc. toll. 6. 51. Th. C. II. 24. c. 1. fam. erc. III. ***Cn.*** Quod ipsum simplicius ita quaeremus. fr. 35. §. 1. locat. 19. 2. cf. fr. 20. §. 1. de hered. v. act. vend. 18. 4. — **§. 2.** *Sine adiectione, aut distinctione. Generaliter. Nude.* I. ***Sy.*** Passim. fr. 11. §. 3. de minor. 4. 4. fr. 6. §. 3. si qu. om. c. testam. 29. 4. II. ***Op.*** Non simpl., sed causa cognita. fr. 6. §. 3. l. 29. 4. Vtrum ad iudicem (sc. denunciare,) an vero simpl.? fr. 17. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Sive testamentarii, — sive legitimi, — sive simpl. creati sint (sc. tutores.) c. 5. de auct. praest. 5. 59. fr. 9. §. 9. de adm. et peric. 26. 7. Habent a tutelis excusationem, sed non simpl., sed post unam. Vatic. §. 124. III. ***Cn.*** Si poena non fuisset adiecta compromisso, sed simpl. — promiserit. fr. 27. §. 7. de rec. qu. arb. 4. 8. Vatic. §. 52. cf. fr. 18. §. 1. de stipul. serv. 45. 3. Si pars

fundi simpl., non quae Maevii fuit, legetur. fr. 66. §. 2. de legat. II. (31.) cf. fr. 71. pr. de legat I. (30.) Si quis simpl. interrogatus, responderit. fr. 1. §. 3. de V. O. 45. 1. Quod simpl. Praetor edixit. fr. 15. §. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Scribere, v. Loqui, simpl. fr. 11. §. 6. de minor. 4. 4. fr. 67. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Sincere. Bona fide.* II. ***Op.*** Callide. fr. 5. §. 4. de auct. tut. 26. 8. Qui simpl. tenet. — Praedo. Th. C. IV. 18. c. 1. de fruct. et lit. exp. III. ***Cn.*** Simpl., sine fraudis conscientia. fr. 10. §. 4. Qu. in fr. cred. 42. 8. — **§. 4.** *Incuriose, Improvide.* III. ***Cn.*** Si quis ita simpl. versatus sit, ut suum negotium — quasi meum gesserit. fr. 6. §. 4. de N. G. 3. 5.

Simplus. (Adiect.) **§. 1.** *Simplex, Singulus.* II. ***Op.*** Simpli, — Dupli (fructus.) Th. C. IV. 18. c. 1. de fruct. et lit. exp. Simpla debiti summa. — Quadruplum. Ib. XI. 1. c. 27. de ann. et tribut. — **§. 2.** *Simplum, i. e. Res simplex, quae debetur, eiusve pretium.* I. ***Sy.*** Simpla. Cf. h. v. II. ***Op.*** Duplum. Quadruplum. Cf. h. vv. III. ***Cn.*** Quanti possessio est, eius quadruplum, vel simplum cum fructibus consequi. fr. 21. §. 2. cf. fr. 14. §§. 7. 10. Qu. met. c. 4. 2. Quadruplo simplum inesse. fr. 14. §§. 9. sq. ib. 4. 2. Simplo accedit, et simplo subducto locum non habet (sc. Aquiliae actio.) fr. 34. §. 2. de O. et A. 44. 7. Simpli in factum actio. fr. 1. pr. de calumn. 3. 6. (Cf. v. Sigla.)

Simul. (Advb.) **§. 1.** *Vna, Pariter.* I. ***Sy.*** Pariter, Vna cum. Cf. v. Pariter. II. ***Op.*** Separatim. fr. 31. pro soc. 17. 2. fr. 16. §. 8. de pignor. 20. 1. fr. 19. pr. de milit. testam. 29. 1. Diversis temporibus. fr. 31. §. 2. fr. 32. de procur. 3. 3. fr. 42. de vulg. et pup. 28. 6. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 4. Omnes simul. — Hi, qui etc. Soli. Gai. III. 11. IV. 44. III. ***Cn.*** Dum — petit, simul ab eodem petere debet etc. Id. I. 94. Neque — aliter posse, quam si simul etc. Id. I. 123. Ipsam rem adprehendebat, — et simul homini festucam imponebat. Id. IV. 16. 21. Praetor aestimare solet, si simul constituerit etc. Id. III. 224. Simul et facere et pati. fr. 124. de V. S. 50. 16. Simul hac lege detulimus. Th. C. VIII. 17. c. 3. de iure liber. Sim. uno impetu. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Sim. et liber et heres (esse iuberi.) Gai. II. 186. Si in bonis eius sit, etiamsi sim. ex iure Quir. eiusdem non sit. Id. I. 54. — **§. 2.** *Simulatque.* III. ***Cn.*** Simul, cum in aliquo vitiata etc. fr. 1. de R. I. 50. 17. Simul [al. Simulac] dies legatorum cessit, protinus etc. fr. 8. ut legat. serv. c. 36. 3. Simul — coepit, ad similitudinem absentis habetur. fr. 35. §. 8. ex qu. c. mai. 4. 6.

Simulac, s. **Simulatque.** *Quamprimum, Postquam.* II. ***Op.*** Quamdiu iuncta manerent. — Simulatque inde demta essent. fr. 59. de R. V. 6. 1. III. ***Cn.*** Simulatque, — continuo, s. statim. fr. 59. I. 6. 1. fr. 244. de V. S. 50. 16. Etiam antequam solveret, — simulac ratum habuisset etc. fr. 50. pr. mand. 17. 1.

Simulacrum. *Imago, Signum.* I. ***Sy.*** Idolum, Imago. Cf. v. Idolum. III. ***Cn.*** Omnes statuae, omnia simulacra. Th. C. IX. 40. c. 17. de poen. XV. 4. c. 1. de imag. Imp. Operam sacrificiis dare, vel colere simulacra. Ib. XVI. 10. c. 6. c. 10. c. 12. §. 2. de pagan.

Simulare. (Cf. v. Simulatus.) *Specie simulationis ostentare, Fingere.* III. ***Cn.*** Metuens subito, quae ipse simulaverit. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. 1. Falsus creditor, h. e. qui se simulat creditorem. fr. 43. pr. de furt. 47. 2. cf. fr. 22. de usur. 22. 1. Dolo malo pactum fit, quoties — aliud agitur, et aliud agi simulatur. fr. 7. §. 9. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3.

Simulate. (Advb.) *Per simulationem.* I. ***Sy.*** Imaginarium factum. Quae simulate aguntur, s. geruntur. Acta simulata. c. 21. de transact. 2. 4. c. 2. plus val. qu. ag. 4. 22. c. 20. de don. int. V. 5. 16.

Simulatio. *Ficta agendi ratio, Species imaginaria excogitata.* I. ***Sy.*** Dissimulatio. Cf. h. v. §. 1. Dementiae simulatio. Furor simulatus. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. III. ***Cn.*** Simulatione, vel errore (quaesita libertas.) c. 22. de liberali c. 7. 16. Posse et sine simulatione id agi, ut quis circumveniatur. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3. Ad nos simulationum genera, — documentorum probationumque pensanda libramenta mittantur. Th. C. IX. 41. c. 1. pr. ne sine censu. Mysteriorum simulationem (aptare.) Ib. XVI. 5. c. 15. de haeret.

Simulatus. (Partic.) *Per simulationem prolatus. Fictus.* I. ***Sy.*** Imaginarius. Cf. v. Simulate. II. ***Op.*** Verus. Veritas. fr. 64. de don. int. V. 24. 1. c. 2. plus val. qu. ag. 4. 22. Simulato furore admittere. — Revera compos mentis non esse. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. III. ***Cn.*** Simulatae nuptiae nullius momenti sunt. fr. 30. de R. N. 23. 2. Venditio simulata. fr. 12. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Th. C. XII. 1. c. 33. de decurion. Adfectio simulata. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 11.

Simultas. *Latens odium.* III. ***Cn.*** Nec — calumnia multabit tutorem, qui non suis simultatibus accusationem sub nomine pupilli instituit. fr. 22. de h. qu. ut ind. 34. 9. c. 6. de admin. tut. 5. 37. Domesticae et privatae simultates. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 16.

Sin. *Sed si. Si autem.* III. ***Cn.*** Itaque, v. Si etc. — Sin autem etc. fr. 4. pr. fam. erc. 10. 2. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. Nam si ea res est etc. — Sin vero ea sit etc. fr. 9. §. 4. de d. m. 4. 3. fr. 17. pr. de S. P. V 8. 2.

Sinceritas. **§. 1.** *Status integer. Conditio incorrupta.* III. ***Cn.*** Senium quidem aetatis — sinceritatem mentis — certum est non auferre. c. 3. pr. Qui testam. fac. p. 6. 22. Propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur etc. §. 4. I. de testam. ord. 2. 10. — **§. 2.** *Titulus honorarius.* I. ***Sy.*** Auctoritas, Gravitas, Sublimitas (tua.) Th. C. VII. 1. c. 8. sq. de R. M. cf. I. 6. c. 6. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Vr. I. 15. c. 1. c. 4. c. 6. sq. de off. Vicar. XIV. 3. c. 8. c. 17. c. 21. de pistor.

Sinceriter. (Advb.) *Ex fide. Sine fallacia.* I. ***Sy.*** Bona fide. c. 10. de distr. pign. 8. 28. III. ***Cn.*** Res privatae, vel publicae, sincerissime gubernandae. Nov. Marc. nem. exh. de prov. III. 1. c. 1. pr.

Sincerus. (Adiect.) *Integer, Incorruptus.* III. ***Cn.*** Sincera fide (distractum.) c. 2. si propt. pub. pensit. 4. 46. Animi ipsa corporum aegritudine fatigati, et sincera iam iudicia non habentes. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 11.

Sine. (Praepos.) *Absque, Citra.* I. ***Sy.*** Citra. Cf. h. v. §. 2. Contra (edictum.) Sine (venia edicti impetrata.) fr. 12. sq. fr. 16. fr. 25. de in ius voc. 2. 4. II. ***Op.*** Cum (cretione, v. re etc.) Gai. II. 167. sq. III. 35. sqq. IV. 162. sq. 185. Ad (exemplum.) — Sine (exemplo.) fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. Ex (scripto.) — Sine (ullo scripto.) fr. 6. §. 1. de I. et I. 1. 1. fr. 32. §. 1. fr. 33. de LL. 1. 4. Per (iudicem.) — Sine (ullo iudice.) fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. fr. 1. §. 3. de usur. 22. 1. Vniversi, connumeratis etiam etc. — Caeteri, sine (patriciis.) Gai. I. 3. III. ***Cn.*** Quomodocunque etc. — i. e. etiam sine legitima observatione. Vlp. XXIII. 10. Sine ullo filio, filiave, v. Sine suo herede (mori.) Id. XXIX. 1. Gai. III. 42. Sine cuiusquam indignatione iusta. fr. 1. pr. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. Separatim, sine pecunia, (tutor dari non potest.) fr. 53. pr. de V. S. 50. 16. Sine tutore auctore, s. Sine auctoritate tutoris. Gai. II. 80. sq. 83. sqq. III. 91. 107. 171. Cf. fr. 8. §§. 2. 23. sqq. de transact. 2. 15. Gai. IV. 73. sq. Sine causa, sciens ad se non pertinere, (possidere rem.) Id. IV. 144. cf. 140.

Sinere. **§. 1.** *Permittere, Non impedire.* I. ***Sy.*** Permittere. Th. C. XI. 30. c. 48. de adp. et poen. Pati, Patientiam praestare. Gai. II. 209. 214. sq. fr. 2. de ann. legat. 33. 1. III. ***Cn.*** Legavi, quidquid eum mihi dare facere oportet, oportebitve, ut sineret heres sibi habere. fr. 16. de liberat. leg. 34. 3. Cf. Gai. l. l. Heres meus damnas esto sinere, L. Titium hominem Stichum sumere, sibique habere. Gai. II. 209. 214. Vlp. XXIV. 5. Heres damnatus sinere, me frui fundo. fr. 2. de ann. legat. 33. 1. cf. fr. 30. §. 1. de legat. III. (32.) Sinendi modo (legare.) Gai. II. 192. 209. 213. 280. Vlp. ib. 2. 5. 10. Paul. III. 6. §. 11. Vatic. §. 85. Non enim per villam ipsam — ire agere sinendus est. fr. 9. de servit. 8. 1. — **§. 2.** *Accommodare se. Auctoritatem suam praestare.* III. ***Cn.*** Ne cui eorum — frumentum dato, neve dare iubeto, neve sinito. Tab. Heracl. 17. sq. aer. Brit. Redemtor silvam ne caedito, neve cingito, neve deurito, neve quem cingere, caedere, urere sinito. fr. 29. locat. 19. 2. Qui se sierit testarier, libripensve fuerit etc. L. XII Tabb. VIII. 22. — **§. 3.** *Tolerare.* III. ***Cn.*** Furor contrahi matrimonium non sinit, — sed recte contractum non impedit. fr. 16. §. 2. de R. N. 23. 2. Nec — facere legi fraudem sinantur. c. 4. de apostat. 1. 7. Th. C. VII. 20. c. 2. pr. de veteran. Non sinendum est, ut etc. Ib. IX. 1. c. 8. de accusat.

Singillatim. Cf. v. Singulatim.

Singulares. *Officialium Praefecti Pr. genus,* (qui in provincias missi singuli veredi copiam habebant. Io. Lydus de magistr. P. R. III. 7.) III. ***Cn.*** In scrinio commentariensis. — In schola exceptorum. — In schola singularium. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Singularis. (Adiect.) **§. 1.** *Singulus. Simplex.* I. ***Sy.*** Singulus. fr. 38. §. 1. de auro arg. 34. 2. fr. 56. de cond. et dem. 35. 1. fr. 195. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. II. ***Op.*** Pluralis. Cf. h. v. Singulares (personae, v. res.) — Vniversitas. Corpus. fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 195. §§. 1. sq. fr. 208. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Regulae contrarius. Peculiari ratione subnixus.* I. ***Sy.*** Quod contra tenorem rationis introductum est, Singulare (ius.) fr. 16. de LL. 1. 3. III. ***Cn.*** Praecipuum ac singulare (deferre.) Th. C. XVI. 2. c. 38. de episc. eccl. Propria atque singularia iura (observari in etc.) fr. 2. de milit. testam. 29. 1. Vtilitatis causa, iure singulari receptum. fr. 44. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. fr. 44. §. 3. de usurp. 41. 3. Gai. III. 114. fr. 15. de R. C. 12. 1. Singulare hoc esse, atque ideo etc. Vatic. §. 88. — **§. 3.** *Egregius, Praestans.* III. ***Cn.*** Meritum eximiae singularisque virtutis. Th. C. XVI. 2. c. 16. de episc. eccl.

Singulariter. (Advb.) **§. 1.** *In singulari numero.* I. ***Sy.*** Singulari sermone (scriptum.) fr. 1. §. 4. Qu. falso tut. 27. 6. fr. 1. §. 1. de adsign. libert. 38. 4. — **§. 2.** *Separatim.* III. ***Cn.*** Sing. denotare liceat. Coll. LL. M. X. 2.

Singulatim, s. Singillatim, s. Sigillatim. (Advb.) **§. 1.** *Separatim. Secundum singulorum ordinem.* III. ***Cn.*** Sigillatim nominatimque (de omnibus perferre.) Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Sigillatim unumquemque eorum — iubemus etc. c. 3. de vend. reb. civ. 11. 31. Th. C. XVI. 5. c. 52. pr. de haeret. Cf. Ib. X. 9. c. 1. de incorp. Specialiter et singulatim (colligere.) §. 14. I. de hered. qu. ab int. 3. 1. cf. fr. 12. de LL. 1. 3. — **§. 2.** *Accurate, Expresse.* III. ***Cn.*** Sigill. definitum temporis spatium. c. 16. §. 6. de erog. mil. ann. 12. 38.

Singulus. (Adiect.) **§. 1.** *Separatus, Solus.* I. ***Sy.*** Singularis. Cf. h. v. §. 1. Certus, Solus. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. Vnus, Vnusquisque. Gai. IV. 59. c. 6. de cond. insert. 6. 46. II. ***Op.*** Singuli. — Plures, Multi. Cf. v. Plus. §. 2. Partes singulae. — Tota res. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Singulae res. — Vniversae. Vniversitas. Gai. II. 97. 191. 260. Vlp. XXIV. 25. fr. 52. §. 3. fam. erc. 10. 2. fr. 2. §. 6. pro emt. 41. 4. Omnis. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Singuli, universique (cognoscant.) Th. C. IX. 39. c. 2. de calumn. Quotquot erunt, — in tot portiones hereditas dividetur, ita ut singuli singulas portiones ferant. Gai. III. 16. 121. Vlp. XXVI. 4. Singuli singulas familias habent. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Si — in singulas (sc. actiones) singuli exsistant defensores. fr. 37. §. 1. de procur. 3. 3. Gai. II. 146. Minutatim singulos convenire. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Seorsum singuli (manumittere possunt.) fr. 1. §. 1. de off. Cos. 1. 10. Quintis in singulos liberos in infinitum relictis. Vlp. VI. 4. cf. 10. In singulos annos, vel menses, certam pecuniam stipulari. Gai. IV. 131. Poenae certae singulorum peccatorum. fr. 244. de V. S. 50. 16. Singulus quisque. Cf. v. Quisque. §. 1. — **§. 2.** *Privatus (homo.)* I. ***Sy.*** Aliqui (ex civibus.) Singuli. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 2. fr. 7. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Privatus. Cf. h. v. §. 1. II. ***Op.*** Singuli. — Magistratus. Cf. h. v. §. 1. Omnes. Vniversitas. fr. 2. pr. cf. fr. 1. pr. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8.

III. **Cn.** Cum singulorum rationes argentarii conficiant etc. fr. 4. §. 1. de edendo. 2. 13.

Sinister. (Adiect.) **§. 1.** *Sinistra, i. e. Manus laeva.* II. **Op.** Dextra. fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4. fr. 12. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Sinister, i. e. Adversus.* III. **Cn.** Non omnia sinistrae licere fortunae. Nov. Val. III. de parent. qu. fil. II. 33. c. 1. pr.

Sinistre. (Advb.) *Perverse, Perperam.* I. **Sy.** Male usae administrationis crimen. Qui in repub. versati sinisterius sunt. Th. C. IX. 27. c. 2. ad L. Iul. repet.

Sinopensis. (Adiect.) *Ad Sinopen spectans,* (civitatem Ponti celeberrimam.) III. **Cn.** Est et in Bithynia (colonia) Apamena, et in Ponto Sinopensis. fr. 1. §. 10. de censib. 50. 15.

Sinus. **§. 1.** *Gremium.* III. **Cn.** Maneant in sinu patriae, — sit illis piaculum inde discedere. Th. C. XII. 1. c. 122. de decurion. — **§. 2.** *Receptaculum, Depositum.* III. **Cn.** Omnem fortunam et substantiam — in sinu meo habui, sine ulla cautione. fr. 27. de probat. 22. 3. Quod undique fuit collectum, hoc in sinus receperunt. c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. cf. fr. 16. §. 3. Qui et a qu. man. 40. 9. Qui furanti sinum [al. signum] praebuit. fr. 6. §. 2. ad L. Iul. pecul. 48. 13. — **§. 3.** *Plicaturae vestis.* III. **Cn.** Pantomimus veste humili, et rugosis sinibus agitator. Th. C. XV. 7. c. 42. de scaenic.

Sipho. *Instrumentum, incendiis exstinguendis idoneum.* III. **Cn.** Acetum, quod exstinguendi incendii causa paratur, item centones, siphones [al. sifones] etc. fr. 12. §. 18. de instr. leg. 33. 7.

Sipylensis. (Adiect.) *Ad Sipylum pertinens* (montem et urbem Lydiae.) III. **Cn.** Deos heredes instituere non possumus, praeter — Dianam Ephesiam, matrem deorum Sipylensem [al. Sipelensim,] quae Smyrnae colitur. Vlp. XXII. 6.

Si quando. *Si aliquando.* III. **Cn.** Si quando mulier mutuam pecuniam alicui — dederit. Gai. II. 81. Si quando adnotationes nostrae contineant. Th. C. X. 8. c. 1. de bon. vac.

Si quidem. **§. 1.** *Si tamen, Si modo.* III. **Cn.** Si quidem etc. — Si vero etc. v. Quodsi. Gai. I. 85. sq. 90. sq. II. 143. 180. 211. sq. 255. sq. Vlp. I. 21. VI. 6. XXII. 3. 11. sqq. XXIII. 5. fr. 13. pr. de A. E. V. 19. 1. Si quidem etc. — Sed si etc. fr. 4. §. 3. de edendo. 2. 13. Si quidem etc. — Si minus, v. Si non. fr. 6. §. 9. ib. 2. 13. fr. 52. §. 9. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Quoniam, Quippe.* III. **Cn.** Artifices artium — vacare praecipimus, si quidem ediscendis artibus otium sit accommodandum. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Nemo — existimet etc. — fas si quidem non est acceptum a veteribus decus perdere civitatem. Ib. XV. 1. c. 1. de opp. pub. Cf. IX. 40. c. 11. de poen.

Siremps. *Similis re ipsa, Aequalis.* III. **Cn.** Siremps (res,) lex, ius, causaque omnibus omnium rerum esto. L. Gall. Cisalp. II. 10. sq. 40. L. Servil. c. 21.

Sirmium. *Pannoniae urbs.* III. **Cn.** Rescriptum, quod apud Sirmium nuper emersit. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret.

Sistere. *Praesentis personae, aut rei, copiam facere* (in iure, iudiciove.) I. **Sy.** Occurrere, Venire (ad iudicium.) Cf. v. Occurrere. §. 1. Exhibere. Cf. h. v. §. 1. Praesentiam praestare. Potestatem facere (agendi.) fr. 8. si qu. cautt. 2. 11. fr. 246. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Vt litem contestetur, resque ablata exhibeatur et deponatur, aut sisti exhiberive satisdato promittatur. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. cf. fr. 10. pr. si qu. cautt. 2. 11. Cum quis promisisset iudicio se sisti, et reip. c. afuisse dicat, et ob id non stetisse. fr. 19. §. 1. de probat. 22. 3. cf. fr. 2. §. 3. si qu. cautt. 2. 11. Adiicere poenam: „Si status [al. statum] non esset.“ fr. 3. si qu. in ius voc. 2. 5. Si — iudicio sistendi causa una stipulatione promittatur, poenam — committi, licet unus status non sit. fr. 9. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. Fideiussor iudicio sistendi causa (dari, v. accipi.) fr. 1. sqq. in ius voc. ut eant. 2. 6. fr. 2. pr. §§. 1. sqq. Qui satisd. cog. 2. 8. Si servum in eadem causa sistere quidam promiserit, et liber factus sistatur, — non recte sistitur. fr. 5. si ex nox. c. 2. 9. fr. 9. §. 1. si qu. cautt. 2. 11.

Sitella. *Vrna,* (e qua sortes ducuntur.) III. **Cn.** Iudices coniiciant sorticolas, Praetor — sitellam afferri iubeto etc. Frr. L. Servil. c. 13.

Sitiens. (Partic.) *Penuria aquae laborans.* III. **Cn.** Ex tuis praediis aquae agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum usum vicinorum iniuria propagare. c. 6. de servit. et aqua. 3. 34.

Sitifensis. (Adiect.) *Ad Sitifim spectans,* (Mauritaniae civitatem.) III. **Cn.** Numidae, et Mauri Sitifenses. Cf. v. Maurus. Et in Sitifensi, et in Caesariensi provincia. Cf. v. Mauritania.

Sitis. *Adpetitus aquae.* III. **Cn.** Omnis usus aquae auferretur, et homines siti necarentur. fr. 4. de riv. 43. 21. Aridae sitis molestia fatigari. c. 5. de fund. rei priv. 11. 65.

Sitocomia. Cf. v. Sitonia.

Sitona. *Qui annonae publicae curam habet.* I. **Sy.** Frumentarius. Io. Lydus de magistr. P. R. III. 7. 38. fr. 18. §. 5. de mun. et hon. 50. 4. fr. 9. §. 6. de adm. rer. ad civ. 50. 8.

Sitonia. *Munus sitonae.* III. **Cn.** Munus sitoniae [al. sitocomiae.] fr. 2. pr. de vacat. et exc. 50. 5. c. 26. §. 7. de episc. aud. 1. 4. Rubr. Cod. X. 27.

Situla, s. **Situlus.** *Vas aquarium.* I. **Sy.** Matula. Paul. III. 6. §. 83. fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Conchae, situli [al. situlae,] buxides etc. Paul. l. l. Rota, per quam aqua traheretur, — situla. fr. 40. §. 6. de contr. emt. 18. 1.

Situs. (Subst.) **§. 1.** *Qualitas et conditio loci.* III. **Cn.** Pro locorum situ, atque itineris qualitate. Th. C. VIII. 5. c. 16. §. 1. de cursu pub. — **§. 2.** *Squalor.* III. **Cn.** Linum — ruptum, vel vetustate putrefactum, vel situ, vel casu. fr. 1. §. 11. de B. P. s. t. 37. 11.

Situs. (Partic.) **§. 1.** *Collocatus.* I. **Sy.** Positus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si arborem eodem loco sitam habuissem. fr. 7. de S. P. V. 8. 2. — **§. 2.** *Commissus, Creditus.* III. **Cn.** Explicandi negotii

spes, cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est. c. 10. de accus. 9. 2.

Sive. (Coniunct.) **§. 1.** *Vel.* I. ***Sy.*** Vel. fr. 2. §§. 6. sq. si qu. cautt. 2. 11. fr. 77. §. 32. de legat. II. (31.) fr. 57. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 4. §§. 4. 6. vi bon. rapt. 47. 8. III. ***Cn.*** Velut si etc. — sive etc. Gai. IV. 102. Sive, — vel etc. fr. 24. §. 4. locat. 19. 2. Sive, — si vero etc. Gai. III. 41. Quod tu mihi iudicatus, sive damnatus es. Id. IV. 21. Ex lege Rubria, sive id plebiscitum est. L. Gall. Cisalp. I. 29. 38. sq. Si quid liberorum habueris, — vel si non habueris, tuis sive meis propinquis etc. fr. 77. §. 32. de legat. II. (31.) Vir, seu mulier. fr. 8. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Si vel, Etiamsi.* III. ***Cn.*** Tria onera adlegare debet, — et sive eiusdem tituli sint, — a quarta excusant. Vatic. §. 128.

Smaragdus. *Gemma coloris viridis.* III. ***Cn.*** Gemmae, — itemque margaritae et smaragdi. Paul. III. 6. §. 88. cf. fr. 19. §. 17. de auro arg. 34. 2. Lapis universus, margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Smyrna. **§. 1.** *Vrbs Ioniae maritima.* III. ***Cn.*** Mater deorum Sipylensis, quae Smyrnae colitur. Vlp. XXII. 6. — **§. 2.** *Genus aromatum.* III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: — xylocassia, smyrna, [al. smurna,] amomum etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4.

Soboles. *Progenies, Proles.* I. ***Sy.*** Posteritas. Cf. h. v. §. 2. Proles. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Eorum soboles ac nepotes. c. 1. ne rei domin. 7. 38. Filii sobole nixus. Th. C. XII. 1. c. 74. pr. de decurion. Quia liberos non habet, procreandae sobolis [al. subolis] cupidine tenta est. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Dotatas esse feminas, ad sobolem [al. subolem] procreandam, replendamque liberis civitatem. fr. 1. ib. 24. 3.

Sobrie. (Advb.) *Temperanter, Sine luxuria.* III. ***Cn.*** Sobrie rem suam administrans. Si sobrie vivat. fr. 11. §. 4. de minor. 4. 4. fr. 12. §. 1. de tut. et rat. 26. 5.

Sobrietas. *Frugalitas.* III. ***Cn.*** Si vitae eius sobrietas clara sit. fr. 17. §. 4. de adopt. 1. 7.

Sobrinus. Sobrina. *Ex consobrino, consobrinave, prognatus prognatave.* I. ***Sy.*** Qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, ant amitinis, undique propagantur. Sobrini. fr. 3. pr. de grad. et adfin. 38. 10. Fr. Aelii Galli, I.Cti. Ap. Festum h. v. Paul. R. S. IV. 11. §§. 5. sq. III. ***Cn.*** Haec B. P. — cognatorum gradus VI complectitur, et ex VIImo duas personas, sobrino et sobrina natum, natam. fr. 1. §. 3. unde cogn. 38. 8. V gradus pleni excepti sunt, et ex VIto una persona, sobrinus et sobrina. Vatic. §§. 299. 301. Qui sobrinus est ei reo, propioreve cognatione coniunctus, quive socer, gener, vitricus, privignusque eius erit. Coll. LL. M. IX. 2. Fr. L. Servil. c. 6. c. 8. Vatic. §§. 298. sq. fr. 5. de iniur. 47. 10. fr. 1. §. 1. de L. Iul. repet. 48. 11. Pater tuus, propius sobrino tuo adgnato constituto etc. c. 2. comm. de succ. 6. 59. cf. c. 2. unde legit. 6. 15.

Socer. *Pater uxoris, aut mariti.* I. ***Sy.*** Pater (uxoris.) fr. 40. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 4. §. 6. de grad. et adf. 38. 10. fr. 146. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Adfinium personae, ut privignus, privigna, noverca, vitricus, socrus, (gener,) nurus, vir et uxor. Vatic. §. 302. cf. §§. 218. sq. fr. 1. §. 11. fr. 2. sqq. de postul. 3. 1. Vxor, et nurus, et pronurus, viro, et socero, et prosocero furtum facere possunt. fr. 15. §. 1. de act. rer. amot. 25. 2. Si socer ex promissione a marito conveniatur. fr. 17. pr. cf. fr. 16. sol. matrim. 24. 3. Ex quo facilius veterani nostri soceros reperiant etc. Vatic. §. 195.

Socia. *Mulier, cum qua individuam vitae consuetudinem contraximus.* III. ***Cn.*** Vxor, quae socia rei humanae atque divinae domu [al. domus] suscipitur. c. 4. de crim. expil. 9. 32.

Sociare. **§. 1.** *Socium adsciscere.* III. ***Cn.*** Ad tutelam vitae, vel laborem adeundum itineris, pro solatio sibi quemdam sociare. Th. C. VIII. 5. c. 4. §. 1. de cursu pub. — **§. 2.** *Copulare, Incorporare.* I. ***Sy.*** Adnectere. Cf h. v. III. ***Cn.*** Si qua aliqua opera publicis moenibus — sociata cohaerent. Ib. XV. 1. c. 39. de opp. pub. Fundum — scientes fisco esse sociandum, eoque rure esse carituros. Ib. XII. 18. c. 2. si curial. rel. civ.

Societas. **§. 1.** *Consociatio, Consortium.* I. ***Sy.*** Consortium (vitae.) fr. 1. de R. N. 23. 2. fr. 1. de act. rer. amot. 25. 2. III. ***Cn.*** Ob instruendam [al. struendam] advocationem, testimoniave, pecuniam accipere, — societatem coire etc. Coll. LL. M. VIII. 7. Ad societatem scelerum vocare. c. 4. de quaestion. 9. 41. fr. 39. §. 4. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Ad munerum societatem conveniri. Th. C. XII. 1. c. 17. de decurion. Societas, seu similitudo (contractuum.) c. 1. de iure emph. 4. 66. Cf. Gai. III. 122. — **§. 2.** *Communio iurium voluntaria, pacto constituta.* III. ***Cn.*** Cum societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat. fr. 63. pr. pro soc. 17. 2. Societas, et rerum communio. fr. 23. de R. I. 50. 17. cf. fr. 2. pr. comm. div. 10. 3. Societatem futuri emolumenti polliceri. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13. cf. Gai. III. 149. cf. 148. Consensu fiunt obligationes in emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Id. III. 135. fr. 19. de V. S. 50. 16. — **§. 3.** *Corpus sociorum* (ad certam negotiationem coeuntium.) III. ***Cn.*** Hereditas personae vice fungitur, sicut municipium, et decuria, et societas. fr. 22. de fideiuss. 46. 1. cf. fr. 3. §. 4. de B. P. 37. 1. Corpus habere collegii, societatis etc. fr. 1. §. 1. cf. pr. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Societas vectigalium. Magister societatum. fr. 59. pr. fr. 63. §. 8. pro soc. 17. 2. cf. fr. 14. de pact. 2. 14.

Socius. **§. 1.** *Consors, Particeps.* I. ***Sy.*** Qui communiter aliquid impetravit. Th. C. X. 14. c. 1. sq. si petit. soc. Collega. Nov. Th. II. de bon. fabricens. I. 4. c. 1. §§. 2. sq. III. ***Cn.*** Socii atque participes (administrantium.) Th C. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin. Devotione socii, adfectu filii. Gesta in Sen. de rec. Th. C. — **§. 2.** *Complex delicti, cum alio commissi.* III. ***Cn.*** Qui civem R. — celaverit, vinxerit etc. — quive in eam rem socius fuerit. Coll. LL. M. XIV. 3. De sociis et sceleribus suis confiteri. Paul. V. 14. §. 1. Socii et receptatores. fr. 6. §. 1. de cust. reor. 48. 3. — **§. 3.** *Qui foe-*

deris vinculo iunctus est (populo R.) III. **Cn.** In civitatem sociam, amicamve, aut ad regem socium, vel amicum venire. fr. 19. §. 3. cf. fr. 7. pr. §. 1. de captiv. 49. 15. Liberi, amici, sociique populi R. sunto, iique legibus suis ita utunto etc. Plebisc. de Thermens. I. 8. sqq. — **§. 4.** *Qui in communione iurium cum aliis constitutus est.* I. **Sy.** Vnus ex dominis. Is, cum quo rem communem habes. Vlp. I. 18. XXII. 10. fr. 4. si ex nox. c. 2. 9. fr. 29. pr. comm. div. 10. 3. III. **Cn.** Si iudex uni ex heredibus, aut sociis, aut vicinis rem aliquam adiudicaverit. Vlp. XIX. 16. Cum aedium communium nomine duo socii stipulentur. fr. 18. §. 5. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 63. pr. pro soc. 17. 2. Si cuius ex sociis bona publice aut privatim venierint. Gai. III. 154. Duo rei promittendi, et duo argentarii socii. fr. 25. pr. fr. 27. pr. de pact. 2. 14. Vectigalium publicorum socii. fr. 1. pr. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. fr. 9. §. 4. de publican. 39. 4. B. f. iudicia: — ex emto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae. Gai. IV. 62. 182. fr. 1. de h. qu. not. inf. 3. 2. Tab. Heracl. 37. aer. Neap.

Socordia. *Ignavia, Negligentia.* III. **Cn.** Si Praetor, aut per ignorantiam vel socordiam, evocare eos — perseveraverit. fr. 1. §. 1. de feriis. 2. 12.

Socrus. Cf. v. Socer. *Mariti, aut uxoris, mater.* I. **Sy.** Mater uxoris (vel mariti.) fr. 4. §. 6. de grad. et adfin. 38. 10. fr. 146. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Si adhuc socrus est, i. e. si adhuc filia eius tibi nupta est. — Quae nobis quondam socrus — fuit. §. 7. I. de nupt. 1. 10. Gai. I. 63. Vlp. V. 6. Coll. LL. M. VI. 3.

Sodalis. *Qui cum aliis conventus agit, sacrorum causa.* I. **Sy.** Qui eiusdem collegii est. fr. 4. de colleg. et corp. 47. 22. III. **Cn.** Queive ei sodalis siet, queive in eodem conlegio siet. L. Servil. c. 4. c. 8.

Sodalitas. *Coniunctio sodalium.* I. **Sy.** Sodalis esse alicui. Sodalitate eum adtingere. L. Servil l. l.

Sodalitium. *Coetus sodalium.* III. **Cn.** Ne patiantur (sc. Praesides Pr.) esse sodalitia, neve milites collegia in castris habeant. fr. 1. pr. de colleg. et corp. 47. 22.

Sol. **§. 1.** *Astrum diei.* III. **Cn.** A sole oriente auspiciis operam dare. Fr. L. Cincii, I. Cti. Ap. Fest. v. Praetor ad port. Sol occasus suprema tempestas esto. L. XII Tabb. I. 9. Solis radiis ostendere. Paul. I. 21. §. 4. — **§. 2.** *Calor sole excitatus.* II. **Op.** Lumen. fr. 17. pr. de S. P. V. 8. 2. Opacus, — Solis plenus (locus.) Cf. v. Opacus. — **§. 3.** *Auspicatio vitae humanae.* I. **Sy.** Cum libertate solem respicere. Ad libertatem a primis venire cunabulis. c. 14. de fideic. libb. 7. 4. — **§. 4.** *Solis, i. e. Dominicus (dies.)* Cf. v. Dominicus. §. 2.

Sōlarium. *Domus pars editior,* (soli et aurae patens.) II. **Op.** Eo loci, quo gratum erat solem non esse. — Heliocamino, vel solario. fr. 17. pr. de S. P. V. 8. 2.

Sŏlarium. *Vectigal pro solo pendendum.* I. **Sy.** Merces soli. Vectigal, quod pro solo pendatur. fr. 17. de pign. act. 13. 7. fr. 15. Qui pot. 20. 4. fr. 2. §. 17. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. **Cn.** Et alia onera adgnoscit, — utputa stipendium, vel tributum, vel solarium [al. salarium,] etc. fr. 7. §. 2. de usufr. 7. 1. fr. 39. §. 5. de legat. I. (30.)

Solatium. **§. 1.** *Consolatio, Solamen.* III. **Cn.** Ad solatium liberorum amissorum, (posse etc.) §. 10. I. de adopt. 1. 11. Solatium eos impunitatis exacuat. Th. C. XII. 1. c. 161. de decurion. — **§. 2.** *Praemium, Lucrum, Praesidium.* II. **Op.** Damnum ac detrimentum. Nov. Th. II. de bon. fabricens. I. 4. c. 1. §. 3. III. **Cn.** Omnia solatia et liberalitates (religiosis locis datae.) Iul. ep. nov. c. 119. §. 509. Prolixa stipendia, sive debita solatia consequantur. Th. C. VI. 30. c. 23. de Pal. S. largg. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. §. 1. Solatia ac emolumenta (primiceriatus.) c. 4. de domest. 12. 17. Praebenda solatia annonarum. c. 1. de annon. et capit. 1. 52. Iul. ep. nov. c. 96. §. 357. Bonorum solatia consequi. Th. C. IV. 1. c. 1. de cretione. Quatenus ex ea (sc. dote) mulier competens habeat solatium, una cum sua familia. fr. 22. §. 8. sol. matrim. 24. 3. Non aliter hoc faciat, nisi prius solitum solatium [al. solacium] pro hoc domino praestat. fr. 13. §. 1. comm. praed. 8. 4. c. 7. de cursu pub. 12. 51.

Solemnia, s. **Solennia.** **§. 1.** *Celebritas, Ritus.* I. **Sy.** Ritus. Th. C. IX. 16. c. 2. de malef. et math. Solenniter explicare. Solennia celebrare. Ib. III. 1. c. 2. §§. 1. sq. de contr. emt. III. **Cn.** Testamentum facere, et ad testamenti solennia adhiberi potest. Paul. III. 4A. §. 12. Solennibus iuris solvere. c. 3. de testam. 6. 23. fr. 1. de iniusto rupto. 28. 3. Accusationis solemnia non implevit. fr. 18. de accus. 48. 2. cf. Th. C. IX. 19. c. 4. §. 1. ad L. Corn. de falso. Solennibus, quae iuris admittit ratio, interpositis, s. rite ordinatis. c. 18. de eviction. 8. 45. Th. C. I. 6. c. 3. (Wck.) de off. Prf. Vr. Ad eorum curam templa et templorum solennia pertinere. Ib. XII. 1. c. 112. de decurion. Solemnia mortis peragere. fr. 44. de manum. testam. 40. 4. — **§. 2.** *Praestationes publicae ordinariae.* I. **Sy.** Exactiones solemnium. Onera solemnia. fr. 1. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. fr. 2. §. 1. de veteran. 49. 18.

Solemnis, s. **Solennis.** (Adiect.) **§. 1.** *Ad ritus et formulas iuris civ. R. spectans.* I. **Sy.** Secundum iuris civ. regulam. Solemni [al. Sollemni] more (facta institutio.) Gai. II. 114. 116. sq. II. **Op.** Praetorium, — Solemne (ius.) fr. 27. de R. I. 50. 17. Certa, et quasi solemnia, s. Solennia, vel directa, — Quaecunque (verba.) Gai. IV. 84. 97. cf. I. 112. c. 10. de contr. v. comm. stip. 8. 38. Solennis iuris ordo. Actus sol. — Nudus consensus. c. 4. de adopt. 8. 48. c. 3. de emanc. 8. 49. — **§. 2.** *Ordinarius, Consuetus.* II. **Op.** Solemnes, — Extra ordinem indictae (feriae.) fr. 26. §. 7. ex qu. c. mai. 4. 6. III. **Cn.** Tituli, qui annui atque solennes sunt. Th. C. XII. 7. c. 3. de ponderator. Cf. VIII. 5. c. 32. de cursu pub. Strenas, et vestes, caeteraque solennia (percepisse.) Ib. VI. 30. c. 11. de Pal. S. largg. Solemnia munera — mittere. fr. 12. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. Vectigalia, et patrimoniorum onera solemnia. fr. 2. §. 1. de veteran. 49. 18. Solemnis numerus (testium.) fr. 21. pr. Qui

testam. fac. p. 28. 1. Sol. assis distributio. fr. 13. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Spatium solemne. fr. 1. pr. pro dote. 41. 9. Neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solenni poenae subiugetur. Th. C. IX. 15. c. 1. de parricid.

Solemnitas, s. Solennitas. **§. 1.** *Observatio solemnis.* I. **Sy.** Solennia. Solennis iuris ordo. Actus solennitas. Th. C. XI. 30. c. 5. de adp. et poen. c. 4. de adopt. 8. 48. c. 3. de emanc. 8. 49. III. **Cn.** Quae solemnitatem [al. sollemnitatem] iuris desiderant. fr. 19. de auct. et cons. 26. 8. Stipulationes, — quae quadam verborum solennitate concipiuntur. Paul. V. 7. §. 1. Th. C. II. 24. c. 1. fam. ercisc. Non B. Pnis petitionem, non cretionis solennitatem cogitur custodire. Ib. IV. 1. c. 1. de cret. v. B. P. Sponsaliorum iure, — Nuptiarum solennitate (percipere.) Ib. III. 8. c. 2. pr. de sec. nupt. — **§. 2.** *Solemnis ordo, s. regula.* III. **Cn.** Praestationis modus, quem antiqua solennitas detinebat. Ib. XI. 28. c. 7. de indulg. debit. XIV. 2. c. 4. de priv. corp. Solennitas id eos adtrectare permittat, quod etc. c. 1. de manc. et col. patrim. 11. 62.

Solemniter, s. Solenniter. (Advb.) **§. 1.** *Rite, Legitime.* I. **Sy.** Solemni more. Gai. II. 116. Vlp. XX. 1. III. **Cn.** Rite, s. Iure, ac solenniter (constitutum, v. scriptum.) Th. C. II. 12. c. 3. de cognitor. IV. 4. c. 5. pr. de testam. et cod. Si quis se scripserit fideiussisse, videri omnia solemniter acta. fr. 30. de V. O. 45. 1. Sol. complere (voluntatem.) fr. 4. de h. qu. in testam. 28. 4. Iurare sol. fr. 33. de iureiur. 12. 2. Denunciare sol. (et distrahere.) Paul. II. 13. §. 5. fr. 46. pr. de procur. 3. 3. Iure facto testamento, sol. adire hereditatem. c. 12. de testam. man. 7. 2. — **§. 2.** *Secundum ordinem praescriptum, More consueto.* III. **Cn.** Quod (sc. personale munus) corporibus — labore — solemniter [al. sollemniter] exstitit. fr. 1. §. 3. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 7. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Th. C. VI. 30. c. 23 de Pal. S. largg. Priusquam utrique — solenniter fuerint excussi. c. 2. Quo quisq. ord. 11. 35.

Solere. **§. 1.** *Moris esse et consuetudinis.* I. **Sy.** Consuescere. fr. 1. §. 2. fr. 2. sq. fr. 5. de feriis. 2. 12. Oportere (more maiorum.) Cf. v. Oportet. §. 2. Iuris esse. fr. 5. de h. qu. sui. 1. 6. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Omnimodo necesse habere. c. 1. Quom. et qu. iud. 7. 43. III. **Cn.** Quod plerumque fieri solet. fr. 114. cf. fr. 86. de R. I. 50. 17. Saepe solemus etc. Gai. III. 117. Aliquando (s. In quibusdam causis) etiam solet etc. fr. 23. §. 1. de usur. 22. 1. fr. 13. pr. de tutel. 26. 1. Gai. III. 145. Solet, — quamvis perraro. fr. 12. pr. de Senat. 1. 9. Sane nunc aliter ordinatur, atque olim solebat. Gai. II. 103. IV. 48. Solet — convenire. Si non conveniat etc. fr. 8. pr. Qui satisd. cog. 2. 8. Solet; sed consultius est etc. fr. 15. de transact. 2. 15. Quia nec — obligatur, nec soleat quis absenti condemnari. fr. 6. §. 3. de confess. 42. 2. Si quis nolit persequi, quod persequi potest, aut si quis non exegerit, quod exigere soluere [al. quod exigere potest, aut solvere.] fr. 44. mand. 17. 1. Quae mortis tempore praestare solitus erat. fr. 14. §. 2. de alim. v. cibar. 34. 1. Olim — servos fuisse, sed auxilio Praetoris in libertatis forma servari solitos. Gai. III. 56. Si — agebatur, quinquagenario sacramento eos contendere solitos fuisse. Id. IV. 15. Cum atrocem iniuriam Praetor aestimare soleat. Gai. III. 224. Iudicium, quod — accipi solet. Id. II. 219. Hoc casu dici potest, — etsi dici solet etc. fr. 59. pr. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 61. pr. de iudic. 5. 1. — **§. 2.** *Oportere, Conveniens esse.* III. **Cn.** Servus non in omnibus rebus sine poena domino [al. domini] dicto audiens esse solet. fr. 20. pr. de O. et A. 44. 7. Alterius rei — non solet adiectio admitti. fr. 4. §. 1. de in diem add. 18. 2.

Solers. Cf. v. Sollers.

Soletinus. (Adiect.) *Ad Soletum pertinens,* (oppidum Calabriae.) III. **Cn.** Siculus possessor, — Syracusanus, Catanensis, — Soletinus. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Solidare. **§. 1.** *Firmare.* III. **Cn.** Infectionis argnto pectine solidanda fila. Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holov. Iugi solidata aeternitate (serventur.) Ib. XVI. 2. c. 47. pr. de episc. eccl. Patricii fori solidantes privilegia, (decrevimus.) Ib. X. 10. c. 33. de petit. et ultro dat. — **§. 2.** *Complere, Absolvere.* III. **Cn.** Si praefatam observationem inventarii faciendi solidaverint. c. 22. §. 4. de iure delib. 6. 30.

Soliditas. **§. 1.** *Qualitas corporis solidi.* III. **Cn.** In massam obryzae soliditatemque redintegrentur (solidi.) Th. C. XII. 6. c. 12. de susceptor. — **§. 2.** *Integritas.* I. **Sy.** Integer fundus. Soliditas fundi. c. 7. de agricol. 11. 47. II. **Op.** Pars. c. 7. l. 11. 47. cf. c. 2. de comm. rer. al. 4. 52. III. **Cn.** Cursum ac soliditatem (sc. fistularum) adtentare. Th. C. XV. 2. c. 5. de aquaed. — **§. 3.** *Conditio firma.* I. **Sy.** Firmitas. Ib. XI. 20. c. 4. pr. §. 1. de coll. donat. III. **Cn.** Recipere soliditatem perfectae doctrinae. Const. Th. II. pr. de Th. C. auct. — **§. 4.** *Obligatio plurium in solidum concepta.* II. **Op.** Periculo soliditatis, — Separatis portionibus (ad munus nominari.) c. 2. Quo quisq. ord. 11. 35.

Solidum. (Subst.) *Tota res. Summa indivisa.* I. **Sy.** Integrum. Cf. v. Integer. §. 1. Vniversa pecunia. fr. 25. §. 13. fam. ercisc. 10. 2. Totum. fr. 3. ib. 10. 2. fr. 31. §. 1. de R. C. 12. 1. fr. 26. §. 6. de cond. indeb. 12. 6. Gai. III. 71. sq. 74. II. **Op.** Pars. Cf. h. v. §. 1. Portio. fr. 4. pr. Qu. c. eo qui in al. pot. 14. 5. fr. 77. §. 6. de legat. II. (31.) Decimas, — Solidum (capere posse.) Vlp. XV. 1. XVI. 1. In peculium, — In solidum (actio.) Gai. III. 69. 71. sqq. fr. 1. pr. fr. 36. fr. 44. de pecul. 15. 1. III. **Cn.** Solidum id, quod relictum est, capere non posse. Fr. de I. F. §. 3. fr. 72. de hered. inst. 28. 5. fr. 6. de vulg. et pup. 28. 6. Solidi capiendi ius habere. Vlp. XVI. 1. Th. C. XIII. 5. c. 7. de navicul. De solido, quod cuique debetur, (idonee cavere creditoribus.) fr. 4. §. 8. de fideic. libb. 40. 5. fr. 85. de solut. 46. 3. fr. 114. de V. S. 50. 16. Eiusdem pecuniae exactionem habere in solidum. Solidum petere posse. fr. 21. §. 5. fr. 27. pr. de pact. 2. 14. Pluribus in solid. simul procuratoribus datis. fr. 32. de procur. 3. 3. Singulis pro solido adtribuere. fr. 3. fam. ercisc. 10. 2. fr. 141. §. 1.

de R. I. 50. 17. cf. fr. 21. de opt. leg. 33. 5. Pro sol. defendere. fr. 42. §. 7. de procur. 3. 3.

Solidus. (Subst.) *Nummus aureus*, (primis imperii R. temporibus XLV am librae auri partem referens, posterioribus vero LXXII am.) I. **Sy.** Aureus. Cf. h. v. III. **Cn.** Taxatio haec: „solidos X, plurisve." fr. 192. de V. S. 50. 16. Multa C solidorum. D solidos inferre fisco iussus. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. fr. 34. de iure fisci. 49. 14. Obryzatorum solidorum uniforme pretium. c. 3. de vet. num. pot. 11. 10. Vt pro XXV libris aeris solidus a possessore reddatur. Th. C. XI. 21. c. 2. de collat. aer. Quotiescunque — auri massa transmittitur, in LXXII solidos libra feratur accepto. Ib. XII. 6. c. 13. §. 1. de susceptor. Cf. XII. 7. c. 1. de ponderator.

Solidus. (Adiect.) **§. 1.** *Totus sui generis.* II. **Op.** Solida, — Argento cooperta (mensa.) fr. 41. §. 1. de contr. emt. 18. 1. — **§. 2.** *Plenus, Integer.* I. **Sy.** Plena, Solida (proprietas.) fr. 26. pr. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 35. de bon. libert. 38. 2. II. **Op.** Nudus. Cf. h. v. Pro rata parte. Dimidia pars. — Solida (actio etc.) Gai. II. 255. 286. III. **Cn.** Manentibus, et solidissima in perpetuum firmitate durantibus (his.) Nov. Marc. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. §. 2. Aetate solida, et integro corpore. Th. C. VII. 20. c. 12. §. 1. de veteran. Solidum perfectumque dominium. Ib. VIII. 18. c. 1. §§. 1. 3. de matern. bon. Infirmata scriptura, — solidam successionem obtinere. c. 4. de iur. et facti ign. 1. 18. Pretium solidum, et quaecunque — deberentur, (praestare.) fr. 31. §. 1. de R. C. 12. 1.

Solitarius. (Subst.) Cf. v. sq. §. 1.

Solitarius. (Adiect.) **§. 1.** *In solitudine constitutus.* I. **Sy.** Monasticus. Cf. h. v. Quisquis Manichaeorum, vitae solitariae falsitate, coetum bonorum fugit. Solitarius (p. se pos.) Th. C. XVI. 5. c. 9. pr. de haeret. III. **Cn.** Solitariae, et longo spatio inter se positae insulae. Ib. c. 53. Ad solitariam vitam migrare. Iul. ep. nov. c. 4. §. 13. — **§. 2.** *Caelebs.* I. **Sy.** Viduitas. Solitaria vita. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5. Interpr. ad Th. C. III. 16. c. 2. de repud. — **§. 3.** *Qui singula dumtaxat prole praeditus est.* III. **Cn.** De caelibe, orbo, et solitario patre. Vlp. XIII. (rubr.)

Solitaurilia. *Hostiarum trium diversi generis, maiorum minorumve, immolatio.* III. **Cn.** Secunda spolia in Martis aram, in campo, solitaurilia utra voluerit caedito. L. Numae Pomp. 4.

Solite. (Advb.) *Ex more.* III. **Cn.** Octavas solite constitutas — dependat. Th. C. IV. 12. c. 6. de vectig. et comm.

Solitudo. **§. 1.** *Regio deserta. Secessus.* II. **Op.** Deserta loca et vastae solitudines. — Civitates. Oppida. Th. C. XVI. 3. c. 1. sq. de monach. In conspectu, — In solitudine (iniuria facta.) fr. 7. §. 8. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Captare solitudines ac secreta. Th. C. XII. 1. c. 63. de decurion. In extremas solitudines amandari. Ib. XV. 12. c. 3. de gladiat. Equos in solitudine relictos abducere. Coll. LL. M. XI. 8. — **§. 2.** *Vidua conditio. Caelibatus.* II. **Op.** Nuptiarum potestas, s. arbitrium. Th. C. III. 16. c. 2. §. 1. de repud.

Solitus. (Partic.) *Consuetus, Frequens.* III. **Cn.** Vrbe interdicere, et quavis alia solitarum regionum. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. Si non talis data sit satisdatio, sed solita cautio. fr. 5. pr. de hered. pet. 5. 3. Solatium solitum, Species solitas (praestare.) fr. 13. §. 1. comm. praed. 8. 4. Th. C. XI. 1. c. 24. de ann. et tribut.

Sollemnis. Cf. v. Solemnis.

Sollers, s. **Solers.** (Adiect.) *Industrius, Peritus.* III. **Cn.** Sagacissimam curam et solertissimam operam accommodare. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 8. de haeret. Quae — solers diligentia praeparavit. Ib. XV. 5. c. 1. de spectac. Solerti custodiri indagine. Ib. VII. 16. c. 2. de lit. et itin. cust.

Sollerter, s. **Solerter.** (Advb.) *Industrie.* III. **Cn.** Munus acturi, ita caute atque ita sollerter ut etc. Ib. VI. 29. c. 6. de curios. Quod quidem per omnem Africam solertissime servari oportet. Ib. XII. 1. c. 27. de decurion.

Sollertia, s. **Solertia.** **§. 1.** *Peritia, Industria.* III. **Cn.** Veteres dolum etiam bonum dicebant, et pro sollertia hoc nomen accipiebant. fr. 1. §. 3. de d. m. 4. 3. Morum honestas, mentisque solertia. Th. C. II. 17. c. 1. §. 1. de h. qu. ven. aet. Negotiandi — exercere solertiam. Ib. XIII. 1. c. 2. c. 5. de lustr. coll. — **§. 1. A.** *Titulus honorarius.* I. **Sy.** Sinceritas (tua.) Ib. XI. 1. c. 13. de ann. et tribut. III. **Cn.** De quibus solertia tua sinceritati nostrae retulit. Coll. LL. M. XV. 3. — **§. 2.** *Machinatio, Fraus.* III. **Cn.** Fallax et arguta solertia. Th. C. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol.

Spondere. §. **1.** *Certis et solemnibus verbis promittere.* I. **Sy.** Promittere. fr. 24. de statulib. 40. 7. fr. 3. pr. de duob. reis. 45. 2. III. **Cn.** Stipulatio est verborum conceptio, — velut: Spondes? Spondeo! Dabis? Dabo! Promittis? Promitto! Paul. II. 31. §. 1. Stipulari et spondere, sibi uxores futuras. fr. 2. de sponsal. 23. 1. Pacem futuram spondes? Gai. III. 94. Si servus, aut peregrinus, spoponderit; an pro eo sponsor — obligetur? Gai. III. 119. Ea, quae praestari stipulanti tibi spopondimus. fr. 8. de duob. reis. 45. 2. cf. fr. 24. de usufr. 7. 1. fr. 33. pr. de donat. 39. 5. fr. 7. pr. de d. m. exc. 44. 4. „Rogavit Titius, spopondit Maevius;“ haec verba non tantum pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis. fr. 7. §. 12. de pact. 2. 14. Stipulatus est ille, spopondit ille. fr. 121. pr. de V. O. 45. 1. Emtor praedii XX caverat se soluturum, et stipulanti spoponderat. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. c. 3. ad S.C. Mac. 4. 28. — §. **2.** *Sponsione se obligare adversario,* (adversus quem in iure consistimus.) III. **Cn.** Per sponsionem hoc modo agimus. Provocamus adversarium tali sponsione: „Si homo, q. d. a., ex iure Quir. meus est, HS. XXV nummos dare spondes?“ Gai. IV. 93. Si quis, heredem se spondendo, vel actiones patiendo, defunctum defendat. fr. 4. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. — §. **3.** *Debitum alterius in fidem suam recipere, verbis sponsionis.* III. **Cn.** Fideiubere, vel fidepromittere, vel spondere. Paul. I. 9. §. 5. Sponsor ita interrogatur: „Idem dari spondes?“ Gai. III. 116. sqq. Si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo sponsionis communio non est, „Spondes?“ verbo stipulatus sim. Id. III. 179. Quanto minus a Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? fr. 150. de V. S. 50. 16. Is, pro quo spopondisti. fr. 3. §. 3. Qu. quisq. iur. 2. 2. — §. **4.** *Polliceri.* I. **Sy.** Promittere (per sententiam.) Th. C. XI. 29. c. 2. c. 5. de relat. XI. 30. c. 8. de adp. et poen.

Spongia. *Zoophytorum exuviae,* (quibus ad detergendas immunditias utimur.) III. **Cn.** Perticae, quibus araneae detergantur, item spongiae, quibus columnae, pavimenta, podia extergantur. fr. 12. §. 22. cf. §. 18. de instr. leg. 33. 7.

Sponsa. Cf. v. Sponsus.

Sponsalia. §. **1.** *Promissio mutua matrimonii in futurum contrahendi.* I. **Sy.** Mentio et repromissio nuptiarum futurarum. fr. 1. de sponsal. 23. 1. Cf. Fr. Servii Sulp., I. Cti. Ap. Gell. IV. 4. III. **Cn.** Bina sponsalia, binasve nuptias, (in) eodem tempore constitutas habere. fr. 1. fr. 13. pr. §§. 1. sq. de h. qui not. inf. 3. 2. Cum ea nuptias, vel sponsalia constituere, quam uxorem ducere — fas non est. fr. 13. §. 4. l. 3. 2. Paul. II. 19. §. 1. Saepe — necessariae causae — ulterius trahunt sponsalia. fr. 17. de sponsal. 23. 1. — §. **2.** *Munera sponsorum.* III. **Cn.** Ante decimum puellae annum datis sponsalibus. — Sponsalia iubemus sponso restitui. Th. C. III. 5. c. 6. pr. cf. c. 2. §. 3. c. 5. §. 1. de sponsal. Sponsalia, quae mulier accepit. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §§. 8. sq. Pollicitatio — sponsalium causa facta. c. 3. de don. A. N. 5. 3.

Sponsalicius, s. **Sponsalitius.** (Adiect.) *Ad sponsalia pertinens.* I. **Sy.** Sponsalis, Sponsalitia, Sponsaliorum nomine data (arra.) c. 5. de sponsal. 5. 1. Cf. v. Arra. III. **Cn.** Tam sponsalitia donatio, quam

quam hereditas, quam — sponsus suam sponsam lucrari voluit. c. 5. de bon. qu. lib. 6. 61.

Sponsalis. (Adiect.) Idem. I. **Sy.** Sponsalicius. Cf. h. v.

Sponsare. *Sponsalia celebrare.* III. **Cn.** Vxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibeatur. fr. 38. pr. de R. N. 23. 2.

Sponsio. §. 1. *Solemnis verborum obligatio,* (quae promissione sponsoris peragebatur.) I. **Sy.** Quod per sponsus interrogationem fit. fr. 7. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Peregrinus, cum quo sponsionis communio non est. Gai. III. 170. cf. 119. Cautionis, aut sponsionis fide (accepisse aurum.) Th. C. X. 24. c. 2. de h. qu. c. disp. Sponsorum, vel fideiussorum, in cavenda dotis sponsione promissiones. Ib. III. 15. c. 1. de fideiuss. dot. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 6. — §. 2. *Promissio certis verbis facta. Cautio. Sanctio.* I. **Sy.** Stipulatio, promissioque omnis. fr. 7. l. 50. 16. III. **Cn.** Contractus stipulationum sponsionumque. Fr. Servii Sulp., I. Cti. Ap. Gell. IV. 4. Lex est — virorum prudentium consultum, — communis reip. sponsio. fr. 1. sq. de LL. 1. 3. — §. 3. *Certatio pignorum, de eventu rei incerto.* III. **Cn.** In quibus rebus, ex L. Titia — et Cornelia, etiam sponsionem facere licet. fr. 3. de aleat. 11. 5. Si quis sponsionis causa anulos acceperit, nec reddit victori. fr. 17. §. 5. de praescr. vv. 19. 5. — §. 4. *Promissio litigantium,* (de pecuniae summa victori futuro pendenda.) II. **Op.** Restipulatio. Cf. h. v. III. **Cn.** Quicunque d. e. r. decernet, interdicetve, sive sponsionem fieri, iudicarive iubebit, iudiciumve quod d. e. r. dabit, — in id decretum, interdictum, sponsionem, iudicium, exceptionem addito etc. L. Gall. Cisalp. I. 2. sqq. Neque id, quod confessus erit, solvet, satisve faciet, aut se sponsione iudicioque, utive oportebit, non defendet. Ib. II. 6. sq. Periculosa est actio certae creditae pecuniae, propter sponsionem, qua periclitatur reus etc. Gai IV. 13. cf. 171. Cum in rem actio duplex sit, aut enim per formulam petitoriam agitur, aut per sponsionem. — Per sponsionem hoc modo agimus; provocamus adversarium tali sponsione: „Si homo q. d. a. ex iure Quirit. meus est, HS. XXV nummos dare spondes?“ deinde formulam edimus, qua intendimus sponsionis summam nobis dari oportere. Id. IV. 91. 93. sqq. cf. 165.

Sponsor. *Qui solemni sponsione fidem suam adstringit pro debito alterius.* II. **Op.** Fidepromissor. — Fideiussor. Gai. III. 115. sqq. III. **Cn.** Satisdare, additis sponsoribus. Paul. V. 10. §. 1. V. 33. §. 2. Cf. Gai. III. 117. Sponsorum, vel fideiussorum, — promissiones. Th. C. III. 15. c. 1. de fideiuss. dot. Qui sponsores, aut fidepromissores accipiat. Gai. III. 123. cf. 121. sq. Sponsor ita interrogatur: „Idem dari spondes?“ Id. III. 116. Quod A. A. de L. Titio incertum stipulatus est, quo nomine N. N. sponsor est. Id. IV. 137. Is, pro quo sponsor dependisset. Id. IV. 22. Tab. Heracl. 40. sq. aer. Neap.

Sponsus. (Subst.) *Sponsoris promissio.* I. **Sy.** Sponsio. Quod per sponsus interrogationem fit. Cf. v. Sponsio. §. 1. II. **Op.** Nuda promissio, sive pollicitatio. fr. 19. §. 2. de Aed. edict. 21. 1. III. **Cn.** L. Furia de sponsu. Gai. IV. 22.

Sponsus. Sponsa. (Partic.) *Desponsatus, Desponsatave.* I. **Sy.** Qui nondum maritus est. fr. 1. §. 2. pro dote. 41. 9. II. **Op.** Sponsa. — Nupta. Vxor. fr. 13. §§. 3. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 101. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ne quis eorum sponsam, uxoremve, sciens d. m. habeto. fr. 44. pr. de R. N. 23. 2. Sponsi sponsaeque adpellatio (nata est a spondendo.) fr. 3. cf. fr. 2. de sponsal. 23. 1. Sponsus sponsae muneri misit. fr. 36. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Excipiuntur (sc. Cincia lege) et adfinium personae, ut privignus, — noverca, — socer, — nurus, vir et uxor, sponsus, sponsa. Vatic. §. 302. cf. 262. Sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamvis nurus non proprie dicatur. fr. 12. §. 2. cf. §. 1. de R. N. 23. 2. Si sponsa dotem dederit, nec nupserit. fr. 74. de iure dot. 23. 3. Si — nuncium sponsus culpa sua remiserit. Vatic. §. 262.

Spontaneus. (Adiect.) §. 1. *Voluntarius, Arbitrarius.* III. **Cn.** Vt nec spontanea in vobis humanitas retardetur, nec contra voluntatem vestram etc. Th. C. VII. 9. c. 1. de salgamo. Studio spontaneae devotionis — inferre. Ib. XI. 1. c. 34. de ann. et tribut. cf. VI. 4. c. 27. de Praet. et Qu. Ad spontaneam militiam — invitari. Ib. VII. 13. c. 6. §. 1. de tiron. — §. 2. *Temerarius.* III. **Cn.** Nec quisquam sibi — spontaneam vindicandi tribuat potestatem. Ib. IX. 42. c. 14. de bon. proscr.

Sponte. §. 1. *Libero arbitrio.* I. **Sy.** Ex voluntate. Vltro. fr. 1. §. 1. fr. 6. de feriis. 2. 12. c. 20. de N. G. 2. 19. II. **Op.** Sua sponte. — Compulsus. Iudice imminente. Mandante (domino.) fr. 3. §. 1. de legit. tut. 26. 4. fr. 84. §. 13. de legat. I. (30.) fr. 42. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Iussu. fr. 2. sq. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 54. pr. de A. R. D. 41. 1. Necessarie. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui, citra mandatum, — sponte gerit. c. 20. de N. G. 2. 19. Cum non sponte cum legatariis contraxit. fr. 19. pr. de R. I. 50. 17. Sua sponte (facere.) Paul. V. 22. §. 2. Sponte propria (se deferre.) Th. C. XI. 11. c. 1. ne damn. provinc. — §. 2. *Nullo adiutore.* III. **Cn.** Qui, propter aetatem, sponte se defendere nequit. fr. 1. pr. de tutel. 26. 1.

Sporta. *Vas quali,* (e vimine aut sparto.) III. **Cn.** Frumenti, leguminum thecae, arculae forte, vel sportae. fr. 3. §. 11. de penu leg. 33. 9.

Sportula. §. 1. *Stipes, Erogatio.* III. **Cn.** Nomine munerum, vel sportulae, percipere. Th. C. VIII. 4. c. 6. de cohortal. Sportularum, et distributionum, aliarumque impensarum nomine — consumere. Iul. ep. nov. c. 98. §. 359. c. 124. §. 556. Cf. Th. C. XV. 9. c. 1. pr. §. 1. de expens. ludor. Sportulas decurionum accipere. fr. 6. §. 1. de decur. 50. 2. cf. fr. 5. §. 17. de don. int. V. 24. 1. Aedificia, quorum reditus sportulae sunt relictae. fr. 120. pr. de legat. I. (30.) — §. 2. *Expensae, pro lite aut exactione dependendae.* III. **Cn.** Sportulae, et litium expensae. c. 2. de praepos. agent. in reb. 12. 21. Sportularum et sumtuum modum moderari. c. 29. §. 1. de episc. aud. 1. 4. Nov. 82. c. 7. Iul. ep. nov. c. 15. §. 56.

Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 16. Duplam, aut amplius, sportulis accipere. Ib. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2.

Spretus. (Partic.) *Contemtus.* III. *Cn.* Tamquam penitus spreti, aut abiecti, deiiciantur. Th. C. VI. 27. c. 23. de agent. in reb.

Spurcare. *Inquinare.* III. *Cn.* Aquas spurcare, fistulas — contaminare. Paul. V. 4. §. 13. Qui vinum spurcavit, vel effudit, — vel alio modo vitiavit. fr. 27. §. 15. ad L. Aqu. 9. 2.

Spurcus. (Adiect.) **§. 1.** *Immundus, Impurus.* III. *Cn.* Si aquam conrivat, vel si spurcam quis immittat. fr. 3. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Spurcum vinum, (quod sacris adhiberi non licet.) Fr. Labeonis, I. Cti. Ap. Festum. h. v. — **§. 2.** *Ignobilis.* III. *Cn.* Spurca amputatio digitûm. Th. C. VII. 13. c. 10. de tiron.

Spurius. *Qui non a iusto patre prognatus est.* I. *Sy.* Qui nascitur sine legitimo matrimonio. Quem mater vulgo concepit. Sine patre filius. fr. 19. fr. 23. sq. de statu hom. 1. 5. Gai. I. 64. II. *Op.* Iusti, Legitimi (liberi.) — Spurii. fr. 25. de captiv. 49. 15. Th. C. III. 12. c. 2. de incest. nupt. III. *Cn.* Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurii adpellantur. Vlp. IV. 2. Gai. I. 64. Liberi in potestate eius non fiunt, sed, quasi vulgo concepti, spurii sunt. Vlp. V. 7. fr. 29. §. 1. de probat. 22. 3.

Squalidus. (Adiect.) **§. 1.** *Sordidus.* III. *Cn.* Veste lugubri uti, aut squalida. fr. 15. §. 27. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Incultus, Neglectus.* II. *Op.* Deserta et squalida, Squalidiora atque ieiuna, — Culta atque opima (loca.) Th. C. XI. 28. c. 2. de indulg. debit. XIII. 11. c. 3. de censitor.

Squalor. *Sordes.* III. *Cn.* Dignum claustris carceris et custódiae squalore videri. Ib. IX. 3. c. 2. de cust. reor.

Stabilis. (Adiect.) *Constans, Firmus.* II. *Op.* Qui stabilem mentem nondum adeptus est. — Sapiens (homo.) c. 18. de milit. testam. 6. 21. Manere stabile. — Dissolvi. §. 2. I. de adopt. 1. 11. Stabile ius. — Vltimum et extraordinarium auxilium. §. 7. I. de B. P. 3. 10.

Stabilitas. *Firmitas, Ordo constans.* II. *Op.* Quid antea vacillabat, et quid postea in stabilitatem redactum est. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. III. *Cn.* In sua omnibus stabilitate durantibus. Th. C. X. 10. c. 32. pr. de petit. et ultro dat. Componere stabilitatem census, finita altercatione. Ib. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr. Cf. XIII. 1. c. 20. de lustr. collat.

Stabiliter. (Advb.) *Firmiter, Cum effectu.* III. *Cn.* Ratum esse, stabiliterque observari. c. 3. de natur. lib. 5. 27. Testamento liberos stab. dimittere. Interpr. ad Paul. IV. 14. §. 3.

Stabulari. *In stabulo conversari.* III. *Cn.* Stabularius (sc. mercedem accipit,) ut permittat iumenta apud eum stabulari. fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9.

Stabularius. **§. 1.** *Qui ministerium in stabulo exhibet.* III. *Cn.* Muliones et institores inter urbana ministeria continentur, item — lecticarii, stabularii. Paul. III. 6. §. 72. — **§. 2.** *Qui mercede locat stabuli usum.* I. *Sy.* Qui stabulum exercet, institorve eius. fr. 1. §. 5. naut. caup. 4. 9. fr. 5. §. 6. de instit. act. 14. 3. III. *Cn.* Si caupo fuit, vel stabularius, et mancipia talia habuit ministrantia, — sive balneator fuerit. fr. 4. §. 2.* de h. qui not. inf. 3. 2. fr. 1. pr. fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9. fr. 1. §. 6. furti adv. naut. 47. 5.

Stabulum. *Locus, in quo iumentorum et pecorum statio est.* III. *Cn.* Stabulum, quod erat domus iumentis et carrucis vacans. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. Stabulum, vel ubi greges eius stare oporteat. fr. 15. §. 1. locat. 19. 2. fr. 3. §. 1. de abig. 47. 14. Paul. V. 18. §. 2. Quaecunque in caupona, vel in meritorio, stabulo, deversoriove perierint, in exercitores eorum (furti actio competit.) Id. II. 31. §. 16. cf. fr. 1. pr. furti adv. naut. 47. 5. fr. 198. de V. S. 50. 16. Comes sacri stabuli. Th. C. XI. 1. c. 29. de ann. et tribut. XI. 17. c. 3. de equor. coll.

Stadium. *Locus, in quo cursu et lucta palam certatur.* III. *Cn.* Quod ad instruendum forum, theatrum, stadium (legatum fuerit.) fr. 122. pr. de legat. I. (30.) cf. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8.

Stagnare. *Non defluere. Paludem facere.* III. *Cn.* Stagnum est, quod temporalem contineat aquam, ibidem stagnantem. fr. 1. §. 4. ut in flum. pub. 43. 14.

Stagnum. *Collectio aquae stagnantis.* III. *Cn.* Si stagni ususfr. legetur, et exaruerit sic, ut ager sit factus. fr. 10. §. 3. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Qui lacum, vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur etc. fr. 1. §. 7. cf. pr. ut in flum. pub. 43. 14. Quos in piscinas coniecerimus, — Si in stagno sint (pisces.) fr. 3. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2.

Stamen. *Filum ad telam paratum. Quod in tela texitur.* II. *Op.* Quod in tela est. Stamen. — Quod contextum, s. detextum est. fr. 22. de auro arg. 34. 2. Lana legata. — Purpura, aut stamen, [al. temen, s. tegmen,] subtemenve. Paul. III. 6. §. 82. fr. 70. §. 2. de legat. III. (32.)

Stanneus. (Adiect.) *Qui est e stanno.* III. *Cn.* Nummos stanneos [al. stagneos,] plumbeos, emere etc. fr. 9. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10.

Stannum. *Metalli genus notissimum.* III. *Cn.* Quive, cum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit. Paul. V. 25. §. 5.

Stans. (Partic.) **§. 1.** *Non separatus, Vnitate corporis coniunctus.* I. *Sy.* Quae in fundo continentur, Stantes (arbores.) fr. 40. de A. E. V. 19. 1. Pendens (fructus.) Cf. v. Pendēre. §. 1. III. *Cn.* Fructibus stantibus, fundum recipere. fr. 7. §. 15. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Validus, Firmus.* II. *Op.* Instabilis (donatio.) Cf. h. v.

Stare. **§. 1.** *Insistere, Constitutum esse.* III. *Cn.* Non magis — quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto. fr. 3. §. 5. de A. v. A. P. 41. 2. Locus, ubicunque tuto stare possunt naves. fr. 1. §. 13. de flumin. 43. 12. cf. fr. 2. §. 7. si qu. cautt. 2. 11. Stabulum, vel ubi greges eius stare oporteat. fr. 15. §. 1. locat. 19. 2. — **§. 1. A.** *Stans orare causam.* I. *Sy.* Causidicus esse, Patrocinium praebere. c. 6. pr. §§. 1. 6. de postul. 2. 6. — **§. 1. B.** *Praesentiam sui facere, Sistere.* III. *Cn.* Ergo et qui alii iudi-

catus sistitur, in eadem causa stare [al. sisti] videtur. fr. 11. si qu. cautt. 2. 11. Si quis — per hoc in iudicium non stetit. fr. 4. §. 3. ib. 2. 11. cf. Gai. IV. 185. — **§. 2.** *Constare, Durare, Valere.* I. **Sy.** Manere, Permanere, Remanere (aedificium.) fr. 9. §. 1. locat. 19. 2. fr. 57. pr. §§. 1. sqq. de contr. emt. 18. 1. Iustum esse. Valere. fr. 13. de h. qu. ut indign. 34. 9. Ep. inst. Gaii. II. 3. §§. 1. sq. III. **Cn.** In suo nomine non stant (sc. conventiones,) sed transeunt in proprium nomen contractus. fr. 7. §. 1. de pact. 2. 14. cf. fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Quod legibus stare non potest. Th. C. III. 13. c. 3. §. 1. de dotib. Hoc tamen ius stabit intra ipsorum tantum liberalitatem. Vatic. §. 272. Conventio placiti fine stetit. c. 27. de locato. 4. 65. cf. c. 15. fam. ercisc. 3. 36. — **§. 3.** *Parere, Adquiescere, Sequi.* I. **Sy.** Parēre. Cf. h. v. §. 4. Servare, Tueri. Cf. v. Servare. §. 1. II. **Op.** Stare (verbis etc.) — Recedere. Discedere. fr. 13. §. 27. de A. E. V. 19. 1. fr. 28. §. 12. de liberat. leg. 34. 3. III. **Cn.** Si convenerit, — et mutata voluntas fuerit, — nemo compelletur eiusmodi conventioni stare. fr. 18. de iurisd. 2. 1. Si stipulationes interpositae fuerint de divisione, — ut stetur ei etc. fr. 2. §. 5. fam. ercisc. 10. 2. fr. 3. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 4.** *In causa esse.* I. **Sy.** Per eum stat, quominus etc. Dolo, vel culpa eius, factum est. fr. 8. §§. 4. 6. Qui satisd. cog. 2. 8. fr. 36. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Si non stetit per actorem, — etiamsi per rerum naturam stetit. fr. 16. §. 3. cf. §. 2. fr 18. pr. de const. pec. 13. 5.

Stater. *Pondus.* III. **Cn.** Examinis libramento, — aequis ac paribus suspenso statere momentis. Th. C. XII. 7. c. 1. de ponderat.

Statera. *Trutinae genus.* III. **Cn.** Staterae adulterinae (onerant annonam.) fr. 6. §. 1. de extr. crim. 47. 11. Stateram tenens, (i. e. libripens.) Ep. inst. Gaii. I. 6. §. 3.

Statim. (Advb.) **§. 1.** *Confestim, Nulla mora.* I. **Sy.** Confestim. Cf. h. v. Praesenti die. Ex praesenti. fr. 7. §. 5. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. Vlp. VI. 8. Vatic. §. 55. II. **Op.** Post. Cf. h. v. §. 5. Postea. Cf. h. v. Eo usque, donec etc. Tunc demum. Gai. II. 213. fr. 11. pr. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Stat. — sine aliquo scilicet intervallo. fr. 24. de legat. II. (31.) Stat., vel certe intra annum. Coll. LL. M. XI. 7. In re praesenti, h. e. statim atque etc. fr. 1. de solut. 46. 3. fr. 244. de V. S. 50. 16. Stat. ab initio. Gai. II. 123. IV. 173. Non stat. post etc. Id. II. 213. Stat. cum etc. Id. III. 19. Stat. quam, v. ubi. fr. 2. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 15. §. 21. de damn. inf. 39. 2. Stat. ut. Gai. II. 15. fr. 134. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *In ipso limine, vel initiis rei.* III. **Cn.** Statim, — praeterea, — item. Pr. §§. 1. sqq. I. Qu. n. est perm. fac. test. 2. 12. Non stat. a tormentis incipiendum est, ideoque prius etc. Paul. V. 14. §. 1. Quia stat. contra bonos mores sit. fr. 35. §. 1. de V. O. 45. 1. — **§. 3.** *Simul.* III. **Cn.** Nec enim utique, qui minor est, stat. et circumscriptum se docuit. fr. 9. §. 4. de iureiur. 12. 2. — **§. 4.** *Omni ex parte.* III. **Cn.** Sed non stat. desinit esse decurio, — quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet. c. 21. ad L. Corn. de fals. 9. 22.

Statio. **§. 1.** *Locus, qui rebus mobilibus, vel se moventibus, praesidium praebet.* I. **Sy.** Locus, ubicunque tuto stare possunt naves. Portus. fr. 1. §. 13. de flumin. 43. 12. fr. 59. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ne quid in flumine publico, ripave eius facias, — neve immittas, quo statio, iterve navigio deterior sit, fiat. fr. 1. pr. §§. 17. 19. de flumin. 43. 12. Omnes stationes navium, portus, litora etc. Th. C. VII. 16. c. 2. de lit. et itin. cust. Domum ad stationem iumentorum locare. fr. 13. §. 8. de usufr. 7. 1. — **§. 2.** *Sedes publici cursus (veredorum.)* III. **Cn.** In his stationibus, in quibus cursus est collocatus. Th. C. VI. 29. c. 5. §. 1. c. 6. de curios. Per stationes singulas idoneos mancipes volumus collocari. Ib. VIII. 5. c. 65. de cursu pub. — **§. 3.** *Locus certus in publico,* (ubi consistunt, qui quaestum profitentur.) III. **Cn.** Si ad stationem, vel tabernam ventum sit. fr. 15. §. 7. de iniur. 47. 10. In foro — circa columnas, aut stationes [al. statuas,] se occultare. fr. 7. §. 13. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Arcarii Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes. Vatic. §. 134. — **§. 4.** *Locus, in quo milites aut adparitores commorari oportebat,* (muneris obeundi gratia.) III. **Cn.** Qui stationis munus relinquit, (plus quam emansor est.) fr. 3. §. 5. de R. M. 49. 16. In provinciis stationes militum etc. Th. C. VII. 4. c. 12. de erog. mil. ann. — **§. 5.** *Gradus militiae, officiive. Munus officialium.* I. **Sy.** Gradus. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Ad stationes agendas per provincias destinari. Ib. VIII. 7. c. 12. de div. offic. Cf. I. 6. c. 8. (Wck.) de off. Prf. Vr. Principes, seu cornicularios, stationes — non aliis vendere iubemus. Ib. VIII. 4. c. 10. de cohortal. Poenam — definivit adversus eos tabelliones, stationum amissionem; — ita tamen ut nullus sentiat damnum dominus stationis. Iul. ep. nov. c. 40. §. 169. — **§. 6.** *Corpus eorum, qui in singula regione fiscalibus negotiis prospiciunt.* III. **Cn.** Non solum ergo emtorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem, quaestionem pati debere. c. 1. ne fisc. rem qu. vend. 10. 5. cf. c. 1. de compens. 4. 31. c. 2. de solut. 8. 43.

Stationarius. **§. 1.** *Miles, in statione certa constitutus.* III. **Cn.** Stationarii milites cuiusque loci cohortis. Th. C. VII. 20. c. 2. §. 2. de veteran. Cf. fr. 1. §. 12. de off. Prf. Vr. 1. 12. Limenarchae et stationarii. fr. 4. cf. fr. 1. §. 2. de fugitiv. 11. 4. — **§. 2.** *Qui in statione cursus publici ministerium exhibet.* III. **Cn.** Stationarii, et ii qui cursui publico praesunt. Th. C. VIII. 5. c. 1. de cursu pub. — **§. 3.** *Adparitorum et officialium genus.* III. **Cn.** Notoriis adparitorum, quos stationarios adpellant, deferatur in notitiam potestatum. Ib. XVI. 2. c. 31. de episc. eccl. Vectigal exigi non sinimus, capitali poena proposita stationariis, et urbanis militibus etc. Ib. IV. 12. c. 3. cf. c. 2. de vectig. et comm. Ne quis ex — abiectis officiis, vel deformibus ministeriis, vel stationariis, omnique officiorum faece etc. c. 6. de dignit. 12. 1.

Stativa. *Statio, Mansio.* III. **Cn.** Tractoriae

cum stativis solitis, (bidui tantummodo tempus accipiant.) Th. C. VIII. 6. c. 2. de tractor. et stativ.

Stator. Cf. v. Strator.

Statua. *Effigies hominum, ex aere, vel lapide.* III. **Cn.** Vt imagines et statuae, quae ornamenta reip. sunt futurae, in publicum ponantur. fr. 2. de loco pub. fruendo. 43. 9. fr. 5. pr. de opp. pub. 50. 10. Statuas, aut imagines Imperatoris iam consecratas conflare. fr. 6. cf. fr. 4. §. 1. fr. 5. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui (sc. servi) ad fana deorum, vel ad statuas Principum confugiunt. Gai. I. 53. fr. 1. §§. 1. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. Cum domus propter marmora, et statuas, et tabulas pictas ematur. fr. 34. pr. de contr. emt. 18. 1. fr. 245. pr. de V. S. 50. 16.

Statuarius. *Statuarum artifex.* III. **Cn.** Intestinarii, statuarii, musivarii, aerarii etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Statuere. **§. 1.** *Ponere, Collocare.* I. **Sy.** Ponere (terminos.) fr. 2. sq. de term. mot. 47. 21. III. **Cn.** Stationem dicimus a statuendo. fr. 1. §. 13. de flumin. 43. 12. Iubeo signum dei in illa sacra aede — statui. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Causa cognita decernere.* I. **Sy.** Decernere. Cf. h. v. §. 3. Constituere. Cf. h. v. §. 5. Definitione amplecti. fr. 4. §. 5. de re iud. 42. 1. Pronunciare. Cf. h. v. §. 4. Irrogare (poenam.) Punire. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 5. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Ab Imperatore, eove cui de ea re statuendi potestas fuerit, dimissus. fr. 1. sq. de h. qui not. inf. 3. 2. Neque enim, qui potest in furem statuere, necesse habet adversus furem litigare. fr. 17. pr. de furt. 47. 2. Nisi ad hoc compromissum sit, ut arbiter statueret etc. fr. 32. §. 16. de rec. qui arb. 4. 8. Si, cum vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuerit. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. Si dubitetur, — ipse Praetor debet causa cognita statuere. fr. 2. §. 6. de iudic. 5. 1. fr. 5. ubi pup. 27. 2. cf. fr. 32. sq. de adopt. 1. 7. Qui magistratum potestatemve habebit, si quid in aliquem novi iuris statuerit. fr. 1. §. 1. Qu. quisq. iur. 2. 2. Quaero, quid adversus eum sit statuendum? Coll. LL. M. IV. 9. In convictum reum, — pro modo admissi sceleris, statuendum est. Paul. V. 16. §. 13. fr. 12. pr. de cust. et exhib. 48. 3. — **§. 3.** *Constituere, Praescribere, Praefinire.* I. **Sy.** Constituere. Cf. h. v. §§. 3. 4. Praestituere (diem.) fr. 1. §§. 10. 12. de succ. edict. 38. 9. III. **Cn.** Si qua lex ab initio — statuit actionem. fr. 23. §. 4. de cond. indeb. 12. 6. Quodcunque Imperator per epistolam et subscriptionem statuit. fr. 1. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Cf. fr. 10. sqq. de LL. 1. 3. Coll. LL. M. XIII. 3. Vatic. §. 314. fr. 76. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Statuere venditorem debere, utrum — velit etc. fr. 4. §. 2. de L. comm. 18. 3. (Cf. v. Statutus.)

Statu iri. *Fore ut stetur.* III. **Cn.** Repromissio: — voluntati defuncti statu [al. statum] iri. fr. 6. §. 1. ut legat. serv. c. 36. 3.

Statuliber. *Is, cui testamento libertas data est, sub conditione aut ex die.* I. **Sy.** Qui statutam et destinatam, in tempus vel conditionem, libertatem habet. fr. 1. pr. de statulib. 40. 7. Gai. II. 200. Vlp. II. 1. III. **Cn.** Statuliber — libertatis conditionem secum trahit. Id. II. 3. Si per heredem factum sit, quominus statuliber conditioni pareat, perinde fit liber etc. Id. II. 5. Cum statuliber sub conditione legatus est, et — conditio statutae libertatis deficit. fr. 81. §. 9. de legat. I. (30.) cf. fr. 15. sq. de nox. act. 9. 4.

Statura. *Figura et modus corporis animalis.* III. **Cn.** Militaris roboris ac staturae (sc. iuniores.) Th. C. VII. 18. c. 9. pr. de desertor. In offerendis equis certam formam, staturam, aetatem — custodienda esse. Ib. VI. 31. c. 1. de strator.

Status. (Partic.) **§. 1.** *Exhibitus, Repraesentatus.* Cf. v. Sistere. — **§. 2.** *Praefinitus, Fixus.* III. **Cn.** Quoniam nullum certum tempus pariendi statum videretur. Fr. Mas. Sabini, I. Cti. Ap. Gell. III. 16. Status dies cum hoste. L. XII Tabb. II. 2. Statum editionis pretium. Th. C. VI. 4. c. 20. de Praet et Qu.

Status. (Subst.) **§. 1.** *Conditio rerum firma, Qualitas certa.* III. **Cn.** In suo statu et loco manere (arborem, v. parietem.) fr. 7. de S. P. V. 8. 2. Forma ac status (antiquorum aedificiorum.) fr. 11. pr. ib. 8. 2. Th. C. XVI. 10. c. 18. de pagan. Vrbes magnifico statu praeditae. Ib. XII. 5. c. 3. Quemad. mun. civ. Statum reipub. sustentare. c. 1. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. Respub. suum statum recepit. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Vt in profanum statum transeat (monasterium.) Iul. ep. nov. c. 111. §. 411. Suum statum et cursum tenent ac possident (ab antiquis statuta.) Coll. LL. M. XV. 3. In aliud nomen aliumque statum obligationis transferri. — Statum et naturam obligationis mutari non posse. fr. 17. de cond. furt. 13. 1. fr. 9. §. 1. de V. O. 45. 1. cf. fr. 1. §. 2. de usufr. adcr. 7. 2. fr. 21. pr. de fideiuss. 46. 1. Quae (sc. promissio) ex voluntate promittentis statum capit. fr. 108. §. 1. de V. O. 45. 1. fr. 201. de R. I. 50. 17. Praesens status peculii (spectandus est.) fr. 32. §. 1. de pecul. 15. 1. In meliorem statum commutata (sc. causa.) fr. 23. de usu et habit. 7. 8. — **§. 2.** *Summa earum rerum, ex quibus pendent iura hominis,* (ratione habita libertatis, civitatis, aetatis.) I. **Sy.** Caput. Cf. h. v. §. 5. Ius. Cf. h. v. §. 2B. III. **Cn.** Hominis eius status et habitus. fr. 7. §. 11. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Cum ad statum suum frater pervenisset. fr. 77. §. 14. de legat. II. (31.) Qui statum suum in potestate habet. Paul. II. 18. §. 1. Status aetatis, s. legitimus. fr. 13. de probat. 22. 3. c. 5. Qu. dies legat. 6. 53. Et statum, et dignitatem, in qua fuit, — retinere. fr. 20. de statu hom. 1. 5. fr. 5. §§. 1. sq. de extr. cogn. 50. 13. De statu atque patrimonio litigare. Th. C. II. 7. c. 4. de dilation. Qui — apud acta Praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti etc. Paul. V. 1. §. 4. Status ingenuitatis. Id. V. 1. §. 1. Qui de statu suo litigat, s. periclitatur. fr. 33. §. 1. fr. 39. §. 5. de procur. 3. 3. fr. 21. pr. Qu. met. c. 4. 2. Qui de statu suo incertus est. Vlp. XX. 11. Statum sumere (ex tempore conceptionis etc.) Gai. I. 89. Instrumenta status mei. fr. 8. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2. A.** *Quae ad iura familiae singuli hominis pertinent.* I. **Sy.** Caput. Paul. I. 7. §. 2. fr. 2. §. 1. de cap. minut. 4. 5. III. **Cn.** Capitis minutio, salvo statu contingens. fr. 1. §. 8. ad S. C. Tert. 38. 17. Gai. I. 162. Vlp. XI. 13. Si statum ex adro-

gatione, vel adoptione, mutaverit. Paul. III. 6. §. 29. cf. fr. 18. de adopt. 1. 7. Quae per metum, dolum, et status permutationem — gesta esse dicuntur. Paul. I. 7. §. 2. fr. 1. sq. de I. I. R. 4. 1. Si tantum status, — nec ulla bonorum, controversia sit. fr. 6. §. 3. cf. fr. 1. §§. 7. 11. de Carb. edict. 37. 10. Th. C. V. 1. c. 6. de legit. heredit. — **§. 2.** *Ordo et gradus (dignitatis.)* III. **Cn.** Facultatibus suis et status privilegiis exuantur (iudices.) Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 6. Ipse — amittat statum clericatus. Iul. ep. nov. c. 50. §. 191.

Statutum. (Subst.) **§. 1.** *Decretum, Sententia (iudicis.)* III. **Cn.** Iuxta statutum iudicantis. Vatic. §. 113. Qui de statutis praesidalibus conqueruntur. Th. C. I. 5. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Pr. — **§. 2.** *Praeceptum, Constitutio, Iussio.* I. **Sy.** Praeceptum (constitutionis.) Iul. ep. nov. c. 54. §. 197. Constitutum. Cf. h. v. §. 1. Iussum. Th. C. VIII. 8. c. 2. c. 4. de exsecut. et exact. III. **Cn.** Iussa ac statuta tranquillitatis nostrae. Coll. LL. M. XV. 3. Veteris iuris, et statutorum nostrorum — sanctio. Th. C. XV. 14. c. 1. de infirm. h. qu. s. tyr. Iust. C. c. 1. pro qu. caus. 7. 13. Vatic. §. 280. Generalia sunt rescripta, et oportet imperialia statuta suam vim obtinere. fr. 3. §. 5. de sepulc. viol. 47. 12. c. 2. si adv. cred. 7. 36. Iuxta statuta iuris. c. 2. si min. se mai. 2. 43. Cf. fr. 135. de V. S. 50. 16. Novelli statuti — privilegium. Th. C. X. 19. c. 9. cf. c. 6. de metall. XV. 12. c. 2. de gladiat.

Statutus. (Subst.) *Qui intra numerum constitutus est. Ordinarius.* II. **Op.** Supernumerarius. c. 11. pr. §. 1. c. 13. de advoc. div. iudicior. 2. 7. c. 5. de adpar. mag. mil. 12. 55. Th. C. VI. 30. c. 11. c. 15. pr. c. 16. sq. de Pal. S. largg. III. **Cn.** Novella matricula super statutorum numero vel ordine confirmando. Ib. VI. 27. c. 23. de agent. in reb. Quos statutos numerorum vocant. Iul. ep. nov. c. 79. §. 302. Qui statutis in quacunque militia connumerati sunt. c. 7. de iurisd. omn. iud. 3. 13.

Statutus. (Partic.) **§. 1.** *Constitutus, Definitus.* I. **Sy.** Praestitutus (dies.) fr. 6. de naut. foen. 22. 2. Constitutus. Cf. h. v. §. 4. Definitus (lege.) Cf. v. Definire. §. 3. III. **Cn.** Quae statuta sunt, quaeque antiqua consuetudine commendantur. Th. C. X. 1. c. 17. de iure fisci. Statuta lege (portio, v. poena.) fr. 67. ad L. Falc. 35. 2. fr. 2. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Nisi merces certa statuta sit. Pretium statutum. Gai. III. 142. 162. fr. 3. §§. 1. sq. fr. 4. mand. 17. 1. Si finita sit dies statuta in cautione. fr. 15. pr. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Ordinarius, Solemnis.* I. **Sy.** Legitimum, Statutum (tempus.) fr. 19. de minor. 4. 4. II. **Op.** Statuta, — Fideicommissa (libertas.) fr. 27. §. 10. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 81. §. 9. de legat. I. (30.) fr. 1. pr. fr. 6. pr. de statulib. 40. 7. — III. **Cn.** Gradus munerum honorumque, qui antiquitus statuti sunt. fr. 3. §. 15. de mun. et hon. 50. 4. Comites, qui sunt intra statutum numerum. fr. 41. §. 2. de excusat. 27. 1. Eius, qui statutis sumtibus servit, (debitor.) c. 3. de compens. 4. 31. cf. fr. 25. §. 16. de hered. pet. 5. 3. Th. C. XI. 1. c. 25. de ann. et tribut. Locus statutus [al. statusve] scholarium. c. 5. §. 1. de off. mag. off. 1. 31. Supra statutum modum (usuras stipulari.) fr. 29. de usur. 22. 1.

Stellatura. *Lucrum iniustum,* (quod erogatores annonarum militarium sibi parabant, deductis singulis portionibus.) III. **Cn.** Vt semper dierum, per quas resistentes tribuni emolumenti gratia solenniter stellaturae nomine consequuntur species, non aliter adaerentur etc. Th. C. VII. 4. c. 28. §. 1. c. 29. de erog. mil. ann.

Stellionatus. *Genus criminis indefinitum,* (quo extraordinaria persecutio introducta est adversus fraudem et fallaciam.) III. **Cn.** Stellionatus crimine propter suam calliditatem plectetur. fr. 29. §. 5. mand. 17. 1. Stellionatum obiici posse his, qui dolo quid fecerunt; — scilicet si aliud crimen non sit, quod obiiciatur: quod enim in privatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. fr. 3. §. 1. stellion. 47. 20. Stellionatus iudicium famosum quidem non est, sed coercitionem extraordinariam habet. fr. 2. ib. 47. 20. c. 3. eod. 9. 34. fr. 13. §. 8. de h. qui not. inf. 3. 2. Tenebitur pigneraticia contraria actione, — praeter stellionatum, quem fecit. fr. 1. §. 2. cf. fr. 16. §. 1. fr. 36. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 7. §. 1. ad S.C. Turp. 48. 16.

Stemma. *Series cognatorum.* III. **Cn.** Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur. fr. 9. de grad. et adf. 38. 10. Avorum atque maiorum stemmata. Th. C. XII. 1. c. 89. pr. de decurion.

Stephanus. *Nomen servi.* III. **Cn.** Praelegavit — Stephanum, cum peculio. fr. 39. §. 4. fam. erc. 10. 2.

Stercorare. **§. 1.** *Stercore agrum laetificare.* III. **Cn.** Stercorandi, vel pascendi causa (constituta, s. comparata, pecora.) c. 2. de V. S. 6. 38. Paul. III. 6. §. 38. Pecora praediis imponere, i. e. stercorare. fr. 14. §. 1. de imp. in res dot. 25. 1. cf. fr. 17. §. 2. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Stercus egerere.* III. **Cn.** Si librarium rus mittat, — vel de palaestra stercorandis [al. exstercorandis, s. distercorandis] latrinis praeponat. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1.

Sterculinum. *Receptaculum fimi et stercoris.* III. **Cn.** Sterculinum [al. Sterculinium, s. Sterquilinium] et stramenta. — Nec interest, in stabulo iaceat, an acervus sit. fr. 17. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Non autem propter emponemata et sterculinum [al. stercolinum] ratio moveatur. Iul. ep. nov. c. 58. §. 202.

Stercus. *Fimus, Excrementa animalium.* III. **Cn.** Stercus animalium (pro suo solatio habere.) c. 7. de cursu pub. 12. 51. Si stercus per fundum meum tuleris. fr. 22. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24. Si aqua fluens iter suum stercore obstruxerit. fr. 2. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Plaustra, in quibus stercus evehatur. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7. Tab. Heracl. 66. sq. aer. Br.

Sterilis. (Adiect.) **§. 1.** *Fructus, aut prolem non ferens.* I. **Sy.** Infructuosus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Sterilis, vel saxosus, vel pestilens (fundus.) fr. 13. de reb. eor. qui s. tut. 27. 9. Tam sterilis (sc. ager,) ut nullus fructus nascatur. fr. 12. §. 3. de usufr. 7. 1. Si natura ster. sit (mulier.) fr. 14. §. 3. de Aedil. edict.

21. 1. — **§. 2.** *Lucri expers, Nullas usuras pariens.* III. **Cn.** Nummi steriles. Pecunia sterilis. fr. 7. de usur. 22. 1. fr. 3. §. 4. de contr. tut. 27. 4.

Sterilitas. *Defectus fructuum, aut prolis.* II. **Op.** Vbertas. Cf. h. v. III. **Cn.** Vbertatem terrarum — sterilitatis laesione damnare. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8. Cf. Iust. C. c. 18. de locat. 4. 65. Spadonem quoque posse posthumum heredem scribere, — quoniam nec aetas nec sterilitas ei rei impedimento est. fr. 6. pr. de lib. et posth. 28. 2.

Sternere. **§. 1.** *Tegere, Munire.* III. **Cn.** Reficere, sternere (viam.) Cf. v. Reficere. §. 2. In viam terrenam glaream iniicere, aut sternere viam lapide. fr. 1. §. 2. de via pub. et itin. pub. 43. 11. Cf. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Insternere, Instruere, Adparare.* I. **Sy.** Insternere. Cf. h. v. III. **Cn.** Tapeta, — quae aut sterni, aut iniici solent. fr. 25. §. 3. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 79. Triclinium sternere, et argentum ad ministerium praebere. fr. 5. §. 14. commod. 13. 6. Iumentum dato; si nolet, arceram ne sternito. L. XII Tabb. I. 3. — **§. 3.** *Prosternere, Perimere.* I. **Sy.** Perimere (gladio ultore.) Th. C. XVI. 10. c. 4. de pagan. III. **Cn.** Ne — labores hominum sternerentur. Ib. IX. 16. c. 3. de malefic. Novissimorum numero iungantur, non ut nunc sternantur extremi etc. Ib. VI. 24. c. 5. de domest. et protect.

Sterquilinium. Cf. v. Sterculinum.

Stichus. *Nomen servi.* III. **Cn.** Stichum quidem petendo, pacti exceptio mihi opponetur; alium autem hominem si petam etc. fr. 27. §. 7. de pact. 2. 14. Hominem Stichum do lego etc. Gai. II. 193. 199. 216. Vlp. XXIV. 12. Stichus, servus meus, liber heresque esto. Gai. II. 186. 267. Dedi tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas. fr. 7. §. 2. l. l. 2. 14. Stichum et Erotem (emere, v. petere.) Gai. IV. 55. 59.

Stigma. *Nota corpori inusta.* I. **Sy.** Signum, Nota publica. c. 10. de aquaed. 11. 42. Th. C. X. 22. c. 4. de fabricens. III. **Cn.** Qui servi a dominis poenae nomine vincti sint, quibusve stigmata inscripta sint. Gai. I. 13. Vlp. I. 11.

Stillicidium. *Casus aquae pluviae, stillatim defluentis.* II. **Op.** Flumen. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Si sublatum sit aedificium, ex quo stillicidium cadit. fr. 20. §§. 2. 6. de S. P. V. 8. 2. Stillicidia, uti nunc sunt, ut ita sint. fr 17. §. 3. ib. 8. 2. fr. 33. de contr. emt. 18. 1. Stillicidii immittendi (causa.) — Stillicidiorum excipiendorum (necessitas.) Servitus stillicidii imposita. fr. 17. §. 3. fr. 20. §. 3. fr. 28. de S. P. V. 8. 2.

Stilus. **§. 1.** *Scriptura.* I. **Sy.** Litterae. Th. C. IX. 19. c. 3. ad L. Corn. de falso. III. **Cn.** Diligens stilus — adscribat. Ib. X. 9. c. 1. de incorp. Supremae voluntatis — liber sit stilus, et licens — arbitrium. Ib. XVI. 2. c. 4. de episc. eccl. — **§. 2.** *Suffragium, Sententia.* III. **Cn.** Incurrere, s. Excipere stilum (proscriptionis.) Ib. IX. 42. c. 7. c. 15. de bon. proscr. XVI. 5. c. 57. pr. de haeret. Gladio acerbiorem stilum pati. Ib. IX. 42. c. 13.

Stimulus. *Incitamentum.* III. **Cn.** Stimulo illicitae cupiditatis admittere (crimina.) Nov. Val. III. de palatin. II. 7. c. 2. §. 3. Sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit. c. 6. de cur. furios. 5. 70. Contra naturales stimulos facere. fr. 36. §. 1. de excusat. 27. 1. c. 1. §. 5. de R. U. A. 5. 13.

Stipatus. (Partic.) *Circumdatus, Septus.* III. **Cn.** Magna stipatus barbarorum caterva, — irrupit. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1.

Stipendiarius. (Adiect.) *Ad pensionem publicam pertinens,* (agris provinciarum populi R. impositam.) I. **Sy.** Quae in his provinciis sunt, quae propriae populi R. esse intelliguntur, Stipendiaria (praedia.) Gai. II. 21. Cf. §. 40. I. de R. D. 2. 1. Theoph. paraphr. h. l. II. **Op.** Italicus (fundus.) Cf. h. v. Tributarius (fundus.) Vatic. §§. 61. 259. 283. 285. 289. Gai. l. l.

Stipendium. **§. 1.** *Aes, singulis pensionibus dependendum.* I. **Sy.** Quod per stipes, i. e. modica aera, colligitur. fr. 27. §. 1. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Pensio, a stipendiariis videlicet agris praestanda.* III. **Cn.** Et alia onera adgnoscit, — utputa stipendium, vel tributum etc. fr. 7. §. 2. de usufr. 7. 1. cf. fr. 13. de imp. in res dot. 25. 1. Nullum ex his agris stipendium, nullam annuam praestationem postulabimus. Th. C. VII. 20. c. 8. de veteran. — **§. 3.** *Merces militibus debita. Tempus militiae.* I. **Sy.** Aes militare. Pecunia, quae stipendii nomine dabatur. Gai. IV. 27. Sacramentum. Th. C. VIII. 4. c. 8. pr. §. 1. de cohortal. III. **Cn.** Ordinem militiae atque stipendia praevertere. Th. C. I. 9. c. 2. (Wck.) de off. mag. off. Ex alio ad alium gradum cum iisdem stipendiis emigrare. Ib. VII. 3. c. 2. Qu. in gradu praefer. Miles, qui sub armata militia stipendia meruit. fr. 6. pr. fr. 18. de re iud. 42. 1. c. 15. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Si id aetatis sit, ut stipendia ferre possit. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 1. Qui inter vigiles militat, quamvis post emerita stipendia legitima missus sit. Vatic. §. 144. cf. §. 140. fr. 2. §. 2. de h. qui not. inf. 3. 2. — **§. 4.** *Munus publicum sustinendum.* I **Sy.** Munera, Stipendia, Necessitates (patriae.) Th. C. XII. 1. c. 57. sq. de decurion. — **§. 5.** *Commodum, Lucrum* (officii, aut negotiationis.) I. **Sy.** Commodum, Quaestus. Ib. XIII. 1. c. 16. de lustr. collat.

Stipes. *Palus.* III. **Cn.** Granaria, quae ex tabulis fieri solent, — si stipites eorum in terra defossi sunt. fr. 18. pr. de A. E. V. 19. 1.

Stips. **§. 1.** *Pecunia aerea* (modicis pensionibus conferenda, erogandave.) I. **Sy.** Modicum aes. fr. 27. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre. fr. 1. pr. de colleg. et corp. 47. 22. Stipem necessariam largiri, atque ex horreis substantiam necessariam. Th. C. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop. — **§. 2.** *Emolumentum.* III. **Cn.** Ad turpe compendium stipemque deformem (occasio.) c. 6. §. 5. de postul. 2. 6.

Stipula. *Calamus frumenti.* III. **Cn.** Fundi venditor frumenta manu sata receperat; in eo fundo ex stipula seges erat enata. fr. 40. §. 3. de contr. emt. 18. 1. Foenum, stipulae etc. fr. 12. §. 10. de instr. leg. 33. 7. fr. 30. §. 1. de V. S. 50. 16. Si quis in

stipulam suam, vel spinam, — ignem immiserit. fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Coll. LL. M. XII. 7.

Stipulari. **§. 1.** *Interrogatione solemni proposita, et responsione debitoris secuta, iura creditoris consequi.* II. ***Op.*** Pacisci. Cf. h. v. §. 2. Promittere. Cf. h. v. §. 2. Spondere. fr. 150. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Ex re hereditaria percipere, stipularive. fr. 19. fam. ercisc. 10. 2. Stipulari, vel per traditionem accipere. fr. 14. pr. de usu et habit. 7. 8. fr. 9. pr. de auct. et cons. 26. 8. Sicut stipulando (alteri) adquirit, ita etiam paciscendo. fr. 23. pr. de usufr. 7. 1. fr. 18. fr. 73. §. 4. de R. I. 50. 17. cf. fr. 5. de stipul. serv. 45. 3. Per quos stipulari possumus. Paul. V. 8. §. 1. Si duo rei stipulandi sint, et uni debitor — cum poena promiserit. fr. 5. pr. si qu. cautt. 2. 11. Cf. v. Reus. §. 3. Si — sit compromissum, et de te poenam sim stipulatus. fr. 13. §. 1. de rec. qui arb. 4. 8. Adiit, stipulatusque de ea est, indemnem se eo nomine praestari. fr. 19. pr. ad S.C. Vell. 16. 1. Quod mihi ab aliquo debetur, id si velim tibi deberi, — opus est ut iubente me tu ab eo stipuleris. Gai. II. 38. sq. III. 179. Possumus ad id, quod stipulamur, alium adhibere qui idem stipuletur, quem vulgo adstipulatorem vocamus. Id. III. 110. sqq. Vendere, et stipulari — pretium. fr. 39. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Cavere, — et stipulanti spondere, s. recte promittere. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. fr. 16. de transact. 2. 15. Stipulatio, quam extraneus, qui dotem dederit, stipulatus fuerit. fr. 42. §. 3. sol. matrim. 24. 3. Pecunia, quam in diem certum dari stipulamur. Gai. III. 124. Quod A. A. de L. Titio incertum stipulatus est. Id. IV. 137. Si quis per vim stipulatus, cum acceptum non faceret etc. fr. 14. §. 9. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Promissione solemni se obligare creditori stipulanti.* III. ***Cn.*** Si per curatorem — quid amissum fuerit, quemadmodum si quid stipulatus — fuisset, aut vendidisset rem hereditariam. fr. 61. de adm. et peric. 26. 7. Traditurum se, stipulari. fr. 7. §. 1. de eo qu. c. loco. 13. 4. Stipulatus, solvere. fr. 26. §. 13. de cond. indeb. 12. 6. fr. 5. §. 2. de solut. 46. 3.

Stipulatio. **§. 1.** *Verbis contracta obligatio. Interrogatio creditoris,* (firmata solemni debitoris promissione.) I. ***Sy.*** Obligatio, quae verbis fit. Verborum conceptio. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 5. §. 1. de V. O. 45. 1. II. ***Op.*** Promissio. fr. 7. de V. S. 50. 16. Pactio. Pactum. Cf. h. vv. §. 2. III. ***Cn.*** Stipulatio, et caeteri contractus. fr. 34. de R. I. 50. 17. cf. fr. 1. §. 4. de pact. 2. 14. In traditionibus, et in emtionibus, et stipulationibus, et testamentis (adiectio haec etc.) fr. 169. de V. S. 50. 16. fr. 17. de R. I. 50. 17. cf. fr. 45. de pact. 2. 14. Vatic. §. 263. In stipulationem deductus, sive ex testamento relictus (ususfr.) c. 16. pr. de usu et habit. 3. 33. Nec stipulatione, nec ullo alio modo, adquirere (per servum.) fr. 1. §. 15. de A. v. A. P. 41. 2. cf. fr. 59. de pact. 2. 14. Vt exactione careat stipulatio. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 1. cf. fr. 9. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. In stipulationem deduci, et per acceptilationem imaginaria solutione (dissolvi.) Gai. III. 170. Stipulatio accepto facienda erit. fr. 9. §. 7. fr. 10. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Aquiliana stipulatio omnimodo omnes praecedentes obligationes novat et perimit, ipsaque perimitur per acceptilationem. fr. 4. sq. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Cautionis gratia contracta obligatio verborum,* (satisdatione interveniente, aut nuda promissione.) I. ***Sy.*** Cautio. Cf. h. v. §. 2. Satisdatio. Satis-acceptio. fr. 35. §. 3. fr. 45. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 5. §. 2. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Propter damnum infectum nemo vult lege agere, sed potius stipulatione, quae in edicto proposita est, obligat adversarium. Gai. IV. 31. Stipulationes, quae praetoriae sunt, — ut damni infecti, legatorum etc. fr. 37. pr. de O. et A. 44. 7. cf. fr. 35. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 1. pr. de stipul. praet. 46. 5. Iubere caveri praetoria stipulatione, et in possessionem mittere. fr. 4. de iurisd. 2. 1. Pro praede litis et vindiciarum stipulatio. Gai. IV. 94. Iudicio sisti promittere, et stipulationi non obtemperare. fr. 15. si qu. cautt. 2. 11. Quoties iudicatum solvi stipulatione satisdatur. Paul. V. 9. §. 3. Satisdationis stipulatio. fr. 112. §. 1. de V. O. 45. 1. In actionibus, et in interdictis, et in stipulationibus defendere (dominum.) fr. 39. pr. cf. fr. 35. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 10. de adm. et peric. 26. 7. Vtiliter sibi institutum hac stipulatione cavere compellit, ne petita B. Pne res hereditarias deminuat. Paul. V. 9. §. 1. Emtae et venditae hereditatis stipulationes. Gai. II. 252. 257. sq. Partis et pro parte stipp. Id. II. 254. 257. Stipulatio, quae ab Aedilibus proponitur. — De evictione stip. fr. 31. fr. 39. pr. de evictión. 21. 2. Vatic. §. 10.

Stipulator. *Creditor ex stipulatu.* I. ***Sy.*** Qui stipulatus est, Creditor. fr. 30. §. 1. de pact. 2. 14. Reus stipulandi. Cf. v. Reus. §. 3. II. ***Op.*** Promissor. Cf. h. v. §. 1. Fideiussor. fr. 8. §. 3. Qui satisd. cog. 2. 8. fr. 21. §. 3. de fideiuss. 46. 1. III. ***Cn.*** Qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit. Gai. III. 215. Incerti condictione stipulatorem compellam, ut mihi acceptum [al. acceptam] faciat stipulationem. fr. 2. §§. 3. sq. de donat. 39. 5.

Stipulatus. (Subst.) *Stipulatio, Verbis contracta obligatio.* I. ***Sy.*** Stipulatio, Verborum obligatio. fr. 28. de procur. 3. 3. fr. 17. de donat. 39. 5. c. 3. de inutil. stipul. 8. 39. Quam stipulanti recte promisit, Ex stipulatu (poena.) fr. 15. sq. de transact. 2. 15. III. ***Cn.*** Legare, quidquid ad eum, iure stipulatum eius concessit. fr. 33. §. 2. de legat. III. (32.) Deduci in stipulatum (novationis causa.) fr. 17. l. 39. 5. fr. 17. pr. de reb. auct. iud. 42. 5. Succedere in stipulatum. fr. 5. §. 6. de reb. eor. qui s. tut. 27. 9. Cui ex stipulatu [al. stipulato,] vel ex testamento debetur. fr. 85. de furt. 47. 2. cf. Gai. IV. 55. 116. fr. 73. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 121. §. 1. de V. O. 45. 1. Ex stipulatu, ob rem non defensam, agi posse. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. Ex stipulatu actio. fr. 27. §. 1. fr. 28. ib. 3. 3.

Stipulum. *Firmum.* III. ***Cn.*** Per eas (sc. stipulationes) firmitas obligationum constringitur; „stipulum" enim veteres firmum adpellaverunt. Paul. V. 7. §. 1.

Stirpitus. (Advb.) **§. 1.** *Cum ipsis radicibus.* I. ***Sy.*** A stirpe (exscindere etc.) fr. 1. §. 2. fr. 3. §. 4. arb. furt. caes. 47. 7. III. ***Cn.*** Quodsi quis ex seminario stirp. arborem transtulerit. fr. 3. §. 4. l. 47.

7. — §. 2. *Funditus.* III. *Cn.* Vt — stirp. amputari mala haec nequitia — possit. Coll. LL. M. XV. 3. c. 30. de iure dot. 5. 12.

Stirps. §. 1. *Truncus arboris,* (ex quo rami exeunt.) III. *Cn.* Vitium stirpes atque radices. fr. 55. §. 4. de legat. III. (32.) Quae (sc. silva) succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. fr. 30. pr. de V. S. 50. 16. — §. 2. *Propago, Series posterorum, ex eodem parente descendentium.* I. *Sy.* Origo. Cf. h. v. §. 2. Prosapia. Cf. h. v. II. *Op.* Viritim, In capita, — In stirpes (dividere hereditatem.) Paul. III. 2. §. 3. Gai. III. 8. 16. Vlp. XXVII. 4. c. 2. de suis et legit. 6. 54. III. *Cn.* Ad propriae originis stirpem laremque revocentur. Th. C. X. 19. c. 15. de metall. Qui curiali genere, origine, vel stirpe gignuntur. Ib. XII. 1. c. 178. cf. c. 98. de decurion. Ingenua stirpe creati. Ib. c. 179. pr. l. Si — non fuit libertinus, vel stirpis libertinae. Coll. LL. M. XVI. 8.

Stlis. Cf. v. Lis. §. 3.

Stobensis. *Ad Stobos pertinens, Macedoniae civitatem.* III. *Cn.* In provincia Macedonia Dyrracheni, — Philippenses, — Stobenses [al. Stovenses, v. Stonienses] iuris Italici sunt. fr. 8. §. 8. de censib. 50. 15.

Stoicus. (Adiect.) *Ad doctrinam philosophiae spectans, quae a Zenone originem habuit.* III. *Cn.* Philosophus summae stoicae sapientiae, (Chrysippus.) fr. 2. de LL. 1. 3. cf. fr. 2. §. 40. de O. I. 1. 2.

Stola. *Vestis, usque ad imos pedes demissa.* III. *Cn.* Muliebria (sc. vestimenta,) — veluti stolae, pallia, tunicae. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Tondeatur, et stolam monachicam vestiat. Iul. ep. nov. c. 4. §. 13.

Stolidus. (Adiect.) *Ineptus, Fatuus.* III. *Cn.* Quam sententiam ipse ut stolidam reprehendit; etenim esse incogitabile etc. Vatic. §. 75. Stolidae paganitatis error atque insania. Th. C. XV. 5. c. 5. de spectac.

Stolus. *Commeatus maritimus.* III. *Cn.* Ad exemplum Alexandrini stoli, quaternas in frumento centesimas consequantur (sc. navicularii.) Th. C. XIII. 5. c. 7. de navicul.

Strabo. *Qui oculos habet distortos.* III. *Cn.* Non esse morbosum, — veluti hircosum, strabonem. fr. 12. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Strages. *Clades bellica.* II. *Op.* Victoriae, Triumphi (nostri.) — Strages (hostium.) Th. C. VIII. 11. c. 3. ne qu. pub. laet. Cf. Vatic. §. 199.

Stragulum. *Vestimentum, quod insternitur.* I. *Sy.* Περίστρωμα (pallium.) fr. 45. de V. S. 50. 16. III. *Cn.* Vestis, non solum stragula, sed et qua ibi uti solebat. fr. 12. §. 28. de instr. leg. 33. 7. Stragulae, et babylonica, quae equis insterni solent. fr. 25. §. 3. de auro arg. 34. 2. Tunicae et stragula pellicea. fr. 24. cf. fr. 23. §. 2. ib. 34. 2. Vtrum in veste sint (sc. tapeta,) sicut stragula; an in supellectile, sicut thoralia? fr. 5. pr. de supell. leg. 33. 10. cf. Paul. III. 6. §. 67.

Stramentum. §. 1. *Culmi, qui pecori substernuntur.* III. *Cn.* Foenum, stramenta, et ligna. §. 1. I. de usu et habit. 2. 5. Sterculinum, et stramenta. fr. 17. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Stramenta ardentia transilire. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 2. *Stragulum.* III. *Cn.* Vestimenta, et stramenta. fr. 234. §. 2. de V. S. 50. 16.

Strangulare. §. 1. *Faucibus compressis suffocare.* III. *Cn.* Iugulatus, strangulatus, — lapide percussus etc. fr. 1. §. 17. de S.C. Silan. 29. 5. cf. fr. 7. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Comprimatur, — in ipsis faucibus stranguletur (sc. delatorum pernicies.) Th. C. X. 10. c. 2. de petit. et ultro dat. — §. 2. *Vexare, Molestare.* III. *Cn.* Omnes causas, — quibus strangulatur, exponat. Ib. XII. 3. c. 1. de praed. et manc. curial.

Strata. (Subst.) *Via, secundum artem munita.* I. *Sy.* Agger (publicus.) Th. C. XIV. 3. c. 4. sqq. de itin. mun.

Strategus. *Magister militum.* III. *Cn.* Impp. — Zenoni, stratego. c. 29. (inscr.) de episc. et cler. 1. 3.

Strator. §. 1. *Genus officialium magistratus.* III. *Cn.* Qui a militibus, stratoribusque [al. statoribusque,] vel a municipalibus ministeriis adservantur. fr. 10. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 4. §. 1. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Adiutores cornicularioram, et stratores etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Schola cursorum. — Sch. nomenculatorum. — Sch. stratorum. c. 1. §. 8. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Actus stratoris, qui possessores — sub peraequationis colore turbavit. Th. C. XIII. 11. c. 5. pr. de censitor. cf. VIII. 8. c. 4. de execut. — §. 2. *Custos carceris.* III. *Cn.* Neque hi, qui stratorum funguntur officio, neque ministri eorum. Ib. IX. 3. c. 1. §. 1. de cust. reor. — §. 3. *Qui equos publice dandos examinat.* III. *Cn.* Vt ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine posceretur. Ib. VI. 31. c. 1. de strator.

Stratorius. (Adiect.) *Ad insternendum idoneus.* III. *Cn.* Supellectile legata, — et vestes stratoriae legato cedunt. Paul. III. 6. §. 67. (cf. v. Stragulum.)

Stratura. *Tabulatum.* III. *Cn.* Stratura [al. structura] loci alicuius ex tabulis factis [al. facta.] fr. 242. §. 4. de V. S. 50. 16.

Stratus. (Partic.) Cf. v. Sternere.

Stratus. (Subst.) *Lectus.* III. *Cn.* Si victum, vel stratum, inferri quis iudicato non patiatur. fr. 34. de re iud. 42. 1. fr. 45. de V. S. 50. 16.

Strena. *Munus, die festo erogandum.* III. *Cn.* Sub occasione indepti honoris, strenas, et vestes, caeteraque solemnia — percepisse. Th. C. VI. 30. c. 11. de Palat. S. largg. Strenarum, calendarum, ac pulveratici nomine — petere. Cf. v. Pulveraticum.

Strenue. (Advb.) *Fortiter, Prompte.* III. *Cn.* Devote ac strenue militare. Th. C. VI. 24. c. 10. de domest. et protect. Ducto intra provincias — strenuissime milite. Ib. VI. 14. c. 1. de comit. R. M.

Strenuitas. *Diligentia.* III. *Cn.* Quem probitas et strenuitas merito commendant. c. 8. de prox. S. scrin. 12. 19. Cum summa strenuitate constituit. Interpr. ad Nov. Th. II. de patern. s. matern.

Strenuus. (Adiect.) *Impiger, Diligens.* III. *Cn.* Idoneae, strenuaeque personae. Th. C. XI. 7. c. 20. de exaction. XI. 30. c. 29. de adp. et poen. Sollertium,

tium, strenuorumque dominorum (loco haberi.) Ib. XIII. 1. c. 6. de lustr. collat.

Strepitus. *Tumultus, Clamor.* II. **Op.** Statim, et sine contentioso proposito. — Exspectato iudiciorum strepitu. c. 33. pr. de inoff. testam. 3. 28. III. **Cn.** Populares strepitus et seditiones compescere. Iul. ep. nov. c. 96. §. 357. Sine strepitu volumus observari (diem Paschae.) c. 2. de feriis. 3. 12. Nec enim — contractus — litigioso strepitu turbandus est. Th. C. III. 1. c. 1. de contr. emt. Etsi alteruter litigantium falsi strepitum intulisset. Ib. IX. 19. c. 2. pr. §. 2. ad L. Corn. de fals.

Stricte. (Advb.) *Arcte, Subtiliter.* II. **Op.** Vtilitas exigit. — Si quid strictius interpretetur. fr. 20. §. 2. de S. P. V. 8. 2. Cf. §. 3. I. de legat. 2. 20.

Strictus. (Adiect.) **§. 1.** *Subtilis, Accuratus.* II. **Op.** Stricta iuris ratio. Strictum ius. — Vtilitas, Humanitas. Gai. III. 160. fr. 86. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Str. ius. — Bona fides. fr. 5. pr. §. 4. de in lit. iur. 12. 3. fr. 3. §. 2. commod. 13. 6. Stricto iure, — Principali, vel pontificali, auctoritate (compelli.) fr. 50. §. 1. de hered. pet. 5. 3. III. **Cn.** Quod ius (sc. XII Tabb.) quemadmodum strictum fuerit, palam est intelligere. Gai. III. 18. Propter publicam utilitatem, — strictam rationem insuper habemus. fr. 43. de relig. 11. 7. Etsi stricto iure propria actione — manet obligatus, — tamen per exceptionem adiuvatur. fr. 30. de pecun. const. 13. 5. cf. fr. 67. §. 1. de R. N. 23. 2. Actio stricti iudicii. Act. stricti iuris. fr. 5. §. 4. de in lit. iur. 12. 3. §§. 28. sq. I. de act. 4. 6. — **§. 2.** *Severus.* III. **Cn.** Strictioribus remediis adhibitis. c. 3. de susp. tut. 5. 43.

Stringere. **§. 1.** *Destringere.* III. **Cn.** Si gladium strinxerit [al. strixerit,] et in eo percusserit. fr. 1. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Coll. LL. M. I. 6. — **§. 2.** *Perstringere, Constringere.* III. **Cn.** Maleficiorum insimulatione atque invidia stringi. Th. C. IX. 16. c. 10. de malefic. IX. 42. c. 1. pr. de bon. proscr. — **§. 3.** *Artificiose componere.* III. **Cn.** Qui (sc. architecti) — mensuris et institutis opera fabricationibus [al. operam fabricationi] stringunt. Th. C. XIII. 4. c. 3. de excus. artif. Cf. Iust. C. c. 2. eod. 10. 64.

Strobilus. *Nux pinea.* III. **Cn.** De pinu integri strobili. fr. 55. §. 10. de legat. III. (32.)

Structilis. (Adiect.) *Ex laterculis calceque constructus.* I. **Sy.** Caementitius. Cf. h. v. III. **Cn.** Lapide quadrato, vel lapide structili, vel quovis alio opere (reficere.) fr. 6. §. 5. si servit. 8. 5. cf. fr. 241. de V. S. 50. 16. Bases structiles. Columnae struct. fr. 245. pr. l. l. 50. 16. cf. fr. 8. §. 1. si servit. 8. 5.

Structor. *Faber muralis.* III. **Cn.** Fabri sagittarii, — structores, carpentarii etc. fr. 6. de iure imm. 50. 6. Lapidarii, argentarii, structores etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Struere. **§. 1.** *Praeparare, Machinari.* I. **Sy.** Instruere. Coll. LL. M. VIII. 7. fr. 1. §. 1. fr. 20. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. **Cn.** Neque — solum deceptus hic minor, sed totum hoc structum, ut etc. fr. 3. §. 1. de minor. 4. 4. Insidias vitae domini struere. fr. 30. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Promovere, Conferre se* (in fugam.) III. **Cn.** Si calvitur, pedemve struit. L. XII Tabb. I. 2.

Studens. (Partic.) *Qui studiis litterarum operam dat.* III. **Cn.** Si non se utiles studentibus praebeant (sc. grammatici etc.) c. 2. de prof. et medic. 10. 52. Filius studens. c. 2. de incol. 10. 39.

Studere. **§. 1.** *Diligenter curare.* III. **Cn.** Liberorum creationi studere. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. Ad curam et sollicitudinem suam hanc rem pertinere Praetor putat, non tantum quod studeret etc. fr. 2. §. 1. de rec. qui arb. 4. 8. Suo lucro, non meo commodo studet. fr. 6. §. 3. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Litteris operam dare.* I. **Sy.** Disciplinae tradere, Studendi causa mittere etc. (servum.) Paul. III. 6. §. 52. fr. 78. pr. de legat. III. (32.)

Studiose. (Advb.) *Cum cura et studio.* III. **Cn.** Ludos adsidue spectare, aut tabulas pictas studiose intueri. fr. 65. pr. de Aedil. edict. 21. 1. Stud. niti atque agere. Nov. Val. III. de honorat. II. 12. c. 1. pr.

Studiosus. (Adiect.) **§. 1.** *Accuratus, Sollicitus.* III. **Cn.** Diligens, et studiosus (homo etc.) fr. 25. pr. de probat. 22. 3. Cf. Th. C. XIV. 18. c. 1. de mendic. n. inv. — **§. 2.** *Qui studium litterarum, praesertim artem iuris civilis, profitetur.* III. **Cn.** Studiosus alicuius doctrinae. fr. 19. ad exhib. 10. 4. Solet ita (sc. foro) vel iuris studiosis interdici, vel advocatis, vel tabellionibus. fr. 9. §. 4. de poen. 48. 19. Officium adsessoris, quo iuris studiosi partibus suis funguntur. fr. 1. de off. adsess. 1. 22. Viri magnifici, et studiosissimi. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17. Annum ita diviserat (sc. Labeo,) ut Romae VI mensibus cum studiosis esset. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. cf. fr. 52. §. 20. de furt. 47. 2. — **§. 3.** *Studio dignus, Expetendus.* III. **Cn.** Hoc studiosum vobis esse volumus. Ipsa vetustatis studiosissima opera. c. 1. §. 7. cf. §. 1. c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17. Non interemtionem ususfr. studiosam esse, sed magis retentionem. c. 15. de usufr. et hab. 3. 33.

Studium. **§. 1.** *Industria, Sollertia.* III. **Cn.** Sollicitudinis studio facere. Studio ac provisione celebrare. Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M. XV. 1. c. 51. de opp. pub. Qui causis agendis quoquo studio operantur. fr. 1. §. 11. de extr. cogn. 50. 13. Ingens nobis studium est. Contrarium stud. est. Coll. LL. M. XV. 3. Studium liberos educendi. fr. 2. de don. int. V. et U. 24. 1. Studium fraudulentae artis. Th. C. XII. 1. c. 49. §. 1. de decurion. cf. fr. 1. §. 1. de abig. 47. 14. — **§. 2.** *Cupiditas.* III. **Cn.** Studium facultatum. Th. C. XIV. 3. c. 4. de pistor. Exsecranda studia iurgiorum. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. §. 2. — **§. 3.** *Consilium, Voluntas.* I. **Sy.** Data opera. fr. 53. §. 1. fr. 55. pr. de fideic. libb. 40. 5. II. **Op.** Fortuito, — Studio alterius (moram pati.) fr. 13. fr. 53. §. 1. ib. 40. 5. III. **Cn.** Studio velle protelare. Th. C. VII. 4. c. 17. de erog. mil. ann. Fraudis studio (interpositam transactionem.) Consult. vet. I. Cti. §. 1. Relinquendi studio (adscriptum.) c. 14. de don. int. V. 5. 16. — **§. 4.** *Opera, quae in litteras impenditur. Institutio doctrinae.* III. **Cn.** Artes et studia. Liberalia studia. Const. Th. II. de Th. C. auct.

(in pr.) Th. C. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. Legationis, vel studiorum causa abesse. fr. 18. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 5. §. 5. de iniur. 47. 10. Vatic. §. 204. Magistri studiorum, doctoresque. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof. Ad hoc studium (sc. architectorum) eos impellat. Ib. XIII. 4. c. 1. de excus. artif. Huius studii duae sunt positiones. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1. — **§. 5.** *Delectatio.* III. **Cn.** Populi studiis ac voluptatibus (gratum esse.) Th. C. XV. 7. c. 3. de scaenic. — **§. 6.** *Mores, Ratio vitae.* III. **Cn.** Vno ac pari studio vivendum esse cum caeteris. Ib. II. 1. c. 1. de iurisd. et ubi qu. Probabilis vitae studium. Ib. VIII. 4. c. 7. de cohortal.

Stultitia. *Imperitia.* I. **Sy.** Imprudentia. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Magis ex stultitia emtoris habere videtur, — quam etc. fr. 3. pr. ad L. Falc. 35. 2.

Stultus. (Adiect.) *Improvidus, Insipiens.* II. **Op.** Peritus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Aut stulti, aut iniqui Praetoris erit etc. fr. 3. §. 5. de Carb. edict. 37. 10. Si quis putet, — vel, quod est stultius etc. fr. 4. pr. de legat. I. (30.) cf. fr. 27. Qui testam. fac. p. 28. 1. Nec stultis solere succurri, sed errantibus. fr. 9. §. 5. de iur. et facti ign. 22. 6. cf c. 13. pr. arbitr. tut. 5. 51.

Stuprare. *Stuprum inferre.* III. **Cn.** Ancillas compressisse, et non liberas stuprasse. c. 25. ad L. Iul. de adult. 9. 9. Virginem immaturam stuprare. fr. 25. de iniur. 47. 10. §. 4. I. de pub. iud. 4. 18. Si mulier, — more meretricum, ab aliquo stuprata conceperit. Iul. ep. nov. c. 37. §. 165. Qui puerum, vel feminam, vel quemquam per vim stupraverit. fr. 3. §. 4. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. cf. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Paul. II. 26. §. 12. cf. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Stuprator. *Qui stuprum exercet.* III. **Cn.** Non si qua adulteris, aut stupratoribus se committit, sed quae vicem prostitutae sustinet. fr. 43. §. 1. de R. N. 23. 2. Poenam — lex irrogat stupratoribus etc. §. 4. I. de pub. iud. 4. 18.

Stuprum. **§. 1.** *Turpis concubitus cum muliere vidua, aut cum viro.* II. **Op.** Adulterium. fr. 34. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 101. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Lege Iulia (sc. de adulteriis) etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem, vel viduam honeste viventem stupraverit. §. 4. I. l. 4. 18. fr. 34. §. 1. ad L. Iul. de ad. 48. 5. Sed necesse est ei, vel uxorem eam (sc. honestae vitae mulierem) habere, vel hoc recusantem stuprum cum ea committere. fr. 3. pr. de concub. 25. 7. Qui voluntate sua stuprum, flagitiumque impurum patitur. Paul. II. 26. §. 13. V. 4. §. 4. cf. §§. 1. 14. Ancillarum sane stuprum — citra noxam habetur. Id. II. 26. §. 16. Maleficia stupri atque adulterii. Th. C. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. — **§. 2.** *Stupratio nuptae.* I. **Sy.** Adulterium. fr. 6. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 101. pr. de V. S. 50. 16. §. 4. I. de pub. iud. 4. 18. III. **Cn.** In L. Iuliam incidunt, quod [al. qui quid] pro comperto stupro acceperunt; — et Praetor non respicit, an adulter sit, qui dedit. fr. 8. pr. §. 2. Qu. met. c. 4. 2.

Sturnus. *Avis gregatim volans, segetibus exitiosa.* III. **Cn.** Omnem vim, cui resisti non potest, — utputa fluminum, graculorum, sturnorum. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2.

Stylus. Cf. v. Stilus.

Stypteria. *Alumen.* III. **Cn.** Si lapidicinas, vel quae alia metalla pupillus habuit, stypteriae, vel cuius alterius materiae. fr. 3. §. 6. de reb. eor. qui s. tut. 27. 9.

Suadere. *Hortari, Monere, Commendare.* I. **Sy.** Persuadere. Cf. h. v. Consilium dare. Paul. II. 13A. §. 5. II. 31. §. 33. III. **Cn.** Principes — suaserunt, et ita Senatus censuit. Vatic. §. 294. Quibusdam Praetoribus, consulentibus me, idem suasi. fr. 5. de man. vind. 40. 2. cf. fr. 3. §. 1. de minor. 4. 4. fr. 3. §. 3. de usur. 22. 1. Vatic. §. 220. Suadente numine, vel ducente fortuna, thesauros reperisse. Th. C. X. 18. c. 3. de thesaur. Consuetudo praecedens, et ratio, quae consuetudinem suasit. c. 1. Qu. sit longa consu. 8. 53. Quae ratio suadet, ut etc. fr. 15. §. 3. de castr. pec. 49. 17. Gai. I. 190. fr. 38. pr. de adm. et peric. 26. 7. Nisi magna causa suadeat, et evidentes probationes suggerant. fr. 27. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 16. pr. de legation. 50. 7. Quare suadendum erit heredi, ut etc. fr. 5. §. 11. ut in poss. legat. 36. 4. cf. fr. 17. §. 1. de R. N. 23. 2.

Suarius. (Adiect.) *Ad sues spectans, et ad corpus suariorum.* III. **Cn.** Forum suarium, — et caeterorum pecorum, sive armentorum. fr. 1. §. 11. de off. Prf. Vr. 1. 12. Qui in foro suario negotiantur. Vatic. §§. 236. sq. Suariae functioni destricta, sc. bona. Suarii canonis ratio. Th. C. XIV. 4. c. 1. c. 10. §. 4. de suar. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 1.

Suarius. (Subst.) *Qui negotiationem exercet carnis porcinae praebendae.* I. **Sy.** Porcinarius. Cf. h. v. III. **Cn.** Vt periculo suariorum populo porcinae species adfatim praebeatur. Th. C. XIV. 4. c. 3. de suar. Suariis pecuarii iungantur. Ib. c. 10. pr. Suarii urbis Romae. Corpus, s. Ordo, suariorum. Ib. c. 1. c. 3. c. 4. §. 3. c. 7.

Suasio. **§. 1.** *Adhortatio.* III. **Cn.** Nostra auctoritate, nostrisque suasionibus. Prooem. Inst. §. 3. Cum suasione perfectissima, (responsa facere.) c. 4. de auctor. praest. 5. 59. Suasione plectenda (traducere aliquem.) Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 4. — **§. 2.** *Supplicatio, Preces.* III. **Cn.** Suasionibus, vel praemiis, evocare. Th. C. IX. 16. c. 1. de malefic. — **§. 3.** *Persuasio, Opinio.* III. **Cn.** Falsa suasione credis etc. c. 1. de excusat. 5. 62.

Suasor. *Hortator.* III. **Cn.** Adfirmator fuit et suasor, ut cum minore contraheretur. fr. 13. pr. de minor. 4. 4.

Suasus. (Subst.) *Suasio, Preces.* III. **Cn.** Per vim, vel suasum, (medicamentum alicui infundere.) fr. 9. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Sub. (Praepos.) **§. 1.** *Subter.* I. **Sy.** Intra (tectum.) Sub eodem (tecto.) Paul. III. 5. §§. 3. 6. III. **Cn.** Si sub terra fieret opus, vel sub aqua. fr. 15. §. 5. Qu. vi aut cl. 43. 24. Vt sub una clave tota eius habitatio esset. fr. 17. §. 15. de Aedil. edict. 21. 1. Sub hoc titulo (propositum etc.) Gai. IV. 46. fr. 1. §. 10. de postul. 3. 1. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Prope.* II. **Op.** In ipsa venditione. — Sub

tempus venditionis. fr. 38. §. 11. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 12. de don. int. V. 24. 1. III. **Cn.** Sub tempus venditionis, h. e. biduo ante venditionem. fr. 38. §. 11. l. 21. 1. — **§. 2. A.** *Intra, In.* III. **Cn.** Continuo, sub tempus mortis. fr. 193. de R. I. 50. 17. Sub tempus messis. fr. 25. §. 6. Qu. in fr. cred. 42. 8. Decedere sub incerto causae eventu. fr. 3. §. 7. de bon. eor. qui a. sent. 48. 21. Sub opportunitatem — vendere. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 3. Sub hac taciturnitate decedere. c. 7. de agricol. 11. 47. — **§. 3.** *Coram.* III. **Cn.** Sub eodem iudice (agere, v. iudicia accipere.) fr. 18. de excc. 44. 1. Gai. IV. 104. 109. Sive sub ipso iudice, — sive in domibus, (praestare sacramentum.) c. 12. §. 5. de R. C. 4. 1. — **§. 4.** *Praeposito aliquo, Moderante eo.* I. **Sy.** Esse sub (potestate.) Subiectus esse (potestati, sc. alterius.) fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Pertinere ad (eum.) Esse sub (cura eius.) fr. 1. §§. 4. 11. sq. de off. Prf. Vr. 1. 12. II. **Op.** Agere sub curatore. — Ad statum suum pervenisse. fr. 77. §. 14. de legat. II. (31.) Domino coli, — Sub colono esse, (sc. praedia.) fr. 50. de iure fisci. 49. 14. III. **Cn.** Quod — ante tenuerat, sub D. Claudio recte mutatum est. fr. 8. de adopt. 1. 7. fr. 10. §. 1. de S.C. Silan. 29. 5. Vatic. §. 222. Provincia, — quae non est sub etc. fr. 7. §. 6. de interd. et releg. 47. 22. Praefectus Aug. ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia — habeat potestatem. Th. C. I. 14. c. 2. (Wck.) de off. Prf. Aug. — **§. 5.** *Accedente, Comitante, Proposita (re, v. causa.)* II. **Op.** Sub (conditione etc.) — Sine. Gai. II. 200. 244. fr. 7. §. 9. ad S.C. Mac. 14. 6. III. **Cn.** Sub obtentu et monitu deorum. Coll. LL. M. XV. 2. Quasi sub praetextu. fr. 3. §. 2. de transact. 2. 15. fr. 25. de iudic. 5. 1. Proponere, v. Perferre, sub (edicto, v. litteris.) fr. 6. §. 1. de cust. reor. 48. 3. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Sub mercede (apud aliquem esse.) c. 4. de serv. fugit. 6. 1. Sub poena, vel sub pignoribus, debere pecuniam. fr. 2. §. 8. de eo qu. c. loco. 13. 4. fr. 11. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 59. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Sub usuris stipulari. fr. 89. §. 2. de solut. 46. 3. Sub fideiussorum satisdatione. fr. 28. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 49. §. 5. de legat. I. (30.) Quod sub die incerto debetur. fr. 16. §. 1. de condict. indeb. 12. 6. Sub certa demonstratione (legare.) Gai. II. 238. Vlp. XXIV. 8. Sub conditionem stipulari. fr. 70. pr. de fideiuss. 46. 1. — **§. 6.** *Ob causam. Propter.* III. **Cn.** Sub [al. In] capitalem causam, pecuniam accepisse ut etc. fr. 1. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Sub alieni compendii emolumento, etiam periurium anceps subire. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3.

Sub-adiuva. *Qui vice adiutoris in officio iudicis fungitur.* III. **Cn.** Et adiutor et subadiuvae (periculum subituri.) Th. C. VI. 27. c. 3. §. 1. de agent. in reb. Subadiuvae, qui singulis inveniuntur temporibus. c. 4. eod. 12. 20. c. 1. de praep. agent. in reb. 12. 21. Cf. Ioh. Lydus de magistr. reip. R. II. 16.

Sub-Afrenses. *Gentes Afris vicinae.* III. **Cn.** Si qui e Sub-Afrensibus, qui in Saturianorum se coniurationem miscuerunt. Th. C. VII. 19. c. 1. §. 1. de Saturian.

Subaudire. *Omissum quid intelligere.* III. **Cn.** Cum — dicimus, nec addimus nomen, subauditur etc. §. 2. I. de I. N. 1. 2. fr. 1. §. 7. de hered. inst. 28. 5.

Subclamatio. *Acclamatio, Supplicatio.* III. **Cn.** Publica voce, subclamatione populi, (idoneus venditor adprobet.) Vatic. §. 35. Subclamatione vestra merito postulastis. Th. C. XI. 7. c. 4. de exaction.

Subcrescere. *Crescere, Augeri.* III. **Cn.** Si nobilium feminarum amplectenda generositas, procreatis liberis multiplicata, subcrescat. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr. Quibus, quantisve nominibus — aerarii emolumenta subcreverint. Th. C. VI. 2. c. 2. §. 1. de Senat. et de gleb.

Sub-curator. *Adiutor curatoris et minister.* III. **Cn.** Quemdam ad siliginem emendam curatorem decreto Ordinis constitutum, eidem alium subcuratorem constitutum etc. fr. 30. de N. G. 3. 5.

Subdere. **§. 1.** *Subtus addere.* III. **Cn.** Exceptor ampl. Senatus, edidi etc. — subdidi nomen. Gesta in Sen. de recip. Th. C. (cf. v. Subditus.) — **§. 2.** *Supponere, Sufficere.* I. **Sy.** Supponere (partum.) fr. 19. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Subiicere, Subrogare (adulterinos solidos.) Th. C. IX. 22. c. 1. si qu. solidi circ. XII. 6. c. 13. pr. de susceptor. III. **Cn.** Vt ab initio mulier in alterius locum subdatur, et onus debitoris — suscipiat. fr. 8. §. 2. ad S.C. Vell. 16. 1. — **§. 3.** *Committere, Tradere.* I. **Sy.** Dedere. Cf. h. v. III. **Cn.** Non huius iudicis sententiae fideiussores se subdiderunt. fr. 3. pr. iudicat. solvi. 46. 7. Ipse te huic poenae subdidisti. fr. 34. de iure fisci. 49. 14. Th. C. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult.

Sub-diaconus. *Qui uno gradu diacono inferior est.* I. **Sy.** Hypodiaconus. Cf. h. v. III. **Cn.** Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut diaconissa, aut subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci clericus. Th. C. V. 3. c. 1. de bon. cleric. XII. 1. c. 49. pr. de decurion. LX presbyteros, C diaconos, XL diaconissas, XC subdiaconos, CXI lectores etc. — ecclesia habeat. Iul. ep. nov. c. 5. §. 22.

Sub-disiunctivus. (Adiect.) *Qui non omnino disiungit.* II. **Op.** Disiunctiva, — Subdisiunctiva (oratio.) fr. 124. de V. S. 50. 16.

Subditicius. Cf. v. sq. §. 3.

Subditus. (Partic.) **§. 1.** *In fine adiectus.* I. **Sy.** Subiectus. fr. 10. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 33. pr. de S. P. R. 8. 3. c. 6. c. 16. de transact. 2. 4. III. **Cn.** Brevi subdito comprehensae (artes.) Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. — **§. 2.** *Suffectus, Substitutus.* I **Sy.** Alius in locum eius datus (sc. iudex.) fr. 32. fr. 60. de iudic. 5. 1. — **§. 3.** *Obnoxius.* II. **Op.** Suus, — Alienus, Subditus [al. Subditicius] sc. filius. c. 4. de hered. inst. 6. 24. cf. c. 1. per qu. pers. 4. 27.

Sub-divisio. *Divisio, quae aliam excipit.* III. **Cn.** Omnem talem tractatum alia sequitur subdivisio, si etc. c. 22. pr. de furt. 6. 2. cf. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. Haec constitutio subdivisionem facit in ea constitutione, quae etc. Iul. ep. nov. c. 14. §. 50.

Subdole. (Advb.) *Latenter.* II. **Op.** Palam. c. 6. §. 1. de postul. 2. 6.

Subdolus. (Adiect.) *Clandestinus.* III. **Cn.** Si cupiditas virginalis — subdolam voluntatem nubendi arte concipiat. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Subducere. **§. 1.** *Clam auferre, Subripere.* III. **Cn.** Saccularii, qui — partem subducunt, partem subtrahunt. fr. 7. de extr. crim. 47. 11. Per gratiam atque colludium, furto subduci. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Si dolo malo heredis subductum fuerit. fr. 38. de iudic. 5. 1. — **§. 2.** *Tollere, Eximere, Liberare.* I. **Sy.** Eximere. c. 8. ad S.C. Vell. 4. 29. Vita fungi. Morte subduci. c. 3. sq. si reus v. accus. 9. 6. II. **Op.** Copiam sui facere. — Se subducere. fr. 1. §. 7. Qu. adpell. 49. 4. Subiicere. — Subducere (aliquem, sc. poenae, s. legibus.) fr. 42. ad L. Iul. de adult. 48. 5. fr. 2. §, 5. de iure fisci. 49. 14. Th. C. IX. 37. c. 1. sq. de abolit. III. **Cn.** Vt aut convictum velox poena subducat, aut liberandum etc. Ib. IX. 3. c. 6. de cust. reor. Statim atque illum fata subduxerint. Ib. VI. 27. c. 14. de agent. in reb. Ne mancipia — quaestioni subducantur. fr. 12. pr. Qui et a qu. 40. 9. Priore subducto de potestate suo herede, ulterior successit. fr. 28. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. fr. 11. §. 6. ad L. Falc. 35. 2. — **§. 3.** *Putare (rationem.) Subiicere calculo.* I. **Sy.** Computare, Inire numerum. Paul. IV. 14. §§. 3. sq. III. **Cn.** Si ratio fructuum subducatur. fr. 17. de h. qu. ut indign. 34. 9. Vt rei — integra aestimatione subducta etc. Th. C. II. 18. c. 2. de iudic. Cf. fr. 34. §. 2. de O. et A. 44. 7.

Subesse. **§. 1.** *Latere.* III. **Cn.** Inquirendum est, ne forte — subsit (turpis causa.) fr. 17. pr. de adopt. 1. 7. Quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest. fr. 11. de transact. 2. 15. — **§. 2.** *Inesse, Adesse.* II. **Op.** Si quidem legitima proles subsit. — Quodsi nullos filios legitimos habeat. Iul. ep. nov. c. 82. §. 320. III. **Cn.** In horum persona subest iusta causa. fr. 4. pro legat. 41. 8. Et civilis et naturalis subest obligatio. fr. 8. §. 3. de fideiuss. 46. 1. Si in alium contractum res non transeat, subsit tamen causa. fr. 7. §§. 2. 4. de pact. 2. 14.

Subfultus, s. Suffultus. (Partic.) *Sustentatus, Praeditus.* III. **Cn.** Subfultum, s. Suffultum, esse dignitate, s. auctoritate, v. administratione. c. 25. de procur. 2. 13. Th. C. VI. 35. c. 9. de priv. eor. qui in S. pal. Orthodoxorum religione subfulti. Ib. XVI. 4. c. 6. de h. qui sup. relig.

Subgrunda, s. Suggrunda. *Proiectura tecti,* (qua stillicidium a pariete arcetur.) III. **Cn.** Maeniana, et subgrunda [al. subgrundae, v. suggrunda, s. suggrundia.] fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. Ne quis in subgrunda, [al. suggrunda, s. suggruenda,] protectove, — id positum habeat etc. fr. 5. §§. 6. 12. de h. qui effud. 9. 3. De suggrundis et protectionibus. Dig. XXXIX. 2. (rubr.)

Subhastare. *Hasta proposita, auctioni subiicere.* III. **Cn.** Res soli, — diu subhastatas, — emtorem non invenire potuisse. c. 3. de exsecut. rei iud. 7. 53.

Subhastarius. (Adiect.) *Ad subhastationem spectans.* III. **Cn.** Possessiones, subhastaria [al. poss. subhastariae,] sorte distractae. Th. C. XIII. 6. c. 9. de praed. navicul.

Subhastatio. *Auctio rerum, publice celebranda.* I. **Sy.** Auctio, sub hastae solemnis arbitrio. Ib. X. 17. c. 1. c. 3. de fide et iure hast.

Subiacēre. **§. 1.** *Subtus iacere.* III. **Cn.** Solum partem esse aedium existimo, nec alioquin subiacere, uti mare navibus. fr. 49. pr. de R. V. 6. 1. — **§. 2.** *Obnoxium esse.* III. **Cn.** Hoc onere, s. Huic oneri, subiac. Th. C. XIII. 1. c. 17. de lustr. collat. XIII. 6. c. 9. de praed. navicul. Capitali supplicio subiacere. c. 4. Qu. res ven. n. poss. 4. 40.

Subiectio. *Substitutio.* III. **Cn.** Subiicere debes aliquem, qui a te petat meo nomine; — nec videris dolum malum facere in hac subiectione. fr. 19. §. 3. de N. G. 3. 5.

Subiectus. (Partic.) **§. 1.** *Subtus positus, Infra adiectus.* III. **Cn.** Indita actis, vel subiecta. Th. C. XI. 30. c. 9. de adp. et poen. Subiectorum series (fidem tribuit, sc. querelis.) Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §. 1. Haec verba — subiectum legatum — non faciunt conditionale. fr. 3. de legat. I. (30.) Stipulatione interposita, et subiecta doli clausula. fr. 135. §. 4. de V. O. 45. 1. — **§. 2.** *Interpositus, Substitutus.* I. **Sy.** Suffectus, Substitutus. Th. C. XII. 1. c. 181. §. 1. c. 187. de decurion. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 7. II. **Op.** Suo nomine, — Per subiectam personam, (locare etc.) fr. 2. §. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8. c. 10. de distract. 8. 28. — **§. 3.** *Subditus (imperio, potestative.)* I. **Sy.** Suppositus (iurisdictioni.) fr. 14. fr. 19. pr. de iurisd. 2. 1. fr. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. Iul. ep. nov. c. 15. §. 56. In aliena potestate esse. Alieno iuri subiectus esse. fr. 1. pr. §. 1. de h. qui sui. 1. 6. fr. 22. pr. de in ius voc. 2. 4. II. **Op.** Suo nomine, — Per eos, quos iuri suo subiectos habet, (sc. quaesitum.) fr. 9. §. 6. de interr. in iure. 11. 1. III. **Cn.** Mercatores tam imperio nostro, quam Persarum regi subiecti. c. 4. de commerc. 4. 63. Omnes subiecti nostri. c. 34. de inoff. testam. 3. 28. c. 1. pr. de caduc. toll. 6. 51. Nov. Th. II. de competition. I. 17. c. 1. pr. Qui sciant, se non esse subiectos iurisdictioni eius, et in eum consentiant. fr. 2. pr. de iudic. 5. 1. fr. 29. ad munic. 50. 1. Servus, — vel subiecta iuri eorum persona. fr. 3. §. 2. de legat. praest. 37. 5. Gai. IV. 135. 153. cf. II. 95. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. — **§. 4.** *Obnoxius.* II. **Op.** Vacuus esse et liber (sc. terrore.) Th. C. IX. 1. c. 19. de accus. IX. 2. c. 1. de exhib. v. transm. III. **Cn.** Ruinae, vel incendio subiecta (transactio.) fr. 8. §. 25. de transact. 2. 15. Periculo insidiarum subiectus (pupillus.) Gai. II. 181. Muneribus libertinorum subiecta non est (sc. res patronorum.) fr. 3. §. 8. de mun. et hon. 50. 4. Convictus reus, — subiectusque sententiae. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen. cf. IX. 1. c. 19. pr. de accus.

Subigere. **§. 1.** *Conterere, Exercere.* III. **Cn.** Machinae, quibus farinae subiguntur. Paul. III. 6. §. 64. Cotem, ferro subigendo necessariam, — venumdare. fr. 11. pr. de publican. 39. 4. Arva, quae subigunt (sc. coloni.) Th. C. V. 11. c. 1. ne colon. insc. dom.

— §. 2. *Subiicere.* I. **Sy.** Subiugare (oneri etc.) c. 30. de fideicomm. 6. 40.

Subiicere. §. 1. *Subtus iacere.* III. **Cn.** Si alius ignem subiecerit fornaci, alius negligenter custodierit. fr. 27. §. 9. ad L. Aqu. 9. 2. — §. 2. *Subdere, Subigere.* III. **Cn.** Equi, quibus — subiecisse quis equas suas proponebatur. fr. 52. §. 20. de furt. 47. 2. — §. 3. *Obiicere.* I. **Sy.** Obiicere (bestiis.) Cf. h. v. §. 1. — §. 4. *Supponere, Subdole inferre.* I. **Sy.** Subdere. Cf. h. v. §. 2. Supponere (partum.) fr. 1. §. 13. de inspic. ventre. 25. 3. fr. 1. §. 11. fr. 2. fr. 3. §. 6. fr. 9. de Carb. edict. 37. 10. III. **Cn.** Si id, quod quaeratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subiici neque ibi imponi possit. Gai. III. 193. Qui, cum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit. Paul. V. 25. §. 5. Instrumentum falsum sciens d. m. scribere, recitare, subiicere, supprimere etc. Id. §§. 1. 5. l. l. cf. IV. 7. §§. 1. sq. — §. 5. *Interponere, Sufficere.* I. **Sy.** Submittere, Subornare (delatorem etc.) fr. 1. fr. 5. pr. de iure patr. 37. 14. fr. 1. §. 13. fr. 15. pr. ad S. C. Turp. 48. 16. Opponere, Substituere (alium adversarium.) fr. 1. pr. fr. 4. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7. III. **Cn.** Si vir — adulterum subiecerit, ut ipse deprehenderet. fr. 14. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Ne inveniatur ratio, quemadmodum subiecto aliquo — interim actiones excludantur. fr. 24. §. 2. de liberali c. 40. 12. cf. fr. 14. §§. 1. sq. de in diem add. 18. 2. Si subiecit delatorem sibi, — vel minus plene defendit causam. fr. 50. §. 2. de legat. I. (30.) — §. 6. *Adiicere, Inserere.* I. **Sy.** Subiungere. fr. 15. de transact. 2. 15. Paul. I. 1. §. 3. III. **Cn.** Quibusdam enumeratis, generale subiicere verbum. fr. 27. §. 16. ad L. Aqu. 9. 2. Gai. IV. 34. Exemplum libelli — subiici iussi. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Cf. Coll. LL. M. XV. 2. Iulianus subiicit etc. Vatic. §. 88. Pacto convento Aquiliana stipulatio subiici solet. fr. 15. de transact. 2. 15. — §. 7. *Subdere, Obnoxium facere,* (Cf. v. Subiectus. §§. 3. 4.) I. **Sy.** Redigere in etc. Cf. h. v. §. 4. Adficere (poena.) fr. 1. §§. 2. sqq. 9. de L. Corn. de fals. 48. 10. fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. Condemnare (usuris.) fr. 38. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Se relevabit, nec maritum poenae subiiciet. fr. 2. §. 7. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Gai. III. 193. Iuris vinculis subiici. c. 3. de milit. testam. 6. 21. Praestationi vectigalium subiici. fr. 9. §. 7. de publican. 39. 4. Subiicere [al. Subicere] aliquem necessitati satisdationis. fr. 31. pr. de reb. auct. iud. 42. 5. Subiicere se oneri, v. iuri alieno. Gai. I. 172. III. 84. IV. 80. fr. 4. §. 1. de statu hom. 1. 5. Iurisdictioni se subiicere. fr. 14. de iurisd. 2. 1.

Subinde. (Advb.) §. 1. *Postea.* III. **Cn.** Vt is, qui stipulatus sit, subinde agat. fr. 18. rat. rem hab. 46. 8. — §. 2. *Saepius.* III. **Cn.** Idque vel subinde mutare, nihil prohibet. fr. 6. §. 1. Quemad. servit. 8. 6. Cum in notitiam meam prolatum est, subinde testamenta — proferri etc. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1.

Subire. §. 1. *Adire, Ingredi.* I. **Sy.** Intrare (flumen, v. portum.) Cf. h. v. — §. 2. *Supervenire, Succurrere.* III. **Cn.** Studentibus nobis — in animum subiit. c. 1. de off. Prf. Vr. 1. 28. — §. 3. *Succedere.* III. **Cn.** Vt idem praedium ei pignori, hypothecaeve sit, et locum eius subeat. fr. 12. §. 8. Qui pot. 20. 4. — §. 4. *Suscipere, Sustinere.* I. **Sy.** Adire (hereditatem.) Th. C. IV. 2. c. 1. unde lib. Adgnoscere, Sustinere (munera.) c. 1. sqq. c. 9. sq. de mun. patrim. 10. 41. Implicare se (oneribus.) Cf. h. v. §. 2. Intendere (accusationem.) c. 1. c. 8. c. 12. c. 14. Qui acc. n. poss. 9. 1. III. **Cn.** Si quis — militiam subiisset. fr. 2. §. 2. de h. qui not. inf. 3. 2. Interest, filium servitutem non subire. fr. 1. pr. de liberali c. 40. 12. Onera matrimonii, v. Onus tutelae, subire. fr. 7. pr. de iure dot. 23. 3. fr. 31. pr. de excusat. 27. 1. Si totam litem vir solus subierit. fr. 7. §. 2. de dote praeleg. 33. 4. Eandem vicem, quam reus, subire. fr. 51. §. 1. de procur. 3. 3. Cum ex hac re subeat condemnationem. fr. 2. §. 5. ad S. C. Vell. 16. 1. Paul. I. 15. §. 1. Satisque poenae subire eum, si etc. fr. 19. de in ius voc. 2. 4. Vt non debeant hanc contumeliam satisdatione subire. fr. 17. §. 2. de testam. tut. 26. 2. Grave videbatur, — etiam periurium anceps subire. fr. 4. pr. de in lit. iur. 12. 3.

Subito. (Advb.) *Ex improviso* III. **Cn.** Subito, in abdito locum positum, — invenire. fr. 63. §. 3. de A. R. D. 41. 1. Si reipub. c. abesse subito coactus sit. fr. 23. pr. de usur. 22. 1.

Subitus. (Adiect.) *Ex improviso superveniens.* III. **Cn.** Subita vis venti (longius ignem produxit.) fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Si civitatem amittat per subitam servitutem. fr. 6. §. 5. de iniusto rupt. 28. 3. Si subita morte urgebatur. Gai. II. 102. Paul. II. 15. §. 1.

Subiugare. §. 1. *Iugo copulare.* III. **Cn.** Equos — subiugandos quadrigis. Th. C. VI. 4. c. 19. de Praet. et Qu. Cf. VIII. 5. c. 14. §. 2. de cursu pub. — §. 2. *Subigere, Subditum facere.* III. **Cn.** Iugo barbarico durissime subiugabant (corpora.) c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Triumphis nostris subiugat de hoste captivos. Th. C. XI. 18. c. 1. Qui a praebit. tiron. — §. 3. *Subiicere, Obnoxium facere.* I. **Sy.** Subdere (sententiae.) Ib. X. 24. c. 2. de h. qu. c. disp. Subigere. Cf. h. v. §. 2. Mulctari. Plecti. Subiugari (poena.) Ib. IX. 24. c. 1. §§. 4. sq. de raptu virgg. XVI. 10. c. 12. §. 4. de pagan. II. **Op.** Patris ditioni subiugari. — Evolvi sacris. Vatic. §. 248. III. **Cn.** Huic legi subiugamus [al. subiungimus] etiam absentes. c. 12. §. 4. de R. C. 4. 1. Publicis legibus, v. Vltimo exitio etc. subiugetur. Th. C. IX. 1. c. 1. de accus. XI. 11. c. 1. ne damn. prov. (fr. 43. de rec. qui arb. 4. 8.) XII. 1. c. 150. de decurion. Dominio tuo eum subiugabit. c. 2. si serv. aut lib. 10. 32. Competentibus actionibus subiugari. c. 12. de A. v. R. P. 7. 32.

Subiunctorium. *Vehiculum* (subiunctis iumentis trahendum.) III. **Cn.** Nulli — subiunctorio privato animalia publica praebeantur. Th. C. VIII. 5. c. 10. de cursu pub.

Subiungere. *Subiicere, Adiicere.* I. **Sy.** Subiicere. Cf. h. v. §. 6. Iungere. fr. 3. §. 12. sq. fr. 7. §. 7. ad exhib. 10. 4. III. **Cn.** Pompon. scribit. — Ibidem subiungit etc. fr. 3. §§. 12. sq. ad exhib. 10. 4.

fr. 9. §. 1. locat. 19. 2. Subiunxit (sc. constitutio) et notitiam impensarum. Iul. ep. nov. c. 38. §. 166.

Sublatus. (Partic.) Cf. v. Tollere.

Sublegere. *Sufficere, Substituere.* III. ***Cn.*** In Senatum decuriones, conscriptosve (ne) legito, neve sublegito, neve cooptato. Tab. Heracl. 11. sq. 24. sq. aer. Neap. Cf. fr. 2. pr. de decurion. 50. 2. Ex qua (sc. legione) multi decessissent, quorum in locum alii sublecti essent fr. 76. de iudic. 5. 1.

Sublevare. *Levare, Relaxare.* III. ***Cn.*** Muliones conversum plostrum sublevabant, quo facile mulae ducerent. fr. 52. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. Aliquatenus poena eius sublevanda erit. fr. 25. pr. de poen. 48. 19. Ab omnibus oneribus — subleventur. Th. C. XIII. 5. c. 17. de navicul. Litem iuris remedio sublevare. Ib. XI. 30. c. 15. de adp. et poen.

Sublimare. *Extollere, Sublimem facere.* III. ***Cn.*** Quos sublimissimae administrationis illustravit indeptio, et quos magistri equitum ac peditum pompa sublimat. Th. C. VIII. 5. c. 44. de cursu pub. Quem — sacra nostrae pietatis pariter sublimavit oratio. c. 3. pr. ubi Senat. v. clariss. 3. 24.

Sublimis. (Adiect.) **§. 1.** *Excelsus, Conspicuus.* III. ***Cn.*** Fastigiis promotionum in sublime provecti. Th. C. VI. 35. c. 5. de priv. eor. qui in S. pal. — **§. 2.** *Praeclarus, Illustris.* III. ***Cn.*** Dignitas consularis, vel clarior atque sublimior potestas. Ib. VI. 2. c. 2. §. 2. de Senat. et de gleb. XVI. 2. c. 41. de episc. eccl. Sublimes potestates. Praefectura sublimissima. Ib. XI. 28. c. 3. pr. c. 6. de indulg. deb. XIII. 9. c. 1. de naufrag. (Cf. v. Sublimare.) Sublimissimum testem adducit (Salv. Iulianum.) c. 10. de cond. indeb. 4. 5.

Sublimitas. *Titulus honorarius.* I. ***Sy.*** Amplitudo, Celsitudo. Cf. v. Amplitudo. §. 2. Eminentia, Providentia. Cf. v. Eminentia. §. 3. Praestantia. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Miranda, s. Laudabilis, sublimitas tua. Th. C. VIII. 5. c. 9. pr. de cursu pub. XI. 30. c. 27. de adp. et poen. Officium, quod sublimitatis tuae iussionibus obsecundat. Ib. VI. 30. c. 13. de Palat. S. largg.

Sublucare. *Subtus lucare, Supputare.* I. ***Sy.*** Compescere luxuriem ramorum. Sublucare arborem. Paul. V. 6. §. 13.

Sublugere. *Luctum minus solemnem profiteri.* II. ***Op.*** Lugere. Vatic. §. 321.

Submergere. *Sub aqua mergere.* I. ***Sy.*** Perire. Submergi. fr. 7. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 4. pr. de L. Rhod. 14. 2. III. ***Cn.*** Si pondere suo gravatam (sc. navem) pelagi unda submergat. Th. C. XIII. 9. c. 4. pr. c. 5. sq. de naufrag.

Submersus. (Partic.) **§. 1.** *Aquarum mole depressus.* II. ***Op.*** Submersa, — Levata (navis.) fr. 4. pr. fr. 7. de L. Rhod. 14. 2. III. ***Cn.*** Obruta, vel submersa fluctibus nave. Th. C. XIII. 9. c. 3. pr. de naufrag. — **§. 2.** *Alte defossus.* III. ***Cn.*** Puteales (sc. aquae,) et quae ita sunt submersae, [al. summersae,] ut defluere extra terram — non possint. fr. 1. §. 6. de aqua quot. 43. 20.

Subministrare. *Suppeditare, Praebere.* I. ***Sy.*** Ministrare. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Alimenta — decerni, eaque adversarium ei subministrare. fr. 27. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. Quae pater filio — peregre agenti subministravit. fr. 50. fam. ercisc. 10. 2. fr. 17. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Vt his tantum contenti sint, quae eis publicum subministrat. Iul. ep. nov. c. 21. §. 70.

Submittere, s. **Summittere.** **§. 1.** *Promittere, Demittere.* III. ***Cn.*** Barbam demittere, vel capillos submittere. fr. 15. §. 27. fr. 39. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Subornare, Supponere.* I. ***Sy.*** Subiicere, Subornare (delatorem.) Cf. v. Subiicere. §. 5. III. ***Cn.*** Qui concitavit, — vel qui submisit [al. summisit,] ut vociferentur. fr. 15. §. 8. ib. 47. 10. Nisi ipse hanc tibi vim submisi [al. summisi.] fr. 9. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3.** *Substituere.* I. ***Sy.*** Supplere, Substituere. fr. 18. fr. 68. §. 2. fr. 69. fr. 70. pr. §§. 1. 3. sq. de usufr. 7. 1. III. ***Cn.*** Foetus pecorum, qui submissi [al. summissi] gregem retinent. fr. 58. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. Submissis [al. Summissis] in locum mortuorum capitum (ex) adgnatis. fr. 10. §. 3. de iure dot. 23. 3.

Submotus, s. **Summotus.** (Partic.) *Remotus, Exclusus.* III. ***Cn.*** V pedum praescriptione submota etc. Th. C. II. 26. c. 4. (Wck.) fin. regund. A palatinis — procul universas calumnias — iubemus esse summotas. Ib. VI. 35. c. 1. de priv. eor. qui in S. pal. Absurdum, et a nostrorum temporum tranquillitate submotum. Ib. XI. 20. c. 1. de collat. donat.

Submovere, s. **Summovere.** **§. 1.** *Amovere, Repellere.* I. ***Sy.*** Amovere. Th. C. XVI. 5. c. 40. §. 3. c. 48. de haeret. Movere, Removere (ordine.) Cf. v. Removere. §. 2. Interdicere (regione, v. provincia.) fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. Non admittere. fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16. III. ***Cn.*** Terrendi, i. e. submovendi [al. summovendi] ius habere. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. Si tutor — suspectus a tutela submotus fuerit, vel etiam iusta de causa excusatus. Vlp. XI. 23. — **§. 2.** *Excludere, Privare.* I. ***Sy.*** Removere (ab aliquo gradu.) Cf. h. v. §. 3. Excludere. Cf. h. v. §. 2. Inhibere, Prohibere (exceptione, sc. creditorem.) fr. 30. §§. 1. sq. de pact. 2. 14. Repellere. Cf. h. v. §. 2. II. ***Op.*** Adiuvare (exceptione.) fr. 27. §. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. Exspectatur, — Impossibilis submovetur (sc. conditio.) Paul. III. 4B. §. 1. III. ***Cn.*** Adito Procuratore, iniuria submovetur. Id. V. 12. §. 6. Cum enim omnibus, in se propriam dicendi testimonii, iura facultatem summoverint. Th. II. 2. c. 1. ne in sua c. qu. iud. Si satisdationem non dabit, summovendus erit ab exsecutione. fr. 7. pr. de O. N. N. 39. 1. fr. 13. §. 9. de iure fisci. 49. 14. Patrem a legatorum commodo illa quoque ratio debet submovere, quod etc. fr. 70. de cond. et dem. 35. 1. Ne iudicio quidem parentis, nisi meritis de causis, summoveri ab ea successione possunt (sc. liberi.) fr. 7. pr. de bon. damn. 48. 20. cf. Gai. II. 122. 164. III. 71. Nulla temporis praescriptione a causae defensione summoveri eum. fr. 4. §. 2. de requir. reis. 48. 17. Petentem summovere exceptione. fr. 51. pr. de pact. 2. 14. fr. 2. de compens. 16. 2. Gai. IV. 117. cf. III. 181.

Submutare, s. **Summutare.** *Clam mutare.* III. ***Cn.*** Si dolium signatum sit ab emtore, —

ne summuteter [al. submitteretur,] signari solere. fr. 1. §. 2. de peric. et comm. 18. 6.

Subnectere. *Subiicere, Subiungere.* III. **Cn.** Rescriptum — volumus anteferri, et gesta — subnecti. Th. C. XVI. 5. c. 37. de haeret.

Subnixus. (Partic.) **§. 1.** *Firmatus, Munitus.* I. **Sy.** Confirmatus. fr. 9. §. 3. de D. R. 1. 8. III. **Cn.** Firmissima ratione subnixa (sc. sententia.) fr. 18. §. 3. de stip. serv. 45. 3. Legitimo iure subnixus es. c. 4. de legit. heredit. 6. 58. fr. 1. §. 1. de superfic. 43. 18. Verbis fideicommissi non subnixa (sc. epistola) fr. 77. §. 26. de legat. II. (31.) — **§. 2.** *Instructus, Praeditus.* III. **Cn.** Quem scit perpetua vacatione subnixum. fr. 1. §. 1. de vac. et excus. 50. 5. Subnixi sunt etiam alio privilegio. fr. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. 1. 11. Vatic. §. 220. Concordans matrimonium, forte et liberis subnixum. fr. 1. §. 5. de lib. exhib. 43. 30. cf. fr. 8. pr. de vac. et excus. 50. 5.

Subnotare. *Notam adscribere. Notis comprehendere.* III. **Cn.** Reddere (sc. litteras) Praetori, ut subnotet sua manu, quod volet. Vatic. §. 163. cf. c. 2. de conv. fisci deb. 10. 2. Non ut describant, — sed — subnotent sibi, et quasi inventarium faciant. fr. 15. pr. de reb. auct. iud. 42. 5.

Subnotatio. *Scriptura subtus adiecta.* III. **Cn.** Quae — subnotatio nostrae subscriptionis impresserit. c. 6. de div. rescr. 1. 23. Seriem evectionis adspicere, et congrua subnotatione dimittere. Th. C. VIII. 5. c. 22. pr. de cursu pub. Testibus — subnotationem suam accommodantibus. c. 8. §. 3. de codicill. 6. 36.

Subornare. *Supponere, Clam instruere.* I. **Sy.** Subiicere, Submittere. Cf. v. Subiicere. §. 5. III. **Cn.** Si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornavit. fr. 1. de iure patron. 37. 14. Paul. V. 13. §. 2. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 10. Nec exquisita commentis ars eiusmodi subornetur, ut etc. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen.

Subornator. *Qui alium subornavit.* I. **Sy.** Mandator. Paul. V. 13. §. 2. fr. 2. §. 5. fr. 24. de iure fisci. 49. 14.

Subponere. Cf. v. Supponere.

Subrepere. *Falsis adlegationibus expetere.* III. **Cn.** Subrependo [al. surripiendo] postulare. Th. C. II. 23. c. 1. §. 2. de R. V. Subreptum est, ut etc. Ib. I. 11. c. 2. de off. Com. rei priv.

Subrepticius. (Adiect.) *Per subreptionem quaesitus.* III. **Cn.** Subrepticiis [al. surreptitiis] nemo supplicationibus admittatur. Th. C. IX. 26. c. 3. ad L. Iul. de amb. Subrepticiis rescriptis impetratis, consequi. Ib. XIII. 11. c. 9. de censitor. XIV. 3. c. 20. de pistor.

Subreptio. *Impetratio calumniosis argumentis elicita.* I. **Sy.** Obreptio. Cf. h. v. III. **Cn.** Quae quibusdam cuniculis et subreptionibus impetrata noscuntur. Th. C. XI. 23. c. 3. de protostas. Elicitam damnabili subreptione rescriptum. Ib. I. 2. c. 9. (Wck.) de div. rescr. Precum subreptione merere. Ib. III. 10. c. 1. si nupt. ex rescr.

Subreptivus. (Adiect.) *Subrepticius.* III. **Cn.** Subreptiva promerere petitione. Th. C. V. 13. c. 38. (Wck.) X. 20. c. 11. de murileg. Rescripti subreptivi defensione munire. Ib. XII. 16. c. 1. de mancipib.

Subripere, s. Surripere. **§. 1.** *Subducere.* III. **Cn.** Vix fieri potest, ut — omnem testium conscientiam mors coniurata surripiat. Th. C. IV. 4. c. 6. de testam. et codic. — **§. 2.** *Intercipere, Subtrahere furto.* I. **Sy.** Furari. Cf. h. v. Intercipere. Cf. h. v. §. 1. Amovere. Cf. h. v. §. 2. Auferre. Cf. h. v. §. 1. Subtrahere. Gai. III. 199. sq. 202. 204. 207. Paul. II. 31. §§. 17. 19. sqq. fr. 14. §§. 5. sq. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Celare, subripere, subiicere, resignare. fr. 16. §. 2. de L. Corn. de fals. 48. 10. cf. Paul. V. 27. §. 1. Subripere quaedam, et corrumpere, atque consumere. fr. 41. §. 1. de liberali c. 40. 12. Qui hominem subripuit, et occidit. fr. 2. §§. 1. 6. de priv. del. 47. 1. Si quis extraneus rem hereditariam, quasi subripiens vel expilans, tenet. fr. 21. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Saepe in aliis civitatibus subreptas res, in alias — destinat fur perferre Gai. III. 184. cf. II. 79. fr. 22. pr. de pign. act. 13. 7. fr. 4. §. 6. de usurp. 41. 3. Paul. II. 31. §. 34.

Subrogare. **§. 1.** *Rogatione facta, adiicere aliquid.* I. **Sy.** Adiicere primae legi. Vlp. I. 3. — **§. 2.** *Sufficere, Substituere.* I. **Sy.** Substituere. Th. C. VI. 4. c. 12. de Praet. et Qu. Iul. ep. nov. c. 26. §. 97. III. **Cn.** Comitia IIviris, IVviris, aliive cui magistratui rogando, subrogandove habere. Tab. Heracl. 24. sq. aer. Neap. Quasi in loco tertiae tutelae, quarta subroganda. fr. 31. pr. de excusat. 27. 1. Alii in eorum locum, qui in eandem dignitatem — subsortiti fuerant, subrogentur. Th. C. I. 1. c. 12. c. 21. §. 2. XII. 1. c. 120. de decurion. Illis testibus — separatis, alios subrogari. c. 28. pr. de testam. 6. 23.

Subruere. **§. 1.** *Subvertere, Demoliri.* I. **Sy.** Destruere. Th. C. XV. 1. c. 46. sq. III. **Cn.** Subrutis [al. subruptis] omnibus — aedificiis etc. Ib. c. 47. 1. — **§. 2.** *Evertere, Labefactare.* I. **Sy.** Lacerare (patrimonia, v. statum provincialium.) Ib. VIII. 5. c. 15. sq. de cursu pub. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 7.

Subrumpere. Cf. v. Subruere. §. 1.

Subscribendarius. *Genus officialium,* (qui commonitoriorum, aut apocharum fidem subscriptione testabantur.) III. **Cn.** Subscribendarii, tabularii, diurnarii, logographi, censuales, — ea conditione curiis adgregentur etc. Th. C. VIII. 4. c. 8. §. 1. de cohortal. cf. VII. 4. c. 1. de erog. mil. ann.

Subscribere. **§. 1.** *Adscribere, Subnotare.* III. **Cn.** Libello cuiusdam — Imp. Antoninus subscripsit: „Posse eum uti d. m. exceptione.“ fr. 32. §. 14. de rec. qui arb. 4. 8. cf. c. 2. de adsess. 1. 51. Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit. fr. 2. §. 44. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Tabulis subiicere nomen suum,* (carminis earum comprobandi causa) I. **Sy.** Signare. Cf. h. v. §. 3. Subsignare. fr. 39. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Qui rationes, acta, libellos, — chirographa, epistolas — deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit. Paul. V. 25. §. 5. Vtique non sic solebat servo suo — rationes subscribere, sed ita ut legeret, examinaret etc. fr. 82. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 13. §. 1. de

div. temp. pr. 44. 3. In libellum conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, quasi res acceperit. fr. 9. §. 3. de iure dot. 23. 3. Scripsit, coram subscribente et adsignante domino meo. fr. 126. §. 2. de V. O. 45. 1. cf. c. 3. Qu. c. eo qui in al. pot 4. 26. Si ipse donator, vel alius, voluntatem eius — subscripserit. c. 31. de donat. 8. 54. fr. 9. §. 1. Qu. mod. pign. 20. 6. cf. fr. 20. §. 1. de in rem verso. 15. 3. Vt non alias valere velit (sc. codicillos,) quam sua manu signatos et subscriptos. fr. 6. §. 1. de iure codic. 29. 7. cf. c. 21. pr. de testam. 6. 23. — **§. 3.** *Nomen suum in accusatione criminis scripto profiteri*, (seque poenae adstringere iniustae accusationis.) III. ***Cn.*** Subscribere debebit is, qui dat libellos, se professum esse. fr. 3. §. 2. de accus. 48. 2. cf. c. 2. ad S. C. Turp. 9. 45. Nunc furti plerumque criminaliter agi, et eum, qui agit, in crimen subscribere. fr. 92. de furt. 47. 2. cf. fr. 3. de priv. del. 47. 1. Qui duo iudicia adversus duos reos subscripta habent. fr. 8. de accus. 48. 2. — **§. 4.** *Adsentire, Adstipulari.* III. ***Cn.*** Non aliter voluntati eius — subscribendum erit, quam si caverit etc. fr. 18. de adopt. 1. 7.

Subscriptio. **§. 1.** *Adscriptio, Inscriptio.* III. ***Cn.*** Signum dei statui, subscriptione nominis mei. fr. 38. §. 2. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Subnotatio Principis*, (libellis oblatis subiecta.) III. ***Cn.*** Quodcunque Imperator per epistolam, et subscriptionem, statuit. fr. 1. §. 1. de const. Pr. 1. 4. Gai. I. 94. Subscriptio, ad libellum data. c. 5. cf. c. 3. commin. epist. 7. 57. — **§. 3.** *Adnotatio nominis sub tabulis*, (fidei illarum comprobandae causa facta.) III. ***Cn.*** Consensum pariter atque subscriptionem instrumentis — praebere. Th. C. III. 1. c. 3. de contr. emt. Subscriptiones et signacula testium. c. 21. pr. de testam. 6. 23. Si specialiter subscriptio facta est. — Generalis subscr. fr. 1. §. 8. de L. Corn. de fals. 48. 10. cf. fr. 12. de liberat. leg. 34. 3. Qui post eius litteras, sive in subscriptione positas, sive per totum textum effusas, suas litteras supponentes. c. 1. §. 1. de Lat. libert. 7. 6. Lecta subscriptio fideiussionis. fr. 68. § 1. de fideiuss. 46. 1. cf. fr. 61. pr. de O. et A. 44. 7. — **§. 4.** *Actus subscribendi in crimen.* III. ***Cn.*** Si cui crimen obiiciatur, praecedere debet in crimen subscriptio. fr. 7. pr. de accus. 48. 2. cf. fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. c. 13. de accus. 9. 2. Vt, remota professionis licentia, — ad subscriptionis morem ordinemque criminatio referatur. Th. C. IX. 1. c. 5. eod.

Subscriptor. *Qui subscribit tabulas.* I. ***Sy.*** Subscribens, Testis, Signator. Cf. v. Signator.

Subscriptus. (Partic.) Cf. v. Subscribere. **§. 1.** *Nominis subscriptione munitus et comprobatus.* I. ***Sy.*** Adscriptio, Subscriptum. Cf. v. Adscriptio. §. 1. III. ***Cn.*** Subscriptae et expunctae rationes. fr. 13. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Si post subscriptam epistolam tutor moriatur. fr. 50. de A. v. O. H. 29. 2. Non subscriptum a testibus, ac non signatum testamentum. c. 21. pr. de testam. 6. 21. — **§. 2.** *Conscriptus.* I. ***Sy.*** Conscriptus. Th. C. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr.

Subsecare. *Desecare. In ima parte secare.* III. ***Cn.*** Si quis radicitus arborem evellerit, — neque vel caedit, vel succidit, vel subsecuit. fr. 7. §§. 2. 4. cf. fr. 5. pr. arbor. furt. caes. 47. 7.

Subsellium. *Sedile, Sella minor.* III. ***Cn.*** Lecti, — subsellia, cathedrae. Paul. III. 6. §. 56. fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10. Subsellia cathedraria. fr. 5. pr. ib. 33. 10. Subsellia, vel, ut vulgo aiunt, scamna (vendere.) Th. C. III. 1. c. 2. §. 1. de contr. emt.

Subsequi. **§. 1.** *Insequi, Succedere.* I. ***Sy.*** Sequi. Vatic. §§. 266a. 268. II. ***Op.*** Praecedere. fr. 10. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. ***Cn.*** Post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. Th. C. VI. 33. c. 1. de decan. Quae ex continenti, — Quae ex intervallo (subsecuta sunt, sc. pacta.) fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. — **§. 2.** *Procedere.* III. ***Cn.*** Quae quidem similiter inter plures quoque — subsequuntur. §. 4. I. de off. iud. 4. 17. Si per tres vices hoc fuerit subsecutum. c. 13. §. 2. de iudic. 3. 1. — **§. 3.** *Accedere, Amplecti, Obtemperare.* I. ***Sy.*** Parēre. fr. 15. §. 3. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. ***Cn.*** Subsequi debet Praetor (iuris civ. actionem, v. legis voluntatem.) fr. 39. pr. de nox. act. 9. 4. fr. 10. §. 1. de captiv. 49. 15. Vatic. §. 83. Honestus modus servandus est, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda. fr. 40. pr. de damn. inf. 39. 2.

Subserere. *Plantas substituere, in locum demortuarum.* III. ***Cn.*** Qui agrum non proscindit, qui vites non subserit. fr. 13. §. 2. de usufr. 7. 1.

Subsidere. **§. 1.** *Descendere, Collabi.* III. ***Cn.*** Si vitio loci pars aliqua soli subsedit. — Si in agro manufactum aliquid subsederit. fr. 14. §. 1. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Residere, Remanere.* III. ***Cn.*** Legata, quae legatarii non capiunt, cum apud heredes subsederint. fr. 76. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Non amplius — ad eum subsideret. fr. 62. §. 1. de cond. et dem. 35. 1.

Subsidiarius. (Adiect.) *Praesidium ultimum praebens.* I. ***Sy.*** Quae in subsidium, indemnitatis nomine, competebat pupillo, Subsidiaria (sc. actio, in magistratus.) c. 5. de mag. conven. 5. 75. cf. fr. 1. pr. §. 4. eod. 27. 8.

Subsidium. **§. 1.** *Praesidium, Auxilium.* I. ***Sy.*** Superesse, Subsidium esse. fr. 10. §. 2. fr. 21. §. 1. de pact. 2. 14. III. ***Cn.*** Novissimo loco, in subsidium, (heredem instituere, sc. servum.) fr. 36. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Ad fideicommissi subsidium convolare. Th. C. IV. 4. c. 7. §. 2. de testam. et codic. Quemquam patrimonii universis privare subsidiis. Ib. IX. 41. c. 1. §. 1. ne sine iussu Princ. Debitum bonorum subsidium. c. 1. sq. c. 5. de inoff. donat. 3. 29. — **§. 2.** *Praestatio debita, Pensio* (ad victum spectans, aut ad publicas necessitates.) III. ***Cn.*** Filia tua — subsidium vitae ut exhibeat tibi. c. 5. de P. P. 8. 47. Ne frumentum in usum militum, in annonae subsidia contrahatur. fr. 7. pr. de adpell. recip. 49. 5. Subsidium publicarum necessitatum (arcae nomine deposcere.) Th. C. VIII. 8. c. 5. de exsecut. et exact. XII. 6. c. 13. pr. de susceptor.

Subsignare. **§. 1.** *Sigillum subiicere.* I. ***Sy.*** Consignare, Signare. Cf. v. Consignare. §. 1. — **§. 2.** *Subscribere.* I. ***Sy.*** Subscribere. Cf. h. v. §. 2.

§. 2. — **§. 3.** *Pignori obligare.* III. **Cn.** Ne extenuentur facultates eorum, quae subsignatae sunt fisco. fr. 5. §. 10. de iure imm. 50. 6. Pro cautela litis, subsignare (res.) c. 28. §. 3. de adm. tut. 5. 37.

Subsignatio. **§. 1.** *Subscriptio.* I. **Sy.** Adscriptio, Subscriptum. Cf. v. Adscriptio. §. 1. — **§. 2.** *Oppigneratio.* III. **Cn.** Fideiussorum atque subsignationum merita. Th. C. I. 11. c. 1. (Wck.) de off. com. rer. priv. Subsignatio facultatum. Ib. XIII. 11. c. 5. §. 1. de censitor.

Subsimilis. (Adiect.) *Fere similis.* III. **Cn.** Hodie tamen subsimile aliquid fit in fideicommissis. fr. 1. §. 5. si cui pl. qu. p. L. Falc. 35. 3.

Subsistere. **§. 1.** *Adsistere, Sistere.* I. **Sy.** Venire (in iudicium.) Subs. (liti.) fr. 62. §. 1. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 139. de V. O. 45. 1. II. **Op.** Defugere. Cf. h. v. §. 1. — **§. 2.** *Exsistere.* I. **Sy.** Superstes, Vivus, Subsistens. c. 18. §§. 1. sq. de iure delib. 6. 30. — **§. 3.** *Dubitans haesitare. Deliberare.* I. **Sy.** Demorari. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Subsistimus. — Non dubitamus. Manifestum est. fr. 33. pr. §. 1. de procur. 3. 3. III. **Cn.** Subsistendum, utrum etc. — Puto tamen. Vatic. §. 198. Subsisto, — sed propius est ut etc. fr. 32. de R. C. 12. 1. — **§. 4.** *Consistere, Valere.* III. **Cn.** Qui — testamentum facere prohibuit, aut ne iure subsisteret operam dedit. Paul. V. 12. §. 2. Iuris ratione, — Nullo iure, subsistit (sc. sententia.) c. 14. de procur. 2. 13. c. 1. de pedan. iud. 3. 3. — **§. 5.** *Subire, Sustinere.* III. **Cn.** Manus incisionem subsist. Corporales coercitiones subs. Iul. ep. nov. c. 10. §. 46. c. 32. §. 110. c. 79. §. 305.

Subsortiri. *Substituere in locum deficientis* (sortitione celebrata.) III. **Cn.** Alii in eorum locum, qui in eandem dignitatem (ut utamur veterum verbis,) subsortiti fuerant, subrogentur. Th. C. VI. 4. c. 12. de Praet. et Qu.

Substans. (Partic.) *Praesens, Exstans.* I. **Sy.** Subsistens. Cf. v. Subsistere. §. 2. Resistens. Substans, atque in praesenti constitutus. Th. C. VII. 4. c. 28. pr. §. 1. de erog. mil. ann.

Substantia. **§. 1.** *Corporalis rei habitus, Materia, Copia.* I. **Sy.** Corpus, Res. Cf. v. Res. §. 1 A. Materia. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Propriam substantiam, in unum corpus redactam, accipit (sc. arbor.) fr. 83. pro soc. 17. 2. In quibus factum personae, operaeve substantiae desideratur. fr. 61. pr. de A. R. D. 41. 1. cf. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. Quidam materiam et substantiam spectandam esse putant. Gai. II. 79. Ius alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. fr. 1. de usufr. 7. 1. Vlp. XXIV. 26. — **§. 2.** *Natura, Indoles, Qualitas.* III. **Cn.** Incorruptae trinitatis indivisa subst. Th. C. XVI. 5. c. 6. §. 2. de haeret. Sust. virtutis honorandae. Ib. VI. 4. c. 9. de Praet. et Qu. Substantiam sui iuris adlegare. Ib. X. 10. c. 30. §. 1. de petit. et ultro dat. Ad substantiam litis sufficere. Adpellationis substantiam persequi. Ib. XI. 30. c. 11. pr. c. 21. de adp. et poen. Ex substantia cuiusque rei, — dicemus. fr. 50. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 3.** *Effectus, Valor, Veritas.* II. **Op.** Existimatio, Opinio. fr. 2. §§. 2. 15. pro emt. 41. 4. fr. 10. §. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Vatic. §. 260. III. **Cn.** Nomen et substantiam tollere. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. Quae omnes vel ex legibus — substantiam capiunt, vel ex iurisdictione Praetoris proditae sunt. Gai. IV. 118. Quae (sc. pactio) substantiam non habebat. Consult. vet. I. Cti. c. 9. Emtionis substantia constitit ex pretio. fr. 72. pr. de contr. emt. 18. 1. Obligationum substantia non in eo consistit, ut etc. fr. 3. pr. de O. et A. 44. 7. Expleta est numeratione subst. obligationis. fr. 6. ad S. C. Mac. 14. 6. — **§. 4.** *Quantitas, Vniversitas.* II. **Op.** Maior subst. litigii. — Minora negotia. Th. C. XI. 36. c. 5. Quor. adp. n. rec. III. **Cn.** Investigatis, vel in unam substantiam reductis. Nov. Maior. de bon. caduc. IV. 5. c. 1. §. 2. In substantia bonorum esse. fr. 34. §. 2. de usufr. 7. 1. Subst. rei familiaris, etc. Paul. II. 28. §. 2. fr. 34. §. 1. de legat. III. (32.) A substantia hereditatis separare. fr. 58. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 5.** *Res familiaris universa. Patrimonium.* I. **Sy.** Bona. Cf. h. v. §. 1. Facultates, Fortunae. Cf. v. Facultas. §. 2. Patrimonium. fr. 16. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. c. 5. de V. S. 6. 38. Iul. ep. nov. c. 101. §. 363. II. **Op.** Eorum, quae in specie sunt, — Substantiae omnis (usufr.) fr. 34. §. 2. de usufr. 7. 1. III. **Cn.** Secundum substantiam et dignitatem defuncti (exstruere monumentum.) fr. 27. de cond. et dem. 35. 1. Omnem fortunam et substantiam (in sinu meo habui.) fr. 27. de probat. 22. 3. Cf. §. 1. I. de succ. ablat. 3. 12. Pro modo substantiae (personae, sc. pretium constituere.) fr. 5. §. 11. de iniur. 47. 10. Morans eo loco, habens in substantia, plus minus, tantum. Vatic. §. 166. Cf. Th. C. XII. 1. c. 13. de decurion. Hostes, qui mihi fere omnem substantiam abstulerunt. fr 17. §. 1. de d. m. exc. 44. 4. Solvere ex substantia debitoris. fr. 8. §. 7. mand. 17. 1. — **§. 6.** *Victus praesidia. Copia alimentorum.* III. **Cn.** Victualem, s. Competentem, substantiam ministrare. Th. C. IX. 3. c. 7. de cust. reor. XI. 27. c. 2. de alim. qu. inop.

Substituere. **§. 1.** *Subiicere, Supponere.* I. **Sy.** Subiicere. Cf. h. v. §. 5. Reponere. Cf. h. v. §. 1. Submittere. Cf. h. v. §. 3. Supplere. fr. 68. §. 2. fr. 69. sq. de usufr. 7. 1. fr. 10. §. 8. fr. 11. Qu. mod. ususf. 7. 4. III. **Cn.** Nihil transferre posse, nec — vendere, — non substitutis aliis. fr. 45. §. 13. de iure fisci. 49. 14. In locum deficientis — actionis, — hanc actionem substituit Praetor. fr. 1. §. 10. si is qui testam. lib. 47. 4. — **§. 2.** *Constituere* (successorem, aut defensorem etc.) *Subrogare, Adsciscere.* I. **Sy.** Dare (procuratorem etc.) fr. 5. §. 7. iudicat. solvi. 46. 7. Constituere (cognitorem, v. curatorem.) Gai. IV. 83. sq. fr. 14. §. 3. de solut. 46. 3. Obligare (fideiussorem.) fr. 2. §. 11. de adm. rer. ad civ. 50. 8. III. **Cn.** Curatorem habenti neque adiungi, nisi causa cognita, neque in locum eius alium substitui. c. 10. Qui dare tut. 5. 34. cf. c. 4. in qu. c. tut. 5. 36. Alienando rem, alium nobis adversarium, suo loco, substituere. fr. 1. pr. fr. 3. §. 4. de alien. iud. mut. c. 4. 7. fr. 20. iudicat. solvi 46. 7. In damnum sortis substitui, non etiam in usuras. fr. 21. §. 1. ad munic. 50. 1. — **§. 3.** *Vocare successorem ulterioris gradus* (in locum heredis directi, legatariive.) II. **Op.** Instituere (here-

dem.) Cf. h. v. §. 2B. III. *Cn.* Heredem instituere, eique, si heres esse noluerit, alium substituere. Gai. III. 72. cf. II. 175. 179. 184. fr. 26. fr. 30. fr. 41. §. 5. de vulg. et pup. 28. 6. In tabulis secundis servum, data libertate, substituere filio. fr. 36. de statulib. 40. 7. Substituere quis et pure, et sub conditione potest, et tam suis, quam extraneis. Paul. III. 4B. §. 5. Si — hoc communi verbo: „Eosque invicem substituo,“ sibi fuerint substitúti. fr. 4. §. 2. fr. 23. fr. 41. §§. 1. 5. de vulg. et pup. 28. 6. (Cf. v. Substitutus.)

Substitutio. (Cf. v. Subustio.) *Institutio, heredis legatariive, ulteriore gradu facta.* III. *Cn.* An hereditas — iure substitutionis pertineat? fr. 47. de vulg. et pup. 28. 6. Iure substitutionis vindicare posse. fr. 32. de legat. III. (32.) Heredis substitutio duplex est, aut simplex. fr. 1. §. 1. de vulg. et pup. 28. 6. Vulgaris substitutio ita vocat ad hereditatem substitutum, si etc. Gai. II. 181. fr. 4. §. 2. l. l. 28. 6. Substit. impuberum liberorum, s. a parente facta. Gai. II. 183. cf. 181. fr. 17. §. 1. de adopt. 1. 7. Subst. secundarum tabularum. fr. 55. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1. Substitutio eorum (legatorum) facta in etc. c. 6. de legat. 6. 37.

Substitutus. (Partic.) *Is, cui in locum deficientis heredis, legatariive, hereditas relicta est, legatumve datum.* I. *Sy.* Secundo gradu, vel sequentibus, scriptus, Sequens (heres.) Vlp. XXII. 33. fr. 56. de fideic. libb. 40. 5. II. *Op.* Institutus (heres.) fr. 14. pr. de lib. et posth. 28. 2. fr. 1. pr. de vulg. et pup. 28. 6. Primus, Prior (heres.) Gai. II. 176. sqq. Vlp. XXII. 33. sq. Paul. III. 5. §. 15. III. *Cn.* Heres institutus, habens substitutum. Id. IV. 5. §. 10. Heredem — substituto cavere debere de hereditate. fr. 12. sq. Qui satisd. cog. 2. 8. Substituti pupillares. fr. 10. §. 5. de vulg. et pup. 28. 6.

Substructio. *Quidquid sub terra struitur,* (fabricandi operis gratia.) III. *Cn.* Contractis veteribus emolimentis, effossis nobilium operum substructionibus. Th. C. XV. 1. c. 19. de opp. pub.

Substruere. *A fundamentis aedificare.* III. *Cn.* Fodiendo, substruendo (iter facere.) fr. 10. de servit. 8. 1. Verbo „reficiendi“ tegere, substruere, sarcire — continentur. fr. 1. §. 6. de riv. 43. 21.

Subtemen. *Filum transversum in tela,* (quod sub stamine texitur.) III. *Cn.* Quae (sc. lana) neta est, utputa stamen [al. temen] et subtemen [al. subtegmen, v. substamen.] fr. 70. §. 2. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §. 82.

Subter. (Praepos.) *Subtus, Infra.* I. *Sy.* Subter adiecta, s. adnexa, Sequens (lex, v. notitia.) Consult. vet. I. Cti. c. 3. sqq. c. 2. §. 17. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. II. *Op.* Supra. Consult. c. 3. l.

Subterfugere. §. 1. *Clam fugere, Subducere se.* III. *Cn.* Qui recedit, h. e. qui subterfugit, ne secum aliqua actio moveatur. fr. 36. de reb. auct. iud. 42. 5. Th. C. XI. 31. c. 5. de repar. adp. — §. 2. *Evitare, Frustrari.* III. *Cn.* Subterfugiendi muneris impetrare licentiam. Ib. XIV. 3. c. 6. de pistor. Statuta tempora subterfugere. Ib. VIII. 1. c. 13. de numerar.

Subtexere. §. 1. *Subtus texere.* III. *Cn.* Nec pallia — quis serica contexat, — quae, tincta conchylio, nullius alterius permixtione subtexta sunt. Th. C. X. 21. c. 3. de vest. holov. — §. 2. *Subiungere, Subiicere.* II. *Op.* Praeponere. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2.

Subtilis. (Adiect.) *Accuratus, Strictus, Sollers.* II. *Op.* Ius subtile. Ratio subtilis. — Humanitas etc. fr. 11. de S. P. R. 8. 3. fr. 13. pr. de lib. et posth. 28. 2. fr. 12. §. 5. de captiv. 49. 15. III. *Cn.* Subtilis, vel malignus, tractatus. c. 8. de interd. matrim. 5. 6. Subt. et supervacua scrupulositas. c. 13. de contr. et comm. stip. 8. 38. Subtili reverentia teneri. Subtili auferre ingenio. c. 21. de fide instrum. 4. 21. c. 2. de commerc. 4. 63. Vox ipsa, et cognitionis subtilis diligentia. fr. 10. §. 5. de quaestion. 48. 18. Distinctio subtilior adhibenda est. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Subtilitas. §. 1. *Ratio stricta et arguta. Argumentum rigorosum. Sollertia.* II. *Op.* Subtilitas iuris. Subt. nimia. — Aequum et bonum. Humanitas. fr. 17. de iniusto rupt. 28. 3. fr. 25. de donat. 39. 5. fr. 4. §. 2. de manum. testam. 40. 4. III. *Cn.* Iuris scrupulositas, nimiaque subtilitas. fr. 12. pr. de iniusto rupt. 28. 3. Gai. IV. 30. Quantum ad subtilitatem legis, et auctoritatem sententiae. fr. 16. §. 6. de pignor. 20. 1. Hae subtilitates a iudicibus non admittuntur. fr. 8. §. 16. Qu. mod. pign. 20. 6. Erit quidem subtilitate iuris obstrictus, sed doli exceptione uti potest. fr. 36. de V. O. 45. 1. Per suam subtilitatem requirere (sc. iudices.) c. 1. de sent. qu. pro eo qu. int. 7. 47. Th. C. VI. 21. c. 1. de prof. qu. in urbe Const. — §. 2. *Oratio succincta.* III. *Cn.* Per indices tantummodo, et titulorum subtilitatem, — quaedam admonitoria eius facere. c. 1. §. 12. de vet. iure enucl. 1. 17.

Subtiliter. (Advb.) *Accurate, Argute.* III. *Cn.* Non idem in heredibus plerique probant; sed subtilius est, — id quoque probari. fr. 13. § 4. de A. v. A. P. 41. 2. cf. c. 3. §. 8. de cond. caus. dat. 12. 4. c. 10. Qui testam. fac. p. 6. 22. Quod nimium subtiliter dictum est. Gai. III. 94.

Subtractio. *Detractio, Deductio.* III. *Cn.* Sine augmento sumtuum, aliquantos subtraximus, ita tamen ut post hanc subtractionem etc. c. 5. de off. mag. mil. 1. 29.

Subtrahere. §. 1. *Clam subducere, Occultare.* III. *Cn.* Quae (sc. res) per fraudem — ablatae sunt, vel professioni subtractae. Fr. de I. F. §. 18. Qui filium suum subtrahit militiae, belli tempore. fr. 4. §. 11. de R. M. 49. 16. Qui — muneribus se publicis subtrahere tentant. fr. 5. §. 8. de iure imm. 50. 6. Qui se, ne conveniantur, — subtraxerint. Th. C. XI. 31. c. 9. de repar. adp. — §. 2. *Intercipere, Furari.* I. *Sy.* Intercipere. fr. 3. §. 5. fr. 5. §. 4. de Carb. edict. 37. 10. Furari. Cf. h. v. Subripere. Cf. h. v. §. 2. Eripere. Coll. LL. M. X. 3. 5. III. *Cn.* Qui pecora ex pascuis — subtrahunt, et quodammodo depraedantur. fr. 1. §. 1. de abig. 47. 14. Alienum servum subtrahere, vendere, celare. Coll. LL. M. XIV. 2. Subtracto furto, vel vi abrepto mancipio. c. 9. de furt. 6. 2. cf. c. 1. de cond. furt. 4. 8. cf. fr. 81. de furt.

47. 2. Subtrahendo furtum facere. Paul. II. 31. §. 19. Si — damnum ei dederit, sive quid — dolo eius subtractum est. fr. 1. pr. de aleator. 11. 5. cf. fr. 12. de R. V. 6. 1. — **§. 3.** *Eximere.* III. ***Cn.*** Cum mulieris persona subtrahatur creditori propter S.C. fr. 14. ad S.C. Vell. 16. 1. Subtractis mortalitate servis, — aliisve rebus casu intercidentibus. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. fr. 19. §. 1. ad L. Iul. de adult. 48. 5.

Subvas. *Qui post vadem sponsor factus est* (iudicii sistendi.) II. ***Op.*** Vades. — Subvades. L. XII Tabb. I. 10.

Subvectare. *Advehere, Portare.* I. ***Sy.*** Subvehere. Cf. h. v. §. 2.

Subvectio. *Comportatio, Vecturarum praestatio.* III. ***Cn.*** Vtilitatibus publicis obedire, et subvectionem — celebrare. Th. C. XIII. 7. c. 2. de nav. n. excus. Quos longae subvectionis damna quatiebant. Ib. XIV. 4. c. 4. §. 1. de suar. Subvectio vehiculorum. Ib. VIII. 5. c. 18. pr. de cursu pub.

Subvehere. **§. 1.** *Evehere, Promovere.* III. ***Cn.*** Quos ad decurionum subeunda munera splendidior fortuna subvexit. Th. C. XII. 1. c. 53. §. 1. de decurion. Cf. XIII. 3. c. 8. §. 2. c. 9. pr. de medic. et prof. — **§. 2.** *Vehere, Advehere.* I. ***Sy.*** Subvectare. Ib. VIII. 5. c. 28. c. 47. pr. de cursu pub. III. ***Cn.*** Alios mercede subvehendos — conducere. c. 47. pr. l. Navis, quae onus dumtaxat fiscale subvexerit. Ib. XIII. 5. c. 4. de navicul.

Subvenire. **§. 1.** *Intervenire, Supervenire.* III. ***Cn.*** Nisi aut circumscriptio subveniet, aut vis — ostenditur. Th. C. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. — **§. 2.** *Obviam ire, Succurrere, Opem ferre.* I. ***Sy.*** Adiuvare, Succurrere. fr. 2. §§. 2. sq. 6. fr. 4. pr. si qu. cautt. 2. 11. fr. 7. pr. §. 1. fr. 8. de I. I. R. 4. 1. fr. 7. §§. 6. 8. de minor. 4. 4. fr. 15. §. 35. de damn. inf. 39. 2. Consulere. fr. 1. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. III. ***Cn.*** Non publica abolitio — talibus prospiciat subveniatque personis. Th. C. IX. 37. c. 3. de abolit. Errori eius subventum est rescripto. fr. 1. §. 3. de adp. et relat. 49. 1. Cum Imperator noster contra voluntatem patris subvenerit. fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) cf. fr. 6. §. 1. de bon. libert. 38. 2. Si cui sine exemplo subvenit Princeps. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. Quamquam autem Senatus subventum voluit heredibus, subvenit tamen et fideicommissario. fr. 1. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1. Cui rei etiam extra ordinem subveniri potest. fr. 1. §. 2. de migr. 43. 32. cf. fr. 1. §. 10. de postul. 3. 1. Sub hoc titulo plurifariam Praetor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis, subvenit. fr. 1. sqq. fr. 8. de I. I. R. 4. 1. fr. 15. §. 22. de damn. inf. 39. 2. Subveniendum esse filio, — et ei poenalem in factum actionem — competere. fr. 12. de in ius voc. 2. 4. cf. fr. 1. §. 5. de superfic. 43. 18. fr. 1. §. 3. de lib. exhib. 43. 30.

Subvertere. **§. 1.** *Evertere, Eruere.* I. ***Sy.*** Demoliri. Th. C. IX. 17. c. 1. c. 3. de sepulc. viol. II. ***Op.*** Reponere. fr. 3. §. 6. arbor. furt. caes. 47. 7. — **§. 2.** *Infirmare, In discrimen vocare.* II. ***Op.*** In suo statu permanere. — Subverti. c. 28. pr. de testam. 6. 23. III. ***Cn.*** Rationes — inquiri non oportet; alioquin multa ex his, quae certa sunt, subvertuntur. fr. 21. de LL. 1. 3. Per hoc iudicia vera subvertuntur. fr. 24. de milit. testam. 29. 1. Iussione subversa, qua etc. — omnes licentiam habeant. Th. C. II. 10. c. 1. (Wck.) de postul. Innocentes — non patimur callidorum impugnatione subverti. Ib. IX. 39. c. 3. de calumn.

Suburbanum. (Subst.) **§. 1.** *Praedium qualecunque, urbi vicinum.* III. ***Cn.*** Sive in hac alma urbe, sive in suburbanis. c. 2. ubi senat. v. clariss. 3. 24. Th. C. XVI. 5. c. 19. de haeret. In aedibus, aut villa, aut suburbano suo. Th. C. l. l. c. 66. §. 2. — **§. 2.** *Praedium, quod reditum ex agris praebet.* I. ***Sy.*** Ager, circa muros civitatis. Iul. ep. nov. c. 58. §. 202. c. 59. §. 203.

Suburbanus. (Adiect.) **§. 1.** *In vicinitate urbis constitutus.* III. ***Cn.*** Quod ad domum eius non venerit, quodque in hortos non accesserit, et ulterius quod ad villam suburbanam. fr. 1. §. 9. Qu. adpelland. 49. 4. Quidquid in patria Gadibus possideo. — Suburbana adiacens possessio. fr. 41. §. 6. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Italiae finitimus.* III. ***Cn.*** Provinciae suburbanae. Th. C. IX. 1. c. 13. de accus. — **§. 3.** *Quasi urbanus, verum ex agris reditum praebens.* III. ***Cn.*** Praedium rusticum, vel suburbanum, quod ab urbanis non loco sed qualitate secernitur. c. 16. de praed. et al. reb. min. 5. 71. cf. fr. 1. pr. §. 2. de reb. eor. qui s. tut. 27. 9. c. 2. de cur. fur. 5. 70.

Suburbicarius. (Adiect.) *Romae vicinus.* II. ***Op.*** Vrbicarius. Th. C. XI. 28. c. 14. de indulg. debit. Per suburbicarias, — Per omnes Italiae (regiones.) Ib. XI. 1. c. 9. de ann. et tribut. III. ***Cn.*** Picenum et Tuscia, suburbicariae regiones. Ib. XI. 28. c. 12. l. l. Nov. Maior. de adult. IV. 8. c. 1.

Subustio. *Succensio, Calefactio.* III. ***Cn.*** De reditibus — partem reparationi publicorum moenium, et thermarum subustioni [al. substitutioni] deputamus. Th. C. XV. 1. c. 32. cf. c. 22. de opp. pub.

Succedaneus. (Adiect.) *Succedens, Substitutus.* I. ***Sy.*** Succedere, Succedaneum esse. fr. 3. §. 8. de adm. et peric. 26. 7. fr. 4. de mag. conv. 27. 8. Vicarius. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Quia fidem non habeant electo, nec patiuntur succedanei esse alieni periculi. fr. 3. §. 8. l. 26. 7. c. 10. Qui dare tut. 5. 34. Is pro eo, quem succedaneum subrogavit, — statuatur obnoxius. c. 3. de fund. rei priv. 11. 65. Th. C. XII. 1. c. 64. XIV. 17. c. 7. de annon. civ.

Succedere. **§. 1.** *Incedere, Accedere.* III. ***Cn.*** Oportet cum delegatoribus suis eos succedere, qui sumtus eorum (sc. militum) provideant. Iul. ep. nov. c. 123. §§. 532. 537. Si — miles, vel tiro, cuiuslibet praedium forte successerit. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 2. Th. C. VI. 29. c. 12. de curios. — **§. 2.** *Subire, Sustinere.* III. ***Cn.*** Iugo servitutis — iterato cogeris succedere. c. 1. de serv. reip. 7. 9. Vt tempus procurationis impositae sollerti fide — succedant. Th. C. VIII. 5. c. 36. de cursu pub. — **§. 3.** *Sequi, Excipere.* I. ***Sy.*** Sequi. fr. 2. §§. 40. 44. 47. de O. I. 1. 2. III. ***Cn.*** Quive de provincia, cum ei successum esset, non discessit. fr. 2. sq. ad L. Iul. mai. 48. 4. Post sententiam, — Procuratoris par-

tes succedunt. Coll. LL. M. XIV. 3. Cum propriis animalibus eo usque veniendum est, ubi obsequium cursuale succedit. Th. C. VII. 1. c. 9. de R. M. Stipulatio successit in locum praedium. Gai. IV. 94. — **§. 4.** *Ius alterius in se recipere.* I. **Sy.** Succedere aliquem in ius primi. Transire ad eum ius prioris. fr. 3. Qu. res pign. 20. 3. II. **Op.** Ipse contrahere. — Succedere ei, qui contraxit. fr. 9. §. 4. de edend. 2. 13. fr. 17. §. 5. de usur. 22. 1. III. **Cn.** „In locum successisse" accipimus, sive per universitatem sive in rem his (sit) successum. fr. 1. §. 13. Quod legator. 43. 3. cf. fr. 7. sq. de iureiur. 12. 2. In cuius locum hereditate, vel emtione, aliove quo iure, successi. fr. 3. §. 2. de itin. actuq. priv. 43. 19. In locum et in ius, s. In ius, dominiumve alterius (succedere.) fr. 9. §. 1. de edendo. 2. 13. fr. 177. pr. de R. I. 50. 17. Secundus creditor — solvat priori, et loco eius succedat. fr. 12. §. 9. Qui pot. 20. 4. Furti delicto succed. c. 3. depos. 4. 34. — **§. 5.** *Personam defuncti sustinere.* III. **Cn.** Heres in omne ius mortui, non tantum singularum rerum dominium, succedit. fr. 37. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 6. §. 6. de h. qui not. infam. 3. 2. fr. 42. de R. I. 50. 17. Is, cuius in locum hereditario iure successi. fr. 5. pro suo. 41. 10. Cui necdum quisquam civili, vel honorario iure successit. fr. 1. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. fr. 70. §. 1. de V. S. 50. 16. Gai. IV. 34. Qui in sui heredis locum succedendo, quasi adgnascendo, fiunt parentibus sui heredes. fr. 13. de iniusto rupt. 28. 3. Gai. II. 156. Vlp. XXIII. 3. Nepotes, neptesve, in patris sui locum portionemque succedere. Gai. III. 7. sq. Vlp. XXVI. 2. Paul. III. 4B. §. 10. Vatic. §. 198.

Succendere. *Accendere, Calefacere.* III. **Cn.** Nec ullas privatas ab his succendi balneas. Th. C. VII. 11. c. 1. ne comit. et tribun.

Succensus. (Partic.) *Instigatus.* III. **Cn.** Iudices, prava forsitan indignatione succensos, ab illicitis — deducat. Ib. XIII. 5. c. 16. pr. de navicul.

Successio. **§. 1.** *Actus succedendi. Series successorum.* III. **Cn.** Auctorum (iuris) successio. fr. 2. §. 13. de O. I. 1. 2. Vt post successionem quoque eorum facile requiratur etc. Th. C. XI. 1. c. 3. de ann. et tribut. Iul. ep. nov. c. 124. §. 562. — **§. 2.** *Adquisitio bonorum alterius,* (aut singulorum, aut universorum.) III. **Cn.** Sunt etiam alterius generis successiones, quae neque Lege XII Tabb., neque Praetoris edicto — introductae sunt. Gai. III. 82. cf. 77. Per donationem facta successio. fr. 17. §. 5. de pact. 2. 14. — **§. 3.** *Ius succedendi in universitatem bonorum defuncti.* I. **Sy.** Hereditas. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Successiones, caeterique modi, quibus — dominium confirmatur. Th. C. IV. 6. c. 8. (Wck.) de natur. fil. IX. 42. c. 1. pr. de bon. proscr. Omnis liberalitas, et successio. Ib. XVI. 5. c. 40. §. 3. de haeret. Vniversitatis cuiusque successio, qua succeditur in ius demortui. fr. 3. pr. de B. P. 37. 1. Testamento heredes scripti, et ex eo successionem obtinentes. c. 1. de success. 6. 20. Non ex iudicio defuncti, sed successionis necessitate (quasi ad aes alienum admittantur.) fr. 1. §. 3. ut legat. serv. c. 36. 3. Quoties duplici iure defertur alicui successio. fr. 91. de R. I. 50. 17. Legitima, s. Intestati, successio. Cf. v. Intestatus. Vt, qui sperarent hanc successionem, iidem tuerentur bona. fr. 1. pr. de legit. tut. 26. 4. — **§. 3. A.** *Hereditas. Vniversitas bonorum defuncti.* I. **Sy.** Hereditas. Coll. LL. M. XVI. 3. c. 4. in qu. c. cess. l. t. pr. 7. 34. Pr. I. de legit. patron. tut. 1. 17. III. **Cn.** Successiones nec capiant, nec relinquant. Nov. Val. III. de manich. II. 18. c. 1. §. 3. Successiones parentium ad legitimos filios variis pertinent modis. Iul. ep. nov. c. 82. §. 309. cf. Coll. LL. M. XVI. 3. Th. C. IX. 9. c. 1. §. 5. de mul. qu. se serv. Cf. II. 16. c. 2. §. 4. de integri rest. Quoties inter omnes heredes testator successionem suam dividit. c. 10. fam. ercisc. 3. 36. Quas (sc. res,) velut de patris successione, filius tuus vindicat. c. 1. de Carb. edict. 6. 17. Si exhausta legatis successio probetur. c. 1. Quor. legat. 8. 3. — **§. 3. B.** *Ordo insequentium proximitatis gradu heredum. Graduum successio.* III. **Cn.** Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto heredes constiterunt. fr. 194. de R. I. 50. 17. Si prius nepos, deinde filius decederet, ne successione testamentum rumperetur. fr. 29. §. 4. cf. fr. 23. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. In hereditate legitima successioni locus non est, — quia omnis successio proximiori defertur. Paul. IV. 8. §. 23. Gai. III. 12. Vlp. XXVI. 5. — **§. 3. C.** *Successores ipsi. Heredes (legitimi.)* I. **Sy.** Liberi, et caeteri cognati. fr. 38. pr. §. 7. de legat. III. (32.) Adgnatio. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Quodsi nullam ex priori matrimonio habuerit successionem, vel natus native decesserint. Th. C. III. 8. c. 2. §. 2. de sec. nupt. XII. 1. c. 123. §§. 5. sq. de decurion. Filius fratris, et patruus, et deinceps tota successio. Paul. IV. 8. §. 13. Consanguineae successiones. Ib. §. 22. Eius bona — ordinariae successioni relinquentur. Ib. IV. 12. §. 1. Alienas successiones propriis anteponere. c. 30. de fideicomm. 6. 42.

Successor. **§. 1.** *Qui in locum et ius alterius succedit.* III. **Cn.** Quod Principi relictum est, — successori eius debetur. fr. 56. de legat. II. (31.) Vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur. fr. 26. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Qui alium sequitur, munere publico fungentem.* II. **Op.** Antecessor. Ch. h. v. §. 1. Decessor. Iul. ep. nov. c. 88. §. 337. III. **Cn.** Neque praefecti, neque tribuni, aut caeteri, qui successoribus acceptis militare desinunt. fr. 21. de milit. testam. 29. 1. Quive, cum ei in provincia successum esset, exercitum successori non tradidit. fr. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Vsque ad adventum successoris omnia debere Procos. agere. fr. 10. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 49. §. 1. de iudic. 5. 1. Qui successorem ante tempus accepit. fr. 4. de off. adsess. 1. 22. Qui successorem suo periculo nominavit. fr. 15. §. 1. fr. 17. §. 14. ad munic. 50. 1. — **§. 3.** *Qui rerum alterius, universarum singularumve, ius in se transtulit.* I. **Sy.** Qui succedit in locum alterius. Succedens. fr. 7. §. 8. de iureiur. 12. 2. fr. 1. §. 13. Qu. legat. 43. 3. Th. C. XI. 3. c. 5. sine censu v. reliqu. Heres, similesque personae. Successores. fr. 5. §§. 5. 13. de h. qui effud. 9. 3. III. **Cn.** Heredum nomen, vel successorum, eorumque ad quos ea res per-

tinet. fr. 24. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Heres, bonorumve possessor, caeterique successores. fr. 14. §. 17. cf. fr. 6. pr. de relig. 11. 7. fr. 24. §. 1. fam. ercisc. 10. 2. Successores eius, sive emtione, sive quo alio modo successerint. fr. 51. pr. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 12. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Successores, sive in universum ius, sive in eam dumtaxat rem successerint. fr. 3. §. 1. de exc. rei vend. 21. 3. cf. fr. 19. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. Cavere, neque se neque successores suos (prohibituros etc.) fr. 7. si servit. 8. 5. — **§. 4.** *Qui in universum ius defuncti successit.* I. **Sy.** Heres. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Mortuorum bona veniunt, velut eorum quibus certum est neque heredes, neque bonorum possessores, neque ullum alium iustum successorem exsistere. Gai. III. 78. Quae (sc. possessio) vel ex negligentia domini vacet, vel quia dominus sine successore decesserit. Id. II. 51. Bona eius ad successores transmittuntur. fr. 1. §. 4. de requir. reis. 48. 17. Bona Latinorum pro ea parte ad successores pertinent. Gai. III. 61. Nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat. Vlp. XXIX. 1. Th. C. IV. 1. c. 1. de cret. v. B. Pne.

Successorius. (Adiect.) *Ad ordinem successionis spectans* (eorum videlicet, qui ex edicto Praetoris bonorum defuncti possessionem petere poterant.) III. **Cn.** Hi, quibus ex successorio edicto B. P. datur. Vlp. XXVIII. 12. fr. 1. pr. de success. edict. 38. 9. c. 2. eod. 6. 16. Ignorare, sibi ex successorio capite competere B. Pnem. fr. 1. §. 3. de iur. et facti ign. 22. 6.

Successus. (Subst.) *Prosperus eventus.* III. **Cn.** Successu meliore transscendere (ad superiorem gradum.) Th. C. VI. 23. c. 2. sq. de decur. et silent.

Succīdere. (Cf. v. Succīsus.) *Subtus caedere, Exscindere.* I. **Sy.** Recidere, Exscindere. Cf. v. Excīdere. Caedere. fr. 13. §§. 3. sq. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 5. pr. arb. furt. caes. 47. 7. fr. 30. pr. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ne quid in illo fundo faciat, fodiat, serat, succidat, putet, aedificet. fr. 1. §. 27. de aqua quot. 43. 20. cf. fr. 1. §. 12. de O. N. N. 39. 1. Cum aut lapis exemtus, aut arbor eruta, vel succisa est. fr. 19. pr. comm. div. 10. 3. Si quis radicitus arborem evellerit, — neque vel caedit, vel succidit, vel subsecuit. fr. 7. §. 2. arbor. furt. caes. 47. 7. Antequam radices coegerint, succidere, aut evellere (sc. salignеas virgas.) fr. 3. §. 3. ib. 47. 7. Quae (sc. silva) succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. fr. 30. pr. de V. S. 50. 16. Quod L. XII Tabb., ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur. Gai. IV. 11. fr. 28. §. 6. de iureiur. 12. 2.

Succĭdus. (Adiect.) *Recens tonsus,* (necdum purgatus.) III. **Cn.** Lana legata, sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria, legato cedit. Paul. III. 6. §. 82. fr. 70. §. 4. de legat. III. (32.)

Succinctus. (Partic.) *Ornatus, Instructus.* III. **Cn.** Comitivae primi ordinis — honore succinctus. Th. C. XVI. 5. c. 54. §. 3. de haeret. Plenissima luce et perfectissima elocutione, et iustissima iuris ratione succincti (sc. Pauli sententiarum libri.) Ib. I. 4. c. 2. (Wck.) de resp. prud.

Succīsus. (Partic.) **§. 1.** *Excisus, Praecisus.* (Cf. v. Succidere.) III. **Cn.** Succisis quasi quarundam virium nervis, reliqua lababuntur. Th. C. XI. 1. c. 4. de ann. et tribut. — **§. 2.** *Interuptus, Amputatus.* III. **Cn.** Temporibus praescriptionem in vindicatione rerum esse succisam. Ib. XIII. 6. c. 5. de praed. navicul. — **§. 3.** *Adtritus, Defectus.* III. **Cn.** Quoniam — succisos esse prosecuti sunt, huiusmodi possessionum retentatores — et minus idoneos (sc. fundos) suscipiant. Ib. XIII. 11. c. 8. de censitor.

Succumbere. *Subire, Parēre.* III. **Cn.** Necessitati erit succumbendum [al. succurrendum,] ne impossibile iniungatur tutelae munus. fr. 45. §. 4. de excusat. 27. 1. Convinci, et sic solutioni succumbere (sc. debitorem.) Th. C. II. 28. c. 1. de pecun. sequestr. Qui succubuerit legibus. c. 5. de iure fisci. 10. 1.

Succurrere. *Subvenire, Auxilium impertire.* I. **Sy.** Opem ferre, Auxilio esse. fr. 3. pr. §§. 4. sqq. fr. 14. fr. 19. de S.C. Silan. 29. 5. Subvenire, Adiuvare, Tueri. fr. 2. §§. 1. sqq. fr. 4. pr. §§. 2. sqq. si qu. cautt. 2. 11. fr. 43. §. 11. de adm. et peric. 26. 7. fr. 20. §. 4. de bon. libert. 38. 2. III. **Cn.** Non enim donat, qui necessariis oneribus succurrit. fr. 21. pr. de don. int. V. 24. 1. Non enim causae, sed personae succurritur, quae meruit praecipuum favorem. fr. 42. fr. 43. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Deceptis sine culpa sua — succurri oportebit. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. fr. 108. de R. I. 50. 17. Huius (sc. XXV annorum) aetatis hominibus — Praetor succurrit. Gai. II. 163. IV. 57. Facilius reis Praetor succurrit, quam actoribus. Id. §. 57. I. Praetori, de succurrendo ei, qui etc. — rescripsit (Imp.) fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. Iure succursum est patri, ut etc. fr. 6. pr. de iure dot. 23. 3. fr. 67. §. 8. de legat. II. (31.) Decreto succurrendum est, s. Causa cognita succurri debet ei. fr. 84. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 8. si qu. in fr. patr. 38. 5. cf. fr. 17. de const. pec. 13. 5. Per in integrum restitutionem, s. ex edicto (generali) succurritur eis. fr. 51. pr. de procur. 3. 3. fr. 57. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2.

Sucula. *Machina, quae vectibus versatur.* III. **Cn.** Quodsi regulis olea prematur, et praelum, et suculam, et regulas, et tympanum — dominum parare oportere. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2.

Suculus. *Porcellus.* III. **Cn.** Agni, hoedi, et vituli, et equuli, et suculi. §. 37. I. de R. D. 2. 1.

Sudare. *Vehementer laborare.* III **Cn.** Intra palatium congruo labore meruisse, vel armatam sudasse militiam. Th. C. VII. 20. c. 10. de veteran. Probata merita sudati diu laboris. Ib. VI. 14. c. 2. de comit. R. M.

Sudor. **§. 1.** *Humor destillans.* III. **Cn.** Si aqua sudoribus manando — effluere, atque ibi adparere incipit. fr. 1. §. 8. de aqua quot. 43. 20. — **§. 2.** *Labor, Aerumnae.* III. **Cn.** Si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos — pro sudore denarii XX mihi darentur. Gai. III. 146. Qui in sudore bellandi stipendiorum gradus meruerunt. Th. C. XIII. 1. c. 7. de lustr. collat. Scriniorum sacrorum emensis sudoribus. Ib. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic.

Suffectus. (Partic.) *Subrogatus, Substitutus.* I. **Sy.** Subiectus, Substitutus. Cf. v. Subiectus. §. 2. Vicarius. Nov. Val. III. de episc. iud. II. 35. c. 1. §§. 5. sq. III. **Cn.** Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, honorem suscipere. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2.

Sufferre. *Perferre, Sustinere.* I. **Sy.** Praestare (aestimationem litis.) Conferre (pecuniam.) fr. 17. §. 1. fr. 19. pr. de nox. act. 9. 4. fr. 22. pr. de act. rer. amot. 25. 2. III. **Cn.** Aut litis aestimationem sufferre, aut noxae dedere. — Nec rem ipsam restituere, nec litis aestimationem suff. Gai. IV. 75. 89. fr. 21. §. 2. de eviction. 21. 2. cf. fr. 17. §. 18. fr. 23. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 1. §. 1. si fam. furt. 47. 6. Nisi dominus — multam sufferre maluerit. fr. 3. §. 1. de term. mot. 47. 21. Cum unusquisque doli sui poenam sufferat. fr. 15. de tut. et rat. 27. 3.

Sufficere. §. **1.** *In locum alterius substituere. Subrogare.* III. **Cn.** X viri constituti anno uno, cum magistratum prorogarent sibi, — neque vellent deinceps sufficere magistratus [al. magistratibus.] fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Si, vocati edictis, — latere potius — maluerint, nec suffecerint qui ad vicem eorum munera patriae — exsolvant. Th. C. XII. 1. c. 161. de decurion. — §. **2.** *Subiicere.* I. **Sy.** Sufferre, Praestare (litis aestimationem.) fr. 40. pr. §. 1. de manum. testam. 40. 4. — §. **3.** *Satis posse, Satis esse.* I. **Sy.** Satisfacere. fr. 93. ad L. Falc. 35. 2. Solvendo esse. Sufficere (ad rem praestandam, sc. creditoribus.) Gai. III. 205. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. III. **Cn.** Quamvis — verba orationis minus sufficiant, tamen — ad sententiam orationis pertinere. fr. 32. §. 22. de don. int. V. 24. 1. Gai. III. 216. fr. 8. pr. de procur. 3. 3. Qui graviore animadversione indigent, quam ut sufficiat iis suspectorum infamia. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. Vt ius liberorum consecutae videantur, — sufficiet, — dummodo etc. Paul. IV. 9. §. 1. In huius persona sufficit etiam unius filii — ius. Gai. III. 53. Quod ideo receptum videtur, — cum sufficeret domino ad inquirendam rem suam anni, aut biennii, spatium. Id. II. 44. Qui expulsus a conductione, in aliam se coloniam contulit, non suffecturus duabus. fr. 24. §. 4. locat. 19. 2. Inutilis admodum, qui non sufficiat ad rei alicuius [al. cuius] administrationem. fr. 17. §. 17. cf. §. 15. de iniur. 47. 10. fr. 13. §. 1. de tutel. 26. 1. Si tanta — valetudine — prohibeatur, ut ne suis quidem negotiis sufficiat. fr. 45. §. 4. de excusat. 27. 1. cf. fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Vtrum frugi vitae, qui alias sufficere sibi possint; an sequioris, qui de alimentis pendeant? fr. 8. §. 11. de transact. 2. 15. — §. **4.** *Competere, Prodesse.* I. **Sy.** Competere, Esse (actionem.) fr. 29. pr. comm. div. 10. 3. fr. 22. commod. 13. 6. fr. 45. §. 1. locat. 19. 2. III. **Cn.** Sufficiat L. Cornelia substituto non alias, quam si etc. fr. 11. §. 1. de captiv. 49. 15.

Sufficiens. (Partic.) §. **1.** *Idoneus, Par.* III. **Cn.** Fluvii capaces (sc. naves,) ad mare non sufficientes. fr. 1. §. 12. cf. §. 6. de exerc. act. 14. 1. Bona debitoris non sufficientia. fr. 10. de manum. 40. 1. c. 8. de admin. tut. 5. 37. Sufficientes viri publicis muneribus. fr. 5. pr. de iure immun. 50. 6. Sufficientium testium facultatem non habere. fr. 8. §. 2. de iure codic. 29. 7. — §. **2.** *Necessarius* (ad vitam tolerandam.) III. **Cn.** Sufficientibus praebitis, et iustis operibus (contineri oportet servorum obsequium.) Coll. LL. II. III. 3.

Sufficienter. (Advb.) *Congrue, Idonee.* III. **Cn.** Suff. alere et vestire, secundum ordinem et dignitatem mancipiorum. fr. 15. §. 2. de usufr. 7. 1. Suff. videri defendisse. fr. 14. pr. sol. matrim. 24. 3.

Suffigere. *Adfigere, Infigere.* I. **Sy.** Adfigere (cruci.) Tollere in (crucem.) Paul. V. 21. §. 4. V. 23. §§. 15. 17. V. 25. §. 1.

Suffocare. *Spiritum praecludere, obstrictis faucibus.* III. **Cn.** Si quis alienum servum — in flumen proiecerit, et is suffocatus fuerit. Gai. III. 219.

Suffodere. *Subtus fodere.* III. **Cn.** Non cuniculum sub rivo aget, — quia suffosso eo aqua manabit, et rivus siccatur. fr. 11. pr. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Suffragari. §. **1.** *Suffragium ferre, Commendare.* I. **Sy.** Petitio. Suffragandi licentia. Th. C. VI. 27. c. 8. sq. de agent. in reb. — §. **2.** *Adiuvare, Prodesse.* III. **Cn.** Voluntatem praeterea defuncti — ei sententiae suffragari. fr. 95. de legat. III. (32.) Quae rescriptio — non suffragabitur. c. 1. si contra matr. vol. 5. 47. Th. C. XII. 1. c. 40. de decurion. Quibus, si tempora suffragantur, — copiam non negamus. Ib. IX. 40. c. 16. pr. de poen.

Suffragatio. *Commendatio.* III. **Cn.** Quibus meriti suffragatio conciliat nostra beneficia. Th. C. VI. 4. c. 10. §. 1. de Praet. et Qu.

Suffragator. §. **1.** *Qui suffragium ferendum in se recepit.* III. **Cn.** Quod dedit, apud suffragatorem eius manebit. Ib. II. 29. c. 1. si cert. pet. de suffr. — §. **2.** *Causarum patronus.* III. **Cn.** Nemo militantium fiat susceptor defensorve causarum, nec ad cognitionem alieni iurgii suffragator accedat. Ib. II. 12. c. 6. de cognitor.

Suffragium. §. **1.** *Sententia in concilio prolata.* I. **Sy.** Sententiam dicere. Suffragium ferre. fr. 1. §. 1. de albo scrib. 50. 3. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. II. **Op.** Voce regis, — Suffragio pópuli (creari.) fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. III. **Cn.** Magistratum, potestatemque, suffragio eorum, qui cuiusque municipii — erunt, habere. Tab. Heracl. 9. sqq. aer. Neap. Tribuum suffragio creari. fr. 2. §. 20. de O. I. 1. 2. Petiturus magistratum, — si turbam suffragiorum causa conduxerit. Paul. V. 30A. §. 1. Nec decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt. fr. 8. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 6. §. 1. de decurion. 50. 2. — §. **2.** *Precatio.* III. **Cn.** Innocenter adhibita suffragia. Th. C. IX. 16. c. 3. de malefic. — §. **3.** *Sacramentum.* I. **Sy.** Dei summi sacramenta. Extrema suffragia. Ib. XV. 7. c. 1. de scaenic. — §. **4.** *Patrocinium, Commendatio.* I **Sy.** Testimonium. Ib. VI. 22. c. 1. de honor. codic. III. **Cn.** Versari inter homines, et hominum carere suffragiis. Ib. XVI. 7. c. 4. pr. de apostat. Si qui, desideria sua explicare cupientes, ferri sibi a quoquam suffragium postularint. Ib. II. 29. c. 2. pr. si cert. pet. de suffr. Iudicum, defensorumque implorato suffragio. Ib. XV. 8. c. 2. de

lenon. Qui per suffragia Praesidum aut rationalium adepti sunt dignitatem. Ib. VI. 22. c. 3. cf. c. 2. c. 6. de honor. codic. VII. 1. c. 7. de R. M. — **§. 4. A.** *Honorarium, Emolumentum* (patrocinii praestiti.) III. **Cn.** Nec ipsam militiam, vel suffragium quodcunque pro ea, — in successionem — conferri. c. 5. de silent. et decur. 12. 16. — **§. 5.** *Beneficium, Praesidium.* III. **Cn.** Corporatis indulta suffragia. Th. C. XIV. 2. c. 3. de privil. corp. Suffragia munerum, et privilegia meritorum. Ib. IV. 8. c. 5. de liberali c. Quam — nulla comitantur suffragia liberorum. Ib. V. 1. c. 3. de legit. heredit. Suffragio iustae poenitentiae absolvi. fr. 19. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. Procedere temporis suffragium. fr. 24. de don. int. V. 24. 1. Th. C. XI. 36. c. 21. Quor. adp. n. rec. Cf. XI. 30. c. 22. de adp. et poen.

Suffugium. *Praesidium ultimum.* I. **Sy.** Perfugium. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ante quam orto nexu suffugium potius, quam munificentia frausque tentetur. Th. C. IX. 42. c. 1. §. 3. de bon. proscr.

Suffultus. Cf. v. Subfultus.

Suggerere. **§. 1.** *Clam supponere, Arte subiicere* (id, quod respondeatur.) III. **Cn.** Non debet specialiter interrogare, — sed generaliter: quis id fecerit? alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur. fr. 1. §. 21. de quaestion. 48. 18. — **§. 2.** *Adlegare, Profiteri.* III. **Cn.** Vltra vires facultatium est, quod decretum est, nec suggessit Praetori de statu facultatium. fr. 2. §. 2. ubi pup. 27. 2. A parte legatarii suggestum est etc. fr. 97. de legat. III. (32.) c. 8. ad L. Falc. 6. 50. — **§. 3.** *Relatione facta, denunciare.* III. **Cn.** Suggestio tui culminis, — per quam suggeritur etc. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 2. pr. Desideria Senatus ut suggeras, rogamus. Gesta in Sen. de recip. Th. C. Vt suggeritur. Providentissime suggesta. Nov. Th. II. de postul. I. 10. c. 1. pr. — **§. 4.** *Suadere, Commendare.* III. **Cn.** Novum consilium et remedium sugg. fr. 1. pr. de inspic. ventre 25. 4. Prout religio, v. admissum, suggerit. fr. 79. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 1. §. 2. de effract. 47. 18. Quae res in proposito quoque suggerit, ut etc. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. Aequitas suggerit. Humanitate suggerente. fr. 7. pr. de iure dot. 23. 3. fr. 13. pr. de lib. et posth. 28. 2. — **§. 5.** *Suppeditare.* III. **Cn.** Animalibus alimenta, quae fiscus noster suggerit, ministrare. Th. C. VIII. 5. c. 23. §. 3. de cursu pub. Cf. XIV. 6. c. 3. de calc. coctor.

Suggestio. **§. 1.** *Consultatio Principis, libello comprehensa.* III. **Cn.** Relationes, vel suggestiones iudicantium. c. 2. de LL. 1. 14. c. 34. de adp. et consult. 7. 62. In notitiam nostram suggestionibus iudicum perferendum. Ib. XIV. 6. c. 3. de calc. coctor. cf. X. 9. c. 2. de incorpor. XI. 30. c. 41. de adp. et poen. Suggestioni Illyricianae advocationis respondentes, decernimus. c. 5. de V. S. 6. 38. Cf. Th. C. VIII. 4. c. 4. de cohortal. — **§. 2.** *Denunciatio, Insinuatio.* I. **Sy.** Insinuatio. Cf. h. v. III. **Cn.** Officia — dispendiis subiacebunt, si in suggestione cessaverint. Th. C. IX. 40. c. 15. de poen. Cf. XI. 30. c. 59. de adp. et poen. XIII. 5. c. 16. pr. de navicul. Aedes publicas — passim dirui plectenda urbani officii suggestione. Nov. Maior. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. pr. §. 1.

Suggestus. (Subst.) **§. 1.** *Sedile magistratuum maiorum.* I. **Sy.** Consulatus insignia. Tanti suggestus infulae. Nov. Val. III. de honorat. II. 12. c. 1. §. 1. — **§. 2.** *Suggestio.* III. **Cn.** Teneri magistratus, — si ex suggestu eorum — Praeses dederit curatores. fr. 1. §. 5. de mag. conv. 27. 8.

Suggillare. *Laedere, Notare.* III. **Cn.** Neque doli exceptio, neque alia quidem [al. quaedam,] quae patroni parentisve opinionem apud bonos mores suggillet. fr. 4. §. 16. de d. m. exc. 44. 4. Si famosa actio non sit, vel pudorem non suggillat [al. suggilat, v. sugillet.] fr. 10. §. 12. de in ius voc. 2. 4.

Suggillatio. *Contumelia, Ignominia.* I. **Sy.** Iniuria. fr. 15. §. 35. de iniur. 47. 10.

Suggrunda. Cf. v. Subgrunda.

Surdus. *Qui aurium sensu caret.* III. **Cn.** Surdus — verba familiae emtoris exaudire non potest. Vlp. XX. 13. Surdus — per morbum nihil audit. fr. 3. §. 8. de S.C. Silan. 29. 5. fr. 1. Qui et a qu. man. 40. 9. Surdus, et mutus, si in totum non audiant, aut non loquantur. fr. 7. §. 1. de decur. 50. 2. cf. fr. 1. §. 3. de postul. 3. 1. (Cf. v. Mutus.)

Surgere. **§. 1.** *E lecto surgere.* III. **Cn.** Quod in lecto, — pigritia surgendi, urinam faciat. fr. 14. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Erigi, Extolli.* III. **Cn.** Ne qua synagoga in novam fabricam surgat. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 3. Nov. Maior. de aedif. pub. IV. 4. c. 1. §. 1.

Surrentinus. (Adiect.) *Ad Surrentum pertinens,* (Campaniae oppidum.) III. **Cn.** Vinum Surrentinum. fr. 16. pr. de trit. vino. 33. 6.

Surripere. Cf. v. Subripere.

Sursum. (Advb.) *In supera parte.* III. **Cn.** Sursum [al. susum] versum, vel deorsum (recta linea tendentes.) fr. 10. §§. 9. 12. de grad. et adf. 38. 10. Infinite, sursum versum. fr. 28. de probat. 22. 3.

Sus. *Porcus, porcave.* III. **Cn.** An sues pecudum adpellatione continentur? fr. 2. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 65. §. 4. de legat. III. (32.)

Susceptio. *Actus suscipiendi* (publicas pensitationes et praestationes.) *Munus susceptorum.* III. **Cn.** Si — solutionem facere gestienti negaverit susceptionis officium. Th. C. V. 13. c. 20. (Wck.) Ad susceptionem specierum venire. Annuas susceptiones peragere. Ib. XII. 6. c. 7. de susceptor. Redituum, v. Vectigalis, susceptio. c. 20. pr. §. 1. de agric. et censit. 11. 47. Th. C. XII. 1. c. 97. de decurion. Susceptionis, vel cuiuslibet necessitatis officium. Exactionis, vel susceptionis provincia. Ib. VIII. 7. c. 8. de div. offic. XII. 6. c. 18. c. 21. de susceptor.

Susceptor. **§. 1.** *Qui refugium praebet.* I. **Sy.** Receptor (adgressorum etc.) Cf. h. v. Qui susceperit (alienos colonos.) Iul. ep. nov. c. 21. §. 79. II. **Op.** Susceptor collusorum. — Lusor. fr. 1. §§. 1. sq. de aleat. 11. 5. — **§. 2.** *Qui recipit in se alienam litem.* III. **Cn.** Nemo militantium fiat susceptor, defensorve causarum. Th. C. II. 12. c. 6. de cognitor. — **§. 3.** *Qui munere fungitur suscipiendorum publice praebendorum,* (praesertim annonarum, et vestium, item auri.) III. **Cn.** Si quando ex adlectis, vel susceptoribus, aut tabulariis, quispiam ratiocinio — perhibetur obnoxius. Ib. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar. IX. 27. c. 7. ad L. Iul. repet. XII. 6. c. 1. de susceptor. Susceptores, adnotatores etc. Ib. c. 3. eod. Susceptores canonis, horreorumque praepositi. c. 24. cf. c. 5. c. 8. eod. Suseptt. diversarum specierum. Ib. XII. 1. c. 49. §. 2. de decurion. •Susceptores vini per provinciam. Susc. vestium. Susc. auri, vel argenti, s. Susc. aurarius. fr. 18. §. 20. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. VII. 4. c. 24. de erog. mil. ann. VII. 6. c. 1. de mil. vest. XII. 1. c. 173. §. 1. XII. 6. c. 17.

Susceptus. (Partic. Cf. v. Suscipere.) *Is, cui patrocinium aliquis praebet. Cliens.* III. **Cn.** Neve sub unius persona suscepti, fraude quadam aliena negotio inserenda esse pertentent (sc. causarum patroni.) Th. C. VI. 28. c. 4. de princ. ag. in reb.

Suscipere. **§. 1.** *Capere, Sumere.* III. **Cn.** Qui quondam adversus populum R. armis susceptis pugnaverunt. Gai. I. 14. — **§. 2.** *Accipere, Percipere.* I. **Sy.** Percipere, Sumere (annonas.) Th. C. VII. 4. c. 1. §. 5. sq. de erog. mil. ann. III. **Cn.** Quod (sc. aurum) infertur, aequa lance — suscipiatur. Ib. XII. 7. c. 1. de ponderat. Omnia tributa exigere, suscipere etc. Ib. I. 14. c. 1. (Wck.) de off. Prf. Aug. V. 13. c. 20. Expensio susceptarum specierum. Ib. XII. 6. c. 24. de susceptor. Vt ad heredem eius, qui suscepit (sc. fundum vectigalem,) pertineret. fr. 219. de V. S. 50. 16. Filia, quae dote a patre suscepta etc. Th. C. IV. 2. c. 1. unde lib. Pecuniam, v. Res donatas, suscipere. fr. 55. de procur. 3. 3. fr. 32. §. 1. de N. G. 3. 5. fr. 5. §. 1. de distr. pign. 20. 5. Nomina — suscipere quidem cogitur, non tamen exactionem periculo suo facere. fr. 35. fr. 44. pr. de adm. et peric. 26. 7. Rem perferendam — suscip. fr. 1. §. 1. de procur. 3. 3. — **§. 3.** *Recipere, Excipere, Admittere.* I. **Sy.**

Recipere. Cf. h. v. §. 4. Celare. Cf. h. v. Accipere. Cf. h. v. §. 4. III. ***Cn.*** Desertorem agro tectoque suscipere, atque apud se diu pati delitescere. Th. C. VII. 18. c. 5. de desertor. fr. 5. ad L. Fab. de plag. 48. 15. Eos milites — per vices ab omnibus — suscipi oportet. fr. 3. §. 13. de mun. et hon. 50. 4. Qui mercede servanda — suscipiunt. fr. 3. §. 5. de off. Prf. Vigg. 1. 15. cf. fr. 22. fr. 24. depos. 16. 3. Qui depositum, v. commodatum, suscepit. fr. 5. pr. ib. 16. 3. fr. 8. §. 3. de precar. 43. 26. Quidquid ex incendio — raptum, susceptum, suppressumve fuerit. Paul. V. 3. §. 2. — **§. 3. A.** *In familiam, v. domum, recipere.* III. ***Cn.*** Si uxorem non duxeris, si filios non susceperis. Paul. III. 4B. §. 2. Si uxor, — alii nupserit, et filiam susceperit. fr. 12. §. 3. fr. 25. de R. N. 23. 2. Th. C. XII. 1. c. 93. de decurion. Si quis susceperit quidem filium, verum vivus amiserit. fr. 17. §. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. Nepotes ex alio filio suscepti. Coll. LL. M. XVI. 3. Quidam cum filium alienum susciperet, tradenti promiserat etc. fr. 132. pr. de V. O. 45. 1. Partus susceptos — praestandos. fr. 77. §. 17. de legat. II. (31.) — **§. 3. B.** *In patrocinium suum recipere.* III. ***Cn.*** Suscipere plebem, et adversus publicam disciplinam defendere. Th. C. IX. 33. c. 1. de h. qui pleb. Cf. XI. 24. c. 3. sq. de patroc. vic. Patroni causarum monendi sunt, ne respectu compendii feminas — temere suscipiant. Ib. IX. 1. c. 3. de accus. — **§. 4.** *Subire, Sustinere.* I. ***Sy.*** Excipere. Cf. h. v. §. 3. Recipere. Cf. h. v. §§. 5. 6. Adgnoscere (hereditatem, v. iudicium.) fr. 87. pr. fr. 88. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 13. §. 3. de vacat. et exc. 50. 5. II. ***Op.*** Recusare (onus obligationis.) fr. 67. de procur. 3. 3. Remittere (iusiurandum.) fr. 6. de iureiur. 12. 2. III. ***Cn.*** Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, honorem suscipere. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Suscepti [al. suspecti] honoris — incrementa. Th. C. XIII. 3. c. 12. de medic. et prof. Copiam sui facere, et ad suscipiendum iudicium paratum esse. fr. 5. §. 3. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Cf. fr. 7. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Vtrum malint ipsi suscipere iudicium, an pupillum exhibere. fr. 1. §§. 2. sq. de adm. et peric. 26. 7. Communem causam — persequi, vel suscipere. fr. 8. §. 2. de procur. 3. 3. cf. fr. 3. §. 8. de bon. eor. qui a. sent. 48. 21. Paul. V. 1. §. 5. Si suscepit actionem fideicommissi, et — hanc omisit. fr. 52. pr. de iudic. 5. 1. Qui ex pluribus tutoribus — solus administrationem suscepit. fr. 53. §. 3. de furt. 47. 2. Vocari ad suscipiendum officium tutelae. fr. 17. §. 5. de excusat. 27. 1. Vatic. §. 153. Liberis tutelam, quam sponte suscepisti, praebe. Ib. §. 154. Operam susc. gratis. fr. 22. de praescr. vv. 19. 5. Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis consummare. fr. 17. §. 3. fr. 22. §. 11. mand. 17. 1. Non esse duos reos, a quibus impar suscepta est obligatio. fr. 9. §. 1. de duob. reis. 45. 2. Hi neque ad testamentum faciendum, neque ad res mancipi alienandas, neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur. Gai. I. 192. Si mulier hereditatem alicuius adeat, ut aes alienum eius suscipiat. fr. 32. pr. ad S.C. Vell. 16. 1 Gai. II. 167. Qui fidem tacitam susceperunt. fr. 13. §. 7. fr. 46. §. 1. de iure fisci. 49. 14. Alter (sc. codex) — magisterium vitae suscipiet. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. In omnibus — subsignationem facultatium — suscipiat (inquisitor.) Ib. XIII. 11. c. 5. §. 1. de censitor. — **§. 5.** *Concipere, Nuncupare.* III. ***Cn.*** Pro salute Principis vota suscipiuntur. fr. 233. §. 1. de V. S. 50. 16.

Suscipiens. (Partic.) **§. 1.** ***Qui susceptionis munere fungitur.*** I. ***Sy.*** Susceptor. Th. C. XII. 6. c. 1. sqq. de susceptor. — **§. 2.** ***Qui iudicium adversarii excepit. Reus.*** II. ***Op.*** Intentans. Ib. XI. 39. c. 12. de fide test.

Suscitare. *Resuscitare.* III. ***Cn.*** Silentium maneat semper, et non a posteritate eius suscitari concedatur. c. 10. de revoc. don. 8. 56.

Suspectio. *Suspicio.* III. ***Cn.*** Per quos inhonestae vitae suspectio possit emergere. Iul. ep. nov. c. 115. §. 477.

Suspecto. (Advb.) *Suspicione urgente.* III. ***Cn.*** Qui mortem libertorum, suspecto decedentium, non defenderunt. fr. 21. de h. qu. ut indign. 34. 9.

Suspectus. (Adiect.) **§. 1.** ***Is, quem suspicio premit.*** (Cuius fides et integritas improbatur.) II. ***Op.*** Vir omnibus modis probatus. fr. 3. §. 4. de lib. exhib. 43. 30. Fidelis (et diligens.) fr. 8. de susp. tut. 26. 10. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. III. ***Cn.*** Si suspecta persona sit, vel turpis. fr. 17. §. 1. de test. tut. 26. 2. fr. 3. §. 4. de lib. exhib. 43. 30. Mater, quae suspectam habuit mariti — vitam. fr. 50. pr. de legat. III. (32.) Suspectos gratiae testes, et eos — quos — vitae humilitas infamaverit. Paul. V. 15. §. 1. cf. Vatic. §. 324. Aetas — suspectiores quoque eosdem facit ad mentiendi facultatem. fr. 15. §. 1. de quaestion. 48. 18. A suspectissimo incipiendum. fr. 1. §. 2. cf. §. 1. ib. 48. 18. Quoties scriptura — suspecta dicitur. Th. C. XI. 39. c. 4. c. 7. de fide test. Suspectum tutorem eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. fr. 8. de susp. tut. 26. 10. Imputabitur eis, — cur, si male eum conversari videbant, suspectum non fecerunt. fr. 3. §. 2. fr. 9. §. 8. de adm. et peric. 26. 7. cf. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. I. 12. Gai. I. 182. Vlp. XI. 23. Si suspectus tutor postuletur. fr. 39. §. 7. de procur. 3. 3. Suspecto tutore pupilli accusato. fr. 4. §. 2. Qui pet. tut. 26. 6. fr. 11. §. 11. ad S.C. Turp. 48. 16. Crimen suspecti. fr. 1. §§. 1. sq. de susp. tut. 26. 10. — **§. 2.** ***Non tutus, Non idoneus*** (ad solvendum.) III. ***Cn.*** Qui suspectam habens, vel minus idoneam (custodiam domus.) Paul. II. 12. §. 4. Aut propter genus actionis satisdatur, aut propter personam, quia suspecta sit. Gai. IV. 102. Si suspectus avus sit, quasi consumturus bona nepotis. fr. 16. de B. P. c. t. 37. 4. Si recuset scriptus heres adire hereditatem, quod dicat eam sibi suspectam esse, quasi damnosam. Gai. II. 258. Paul. IV. 4. §. 4. Qui facultates suas suspectas habet. Gai. II. 154. fr. 2. pr. sol. matrim. 24. 3. — **§. 3.** *Exspectatus.* III. ***Cn.*** Ne — in locis non sui iuris per famam suspecta rimetur. Th. C. X. 18. c. 2. §. 1. de thesaur. (Cf. v. Suscipere. §. 4.)

Suspendere. **§. 1.** ***Sursum adpendere. In alto collocare.*** III. ***Cn.*** Accendere lumina, — serta suspendere. Th. C. XVI. 10. c. 12. pr. de pagan. Quod cum suspenderetur, decidit. fr. 1. §. 3. de h. qu. effud. 9.

9. 3. — **§. 2.** *Adfigere* (cruci.) *Obstringere* (gulam.) I. ***Sy.*** Subiicere (furcae.) Tollere in (furcam.) fr. 9. §. 11. fr. 28. §. 15. fr. 38. §§. 1. sq. de poen. 48. 19. III. ***Cn.*** Suspendi laqueo praecipere. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv. — **§. 3.** *Examen trutinae inire.* III. ***Cn.*** Aequis ac paribus suspenso statere momentis. Ib. XII. 7. c. 1. de ponderat. — **§. 4.** *Differre, Incertum reddere.* I ***Sy.*** Pendēre, Suspendi. fr. 18. comm. praed. 8. 4. II. ***Op.*** Ex praesenti vires accipere. — Suspendi. Vatic. §. 55. III. ***Cn.*** Quod sub conditione debetur, — eadem conditione suspenditur. fr. 19. pr. de const. pec. 13. 5. fr. 79. pr. de cond. et dem. 35. 1. cf. fr. 37. de R. C. 12. 1. Status eius extrinsecus suspenditur. fr. 76. §. 4. de legat. II. (31.) Nec interposita provocatione sententiam — suspendat. Th. C. IX. 10. c. 1. ad L. Iul. de vi pub. cf. XI. 36. c. 6. Quor. adp. n. rec. (Cf. v. Suspensus.)

Suspendiosus. *Qui suspendio sibi mortem conscivit.* III. ***Cn.*** Nec suspendiosi, nec qui manus sibi intulerunt. fr. 11. §. 3. de h. qu. not. inf. 3. 2.

Suspendium. §. 1. *Suspensio, per laqueum collo iniectum.* III. ***Cn.*** Vitam suspendio finire. fr. 3. §. 2. de bon. eor. qu. a. sent. 48. 21. — **§. 2.** *Genus tormentorum.* III. ***Cn.*** Saeva custodia, suspendiorum crudelitas, et universa tormenta. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 6.

Suspensus. (Partic.) **§. 1.** *In alto fultus, Pendens.* III. ***Cn.*** Si amphora ex reticulo suspensa decidisset. fr. 5. §. 12. cf. fr. 1. §. 3. de h. qu. effud. 9. 3. — **§. 2.** *Nondum certus. Non finitus, v. compositus.* I. ***Sy.*** Pendēre. In suspenso esse. Cf. v. Pendēre. §. 4. II. ***Op.*** Suspensa lite. — Post causam actam. fr. 1. §. 12. de extr. cogn. 50. 13. III. ***Cn.*** Interdum, etiamsi pura sit venditio, propter iuris conditionem in suspenso est. fr. 43. §. 10. de Aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 15. de suis et legit. 38. 16. Interim quidem nihil a debitore peti posse, sed in suspenso haberi liberationem. fr. 12. §. 1. de distr. pign. 20. 5. Vt libertas suspensa sit sub conditione. fr. 44. de man. testam. 40. 4. cf. fr. 34. fam. ercisc. 10. 2. Suspensa cognitione. Suspenso crimine. fr. 86. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 21. de accus. 48. 2. Exsecutione suspensa. Th. C. XI. 36. c. 25. Quor. adp. n. rec.

Suspicari. *Opinari, Coniicere.* III. ***Cn.*** Ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, et ne faceret timebat. fr. 6. pr. de A. v. A. P. 41. 2. Si potuit suspicari, iusta scilicet ratione motus. fr. 11. depos. 16. 3. Quae de mariti moribus secus suspicatur. c. 25. de inoff. testam. 3. 28. Si suspicati fuerint, in quem locum eiectae sunt (sc. res,) requisituri. fr. 8. de L. Rhod. 14. 2.

Suspicax. (Adiect.) *Suspiciosus.* III. ***Cn.*** Eruere suis casibus suspicaces mortalium mentes. Nov. Anthem. de mulier. VI. 1. c. 1. §. 1.

Suspicere. *Venerari.* III. ***Cn.*** Nemo — mortali opere formata simulacra suspiciat. Th. C. XVI. 10. c. 10. sq. de pagan.

Suspicio. §. 1. *Incerta opinio. Leve indicium.* III. ***Cn.*** Si tibi liquido compertum est, — nec subest ulla suspicio etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Si sine dolo omni reddat, h. e. ut nec culpae quidem suspicio sit. fr. 11. depos. 16. 3. Mulier, in qua turpis suspicio cadere potest. fr. 41. §. 1. de milit. testam. 29. 1. Si — ad suspicionem iudicem adducam. fr. 40. ad L. Aqu. 9. 2. Si suspicione aliqua reus urgeatur. Paul. V. 14. §. 1. Th. C. IX. 34. c. 2. de famos. libell. — **§. 2.** *Cogitatio, Exspectatio.* III. ***Cn.*** Aliqua necessitate urgente, vel necessitatis suspicione. fr. 3. §. 10. de N. G. 3. 5. Si nec vir aut moriatur, aut suspicione mortis, propter quam donavit, liberetur. fr. 20. de donat. int. V. 24. 1.

Suspirium. *Gemitus.* III. ***Cn.*** Habere inexhaustum dolorem atque aeterna suspiria. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 1.

Sustentare. §. 1. *Opitulari, Tolerare (vitam.)* III. ***Cn.*** Cuius substantia alias possessiones sustentare consueverat. Th. C. XI. 1. c. 4. de ann. et tribut. Alimenta mulieri statuere debet, nec ad rem pertinet, an dotem habeat, unde sustentare se possit. fr. 5. pr. de ventre in poss. 37. 9. cf. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Sustinere.* I. ***Sy.*** Sustinere (munus.) Th. C. XI. 23. c. 1. c. 4. de protostas. III. ***Cn.*** Quibus iuvenes suffulti, possint graviora — sustentare. c. 2. §. 11. cf. c. 1. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 3.** *Tenere, Continere.* III. ***Cn.*** Qui mansionum spatio angustiore sustentantur. Th. C. XV. 2. c. 3. de aquaed.

Sustentatio. *Praestatio praesidiorum vitae.* III. ***Cn.*** Cum exinde sustentatio, vel educatio, orphanis atque egenis — comparetur. c. 35. cf. c. 49. §. 6. de episc. et cler. 1. 3. Fructibus — ad sustentationem tam sui, quam mariti, — abutatur. c. 29. de iure dot. 5. 12.

Sustinere. §. 1. *Fulcire, Ferre.* III. ***Cn.*** Contignatio, qua id (sc. conclave) sustinebitur. fr. 47. de damn. inf. 39. 2. Insula, quae — levi materia sustinetur in flumine. fr. 65. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Vasa, — quae aliquid sustineant. fr. 19. §. 10. de auro arg. 34. 2. Non opus novum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet. fr. 1. §. 13. de O. N. N. 39. 1. — **§. 2.** *Vitae praesidia exhibere.* I. ***Sy.*** Alere, Sustentare. fr. 73. §. 1. de iure dot. 23. 3. fr. 1. §. 19. fr. 5. pr. de ventre in poss. 37. 9. III. ***Cn.*** Ea sola, sine quibus foetus sustineri, et ad partum usque produci non possit. fr. 1. §. 19. l. 37. 9. cf. fr. 13. §. 2. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 3.** *Tenere, Tueri.* I. ***Sy.*** Administrare (negotia.) Sustinere administrationem. fr. 17. §. 3. de iureiur. 12. 2. fr. 100. de solut. 46. 3. III. ***Cn.*** Ius honoris, quem sustinet. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. fr. 10. de mun. et hon. 50. 4. Collegam eius interim utriusque officium sustinere. fr. 21. §. 2. de adp. et relat. 49. 1. Sust. partes (petitoris, v. defensoris.) fr. 45. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 5. §. 20. fr. 15. de O. N. N. 39. 1. Gai. IV. 160. Sust. vices, v. personam (duorum.) fr. 9. pr. de pact. 2. 14. fr. 1. §. 4. de stip. servor. 45. 3. — **§. 4.** *Subire, Sufferre.* I. ***Sy.*** Subire, Adgnoscere. Cf. v. Subire. §. 4. Suscipere (iudicium.) fr. 24. §§. 3. sq. de liberali c. 40. 12. Tolerare. Th. C. IX. 37. c. 2. de abolit. III. ***Cn.*** Sust. vim (terrae motus.) fr. 24. §. 4.

de damn. inf. 39. 2. Vectigalia, et patrimoniorum onera solemnia (sustinere.) fr. 2. §. 1. de veteran. 49. 18. fr. 5. §. 12. de iure imm. 50. 6. Vt aes alienum — solus sustineret. fr. 39. §. 5. fam. ercisc. 10. 2. Totius hereditatis onera sustinere. Gai. II. 226. 257. Capitis deminutionem sust. c. 2. de legit. tut. 5. 30. Poenam subire, quam sustineret, si etc. fr. 1. pr. de poen. 48. 19. Crimen sustinere. c. 2. ad L. Iul. mai. 9. 8. Sententiam iudicis, s. Condemnationem, sust. c. 8. de h. qu. ut ind. 6. 35. c. 2. de accus. 9. 2. Duas obligationes sustinere (reum.) fr. 13. de duob. reis. 45. 2. fr. 5. de fideiuss. 46. 1. — **§. 5.** *Suspendere, Differre.* I. **Sy.** Differri, Sustineri, Dilationem accipere. fr. 5. §. 1. fr. 7. pr. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Cf. v. Dilatio. Remorari. fr. 5. §. 9. de iniusto rupt. 28. 3. fr. 6. pr. de poen. 48. 19. III. **Cn.** Non statim ab eo transferenda est possessio, sed sustinendum, donec etc. fr. 2. §. 9. de collat. bon. 37. 6. cf. fr. 5. §. 1. de hered. pet. 5. 3. In id tempus sustinere, quo etc. fr. 62. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 1. §. 3. si fam. furt. 47. 6. Sustinendum iudicium, ne praeiudicium — fiat. fr. 24. §. 4. de liberali. c. 40. 12.

Sustollere. **§. 1.** *Adtollere, Erigere.* III. **Cn.** Si quis novum opus — sustollere — molietur. Th. C. XV. 1. c. 28. de opp. pub. — **§. 2.** *Suscipere* (liberos.) Cf. v. Tollere. — **§. 3.** *Tolerare, Sustinere.* III. **Cn.** Non debebit ex integro adversus eum, qui litis aestimationem sustulerit, dari (sc. actio.) fr. 6. de sepulc. viol. 47. 12. cf. fr. 9. §. 1. de furt. 47. 2.

Susum. Cf. v. Sursum.

Susurrus. *Sonus submissus* (eorum, qui cantamina immurmurant.) III. **Cn.** Qui artibus odiosis, tam venenis quam susurris magicis, homines occiderint. §. 5. I. de pub. iud. 4. 18. Iul. ep. nov. c. 107. §. 375.

Sutela. *Dolosa astutia.* III. **Cn.** Per tormenta fraudium suarum sutelas detegi posse. Th. C. VIII. 1. c. 7. de numerar.

Sutor. *Qui calceos suit.* III. **Cn.** Si sutor puero — forma calcei — cervicem percusserit. fr. 13. §. 4. locat. 19. 2. Ancillae, quae vestimenta rusticis faciunt, — et sutor. Paul. III. 6. §. 37. Alumno meo — vernam sutorem, qui eum artificio suo, mercede data, alere poterit. fr. 78. §. 12. ad S.C. Treb. 36. 1.

Sutrinus. (Adiect.) *Ad Sutrium pertinens,* (Etruriae oppidum.) III. **Cn.** Fundus Sutrinus. fr. 35. de S. P. R. 8. 3.

Suum. (Subst.) **§. 1.** *Quod ad personam certam, eiusque ingenium spectat.* III. **Cn.** Is liber — adpellatur ius civile Papirianum; non quia Papirius de suo quidquam ibi adiecit etc. fr. 2. §§. 2. 7. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Quod iuris nostri est. Quodcunque competit nobis.* I. **Sy.** Id, quod sibi debetur, Suum (recipere.) fr. 21. pr. de donat. 39. 5. fr. 6. §. 6. Qu. in fr. cred. 42. 8. III. **Cn.** Hanc esse iustitiam, quae suum cuique ita tribuit, ut etc. fr. 31. §. 1. depos. 16. 3. fr. 10. pr. §. 1. de I. et I. 1. 1. Vigilare, ad suum consequendum. Posse ad suum pervenire. fr. 21. pr. de pecul. 15. 1. fr. 1. §. 16. si is qui testam. lib. 47. 4. Omnia Procos. agit, ut, qui contraxit, — suum consequatur. fr. 1. Qu. c. eo qui in al. pot. 14. 5. fr. 37. de iure fisci. 49. 14. Gai. II. 55. III. 205. — **§. 3.** *Quod bonorum alicuius est. Patrimonium.* II. **Op.** De re, s. patrimonio alterius, — De suo (erogare.) fr. 34. de N. G. 3. 5. Sive de suo, — sive unde voluerit, (dare.) fr. 12. pr. de legat. II. (31.) III. **Cn.** Nec suum quidquam habere. Nihil suum habere posse. fr. 14. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 10. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Gai. II. 87. 96. Omnia sua (rogari restituere.) fr. 14. §. 8. fr. 15. fr. 30. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. Aliud est reddere, aliud quasi de suo dare. fr. 1. §. 33. depos. 16. 3. fr. 7. §. 1. de opp. pub. 50. 10. Si volet, suo vivito. L. XII Tabb. III. 4. Non animo heredis — gerere, sed — pro suo. fr. 20. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Species possessionis, quae vocatur „pro suo." fr. 2. pro suo. 41. 10. Vatic. §. 111. Res quidem pro donato, vel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usucapit. Ib. §. 260. fr. 5. de usurp. 41. 3. — **§. 4.** *Solum, Praedium, nostrum.* I. **Sy.** Locus, Praedium. fr. 6. §. 4. de R. D. 1. 8. fr. 61. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Aquam pluviam in suo retinere, vel superficientem ex vicini in suum derivare. fr. 1. §. 11. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Quodsi quis in mari, vel in litore aedificet, licet in suo non aedificet. fr. 1. §. 18. de O. N. N. 39. 1. fr. 26. de damno inf. 39. 2. cf. fr. 8. §. 6. si servit. 8. 6. Habitare, — vel in suo, vel in conducto. fr. 1. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3.

Suus. (Subst.) **§. 1.** *Qui est eiusdem regionis, vel ordinis.* I. **Sy.** In patria sua. Apud suos. fr. 8. §. 5. fr. 9. pr. de vac. et exc. 50. 5. In plebem reiici. Suis restitui. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. III. **Cn.** Captivus, si — pervenerit ad suos. fr. 5. §. 3. fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. Ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur. Paul. V. 12. §. 5. — **§. 2.** *Qui est eiusdem domus.* I. **Sy.** Homines sui. Sui (p. se.) fr. 73. §. 1. de iure dot. 23. 3. fr. 21. §. 1. de don. int. V. 24. 1. Th. C. XIII. 1. c. 6. de lustr. coll. Cognatus, vel parens, vel adfinis. Necessarii. Sui. fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 3. §. 11. de hom. lib. exhib. 43. 29. fr. 1. sq. de accus. 48. 2. fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16. Amici, et clientes, et universi, quos circa se habet. fr. 3. §. 6. de penu leg. 33. 9. III. **Cn.** Suis manibus, vel per suos (retinere.) fr. 1. §. 1. de eo p. qu. fact. 2. 10. Se, suosque (alere.) fr. 73. §. 1. de iure dot. 23. 3. Sibi habeat, suis relinquat. Th. C. V. 13. c. 30. (Wck.) Ipse, suisque (in eo fundo morari licere.) fr. 21. de precar. 43. 26. Sibi, vel suis (stuprum inferentem, occidere.) fr. 1. §. 4. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Suam, suorumque (culpam praestare, v. iniuriam persequi.) fr. 6. §. 2. de h. qui effud. 9. 3. fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16. Th. C. IX. 1. c. 3. de accus. — **§. 3.** *Qui, quaeve, in potestate, vel manu, alterius constitutus, constitutave, ipsique patrifam. necessarius heres futurus est.* I. **Sy.** Liberi, quos in potestate habemus, (caeterique qui liberorum loco sunt.) Domestici, Sui (heredes.) Vlp. XXII. 14. sqq. 19. sq. XXVI. 1. Gai. II. 157. III. 26. fr. 1. §. 2. de suis et legit. 38. 16. fr. 7. pr. de bon. damn. 48. 20. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. Sui et legitimi patri (liberi.) Legitimi, et suis patribus successores. c. 19. c. 23. §. 2. de nupt. 5. 4. II. **Op.** Eman-

cipatus. Cf. v. Emancipare. Extraneus. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Sui heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, — item uxor, quae in manu est. Vlp. XXII. 14. XXIX. 1. Gai. III. 2. sq. 40. sq. Suorum heredum numero sunt posthumi liberi, — si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint. Vlp. XXII. 15. Gai. II. 241. c. 11. de collat. 6. 20. Adgnascitur suus heres, aut adgnascendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in locum sui heredis succedendo. Vlp. XXIII. 3. XXVI. 3. fr. 13. de iniusto rupt. 28. 3. Gai. II. 138. Filiae loco esse incipit, et quasi sua est. Id. II. 139. cf. III. 3. 40. Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit. fr. 29. §§. 13. sq. de lib. et posth. 28. 2. Gai. II. 156. III. 19. Licet non fuerint in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur. Paul. IV. 8. §. 7. Si intestato moritur, cui suus heres nec sit, adgnatus proximus familiam habeto. Vlp. XXVI. 1. Gai. III. 1. sqq. 27. 29. 37. Paul. IV. 8. §§. 3. 13. Si ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad B. Pnem a Praetore vocatur. Vlp. XXVI. 8. Sui et necessarii, — Necessarii tantum (heredes.) Id. XXII. 24. Gai. II. 152. sqq. 160. sqq. Nihil praeiudicare filio, — non tantum in iure sui etc. fr. 1. §. 15. de adgn. et alend. 25. 3. Cui filius suus testis esse non debet. Vlp. XX. 5.

Suus. (Adiect.) **§. 1.** *Proprius, Peculiaris.* I. **Sy.** Proprius. Cf. h. v. §. 1. Liber (a patre.) Sui iuris. Vlp. X. 1. sq. II. **Op.** Obligatus, Obnoxius (alii.) Th. C. XII. 1. c. 74. §. 5. de decurion. Communis. fr. 9. de I. et I. 1. 1. fr. 2. §. 5. de O. I. 1. 2. fr. 6. §. 4. de R. D. 1. 8. Alienus. Gai. I. 48. sqq. Vlp. V. 2. VI. 6. Suo, — Interposito (nomine.) Subiectis (aliorum nominibus.) Th. C. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. fr. 2. §. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Ad fictionem alterius (exprimi.) — Sua vi ac potestate (constare.) Gai. IV. 10. 33. III. **Cn.** Non suo vitio, sed necessitate iuris, (bonorum venditionem pati.) Id. II. 154. Th. C. X. 10. c. 27. §. 3. c. 30. §. 1. de petit. et ultro dat. Sine suo dolo malo impeditus. fr. 2. §. 1. si qu. cautt. 2. 11. Sua fide accipere. fr. 28. §. 1. ad S.C. Vell. 16. 1. In sua potestate non videtur habere, qui non est suae potestatis. fr. 21. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Vlp. XXIII. 6. cf. XX. 11. sq. In suam tutelam venire. Gai. II. 179. Suam facere (litem.) Id. IV. 52. Suos habere fines. fr. 60. §. 2. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *In dominio nostro constitutus.* I. **Sy.** Qui sunt pleno iure (testantis,) Sui (servi.) fr. 73. pr. §§. 1. sqq. cf. fr. 71. sq. fr. 74. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Rem paternam, vel suam, — recuperare. Th. C. XI. 20. c. 2. de collat. donat. Alienam rem, tamquam suam, — relinquere. Paul. IV. 1. §. 8. Gai. II. 210. 220. Suum esse credens, vendere aut donare. Id. II. 50. Iurare, suum non esse, neque sibi commune esse. fr. 239. §. 9. de V. S. 50. 16. cf. fr. 11. pr. §§. 1. sq. de iureiur. 12. 2. Intendere: „Suum esse (ex iure Quirit.) Gai. IV. 34. 92. cf. II. 194. Vindicare nummos suos. Id. II. 82. Adversus excipientem: „Si non suus esset,“ replicatione uti. fr. 4. §. 32. de Pub. in R. A. 6. 2. Testari de sua re. Gai. II. 224. Vlp. XI. 14. XX. 13. Omne suum, s. quod suum esset, (sc. argentum.) fr. 27. §§. 2. sqq. fr. 34. pr. de auro arg. 34. 2. Aut iure civili, aut gentium, suos facere (fructus.) fr. 62. pr. de usufr. 7. 1. fr. 45. cf. fr. 25. pr. de usur. 22. 1. — **§. 3.** *Patrius, Nativus.* III. **Cn.** In sua cuiusque patria. In sua provincia. fr. 203. de V. S. 50. 16. cf. fr. 1. §. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 3. de off. adsess. 1. 22. Adversus leges civitatis suae testari. Vlp. XX. 14. Ius suum populi. fr. 1. de popul. act. 47. 23. — **§. 4.** *Iustus, Legitimus.* I. **Sy.** Iustus. Cf. h. v. §. 1 A. Matura, Iusta (aetas.) fr. 50. §. 6. de legat. III. (32.) Sua natura (intercidere.) Naturalis (interitus.) fr. 14. §. 1. depos. 16. 3. Ad diem, Statuto tempore, Sua die (solvere.) fr. 10. pr. §. 1. de resc. vend. 18. 5. fr. 17. §. 2. Qu. in fr. cred. 42. 8. II. **Op.** Suae mentis, — Insanus, Furiosus (esse.) Suus non esse. fr. 39. pr. de iudic. 5. 1. fr. 7. §. 9. Qu. ex c. in poss. 42. 4. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. III. **Cn.** Sua morte decedere. fr. 28. pr. de bon. libert. 38. 2. fr. 7. §. 1. de bon. damn. 48. 20. Suo iure legatum (possidere etc.) Iul. ep. nov. c. 36. §. 147. Suo pretio (vendere res suas.) fr. 9. de act. rer. am. 25. 2. Apud suum iudicem (quaeri.) — Non a suo iudice dicta (sententia.) c. 2. de iure reip. 11. 29. Th. C. IV. 6. c. 2. de re iud. Non hodie stipulari, sed sua die. fr. 47. de V. O. 45. 1. Secundum sua tempora (solvenda dos.) fr. 43. §. 1. de iure dot. 23. 3. Opera rustica suo quoque [al. quaeque] tempore facere. fr. 25. §. 3. locat. 19. 2. cf. fr. 14. §. 1. de R. M. 49. 16. Nisi sua quaque die pecunia soluta esset. fr. 8. §. 3. de pign. act. 13. 7. — **§. 5.** *Suus, i. e. Noster, v. Alterius.* III. **Cn.** Novare possumus aut ipsi, si sui iuris sumus. fr. 20. pr. de novat. 46. 2. Ipsi, et factio sua. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Mulieri non licere, propter suas pravas cupiditates marito repudium mittere. Th. C. III. 16. c. 1. de repud. Si quis „bona sua“ — rogaverit restituere. fr. 30. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1.

Sycaminon. *Ficus Aegyptia, moro similis.* III. **Cn.** Si quis arborem sycaminonem [al. sycomorum, v. sycaminon] exciderit; — hae arbores colligunt aggeres Niloticos. fr. 10. de extr. crim. 47. 11.

Syce. *Regio urbis Constantinopolitanae.* Et si Iustinianas, vel Sycas non transierint, intra novos muros videatur esse. Iul. ep. nov. c. 53. §. 195. Cf. c. 18. de SS. eccl. 1. 2.

Syllaba. *Comprehensio litterarum.* III. **Cn.** Iuris formulae, aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus. c. 1. de formul. 2. 58. In syllaba errasse. fr. 54. pr. de manum. test. 40. 4. Syllaba: „prae,“ v. „et.“ Gai. II. 221. fr. 66. de hered. inst. 28. 5.

Symbolum. *Summa fidei catholicae.* III. **Cn.** Chalcedonensis synodus, — nihil adimens SS. symbolo, neque adiiciens. c. 8. pr. de haeret. 1. 5.

Symphonia. *Corpus symphoniacorum servorum.* III. **Cn.** Si — histrionem balneatorem faciat, vel de symphonia [al. symphoniaco] atriensem. fr. 15. §. 1. de usufr. 7. 1.

Symphoniacus. *Qui peritus est musicorum concentuum* (cum aliis conficiendorum.) III. **Cn.** Si ex gemellis, vel ex comoedis, vel ex symphoniacis unus occisus fuerit. Gai. III. 212. fr. 22. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Synagoga. *Concilium, item templum, Iudaeorum.* I. **Sy.** Conventiculum Iudaeorum. Th. C. XVI. 8. c. 2. c. 20. pr. c. 21. sq. de Iud. III. **Cn.** Hierei, et archisynagogi, et patres synagogarum, et caeteri qui synagogis deserviunt. Ib. c. 4. l. In synagogam iudaicae legis — irruentes. Ib. VII. 8. c. 2. de metat.

Synallagma. *Conventio, Placitum,* (mutuae praestationis.) I. **Sy.** Vltro citroque obligatio. fr. 7. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 19. de V. S. 50. 16.

Syndicus. *Patronus causarum* (civitatis, aut collegii.) I. **Sy.** Defensor (civitatis.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Quibus permissum est corpus habere collegii, — proprium est, ad exemplum reip. habere — actorem, sive syndicum. fr. 1. §§ 1. sq. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Procurator, tutor, curator, municipumve syndicus. fr. 5. §. 10. Qu. vi aut cl. 43. 24. Iul. ep. nov. c. 74. §. 268. Cf. Th. C. XVI. 2. c. 42. §. 2. de episc. eccl.

Synedrium. *Concilium, Conventus.* III. **Cn.** Iudaeorum primates, qui in utriusque Palaestinae synedriis nominantur. Th. C. XVI. 8. c. 29. de Iud. Cf. fr. 6. de decr. ab ord. 50. 9.

Syngrapha. *Exemplum scripturae, nominis inter creditorem et debitorem contracti testimonium praebens,* (subscriptione utriusque munitum.) III. **Cn.** Chirographis et syngraphis (sc. litterarum obligatio fieri videtur,) i. e. si quis debere se, aut daturum se, scribat. Gai. III. 134. Cf. Theophili paraphr. III. 21.

Synodus. *Concilium (episcoporum.)* I. **Sy.** Sanctissimus coetus antistitum. Concilium. c. 23. de episc. et cler. 1. 3. Th. C. XVI. 1. c. 4. de fide cath. XVI. 2. c. 15. pr. de episc. eccl. III. **Cn.** Locis suis, et a suae dioeceseos synodis audiantur. Ib. c. 23. Sanctissimae synodi, et monachorum auctoritas. Iul. ep. nov. c. 10. §. 46.

Synoneton. *Coëmtio specierum,* (ad annonam pertinentium.) I. **Sy.** Comparatio diversarum specierum. Th. C. XI. 15. c. 1. de publ. compar.

Synopsis. *Breviarium, Catalogus.* III. **Cn.** Iubere debet edi rationes, itemque synopsin bonorum pupillarium. fr. 5. §. 11. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9.

Synthesis. *Copia et collectio (vestium.)* III. **Cn.** Ex universa veste, i. e. ex synthesi, tunicas singulas — eligere. fr. 38. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Syracusanus. (Adiect.) *Ad Syracusas pertinens.* III. **Cn.** Siculus possessor; — Syracusanus, Catanensis etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Syria. *Asiae regio clarissima.* III. **Cn.** In Syriis — usque ad LXum annum tributo capitis obligantur. fr. 3. pr. de censib. 50. 15. Praesides Syriarum, et Daciarum. fr. 7. §. 14. de interd. et releg. 48. 22. Prima, — secunda Syria. c. 1. de off. Com. Or. 1. 36. c. 10. de aedif. priv. 8. 10. Iul. ep. nov. c. 15. §. 55. In Syria-Phoenice (Tyriorum colonia.) fr. 1. pr. fr. 8. §. 4. de cens. 50. 15. In Syria-Coele (colonia, v. civitas, Laodicena etc.) fr. 1. §. 3. fr. 8. §. 3. ib. 50. 15. cf. fr. 37. de reb. auct. iud. 42. 5. In provincia Syria, civitate Beryto. fr. 122. §. 1. de V. O. 45. 1.

Syriarcha. *Qui provinciae Syriae sacris praeest.* III. **Cn.** Alytarchae, Syriarchae, agonothetae, itemque Asiarchae. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. lud.

Syriarchia. *Munus Syriarchae.* III. **Cn.** Alytarchiae et Syriarchiae muneribus in prima Syria deputati. c. 1. de off. com. Or. 1. 36. c. 1. de natur. lib. 5. 27. Si quid Syriarchiae — annua collatione confertur. Th. C. VI. 3. c. 1. de praed. Senat.

Syriaticus. (Adiect.) *Syriacus.* III. **Cn.** Si tutor detur rei Africanae, vel rei Syriaticae. fr. 15. de test. tut. 26. 2.

Syrus. *Nomen insulae,* (quae inter Cycladas numeratur.) III. **Cn.** D. Marcus eum, qui motu Cassiano vaticinatus erat, — in insulam Syrum relegavit. Coll. LL. M. XV. 2.

Tabella. *Tabula, Scriptura.* I. **Sy.** Tabula. fr. 104. §. 1. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Ex tabella decretum recitare. c. 3. de praed. decur. 10. 33. Tabellae, [al. Tabulae,] quibus ei pecuniam expromiseram. fr. 104. §. 1. l. (30.)

Tabellarius. (Subst.) **§. 1.** *Qui litteris perferendis ministerium praebet.* III. **Cn.** Si miseris ad me tabellarium tuum, et ego rescribendi causa litteras tibi misero. fr. 65. pr. de A. R. D. 41. 1. — **§. 2.** *Tabularius.* III. **Cn.** Per tabellarium adparitorem (illatio cognoscatur.) Th. C. XII. 6. c. 2. §. 1. de susceptor.

Tabellio. *Exceptor instrumentorum,* (publicorum privatorumve.) III. **Cn.** Lex — ad decurionatum tabelliones vocari non probibet. Th. C. XII. 1. c. 3. de decurion. Cf. IX. 19. c. 1. ad L. Corn. de falso. Vitio tabellionis, vel alterius, qui testamentum scribit. c. 24. c. 29. de testam. 6. 23. Solet ita (sc. foro) interdici, vel iuris studiosis, vel advocatis, vel tabellionibus, sive pragmaticis. fr. 9. §. 4. de poen. 48. 19. Iul. ep. nov. c. 40. §. 169.

Taberna. **§. 1.** *Aedificium quodcunque subitarium.* I. **Sy.** Omne utile ad habitandum aedificium, (exinde sc. dictum, quod tabulis cluditur.) fr. 183. de V. S. 50. 16. Tabernaculum. Cf. h. v. — **§. 2.** *Locus, ubi merces venduntur,* (aut quaestus qualiscunque exercetur.) III. **Cn.** Aedes, et balinea, vel aliud quod aedificium, vel porticus sine aedibus, vel tabernae, vel popinae. fr. 41. §. 8. de legat. I. (30.) Th. C. XI. 20. c. 3. de collat. donat. Quae in lupanario se prostituit, verum etiam si qua — in taberna cauponia, vel qua alia, pudori suo non parcit. fr. 43. pr. de R. N. 23. 2. Th. C. VII. 13. c. 8. de tiron. Instrumentum tabernae cauponiae. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. Tab. casearia. fr. 8. §. 5. si servit. 8. 5. Tab. purpuraria. fr. 91. §. 2. de legat. III. (32.) Tabernae argentariae, vel caeterae quae in solo publico sunt. fr. 32. de contr. emt. 18. 1. Tabernam, vel officinam — conductam habere. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1. Cum quis tabernae, aut cuilibet negotiationi, filium servumve — praeposuerit. Gai. IV. 71. Paul. II. 8. §. 3. II. 26. §. 11. fr. 5. §. 16. de tribut. act. 14. 4. Praediolum, cum taberna, v. Tabernam, cum coenaculo (legare.) fr. 38. §. 5. de legat. III. (32.) fr. 7. de instr. leg. 33. 7. Instructa taberna. fr. 185. de V. S. 50. 16.

Tabernaculum. *Tectum subitarium,* (militibus, aliisve in publico consistentibus, profuturum.)

I. **Sy.** Taberna. Th. C. XVI. 2. c. 10. c. 14. pr. de episc. eccl. III. **Cn.** Et tabernacula, et contubernales (dicti a taberna.) fr. 184. de V. S. 50. 16. Quaestus, quos ex tabernaculis atque ergasteriis colligunt. Th. C. c. 10. l.

Tabernaria. *Quaestus tabernarii.* III. **Cn.** Qui — tabernaria lucrum familiare sectetur. Th. C. XI. 10. c. 1. ne op. a collat.

Tabernarius. Tabernaria. *Qui, quaeve, tabernam exercet.* III. **Cn.** Si tabernarius servum suum peregre mitteret, ad merces comparandas. fr. 5. §. 7. de instit. act. 14. 3. Licet eos (sc. pantapolas) dissensio, et maxime invidia tabernariorum — a negotiatione submoverit. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. pr. Ex ancilla, — vel liberta, — vel scaenica, — vel ex tabernaria, vel ex tabernarii filia, — vel lenonis, aut arenarii filia, (suscepti.) Th. C. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil.

Tabernula. *Taberna minor.* III. **Cn.** Tabernulam [al. tabernam,] pergulam, horreum, armarium, officinam conduxit, ibique distraxit. fr. 19. §. 2. de iudic. 5. 1.

Tabes. *Morbus, quo paullatim corpus absumitur.* III. **Cn.** Innocentes, — subtractos audientiae, longa tabe consumere. Th. C. IX. 3. c. 1. §. 1. de cust. reor.

Tabescens. (Partic.) *Tabe laborans.* III. **Cn.** Tabescentes artus, atro sanguine permixta sanie defluentes. Ib. IX. 12. c. 1. de emend. serv.

Tabianus. (Adiect.) *Ad Tabianam pertinens,* (insulam Persici sinus.) III. **Cn.** Coopertoria Tabiana. fr. 38. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Tabificare. *Tabe corrumpere.* III. **Cn.** Redemta — lavacro corpora, reparata morte tabificare. Th. C. XVI. 5. c. 5. de haeret.

Tablizare. *Tabula ludere.* III. **Cn.** Neque episcopus — tablizare audeat, vel socius ludentium fieri. Iul. ep. nov. c. 115. §. 439.

Tabula. **§. 1.** *Lamina arboris secta.* III. **Cn.** Si ex meis tabulis navem, aut armarium — fabricaveris. Gai. II. 79. Si, reficiendae navis causa, omnes tabulae refixae sint. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Granaria, quae ex tabulis fieri solent. fr. 18. pr. de A. E. V. 19. 1. fr. 60. de A. R. D. 41. 1. Separatim tabulis, aut eronibus, aut in alia cupa (clusum, sc. triticum.) fr. 31. locat. 19. 2. Si erunt (plures aditus,) ex utraque parte tabulis praefigantur. fr. 1. §. 10. de inspic. vent. 25. 4. — **§. 2.** *Tabella picta.* III. **Cn.** Si in tabula mea aliquis pinxerit. Gai. II. 78. cf. fr. 5. §. 2. de praescr. vv. 19. 5. Res corrupta reddita, veluti — tabula rasa pictura. fr. 14. pr. de V. S. 50. 16. Quae tabulae pictae pro tectorio includuntur. fr. 17. §. 3. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 34. pr. de contr. emt. 18. 1. — **§. 3.** *Monumentum,* (legis, aut decreti publici, carmen referens.) III. **Cn.** Aereis tabulis, vel cerussatis, aut linteis mappis scripta — proponatur lex. Th. C. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop. XIV. 13. c. 1. de iure Ital. Qui tabulam aeream legis — refixerit. fr. 8. pr. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Lex XII Tabularum. Cf. v. Lex. §. 3 A. — **§. 4.** *Tabulae, i. e. Acta publica, Rationes publicae.* III. **Cn.** Quicunque ad chartas, vel tabulas, vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optaverit. Th. C. VIII. 4. c. 20. de cohortal. Qui sciens falsum conscripsit — in tabulis publicis. fr. 2. ad L. Iul. mai. 48. 4. Tabulas instrumentorum reip. — subripere. fr. 31. §. 1. fr. 32. pr. de furt. 47. 2. — **§. 5.** *Scriptura privata, Codex, Instrumentum.* I. **Sy.** Tabella. Cf. h. v. Codex, Instrumentum, Ratio, Tabulae. fr. 4. §. 5. fr. 6. pr. §§. 1. sqq. de edend. 2. 13. Litterae. Th. C. XII. 12. c. 5. de legat. et decret. III. **Cn.** Tabulis, vel testibus, probare. Th. C. II. 17. c. 1. §. 1. de h. qui ven. aet. Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt. Paul. V. 15. §. 4. cf. V. 25. §. 6. Qui chirographum legat, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur. fr. 59. de legat. III. (32.) Si venditor — in tabula quidem conscripserit, — verum postea legem consignaverit. fr. 13. §. 6. de A. E. V. 19. 1. Cf. Vatic. §. 112. Tabulas obligationis, ut testis, signavit. c. 6. de fidei. et mand. 8. 41. Tabb. dotis, s. dotales, v. nuptiales. fr. 66. de don. int. V. 24. 1. c. 9. de nupt. 5. 4. — **§. 6.** *Instrumentum ultimae voluntatis.* I. **Sy.** Tabulae (testamenti.) Testamentum (p. se pos.) Paul. IV. 7. §§. 1. sqq. fr. 12. de transact. 2. 15. fr. 1. pr. §. 1. de tab. exhib. 43. 5. Lignum. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Tabulas testamenti accipere debemus omnem materiae figuram. fr. 1. pr. de B. P. s. t. 37. 11. Haec ita, ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do etc. Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. Si quid tabulis, aliove quo genere, ad hoc testamentum pertinens reliquero. fr. 18. de iure codic. 29. 7. fr. 1. pr. de tab. exhib. 43. 5. Secundum eas tabulas, quae VII testium signis signatae sunt, peti posse (B. Poss.) c. 2. de B. P. s. t. 6. 11. Vlp. XXVIII. 1. sqq. fr. 1. §. 1. de B. P. s. t. 37. 11. Ad bona eius contra tabulas admitti. c. 1. de bon. libert. 6. 4. Paul. III. 2. §. 2. Primae, s. Priores, — Secundae, s. Inferiores, v. Pupillares, s. Substitutionis, tabulae. Gai. II. 181. fr. 19. pr. de adopt. 1. 7. fr. 18. §. 4. de alim. v. cibar. 34. 1. fr. 2. §§. 1. sq. de statulib. 40. 7. Apertis tabulis testamenti, — adierunt hereditatem. Paul. III. 5. §. 10.

Tabularia. *Officium tabellarum. Ministerium tabellionis.* III. **Cn.** Vt libertus tabulariam administrando, libertatem — non amisisti. c. 3. de serv. reip. 7. 9.

Tabularium. *Depositorium tabularum* (publicarum privatarumve.) III. **Cn.** Nihil ex hac functione — tabularia publica retinere. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. §. 1. In fundo — tabularium est, in quo sunt — variorum contractuum instrumenta, praeterea et nomina debitorum. fr. 92. pr. de legat. III. (32.)

Tabularius. **§. 1.** *Qui tabulas publicas tractat,* (et fidem instrumenti rite concepti testatur.) III. **Cn.** Scribae, tabularii, et caetera officia publica, — per quae libellum colligi oportebit. c. 9. §. 1. de defens. civit. 1. 55. In libello subscribere, vel sua manu, vel per tabularium. Iul. ep. nov. c. 105. §. 368. cf. c. 1. §. 1. de Lat. libert. 7. 6. Vt caveat adrogator personae publicae, i. e. tabulario. §. 3. I. de adopt. 1.

11. cf. fr. 18. eod. 1. 7. c. 2. de ann. exc. 7. 40. Si custodiam tabularum aedituus, vel tabularius suscepit. fr. 3. §. 3. de tab. exhib. 43. 5. — **§. 2.** *Qui rationum tabulas examinat. Calculator.* I. **Sy.** Qui ratiocinia tractat. Th. C. VIII. 2. c. 5. de tabular. III. **Cn.** Librarii, et notarii, et calculatores, sive tabularii. fr. 1. §. 6. de extr. cogn. 50. 13. Logographi, vel tabularii. fr. 18. §. 10. de mun. et hon. 50. 4. cf. fr. 7. §. 4. si mensor. 11. 6. c. 2. de iure fisci. 10. 1. Susceptores, aut tabularii. Th. C. I. 15. c. 6. (Wck.) de off. Vicar. XII. 6. c. 27. §. 2. c. 30. de susceptor. Exactores, tabularii, arcarii, officiave rationum. Ib. X. 24. c. 1. de h. qu. c. disp. Numerarii qui adpellari consueverant, — dumtaxat tabularii posthac — vocabuntur. Ib. VIII. 1. c. 9. pr. de numerar. Tabularii provinciarum, et urbium singularum. Ib. VIII. 15. c. 5. §. 1. de iis qu. admin. VIII. 2. c. 5. de tabular. Cf. Iust. C. c. 1. de censib. 11. 57.

Tabulatum. **§. 1.** *Materia polita, et contignata.* III. **Cn.** Materiam, lignum, atque tabulata — praebere. Th. C. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord. Tabulato opere stationes — constitui. c. 21. de opp. pub. 8. 12. — **§. 2.** *Aedificii pars,* (tabulis iunctis exstructa.) III. **Cn.** Si antea ex tegula casitaverit stillicidium, postea ex tabulato — casitare non potest. fr. 20. §. 4. de S. P. V. 8. 2. Omnibus tabulatis, — quae superiores porticus dividunt etc. Th. C. XV. 1. c. 45. de opp. pub.

Tacere. **§. 1.** *Silere, Obmutescere.* III. **Cn.** Praetor interrogat eum, — quo negante, aut tacente etc. Gai. II. 24. fr. 11. §. 7. de interr. in iure 11. 1. Respondere dedebit; et si responderit, vel tacuerit, tenebitur. fr. 39. pr. de procur. 3. 3. fr. 11. §§. 4. sqq. l. 11. 1. Hoc enim ipso, quo tacuerunt, consensisse videntur. fr. 13. §. 11. locat. 19. 2. fr. 142. de R. I. 50. 17. Etiam tacentibus auctoritatem posse accommodari. fr. 6. pr. de tutel. 26. 1. Quibus tacentibus, et dissimulantibus. c. 1. de natur. lib. 5. 27. — **§. 2.** *Quiescere, Aboleri.* III. **Cn.** Absit — huiusmodi asperitas, — taceat Papiae legis — sanctio c. 28. de nupt. 5. 4. Taceat in ea retentionum verbositas. c. 1. §. 5. de R. U. A. 5. 13.

Tacite. (Advb.) **§. 1.** *Non expressis verbis. Implicite.* II. **Op.** Aperte; Nominatim, Specialiter. Cf. h. vv. Verbis exprimi. — Tacite contineri. fr. 4. pr. §§. 2. sq. de pact. 2. 14. fr. 65. §. 1. de legat. I. (30.) III. **Cn.** An ea conditio sit inserta, quae non expressa tacite inesse videatur? Vatic. §. 329. fr. 77. de R. I. 50. 17. Si de dote maritus nihil cavit, — tacite dos ei redintegratur. fr. 64. de iure dot. 23. 3. Tac. solet conventum accipi, ut etc. Tac. intelliguntur pignori esse. fr. 6. fr. 7. pr. in qu. c. pign. 20. 2. — **§. 2.** *Clam, Occulte.* I. **Sy.** Domestica cautione (obligare se.) fr. 103. de legat. I. (30.) fr. 3. pr. §§. 1. sqq. de iure fisci. 49. 14. In fraudem iuris. fr. 10. pr. fr. 23. de h. qu. ut indign. 34. 9. II. **Op.** Palam. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Tacite quis rogatus erat ei, qui capere non poterat, restituere hereditatem. fr. 12. §. 2. de fideic. heredit. 40. 5. cf. fr. 21. pr. de inoff. testam. 5. 2. fr. 23. l. 34. 9.

Taciturnitas. **§. 1.** *Silentium.* I. **Sy.** Silentium. Th. C. II. 27. c. 1. §§. 2. sq. si cert. pet. de chir. IV. 14. c. 1. §. 1. de act. c. temp. fin. II. **Op.** Disponere (in suo ultimo elogio.) — Taciturnitate praeterire. c. 4. de liber. praeter. 6. 28. c. 3. comm. de man. 7. 15. III. **Cn.** Taciturnitate utriusque partis (reconduxisse videri.) fr. 13. §. 11. locat. 19. 2. Dissimulare, — atque sub hac taciturnitate decedere. Taciturnitate alicuius dissimulationis abolere. c. 7. de agricol. 11. 47. Th. C. VIII. 11. c. 2. ne qu. pub. laet. — **§. 2.** *Abolitio memoriae. Oblivio.* III. **Cn.** Nomina prudentium taciturnitati tradere. c. 2. §. 10. de vet. iure enucl. 1. 17.

Taciturnus. *Tacens, Quietus.* III. **Cn.** Si — tempora debitor taciturnus exegit. Th. C. II. 27. c. 1. §. 4. si cert. pet. de chir.

Tacitus. (Adiect.) **§. 1.** *Verbis temperans.* II. **Op.** Suffragium. — Tacitus consensus. fr. 32. §. 1. fr. 35. de LL. 1. 3. Sermone adtentare (pudicitiam.) — Tacitus frequenter sequi. fr. 15. §. 22. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Si arbitrum non petierit, sed tacitus de iure exierit. Gai. IV. 165. Taciti nuncii, renunciique corrupti. Th. C. III. 7. c. 1. pr. de nupt. Verecunda et tacita conscientia. Ib. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. — **§. 2.** *Non nominatus, Non expressus.* II. **Op.** Specialiter interveniens. fr. 2. pro soc. 17. 2. III. **Cn.** Si — id actum, vel tacito intellectu. fr. 60. §. 3. mand. 17. 1. cf. fr. 27. §. 9. de pact. 2. 14. Vt extra id, quod ageretur, tacita obligatio nascatur. fr. 13. §. 2. commod. 13. 6. Iure tacito adcrescere. fr. 67. de A. v. O. H. 29. 2. Conditionem tacitam accipere. Conditionem taciti temporis reciperare [al. recipere.] fr. 68. de iure dot. 23. 3. fr. 49. §. 2. de fideiuss. 46. 1. Tacitam inducere pensationem. fr. 67. §. 3. de legat. II. (31.) Summam, — quam apud me tacitam habes, refundam tibi. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. Pignus tacitum. Substitutio tacita. fr. 4. §. 1. in qu. c. pign. 20. 2. fr. 25. de hered. inst. 28. 5. — **§. 3.** *Occultus, Ad circumveniendum comparatus.* I. **Sy.** Secretum, In fraudem iuris (susceptum,) Tacitum (fideicommissum.) fr. 3. de probat. 22. 3. fr. 43. §. 3. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 10. pr. fr. 11. de h. qu. ut indign. 34. 9. III. **Cn.** Vt pretio uberiore percepto, vel tacita pactione, — commodum haberet. fr. 50. §. 2. de bon. libert. 38. 2. In hereditate, non capienti restituendi tacitum ministerium suscipere. fr. 18. §. 2. de h. qu. ut ind. 34. 9. In fraudem tacitam fidem accommodare. Tacitum fideicommissum in fraudem legis suscipere. Vlp. XXV. 17. fr. 18. pr. l. 34. 9. fr. 48. pr. de iure fisci. 49. 14. Cf. Th. C. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl.

Tactus. (Subst.) *Ictus fulminis.* III. **Cn.** Quae (sc. interpretatio) de tactu amphitheatri scripta est. Th. C. XVI. 10. c. 1. §. 1. de pagan.

Tactus. (Partic. Cf. v. Tangere.) *Commotus.* III. **Cn.** Et ita obiurgatum esse (sc. Servium, a Qu. Mucio.) — Ea velut contumelia Servius tactus [al. tractus, v. tractatus.] fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2.

Taeda. *Fax.* III. **Cn.** Saecularem vitam, et coniugales taedas perosa. Nov. Maior. de sanctim. IV. 6. c. 1. §. 5.

Taedet, me etc. (Impers.) *Taedium capio.* III.

Cn. Taedet inserere. Th. C. XVI. 5. c. 60. de haeret. Quem non taedeat alioquin ista conditio? Nov. Val. III: de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. pr.

Taedium. *Fastidium, Satietas.* III. **Cn.** Non taedio vitae, sed mala conscientia, v. Taedio vitae, aut pudore aeris alieni etc. (manus sibi inferre.) fr. 11. §. 3. de h. qui not. inf. 3. 2. Paul. V. 12. §. 1. Taedio perpetuae custodiae (extorquere heredi cautionem.) fr. 5. pr. ut in poss. legat. 36. 4.

Taeter. (Adiect.) *Turpis, Horridus, Dirus.* III. **Cn.** Foedum taetrumque (Iudaeorum nomen.) Th. C. XVI. 8. c. 19. de Iud. A taetra illuvie — et coenosis sordibus (vindicatum.) Ib. IX. 40. c. 17. de poen. Iussione taetra (mandare.) Ib. IX. 12. c. 1. de emendat. serv.

Talio. *Par admisso vindicta.* I. **Sy.** Similitudo supplicii. Th. C. IX. 1. c. 19. pr. de accus. III. **Cn.** Poena iniuriarum ex L. XII Tabb., propter membrum quidem ruptum, talio erat. Gai. III. 223. L. XII Tabb. VIII. 2.

Talis. (Adiect.) **§. 1.** *Eius generis.* III. **Cn.** Talis, qualis etc. Cf. v. Qualis. §. 1. Talis, qui etc. fr. 11. §. 1. de h. qui not. inf. 3. 2. fr. 8. de susp. tut. 26. 10. Omnes res, — etiam quae non sunt testatoris, dummodo tales sint, quae dari possint. Vlp. XXIV. 8. Talis, ut etc. Id. XXII. 15. Gai. III. 97. fr. 14. pr. de servit. 8. 1. Et si quid tale compereris. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 14. §. 7. de servo corr. 11. 3. — **§. 2.** *Tantus.* III. **Cn.** Valetudo — si talis sit, ut ostendat etc. Vatic. §. 129. Tempestatem — talem, quae impedimento sit etc. fr. 2. §. 6. si qu. cautt. 2. 11. Non talia exstant (sc. scripta,) ut ea omnes adpetant. fr. 2. §. 42. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Hic, Is.* III. **Cn.** Verba edicti talia sunt. fr. 1. §. 2. de pecul. 15. 1. Inutilis est talis stipulatio, si quis etc. Gai. III. 100. Quae actio etc. talis erat. Id. IV. 21. cf. 32. 46. I. 114. sq. Nam sane talis — dinumeratio neutri — onerosa est. fr. 1. si qu. cautt. 2. 11.

Talus. *Os in extrema tibia, supra calcem.* III. **Cn.** Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, — veluti si talum excussit. fr. 101. §. 2. de V. S. 50. 16.

Tam. (Advb.) **§. 1.** *Adeo, Tantum, Ita.* III. **Cn.** Si modo opera eius tam pretiosa videatur, ut etc. Gai. III. 149. Multa — tam varia et incredibilia creduntur, ut etc. fr. 3. si pars hered. 5. 4. Si qua tam atrox, tamque famosa persona sit, ut etc. fr. 3. §. 1. de off. Prf. Vigg. 1. 15. Quid enim tam contrarium, v. Nihil tam contrarium, quam etc. fr. 15. de iurisd. 2. 1. fr. 116. pr. de R. I. 50. 17. Non tam hoc agitur, ut etc. — quam, ut etc. fr. 58. de pact. 2. 14. fr. 9. §. 2. de transact. 2. 15. fr. 7. de h. qui not. inf. 3. 2. Indifferenter, tam — quam etc. fr. 1. §. 3. de off. Quaest. 1. 13. Gai. II. 277. IV. 124. Is tantum. — Tam is, quam is. Id. IV. 144. (Cf. v. Quam. §. 3.) — **§. 2.** *Valde, Abunde.* I. **Sy.** Si sobrie vivat. Si tam probus sit. fr. 12. §. 1. de tut. et cur. dat. 26. 5. fr. 1. §. 1. de cur. fur. 27. 10. III. **Cn.** Nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versati sunt, Praetor interponere se non debet. fr. 24. § 1. de minor. 4. 4.

Tamdiu. (Advb.) *Tanto tempore, Eo usque.* III. **Cn.** Tamdiu, quamdiu. Cf. v. Quamdiu. §. 1. Tamd., quoad etc. Cf. v. Quoad. §. 1. Th. C. VII. 1. c. 11. de R. M. VIII. 1. c. 1. de numerar. Tamd., donec etc. fr. 10. §. 2. de cond. furt. 13. 1. fr. 14. pr. de alim. v. cib. 34. 1.

Tamen. (Coniunct.) **§. 1.** *Nihilominus.* III. **Cn.** Licet tamen etc. — tamen etc. fr. 3. pr. de pecul. 15. 1. Licet, s. Quamvis, s. Quamquam etc. — tamen etc. Gai. II. 168. 198. II. 207. 289. III. 65. sq. 176. Vlp. X. 4. XXIV. 11. a. fr. 12. de off. Praes. 1, 18. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. fr. 19. de vi et vi arm. 43. 16. Interdum tamen, etsi etc. — tamen etc. fr. 5. Qu. falso tut. 27. 6. cf. fr. 56. de iudic. 5. 1. Etsi, s. Etiamsi, tamen etc. Gai. IV. 14. fr. 5. §. 1. ne qu. eum qui in ius. 2. 7. fr. 7. §. 11. ad S.C. Mac. 14. 6. Habet quidem, — sed tamen etc. Vlp. XI. 16. cf. Gai. III. 184. Tamen nihilominus etc. Id. II. 170. Sed tamen fere vitium simile nascebatur. Sed quia tamen etc. Id. II. 226. cf. 173. Posse, — et tamen etc. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Gai. III. 149. sq. Sed tutius est tamen etc. Vlp. XXII. 22. — **§. 2.** *Scilicet, Quidem.* III. **Cn.** Dum tamen etc. Cf v. Dum. §. 4. Ita tamen, ut etc. Vt tamen etc. Gai. III. 107. 175. Vlp. I. 24. II. 12. fr. 36. de procur. 3. 3. fr. 27. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Si tamen etc. Vlp. I. 14. fr. 31. pr. de fideic. libb. 40. 5. Th. C. I. 4. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen etc. fr. 6. pr. de Senat. 1. 9. Liceat — alios substituere, idoneos tamen. Iul. ep. nov. c. 26. §. 97. — **§. 3.** *Autem.* III. **Cn.** Omnes, v. Omnia, non tamen etc. fr. 1. pr. si qu. in ius voc. 2. 3. fr. 1. §. 3. de edend. 2. 13. Naturalibus quidem emancipatis, non tamen et illis etc. Vlp. XXVIII. 3. 8. Legari non potest, — sub certa tamen demonstratione — potest. Id. XXIV. 18. Licet tamen etc. fr. 3. pr. de pecul. 15. 1. Vt de his — parcissime ius dicatur. — Si quid tamen invito accidit etc. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. Quaesitum est; — iamdudum tamen placuit etc. Gai III. 16. fr. 7. §. 19. de pact. 2. 14.

Tametsi. (Advb.) *Quamquam, Etsi.* III. **Cn.** Tametsi, — attamen, s. tamen. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 51. §. 1. locat. 19. 2. Th. C. XII. 6. c. 6. de susceptor. Tametsi deprehendatur, — non est (manifestus fur.) §. 3. I. de obl. qu. ex del. 4. 1. Sententia valebit, tametsi non recte fecerit, qui etc. fr. 1. §. 1. de fer. 2. 12. Nihil decernetur contra, — tametsi etc. fr. 78. §. 4. de legat. II. (31.)

Tamiacus. (Adiect.) *Ad necessitates cubiculi, vel cellarii, Principis pertinens.* III. **Cn.** Sive civile habeat officium, sive tamiacum cingulum, sive dignitatem etc. Iul. ep. nov. c. 22. §. 83. Fundi tamiaci iuris, in provinciis positi. c. 2. delendum de praed. tamiac. 11. 68. Iul. l. l. §. 82. Si liber colonus, vel colona libera, tamiaco — copuletur. c. 1. l. l. 11. 68. Iul. l. l. c. 35. §. 130.

Tamquam, s. **Tanquam.** (Advb.) **§. 1.** *Quasi, Perinde ac.* I. **Sy.** Ad exemplum. fr. 1. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Tamqu. peculia, Iure peculii (pertinere.) Gai. III. 56. 58. cf. 72. sq. III. **Cn.** Similiter, — tamquam. Id. II. 160. Duo quodam-

modo sunt testamenta, — tamqu. si ipse etc. Id. II. 180. Ita esse constitutum, tamqu. etc. Id. I. 73. Eos — tamqu. latrones puniri. fr. 2. arb. furt caes. 47. 7. — **§. 2.** *Velut, Vt.* III. **Cn.** Liberi eius in eiusdem fiunt potestate, tanquam nepotes. Gai. I. 107. Si rebus hereditariis tamqu. heres utatur. Id. II. 166. Si stipulatus sim a te pecuniam, tamqu. credendi causa numeraturus. Id. IV. 116. Id, quod natum erit, tamqu. furtivum usu non capitur. fr. 26. de statu hom. I. 5. Nullus, tamq. Iudaeus, — obteratur. Th. C. XVI. 8. c. 21. de Iud. Queri posse, tamqu. (de iniuria sibi facta.) fr. 5. §. 1. Qui satisd. cog. 2. 8.

Tangere. **§. 1.** *Manibus contrectare.* III. **Cn.** Corporales res sunt, quae tangi possunt. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. Dum ne qua, — invita muliere, ventrem tangat. fr. 1. §. 10. de inspic. vent. 25. 4. Sacris scripturis tactis, (praestare sacramentum.) c. 12. §. 5. de R. C. 4. 1. Iul. ep. nov. c. 67. §. 244. — **§. 1.A.** *Percutere.* III. **Cn.** Si me tangat, et pulset. fr. 15. §. 48. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Adprehendere, Comprehendere.* III. **Cn.** Magis quantitas legata videtur, nec ex vasis tanget. fr. 19. §. 1. de auro arg. 34. 2. Dummodo quadrans non tangatur. fr. 6. pr. si qu. om. c. testam. 29. 4. — **§. 3.** *Contiguum, Vicinum esse.* III. **Cn.** Viae publicae, limites, luci, qui fundum tangunt. fr. 7. de peric. et comm. 18. 6. Nisi XVII annum impleverit, et XVIII annum tetigerit. §. 7. I. Qui, quib. ex c. man. 1. 6. — **§. 4.** *Adficere, Spectare.* III. **Cn.** Quae res neglecta — verecundiam tangit. Th. C. XI. 16. c. 4. de extr. s. sord. Quem crimen pulsat, quem negotium tangit. Ib. IX. 2. c. 2. de exhib. v. transm. — **§. 5.** *Leviter tractare.* III. **Cn.** Quasi per indicem tetigisse. Gai. III. 54.

Tanti. *Eius aestimationis, v. summae.* III. **Cn.** Qui tanti habuit, re carere, ne etc. fr. 4. pr. de alien. iud. mut. c. 4. 7. C consequar, tanti enim mea interfuisse videtur. fr. 3. §. 4. de eo p. qu. fact. 2. 10. Tanti, quanti etc. Cf. v. Tantus.

Tantidem. *Aeque magno pretio.* II. **Op.** Minoris (emere.) fr. 5. §. 5. mand. 17. 1. fr. 14. pr. de in diem add. 18. 2. III. **Cn.** Tantidem aestimari Romae et in Hispania. fr. 63. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Vt, divortio facto, tantidem aestimata redderes (sc. mancipia.) fr. 66. §. 3. sol. matrim. 24. 3. Tantidem, quanti etc. fr. 63. §. 2. l. 35. 2. fr. 49. §. 1. de pecul. 15. 1.

Tantisper. (Advb.) **§. 1.** *Tamdiu.* III. **Cn.** Tant. exspectare, quam etc. fr. 13. §. 3. de vacat. et exc. 50. 5. Tant., quoad (de servitute constet.) fr. 3. §. 13. de itin. actuq. pr. 43. 19. — **§. 2.** *Interea.* III. **Cn.** Non ibi habitat (sc. hospes,) sed tant. hospitatur. fr. 1. §. 9. de h. qu. effud. 9. 3. Possessorem eum Praetor tant. constituit. fr. 3. §. 13. de Carb. edict. 37. 10. Hoc solum tant. sufficit admonuisse Gai. 1. 188. II. 97.

Tanto. *Eo, Adeo.* III. **Cn.** Quod non puto admittendum, tanto magis quod etc. fr. 10. de eo qu. c. loc. 13. 4. Quanto tardius, — tanto etc. fr. 63. §. 5. ad S.C. Treb. 36. 1.

Tantum. (Advb.) *Solum.* I. **Sy.** Dumtaxat. Cf. h. v. §. 1. Solum. Cf. h. v. His, non tamen et illis. His tantum. Vlp. XXVIII. 3. II. **Op.** Etiam illi. Illi et illi. — Illi tantum. Id. XXII. 24. 32. Rem, v. Poenam, tantum, — Rem et poenam (consequi.) Gai. IV. 6 sqq. In bonis tantum, — Ex iure Quiritium (etiam,) — Nullo iure (fuisse testatoris.) Id. II. 222. Vlp. I. 16. XXII. 8. III. **Cn.** Tantum tradere, nec mancipare. Gai. II. 204. Soli cives R. tantum. Id. I. 189. Argentarii tantum, neque alii ulli absimiles. fr. 10. §. 1. de edend. 2. 13. Non tantum hi, qui etc. — sed omnes. fr. 56. 3. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 10. de Senat. 1. 9. fr. 1. pr. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. Ea tantum quae etc. — non quae etc. Gai. II. 218. Ad hoc, s. In hoc, tantum. Tantum, ut etc. Id. III. 72. fr. 1. §. 2. de feriis. 2. 12. fr. 27. pr. de pact. 2. 14.

Tantummodo. (Advb.) *Solummodo.* II. **Op.** Te, et filiam tuam. — Te tantumm. c. 8. de liberali c. 7. 16. XXX tantumm. annorum, — Longi temporis (praescriptio.) c. 6. fin. regund. 3. 39. III. **Cn.** In reliquum tantumm. (tibi maneat obligatus.) fr. 21. §. 1. de donat. 39. 5. Id tantumm. tempus, quo etc. fr. 217. pr. de V. S. 50. 16.

Tantundem. Cf. v. Tantusdem.

Tantus. (Adiect.) **§. 1.** *Tam magnus.* III. **Cn.** Est quaedam similis observatio, sed non tanta. Gai. I. 60. Causam tantae negligentiae excutere. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. Tanta turba hominum. fr. 2. §. 9. de O. I. 1. 2. Post tanta temporum spatia. Prooem. Inst. §. 1. Tantus, quantus. Cf. v. Quantus. Quod res pluris est, utique tanti est. fr. 9. de in lit. iur. 12. 3. cf. fr. 8. §. 22. de transact. 2. 15. Gai. III. 224. Habens in substantia, plus minus, tantum. Vatic. §. 166. fr. 150. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Tanti, i. e. Tot.* III. **Cn.** In tantos (sc. servos, valet legatum,) quanti inveniantur. fr. 65. pr. de legat. 1. (30.) — **§. 3.** *In tantum, i. e. Eo usque. Tantopere.* III. **Cn.** Liberum est, — in tantum ut etc. fr. 5. §. 1. fr. 6. pr. de R. D. 1. 8. Certum est, in tantum ut — plerisque videatur. fr. 5. §. 1. de legit. tut. 26. 4. Ius, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse etc. fr. 36. de LL. 1. 3. Gai. II. 53. Th. C. IV. 10. c. 1. (Wck.) de libert. et eor. lib. Cf. fr. 55. pr. de R. N. 23. 2.

Tantusdem. (Adiect.) *Aeque tantus. Eiusdem magnitudinis, aut pretii.* I. **Sy.** Eiusdem, Tantidem (ponderis.) fr. 26. de praescr. vv. 19. 5. III. **Cn.** Idque aut tantundem erit, aut minus, aut interdum etiam nihil. fr. 13. pr. de re iud. 42. 1. Cum convenit tantundem, non idem reddi. fr. 24. depos. 16. 3. cf. fr. 7. de cond. indeb. 12. 6. Id, quod accepit, et aliud tantundem. c. 5. de sponsal. 5. 1. Tantandem summam, s. pecuniam (debere etc.) fr. 30. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 10. §. 8. de in rem verso. 15. 3. Tantandem partem habere, quantulam etc. fr. 29. §. 1. de legat. III. (32.) Tantundem temporis, — quantum superesset. fr. 50. de minor. 4. 4. Cf. v. Quantus. §. 1. In quibusdam causis tantundem valere. Gai. II. 289. fr. 18. §. 2. de probat. 22. 3. fr. 14. §. 2. de R. N. 23. 2.

Tapetum. *Tegmen pictum.* (quo pavimenta etc. sternuntur.) II. **Op.** Stragulae, et babylonica. fr. 25. §. 3. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Tapeta vesti cedunt, quae aut sterni, aut iniici solent. fr. 25. §. 3. l. 34. 2. cf. fr. 5. §. 1. de supell. leg. 33. 10.

Tardare. *Moram adferre. Retardare.* I. **Sy.** Differre. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. pr. III. **Cn.** Si dignam tardarit ex lege ferre sententiam. Consult. vet. I. Cti. c. 8. Nec in alimentis, nec in veste impertienda tardetur. Th. C. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop.

Tarde. (Advb.) **§. 1.** *Lente, Aegre.* II. **Op.** Omnino non, — Tarde, s. Tardius (loqui, v. exaudire.) fr. 10. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1. §. 3. I. Qu. n. est perm. fac. test. 2. 12. III. **Cn.** Tardissime facere (opus.) fr. 15. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. — **§. 2.** *Sero.* I. **Sy.** Tempore minus, Tardius (solvere.) fr. 12. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Quod non exhibetur, vel tardius exhibetur. fr. 9. §. 8. ad exhib. 10. 4. Quanto tardius quisque pecuniam dat, tanto tardius etc. fr. 63. §. 5. ad S.C. Treb. 36. 1. Gai. III. 79. Tertia, vel tardissime quarta, vel certe quinta die. Th. C. I. 21. c. 1. (Wck.) de off. Proc. et Leg.

Tarditas. *Cunctatio, Procrastinatio.* I. **Sy.** Cunctatio, Mora. fr. 7. §§. 1. 3. de adm. et peric. 26. 7. Th. C. X. 10. c. 27. §§. 2. sq. de petit. et ultro dat. III. **Cn.** Si cessent, etiam usuris plectendi sunt, tarditatis gratia. fr. 7. §. 3. l. 26. 7. Praeiudicium contractae non suo vitio tarditatis. Th. C. c. 27. §. 3. l. cf. IV. 19. c. 1. §. 1. de usur. rei iud.

Tardus. (Adiect.) **§. 1.** *Lentus, Remissus.* II. **Op.** Laboriosus, currax, vigilax. — Desidiosus, somniculosus, piger, tardus. fr. 18. pr. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Serus, Procrastinatus.* III. **Cn.** Tarda pretii solutio. c. 3. in qu. c. in int. rest. 2. 41. Tardiores adfatus — exspectare. Th. C. IX. 38. c. 8. de indulg. crim.

Tarpeius. (Adiect.) *Ad rupem eiusdem nominis spectans* (sedem arcis urbis Romae.) III. **Cn.** Iupiter Tarp. Cf. h. v.

Tarracinensis. (Adiect.) *Ad Tarracinam spectans,* (oppidum Latii.) III. **Cn.** Tarracinensis praestationis canon. Th. C. XIV. 6. c. 3. de calc. coctor.

Tarsensis. (Adiect.) *Ad Tarsum pertinens,* (Ciliciae metropolin.) III. **Cn.** Episcopus Tarsensis. Th. C. XVI. 1. c. 3. de fide cath.

Tascodrogitae. *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Samaritae, — Montanistae, et Tascodrogitae, [al. Ascodrogitae, s. Ascodrogi,] et Ophitae. c. 21. de haeret. 1. 5. Th. C. XVI. 5. c. 10. c. 65. §. 2. eod. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 9.

Taxare. **§. 1.** *Pretium rei aestimare.* I. **Sy.** Aestimare. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si quis — suscipere oblata neglexerit, ac postea — repudiata taxaverit. Th. C. VII. 4. c. 20. de erog. mil. ann. Pretia (servorum,) quanti dominus taxaverit. Paul. V. 16. §. 3. Th. C. VIII. 5. c. 4. pr. de cursu pub. — **§. 2.** *Definire, Statuere.* I. **Sy.** Statutum, Taxatum (tempus.) c. 14. pr. §§. 1. sqq. de non num. pec. 4. 30. III. **Cn.** Certo et dilucido iure taxare. c. 19. de SS. eccl. 1. 2. Modus, eadem sanctione taxatus. c. 27. cf. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32. Ne pluris condemnet (sc. iudex,) quam taxatum sit. Gai. IV. 52. cf. III. 224. sq. Iudice quantitatem taxante. fr. 3. §. 2. ad exhib. 10. 4. fr. 108. §. 15. de legat. I. (30.) — **§. 3.** *Numerare, Recensere.* III. **Cn.** Archiatros — inter Vicarios taxari praecipimus. Th. C. VI. 16. c. 1. de comit. et arch. Qui in — scholis taxati sunt. c. 35. de locat. 4. 65.

Taxatio. **§. 1.** *Aestimatio nummaria.* I. **Sy.** Aestimatio. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. §§. 2. sq. Adaeratio. Pretium. Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. ann. VIII. 4. c. 17. c. 19. de cohortal. III. **Cn.** Videtur — tanti — aestimasse, ideoque ipse non deberet egredi taxationem. fr. 39. de oper. libert. 38. 1. cf. Paul. V. 16. §. 3. Taxatio haec: „Solidos X, plurisve." fr. 192. de V. S. 50. 16. Taxationis loco habenda est (sc. dos:) „Quidquid ad te pervenit." fr. 41. §. 1. de legat. II. (31.) cf. fr. 5. de trit. vino. 33. 6. Vt certa pretiorum fides, et domorum sit iusta in auctione taxatio. Th. C. X. 2. c. 2. de dom. ad rem. priv. Cf. II. 19. c. 4. de inoff. testam. — **§. 2.** *Modus definitus. Summa praefinita.* I. **Sy.** Praefinitio. Gai. IV. 51. sq. Modus. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32. III. **Cn.** Certum dicat, quid iniuriae factum sit, et taxationem ponat non minorem, quam quanti vadimonium fuerit. Coll. LL. M. II. 6. Gai. l. l. Taxationem iuriiurando adiicere. — Sine ulla taxatione, in infinitum iurare. fr. 4. §. 2. de in lit. iur. 12. 3. cf. fr. 68. de R. V. 6. 1. In condemnationis taxationem deducere. c. 4. de A. E. V. 4. 49. Vltra peculii taxationem, (dominus non condemnatur.) fr. 24. §. 2. de A. E. V. 19. 1.

Taxeota. *Genus officialium* (Praesidis Pr.) III. **Cn.** Tunc eum Praeses Pr. — teneat, et taxeotis suis connumeret. Iul. ep. nov. c. 115. §. 429. Curialis, vel taxeota. Id. l. l. §§. 429. 432. 448. Cf. c. 53. pr. de episc. et cler. 1. 3.

Taxeoticus. (Adiect.) *Ad taxeotas pertinens.* III. **Cn.** Curialis, vel taxeotica conditio. Iul. ep. nov. c. 115. §. 428. Cf. c. 53. pr. de episc. et cler. 1. 3.

Tebennum. *Vestis senatoria.* III. **Cn.** Induatur (sc. Procos.) et tebennum, i. e. aliquod genus vestimenti, in festis diebus. Iul. l. l. c. 96. §. 357.

Tector. *Faber,* (qui tectis sarciendis, aliisve rebus tegendis et reficiendis operam exhibet.) III. **Cn.** Si servum tibi tectorem commodavero, et de machina ceciderit. fr. 5. §. 7. commod. 13. 6. Si tectori [al. vietori] locaveris laccum [al. lacum] vino plenum curandum. fr. 27. §. 35. ad L. Aqu. 9. 2.

Tectorium. (Subst.) *Incrustatio parietis.* III. **Cn.** Novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere. fr. 44. de usufr. 7. 1. Vulgaria tectoria. — Quae tabulae pictae pro tectorio includuntur, itemque crustae marmoreae. fr. 13. §. 1. de S. P. V. 8. 2. fr. 17. §. 3. de A. E. V. 19. 1. cf. fr. 3. §. 4. de in rem verso. 15. 3.

Tectorius. (Adiect.) *Ad incrustationem pertinens.* III. **Cn.** Quae opere structili, tectoriove non continentur, (in rutis caesis sunt.) fr. 241. de V. S. 50. 16.

Tectum. (Subst.) **§. 1.** *Pars domus superior.* III. **Cn.** In tectum, vel aream vicini (avertere stillicidium.) fr. 2. de S. P. V. 8. 2. In tectum adscendere, vel in puteum descendere. fr. 3. §. 1. de servo corr. 11. 3. — **§. 2.** *Domus ipsa, Habitatio.* I. **Sy.** Habitatio. fr. 6. de alim. v. cibar. 34. 1. fr. 1. §. 19.

de ventre in poss. 37. 9. III. **Cn.** Curator, qui cibum, potum, vestitum, tectum — praestet. fr. 1. §. 19. de ventre in poss. 37. 9. fr. 1. §. 4. de mun. et hon. 50. 4. Agro, tectoque suscipere. Th. C. VII. 18. c. 5. de desertor. Intra tectum, s. Sub eodem tecto, fuisse cum domino. Paul. III. 5. §§. 3. 6. fr. 1. §§. 21. 26. sqq. de S.C. Silan. 29. 5.

Tectus. (Partic.) *Contectus.* III. **Cn.** Binae aedes, — una contignatione tectae. fr. 36. de S. P. V. 8. 2. Sarta tecta. Cf. v. Sartus.

Tegere. **§. 1.** *Contegere, Operire.* III. **Cn.** Consuti genus, quo necessariae partes tegerentur. Gai. III. 193. fr. 26. de auro arg. 34. 2. Tegere argento, et deaurare. Th. C. X. 22. c. 1. de fabricens. Tigna a tegendo dicta. fr. 1. §. 1. de tigno iunct. 47. 3. cf. fr. 180. de V. S. 50. 16. Tegulae, — tegendi gratia adlatae. fr. 18. §. 1. de A. E. V. 19. 1. Tegere, substruere, sarcire, aedificare (continentur „reficiendi“ verbo.) fr. 1. §. 6. de riv. 43. 21. — **§. 2.** *Celare, Abscondere.* II. **Op.** Exprimere. — Tegere verbis. fr. 68. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Dissimulatione tegere (culpam.) Th. C. VIII. 1. c. 12. de numerar. Criminosa, v. Fraudem, tegere. c. 2. de commerc. 4. 63. c. 7. de interd. matrim. 5. 6.

Tegmen. Cf. v. Tegumentum.

Tegula. *Testae genus,* (quo domus teguntur.) III. **Cn.** Si figlinas haberet, — ut dolia fiant, vel tegulae ad villam aedificandam. fr. 6. pr. de S. P. R. 8. 3. Tigni adpellatione — tegulam quoque, et lapidem, et testam (contineri.) fr. 1. §. 1. de tigno iuncto. 47. 3. Tegulae, quae nondum aedificiis impositae sunt. Plumbum, quod tegulis poneretur. fr. 18. §. 1. de A. E. V. 19. 1. fr. 242. §. 2. de V. S. 50. 16. Gai. IV. 17. Si antea ex tegula casitaverit stillicidium, postea ex tabulato etc. fr. 20. §. 4. de S. P. V. 8. 2.

Tegularium. Cf. v. Tugurium.

Tegumentum. *Integumentum.* III. **Cn.** Etiam coactilia vesti cedere, et tegumenta [al. tegimenta, s. tegmenta] subselliorum. fr. 25. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Tegurium. Cf. v. Tugurium.

Tela. *Instrumentum, s. Iugum, textorium.* II. **Op.** Quod in tela est, nondum contextum. — Quod detextum est. fr. 70. §. 11. de legat. III. (32.) fr. 22. de auro arg. 34. 2.

Telonarius. (Subst.) *Susceptor telonii.* III. **Cn.** Publicani, et telonarii, praepositi thesaurorum etc. Th. C. XI. 28. c. 3. de indulg. debit.

Telonium. *Tributum de mercibus marinis.* III. **Cn.** De telonio [al. theulonio, v. colone] statuimus, ut ex V centesimis — III S. largitionibus inferantur. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 1. (Cf. v. Temo.)

Telum. *Instrumentum,* (quod ad feriendum eminus cominusve adhibetur, inferendae vis propulsandaeve gratia.) III. **Cn.** Telum vulgo quidem id adpellatur, quod ab arcu mittitur; sed tunc omne significatur, quod mittitur manu. fr. 233. §. 2. de V. S. 50. 16. Arma sunt omnia tela, h. e. et fustes, et lapides. fr. 3. §. 2. de vi et vi arm. 43. 16. Paul. V. 23. §. 7. fr. 9. fr. 11. §. 1. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. cf. fr. 1. §. 17. de S. C. Silan. 29. 5. Si gladium instrinxit, aut telo percussit. Coll. LL. M. I. 6. Cuius opera — hostes P. R. commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adiuti erunt. fr. 4. ad L. Iul. mai. 48. 4. Qui, hominis occidendi furtive faciendi causa, cum telo ambulaverit. fr. 1. pr. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Paul. V. 23. §§. 1. sq. cf. fr. 3. §. 1. fr. 10. pr. fr. 11. pr. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Qui casu, iactu teli, hominem imprudenter occiderit. Paul. §. 3. l. l. fr. 11. §. 2. de poen. 48. 19. Si quis furem, — cum se telo defenderet, occiderit. Coll. LL. M. VII. 2. sqq.

Temen. Cf. v. Stamen.

Temerare. *Temere infestare, v. corrumpere. Laedere.* II. **Op.** Custodire (statuta.) Th. C. VIII. 8. c. 4. de exsec. et exact. III. **Cn.** Qui possessionem temerare tentaverit. Ib. IX. 10. c. 1. ad L. Iul. de vi. Quodsi quis — scita nostri numinis temeranda censuerit. Ib. VIII. 5. c. 62. de cursu pub. XI. 14. c. 2. de condit. in pub. horr. Contagione temerari. Ib. XVI. 5. c. 56. de haeret.

Temerarie. (Advb.) *Temere.* III. **Cn.** Temerarie commissa (plecti.) c. 18. de h. qui acc. n. poss. 9. 1.

Temerarius. (Adiect.) *Praeceps, Audax.* III. **Cn.** Quamquam temerarii digni poena sint, tamen ut insanis illis parcendum est. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Facilis ad temerariam indicationem. Temerarius animus. Consuetudo temerariae usurpationis. Th. C. VIII. 5. c. 66. §. 2. de cursu pub. XII. 1. c. 85. de decurion.

Temeratio. *Corruptio.* III. **Cn.** In baphiis, admixta temeratio naevum adducit inquinatae ablutionis. c. 2. de murileg. 11. 7.

Temerator. **§. 1.** *Corruptor, Falsarius.* III. **Cn.** Si quis obrepserit Praesidi, — si accusatus fuerit, poenam temeratoris luit. fr. 29. de L. Corn. de fals. 48. 10. — **§. 2.** *Violator, Adgressor.* III. **Cn.** Temerator horreorum, — qui sibi — aliquid audeat usurpare. Th. C. XI. 14. c. 3. de condit. in pub. horr. Temerator legis. c. 3. de adluvion. 7. 41. Iul. ep. nov. c. 74. §. 272.

Temere. (Advb.) **§. 1.** *Sine ratione, vel consilio.* I. **Sy.** Proterve. Cf. h. v. III. **Cn.** Facile repudiare, aut temere suscipere (incognitam successionem.) fr. 58. sol. matrim. 24. 3. Gai. II. 163. Propter metum huius periculi, temere indefensum ius suum relinquere. fr. 40. pr. de hered. pet. 5. 3. Culpa ei obiici potest, quod temere aedificavit in eo solo, quod intelligeret alienum. fr. 7. §. 12. de A. R. D. 41. 1. Quod autem diximus, — non est tem. dictum. Gai. II. 33. Si tem. neget. Id. IV. 13. Tem. controversiam, v. accusationem, movere. fr. 39. §. 1. de liberali c. 40. 12. fr. 1. §. 10. ad S.C. Turp. 48. 16. Rem ullam debitoris, non ab ipso sibi traditam, sine ullo iudice tem. possidere, eumque sibi ius in eam rem dixisse. fr. 7. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. — **§. 2.** *Incomposite, Sine delectu.* I. **Sy.** Passim. Cf. h. v. II. **Op.** Ita demum etc. fr. 1. §. 4. de d. m. 4. 3. Causa legibus cognita. Iul. ep. nov. c. 36. §. 156. III. **Cn.** Nec temere, et citra modum (populi clericis connectantur.) Th. C. XVI. 2. c. 6. de episc. eccl. Suscipere debet

cognitionem, nec tem. alimenta decernere. fr. 3. §. 4. ubi pup. 27. 2. fr. 6. de curat. furios. 27. 10. Non proponitur ulla formula, nec tem. petenti datur. Gai. III. 222. fr. 7. §. 3. de iniur. 47. 10. Pigmentarii, si cui tem. cicutam dederint etc. fr. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Non tem. ancillae eius rei causa comparantur, ut pariant. fr. 27. pr. de hered. pet. 5. 3. fr. 28. de auro arg. 34. 2.

Temeritas. **§. 1.** *Factum, rationis expers aut consilii.* III. **Cn.** Per errorem, seu temeritatem, seu calorem (ad accusationem prosilire.) c. 2. de abolit. 9. 42. Agentium, v. Accusatorum, temeritas. fr. 92. de furt. 47. 2. fr. 1. pr. ad S.C. Turp. 48. 16. — **§. 2.** *Audacia, Libido.* III. **Cn.** In eadem temeritate propositi perseverare. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19. Per contumaciam et temeritatem eorum factum. Coll. LL. M. XV. 2. Vsurpatoria temeritate amplius aliquid — exigere. Th. C. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord. Cf. II. 29. c. 2. §. 3. si cert. pet. de suffr. Sceleris temeritas. Ib. XVI. 5. c. 56. de haeret.

Temnere. *Contemnere, Spernere.* III. **Cn.** Si statuta numinis nostri crediderint esse temnenda. Th. C. VI. 23. c. 3. de decur. et silent. In ordine non temnendae militiae constitutus. Ib. VI. 27. c. 16. §. 1. de agent. in reb.

Temo. *Adaeratio tironum praestandorum. Aurum tironicum.* III. **Cn.** Extraordinarium munus ignoret, nec ullam temonis patiatur iniuriam. Th. C. VI. 26. c. 14. pr. de prox. comit. Viarum et pontium sollicitudo, capituli atque temonis [al. telonei] necessitas. Ib. XI. 16. c. 15. c. 18. de extr. s. sord.

Temonarius. (Subst.) *Susceptor temonis.* III. **Cn.** Solidorum numerus, qui temonario inferendus est. Th. C. VII. 13. c. 7. §. 2. de tiron. Si temonarius prodiderit desertorem. Ib. VII. 18. c. 3. de desertor. Ne exactorum, vel turmariorum — curam subeant, vel obsequium temonariorum. Ib. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qui in S. pal.

Temonarius. (Adiect.) *Ad temonem pertinens.* III. **Cn.** Extraordinaria et sordida munera, et susceptiones, et temonaria onera. c. 1. de palat. S. largg. 12. 24. Th. C. XI. 16. c. 6. de extr. s. sord. Temonariae functionis exsortes. Ib. c. 14.

Temperamentum. *Moderatio, Modus.* I. **Sy.** Ex bono et aequo, modice. Cum quodam temperamento. fr. 18. pr. de Aedil. ediet. 21. 1. III. **Cn.** Severitatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis, (subsequi.) fr. 11. pr. cf. fr. 5. §. 2. de poen. 48. 19. Ad aequitatis temperamentum reformari. Consult. vet. I. Cti. c. 2. fr. 10. §. 3. de quaest. 48. 18. Cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est. fr. 105. de solut. 46. 3.

Temperare. **§. 1.** *Miscendo varietatem efficere.* III. **Cn.** Colores, penicilli, cauteria, et temperandorum colorum vasa. Paul. III. 6. §. 63. — **§. 2.** *Mitigare, Lenire.* III. **Cn.** Modum castigandi et in servorum coercitione placuit temperari. Coll. LL. M. III. 2. Cum sit difficillimum, iustum dolorem temperare. fr. 38. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Nisi nos mansuetudo — temperaret. Nov. Th. II. ne decur. ad Senat. I. 15. c. 2. §. 1. Quod cum durum videbatur, ita temperandum est. fr. 14. §. 9. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 3.** *Regere, Moderari.* III. **Cn.** Qui, pro Praefectis, dioeceses sibi creditas temperarunt. Th. C. VI. 26. c. 4. de prox. com. disp. Iuxta hanc iuris formam Praeses Pr. — officium sententiae suae legibus temperabit. Vatic. §. 281. fr. 13. fr. 43. §. 6. de procur. 3. 3. Iustis decretis temperanda res est. fr. 85. §. 2. de R. I. 50. 17. cf. fr. 6. de legat. praest. 37. 5. Cautionibus melius res temperabitur. fr. 45. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Per exceptionem doli mali tota ea res temperanda erit. fr. 88. §. 1. ib. 35. 2. Placuit, manentibus caeteris, — haec tantummodo temperare. Th. C. IV. 6. c. 4. (Wck.) de natur. fil. V. 1. c. 2. de legit. heredit. — **§. 4.** *Cohibere, Abstinere.* I. **Sy.** Obtemperare. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Si tanta vis navi facta sit, quae temperari non potuit. fr. 29. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Probe se gerant, — et temperent his, quae sunt prohibita. fr. 1. §. 9. de off. Prf. Vr. 1. 12. Th. C. XI. 22. c. 5. ne collat transl. Fraudibus ac rapinis, v. A tumultuosis conventiculis (temperare.) Ib. VIII. 1. c. 10. de numerar. XVI. 4. c. 5. pr. de h. qu. sup. relig. Parte debita accepta, legato temp. fr. 41. de bon. libert. 38. 2.

Temperate. (Advb.) *Moderate, Temperanter.* III. **Cn.** Iuste ac temperate tuos tractare. Coll. LL. M. III. 3. Modice et temp. (uti.) Th. C. VIII. 5. c. 3. de cursu pub.

Temperatio. *Moderatio, Temperamentum.* III. **Cn.** Vniversa negotia competenti temperatione disponere. Nov. Th. II. de metat. I. 5. c. 1. pr.

Temperies. **§. 1.** *Temperata coeli constitutio.* III. **Cn.** Mutari temporum vices, irata coeli temperie. — Vnde enim ver solitam gratiam abiuravit etc.? Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8. — **§. 2.** *Temperamentum.* Cf. v. Adtemperies.

Tempestas. **§. 1.** *Tempus.* I. **Sy.** Tempus. Th. C. VI. 24. c. 6. de domest. et protect. III. **Cn.** Sol occasus suprema tempestas esto. L. XII Tabb. I. 9. — **§. 2.** *Coeli status turbatus, ob ventum, imbrem, procellam.* III. **Cn.** Valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus, se sistere non posse. fr. 2. §§. 3. 6. 8. si qu. cautt. 2. 11. Diebus ac noctibus, et omni tempestate contemta, iter continuare. fr. 137. §. 2. de V. O. 45. 1. Si vis tempestatis calamitosae contigerit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. Si immoderatae fuerunt (sc. nives,) et contra consuetudinem tempestatis. fr. 78. §. 3. de contr. emt. 18. 1. — **§. 3.** *Calamitas.* III. **Cn.** Tristi proscriptionis tempestate percellere. Th. C. IX. 41. c. 1. pr. ne sine iussu Pr.

Tempestivus. (Adiect.) *Opportunus.* III. **Cn.** Cuius monitio — ab illicitis tempestiva suggestione deducat. Th. C. XIII. 5. c. 16. pr. de navicul. Tempestivum est, requirere. fr. 13. §. 4. ad S.C. Treb. 36. 1.

Templum. **§. 1.** *Aedes sacra.* III. **Cn.** Pulcherrimo opere exstruere, et quasi proprium et sanctissimum templum iustitiae consecrare. c. 1. §. 5. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Aedes, quae deis gentilium consecrata est.* II. **Op.** Templorum cultus. Arae et templa. — Christianitatis observatio. Venerabilis religio. Th. C. XII. 1. c. 112. de decurion. XVI. 7. c. 2. §. 1. c. 3. pr. de apostat. III. **Cn.** Fanum,

aut templum. Delubra, templa. Ib. XVI. 10. c. 7. c. 10. de pagan. Paul. V. 23. §. 16. Templa, portas, aliudve quid publicum, armatis obsidere, cingere etc. Id. V. 26. §. 3. Sacerdos, et hierophylax, et liberti, qui in illo templo erunt. fr. 20. §. 1. de ann. legat. 33. 1. — **§. 3.** *Ecclesia christiana.* I. **Sy.** Ecclesia. Dei templum. Cf. v. Ecclesia. §. 2.

Temporalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad certum temporis modum spectans. Non diuturnus, s. perpetuus.* I. **Sy.** Temporarius. Cf. h. v. Ad tempus relictum, Temporale (legatum.) c. 26. de legat. 6. 37. Annali tempore coarctatae, Temporales (actiones.) c. 2. Qu. libell. Princ. dat. 1. 20. II. **Op.** Perpetuus. Cf. h. v. §. 1. Sive temporalis, sive usque ad mortem (habitationis exceptio.) fr. 32. de usufr. 7. 1. III. **Cn.** Litis contestatione — temporales (actiones) perpetuantur. fr. 8. §. 1. de fideiuss. tut. 27. 7. cf. fr. 18. §. 1. de const. pecun. 13. 5. Temporales atque dilatoriae (exceptiones.) fr. 3. de excc. 44. 1. Gai. IV. 122. Temporale vitium, aut valetudo. fr. 9. pr. de lib. et posth. 28. 2. Vinculorum temporalium poena. Paul. 5. 4. §. 22. Concessio temporalis. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Annona temp. fr. 5. pr. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Cursus temporal. c. 27. de testam. 6. 23. — **§. 2.** *Fatalis.* I. **Sy.** Fatalis (dies.) c. 2. de temp. et repar. 7. 63. Th. C. XI. 30. c. 63. de adp. et poen. — **§. 3.** *Mundanus, Laicus.* I. **Sy.** Saecularis (iudex, v. potestas.) Th. C. XVI. 2. c. 47. §. 1. de episc. eccl.

Temporaliter. (Advb.) *Ad tempus.* III. **Cn.** Temporaliter, habitandi causa, — cuiuslibet praedium succedere. Nov. Val. III. de tiron. II. 6. c. 1. §. 2.

Temporarius. (Adiect.) *Ad tempus durans.* I. **Sy.** Temporalis. fr. 1. §§. 1. 3. fr. 2. pr. §. 1. Qu. de pecul. act. 15. 2. fr. 1. pr. fr. 2. de tut. et curat. dat. 26. 5. fr. 8. §. 1. de fideiuss. tut. 27. 7. II. **Op.** Perpetuus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Temporaria permutatio (ius provinciae non innovat.) fr. 123. §. 1. de R. I. 50. 17. Fundo indictiones temporariae indictae. fr. 28. de usu et usufr. leg. 33. 2. In opus, et nonnunquam temporarium, damnari. Coll. LL. M. XI. 7. cf. VII. 4. Obsequio temporariae servitutis modum praestitutum esse. fr. 20. §. 3. de manum. 40. 1. Hae actiones neque temporariae sunt, et tam heredibus quam in heredes dabuntur. fr. 9. §. 7. de reb. auct. iud. 42. 5. fr. 2. §. 44. ne qu. in loco pub. 43. 8.

Temptare. Cf. v. Tentare.

Tempus. **§. 1.** *Aevum, Aetas.* I. **Sy.** Olim. Illis temporibus. Cf. v. Olim. Hodie, Nunc, Hoc tempore. Vlp. XI. 8. Gai. I. 171. IV. 18. III. **Cn.** His s. Nostris, temporibus (video etc.) Id. II. 280. cf. I. 112. IV. 25. Olim, quo tempore populus R. etc. Id. I. 131. Nostrorum temporum (disciplina, v. tranquillitas.) Coll. LL. M. VI. 4. Th. C. XI. 20. c. 1. de collat. donat. Obtrectator temporum. Ib. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled. Avaritia superiorum temporum. — Innocentia rationum meorum temporum. fr. 1. de interd. et releg. 48. 22. Vltimo tempore D. Constantii. Th. C. XVI. 2. c. 18. de episc. eccl. Ab Anastasianis temporibus, ex quibus etc. c. 23. §. 3. mand. 4. 35. Tyrannica tempora. Th. C. XV. 14. c. 9. c. 11. sq. de infirm. h. qu. s. tyr. Primo quidem temporibus D. Augusti, mox deinde Claudii etc. fr. 2. pr. ad S. C. Vell. 16. 1. cf. fr. 1. pr. de inspic. vent. 25. 4. Claudianis temporib. (factum S. C.) fr. 1. pr. de adsign. libert. 38. 4. — **§. 1. A.** *Origo.* III. **Cn.** Ex suis temporibus valet (ea constitutio.) Nam si, antequam ipsa introducatur etc. Iul. ep. nov. c. 70. §. 256. cf. c. 82. §. 315. — **§. 2.** *Definitum spatium.* (annorum, vel mensium, dierumve.) I. **Sy.** Spatium. Cf. h. v. §. 2. Dies. Cf. h. v. §. 3. II. **Op.** Pure, Simpliciter. — Ad certum tempus. Cum adiectione temporis. Vatic. §. 52. Ad tempus. — In perpetuum. Cf. v. Perpetuus. §. 1. Post tempus. — Statim. Protinus. Gai. III. 113. fr. 35. pr. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Destituuntur negotia, et temporibus suis excidunt. Th. C. II. 10. c. 2. (Wck.) de postul. Cf. II. 6. c. 1. de temp. cursu. Omnia tempora provocationis lapsa. fr. 6. §. 1. de h. qui not. inf. 3. 2. Extra ordinem, ac sine temporibus, recognoscens. Th. C. I. 10. c. 3. (Wck.) de off. com. S. largg. Si dierum tempora patiantur. Vatic. §§. 206. sq. cf. §. 164. Messium, vindemiarumque tempus. fr. 1. pr. §. 2. fr. 3. pr. fr. 4. de feriis. 2. 12. Tempore magistratus sui. fr. 6. §. 1. de postul. 3. 1. Aestivum, v. Hibernum, tempus. fr. 1. §. 3. de aqua quot. 43. 20. Vespertinis, Nocturnis, temporibus. fr. 2. §. 31. de O. I. 1. 2. Th. C. IX. 16. c. 7. de malefic. Vivos, et pleni temporis, parere. Paul. IV. 9. §. 1. Intra tempora (quaestio mota.) Id. V. 2. §. 5. Tempus legibus datum. fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 18. §. 4. de d. m. 4. 3. Tolerabile tempus visum. Gai. II. 170. In quibus minora tempora servari specialiter constitutum est. fr. 13. pr. de div. temp. praescr. 44. 3. Tempora solutionis praestituta (computantur etc.) Paul. V. 5A. §. 2. Cretionis, v. B. Pnis, tempus. Gai. II. 166. Vlp. XXVIII. 11. Vsque ad tempus, vel ad conditionem, dari. fr. 3. §. 7. de susp. tut. 26. 10. fr. 15. §. 4. de milit. testam. 29. 1. Ad hoc usque temporis (valere.) fr. 8. §. 3. de inoff. testam. 5. 2. Post certum temporis. Certo tempore. fr. 8. §. 11. ib. 5. 2. Gai. II. 170. Ad tempus (nocere etc.) Id. IV. 122. In tempus (relegare.) fr. 13. pr. de decurion. 50. 2. — **§. 2. A.** *Spatium temporis, certum incertumve, decursum.* III. **Cn.** Per temporis spatium (nostrum fieri.) fr. 23. §. 7. de R. V. 6. 1. Ex diuturno tempore habere. Th. C. XVI. 5. c. 2. de haeret. Creditor utetur accessione tui temporis. fr. 14. §§. 3. 5. fr. 16. de div. temp. praescr. 44. 3. Post multum temporis. fr. 1. §. 13. de separat. 42. 6. Longioris temporis silentio finita. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. Longo tempore afuisse. Gai. II. 51. Tractu temporis futurum, (ut res pereat.) fr. 12. de procur. 3. 3. fr. 5. §. 2. de Carb. edict. 37. 10. cf. fr. 20. §. 16. de hered. pet. 5. 3. Omnes actiones, quae morte aut tempore pereunt. fr. 139. pr. de R. I. 50. 17. Litem mori pati, vel a debitore non petere, ut tempore liberetur. fr. 3. §. 1. Qu. in fr. cred. 42. 8. cf. fr. 1. §. 6. de d. m. 4. 3. fr. 25. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Tempore antiquata (scriptura.) Th. C. IV. 4. c. 6. de testam. et codic. — **§. 3.** *Momentum temporis.* I. **Sy.** Momentum. Cf. h. v. §. 2. Ex quo, Ex tempore etc. Gai. I. 89. Cum potuerit, Tempus, quo primum possit (fari.) fr. 217. pr. de V. S. 50. 16. Cum moreretur, Tempore mortis. fr. 141.

ib. 50. 16. III. **Cn.** Vno tempore, — Separatis temporibus (adire hereditatem.) fr. 68. de A. v. O. H. 29. 2. Vtrumque tempus, (mortis, et quando testamentum faciebat.) Vlp. XXIV. 7. 11. a. Gai. II. 211. 267. cf. fr. 29. de N. G. 3. 5. Omni tempore (ius dicitur.) fr. 3. §§. 1. sq. de feriis. 2. 12. Initio, i. e. faciendi furti tempore. fr. 6. de furt. 47. 2. In tempus pubertatis relinquere. fr. 43. §. 2. de legat. II. (31.) fr. 19. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Eo tempore, quo certum fuerit etc. Gai. III. 13. Quo tempore dies legatorum cedere solet. Id. II. 244. Vlp. XXIV. 23. In, s. Ad, tempus liberorum (legare.) fr. 9. fr. 61. de cond. et dem. 35. 1. Vltimum, s. Novissimum, vitae tempus. Gai. II. 232. III. 100. fr. 5. de hered. inst. 28. 5. — **§. 3. A.** *Tempus* (p. se pos.) *i. e. Iustum, v. Opportunum tempus.* III. **Cn.** Eorum, quos regimus, angustiis in tempore subvenire. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 1. pr. Nov. Maior. eod. IV. 3. c. 1. pr. Ante tempus (accipere successorem.) fr. 4. de off. adsess. 1. 22. — **§. 3. B.** *Ex tempore, i. e. Extemplo, Statim.* II. **Op.** Ex tempore respondere. — Meditatum sermonem adferre. fr. 3. §. 1. de testib. 22. 5. — **§. 4.** *Tempus, i. e. Inflexio verborum grammatica,* (praesentium futurorumve etc. speciem referens.) III. **Cn.** Verbum „Oportebit" tam praesens quam futurum tempus significat. fr. 8. pr. fr. 123. de V. S. 50. 16.

Temulentia. *Ebrietas.* III. **Cn.** Si quis — temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit. Th. C. IX. 4. c. 1. si qu. Imp. maled.

Tenacitas. *Obstinatio.* II. **Op.** Devotionis studio contendere. — In eadem tenacitate permanere. Ib. V. 6. c. 1. de ingen. qui temp. tyr.

Tenaciter. (Advb.) *Constanter.* III. **Cn.** Antiquitus probata, et servata tenaciter. c. 3. Qu. sit long. consu. 8. 53. cf. c. 1. de compens. 4. 31. Deinceps tenac. observabit gravitas tua, ne etc. Th. C. XII. 1. c. 29. de decurion.

Tenax. (Adiect.) *Constans, Fidelis.* III. **Cn.** Armipotens (sc. colonia,) foederis, quod cum Romanis percussit, tenacissima. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. Strenuus exactor, — Tenax inquisitor (incumbat.) Th. C. XIII. 11. c. 5. pr. §. 1. de censitor.

Tendere. **§. 1.** *Contendere, Iter dirigere.* III. **Cn.** Non hoc animo fuerunt, qui armati erant, sed alio tendebant. fr. 3. §. 6. de vi et vi arm. 43. 16. — **§. 2.** *Petere, Persequi.* III. **Cn.** Quae tendunt ad eandem utilitatem. fr. 13. de LL. 1. 3. Ne, dum nimia largitas tenditur, publica commoditas negligatur. Th. C. X. 10. c. 21. de petit. et ultro dat. — **§. 3.** *Extendere.* III. **Cn.** Vt non prius ad id frumentum tendatur expensio, quam etc. Ib. XI. 14. c. 1. de cond. in pub. horr.

Tendiculae. *Insidiae, Captiones.* III. **Cn.** Cur de eius aetate pater graves patiatur tendiculas, non videmus. Ib. IV. 1. c. 1. de cret. et B. P.

Tenebrae. **§. 1.** *Defectus lucis. Obscuritas.* II. **Op.** Lumina. fr. 1. §. 10. de inspic. vent. 25. 4. III. **Cn.** Sedis intimae tenebras pati. Th. C. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor. — **§. 2.** *Perturbatio, Confusio.* II. **Op.** Lux christ. religionis. — Tenebrae superstitionis. Ib. XVI. 8. c. 28. de Iud.

Tenebrosus. (Adiect.) *Tenebras inducens.* III. **Cn.** In rem missionis tenebrosissimus error abolitus. c. 3. §. 2. comm. de legat. 6. 43.

Tenens. (Partic.) Cf. v. Tenere. §. 3.

Tener. (Adiect.) **§. 1.** *Mollis, Flexibilis.* III. **Cn.** Si adhuc adeo tenerum sit, ut herbae loco sit. fr. 4. arb. furt. caes. 47. 7. — **§. 2.** *Infirmus, Immaturus.* II. **Op.** Tenerae aetatis. — Grandis natu. fr. 11. de decurion. 50. 2. Paul. V. 14. §. 2.

Tenere. **§. 1.** *Manibus prehendere.* I. **Sy.** Adprehendere, Manu capere. Gai. I. 119. 121. III. **Cn.** Si alius tenuit, alius interemit. fr. 11. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. Qui libram aeneam teneat, qui adpellatur libripens. Gai. I. 119. Qui vindicabat, festucam tenebat. Id. IV. 16. Testator, tabulas testamenti tenens, ita dicit. Id. II. 104. — **§. 2.** *Continere, Comprehendere.* I. **Sy.** Continere. Cf. h. v. §§. 1. 3. Quae solo tenentur, Soli (res.) Id. II. 53. sq. 59. 204. fr. 115. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Vt Gregoriani constitutionibus — tenetur insertum. L. Rom. Burg. 14. (al. 15.) — **§. 3.** *Occupatum habere. Detinere.* I. **Sy.** Esse apud aliquem. Qualiter qualiter ab eo teneri. fr. 63. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Tenere (corporaliter.) — Habere, possidere. Cf. v. Possidere. §. 2. Mediam partem fluminis tenere (sc. insulam.) — Alteri parti proximiorem esse. fr. 7. §. 3. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Nemo privatus audeat arma tenere, vel gerere. Iul. ep. nov. c. 21. §. 81. Qui tenent, et habent restituendi facultatem. fr. 9. de R. V. 6. 1. Coll. LL. M. X. 4. fr. 1. §. 3. de A. v. A. P. 41. 2. Si „tenere sibi licere" stipulatus sit. fr. 38. §. 8. de V. O. 45. 1. Si, ante datam pecuniam, tenuerit hereditatem. fr. 63. §. 5. ad S.C. Treb. 36. 1. Adversus tenentem — vindicatione uti posse. c. 8. ad exhib. 3. 42. Th. C. II. 26. c. 1. (Wck.) fin. regund. — **§. 4.** *Retinere.* I. **Sy.** Servare (in publico.) Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Qui eum, cui aqua et igni interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit. Paul. V. 26. §. 3. Addictos supplicio — nulli — vindicare liceat ac tenere. Th. C. IX. 40. c. 16. pr. §. 1. de poen. Liceat unicuique et tenere eum in provincia etc. Iul. ep. nov. c. 15. §§. 57. sq. c. 21. §. 81. Perpetuo morbo teneri. fr. 54. pr. de procur. 3. 3. — **§. 5.** *Adtinere, Compellere.* III. **Cn.** Procreandae sobolis cupidine tenta est. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Si debitorem tenere elegerit (sc. creditor,) fideiussorem absolvet. Epit. inst. Gaii. II. 9. §. 2. Ementes furti actione tenendos. L. Rom. Burg. 14. (al. 15.) Quos invenies, — ad reparationem necessario tenebis. Th. C. XV. 1. c. 12. de opp. pub. — **§. 5. A.** *Tenere, i. e. Obligare, Obnoxium efficere.* I. **Sy.** Necessitate obstringi. fr. 5. §§. 8. 10. de iure immun. 50. 6. Debere alicui. Teneri ei. Gai. II. 38. Obligari. Cf. h. v. §. 2. Conveniri posse. Actionem competere. fr. 9. de N. G. 3. 5. fr. 14. §. 13. fr. 17. Qu. met. c. 4. 2. fr. 13. §. 2. fr. 15. §. 2. de usufr. 7. 1. Sustinere poenam. Puniri. Gai. I. 53. fr. 3. §§. 1. sqq. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. fr. 6. pr. §§. 1. sq. de L. Corn. de fals. 48. 10. II. **Op.** Liberari. Cf. h. v. §. 3. Absolvi. fr. 14. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. III. **Cn.** Olim patricii dicebant, plebiscitis se non teneri. — Sed postea L. Hortensia lata est, qua cautum est, ut plebiscita uni-

versum populum tenerent. Gai. I. 3. Hoc edicto, v. Hac clausula, eum teneri. fr. 4. pr. §. 1. fr. 5. pr. ne quis eum. 2. 7. Iniuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent. fr. 15. §. 13. de iniur. 47. 10. Statim tenuit cum prius decretum. fr. 31. pr. de excusat. 27. 1. Nihilominus ipse heres permanet, et ob id creditoribus tenebitur. Gai. II. 35. III. 85. 180. Quae res efficit, ut a me liberetur, et incipiat tibi teneri. Id. II. 38. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est etc. Id. IV. 4. Cum alterum — inofficiosi quaestio tenuit. fr. 29. pr. de exc. rei iud. 44. 2. Conventione teneri. — Tale pactum: „profiteor te non teneri." fr. 14. §. 3. comm. div. 10. 3. cf. fr. 40. pr. de pact. 2. 14. fr. 87. de R. I. 50. 17. Teneri, ut etc. fr. 11. Qu. met. c. 4. 2. Tanti omnimodo, v. In solidum, ten. fr. 3. Qui satisd. cog. 2. 8. fr. 152. §. 3. fr. 157. §. 2. de R. I. 50. 17. — **§. 6.** *Obtinere, Valere.* I. **Sy.** Effectum habere, Vtile esse, Valere. fr. 5. §§. 1. 3. de O. N. N. 39. 1. fr. 24. §§. 8. sq. de damn. inf. 39. 2. Iul. ep. nov. c. 36. §. 144. II. **Op.** Suspendi, Tolli, Cessare (stipulationem.) fr. 10. de usufr. ear. rer. 7. 5. fr. 37. de R. C. 12. 1. fr. 7. fr. 28. de novat. 46. 2. III. **Cn.** Ita demum tenere hoc edictum, si etc. fr. 6. §. 5. de edend. 2. 13. Haec autem regula — minime e contrario tenebit. c. 20. pr. de collat. 6. 20. Frustra provocatum ab ea sententia, — quae non tenebat. fr. 23. §. 1. de adp. et relat. 49. 1. In eo nunciatio teneat; caeterum nunciationem missam facio. fr. 1. pr. de remiss. 43. 25. Dummodo sequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter. fr. 1. §. 1. de novat. 46. 2. Vt ita demum teneat datio, si liber est. fr. 17. de tut. et cur. dat. 26. 5. cf. fr. 7. §. 1. Qu. mod. pign. 20. 6. Neque creditam pecuniam — peti posse, neque pignora teneri. fr. 41. de R. C. 12. 1. fr. 4. §. 3. de in diem add. 18. 2. — **§. 7.** *Vincere, Superare* (adversarium.) I. **Sy.** Obtinere (querelam.) c. 13. sq. de inoff. testam. 3. 28. III. **Cn.** Qui rem egisset, nec tenuisset. fr. 31. de exc. rei iud. 44. 2. cf. fr. 47. §. 1. de man. testam. 40. 4. Actor, si causam non tenuerit. Gai. IV. 178. 180. c. 1. ad L. Fab. de plag. 9. 20. — **§. 8.** *Consequi, Obtinere.* I. **Sy.** Obtinere (ordinem, v. missionem.) fr. 2. pr. §. 1. de decurion. 50. 2. Th. C. VIII. 7. c. 8. de div. offic. — **§. 9.** *Constitutum esse.* I. **Sy.** Esse, Teneri (in adoptione, v. tutela.) Gai. I. 142. II. 136. sq.

Tenes. Cf. v. Lenis.

Tenor. **§. 1.** *Series, Ordo.* III. **Cn.** Quae tunc, propter tenorem aetatis, uxor duci non potuit. fr. 28. §. 3. de lib. et posth. 28. 2. Iurisdictionis tenore (in priorem statum revolvi.) c. 5. de h. qu. vi. 2. 20. Contra tenorem rationis. — Pro tenore veritatis. fr. 14. sqq. de LL. 1. 3. c. 2. si contra ius. 1. 22. Debiti tenorem (comprehendere.) Vatic. §. 273. — **§. 2.** *Sententia. Carmen (praecepti.)* II. **Op.** Verba. — Tenor (sententiae etc.) fr. 46. de re iud. 42. 1. c. 2. Quor. bon. 8. 2. c. 1. Quor. legat. 8. 3. III. **Cn.** Pro tenore et dispositione tua, — decernimus. Th. C. XIV. 27. c. 2. de Alex. pleb. primat. Pro tenore S. Cti, v. Legis. Paul. II. 21 A. §. 18. fr. 56. ad L. Aqu. 9. 2. Imperialis praecepti tenore mandavimus. Ib. III. 12. c. 3. de incest. nupt. XIII. 5. c. 14. pr. de navicul. Tenor instrumenti male concepti. fr. 8. de statu hom. 1. 5.

Tentamentum. *Adtentatio, Machinatio.* III. **Cn.** Huiuscemodi tentamentis constanter obsistere. Th. C. XV. 1. c. 7. de opp. pub.

Tentare. **§. 1.** *Periclitari, Periculum facere.* III. **Cn.** Tentat [al. temptat,] si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. fr. 160. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Experimentum facere, Conari.* III. **Cn.** Nec pati eum iudex debet, si coeperit tentare [al. temptare,] probare furem. fr. 13. §. 2. de iureiur. 12. 2. Etiam illud tentari poterit, ut etc. Tentant dicere. fr. 25. de liberat. leg. 34. 3. fr. 2. §. 8. ad S. C. Tert. 38. 17. Vtilius probari, quod Iulianus tentat etc. fr. 11. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. Sub praetextu religionis, — coetus illicitos — tentare. fr. 2. de crim. extr. 47. 11. Th. C. XVI. 5. c. 56. de haeret. Si quisquam contra hanc legem venire tentaverit. Ib. XVI. 8. c. 19. de Iud. — **§. 3.** *Adtentare, Invadere.* III. **Cn.** Qui privata sacra, vel aediculas incustoditas tentaverunt [al. temptaverunt.] fr. 9. §. 1. ad L. Iul. pecul. 48. 13. Latentibus per iudicem promissis, minisve tentata. Th. C. III. 11. c. 1. §. 1. si quac. praed. pot.

Tentorium. *Tabernaculum militum.* III. **Cn.** Procul a cunctorum obtutibus, — infra tentoria [al. tentatoria,] Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M.

Tentus. (Partic.) **§. 1.** *Occupatus, Depressus.* III. **Cn.** Perpetua valetudine tentus. c. 1. Qui morbo se exc. 5. 67. Penitus inopia tentus. c. 7. de dot. promiss. 5. 11. — **§. 2.** *Constrictus, Adstrictus.* Cf. v. Tenere. §. 5.

Tenuare. *Extenuare, Deminuere.* III. **Cn.** Robur, fracta molliter plebe tenuatum. Coll. LL. M. V. 3. Aquaeductus — quorundam aviditate tenuatur. Th. C. XV. 2. c. 2. de aquaed. Per quos et privata nostra substantia tenuatur. c. 2. de murileg. 11. 7.

Tenuis. (Adiect.) *Humilis, Egenus.* I. **Sy.** Humilis. Cf. h. v. §. 2. Pauper. Tenuior. Th. C. VIII. 11. c. 1. pr. §§. 1. sq. ne qu. pub. laet. II. **Op.** Idoneus. Cf. h. v. §. 2. Honestus. Cf. h. v. §. 1. Potens. c. 1. sq. ne lic. potent. 2. 14. III. **Cn.** Si adeo tenuis est patria tua, ut etc. c. 1. vectig. nov. 4. 62. Tenuis vitae homines. fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. Tenuiores, per collegia distributi. fr. 5. §. 12. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 1. pr. fr. 3. §. 2. de colleg. et corp. 47. 22. Tenuissimi Senatorum. Th. C. VI. 2. c. 12. de Senat. et de gleb.

Tenuitas. *Modus exiguus. Inopia.* II. **Op.** Possessio referta cultoribus. — Colonia, quae laborabat tenuitate. c. 13. §. 1. de agricol. 11. 47. III. **Cn.** Tenuit. patrimonii. c. 1. de peric. tut. 5. 38.

Tenus. (Advb.) *Intra, Vsque ad.* I. **Sy.** Intra murum. Muro tenus. fr. 4. §. 4. de penu leg. 33. 9. fr. 87. de V. S. 50. 16. Per quadriennium. Quadriennio tenus. c. 3. de domest. et protect. 12. 17. II. **Op.** Credito, v. Peculio, tenus. — Omnimodo in solidum. fr. 57. pr. de Aedil. edict. 21. 1. fr. 15. pr. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Vel civitate tenus, vel usque ad viam publicam. fr. 38. de S. P. R. 8. 3. Verbo tenus. Voce dumtaxat tenus. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 1.

§. 10. ad S. C. Turp. 48. 16. Titulo tenus. fr. 5. §. 13. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Duplo tenus. Cf. h. v.

Tepere. *Remittere* (calorem et impetum.) III. **Cn.** Ne — arbitreatur, legum — constituta tepuisse. Th. C. XVI. 5. c. 46. de haeret.

Tepidarium. *Balneum aquae calidae.* III. **Cn.** Si talis sit usus tepidarii, ut adsiduum humorem habeat. fr. 19. pr. de S. P. V. 8. 2.

Ter. *Tribus vicibus.* III. **Cn.** Semel, et bis, et ter, et saepius. Gai. I. 152. sq. Ter, et quater (peperisse.) Paul. IV. 9. §§. 1. sq. Ter mancipatus, ter manumissus (filius.) Vlp. X. 1. Gai. I. 132. IV. 79. Ter citatus. c. 8. Quom. et qu. iud. 7. 43.

Terentia. *Nomen mulieris.* III. **Cn.** Inter Terentiam et Decenatem [al. Maecenatem] respondit (Trebatius.) fr. 64. de donat. int. V. 24. 1.

Terere. Cf. v. Tritus.

Tergeminus. Cf. v. Trigeminus.

Tergiversari. **§. 1.** *Derelinquere accusationem iam susceptam.* I. **Sy.** In universum ab accusatione desistere. fr. 1. §. 1. ad S. C. Turp. 48. 16. III. **Cn.** Accusatorum temeritas: — aut calumniantur, aut praevaricantur, aut tergiversantur. fr. 1. pr. ib. 48. 16. — **§. 2.** *Frustrari.* III. **Cn.** Ne moris tergiversantibus abutantur. Th. C. XI. 30. c. 21. de adp. et poen.

Tergiversatio. **§. 1.** *Machinatio actoris, vel rei,* (in id adhibita, quominus iudicium rite peragatur.) III. **Cn.** Quodsi — evidenter fuerit confutatus, vel se de iudicio tergiversatione subtraxerit. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 1. Qui conventi frustrantur, et qualibet tergiversatione et sollertia efficiunt, ne cum ipsis agi possit. fr. 24. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 2.** *Frustratio qualibet.* I. **Sy.** Qui quolibet versutiae genere fugerunt. Th. C. XIV. 4. c. 1. de suar. III. **Cn.** Vt transmissio eorum — sine aliqua tergiversatione celebretur. Ib. IX. 40. c. 6. de poen.

Terminalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad terminos agrorum pertinens.* III. **Cn.** Qui terminos effodiunt, — arboresve terminales evertunt. Paul. V. 22. §. 2. — **§. 2.** *Ad finem negotii, vel litis, spectans.* III. **Cn.** Litem — sententia terminali componant. c. 14. §. I. de compens. 4. 31.

Terminare. **§. 1.** *Finire, Absolvere.* I. **Sy.** Determinare. Cf. h. v. §. 3. Definire. Cf. h. v. §. 2. Finire. Decidere (lites.) Nov. Th. II. de confirm. LL. nov. I. 1. c. 1. §. 2. Terminatum, transactumque, Absolutum, dimissumque (negotium, v. iudicium.) Th. C. IV. 18. c. 2. de fruct. et lit. expens. Cf. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Quaestio, quae iudicio memoratae sedis dirimi, vel terminari posse non creditur. Th. C. IX. 16. c. 10. de malefic. Acta apud se habita — potest iubere ea die circumduci, nisi vel negotium vel lis terminata est. fr. 45. pr. de re iud. 42. 1. Th. C. XI. 30. c. 55. de adp. et poen. Arbiter electus est, ut arbitratu eius res terminetur. fr. 44. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 16. §. 17. ad S. C. Treb. 36. 1. Th. C. II. 9. c. 1. (Wck.) de pact. et transact. — **§. 2.** *Definire, Describere.* III. **Cn.** Etiam plurium dierum spatio id terminandum sit. Gai. III. 184. Vt, quid statuendum sit, pro legum ordine terminemus. Th. C. X. 10. c. 11. de petit. et ultro dat.

Terminus. **§. 1.** *Lapis, aut stipes, fines agrorum denotans.* I. **Sy.** Lapis. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Controversia de finibus orta est, et arbiter electus, — ipse sententiam dixit, — et terminos posuit. fr. 44. de rec. qu. arb. 4. 8. Qui terminos statutos extra suum gradum, finesve, moverint. Qui terminos effodiunt, vel exarant. fr. 3. pr. cf. fr. 1. sq. de term. mot. 47. 21. Paul. I. 16. §. 1. V. 22. §. 2. Coll. LL. M. XIII. (rubr.) 3. Quod intra terminos ipse possedit. Totum fundum, usque ad terminum, possidere. fr. 39. de A. E. V. 19. 1. fr. 3. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 2.** *Ambitus* (urbis, vel territorii, item loci.) *Fines* (cuiusque rei.) I. **Sy.** Septa, Termini (sanctorum.) Cf. v. Septum. §. 1. III. **Cn.** Vrbis, v. Provinciae, terminos (exire etc.) fr. 3. de off. Prf. Vr. 1. 12. Paul. II. 31. §. 2. Th. C. VIII. 1. c. 14. §. 1. de numerar. IX. 1. c. 10. c. 16. de accus. Egreditur ea res depositi notissimos terminos. fr. 24. depos. 16. 3. — **§. 3.** *Exitus.* III. **Cn.** Non solum in principio litis, sed — usque ad ipsum terminum, et definitivae sententiae recitationem. c. 14. pr. de iudic. 3. 1. Terminus humanae vitae. c. 23. §. 1. de SS. eccl. 1. 2. Omnia — ad prosperum tulerunt terminum. Const. de Iust. Cod. confirm. §. 2.

Terni. (Adiect.) *Tres.* I. **Sy.** Ter, Ternis litteris (citatus etc.) Tres (denunciationes.) c. 8. sq. Quom. et qu. iud. 7. 43. III. **Cn.** Ternis interiectis mensibus. Th. C. IV. 19. c. 1. §. 1. de usur. rei iud.

Terra. **§. 1.** *Mixtura arenae, argillae etc.* (variis usus generibus idonea.) III. **Cn.** Acervus solo non cohaeret, sed terra sustinetur. fr. 10. Qu. vi aut cl. 43. 24. Si sulphurariae sunt in agro, et inde aliquis terram egessisset. fr. 52. §. 8. de furt. 47. 2. Ius ei esse, terram, rudus, saxa iacere etc. fr. 3. §. 2. de S. P. R. 8. 3. fr. 11. §. 1. comm. praed. 8. 4. — **§. 2.** *Solum ipsum.* I. **Sy.** Solum. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si radicibus terram complexa fuerit (sc. planta.) Gai. II. 74. Coepti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint. fr. 78. de R. V. 6. 1. cf. fr. 241. de V. S. 50. 16. Quae terra continentur, quamvis non sint adfixa. fr. 17. pr. §. 8. de A. E. V. 19. 1. Sub terra ducere (aquam.) In terra condere. fr. 11. pr. comm. praed. 8. 4. fr. 44. pr. de A. v. A. P. 41. 2. — **§. 3.** *Singulus ager, v. fundus.* I. **Sy.** Terrula. Th. C. XV. 1. c. 51. de opp. pub. Fundus. c. 7. de agricol. 11. 47. Praedium. Th. C. II. 31. c. 1. Qu. iussu. Gleba. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Possessiones, ac terrae. Ib. X. 10. c. 19. de petit. et ultro dat. XI. 1. c. 28. de ann. et tribut. Originarius, absque terra. c. 7. de agric. 11. 47. Novalis terra. Integra terra. fr. 30. §§. 2. sq. de V. S. 50. 16. — **§. 4.** *Territorium, Regio.* III. **Cn.** Terra Italia. Cf. v. Italia. §. 1. Non solum in Italia, sed in omni terra, quae etc. Pr. I. de usucap. 2. 6. In terris clareat omnibus. c. 2. §. 8. de iureiur. pr. cal. 2. 59. — **§. 5.** *Mundi pars continens.* III. **Cn.** Quae terra, mari, coelo (capiuntur.) Gai. II. 66. Terra marique. fr. 35. §. 4. de m. c. don. 39. 6. cf. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Terrae motus. Cf. v. Motus. §. 1.

Terrenus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui est e terra.* II. **Op.** Signinus (rivus.) Cf. h. v. Lapide strata, — Terrena (via.) fr. 1. §. 2. de via pub. et itin. pub. 43. 11. — **§. 2.** *Ad solum spectans. Ad praedia pertinens.* III. **Cn.** Terrena, sive animarum, descriptio. Th. C. XI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Humanae capitationis census. — Iugatio terrena. c. 1. de colon. Thrac. 11. 51. — **§. 3.** *Mundanus, Saecularis.* II. **Op.** Caelestis. Th. C. VIII. 5. c. 46. de cursu pub.

Terrēre. *Terrorem iniicere, Perterrefacere.* III. **Cn.** Qui — militiam confingunt, quo quem terreant, vel concutiant. Paul. V. 25. §. 12. Magistratus eius loci intra eos fines terrendi, i. e. submovendi, ius habet. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. Comminari, et terrere (filium a patre oblatum.) fr. 9. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levatae, et saepe territus quasi vapulaturus. fr. 15. §. 1. de iniur. 47. 10. cf. fr. 1. §. 33. de S.C. Silan. 29. 5. Paul. V. 6. §§. 4. 6. Aliquid facere, quo leves hominum animi superstitione numinis terrerentur. fr. 30. de poen. 48. 19. Necessitatibus terreri, atque adflictari iniuriis. Th. C. X. 4. c. 2. de actor. procur.

Terrestris. (Adiect.) *Qui in terra est.* II. **Op.** Marinus, Maritimus. Cf. h. vv.

Terribilis. (Adiect.) **§. 1.** *Terrorem incutiens, Formidabilis.* III. **Cn.** Circa ministros terribilis. fr. 22. §. 7. sol. matrim. 24. 3. Qui, sub — praetextu muneris publici, possunt esse terribiles. Th. C. XI. 11. c. 1. ne damn. prov. Cf. III. 6. c. 1. si prov. rect. — **§. 2.** *Horrendi carminis.* III. **Cn.** Duo terribiles libri, — qui omnem continent severitatem, poenarumque atrocitatem. c. 2. §. 8. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 3.** *Venerabilis.* I. **Sy.** Sacrosanctae, Terribiles (scripturae.) c. 1. §. 1. c. 2. pr. de iureiur. pr. cal. 2. 59. c. 13. §. 4. c. 14. pr. §. 1. de iudic. 3. 1.

Territio. *Terrendi actio.* II. **Op.** Nuda interrogatio, vel levis territio. — Tormenta, et corporis dolor. fr. 15. §. 41. de iniur. 47. 10.

Territorium. **§. 1.** *Ambitus terrarum,* (extra muros civitatis, cui adtributae sunt, positarum.) I. **Sy.** Vniversitas agrorum, intra fines cuiusque civitatis. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Muri, Moenia (civitatis.) — Intra territorium (patriae.) fr. 7. §. 19. de interd. et releg. 48. 22. Th. C. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. III. **Cn.** Civitates, earumque territoria. Nov. Th. II. (I. 26. c. 1. §. 5.) Iust. C. c. 7. in qu. c. pign. 8. 15. Iul. ep. nov. c. 111. §. 409. Per territoria oppidorum (transferre.) fr. 3. §. 4. de sepulc. viol. 47. 12. Civitas, in cuius territorio est (domus, v. fundus.) fr. 41. §. 5. de legat. I. (30.) fr. 8. de pollicit. 50. 12. fr. 4. §. 2. de censib. 50. 15. cf. fr. 18. §. 25. de mun. et hon. 50. 4. Extra territorium ius dicenti impune non paretur. fr. 20. de iurisd. 2. 1. — **§. 2.** *Solum. Praedium.* I. **Sy.** Fundus. Th. C. XIII. 11. c. 3. de censitor. Gleba. Cf. h. v. §. 2. Locus. Ib. VII. 15. c. 2. de terr. limit. III. **Cn.** Scribantur — territoria civium. Ib. XV. 1. c. 34. de opp. pub.

Terror. **§. 1.** *Magnus timor.* I. **Sy.** Timor, Formido. fr. 2. §. 1. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. Th. C. X. 18. c. 1. sqq. de thesaur. III. **Cn.** Metu, et impressione alicuius terroris, — mentiri. Paul. V. 1. §. 4. Ictu, aut terrore (turbatus, sc. mulus.) fr. 27. §. 34. ad L. Aqu. 9. 2. Mortis, aut verberum terror. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Territio.* III. **Cn.** Si — concussio intervenit, ablatum eiusmodi terrore (restitui.) fr. 1. de concuss. 47. 13. Militaris terror. Officiorum terror. Th. C. VIII. 8. c. 6. de exsecut. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord. Chlamydis terrore deposito etc. Ib. XIV. 10. c. 1. pr. de hab. quo uti op.

Terrula. *Agellus.* I. **Sy.** Terra. Cf. h. v. §. 3. Locus. Rus. c. 1. de thesaur. 10. 15. Th. C. XI. 24. c. 6. pr. §§. 2. sq. de patroc. vicor.

Tertia. Cf. v. Tertius.

Tertianus. (Adiect.) *Qui tertio quoque die recurrit.* III. **Cn.** Qui tertiana, aut quartana febri — vexarentur. fr. 53. de Aedil. edict. 21. 1.

Tertio. (Advb.) *Tertia vice.* III. **Cn.** Iterum, — Tertio (mancipare.) Gai. I. 132. Primum, — deinde, — tertio. fr. 17. §. 2. de adopt. 1. 7. fr. 8. §. 8. de transact. 2. 15.

Tertiocerius. *Qui in scrinio Principis tertium inter praepositos locum tenet.* III. **Cn.** Qui, cum scholae eidem socientur, in S. scriniis, quibus V. S. primicerius, et tertiocerius praesunt, — occupantur. c. 1. de praepos. agent. in reb. 12. 21. c. 7. §. 1. de palat. S. largg. 12. 24.

Tertius. (Adiect.) **§. 1.** *Proximus a secundo.* III. **Cn.** Vnum, — alterum, — tertium (genus.) Vlp. XX. 2. Semel, iterumve mancipatus. — Post tertiam mancipationem. Gai. I. 135. Ad dimidiam, — ad tertiam etc. partem (manumittere permitti.) Id. I. 43. sqq. Vlp. I. 24. Liberi et parentes, — usque ad tertium gradum. Vlp. XVIII. 1. — **§. 1. A.** *Tertii (p. se pos.) i. e. Milites certorum numerorum.* III. **Cn.** Stationarii, et urbani milites, et tertii Augustani. Th. C. IV. 12. c. 3. (Wck.) de vectig. et comm. — **§. 1. B.** *Tertia (p. se pos.) i. e. Pars tertia.* III. **Cn.** Vicesima, et tertia, et prout libuerit. fr. 164. §. 1. de V. S. 50. 16. Ex reliquo numero duabus tertiis supputandis. Th. C. XII. 1. c. 84. de decurion. — **§. 2.** *Tertius, i. e. Alter, Alternus.* III. **Cn.** Tres partes fient, ut unam habeant heredes, tertiam Attius, tertiam Seius. fr. 7. de usufr. adcr. 7. 2. Tertiis diebus. L. XII Tabb. II. 3. Tertio quoque die. fr. 1. pr. de glande leg. 43. 28. — **§. 3.** *Extraneus.* III. **Cn.** Vnus ex illis, vel tertia persona. fr. 7. §. 10. comm. div. 10. 3.

Tertullianum. *Nomen S. Cti* (de legitima successione in bona liberorum intestatorum, matri non deneganda.) III. **Cn.** Mater, quae ex S.C. Tertulliano [al. Tertylliano,] item qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittuntur. fr. 2. §. 4. unde legit. 38. 7. fr. 34. ad S.C. Treb. 36. 1. Si ius liberorum habeat (sc. mater,) — legitima heres fit ex S.C. Tertulliano. Vlp. XXVI. 8. c. 2. de iure liber. 8. 59. Commodum Tertullianum habere. fr. 2. pr. cf. §. 15. ad S.C. Tert. 38. 17.

Tertullianus. *Nomen I. Cti* (Sept. Severi tem-

temporum fere aequalis.) III. **Cn.** Tertullianus, iuris antiqui interpres, libro singulari, quem de castrensi peculio condidit. c. 7. pr. de curat. fur. 5. 70. Tertullianus [al. Tertyllianus] lib. IV. Quaestionum refert. fr. 30. §. 6. de A. v. O. H. 29. 2. Et Iuliano et Tertulliano hoc videtur. fr. 3. §. 2. de hered. inst. 28. 5. (Cf. Hommelii palingenes. II. 505. sq.)

Tessarescaedecaditae. Cf. v. Tetraditae.

Tessellarius. *Faber pavimentorum tessellatorum.* III. **Cn.** Musivarii, aerarii, — marmorarii, — tessellarii, aurifices etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Tessera. **§. 1.** *Symbolum.* III. **Cn.** Cum essent duae tesserae positae, una pacis, altera belli. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Signum, demonstrans personam* (eius, cui competebat publica largitio.) III. **Cn.** Si libertis suis tesseras frumentarias emi voluerit. fr. 52. §. 1. de iudic. 5. 1. Cui tessera, vel militia legatur. fr. 49. §. 1. fr. 87. pr. de legat. II. (31.) Tesserae designentur, et nostrae pietatis nomine censeantur. Th. C. XIV. 26. c. 2. de frum. Alex.

Testa. *Lateres cocti.* III. **Cn.** Tegulam quoque, et lapidem, et testam, caeteraque si quae aedificiis sunt utilia, — et calcem, et arenam, tignorum adpellatione contineri. fr. 1. §. 1. de tigno iuncto. 47. 3.

Testamentarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad testamenta spectans.* III. **Cn.** L. Furia testamentaria. Cf. v. Furia. L. Cornelia testam. Cf. v. Cornelia. §. 4. L. Falcidia, et omnes testamentariae. fr. 1. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Testamentaria testimonia. c. 21. de haeret. 1. 5. — **§. 2.** *Testamento ipso constitutus.* I. **Sy.** Quae ex testamento defertur, Testamentaria (hereditas.) fr. 130. de V. S. 50. 16. Testamento datus (tutor.) fr. 3. pr. de testam. tut. 26. 2. fr. 1. §. 5. de susp. tut. 26. 10.

Testamentarius. (Subst.) *Qui tabulas testamenti conscripsit, dictante testatore,* I. **Sy.** Scriptor testamenti. fr. 15. §. 6. fr. 22. §. 10. fr. 24. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. **Cn.** Si prohibuerit testamentarium introducere, vel testes convenire. fr. 3. §. 5. ad S.C. Treb. 36. 1. Si maiorem adscripserit testamentarius, vel — ipse testator. fr. 9. §§. 3. 6. de hered. inst. 28. 5.

Testamenti-factio. **§. 1.** *Actio testamenti condendi.* III. **Cn.** Nexum est: — testamenti factio, nexi datio etc. Fr. Aelii Galli, I. Cti. Ap. Festum, v. Nexum. Testamenti factio — publici iuris est. fr. 3. Qui testam. fac. p. 28. 1. Introductis testibus, consequentia factionis testamenti procedere. c. 28. pr. de testam. 6. 23. — **§. 2.** *Ius testamenti condendi.* I. **Sy.** Testamenti faciendi, s. condendi, ius. Facultas, iusque testandi. Gai. II. 113. III. 72. 75. Vlp. XX. 16. Th. C. XVI. 7. c. 1. sq. c. 4. de apostat. III **Cn.** An valeat testamentum? imprimis advertere debemus, an is, qui id fecerit, habuerit testamenti factionem. Gai. II. 114. In hoc tantum habet testamenti factionem, uti patronum heredem instituat. Id. III. 72. Militibus liberam testamenti factionem — concessit. fr. 1. pr. de milit. testam. 29. 1. Civitatem R. retinet, et testamenti factionem non amittit. fr. 7. §. 3. de interd. et releg. 48. 22. Paul. III. 4 A. §. 9. — **§. 3.** *Facultas testimonii testamentarii perhibendi,* (item ex testamento alterius capiendi aliquid.) I. **Sy.** Ex testamento adquirere posse. Testamenti factionem habere. fr. 16. pr. §. 1. Qui testam. fac. p. 28. 1. cf. Vlp. XVI. 1. III. **Cn.** Testamenti factionem habet, licet testamentum facere non potest. fr. 16. pr. §. 1. l. 28. 1. Heredes institui possunt, qui testamenti factionem cum testatore habent. Vlp. XXII. 1. sq. Cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, velut peregrino, cum quo testamenti factio non sit. Gai. II. 218. fr. 7. pro legat. 41. 8. Vlp. XX. 2. 8.

Testamentum. **§. 1.** *Solemnis declaratio ultimae voluntatis,* (heredis institutionem continens, aut exheredationem.) I. **Sy.** Sententia voluntatis nostrae. Testatio, s. Contestatio, mentis. Vlp. XX. 1. fr. 1. Qui testam. fac. p. 28. 1. Iudicium. Paul. IV. 5. §§. 2. 7. sq. Deficientium scriptae iure ac solemniter voluntates. Th. C. IV. 4. c. 5. sq. de testam. et codic. II. **Op.** Codicilli. Cf. v. Codicillus. §. 2. Ex testamento, — Ab intestato (hereditas, v. heres.) Cf. v. Intestato. III. **Cn.** Cuiuslibet tituli largitate conferre, i. e. testamento, fideicommisso, legato, codicillo etc. Th. C. VIII. 18. c. 7. de matern. bon. Cf. IV. 4. c. 4. de testam. et codic. Traditiones, et emtiones, et stipulationes, et testamenta. fr. 169. de V. S. 50. 16. Gai. I. 192. II. 122. Testamentum facere posse, et ex testamento capere. Paul. III. 4 A. §. 9. Et testamentum facere, et ad testamenti solemnia adhiberi posse. Id. §. 12. l. l. fr. 19. fr. 20. §§. 7. sq. Qui testam. fac. p. 28. 1. fr. 9. §. 7. de poen. 48. 19. In ordinandis testamentis diligens observatio. Gai. II. 109. 114. Comitia — testamentis faciendis destinata. Id. II. 101. Testamentum in procinctu factum. — Testam., quod per aes et libram agitur. Id. II. 102. sq. Vlp. XX. 2. 9. Iure praetorio factum, s. VII signis testium signatum testamentum. Paul. IV. 8. §. 2. Gai. II. 119. Vlp. XXVIII. 6. Tabulae testamenti. Cf. v. Tabula. §. 6. Vnum testamentum pluribus exemplis consignare. fr. 24. Qui testam. fac. p. 28. 1. Prius, — Posterius, testamentum. fr. 29. ad S.C. Treb. 36. 1. Vnum est testamentum duarum hereditatum. Gai. II. 180. Quod legis modo testamento relinquitur. Vlp. XXIV. 1. Testamentum facere posse, et in eo heredem sibi instituere, legataque relinquere posse. Gai. I. 40. cf. I. 14. 123. fr. 25. pr. de adopt. 1. 7. Cum certum esse coeperit, neminem ex eo testamento fore heredem. Gai. III. 13. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae vel ab initio non iure facta sunt, vel iure facta postea irrita facta, aut rupta sunt. Gai. II. 147. cf. 145. Vatic. §. 246. Vlp. XXIII. 1. Paul. IV. 8. §. 2. De inofficioso patris testamento agere. Accusare testamentum. fr. 52. §. 3. de pact. 2. 14. Paul. V. 12. §. 4. Lege Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentum, quodve aliud instrumentum, falsum sciens d. m. scripserit etc. Id. V. 25. §. 1. cf. IV. 7. §. 1. V. 12. §. 3. Testamento, — quod nullius momenti esse ignorat, (accepit libertatem.) fr. 12. §. 2. de liberali c. 40. 12. Cum codicilli ita confirmati testamento fuerint. fr. 123. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Actus testamenti faciendi.* III. **Cn.** In testamento testis esse, s. testimonium dicere. Ad testamentum adhiberi. fr. 20. pr. §§. 2. sqq. Qui testam.

fac. p. 28. 1. Paul. III. 4A. §. 13. Qui latine nesciant, — adhibiti non vitiant testamentum. Id. l. 1. §. 13. cf. §. 10. — **§. 3.** *Successio testamentaria.* III. ***Cn.*** Non admitti ad testamentum. Excludi testamento. fr. 14. de h. qu. ut indign. 34. 9. fr. 12. de B. P. s. t. 37. 11. Vindicare ex testamento (caducum.) Vlp. XXV. 17.

Testari. **§. 1.** *Ad testimonium provocare.* III. ***Cn.*** Qui se sierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium fariatur etc. L. XII Tab. VIII. 22. — **§. 2.** *Testimonium suum interponere. Solemniter profiteri.* I. ***Sy.*** Testimonium suum perhibere. fr. 21. §. 2. Qui testam. fac. p. 28. 1. III. ***Cn.*** Scribere, aut testari. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Adire Praefectos, et ad eos [al. apud eum] testari. Accusaturum se, libellis Praesidi datis testatus. fr. 7. de incend. ruina. 47. 9. fr. 11. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Testata apud iudicem competentem actio. Th. C. IX. 19. c. 2. §. 2. ad L. Corn. de fals. Competere interdictum, — testarique dominum etc. fr. 3. §. 3. uti posssidet. 43. 17. Solent testari, — non animo heredis se gerere. fr. 20. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 14. §§. 7. sq. de relig. 11. 7. — **§. 3.** *Testibus accitis declarare, vel probare.* I. ***Sy.*** Testes inducere. fr. 25. pr. §§. 4. sq. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. ***Cn.*** Testari, adhibitis non minus quam VII testibus. Gai. I. 29. Die statuto emtor testatus est: „Se — paratum fuisse exsolvere.“ fr. 8. de L. comm. 18. 3. Professis, testatisque sceleribus involutus. Th. C. IX. 42. c. 24. pr. de bon. proscr. — **§. 4.** *Testamentum condere.* I. ***Sy.*** Legare. Gai. II. 224. Testamentum facere, s. condere. Id. II. 112. sq. Vlp. XXIX. 3. Th. C. XVI. 7. c. 1. sq. de apostat. Testator. Testans. Vlp. XVIII. 1. XXII. 4. 12. Th. C. IV. 4. c. 1. c. 3. pr. de testam. et codic. III. ***Cn.*** Haec ut in his tabulis, cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor etc. Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. sq. Testari volentibus, et se ipsos et alios, testes vel signatores praebere. fr. 22. de testib. 22. 5. Secundum iuris civ. regulas — testari. Gai. II. 109. 114. Vlp. XX. 14. XXIII. 10. Testandi, ac vivendi, iure R. facultas. Th. C. XVI. 5. c. 7. pr. de haeret. Testandi ius, s. libertatem, habere. fr. 3. §. 5. de B. P. 37. 1. Th. C. III. 18. c. 2. Qui petant. XVI. 7. c. 1. c. 6. de apostat. Nov. Anthem. de mul. qu. se serv. VI. 1. c. 1. §. 1.

Testatio. **§. 1.** *Professio testium. Testimonium* (pronunciatum, scripturaeve mandatum.) I. ***Sy.*** Testimonium. fr. 21. de h. qui not. inf. 3. 2. fr. 1. pr. fr. 2. de testib. 22. 5. III. ***Cn.*** Etsi citra testationem, scilicet undecunque, cognovit. fr. 5. §. 10. de adm. et peric. 26. 7. In re agenda, testatione probare. fr. 27. pr. de R. V. 6. 1. fr. 14. §. 5. de cust. reor. 48. 3. Crimen intendit C. Seio, quasi iniuriam passus, atque in eam rem testationem — recitavit. fr. 21. de h. qui not. inf. 3. 2. — **§. 2.** *Professio nostra solemnis, Contestatio,* (praesertim illa, quae testibus adhibitis celebratur.) I. ***Sy.*** Contestatio. Cf. h. v. §. 1. Nuncupatio (testamenti.) Gai. II. 104. Vlp. XX. 9. III. ***Cn.*** Contra testationem, denunciationemque, facere. fr. 1. §. 4. Qu. vi aut cl. 43. 24. fr. 40. pr. fr. 238. §. 1. de V. S. 50. 16. Testationem interponere contrariae voluntatis. fr. 16. ad S.C. Mac. 14. 6. Vxorem ducere, testatione interposita quod etc. Vlp. III. 3. fr. 3. pr. de concubin. 25. 7. cf. fr. 4. de fide instrum. 22. 4. Vt — qualiscunque testatio amplectendae hereditatis ostendatur. c. 9. Qui adm. ad B. P. 6. 9. cf. fr. 20. de opt. leg. 33. 5. Solam testationem dotis repetendae non sufficere ad moram doti factam. Vatic. §. 95. Valeat deposita super instituenda lite testatio. Th. C. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. Cf. Iust. C. c. 4. de testib. 4. 20. — **§. 3.** *Scriptura, testium subscriptione munita.* III. ***Cn.*** In testationem redigere, ut postea nullam quaestionem pateretur. fr. 8. pro derel. 41. 7. Arcessitis amicis, — dixisse, — eaque dicta in testationem redegisse. fr. 39. §. 1. de legat. III. (32.) Ne instrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel testationes consignent. fr. 9. §. 5. de poen. 48. 19. Adsignare — et per epistolam, vel testationem, vel chirographum (posse.) fr. 7. de adsign. libert. 38. 4. Qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda —d. m. curaverit. Coll. LL. M. VIII. 7. fr. 1. pr. fr. 9. §. 3. de L. Corn. de fals. 48. 10. Th. C. IX. 19. c. 4. §. 1. eod. Paul. V. 25. §. 5.

Testato. (Advb.) **§. 1.** *Coram testibus.* III. ***Cn.*** Sive testato, sive per epistolam, sive verbis, aut per nuncium (iubere.) fr. 1. §. 1. Qu. iussu. 15. 4. Notum debitori facere, — et quando licet, testato dicere. c. 4. de distr. pign. 8. 28. Ex quo in notitiam eius decretum prolatum est test. Vatic. §. 156. Test. convenire, et desiderare ut etc. fr. 122. §. 3. de V. O. 45. 1. cf. fr. 8. §. 8. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Iusto testamento condito.* II. ***Op.*** Intestato (decedere.) Cf. h. v.

Testator. Testatrix. *Qui, Quaeve, testamentum condidit.* I. ***Sy.*** Testans. Cf. v. Testari. §. 4. Qui facit testamentum. Conditor testamenti. Gai. II. 103. sq. Th. C. IV. 4. c. 3. pr. §. 1. de testam. et codic. III. ***Cn.*** Testator, tabulas testamenti tenens, ita dicit. Gai. II. 104. Nisi in testamento caverit testator. Id. II. 270. Familiam testatoris mancipio accipere. Id. II. 103. 105. 116. Testamenti factionem cum testatore habere. Vlp. XXII. 1. Neque testatoris iam defuncti, neque heredis, qui nondum adiit, (negotium gessisse.) fr. 3. §. 6. de N. G. 3. 5. Liberi et parentes testatoris. Vlp. XVIII. 1. Voluntas testatoris, vel testatricis. c. 26. de testam. 6. 23. cf. fr. 18. §. 1. ut legat. serv. c. 36. 3.

Testatus. (Partic.) **§. 1.** *Ad testium, vel scripturarum, probationem spectans.* I. ***Sy.*** In testationem, In testatum (redigere.) fr. 1. §. 4. usufr. quemad. cav. 7. 9. fr. 39. §. 1. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Cuius (sc. pecuniae) nobis fuerit summa testatior. Th. C. X. 1. c. 15. de iure fisci. (Cf. v. Testari. §. 3.) — **§. 2.** *Cum testamento. Testato.* II. ***Op.*** Intestatus. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Ipso quidem iure testati decedunt, sed per consequentias — intestati decedunt. Paul. IV. 8. §. 2.

Testiculus. *Globulus, qui scroto includitur,* (in corpore marium.) III. ***Cn.*** Qui cum uno testiculo natus est, quive amisit. fr. 4. pr. de R. M. 49. 16. cf. fr. 6. §. 2. de Aed. edict. 21. 1.

Testificari. *Declarare, Manifestum facere.*

III. **Cn.** Adsignare libertum, h. e. testificari, cuius — esse voluit. fr. 107. de V. S. 50. 16. Vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. fr. 4. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Testificatio. *Testatio, Testimonium.* I. **Sy.** Contestatio. Cf h. v. §. 1. Solemnitas (actorum.) Th. C. III. 5. c. 1. c. 8. pr. §. 1. de sponsal. III. **Cn.** Ex quo ea testatio ad eum facta est, — sub testificatione aliarum tamen personarum. c. 24. de N. G. 2. 19. c. 1. si min. ab her. 2. 39. Non nisi publica testificatione, ponantur (tituli.) Th. C. X. 9. c. 1. de incorpor. Iuratos sub gestorum testificatione depromere. c. 11. §. 1. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Frequenter ingerere, sub actorum testificatione. Th. C. VIII. 1. c. 9. sq. de numerar.

Testimoniales. *Litterae publicae probatoriae. Diploma.* I. **Sy.** Litterae testimoniales. Vatic. §§. 233. 236. Epistolae. Th. C. VII. 21. c. 1. c. 4. de testim. ex-trib. III. **Cn.** Qui egerunt administrationes, aut earum honore funguntur, vel dimissi e palatio testimonialium suffragio muniuntur. Ib. XIII. 3. c. 15. sq. de medic. et prof. Cf. VI. 22. c. 8. §. 1. de honor. codic. Plerique testimonialibus fraude quaesitis fiunt veterani. Ib. VII. 20. c. 12. pr. de veteran.

Testimonium. **§. 1.** *Professio testis de fide alicuius rei.* I. **Sy.** Testatio. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Testibus, non testimoniis, credere. fr. 3. §§. 3. sq. de testib. 22. 5. Cui testimonium defuerit, is — ob portum obvagulatum ito. L. XII Tabb. II. 3. Iudicare, vel testimonium dicere. fr. 2. de Senat. 1. 9. Nec ad testamentum, nec ad testimonium adhiberi posse. fr. 15. pr. de testib. 22. 5. fr. 20. §§. 3. 5. Qui testam. fac. p. 28. 1. Quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur invitis. Coll. LL. M. IX. 2. fr. 2. pr. de secus. 48. 2. Paul. V. 15. §. 3. Testes, quorum testimonium reprobatum est, quasi ex falso testimonio etc. fr. 21. de h. qui not. inf. 3. 2. Paul. V. 25. §. 2. cf. V. 23. §. 1. Coll. LL. M. VIII. 3. sq. 7. fr. 2. de concuss. 47. 13. Testamentum facere potest, quia accire potest adhibitos testes, et audire sibi testimonium perhibentes. Paul. III. 4 A. §. 4. fr. 20. §. 3. Qui testam. fac. p. 28. 1. Reprobatum est in ea re domesticum testimonium. Gai. II. 105. Vlp. XX. 3. — **§. 2.** *Probatio. Documentum.* I. **Sy.** Argumentum. Gai. III. 131. 139. — **§. 3.** *Suffragatio.* I. **Sy.** Suffragium, Iudicium. Th. C. VI. 22. c. 1. de honor. codic. XII. 1. c. 25. de decurion.

Testis. *Qui rei gerendae interfuit,* (et fidem eius testificari potest.) III. **Cn.** Teste, et audiente, populo R. Th. C. XIV. 4. c. 1. de suar. Testibus, aut instrumentis (probare.) Iureiurando, aut testibus (explicare.) fr. 10. §. 3. de edend. 2. 13. Paul. V. 15. §. 6. Testibus, non testimoniis, credere. fr. 3. §. 3. de testib. 22. 5. Testes, quorum testimonium reprobatum est. fr. 21. de h. qui not. inf. 3. 2. Paul. V. 15. §. 1. Interrogari posse in aliquem (testes.) Id. §§. 2. sqq. l. l. Licet ad aliam rem sint rogati (testes,) vel collecti, si tamen ante certiorentur, — posse eos testimonium suum recte perhibere. fr. 21. §. 2. Qui testam. fac. p. 28. 1. cf. fr. 11. de testib. 22. 5. Paul. III. 4 A. §. 4. In testibus esse posse. Testis, et libripens, adhiberi posse. Gai. II. 105. sqq. III. 174. Vlp. XX. 3. sqq. fr. 20. Qui testam. fac. p. 28. 1. De domo, Domestici (testes.) Cf. v. Domesticus. §. 1. Cum certis et solemnibus verbis, praesentibus — testibus, agi et fieri. Gai. I. 112. Vlp. IX. 1. VII signis testium signatum testamentum. Gai. II. 119. Vlp. XXIII. 6. XXVIII. 6. Paul. IV. 6. §. 1. V. 25. §. 6.

Testudineus. (Adiect.) *Ex testudine factus.* III. **Cn.** Cui „testudinea" legata essent, ei lectos testudineis pedibus inargentatos deberi. fr. 100. §. 4. de legat. III. (32.)

Testudo. *Testa pretiosa* (animalis notissimi ex genere amphibiorum.) III. **Cn.** Nunc ex ebore, atque testudine, et argento — supellectile utuntur. fr. 7. §. 1. de supell. leg. 33. 10.

Teter. Cf. v. Taeter.

Tetraditae. *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Eunomiani, Tetraditae, seu Tessarescaedecaditae, Valentiniani etc. c. 5. de haeret. 1. 5.

Texere. **§. 1.** *Telam conficere.* III. **Cn.** Quae ex lana et lino texta sunt. Paul. III. 6. §. 79. Cf. v. Textum. — **§. 2.** *Inserere.* III. **Cn.** Quae precibus texuisti. Consult. vet. I. Cti. c. 9.

Textor. Textrix. *Qui, Quaeve, vestimenta texit.* III. **Cn.** Qui eorum (sc. servorum) usus sui causa parati essent? utrum dispensatores, insularii, villici, atrienses, textores, operarii etc. fr. 203. de V. S. 50. 16. cf. fr. 1. §. 1. de tribut. act. 14. 4. Textores omnes, praeter vernas. fr. 36. §. 1. de legat. I. (30.) Si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat. fr. 27. pr. de pecul. 15. 1.

Textrinum. *Officina textoris.* III. **Cn.** Privatae, vel lintearíae vestis magistri, — baphiorum ac textrinorum procuratores. c. 14. de murileg. 11. 7. Th. C. X. 20. c. 6. eod. Textrini nostri mancipia. Ib. c. 9.

Textum. *Vestis texta.* III. **Cn.** Sigillatis sericis, aut textis uti auratis. Th. C. XV. 7. c. 11. de scaenic.

Textus. (Subst.) *Carmen orationis, scripturaeve.* I. **Sy.** Series. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Post eius litteras, sive in subscriptione positas, sive per totum textum effusas. c. 1. §. 1. de Lat. libert. 7. 6. Textum impetratae petitionis adferre. Th. C. X. 10. c. 21. de petit. et ultro dat.

Theatralis. (Adiect.) *Ad theatrum pertinens.* I. **Sy.** Scaenicus. Cf. h. v. III. **Cn.** Theatrales ludi, aut circensia certamina, aut ferarum cursus. Th. C. XV. 5. c. 2. pr. de spectac. cf. II. 8. c. 20. c. 23. (Wck.) de feriis. Theatralis liberalitas. c. 3. de praed. decur. 10. 33. Arca theatr. Iul. ep. nov. c. 57. §. 201.

Theatrum. *Aedificium, ad spectandum ludos scaenicos.* III. **Cn.** Quae in civitatibus sunt theatra, et stadia, et similia. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 3. pr. de opp. pub. 50. 10. Theatrorum, atque circensium voluptas. Th. C. XV. 5. c. 5. de spectac. In aditu circi, vel in theatri prosceniis. Ib. XV. 7. c. 12. pr. de scaenic. In theatro spectare (arceri.) fr. 2. §. 9. ne qu. in loco pub. 43. 8. Gai. III. 225. cf. I. 20.

Thebaicus. (Adiect.) *Ad Thebaidem provinciam pertinens.* III. **Cn.** Per Thebaicam atque Au-

gustamnicam provincias. Th. C. I. 14. c. 1. de off. Prf. Aug. Tam Thraci, quam Illyrici — limitis, Aegyptiaci insuper, Thebaici, Libyci (milites.) Nov. Th. II. de amb. et loc. lim. I. 24. c. 1. §. 5.

Thebais. *Regio Aegypti*, (contermina Aethiopiae.) III. ***Cn.*** Comes Phoeniceseos, — Arabiae, et Thebaidis, Libyae etc. c. 10. de div. offic. 12. 60.

Thebestinus. (Adiect.) *Ad Thebestem spectans*, (Numidiae civitatem.) III. ***Cn.*** Concilii gratia, in Thebestina civitate accessus pateat. Th. C. I. 15. c. 10. (Wck.) de off. Vicar.

Theca. *Repositorium, Loculus*. III. ***Cn.*** Nec frumenti, nec leguminum thecae, arculae forte, vel sportae. fr. 3. §. 11. de penu leg. 33. 9.

Theodosiacus. (Adiect.) *Ad Theodosium Imp. spectans*. I. ***Sy.*** Theodosianus. Th. C. VI. 4. c. 25. pr. §. 1. c. 30. de Praet. et Qu.

Theodosianus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui a Theodosio Imp. profectus est*. I. ***Sy.*** Theodosiacus. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Constantiniani, et Constantiani nominis (praetura.) — Theodosianus, et Arcadianus (praetores.) Th. C. c. 25. pr. l. Quae (sc. iura) ex Theodosiana, vel nostra lege descendunt. c. 1. §. 16. de R. U. A. 5. 13. cf. c. 3. Qu. et quib. qu. pars. 10. 34. — **§. 2.** *Ad codicem constitutionum pertinens, a Theodosio II. promulgatum*. III. ***Cn.*** Lex, v. Corpus, Theodosiani. Consult. vet. I. Cti. c. 1. c. 3. c. 8. sq. Commonitor. breviar. Alaric. Cf. L. Rom. Burg. 1. sq. 4. 6. sqq. Lex, quae sub hoc titulo Theodosiani continetur. Ib. 40. (al. 39.) Ex Theodosiani libro. Consult. vet. I. Cti. c. 7.

Theodosiopolitanus. (Adiect.) *Ad Theodosiopolin spectans*, (Armeniae minoris civitatem.) III. ***Cn.*** Theodosiopolitanae et Satalenae civitati contigui (fundi.) Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 3. §. 1.

Theopolitanus. (Adiect.) *Ad Theopolin spectans*, (Syriae civitatem, quae vulgo Antiochia nominatur.) I. ***Sy.*** Antiochenus (patriarcha.) Iul. ep. nov. c. 115. §. 431.

Theriaca. *Genus medicamenti compositi* (contra serpentum morsus.) III. ***Cn.*** Theriaca, et caetera medicamenta. fr. 12. §. 41. de instr. leg. 33. 7.

Thermae. *Balneae calidae*. III. ***Cn.*** Publicae viae munitiones, — calefactiones thermarum, annonae divisio etc. fr. 1. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Reparatio publicorum moenium, et thermarum subustio. Th. C. XV. 1. c. 32. de opp. pub. Mancipes, qui thermarum exhibitionem Romae curant. Ib. XIV. 5. c. 1. de mancip. therm.

Thermensis. (Adiect.) *Ad Thermessum pertinens*, (Pisidiae civitatem.) III. ***Cn.*** Qui Thermenses maiores Pisidae fuerunt. Plebiscit. de Thermens. I. 4. sq.

Thermitanus. (Adiect.) *Ad Thermas pertinens*, (Siciliae oppidum.) III. ***Cn.*** Siculus possessor: — Syracusanus, Catanensis, — Thermitanus [al. Tremitanus] etc. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1.

Thesaurensis. *Qui Comitum thesaurorum officialibus adscriptus est*. III. ***Cn.*** Thesaurensis, vel officialis Comitis thesaurorum. — Scriniarii Comitum thesaurorum, vel caeteri thesaurenses. Th. C. VIII. 7. c. 14. pr. §. 1. c. 23. de div. offic.

Thesaurus. **§. 1.** *Depositum rerum pretiosarum, terrae mandatum* (praesertim illarum, quarum dominus ignoratur.) I. ***Sy.*** Vetus quaedam depositio pecuniae, cuius non exstat memoria. fr. 31. §. 1. de A. R. D. 41. 1. fr. 44. pr. de A. v. A. P. 41. 2. III. ***Cn.*** Quisquis thesauros, et condita ab ignotis dominis tempore vetustiore monilia, quolibet casu repererit. Th. C. X. 18. c. 2. pr. de thesaur. fr. 3. §§. 10. sq. de iure fisci. 49. 14. Thesaurum, relictum a testatore, effodit. fr. 22. pr. fam. ercisc. 10. 2. Et thesaurus donum fortunae creditur. fr. 63. §. 1. de A. R. D. 41. 1. cf. Th. C. c. 3. l. l. — **§. 2.** *Aerarium Principis, Arca largitionum Principalium*. I. ***Sy.*** Largitiones sacrae. Thesauri. Ib. X. 24. c. 2. de h. qu. c. disp. III. ***Cn.*** Sive arcae sublimitatis tuae, sive thesauris, sive sacro debentur aerario. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. §. 1. Sacri nostri numinis thesauri, aut res privatae nostrae pietatis. c. 3. pr. ubi Sen. v. Clariss. 3. 24. Exactores, tabularii, arcarii, officiave rationum, vel alius cui fiscalium thesaurorum tutela mandetur. Th. C. X. 24. c. 1. XI. 28. c. 3. de indulg. deb. Comites thesaurorum. Ib. VIII. 7. c. 14. pr. §. 1. c. 23. de div. offic. — **§. 3.** *Depositorium publicum. Horrea publica*. III. ***Cn.*** Thesauris eius urbis (deputentur, sc. species huiusmodi repertae.) Ib. VIII. 5. c. 48. §. 1. de cursu pub.

Thessalonicensis. (Adiect.) *Ad Thessalonicen pertinens*, (Macedoniae metropolin.) III. ***Cn.*** SS. Thessalonicensis ecclesia civitatis. Episcopus Thessal. Th. C. XI. 1. c. 33. de ann. et tribut. Iul. ep. nov. c. 9. §. 45.

Thlasias. Thlibias. *Eunuchi*, (quibus contusi et fracti sunt testiculi.) III. ***Cn.*** Qui natura spadones sunt, item thlibiae, thlasiae, sed et si quod aliud genus spadonum est. fr. 128. de V. S. 50. 16. Qui thlibias faciunt, — in eadem causa sunt, qua hi qui castrant. fr. 5. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Thoralia. Thorus. Cf. v. Toralia etc.

Thorax. *Munimentum, pectus tegens*. III. ***Cn.*** Qui gladiis, clypeis, et thoracibus nituntur. c. 14. de advoc. div. iudicior. 2. 7.

Thracensis. (Adiect.) *Incola Thraciae*. I. ***Sy.*** Qui Thraciae praeest, Thracensium (Praetor.) Iul. ep. nov. c. 19. §. 66.

Thracia. *Europae regio ampla*, (Macedoniae contermina.) III. ***Cn.*** Vniversa dioecesis Thraciarum. Provinciae Thraciarum. c. 1. de colon. Thracens. 11. 51. Th. C. VII. 6. c. 3. de milit. veste. Partes Thraciae, vel Illyrici. Ib. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit. Qui Thraciae praeest, (Praetor Iustinianus nominetur.) Iul. ep. nov. c. 19. §. 66.

Thracianus. (Adiect.) *Thracicus*. III. ***Cn.*** Si quid ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano [al. Thraciaco] scrinio fuerit emissum. c. 10. §. 2. cf. pr. de numerar. 12. 50.

Thracus. (Adiect.) Idem. III. ***Cn.*** Tam Thraci, quam Illyrici, nec non etiam Orientalis, ac Pontici limitis (milites.) Nov. Th. II. de amb. et loc. lim. I. 24. c. 1. §. 5.

Thrax. *Qui est e Thracia.* III. **Cn.** Vt nemo quemquam Thracem ultra — putet esse celandum. Th. C. X. 19. c. 7. de metall. Ad Thracum similitudinem Senatorum. Ib. VI. 2. c. 3. de Senat. et de gleb.

Thus. Cf. v. Tus.

Thuscia. Cf. v. Tuscia.

Thymela. *Locus editus in orchestra,* (in quo citharoedi et tibicines musicis instrumentis operam dabant.) III. **Cn.** Actuarii, et cornicularii, tam classium — quam thymelae, equorumque curulium. Th. C. VIII. 7. c. 21. sq. de div. offic. Cf. Nov. Iust. 105. c. 1.

Thymelicus. (Adiect.) *Ad quaestum et professionem thymelae pertinens.* III. **Cn.** Privatae personae, vel thymelicae, vel ese quae aurigandi studio detinentur. Th. C. XIV. 3. c. 21. de pistor. Thymelici, xystici, agitatores. fr. 4. pr. de h. qui not. inf. 3. 2. Thymelicam ex urbe — abducere. Th. C. XV. 7. c. 5. de scaenic.

Thynnarius. (Adiect.) *Ad thynnum spectans,* (piscem marinum, ex genere cetario.) III. **Cn.** Venditor fundi — legem dederat: „ne contra eum piscatio thynnaria [al. thunnaria] exerceatur." fr. 13. pr. comm. praed. 8. 4.

Tiberinus. (Adiect.) *Ad Tiberim fluvium pertinens.* III. **Cn.** Qui navem Tiberinam habere fuerit ostensus. Th. C. XIV. 21. c. 1. de naut. Tiber.

Tiberis. *Fluvius Etruriae,* (qui Romam interluit.) III. **Cn.** Quaecunque navigia in alveo Tiberis inveniuntur. Th. C. I. l. V viri constituti sunt, cis Tiberim et uls [al. ultra] Tiberim. fr. 2. §. 31. de O. I. 1. 2. cf. fr. 5. §. 16. de tribut. act. 14. 4. (v. Cistiberes.) Rediens a coena, iuxta Tiberim periit. fr. 6. de R. N. 23. 2. Cum Tiberis abundasset, et res multas multorum aliena in aedificia detulisset. fr. 9. §. 1. de damn. inf. 39. 2.

Tiberius. *Augusti Imp. filius adoptivus,* (et successor imperii R. constitutus.) III. **Cn.** D. Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptavit. §. 11. I. de adopt. 1. 11. Sabino concessum est a Tiberio Caes., ut populo responderet. — Cos. fuit (sc. C. Cassius Longinus) temporibus Tiberii. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2.

Tibiale. *Armaturae genus,* (inferiori cruris parti aptandum.) III. **Cn.** Si tota (sc. arma) alienavit; — sed et si partem eorum, — si tibiale, vel humerale. fr. 14. §. 1. de R. M. 49. 16.

Tiburs. *Incola Tiburis,* (oppidi Latii.) III. **Cn.** Tiburtibus, municipibus meis. fr. 35. §. 3. de legat. III. (32.)

Tignarius. *Qui tignis operatur.* III. **Cn.** Fabros tignarios [al. lignarios] dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolarent, sed omnes qui aedificarent. fr. 235. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. Paul. III. 6. §. 50. Architecti, laquearii, albarii, tignarii [al. trigarii.] Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif. Cf. Iust. C. c. 2. eod. 10. 64.

Tignum. *Materia,* (ad aedificandum apta, praesertim trabes.) III. **Cn.** L. XII Tabb. neque solvere permittit tignum furtivum, aedibus vel vineis iunctum, neque vindicare. fr. 1. pr. de tigno iunct. 47. 3. L. XII Tabb. VI. 7. fr. 6. ad exhib. 10. 4. Tigni adpellatione in Lege XII Tabb. omne genus materiae, ex qua aedificia constant, significatur. fr. 62. de V. S. 50. 16. fr. 1. §. 1. l. 47. 3. fr. 7. §. 10. de A. R. D. 41. 1. Trahendi lapidem, aut tignum (sc. ius.) fr. 7. pr. de S. P. R. 8. 3. Tigna, trabes, quae immitterentur. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. fr. 8. §. 1. si servit. 8. 5. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6.

Tilia. *Materia arboris eiusdem nominis,* (ad scripturam idonea.) III. **Cn.** Sive in charta, sive in membrana sint (sc. volumina,) sive — in philyra, aut tilia. fr. 52. pr. de legat. III. (32.)

Timere. *Vereri, Metuere.* III. **Cn.** Si quis meticulosus rem nullam [al. ullam] frustra timuerit. fr. 7. pr. Qu. met. c. 4. 2. Timere vel mortem, vel vincula. fr. 7. §. 1. ib. 4. 2. cf. fr. 27. §. 4. de pact. 2. 14. Locus, ex quo damnum timeatur. fr. 10. de interr. in iure. 11. 1. Qui temporalem exceptionem timet. fr. 55. de V. S. 50. 16.

Timide. (Advb.) *Minus audacter.* III. **Cn.** Metu onerum patris, timidius quis etiam impuberis hereditatem adibit. fr. 42. pr. de A. v. O. H. 29. 2.

Timiditas. *Proclivitas ad timorem.* III. **Cn.** Per ignaviam, vel per timiditatem, — vel ignorantiam iuris sui, (serius petitur.) fr. 26. §. 1. de fideic. libb. 40. 5.

Timidus. (Adiect.) *Meticulosus.* III. **Cn.** Qui praeter modum timidi, cupidi, avarique sunt. fr. 1. §. 11. de Aedil. edict. 21. 1. Perquam timidi, metu divini numinis, usque ad superstitionem. fr. 8. pr. de cond. instit. 28. 7. Qui timidior est, vel tenerae aetatis videtur. Paul. V. 14. §. 2.

Timor. *Metus, Pavor.* I. **Sy.** Metus. Terror. Cf. h. vv. III. **Cn.** Qui metu verborum, vel aliquo timore coactus. fr. 6. §. 7. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 5. Qu. met. c. 4. 2. Iustus, — Vanus, s. Supervacuus, timor. fr. 2. §. 1. fr. 3. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 13. pr. de re iud. 42. 1. Divini timoris immemor. c. 6. ad L. Iul. repet. 9. 27. Servitutis, v. Infamiae, timor. fr. 4. fr. 7. pr. Qu. met. c. 4. 2. Reo securitatem timoris ac periculi promittere. fr. 1. §. 10. ad S. C. Turp. 48. 16.

Tingere. **§. 1.** *Colorem inducere, Inficere.* I. **Sy.** Intingere, Fucare. Cf. v. Fucare. §. 1. Inficere. Cf. v. Infectus. Colorare. Th. C. X. 20. c. 18. de murileg. III. **Cn.** Quasi desit, lana tincta, lana esse. fr. 32. §. 6. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Maculare.* III. **Cn.** Qui — sanguine proprio manum tinxit. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. (Cf. v. Cingere. §. 2.)

Tingi. *Civitas Africae,* (ad fretum Gaditanum.) III. **Cn.** VII provinciae, — quarum Tingi, [al. Zeugi] et — Carthago, et Byzacium, ac Tripolis, rectores habeant consulares; reliquae vero, i. e. Numidia, et Mauritania, et Sardinia, a praesidibus gubernentur. c. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Tiro. *Miles novus, et rudis militiae.* II. **Op.** Veteranus. Th. C. VII. 13. c. 6. §. 1. de tiron. III. **Cn.** Qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tirones sint, — nondum milites sunt. fr. 42. de milit. testam. 29. 1. Ignorans adhuc disciplinam tiro. fr. 4. §. 15. de R. M. 49. 16. Tironum, et equorum praestatio.

Aurum pro tironibus inferendum. Th. C. VI. 23. c. 2. de decur. et silent. VII. 13. c. 7. §. 2. c. 13. de tiron.

Tirocinium. **§. 1.** *Primum militiae rudimentum.* III. **Cn.** Tirociniis castrensibus imbui. Th. C. VII. 20. c. 12. pr. de veteran. In tirocinium militiae offerre. Ib. c. 11. — **§. 2.** *Experimentum muneris cuiusque obeundi.* III. **Cn.** Novicium non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. fr. 65. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1.

Tironatus. Idem. III. **Cn.** Tempore tironatus, eorum procuratores — in iudicio praesententur. Th. C. VII. 13. c. 21. de tiron.

Tithasus. *Nomen servi.* III. **Cn.** Tithasus, si in capitolium adscenderit, heres esto. fr. 67. de hered. inst. 28. 5.

Titia. **§. 1.** *Mulieris nomen.* III. **Cn.** Titiae, uxori meae, tutoris optionem do. Gai. I. 150. 152. — **§. 2.** *Nomen legis de sponsionibus.* III. **Cn.** In quibus rebus ex L. Titia, (et Publicia,) et Cornelia etiam sponsionem facere licet. fr. 3. de aleat. 11. 5. — **§. 3.** *Nomen legis, de tutoribus a magistratibus dandis.* III. **Cn.** L. Iulia et Titia. Cf. v. Iulia. §. 9.

Titianus. (Adiect.) *Ad Titium pertinens.* I. **Sy.** Titii, Titiana (hereditas.) fr. 27. §. 11. ad S.C. Treb. 36. 1. III. **Cn.** Si mandavero tibi, ut domum Seianam C emeres, tuque Titianam emeris. fr. 5. §. 2. mand. 17. 1. Vt fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat. fr. 38. §. 3. de legat. III. (32.)

Titillus. *Titillatio.* III. **Cn.** Virga, aut flagrum, cuius in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus innocuo titillo poterit admonere. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub.

Titio. *Lignum adustum, Torris.* III. **Cn.** Titiones, et alia ligna cocta ne fumum faciant. fr. 55. §. 7. de legat. III. (32.)

Titius. *Nomen personae fictae.* III. **Cn.** Ait Praetor: Si L. Titius in potestate L. Titii est. fr. 3. pr. cf. fr. 1. pr. de liber. exhib. 43. 30. Titio fundum, quem a Titio emi, do lego. Vlp. XXIV. 19. Illa verba: „Arbitratu L. Titii fieri," ius significant, et in servum non cadunt. fr. 68. de V. S. 50. 16. cf. Gai. III. 140. Quantum adiudicari oportet, iudex Titio adiudicato. Gai. IV. 42. Si A. Agerius — L. Titii heres esset. Id. IV. 34. Iudex N. Negidium L. Titio HS. X millia condemna. Id. IV. 86. cf. 64. Cum ita mancipio accipiat: Hanc rem ex iure Quir. L. Titii, domini mei, esse aio. Id. III. 167. Quoties paciscor, ne a persona petam, i. e. ne a L. Titio petam. fr. 7. §. 8. de pact. 2. 14. L. Titium liberis meis tutorem do. Gai. I. 149. Vlp. XXIV. 25. L. Titius crimen intendit C. Seio. fr. 21. de h. qui not. inf. 3. 2. Rogavit Titius, spopondit Maevius. fr. 7. §. 12. de pact. 2. 14. Titii servum putans, qui erat Sempronii. fr. 6. §. 8. de N. G. 3. 5. Magistratus actores bonorum Titium, et Seium, et Caium idoneos creaverunt. fr. 26. ib. 3. 5. Duo Titii illius insulae heredes sunto. fr. 11. de hered. inst. 28. 5.

Titubare. **§. 1.** *Incertum esse, Fluctuare.* I. **Sy.** Incertus, Titubans (animus.) c. 11. de cond. indeb. 4. 5. c. 22. §. 1. de iure delib. 6. 30. III. **Cn.** In tutissimam pervenit quietem, nullo titubante relicto. c. 2. §. 10. de vet. iure enucl. 1. 17. Incertis vestigiis titubat (imperfecta Latinorum libertas.) c. 1. pr. de Lat. libert. 7. 6. — **§. 2.** *Debilitari, Viribus privari.* II. **Op.** Permanere, Perseverare, Valere. c. 43. de transact. 2. 4. Th. C. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. III. **Cn.** Si in aliqua parte titubaverint, restituta (sc. privilegia.) Ib. XIV. 2. c. 1. de priv. corp. urb. R. Cum navarchorum coetus — inopia navium titubaret. Ib. XIII. 5. c. 32. de navicul. Cf. Iust. C. c. 5. §. 1. de temp. et repar. 7. 63.

Titulus. **§. 1.** *Inscriptio. Scriptura palam proposita.* III. **Cn.** Vt eidem operi ex eius nomine titulus scribatur. Th. C. VI. 4. c. 13. §. 1. de Praet. et Qu. Paul. I. 21. §. 8. Quibus (sc. gradibus) titulus figendus est aeneus, in quem et panis modus — debebit incidi. Th. C. XIV. 17. c. 5. de ann. civ. Cf. IX. 42. c. 11. c. 20. de bon. proscr. Diversorum nominibus et titulis tueri (naves suas.) Ib. XIII. 7. c. 2. de nav. n. exc. Alienis agris, vel ergasteriis, titulos imponere, et nomen suum inscribere. Iul. ep. nov. c. 21. §. 80. c. 22. §. 86. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 6. — **§. 1. A.** *Index, Summarium* (eius, quod in singulo uberioris scripturae capite continetur.) I. **Sy.** Pars (edicti.) Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si, capitulis diversis expressis, ad plures titulos constitutio una pertineat. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. Multa — sub hoc titulo Praetor inseruit. fr. 1. de R. C. 12. 1. cf. fr. 1. de I. I. R. 4. 1. Ad titulum in integr. restitutionis pertinentes (sc. maiores.) c. 5. de restit. milit. 2. 51. Vt in edicto Praetoris ostendimus, sub titulo de furtis. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Gai. IV. 46. Paul. lib. 8. responsor. titulo: de re uxoria. Vatic. §. 108. cf. §§. 90. sqq. — **§. 2.** *Nomen, Forma.* I. **Sy.** Causa (excusationis.) Ib. §§. 155. sq. II. **Op.** Titulus actionis. — Origo, Causa (obligationis, s. debiti.) fr. 69. de fideiuss. 46. 1. c. 3. ad S.C. Mac. 4. 28. III. **Cn.** Quem dignitas commendat, — vel vitae honestas, vel artis laudabilis titulus. Iul. ep. nov. c. 83. §. 324. Qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt. c. 21. de episc. et cler. 1. 3. Si eiusdem tituli fuerunt (sc. privilegia,) concurrunt. fr. 32. de reb. auct. iud. 42. 5. Deficiente titulo criminis, (hoc crimen locum habet.) fr. 3. §. 1. stellion. 47. 20. Color, vel titulus (ut sic dixerim) donationi quaesitus. fr. 49. de don. int. V. 24. 1. Titulo tenus aere alieno adlegato, (pecunia abuti.) fr. 5. §. 13. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9. Ex se natum, sub titulo naturalis filii, — manumittere. fr. 21. pr. de captiv. 49. 15. Adire Praetorem, et titulum excusationis suae apud eum expromere. Vatic. §. 156. cf. §. 128. fr. 60. §. 4. de R. N. 23. 2. cf. fr. 4. pr. de naut. foen. 22. 2. fr. 10. §. 2. de adp. et relat. 49. 1. Petere, titulo (rei uxoriae.) Vatic. §. 103. — **§. 3.** *Causa, Ius (adquirendi.)* I. **Sy.** Causa (possessionis, v. usucapionis.) Cf. h. v. §. 7. Iustum initium (legitimae possessionis.) Th. C. IV. 8. c. 7. (Wck.) de liberali c. III. **Cn.** Quocunque titulo, vel iure, (conferre.) Ib. VIII. 19. c. 1. de bon. qu. fil.fam. cf. VIII. 18. c. 7. de matern. bon. IX. 9. c. 1. §. 2. de mul. qu. se serv. Cui — error causam possessionis, sine vero titulo, praestitit. c. 5. de praescr. l. t. 7. 33. cf. c. 7. de A. v. R. P. 7. 32. c. 22. fam.

erciec. 3. 36. Pro emtore, vel pro dote, vel pro donato, sive alio quolibet titulo (possidere.) fr. 30. si qu. om. c. testam. 29. 4. cf. fr. 2. de distr. pign. 20. 5. Omnibus titulis hic „pro possessore" haeret, et quasi iniunctus est. fr. 13. §. 1. de hered. pet. 5. 3. — **§. 4.** *Nomen praestationis publicae. Ordo et forma onerum publicorum.* III. **Cn.** Pro publicis expensis, vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus. Const. de Iust. Cod. confirm. §. 4. Cf. Th. C. XV. 1. c. 31. de opp. pub. Ex reditibus reipub. omnium titulorum. Ib. IV. 12. c. 7. de vectig. et commiss. Personalia debita. — Generales tituli. Ib. XI. 28. c. 9. de indulg. deb. Reliquorum ex fiscalibus titulis cuncta debita. Ib. c. 5. Annonariae functiones, — etiam largitionales tituli. Ib. c. 14. Cf. XI. 12. c. 2. de immun. conc. XI. 2. c. 4. tribut. in ips. spec. Id, quod in titulis debitis sub praestatione confertur auraria. Ib. XI. 1. c. 19. de ann. et tribut. XII. 6. c. 11. sqq. de susceptor. Per provincialia officia — cunctos exigi titulos. Ib. I. 16. c. 5. (Wck.) de off. Rect. Pr. Comes titulorum. Ib. I. 10. c. 8. (Wck.) de off. com. S. largg. Tituli, qui annui atque solemnes sunt. — Canonici, et superindicticii tituli. Ib. XI. 1. c. 36. de ann. et tribut. XI. 6. c. 1. de superind. XII. 7. c. 3. de ponderat. cf. IX. 42. c. 16. de bon. proscr.

Titus. *Praenomen Imperatoris R.* (qui Vespasianum patrem regnantem excepit.) III. **Cn.** Imp. Titus Antoninus. Cf. v. Antoninus. §. 1. D. Claudius duos Praetores adiecit, — ex quibus unum D. Titus detraxit, et adiecit D. Nerva etc. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2.

Toga. **§. 1.** *Exterior vestis,* (qua cives dumtaxat rom. extra militiam utebantur.) III. **Cn.** Si, accepto usu togae romanae, ut cives rom. semper egerint. fr. 32. de iure fisci. 49. 14. Tugurium, a tecto — dictum, ut toga, quod ea tegamur. fr. 180. §. 1. de V. S. 50. 16. Virilia sunt (sc. vestimenta,) — veluti togae, tunicae, palliola. — Puerilia sunt, — veluti togae praetextae etc. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Insigne, item munus, advocatorum.* I. **Sy.** Advocatio, Corpus togatorum, Officium causidicorum, Toga (p. se pos.) c. 3. sq. c. 7. sq. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Th. C. XII. 1. c. 152. de decurion. Nov. Val. III. (II. 13. c. 1. §. 1.) de conf. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 7.

Togatus. **§. 1.** *Qui urbano civium R. indutu corporis utitur.* II. **Op.** Militans. — Togatus [al. Rogator.] c. 5. de metat. 12. 41. Th. C. VII. 8. c. 10. §. 2. eod. III. **Cn.** Nullus Senatorum habitum sibi vindicet militarem. — Cum autem conventus ordinis candidati coeperit agitari, — togatum eundem interesse mandamus. Th. C. XIV. 10. c. 1. pr. de hab. quo uti. op. — **§. 2.** *Patronus causarum.* I. **Sy.** Advocatus, Causidicus. Patronus causarum. c. 2. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 5. sqq. de postul. 2. 6. c. 13. §. 9. de iudic. 3. 1. III. **Cn.** Viri disertissimi, togati fori amplissimae sedis. c. 1. §. 3. de vet. iure enucl. 1. 17. c. 6. c. 9. de advoc. div. iudicior. 2. 7. Th. C. VI. 2. c. 15. de Senat. et de gleb.

Tolerabilis. (Adiect.) **§. 1.** *Qui tolerari potest.* III. **Cn.** Error tolerabilis. fr. 5. §. 1. pro suo. 41. 10. Esse tolerabilis. — Plus quam tolerabile est. fr. 25. §. 6. loc[illegible] 2. fr. 13. §. 1. de pollicit. 50. 12. — **§. 2.** *A[illegible] Conveniens.* III. **Cn.** In quam rem tolerabile tempus visum est C dierum. Gai. II. 170. Non debet in alium iudicium transferri, — tolerabilius denique est etc. fr. 13. §. 3. de vac. et excus. 50. 5.

Tolerantia. *Necessitas munerum obeundorum.* II. **Op.** Tolerantia munerum sordidorum, atque indigni oneris. — Immunitas. Th. C. VI. 35. c. 4. sq. de priv. eor. qui in S. pal.

Tolerare. **§. 1.** *Perferre, Excipere.* I. **Sy.** Sustinere. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Sub armis militiae sacramenta tolerasse. Th. C. XIII. 1. c. 2. de lustr. collat. Damna tol. c. 17. de eviction. 8. 45. — **§. 2.** *Sustentare, Alere.* III. **Cn.** Ex quibus agris paterfam. fructus caperet, quibus se toleraret. fr. 203. de V. S. 50. 16.

Tollere. **§. 1.** *Sursum erigere, Extollere.* I. **Sy.** Aedificare (altius.) fr. 2. fr. 21. de S. P. V. 8. 2. c. 8. sq. de servit. et aqua. 3. 34. Extollere. Cf. h. v. §. 1. Suffigere (cruci.) Tollere (in crucem.) Cf. v. Suffigere. III. **Cn.** Si iuxta — habeas aedificia, eaque iure tuo altius tollas. fr. 26. de damn. inf. 39. 2. Cavere, neque se neque successores suos prohibituros, altius tollere, sublatumque habere. fr. 7. si servit. 8. 5. cf. fr. 25. §. 1. de S. P. V. 8. 2. Si altius tollendo aget is, qui in infinitum tollendi ius non habet. Vatic. §. 53. Si aedes tuae aedibus meis serviant, ne altius tollantur etc. fr. 6. l. 1. 8. 2. Gai. II. 31. IV. 3. Viridia tollere, aut amoeniorem prospectum praestare. fr. 15. §. 1. de servit. 8. 1. — **§. 1. A.** *Sustollere, Suscipere.* III. **Cn.** De his legem sentire, qui liberos tollere possunt; itaque si castratum — adegerit etc. fr. 6. §. 2. de iure patron. 37. 14. Vt, quoad liberos tollat, testamentum non faciat. fr. 77. §. 24. de legat. II. (31.) cf. fr. 92. de A. v. O. H. 29. 2. Enixa filium exposuit; hic sublatus ab alio, educatus est. fr. 29. de man. testam. 40. 4. — **§. 1. B.** *Insurgere.* III. **Cn.** Iuxta patrem liberos — superbe cru(deliterque) se tollere. Vatic. 248. — **§. 2.** *Demoliri, Diruere.* I. **Sy.** Deponere (aedificium.) fr. 17. §§. 1. sq. de S. P. V. 8. 2. fr. 2. §. 17. ne qu. in loc. pub. 43. 8. III. **Cn.** Soli domino utilis est (sc. stipulatio,) — ut tota superficies tolleretur. fr. 39. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Suis impensis id opus tollere debere. — Pati, id opus tolli. fr. 3. §. 2. de alien. iud. mut. c. 4. 7. fr. 14. Qu. vi aut cl. 43. 24. Sublato aedificio, ususfr. interit. fr. 20. §. 2. de S. P. V. 8. 2. cf. fr. 71. de usufr. 7. 1. — **§. 3.** *Auferre, Asportare.* I. **Sy.** Egerere. Cf. h. v. Auferre. fr. 9. §. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 19. §. 4. locat. 19. 2. III. **Cn.** Cum essent duae tesserae positae, utramque sustulit. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. Ne vim facias mihi, quominus eum thesaurum effodiam, tollam, exportem. fr. 15. ad exhib. 10. 4. Dum tollitur, aut reponitur (sc. columna.) fr. 25. §. 7. locat. 19. 2. Qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit. Paul. I. 13A. §. 3. fr. 7. §. 5. de iurisd. 2. 1. Si vina — venierint, eaque antequam ab emtore tollerentur etc. fr. 15. cf. fr. 2. pr. de peric. et comm. 18. 6. Tempus, quo magis — eum fructum tollere expedit. fr. 42. de usu et usuf. leg. 33. 2. cf. fr. 16. pr. §. 1. de prae-

scr. vv. 19. 5. fr. 7. pr. sol. matrim. 24. 3. — **§. 3. A.** *Capere, Percipere.* I. **Sy.** Capere, Consequi (portiones.) L. Rom. Burg. 10. III. **Cn.** Exemplo sublato, (obsignari testamenta.) Paul. IV. 6. §. 2. Pensiones, quae deinceps sublatae a competitoribus fuerint. Th. C. XV. 1. c. 41. de opp. pub. — **§. 3. B.** *Contrectare. Abripere.* I. **Sy.** Auferre. Cf. h. v. §. 1. Furtiva, Sublata (res.) fr. 56. §. 1. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, deprehensus est. Paul. II. 31. §. 2. cf. V. 27. §. 1. — **§. 4.** *Absumere, Consumere.* I. **Sy.** Quae in abusu continentur, Quae usu tolluntur, aut minuuntur (res.) Vlp. XXIV. 27. fr. 1. de usufr. ear. rer. 7. 5. — **§. 4. A.** *Eximere, Reiicere.* **§. 1.** Amittere (civitatem.) Tolli (ex numero civium.) Gai. I. 128. III. **Cn.** Sublatis susceptoribus, conquiescit (grassantium cupido.) Paul. V. 3. §. 4. Quae, dubitationis tollendae causa, — inseruntur. fr. 59. pr. mand. 17. 1. — **§. 4. B.** *Effectu privare.* I. **Sy.** Elidere. Cf. h. v. Dissolvere, Solvere (matrimonium.) Paul. II. 19. §§. 2. 7. Terminare (negotium etc.) fr. 56. §. 1. de furt. 47. 2. Liberare. fr. 44. fr. 62. fr. 95. §. 3. de solut. 46. 3. fr. 5. sq. fr. 12. sq. de acceptil. 46. 4. II. **Op.** Pendēre. — Tolli. Vlp. X. 3. sq. Imminuere, — Tollere (contractum.) fr. 27. §. 3. de pact. 2. 14. III. **Cn.** Si potest tota res tolli, cur non et reformari? fr. 7. §. 6. ib. 2. 14. Acceptilationem aliquid egisse, tollisseque [al. tulisseque] totam obligationem. fr. 13. §. 4. de acceptil. 46. 4. Gai. IV. 116. fr. 17. §. 1. fr. 27. §. 2. de pact. 2. 14. Confusa, sublataque (servitus.) fr. 30. pr. de S. P. V. 8. 2. Partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine obliteratum est (hoc totum ius.) Gai. I. 111. cf. IV. 30. L. Claudia lata est, quae sustulit (tutelas.) Id. I. 157. 171. Vlp. XI. 8. Vtraque actione obligatur, et altera alteram non tollet. fr. 2. §. 1. de tut. et rat. 27. 3. cf. fr. 6. commod. 13. 6. — **§. 5.** *Tolerare, Sustinere.* Cf. v. Sustollere. §. 3.

Tomentum. *Lana concisa,* (quae ex vestibus poliendo detrahitur.) III. **Cn.** Lanae adpellatione tomentum non continebitur. fr. 70. §. 5. de legat. III. (32.)

Tondere. *Lanam, capillos, barbam caedere.* I. **Sy.** Radere (barbam.) Cf. h. v. §. 2. Quae crinem suum absciderint, Tonso capite (feminae.) Th. C. XVI. 2. c. 27. §. 1. de episc. eccl. III. **Cn.** Post partum, et tonsas oves. fr. 7. §. 9. sol. matrim. 24. 3. Si — videatur dignus tonsura, — tunc tondeatur. Iul. ep. nov. c. 4. §. 13.

Tonsillae. *Glandulae in summis faucibus.* III. **Cn.** Ἀντίαδες, i. e. tonsillae — inveteratae, et qui iam discuti non possint faucium tumores. fr. 14. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1.

Tonsor. *Qui capillum et barbam tondet.* III. **Cn.** In loco periculoso sellam habenti tonsori (se committere.) fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Pistor, et tonsor, qui familiae rusticae causa parati sunt. fr. 12. §. 5. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 72.

Tonsura. **§. 1.** *Actus tondendi.* III. **Cn.** Prope partum oves, — item proximae tonsurae. fr. 7. §. 9. sol. matrim. 24. 3. fr. 65. §. 7. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Caput tonsum.* III. **Cn.** Non statim monachus fiat, sed per triennium tonsura quidem et veste laicorum utatur. Iul. ep. nov. c. 4. §. 13. Cf. v. Tondere.

Topiarius. *Qui peritus est operis, quod ornatus causa efformatur* (ex arbore, frutice, et herba.) III. **Cn.** Topiarium ornandi, saltuarium autem tuendi et custodiendi fundi magis — paratum esse. fr. 60. §. 3. de legat. III. (32.) fr. 12. §. 42. fr. 17. §. 2. de instr. leg. 33. 7. *

Toral. *Stratum, quod circa torum adponitur.* III. **Cn.** De tapetis quaeri potest, — utrum in veste sint, sicut stragula, an in supellectile sicut toralia [al. thoralia,] quae proprie [al. propria] stragulorum non sunt? fr. 5. pr. cf. fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10.

Torcularius. (Adiect.) *Ad torcular pertinens.* II. **Op.** Vasa torcularia. — Dolia, et seriae, et amphorae. fr. 206. de V. S. 50. 16. cf. fr. 17. pr. de A. E. V. 19. 1.

Tormentum. *Cruciatus,* (qui veritatis eliciendae gratia infertur criminis suspecto.) I. **Sy.** De quibus ob noxam quaestio tormentis habita. Torti propter noxam. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. III. **Cn.** A tormentis his, quae reis debita sunt, et ab ictibus plumbatarum habeantur immunes. Th. C. XII. 1. c. 80. de decurion. Verberibus ac tormentis, usque ad summum periculum, adflictus. fr. 6. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Si in tormenta animum corpusque duraverit. fr. 18. §. 1. cf. fr. 1. §. 23. de quaestion. 48. 18. Qui tormentis, vel interrogationibus fuerint dediti. Th. C. IX. 40. c. 1. de poen. In criminibus eruendis — non statim a tormentis incipiendum est, ideoque prius argumentis quaerendum est. Paul. V. 14. §. 1.

Torpor. *Languor, Ignavia.* III. **Cn.** Debilitas membrorum, vel mentis torpor. Th. C. XII. 1. c. 89. §. 1. de decurion. Torporis atque segnitiae (rationem edere.) Ib. VIII. 1. c. 9. §. 1. de numerar. Torpore marcentes, desidiae somniis oscitantes. Ib. I. 5. c. 9. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Torquere. **§. 1.** *Connectere, Contorquere.* III. **Cn.** Qui — laqueum torsit, sive medicamentum pro veneno bibit. fr. 23. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Tormenta adhibere* (investigandae veritatis causa.) I. **Sy.** Quaestionem tormentis habere. Cf. v. Tormentum. Paul. III. 5. §§. 1. 3. sqq. V. 14. §. 1. V. 16. §§. 2. sqq. fr. 14. de decurion. 50. 2. Interrogare. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Qui — civem R. — — adpellantem necarit, necarive iusserit, torserit, verberaverit etc. Paul. V. 26. §. 1. Nec torquere, nec flagellis caedere. Id. III. 6. §. 23. fr. 23. §. 1. fr. 66. de usufr. 7. 1. Et torqueri, et puniri, v. summo supplicio adfici (servos.) Paul. III. 5. §§. 6. 8. Qui (sc. servi) propter noxam torti, nocentesque inventi sunt. Vlp. I. 11. Tam contra civem, quam pro eo, posse servum civitatis torqueri. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 7. §. 3. de iurisd. 2. 1. In caput aliorum torqueri. fr. 1. §§. 7. sq. fr. 16. §. 1. de quaestion. 48. 18.

Torrens. (Part.) *Ad tempus dumtaxat redundans.* II. **Op.** Perenne (flumen.) fr. 1. §. 2. de fluminib. 43. 12. Flumen (per se pos.) fr. 2. §. 9. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Torrere. *Igne urere, vel siccare.* III. **Cn.** Qui carbonem caedunt ac torrent. fr. 6. de iure immun. 50. 6. Per eos (sc. tubulos) flamma torretur paries. fr. 13. pr. de S. P. V. 8. 2.

Tortor. *Cruciatus.* I. **Sy.** Tormenta. Th. C. VIII. 1. c. 6. sq. c. 9. pr. de numerar.

Torus, s. **Thorus.** *Thalamus genialis. Concubitus nuptialis.* III. **Cn.** Genialis tori ac lectuli invasor alieni. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Geniales senatorios thoros contaminari pollutarum mulierum face. Genialis tori castitas. Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. §. 1. Nov. Maior. de adulter. IV. 8. c 1. Thorum priorem secundo mutare amplexu. Th. C. V. 1. c. 8. de legit. heredit. Liberi prioris tori. c. 2. de indict. viduit. 6. 40.

Tot. §. **1.** *Tam multi.* III. **Cn.** Tot, tantorumque (denunciationes.) Th. C. IX. 45. c. 4. §. 3. de h. qu. ad eccl. Tot genera, quot etc. Gai. I. 188. Quotquot erunt, — in tot portiones etc. Id. III. 16. 121. Vlp. XXVI. 4. — §. **2.** *Huius summae.* III. **Cn.** Lego, s. Volo dari, tot (pondo, v. aureos.) fr. 6. pr. de auro arg. 34. 2. fr. 5. pr. de reb. dub. 34. 5. Tot millia. Gai. III. 174.

Totaium. *Nomen mansionis in Bithynia.* III. **Cn.** Claudiopolis, Prusiadis, ac Totai [al. Tottaii,] et Voridis, oppidorum sive mansionum per Bithyniam, curiales. Th. C. XII. 1. c. 119. de decurion.

Totidem. *Aeque multi.* III. **Cn.** Quot, — totid. etc. Cf. v. Quot. Vnus equus, duae equae, totidem boves. Paul. V. 18. §. 1. V nasci posse, quia vulvae mulierum totid. receptacula habere possunt. fr. 36. de solut. 46. 3. Praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Vlp. XV. 1.

Toties, s. **Totiens.** (Advb.) *Tunc, Ita demum.* I. **Sy.** Tunc, quoties etc. Totiens, si etc. Toties, quoties. fr. 13. Qu. met. c. 4. 2. fr. 70. §. 3. de usufr. 7. 1. fr. 4. §. 6. de damn. inf. 39. 2. fr. 15. §. 48. de iniur. 47. 10. fr. 6. pr. de pollicit. 50. 12. Cf. v. Quoties. §. 2.

Totus. (Adiect.) §. **1.** *Vniversus, Solidus, Plenus.* I. **Sy.** Omnis. Cf. h. v. Solidum, Totum. Gai. III. 121. sqq. fr. 4. si ex nox. c. 2. 9. Vniversus. Gai. II. 177. 226. 257. II. **Op.** Tota res. Totum. — Pars. Portio. Cf. h. vv. §. 1. Quosdam, — Totos (heredes facere.) c. 15. §. 5. de testam. man. 7. 2. Quantum ad eum tantum. — Caeterum totum. fr. 14. §. 1. de L. Corn. de fals. 48. 10. Vnum aliquod negotium. — Tota bona. Gai. III. 148. III. **Cn.** Toto iure civili, v. In toto fere iure, (ita se habet.) fr. 67. de contr. emt. 18. 1. cf. fr. 26. de statu hom. 1. 5. Vatic. §. 225. Aut tota hereditas, aut paene tota. Gai. II. 254. 256. sq. Non plus quam dodrantem totius patrimonii legare. Vlp. XXIV. 32. Ad totius domus eversionem pertinere. fr. 21. de off. Praes. 1. 18. Totorum bonorum (societas.) Gai. III. 148. 151. Totum, quod habent. fr. 173. pr. de R. I. 50. 17. Totum debere, quod Titius debuerit. fr. 150. de V. S. 50. 16. cf. fr. 40. §. 2. de pact. 2. 14. fr. 31. pr. de procur. 3. 3. Totum suum hominem defendere. fr. 4. si ex nox. c. 2. 9. Tota observatione, v. sagacitate, v. maturitate (providere, v. vestigare etc.) Th. C. XII. 1. c. 80. de decurion. XII. 6. c. 5. de susceptor. XVI. 5. c. 38. de haeret. — §. **2.** *Tantus.* III. **Cn.** Ille ex parte tota, ille ex tota (sc. heredes sunto.) fr. 1. §. 5. de hered. inst. 28. 5. — §. **3.** *Omnis, Quisque.* II. **Op.** Nostris temporibus, — Toto postero saeculo (tradere, s. transmittere.) Const. Omnem reipub. §. 9. III. **Cn.** Quae res accipiendae sint? videndum est. Et facit quidem totum voluntas defuncti. fr. 35. §. 3. de hered. inst. 28. 5. — §. **4.** *In totum, i. e. In universum.* III. **Cn.** Quod (sc. ius civile) neque in totum a naturali, vel gentium, recedit, nec per omnia ei servit. fr. 6. pr. de I. et I. 1. 1. Quosdam in totum prohibuit postulare, quibusdam pro se permisit etc. fr. 1. §§. 1. 3. 7. de postul. 3. 1. In totum non posse. fr. 4. §. 9. de manum. 40. 1. Nec in totum sunt (extranei.) fr. 8. §. 11. de B. P. c. t. 37. 4.

Trabalis. (Adiect.) *Firmus, Validus.* III. **Cn.** Trabali iussione decrevimus. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Trabea. *Vestis alba, purpureas fascias habens intextas.* III. **Cn.** Festis si honor datus fuerit regalium trabearum. Th. C. VIII. 11. c. 4. ne qu. pub. laet. Consulares viri, — honorati ipsius trabeae summitate. c. 1. de Coss. 12. 3.

Trabeatus. (Adiect.) *Trabeae insignibus praeditus.* III. **Cn.** Patricii fori solidantes privilegia, inviolabilem manere decrevimus trabeatam quietem. Th. C. X. 10. c. 33. de petit. et ultro dat.

Trabs. *Tignum,* (tam singulum, quam pluribus lignis compactum.) III. **Cn.** Videri trabes traditas, quas emtor signasset. fr. 14. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. Tigna, trabes, quae immitterentur. fr. 242. §. 1. de V. S. 50. 16.

Tractabilis. (Adiect.) *Tolerabilis.* III. **Cn.** Moderatione tractabili — celebretur illatio. Nov. Maior. de indulg. reliqu. IV. 3. c. 1. §. 2.

Tractare. §. **1.** *Exercere potestatem* (in res, vel homines.) **I. Sy.** Durius habere, Atrocissime tractare, Saevire in (servos.) fr. 1. §. 2. fr. 2. de h. qui sui. 1. 6. Severitate tractare. Graviter punire. fr. 1. §. 8. fr. 3. §. 16. de susp. tut. 26. 10. III. **Cn.** Iuste ac temperate tr. (tuos.) Coll. LL. M. III. 3. Aliquoties adprehensi, tractati clementius. fr. 28. §. 3. de poen. 48. 19. — §. **1.A.** *Administrare, Gerere.* III. **Cn.** Bella tract. Th. C. VII. 13. c. 16. de tiron. Cum magistratum prorogarent sibi, et cum iniuriose tractarent. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Pecuniam publicam tractare, sive erogandam decernere. fr. 2. §. 1. ad munic. 50. 1. Rationes tract. fr. 8. de manum. testam. 40. 4. c. 10. de excus. tut. 5. 62. Matriculam scholae agentium in rebus — tractare. Th. C. I. 9. c. 3. (Wck.) de off. mag. offic. In optimis negotiis pecuniam tractare, et mercimonia agitare. Th. C. VII. 20. c. 7. de veteran. Quosdam — sic tractare bona, — ut, nisi subveniatur his etc. fr. 12. §. 2. de tut. et cur. dat. 26. 5. Vbi pupillorum — negotia tutores tractant. Gai. I. 191. cf. 190. — §. **2.** *In foro, vel auditorio, causam explicare.* I. **Sy.** Agitare (causam.) Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Quam (sc. causam) tu, cum

fisci advocatus fueras, forte tractasti. c. 2. de advoc. fisci. 2. 9. cf. fr. 45. §. 8. de iure fisci. 49. 14. Ita ius tractabitur, quasi etc. fr. 11. §. 13. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Praescriptiones — ante solent tractari. fr. 15. §. 7. ib. 48. 5. In auditorio — universa tractentur, sed ita etc. Th. C. XII. 12. c. 10. de legat. et decret. Cf. fr. 5. de off. adsess. 1. 22. Hoc decretum ad me tractandum referetur, ut etc. Th. C. XIII. 3. c. 5. de medic. et prof. Cum, — iurisperitis adhibitis, plenius tractaremus, magis visum est. fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. — **§. 3.** *Palam disputare.* I. **Sy.** Inire tractatus. Th. C. XVI. 4. c. 2. de h. qu. sup. relig. XVI. 5. c. 15. de haeret. III. **Cn.** Nulli egresso ad publicum vel disceptandi de religione, vel tractandi — patescat occasio. Ib. XVI. 4. c. 2. 1. — **§. 3. A.** *Privatim colloqui.* III. **Cn.** In domum aliquam — convenire, ad tractandum de adulterio. fr. 9. §. 2. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 3. B.** *Deliberare de quaestione iuris decidenda.* III. **Cn.** Cum illic admonuerimus, — supervacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare. Gai. III. 16. cf. II. 191. De illo nec diu tractandum fuit. fr. 8. de usufr. ear. rer. 7. 5. Quaestio, quae vulgo circa filium tractata est. fr. 37. §. 2. de adm. et per. 26. 7. Tractari belle potest. — Et puto etc. fr. 2. §. 44. ad S. C. Tertull. 38. 17. cf. fr. 18. de tut. et rat. 27. 3. Respondebatur. — Tractatum est, numquid etc. fr. 34. de N. G. 3. 5. Et ita Pompon. scribit. — Denique tractat, si etc. — et refert, Labeonem existimare etc. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Rescriptum — sic loquitur. — Sed an — haec pactio noceat, eleganter tractatur. fr. 10. pr. de pact. 2. 14. cf. fr. 1. §. 16. de coniung. c. emanc. 37. 8. fr. 23. §. 3. de A. R. D. 41. 1.

Tractator. *Chartularius*, (qui annonarios titulos retractat.) I. **Sy.** Tracteota. Scriniarius, qui annonas publicas computat, et tractat. Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. et Schol. ad h. l. Ioh. Lydus de magistratt. III. 21. 68. III. **Cn.** Quadrimenstruis brevibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum — transmittendis. c. 3. §. 1. de can. largition. 10. 23. Quaelibet publica instrumenta non solum adiutoribus, verum etiam provinciae illius — tractatori, inspiciendi itidemque subscribendi — necessitatem incumbere. c. 10. §. 1. de numerar. 12. 50. cf. Nov. Th. II. de patrimon. I. 3. c. 1. §. 4. Iul. ep. nov. c. 123. §. 534.

Tractatus. (Partic.) Cf. v. Tactus.

Tractatus. (Subst.) **§. 1.** *Consultatio, Colloquium, Deliberatio.* III. **Cn.** Quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit. Th. C. XII. 12. c. 12. pr. cf. c. 4. c. 7. c. 9. pr. de legat. et decr. Coll. LL. M. XV. 3. Dum convenissent, habuissentque inter se aliquamdiu tractatum. Gesta in Sen. de recip. Th. C. In Ariminensi synodo — tractatu habito etc. Th. C. XVI. 2. c. 15. pr. de episc. eccl. Omnes diversarum sectarum — nullum usquam sinantur habere conventum, non inire tractatus etc. Ib. XVI. 5. c. 15. de haeret. Cum super ordinando sacerdote provinciae publicus esset ex more tractatus. Ib. XII. 1. c. 148. de decurion. Cf. Nov. Maior. de defensor. civit. IV. 2. c. 1. Si cum peritioribus tractatum habuisses. c. 3. de ingen. manum. 7. 14. cf. fr. 1. §. 11. de extr. cognit. 50. 13. Cum, tractatu habito, societas coita est. fr. 32. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Expositio quaestionis.* III. **Cn.** Prudentium tractatus, et responsa. Th. C. I. 1. c. 5. (Wck.) de const. Pr. I. 4. c. 3. (Wck.) de resp. prud. Cum — magna pars auctorum multum effuderit tractatum. c. 3. pr. per qu. pers. nob. adqu. 4. 27. Species, quae dignum habent tractatum. fr. 9. §. 3. de R. C. 12. 1. Huic vicinus tractatus est, qui solet in eo — tractari. fr. 9. §. 4. de usufr. 7. 1. cf. fr. 32. §. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 5. pr. cf. §. 4. de praescr. vv. 19. 5. Ille tractatus incurrit, v. frequens est. fr. 10. si pars hered. 5. 4. fr. 1. de div. temp. praescr. 44. 3. Gai. I. 188. fr. 9. de grad. et adfin. 38. 10.

Tracteota. *Tractator.* I. **Sy.** Tractator. Cf. h. v. III. **Cn.** Epitropi et tracteotae [al. tractentae] non sint, nominentur autem XIII magistri, periculo comitianae adparitionis. Iul. ep. nov. c. 22. §. 82. c. 123. §. 534. c. 124. §§. 541. 562.

Tractoria. *Diploma*, (quod cursus publici, aliarumque praebitionum, copiam faciebat.) III. **Cn.** Nemini ex his, qui — ad domum redeunt, — tractoria praebeatur, — sed viaticum — consequatur. Th. C. VIII. 6. c. 1. de tractor. Tractoriae, cum stativis solitis, bidui tantummodo tempus accipiant. Ib. c. 2. Tractoriae animalium. Annonae, quae — per tractorias deferuntur. c. 22. de cursu pub. 12. 51. Th. C. VI. 24. c. 2. de domest. et protect.

Tractus. (Subst.) **§. 1.** *Spatium amplum*, (terrae marisve.) III. **Cn.** Interiectus aequoris tractus. Th. C. VII. 4. c. 33. de erog. mil. ann. Per totius Orientalis tractus partes, s. Per totum tractum Orientis. c. 23. de cursu pub. 12. 51. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. §. 1. de patrimon. I. 3. c. 2. §. 1. Per Macedoniam, et Illyrici tractum. Th. C. X. 19. c. 8. de metall. Aegyptiaci tractus possessores. Ib. XI. 5. c. 3. de indiction. — **§. 2.** *Temporis spatium.* I. **Sy.** Mora, Spatium temporis. fr. 5. §. 1. de iure delib. 28. 8. fr. 11. §. 6. de legat. III. (32.) fr. 1. unde legit. 38. 7. III. **Cn.** Cum tractu aliquo latere. fr. 7. §. 8. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Re ipsa inest obligationi tractus temporis. fr. 24. de oper. libert. 38. 1. Ipso tractu temporis (privare.) Vatic. §. 158. Finito primo mense, — post secundum, et tertium tractum. fr. 40. de R. C. 12. 1.

Tradere. §. 1. *Dare, Offerre, Committere.* I. **Sy.** Damnare, Dare (ad gladium etc.) Coll. LL. M. XI. 6. sq. III. **Cn.** Dictare, vel tradere libellum, vel codicem proferre. fr. 6. §. 7. de edendo. 2. 13. Quisquis fuerit exhibitus, — ab eo, cui primum traditus fuerat, observari. Th. C. VIII. 8. c. 2. de exsecutor. Cum quis latrones tradidit. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. In opus publicum tradi. fr. 10. pr. de poen. 48. 19. Qui (sc. servi,) ut ferro aut cum bestiis depugnarent, traditi sint. Gai. I. 13. Vlp. I. 11. cf. fr. 11. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut etc. Gai. III. 146. Si qua se in concubinatu alterius — tradidisset. fr. 41. §. 1. de R. N. 23. 2. — **§. 1. A.** *Dedere* (per proditionem.) III. **Cn.** Qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit. L. XII Tabb. IX. 5. (Cf. v. Transdare.) —

§. 1. B. *Mandare memoriae. Praeceptis doctrinae propagare.* I. **Sy.** Profiteri (publice.) Tradere (iura.) fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Traditam habemus (regulam.) Comprobata est (talis regula.) Gai. II. 68. fr. 5. §. 5. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Vt adpareat, a quibus et qualibus haec iura orta et tradita sint. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Capito (Ateius) in his, quae ei tradita fuerant, perseverabat; Labeo — plurima innovare instituit. fr. 2. §. 47. ib. 1. 2. fr. 57. de manum. testam. 40. 4. Quod per manus traditum est. Per regulam — traditur. fr. 10. de iure codic. 29. 7. fr. 1. de R. I. 50. 17. Superiore commentario tradidimus. Gai. II. 23. III. 38. IV. 77. — §. 2. *Cedere iure suo,* (re videlicet in alium translata, sine aliqua sollemnitate.) III. **Cn.** Si tibi rem mancipi neque mancipavero, neque in iure cessero, sed tantum tradidero. Gai. II. 41. 204. 213. sq. Vlp. I. 16. XIX. 18. Vatic. §§. 263. 265. Paul. I. 7. §§. 8. sq. I. 13A. §. 4. Vtrum iure sit constitutus ususfr., an vero tuitione Praetoris: proinde traditus quoque ususfr. etc. fr. 1. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Sive tradatur (sc. statuliber,) — sive usucapiatur, — sive manumittatur etc. fr. 2. pr. de statulib. 40. 7. Qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit. Gai. IV. 36. cf. II. 43. Vatic. §. 311. Si rem Caesaris, — quasi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Si per vim res tradita est, retradatur. fr. 9. §. 7. Qu. met. c. 4. 2. Paul. I. 7. §§. 8. sq. Res traduntur, cautionibus interpositis. Vlp. XXIV. 27. Paul. II. 17. §. 2. Vendere, et tradere (rem.) Gai. II. 50. cf. 20. IV. 126. Cum crederemus eum, qui tradiderit, dominum esse. Id. II. 43. — §. 3. *Possessionem rei dumtaxat in alium conferre.* III. **Cn.** Rem dari, vacuamque possessionem tradi. fr. 4. pr. de usur. 22. 1. Gai. IV. 131. Emtorem, cui iussisset dominus tradi possessionem, non admisit. fr. 12. de vi et vi arm. 43. 16. Aut iam tradidisti, aut per te non stat quominus traderes. fr. 36. de pact. 2. 14. Tradere, — aut pro tradito habere. fr. 8. de pecul. 15. 1. cf. fr. 11. §. 1. de Publ. in R. A. 6. 2. Sufficere ad traditam possessionem. fr. 77. de R. V. 6. 1. Res, quae pignori dantur, manu traduntur. fr. 238. §. 2. de V. S. 50. 16.

Traditio. §. 1. *Praeceptum doctrinae,* (tractu temporis propagatum.) III. **Cn.** Quod evangeliorum et apostolorum fides, et traditio incorrupta, servavit. Th. C. XVI. 6. c. 2. pr. Ne S. bapt. — §. 2. *Cessio iuris nostri minus sollemnis,* (quae peragitur, ipsa re in alium translata.) I. **Sy.** Naturalis datio. fr. 8. de pecul. 15. 1. Propria alienatio rerum nec mancipi. Vlp. XIX. 7. II. **Op.** Civilis actio. — Traditio, quae iuris gentium est. Vatic. §. 47. Mancipatio, in iure cessio, usucapio etc. Vlp. XIX. 2. 18. Gai. II. 87. Th. C. VIII. 12. c. 4. c. 7. de donat. Traditionibus et usucapionibus, non nudis pactis (transferri, sc. dominia rerum.) c. 20. de pact. 2. 3. III. **Cn.** Stipulari, aut per traditionem aliquid accipere. fr. 63. §. 2. cf. fr. 37. pr. de A. R. D. 41. 1. fr. 169. de V. S. 50. 16. Quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea, quae traditione alienantur. Gai. II. 65. sq. cf. 19. Per traditionem accipiendo, proprietatem adquirere. fr. 16. de O. et A. 44. 7. Vlp. XIX. 7. fr. 48. de pact. 2. 14. Servitutes urbanorum praediorum per traditionem constitutae, vel per patientiam. fr. 11. §. 1. de Publ. in R. A. 6. 2. fr. 1. §. 2. de S. P. R. 8. 3. Vatic. §. 47. — §. 3. *Possessio dumtaxat rei in alium translata.* I. **Sy.** Inductio corporaliter impleta. Traditio corporalis. Th. C. VIII. 12. c. 1. c. 7. de donat. III. **Cn.** Si modo corporales sunt (sc. res,) et ob id recipiunt traditionem. Gai. II. 19. 28. fr. 43. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Vacuae possessionis traditio. fr. 3. §. 2. de A. E. V. 19. 1. Verum eius iuris pro traditione possessionis accipiendum. fr. 20. de servit. 8. 1.

Traditu-iri, pro: *Traditum iri.* III. **Cn.** Possessionem eius rei non traditu [al. traditum] iri. fr. 47. de R. V. 6. 1. fr. 47. §. 3. de fideic. libb. 40. 5.

Traducere. *In partes suas perducere alium.* I. **Sy.** Fidem alterius expugnare perversa doctrina. In Iudaeorum sectam ritumve traducere eum. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §§. 4. sq. (Cf. v. Transducere.)

Traductio. *Translatio.* III. **Cn.** A partibus Thraciae — habitatione eorum penitus prohibenda, et intra quinquennium — intra eiusdem provinciae fines eorum traductione — concedenda. Th. C. V. 4. c. 3. (Wck.) de bon. milit.

Tragicus. (Adiect.) *Ad tragoediam pertinens.* III. **Cn.** Tragica, aut citharoedica (vestis.) fr. 127. de V. S. 50. 16. cf. fr. 15. §. 5. de usufr. 7. 1.

Tragoedus. *Actor tragoediae.* III. **Cn.** Si separari non possint (sc. homines,) utputa si tragoedi, vel mimi. fr. 38. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1. Cum — tragoedos tres legasset. fr. 12. pr. de fideic. libb. 40. 5.

Trahere. §. 1. *Loco movere, Ducere.* III. **Cn.** Rota, per quam aqua traheretur. fr. 40. §. 6. de contr. emt. 18. 1. Trahendi lapidem, aut tignum, ius. fr. 7. pr. de S. P. R. 8. 3. Qui — quid ex eodem (sc. monumento) traxerit, lapidem columnamve sustulerit. Paul. I. 21. §. 8. — §. 1. A. *Propellere, Rapere.* I. **Sy.** Comprehendere. Cf. h. v. §. 1. Petere (in servitutem.) fr. 6. fr. 7. §. 5. de liberali c. 40. 12. III. **Cn.** Alias trahere, — vel a suis sedibus depellere. Th. C. V. 4. c. 2. (Wck.) de bon. milit. A iure census in servitutem trahere. Ib. c. 3. cf. II. 25. c. 1. de comm. div. — §. 2. *Agere.* II. **Op.** Statim decedere — Vitam longius trahere. Gai. II. 244. — §. 3. *In longum ducere, Extrahere.* I. **Sy.** Differre, Tardius (adire etc.) Data opera trahere (satisdationem, v. editionem.) fr. 1. §. 7. de mag. conv. 27. 8. fr. 3. §. 11. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Saepe iustae ac necessariae causae — etiam triennium, et quadriennium, et ulterius trahunt sponsalia. fr. 17. de sponsal. 23. 1. Statim motae (sc. causae,) et tractae ultra XX annum. fr. 1. §. 4. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 41. pr. de usur. 22. 1. fr. 24. de adp. et relat. 49. 1. Si — conditionem trahat, cui facile parere possit. fr. 23. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Si mensor non falsum modum renunciaverit, sed traxerit renunciationem. fr. 5. pr. si mensor. 11. 6. — §. 4. *Adtrahere.* III. **Cn.** Mea res, per praevalentiam, alienam rem trahit, meamque efficit. fr. 23. §. 4. de R. V. 6. 1. Quod in aedificiis partes quoque reliquae a vitiosa parte traherentur. fr. 38. §. 1. de damn. inf. 39. 2. Vicaria dignitas — eius (sc. praefe-

cturae) se trahere iudicet portionem. Th. C. I. 15. c. 7. (Wck.) de off. Vicar. Statuliber — libertatis conditionem secum trahit. Vlp. II. 3. — **§. 5.** *Pertrahere, Compellere.* III. **Cn.** Nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant. Th. C. XVI. 5. c. 11. de haeret. Potuit praesentia eius trahere eos in eius sententiam. fr. 17. §. 7. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 6.** *Conferre, Traducere.* I. **Sy.** Producere (interpretatione.) fr. 25. sqq. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Vtrum ad tempus constituti pertinent (sc. verba,) an vero usque ad litis contestationem trahimus? fr. 16. §. 4. de pecun. const. 13. 5. In proposita quaestione [al. propquaestionem] decretum D. Marci esse trahendum. fr. 22. pr. ad S.C. Treb. 36. 1. Quaedam (sc. constitutiones) sunt personales, nec ad exemplum trahuntur. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. Non debere in argumentum trahi. fr. 162. de R. I. 50. 17. — **§. 7.** *Repetere, Deducere.* III. **Cn.** Quod nomen tractum a etc. Inde nomen videtur esse tractum. fr. 4. §. 4. de h. qui not. inf. 3. 2. fr. 111. de V. S. 50. 16. Eius municipii — municipes, unde originem trahit. fr. 23. pr. fr. 38. §. 3. ad munic. 50. 1. Th. C. XII. 1. c. 38. de decurion. — **§. 8.** *Contrahere, Concipere.* I. **Sy.** Reliqua trahere. Reliquari. Cf. h. v. III. **Cn.** Colonus si reliqua traxerit, et de fructibus praedii mercedes servari non potuerint. fr. 3. §. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8. Si reliqua non trahat, liber sit. fr. 34. §. 1. de statulib. 40. 7. Debita, quae in reliquis trahuntur. Nov. Marcian. de indulg. reliqu. III. 2. c. 1. pr. Th. C. XI. 15. c. 2. de pub. compar. Quaerebatur, — quemadmodum non duplex damnum traheret? fr. 57. de R. V. 6. 1. — **§. 9.** *Subtrahere.* I. **Sy.** Detrahere. fr. 10. §. 8. de in rem verso. 15. 3. fr. 5. §. 20. ut in poss. legat. 36. 4.

Traianopolis. *Civitas in Cilicia.* III. **Cn.** Est in Cilicia Selinus, et Traianopolis, (sc. Italici iuris colonia.) fr. 1. §. 11. de censib. 50. 15.

Traianus. *Imperator R.*, (qui Nervae successit.) III. **Cn.** Constitutionibus Principum DD., Traiani [al. Trahiani] et Hadriani, cavetur. fr. 4. §. 7. ad L. Iul. pecul. 48. 13. cf. Gai. III. 72. sq. Quod (sc. praemium,) secundum edictum D. Traiani, datur his qui se deferunt. fr. 5. §. 2. de h. qu. ut indign. 34. 9. Fr. de I. F. §. 6. Arcarii Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes. Vatic. §. 134.

Traiecticius. *Ad periculum transfretationis spectans,* (quod creditor pecuniae, vel mercium, in se recepit.) I. **Sy.** Quae trans mare vehitur, s. navigat, Vsuris maritimis mutua data, Nautica, Traiecticia (pecunia.) fr. 1. §. 7. naut. caup. 4. 9. fr. 1. sqq. fr. 6. sqq. de naut. foen. 22. 2. III. **Cn.** Traiecticia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras recipere potest. Paul. II. 14. §. 3. Si traiecticiam pecuniam dederit, Ephesi recepturus. fr. 2. §. 8. de eo qu. c. loco. 13. 4. In traiecticiis contractibus, vel specierum foenori dationibus. c. 26. §. 1. de usur. 4. 32.

Traiectus. (Partic.) *Transductus.* I. **Sy.** Transductus (per domum, sc. aquaeductus.) fr. 11. §. 1. de Publ. in R. A. 6. 2. fr. 29. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Traiectus. (Subst.) *Locus, unde transfretandi facultas est.* III. **Cn.** In traiectu, qui est contra Hispaniam, qui Septa dicitur. c. 2. §. 2. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Traiicere. **§. 1.** *Transducere.* I. **Sy.** Transducere (armenta, v. gregem.) fr. 4. §. 1. de servit. 8. 1. fr. 12. de S. P. R. 8. 3. (Cf. v. Traiectus.) — **§. 2.** *Transfundere, Transferre.* III. **Cn.** Vasa, sacones, calices, trullae, quae circa coenam solent traiici. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. Si quaedam merces in scapham traiectae [al. transiectae] sunt. fr. 4. pr. de L. Rhod. 14. 2. Paul. II. 7. §. 4. — **§. 3.** *Transfodere.* III. **Cn.** Si quis, dum iaculis ludit, transeuntem servum tuum traiecerit. §. 4. I. de L. Aqu. 4. 3. — **§. 4.** *Transvehere, Transfretare.* III. **Cn.** Sunt naves, quae Brundusium a Cassiopa — vectores traiiciunt. fr. 1. §. 12. de exerc. act. 14. 1. cf. fr. 5. pr. naut. caup. 4. 9. Qui pecuniam traiiciendam suscepit. fr. 9. §. 4. ad L. Iul. pecul. 48. 13.

Trames. **§. 1.** *Via definita.* III. **Cn.** Portus, litoraque diversa, — et itineris tramites statuimus custod ri. Th. C. IX. 23. c. 1. pr. si qu. pec. confl. — **§. 2.** *Norma, Ratio, Modus.* I. **Sy.** Ordo. c. 6. §. 4. de h. qu. ad eccl. 1. 12. III. **Cn.** A iudicio catholicae religionis et tramite — deviare. Th. C. XVI. 5. c. 28. de haeret. Per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. c. 12. pr. de petit. hered. 3. 31. In causis omnibus terminandis rectum semper tramitem studens tenere iustitiae. Nov. Marcian. de matrim. Senat. III. 4. c. 1. §. 1. Omnem legum tramitem ita esse confusum etc. c. 1. § 1. de vet. iure enucl. 1. 17.

Tranquillitas. **§. 1.** *Quies, Securitas.* I. **Sy.** Quies. Cf. h. v. III. **Cn.** Sopita ira, et per haec spatia mentis tranquillitate recepta. Th. C. IX. 1. c. 5. de accus. Absurdum, et a nostrorum temporum tranquillitate submotum. Ib. XI. 20. c. 1. de collat. donat. Vatic. §. 33. — **§. 2.** *Titulus Imperatoris.* I. **Sy.** Mansuetudo (nostra.) Cf. h. v. §. 2. Serenitas (nostra.) Th. C. VIII. 7. c. 16. pr. de div. offic. XI. 30. c. 31. de adp. et poen.

Trans. (Praepos.) *Vltra.* I. **Sy.** Vltra (viam.) fr. 38. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** In longinquo, veluti trans mare. fr. 6. §. 9. de edendo. 2. 13. fr. 199. de V. S. 50. 16. Trans Rhenum, (in Germania, praedia emit.) fr. 11. pr. de eviction. 21. 2.

Transactio. **§. 1.** *Placitum altercantium,* (quo semetipsi componunt controversiam, certam praestationem definientes.) I. **Sy.** Pactum, Placitum, Negotium transactum. fr. 3. §. 2. fr. 9. §. 3. fr. 16. sq. de transact. 2. 15. c. 10. c. 20. eod. 2. 4. Transactione composita. Transacta. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Venditionis, vel donationis, vel transactionis causa quid agere. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. Pactum, vel transactio. c. 40. sqq. l. l. 2. 4. Transactio, decidendi causa interposita. fr. 60. de procur. 3. 3. Th. C. II. 9. c. 1. (Wck.) de pact. et transact. Instrumentum transactionis, sine Aquiliana stipulatione, interposuit. Transactio, pacto solo facta. fr. 9. §. 2. de transact. 2. 15. c. 7. c. 17. c. 31. eod. 2. 4. fr. 122. §. 5. de V. O. 45. 1. Alimentorum transactio, citra Praetoris auctoritatem facta. fr. 7. §. 2. fr. 8. §. 19.

eod. 2. 15. Exceptio, s. Praescriptio, factae transactionis. fr. 3. §. 2. fr. 9. pr. eod. 2. 15. — **§. 2.** *Res, de qua transegerunt partes.* III. **Cn.** Ruinae, vel incendio, subiecta transactio. fr. 8. §. 23. l. l. 2. 15. — **§. 3.** *Conventio quaelibet de commutanda praestatione rei debitae.* III. **Cn.** Quae (sc. species annonariae) a provincialibus, sub transactione comparationis pretio expeti soleat. Th. C. XI. 15. c. 2. de pub. compar.

Transactus. (Subst.) *Conventio partium transigentium.* I. **Sy.** Transactio. c. 1. sq. si adv. transact. 2. 32.

Transactus. (Partic.) **§. 1.** *Terminatus, Decisus, Compositus.* III. **Cn.** Transacta, finitave, — ut sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. fr. 229. sq. de V. S. 50. 16. Ne transacta negotia refricentur. Th. C. VIII. 12. c. 4. de donat. fr. 17. de transact. 2. 15. Ignominia, velut transacto negotio, postea liberari. fr. 15. pr. ad munic. 50. 1. fr. 5. de decur. 50. 2 cf. fr. 13. §. 7. de h. qui not. inf. 3. 2. Si transactum de futuro sit. fr. 4. §. 4. de R. M. 49. 16. Per iusiurandum transactum videri. fr. 21. de d. m. 4. 3. fr. 31. de iureiur. 12. 2. — **§. 2.** *Exactus, Elapsus.* I. **Sy.** Transmissum, Transactum (tempus.) c. 4. de A. v. R. P. 7. 32. III. **Cn.** Honor bene transacti matrimonii. fr. 67. §. 10. de legat. II. (31.) Longo tempore transacto, (nuptiis secundis iungi.) fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Th. C. XII. 1. c. 172. pr. de decurion. Nec ulla praescriptio ex transacti temporis prolixitate adolevit. c. 3. de praescr. l. t. 7. 33. fr. 37. de fideiuss. 46. 1. Die transacto, legem commissoriam exercere noluit. Vatic. §. 4.

Trans-Alpinus. (Adiect.) *Ad regiones imperii R., trans Alpes positas, pertinens.* I. **Sy.** Per Gallias, Gallicani (episcopi.) Transalpinae (ecclesiae.) Nov. Val. III. de episcop. ordin. Il. 17. c. 1. §§. 1. sqq.

Transcendere. **§. 1.** *Adscendendo transgredi.* III. **Cn.** Scalis admotis transcendere [al. transcedere] muros. fr. 11. de R. D. 1. 8. — **§. 2.** *Evehi, Promoveri.* I. **Sy.** Conscendere. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui, post hanc militiam, — ad superiorem gradum — transcendunt. Th. C. VI. 23. c. 3. de decur. et silent. — **§. 3.** *Superare, Temerare.* III. **Cn.** Quodsi quispiam iudicum haec praecepta transcenderit. Ib. VI. 4. c. 22. §. 3. de Praet. et Qu. XVI. 5. c. 11. de haeret.

Transcribere, s. **Transscribere.** **§. 1.** *Describere ex alio.* III. **Cn.** Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset. fr. 92. de R. I. 50. 17. Vt hic codex, fide — constitutionariorum, — per tria corpora transcribatur. Gesta in Sen. de recip. Th. C. — **§. 2.** *Transferre, Cedere,* (negotio per scripturam, aliave ratione, celebrato.) I **Sy.** Consignare. Th. C. XIV. 3. c. 7. de pistor. Conferre, Transferre. Ib. VIII. 18. c. 6. de matern. bon. XIII. 6. c. 8. de praed. navicul. III. **Cn.** Si hereditatem emerit, et aes alienum hereditarium in se transcribat. fr. 13. pr. ad S. C. Vell. 16. 1. Convenisse, — ut eos fundos — eodem pretio mulier transcriberet viro. fr. 12. de praescr. vv. 19. 5. c. 3. de revoc. h. qu. in fr. cred. 7. 75. Th. C. VIII. 18. c. 6. l. In heredes proprios iure sanguinis transfundere, vel in extraneos distractionis titulo transcribere. Ib. XIV. 17. c. 10. de annon. civ.

Transcripticius. (Adi.) *Ad nominum transcriptionem pertinens.* II. **Op.** Transcripticia, — Arcaria (nomina.) Gai. III. 128. 131. III. **Cn.** Litteris obligatio fit, veluti in nominibus transcripticiis. Id. III. 128. Transcripticiis nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur; quia quodammodo iuris civilis est talis obligatio. Id. III. 133.

Transcriptio. *Obligatio nominum,* (per certam scripturae solemnitatem constituta.) I. **Sy.** Nomen transcripticium. Gai. III. 128. sqq. 133. III. **Cn.** Transcriptio fit: a re in personam, — a persona in personam. Id. III. 129. sq.

Transcurrere. **§. 1.** *Cursum absolvere.* II. **Op.** Intra (annum, v. biennium.) — Transcurso (anno etc.) Th. C. III. 5. c. 4. de sponsal. XII. 6. c. 11. de susceptor. — **§. 2.** *Praeterire.* III. **Cn.** Munerum ordine transcurso, (ad altiores curiae honores nemo audeat pervenire.) Ib. XII. 1. c. 182. de decurion.

Transcursio. *Decursus.* I. **Sy.** Cursus (temporalis.) Transcursus. c. 27. de testam. 6. 23. Th. C. VI 35. c. 14. pr. de priv. eor. qu. in S. pal.

Transdare. *Tradere.* III. **Cn.** Transque dato. Fr. L. XII Tabb. Ap. Festum v. Sub vos placo. Scriptum transdito, Quaestor accipito etc. Fr. L. Servil. c. 17.

Transducere. (Cf. v. Traducere.) **§. 1.** *Per mediam rem ducere. In alium locum conferre.* I. **Sy.** Traiicere. Cf. v. Traiectus. v. Traiicere. III. **Cn.** Linea in directum per insulam transducta. fr. 29. de A. R. D. 41. 1. Si auctor vicini tui ex fundo tuo vites in suas arbores transduxit. fr. 3. §. 4. uti possid. 43. 17. Ex provincia in provinciam transduci (damnatos.) fr. 31. §. 1. de poen. 48. 19. De possessione discessit, sive per fugam lapsus, seu sponte, seu sollicitatione transductus. Th. C. V. 10. c. 1. §. 1. de inquil. et col. Cf. V. 5. c. 1. sq. de postlim. — **§. 2.** *Convertere, Reformare.* III. **Cn.** Non ad aliud artificium, sed ad alium usum (transductum esse servum.) fr. 61. de legat. III. (32.)

Transductio. *Transvectio.* III. **Cn.** Qui transductioni ferarum — deputantur. Th. C. XV. 11. c. 2. de venat. ferar.

Transferre. **§. 1.** *Transportare, Traiicere.* I. **Sy.** Transvehere. fr. 3. §. 4. de sepulc. viol. 47. 12. III. **Cn.** Posteaquam ductus esset (sc. rivus,) transferre non liceret. fr. 9. de servit. 8. 1. De locis, in quibus consistunt, ad alia loca — transferre. c. 4. de off. mag. mil. 1. 29. Paul. III. 6. §. 52. cf. fr. 4. §. 5. de edendo. 2. 13. Transf. in (locum commodiorem.) fr. 39. sq. de relig. 11. 7. Transf. ad (aliorum usus.) fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. — **§. 2.** *Convertere, Conferre, Accommodare.* III. **Cn.** Si qui — ad hanc — sectam — se transtulerint. Coll. LL. M. XV. 3. Ad diaconissarum consortium transferatur (nulla, nisi etc.) Th. C. XVI. 2. c. 27. pr. de episc.

eccl. Si quis utendam rem acceperit, eamque in alium usum transtulerit. Gai. III. 196. cf. fr. 206. de V. S. 50. 16. In aliud nomen, aliumque statum obligationis transferri. fr. 17. de cond. furt. 13. 1. cf. Gai. III. 176. In graecum sermonem transf. (per interpretationem.) Id. III. 93. Ius, quod ipse ex vetere iure in XII Tabb. transtulerat. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Omnia, quae de his dicta sunt, et ad hos transferre licebit. fr. 20. de cond. indeb. 12. 6. fr. 38. §. 8. de Aedil. edict. 21. 1. Gai. III. 206. — **§. 3.** *Transmittere (in alium.) Transcribere.* I. **Sy.** Translationem facere (legati.) Transferre (legatum.) fr. 3. pr. fr. 6. pr. de adim. legat. 34. 4. fr. 95. de cond. et dem. 35. 1. Transmittere ad. fr. 4. pr. §. 1. Qu. dies legat. 36. 2. Th. C. XI. 22. c. 1. sqq. ne collat. translat. Transire, Transferri (iurisdictionem.) fr. 1. §. 1. de off. eius. 1. 21. II. **Op.** Deducere (usumfr.) Vatic. §§. 47. sqq. Quaedam transferre, quaedam relinquere. fr. 27. pr. de procur. 3. 3. Transferri proprietatem. — Dominorum permanere rem. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. fr. 9. §§. 7. sq. de A. R. D. 41. 1. III. **Cn.** Relevatis, vel adaeratis, vel donatis, vel translatis possessionibus (indicere.) Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §§. 2. sq. Cf. Th. C. XI. 22. c. 1. ne collat. translat. Rem alienam ad aliquem transferre, et efficere ut a possessore usucapiatur. Gai. II. 50. sq. Nullo eorum modo, quibus res corporales ad alium transferuntur. Id. II. 38. cf. 22. III. 85. Dolo malo ad alium possessionem transtulisse. Id. IV. 177. Actiones hereditariae ei et in eum transferuntur, (qui receperit hereditatem.) Id. II. 258. Ad heredem suum transferre legatum. fr. 4. pr. fr. 5. pr. Qu. dies legat. 36. 2. Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem. fr. 6. de R. I. 50. 17. Onera eius — ad patrem adoptivum transferuntur. fr. 45. de adopt. 1. 7. Qui — litem ad alium transfert, ut molestum adversarium pro se subiiciat. fr. 4. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Litem in se transf. fr. 17. pr. de proc. 3. 3.

Transfigurare. *Figuram et formam mutare.* I. **Sy.** Formam mutare. fr. 13. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Ornamentum dissolutum, aut transfiguratum. fr. 10. §. 6. Qu. mod. ususf. 7. 4.

Transfluere. *Effluere, Praeterlabi.* II. **Op.** Intra anni spatia. — Si praestituti temporis curricula transfluxerint. Th. C. IX. 27. c. 7. ad L. Iul. repet.

Transformare. **§. 1.** *Commutare, Transferre.* I. **Sy.** Immutare, Convertere (ad alium modum.) fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. III. **Cn.** In graecam vocem transf. c. 2. §. 21. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 2.** *Reformare.* III. **Cn.** Iustinianus codex — purgatus, — et circumductis (omnibus,) et additis, et repletis, nec non transformatis. Const. Cordi. De emend. Cod. §. 4. Per praesentem legem — usucapionem transformandam esse. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. cf. c. 2. §. 9. de iureiur. pr. cal. 2. 59.

Transfretare. *Mare traiicere.* I. **Sy.** Transire ad (Sardiniam etc.) Th. C. X. 19. c. 6. c. 9. de metall.

Transfuga. **§. 1.** *Qui, consilio proditionis, fuga se contulit* (in ditionem populi peregrini, neque amici.) I. **Sy.** Qui ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit. fr. 19. §. 8. de captiv. 49. 15. II. **Op.** Transfugae ad hostes, vel consiliorum nostrorum renunciatores. — Ab hostibus capti. fr. 14. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 38. §. 1. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Fugiens, Desertor.* III. **Cn.** De metallo captus — nec tamen, ut transfuga metalli, puniendus erit. fr. 12. §. 17. de captiv. 49. 15. Cunctos transfugas — ad originem pristinam revocari. Th. C. XII. 1. c. 113. de decurion.

Transfugere. **§. 1.** *Transfuga hostium fieri.* I. **Sy.** Confugere (ad hostes.) fr. 15. de tutel. 26. 1. fr. 19. §. 8. de captiv. 49. 15. fr. 3. §§. 10. sq. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Transire, fraudis consilio.* III. **Cn.** Ambiendi, et transfugiendi in alterius militiae ordinem (facultas.) Th. C. VIII. 4. c. 18. de cohortal.

Transfundere. **§. 1.** *Transformare.* III. **Cn.** Abitum ab iure pristinae obligationis eamque in huius condictionis [al. huiusmodi condictionem] transfusam. fr. 24. de m. c. don. 39. 6. Nec in Falcidiam imputari posse, iam enim transfusum legatum esse. fr. 1. §. 8. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 1. de penu leg. 33. 9. — **§. 2.** *Transmittere.* I. **Sy.** Transferre. Th. C. XIV. 3. c. 13. de pistor. III. **Cn.** Hereditas in eum id tantum transfundit, quod etc. fr. 1. §. 15. si is qui testam. lib. 47. 4. Quae ad ipsos — quolibet titulo probantur esse transfusa. Th. C. I. 1. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr.

Transfusio. *Transformatio.* III. **Cn.** Novatio, est prioris debiti in aliam obligationem — transfusio atque translatio. fr. 1. pr. de novat. 46. 2. cf. fr. 24. de m. c. don. 39. 6.

Transgredi. **§. 1.** *Transire.* III. **Cn.** Transgrediamur nunc ad hunc articulum. fr. 22. §. 12. sol. matrim. 24. 3. — **§. 2.** *Transcendere (legem.)* I. **Sy.** Egredi. fr. 1. §. 2. de const. Pr. 1. 4. §. 6. I. de I. N. 1. 2. III. **Cn.** Non imputari publicano, quod non instruxit transgredientem. fr. 16. §. 6. de publican. 39. 4.

Transigere. (Cf. v. Transactus.) **§. 1.** *Agere, Peragere.* III. **Cn.** Honestam vitam transigere. Iul. ep. nov. c. 45. §. 179. — **§. 2.** *Expedire, Absolvere, Decidere.* III. **Cn.** Bini posthac incipiant adgnoscere, quod singuli antea transigebant. Th. C. VI. 4. c. 25. §. 1. de Praet. et Qu. Pro conditione admittentium, coërcitione transigendum. fr. 1. de term. mot. 47. 21. Contrahere et transigere. Agere et transig. fr. 1. §. 3. de pact. 2. 14. fr. 9. pr. de transact. 2. 15. fr. 1. §. 10. Quar. rer. act. 44. 5. — **§. 3.** *Transactionem celebrare.* I. **Sy.** Transactionem facere. Transactione componere. Cf. v. Transactio. §. 1. III. **Cn.** Nec transigi, vel iudicari posse. c. 4. de postlim. rev. 8. 51. cf. fr. 1. §. 1. testam. quemad. aper. 29. 3. Transegisse cum eo, et decidisse eo pretio. fr. 46. de R. V. 6. 1. Transigere, vel pacisci. c. 18. de transact. 2. 4. Pacto transigere (cum adversariis.) fr. 9. §. 3. eod. 2. 15. fr. 15. §. 3. de re iud. 42. 1. Cum diversa parte transegisse ita, ut etc. c. 6. de transact. 2. 4. cf. fr. 8. §§. 24. sq. eod. 2. 15. Transigens. Persona transigentium. fr. 8. §§. 8. sqq. fr. 10. eod. 2. 15.

Transiicere. Cf. v. Traiicere. §. 2.

Transilire. *Saltu transire.* III. **Cn.** Cum stramenta ardentia transilirent duo. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Fossam transil. fr. 3. §. 18. de R. M. 49. 16.

Transire. **§. 1.** *Transgredi, Traiicere.* III. **Cn.** Flumine interveniente, — si aut vado transiri potest, aut pontem habeat. fr. 38. de S. P. R. 8. 3. Forma aquaeductus, quae per agrum transit. fr. 27. §. 3. de usufr. 7. 1. fr. 6. de servit. leg. 33. 3. Neglìgentius per lubricum transire. fr. 7. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 1. A.** *Commeare, Iter facere.* I. **Sy.** Commeare. Cf. h. v. §. 1. Proficisci. Th. C. VII. 8. c. 7. c. 13. de metat. III. **Cn.** Dominus, an vicinus, an quilibet transiens (adprehendat.) fr. 7. §. 3. de furt. 47. 2. A transeunte et ignoto (emisse.) c. 5. eod. 6. 2. Ne transeuntes intrent (hospitii gratia.) Th. C. c. 7. l. Qui in expeditione Consularis iussu transierat, ibique in acie ceciderat. fr. 35. §. 6. ex qu. c. mai. 4. 6. — **§. 1. B.** *Transfugere, Desciscere.* I. **Sy.** Migrare (in, v. ad, sc. profana etc.) Th. C. XVI. 7. c. 2. pr. §. 1. c. 3. pr. §. 1. c. 4. §. 1. de apostat. II. **Op.** Si non transierunt, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt. Ib. V. 5. c. 1. de postlim. — **§. 2.** *Procedere, Progredi.* III. **Cn.** Cessat edictum de O. N. Nne, et erit transeundum ad interdictum Quod vi aut clam. fr. 1. §. 1. de O. N. N. 39. 1. Transeamus nunc ad aliam divisionem. Gai. I. 142. III. 88. 182. Ne poenitentia possit ad aliud transire. Th. C. IV. 4. c. 7. pr. de testam. et codic. — **§. 3.** *Abire, Conferri.* III. **Cn.** Quae (sc. conventiones) pariunt actiones, in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomen contractus. fr. 7. §§. 1. sq. cf. fr. 1. §. 4. de pact. 2. 14. Omnes res transire in novationem possunt. fr. 2. de novat. 46. 2. Semel causa transire videtur ad condemnationem, et inde pecunia deberi. fr. 16. §. 6. de pignor. 20. 1. — **§. 4.** *Transmitti, Deferri.* I. **Sy.** Transferri. Cf. h. v. §. 3. Transmitti. fr. 6. §. 7. de statulib. 40. 7. fr. 196. de R. I. 50. 17. Deduci (ad aliquem.) fr. 2. §§. 9. 11. de O. I. 1. 2. Competere, Pervenire. fr. 10. §. 2. si qu. cautt. 2. 11. fr. 27. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Recta via dominium, quod hereditatis fuit, ad legatarium transeat. fr. 80. de legat. II. (31.) Si — res ad novum dominum emtione transierit. Paul. V. 2. §. 5. cf. I. 8. §. 2. Cuius heredes facti sumus, — eius res ad nos transeunt. Gai. II. 98. cf. 35. Vlp. XXIV. 30. Auctor meus, a quo ius in me transit. fr. 175. §. 1. de R. I. 50. 17. Omnia, quae eius fuerunt, et adquiri possunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptavit. fr. 15. pr. de adopt. 1. 7. Servo, vel filio, talis electio cohaeret, in heredes tamen transit obligatio. fr. 76. pr. de V. O. 45. 1. Eum usumfr. ad te transire, nec interire etc. fr. 18. Qu. mod. ususf. 7. 4. — **§. 5.** *Pervenire.* III. **Cn.** In familiam viri transibat, filiaeque locum obtinebat. Gai. I. 111. Transiit a causis agendis ad ius civile. fr. 2. §. 46. de O. I. 1. 2. — **§. 6.** *Ambulare.* III. **Cn.** Si per multos dominos transierit servus. fr. 2. §. 9. de B. P. s. t. 37. 11. — **§. 7.** *Praecedere, Superare.* I. **Sy.** Postferri (sequentibus.) Transiri ab eis. Th. C. VII. 12. c. 2. de commeat. — **§. 8.** *Adtentare, Egredi.* III. **Cn.** Quae sunt interdicta, s. Praecepta legis, transire. c. 1. de stat. et imag. 1. 24. c. 1. de ratiocin. opp. pub. 8. 13. — **§. 9.** *Transcurrere, Excedere.* III. **Cn.** Si quis annos XX transierit in obsequio. Th. C. VI. 27. c. 1. de agent. in reb. Cum XXV suae aetatis annum transierit. c. 5. §. 1. de temp. I. I. Rnis. 2. 53. Necdum transisse tempus statutum. c. 4. de cond. ex L. 4. 9. — **§. 10.** *Praeterire, Praetermittere.* III. **Cn.** Provinciales itaque cuncti iudices tueantur, nec iniurias inultas transire permittant. Th. C. VIII. 10. c. 2. de concuss.

Transitus. (Subst.) **§. 1.** *Factum commeandi, Profectio, Expeditio.* I. **Sy.** Cum prodierit (Praetor etc.) In transitu. Gai. I. 20. fr. 7. de manum. vind. 40. 2. III. **Cn.** Quod ob transitum exercitus confertur. fr. 27. §. 3. de usufr. 7. 1. Iul. ep. nov. c. 123. §. 532. Ager, quem deversorium habuerit in transitu. Th. C. I. 7. c. 5. de off. Rect. Pr. — **§. 2.** *Ius transeundi.* III. **Cn.** Transitum per reliquas partes fundi — iure habeant. fr. 23. §. 3. de S. P. R. 8. 3. c. 14. pr. de servit. et aqua. 3. 34. — **§. 3.** *Progressus, Continuatio.* III. **Cn.** Vtrum — negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. c. 20. de procur. 2. 13. Cf. Th. C. I. 16. c. 1. (Wck.) de off. Rect. Pr. Prius incipiatur a etc. — deinde transitus fiat ad etc. fr. 70. pr. de A. v. O. H. 29. 2.

Transiungere. *In quadriga locum veterinis mutare.* III. **Cn.** Si mula talis sit, ut transiungi non possit. fr. 38. §§. 8. sq. de Aedil. edict. 21. 1.

Translabi. *Praeterlabi, Elabi.* I. **Sy.** Completum, Translapsum (tempus.) c. 19. de iure delib. 6. 30. c. 3. de quadr. praescr. 7. 37.

Translaticie. (Advb.) *Remisse, Defunctorie.* II. **Op.** Diligenter. Cf. h. v. III. **Cn.** Qui colludit cum reo, et translaticie munere accusandi defungitur. fr. 1. §. 6. ad S. C. Turp. 48. 16. Sed nec illud transl. omittendum est. fr. 55. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1.

Translatio. **§. 1.** *Transportatio, Transvectio.* I. **Sy.** Transmissio. Th. C. VIII. 5. c. 33. pr. c. 40. pr. de cursu pub. Transvectio. c. 7. de fabricens. 11. 9. III. **Cn.** Quoties in translationem armorum angariae necessariae fuerint. c. 7. l. 11. 9. Th. C. VIII. 5. c. 33. pr. de cursu pub. Navicularìae translationis munus. Ib. XIII. 5. c. 18. de navicul. Ad universa munia sustinenda, translationesque faciendas (adtineri.) Ib. XVI. 2. c. 15. §. 2. de episc. eccl. cf. XI. 16. c. 10. de extr. s. sord. — **§. 2.** *Permutatio, Reformatio.* III. **Cn.** Nulli licere — aut relevare suas possessiones, aut adaerationem translationemque deposcere. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. Cf. Th. C. XI. 20. c. 6. §. 1. de collat. donat. Vt translationem faciant (sc. censuales) distractorum praediorum, sine omni detrimento. Iul. ep. nov. c. 21. §. 73. Si quis naviculariorum — fori translationem potuerit obtinere. Th. C. XIII. 5. c. 12. de navicul. — **§. 3.** *Transmissio, Collatio (in alium.)* I. **Sy.** Restitutio (fideicommissi.) Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Prioris debiti in aliam obligationem — transfusio atque translatio, (novatio est.) fr. 1. pr. de novat. 46. 2. Translatio legati fit IV modis: aut enim a persona in personam transfertur etc. fr. 6. pr. de adim. legat. 34. 4. Non solum ad dominii translationem — pertinere, verum ad posses-

sionis quoque. fr. 4. §. 2. de alien. iud. mut. c. 4. 7. Translatio earum litium non est tibi necessaria. — Si ex parte actoris litis transl. fiat. fr. 27. pr. §. 1. de procur. 3. 3. cf. fr. 57. de iudic. 5. 1. fr. 15. de nox. act. 9. 4. fr. 17. §. 14. de iniur. 47. 10. Actionum translatio. c. 7. ad S.C. Treb. 6. 49.

Translator. *Alienans, Auctor.* I. **Sy.** Qui in alias personas transtulerit (res, v. omne ius suum.) c. 10. §. 1. de reb. auct. iud. 7. 72.

Transmarinus. (Adiect.) *Qui trans mare est.* II. **Op.** Contigua, — Transmarina (provincia.) Cf. v. Contiguus. III. **Cn.** Intra provincias Africanas, — quia transmarinae regionis sunt. Nov. Val. III. de tribut. fisc. II. 19. c. 1. §. 12. Ad transmarina transferre. Ib. de parent. qui fil. II. 33. c. 1. Transmarinas negotiationes — exercere. fr. 10. Qui et a qu. man. 40. 9. Dilatio transmarina. Th. C. II. 7. c. 4. de dilat.

Transmigrare. *In alias sedes migrare.* III. **Cn.** Sedibus civitatis — relictis, in alia loca transmigrasse. fr. 1. de decurion. 50. 2.

Transmissio. **§. 1.** *Transvectio, Transportatio.* I. **Sy.** Translatio. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Exactionis, v. Collationis, ac transmissionis (necessitates.) Th. C. I. 15. c. 14. c. 17. (Wck.) de off. Vicar. Transmissio ac pervectio. Ib. XI. 1. c. 13. de ann. et tribut. — **§. 1. A.** *Remissio* (ad certum forum, vel officium.) III. **Cn.** Actis — diem designare debebunt, in quo transmissio gestorum committitur. Ib. XI. 30. c. 31. cf. c. 6. de adp. et poen. Transmissio eorum ad officium Praefecti annonae (celebretur.) Ib. IX. 40. c. 6. de poen. — **§. 2.** *Translatio* (iuris in alium.) I. **Sy.** Arbitrium in successionem transmissum. c. 19. de iure delib. 6. 30.

Transmittere. **§. 1.** *Transportare, Transvehere.* III. **Cn.** Quantum — collatum sit, quidve transmissum. Quid transmissum, quid pervectum sit. Th. C. I. 15. c. 17. (Wck.) de off. Vicar. XI. 1. c. 13. de ann. et tribut. — **§. 1. A.** *Traiicere, Transducere.* III. **Cn.** Ad continendam, transmittendamque aquam (excogitata septa.) fr. 1. §. 4. de riv. 43. 21. — **§. 1. B.** *Remittere, Ablegare* (in certum locum, v. forum.) I. **Sy.** Mittere ad. Th. C. XI. 30. c. 31. de adp. et poen. Destinare, Dirigere. Cf. v. Destinare. §. 3. III. **Cn.** Comprehensum, transmittendum ad Praesidem, magistratibus obferre. Paul. V. 23. §. 9. cf. I. 6A. §§. 3. sq. In opus metalli transmitti. fr. 8. §. 7. de poen. 48. 19. Libellos composuit, quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur. fr. 72. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Transferre, Conferre in alium.* I. **Sy.** Transferre. Cf. h. v. §. 3. Transmitti, Transire. Cf. h. v. §. 4. III. **Cn.** Praeparasse litem, ut possit transmittere actionem. fr. 7. de inoff. testam. 5. 2. fr. 36. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 33. de O. et A. 44. 7. Quodsi nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur. Vlp. XXVI. 5. Eas (sc. res) habeat, et transmittat, et in alios transferat. c. 6. §. 2. cf. c. 1. de bon. qu. lib. 6. 61. Th. C. XI. 20. c. 4. pr. de collat. donat. Immunitates generaliter tributae eo iure, ut ad posteros transmitterentur. fr. 4. de iure immun. 50. 6. cf. fr. 1. §. 4. de requir. reis. 48. 17. c. 1. de h. qui a. ap. tab. 6. 52. — **§. 3.** *Transmitti, i. e. Effluere, Elabi.* I. **Sy.** Transactum, Transmissum (tempus.) Cf. v. Transactus. §. 2. — **§. 4.** *Omittere, Remittere.* I. **Sy.** Remittere. c. 6. pr. §. 1. de adp. et consult. 7. 61. III. **Cn.** Neque passim impunitas eis — concedenda, neque transmittenda adlegatio dicentium etc. fr. 1. §. 26. de quaestion. 48. 18. Dissimulatione praeteritum, aut pactione transmissum (sc. facinus.) Th. C. IX. 24. c. 1. §. 4. de raptu virgg.

Transponere. *Transmittere, Transferre.* I. **Sy.** In alios transponere, Transmittere, Transferre. c. 3. de iure emph. 4. 66. Iul. ep. nov. c. 34. §. 123. III. **Cn.** Ipsas vias, quae in Latinitatem ducebant, ad civitatem R. capiendam transposuimus. §. 4. I. de succ. libert. 3. 7. cf. §. 7. I. de fideic. hered. 2. 23. c. 3. §. 6. de vet. iure enucl. 1. 17.

Transportare. *Transferre in alium locum.* III. **Cn.** Qui columnam transportandam conduxit, si ea dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit etc. fr. 25. §. 7. locat. 19. 2. Vinum de Campania transportandum conducere. fr. 11. §. 3. ib. 19. 2.

Transscribere. Cf. v. Transcribere.

Transvectio. *Transportatio, Advectio* (praesertim annonae publicae.) I. **Sy.** Commeatus. Th. C. XIII. 5. c. 6. sq. c. 32. de navicul. III. **Cn.** Comparatio, transvectioque specierum. Ib. XI. 17. c. 4. de equor. coll. XIII. 7. c. 1. de nav. n. excus. XV. 1. c. 49. de opp. pub.

Transvehere. **§. 1.** *Transportare.* I. **Sy.** Transferre. Cf. h. v. §. 1. Vehere, Devehere. Th. C. VII. 4. c. 5. c. 15. de erog. mil. ann. XI. 1. c. 9. c. 11. de ann. et trib. III. **Cn.** Per vicos, aut oppidum, transv. (corpus.) fr. 3. §. 4. de sepulc. viol. 47. 12. — **§. 2.** *Transvehi, i. e. Commeare.* III. **Cn.** Qui equo publico, in causa publica, transvehatur. fr. 2. de in ius voc. 2. 4.

Transversarius. (Adiect.) *Inopinatus.* III. **Cn.** Si quid transversarium [al. adversarium] incidisset, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret. fr. 27. pr. locat. 19. 2.

Transversus. (Partic.) **§. 1.** *In obliquum tendens.* II. **Op.** Si contignatio, qua id sustinebitur, orietur ex parte earum aedium. — Si transversa contignatio tota in aliarum aedium parietibus sedebit. fr. 47. de damn. inf. 39. 2. — **§. 2.** *Ex latere veniens.* I. **Sy.** Obliquus. Cf. h. v. A latere. Ex transverso gradu cognationis. Gai. I. 60. fr. 1. pr. §§. 1. sqq. de grad. et adf. 38. 10. II. **Op.** Superior, — Inferior, — Transversa (linea.) Paul. IV. 11. §§. 2. sqq.

Transvolare. *Volando transire.* III. **Cn.** Quod avis transvolans ex area — transtulit. fr. 44. de A. R. D. 41. 1.

Trapetum. *Instrumentum, quo oleae teruntur.* III. **Cn.** Dolia, — praestanda, et praelum, et trapetum, instructa funibus. fr. 19. §. 2. locat. 19. 2.

Trapezita. *Qui monetis negotiatur.* III. **Cn.** Qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum etc. — venditores. c. 12. §. 3. de cohortal. 12. 58.

Trapezophorum. *Fulcrum, mensam susti-*

tinens. III. **Cn.** Mensae, trapezophora, delphicae etc. fr. 3. pr. de supell. leg. 33. 10.

Trebellianum. *Nomen S.Cti,* (facti temporibus Neronis, quo cautum est, ut restituta hereditate fideicommissario, actiones ei et in eum darentur.) I. **Sy.** S.C. (Trebellio Maximo et Annaeo Seneca Coss. factum,) ex quo restituitur hereditas. Gai. II. 253. fr. 1. de fideic. hered. pet. 5. 6. fr. 1. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 1. §. 7. ut legat. serv. c. 36. 3. III. **Cn.** S. Cto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus actionibus hereditariis oneretur. Paul. III. 2. §. 1. fr. 1. §. 3. ad S.C. Treb. 36. 1. Is, qui rogatus est alii restituere hereditatem, — ex Trebelliano S. Cto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Vlp. XXV. 14. 16. Gai. II. 253. 258. Paul. IV. 4. §. 4. Placuit, exploso S.C. Pegasiano, — omnem auctoritatem Trebelliano S Cto praestare. — Etiam id, quod praecipuum Pegasiani S.Cti fuerat, — transposuimus ad S.C. Trebell. §. 7. I. de fideic. heredit. 2. 23. c. 3. §. 6. de vet. iure enucl. 1. 17. Ex S.C. Trebelliano hereditatem recipere. fr. 9. §. 4. de auct. et cons. 26. 8. Gai. II. 258. An is, cui ex causa fideicommissi restituta est hereditas ex Treb. S. Cto, ipse quoque restituendo ex eodem S.C. transferat actiones? fr. 1. §. 8. ad S.C. Treb. 36. 1. Actiones temporariae Trebelliani solent esse, evicta hereditate etc. fr. 55. §. 5. ib. 36. 1. Exceptio Trebelliani. fr. 28. §. 1. de iudic. 5. 1.

Trebellianus. (Adiect.) *Qui ex S.Cto eiusdem nominis hereditatem recepit.* III. **Cn.** Ab herede, — et a Trebelliano fideicommissario (satis accepisse.) fr. 15. §. 1. ut legat. serv. c. 36. 3. cf. fr. 2. §. 19. pro emt. 41. 4.

Trecenti. (Adiect.) **§. 1.** *Trecenti (nummi.)* III. **Cn.** Trecentorum assium poena. Gai. III. 223. Ex duobus chirographis, quibus CCCC ei a Seio debebantur, altero centum, altero trecentum [al. trecenta] scripsit Seio. fr. 89. §. 1. de solut. 46. 3. — **§. 2.** *Ordo militarium virorum, numero CCC. constans.* III. **Cn.** Qui trecentorum numero continentur. Nov. Th. II. de am. milit. fori pr. I. 9. c. 4. §. 3.

Tredecim. (Advb.) *Tres et decem.* III. **Cn.** Emtor praedii XX caverat se soluturum, — postea venditor cavit, sibi convenisse ut contentus esset XIII. fr. 47. pr. de pact. 2. 14. Continuos XIII annos (inculpatas excubias peregisse.) Th. C. VI. 23. c. 4. §. 2. de decur. et silent.

Tremissis. *Nummus,* (tertiam solidi aurei partem referens.) III. **Cn.** Non binos tremisses, — sed singulos solidos dari (pro singulis chlamydibus.) Th. C. VII. 6. c. 4. de milit. veste. Diurnos tremisses (pro lignis et balneis exegisse.) Ib. VII. 11. c. 2. de comit. et tribun.

Trepidare. **§. 1.** *Tremere.* III. **Cn.** In poenam reciproci stilo trepidante recavere. Th. C. IX. 2. c. 3. de exhib. reis. — **§. 2.** *Periclitari.* III. **Cn.** Vbi securi ac tuti domini trepidavere fortunae. Ib. X. 10. c. 12. §. 1. de petit. et ultro dat.

Trepidatio. **§. 1.** *Turbatio, Turba.* III. **Cn.** Qui, dum naufragium fiat, in illa trepidatione rapiat. fr. 4. pr. cf. fr. 1. §. 2. de incend. ruina. 47. 9. — **§. 2.** *Formido, Tremor.* II. **Op.** Constantia. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Mentis trepidatio, (instantis, vel futuri periculi causa.) fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. In his tuendis, — negligentia aut trepidatione defuisse. Th. C. I. 6. c. 11. (Wck.) de off. Prf. Vr. Sine ulla trepidatione poenae. Ib. IV. 9. c. 1. (Wck.) de h. qu. a non dom.

Tres. (Nomen numerale cardinale.) III. **Cn.** Post tres, quinque, pluresve dies. fr. 8. si qu. caut. 2. 11. Tria onera (tutelarum) a quarta excusant. Vatic. §. 128. fr. 3. de excusat. 27. 1. Singulorum liberorum nomine sextae retinentur ex dote, non plures tamen quam tres sextae etc. Vlp. VI. 10. Tribus edictis propositis, vel uno pro tribus. fr. 53. §. 1. de re iud. 42. 1. Pauciores quam tres liberos habere. — Ius trium liberorum habere. Gai. III. 42. Vlp. XXIX. 5.

Treviri. *Galliae Belgicae civitas amplissima* (ad Mosellam fluvium.) III. **Cn.** Trevirorum clarissima civitas. Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof.

Tribonianus. *I. Ctus celeberrimus temporum Iustiniani,* (cuius praesertim consilio et opera Imperator ille utriusque constitutionum codicis, item Digestorum, et Institutionum corpora composuit.) III. **Cn.** Ad hoc maximum — opus efficiendum elegimus — Tribonianum, virum magnif., magisteria dignitate inter agentes decoratum etc. Const. de novo Cod. fac. §. 1. Omne studium Triboniano, V. exc., magistro officiorum, et Ex-Quaestore S. nostri palatii, et Ex-Consule, credidimus, eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus. c. 2. pr. cf. c. 1. (inscr.) c. 3. §. 9. de vet. iure enucl. 1. 17. Ioh. Lydus de magistr. III. 20. Cum oportebat et aliquam mediocrem isagogen facere, — Triboniano gloriosiss., qui et ad totius operis legitimi gubernationem electus est, — mandavimus. c. 3. §. 11. l. 1. 17. Prooem. Inst. §. 3. Necessarium nobis visum est, per Tribonianum, V. exc., — legitimi [al. legitimum] operis nostri ministrum, — constitutiones nostras decerpere etc. Const. Cordi. §. 2. de emend. Cod. Iust.

Tribuere. **§. 1.** *Intribuere, Dependere (pro rata.)* I. **Sy.** Intribuere. Cf. h. v. Tributionem facere. Partiri. fr. 5. §§. 1. 7. 9. sqq. 16. de tribut. act. 14. 4. Venire in tributum. Tribui. fr. 5. §§. 1. 9. sqq. 17. sq. ib. 14. 4. Distribuere. Cf. h. v. III. **Cn.** Tributum (ex eo adpellatur,) quod militibus tribuatur. fr. 27. §. 1. de V. S. 50. 16. Quod — ordinarii Consules, vel Praetores, in huiuscemodi tribuunt voluptates. Th. C. XV. 7. c. 6. de scaenic. Vltro tributa. Cf. v. Vltro. Si cuius dolo malo factum est, quominus ita tribueretur, in eum tributoria datur, ut quanto minus tributum sit, quam debuerit, praestet. fr. 7. §. 2. cf. §. 1. fr. 5. §. 5. ib. 14. 4. Iactus in tributum — venit. fr. 4. pr. de L. Rhod. 14. 2. — **§. 2.** *Praestare, Impertire.* I. **Sy.** Dare, Praestare, Indulgere. Cf. v. Praestare. §. 1A. Competere, Tribui. Cf. v. Competere. §. 2. III. **Cn.** Quaecunque specialiter lege, vel S.Cto, vel constitutione Principum tribuuntur. fr. 1. pr. de off. eius. 1. 21. fr. 17. pr. de excusat. 27. 1. Principes eadem illi (sc. Augustae) privilegia tribuunt, quae ipsi habent. fr. 31. de LL. 1. 3. Feminis L. Iulia a morte viri anni tribuit vacationem.

Vlp. XIV. 1. Iustitia, est constans et perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens. fr. 10. pr. §. 1. de I. et I. 1. 1. Longa possessione tribui ius etc. fr. 4. de mort. infer. 11. 8. Cum hereditates — pleniore honore tribuantur. fr. 5. §. 6. de legat. praest. 37. 5. Feminis dignitatem clarissimam mariti tribuunt. fr. 8. de Senat. 1. 9. Ex causa, et persona, id tribuendum puto. fr. 84. de iure dot. 23. 3. cf. fr. 21. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. Non passim tutoribus — permitti debuit venditio, namque non esse viam eis distractionis tributam. fr. 5. §§. 9. 14. de reb. eor. qui s. tut. 27. 9. — **§. 2. A.** *Cedere, Mandare.* III. **Cn.** Mandare earum rerum persecutionem, actionesque tribuere. fr. 2. §. 3. de hered. v. act. vend. 18. 4. Modum commodati finemque praescribere, eius est, qui beneficium tribuit. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. — **§. 2. B.** *Efficere.* III. **Cn.** Ab omni inquietudine tribuantur immunes. Th. C. XIII. 3. c. 10. de medic. et prof. — **§. 3.** *Adrogare sibi, Vsurpare.* III. **Cn.** Nec quisquam sibi — spontaneam vindicandi tribuat potestatem. Ib. IX. 42. c. 14. de bon. proscr.

Tribunal. **§. 1.** *Suggestus editior*, (in quo magistratus sedens iurisdictionis partibus fungebatur.) II. **Op.** Planum. Cf. v. Planus. §. 1 A. Pro tribunali, — Alibi, In transitu (petere etc.) fr. 4. §. 8. de damn. inf. 39. 2. fr. 7. de man. vind. 40. 2. Pro tribunali, — Per libellum (adire Rectorem Pr.) c. 2. Quemad. testam. aper. 6. 32. III. **Cn.** Sessio pro tribunali. Vatic. §. 163. sqq. cf. 161. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. Aditi pro tribunali hi, quorum de ea re notio est. fr. 5. §. 16. ut in poss. legat. 36. 4. fr. 23. §. 3. de adp. et rel. 49. 1. Quivis iudex, qui tribunali praeest, vel aliam iurisdictionem habet. fr. 1. de iudic. 5. 1. Tribunalia Praesidum. Coll. LL. M. XIV. 3. Vlpianus, de omnibus tribunalibus. Cf. Hommelii palingen. III. 589. sqq. Divisis tribunalibus, actionem inofficiosi testamenti (perferre.) fr. 76. pr. de legat. II. (31.) Interdicere cui, ne apud tribunal Praesidis postulet. fr. 9. §. 2. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Forum causarum*, (praesertim saeculare.) III. **Cn.** Iudices quorumlibet tribunalium, — defensores ecclesiarum. c. 41. de episc. et cler. 1. 3. Intrare competentis iudicis tribunal. c. 6. de emanc. 8. 49. Qui a tribunali abest. fr. 51. §§. 4. sq. de fideic. libb. 40. 5.

Tribunatus. **§. 1.** *Munus tribunorum militarium.* I. **Sy.** Priusquam tribunus legionis factus esset. Ante tribunatum. fr. 25. de milit. testam. 29. 1. III. **Cn.** Legionis, vel cohortis, gerere tribunatum. Th. C. VII. 20. c. 10. de veteran. — **§. 2.** *Munus tribuni in militia palatina*, (et in ministerio scriniorum.) III. **Cn.** Minoris laterculi dignitates, h. e. praeposituriae omnes, tribunatus, et praefecturae. Ib. I. 8. c. 2. (Wck.) de off. Quaest. Vt primicerius quidem, post acceptum tribunatum, inter eos dignitate potiatur, qui ducatum agere meruerunt. Ib. VI. 24. c. 11. de domest. et protect. Si tribunatum numerorum merebantur. c. 18. de milit. testam. 6. 21. cf. c. 9. de inoff. testam. 3. 28.

Tribunicius. (Adiect.) *Ad tribunum spectans.* III. **Cn.** Exactis deinde regibus lege tribunicia. fr. 2. §. 3. de O. I. 1. 2. Si maritus pro muliere se obligaverit, — divortio facto, eo nomine cavere sibi solet stipulatione tribunicia. Vlp. VII. 3.

Tribunus. **§. 1.** *Magister equitum, temporibus regum R.* III. **Cn.** Tribunus Celerum — erat, qui equitibus praeerat, et velut secundum locum a regibus obtinebat. fr. 2. §. 15. cf. §. 19. de O. I. 1. 2. — **§. 2.** *Genus magistratuum maiorum*, (qui primis liberae reip. R. temporibus, vice Consulum, creati sunt.) III. **Cn.** Deinde, cum — plebs contenderet cum Patribus, et vellet ex suo quoque corpore Coss. creari, et Patres recusarent, factum est ut Tribuni militum crearentur — consulari potestate. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. — **§. 3.** *Plebis rom. tutor, et magistratus.* III. **Cn.** Tribunos sibi in monte sacro creavit (sc. plebs,) qui essent plebeii magistratus; dicti Tribuni, — quia tribuum suffragio creabantur. fr. 2. §§. 20. 34. de O. I. 1. 2. cf. §. 4. I. de I. N. 1. 2. A Praetore urbano et maiore parte Tribunorum pleb. (tutor datur ex L. Atilia.) Gai. I. 185. Vlp. XI. 18. Quos, veteris Tribunorum plebis adpellatione respersos, — constiterit populo praefuisse. Th. C. XII. 1. c. 74. §. 3. de decurion. — **§. 4.** *Qui in legione constitutus est dux certi numeri peditum*, (quive cohortibus vigilum praefectus est.) III. **Cn.** Tribuni militum, et praefecti classium, alarumve. Paul. V. 26. §. 2. Tribuni, vel ii qui exercitui praesunt. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16. Non tantum tribunus, vel centurio, sed etiam principalis. fr. 13. §. 4. ib. 49. 16. Duces, seu tribuni. Tribuni, sive praepositi. Th. C. VII. 1. c. 10. cf. c. 2. de R. M. VII. 4. c. 1. c. 29. de erog. mil. ann. VII. 12. c. 1. de commeat. Si tribunus in cohortibus praetoriis permilitaverit. fr. 9. de excusat. 27. 1. Tribuni, praepositi cohortibus (vigilum.) fr. 3. pr. de off. Prf. Vigg. 1. 15. c. 4. de adpar. mag. mil. 12. 55. — **§. 5.** *Praefectus aulicarum copiarum.* III. **Cn.** Tribunus et Magister officiorum. Th. C. XI. 9. c. 1. de distr. pign. XVI. 10. c. 1. §. 1. de pagan. — **§. 6.** *Qui in schola palatina, aliisve numeris, certum dignitatis gradum adscendit.* II. **Op.** Scholares nostri, Comites etiam, ac tribuni militares. — Caeteri milites armati, vel tribuni, qui numeros agunt. Nov. Th. II. de am. mil. fori praescr. I. 9. c. 3. §. 1. III. **Cn.** Omnium numerorum, sive vexillationum, aut etiam scholarum tribuni. Th. C. VII. 4. c. 23. de erog. mil. ann. cf. VI. 13. c. 1. de comit. et trib. schol. Sequens primicerium, tribunus ac notarius. Notariorum tribunus. Ib. VI. 10. c. 2. sq. de primic. et notar. Cf. I. 3. c. 1. de mand. Pr. — **§. 7.** *Praefectus quilibet et curator.* III. **Cn.** Trib. voluptatum. Ib. XV. 7. c. 13. (inscr.) de scaenic.

Tribus. **§. 1.** *Singulus ordo ex illa divisione populi R., Servii Tullii regis auspiciis constituta*, (quae et rura colentes, et urbem habitantes cives complectebatur.) III. **Cn.** Dicti Tribuni, quod olim in III partes populus divisus erat, — vel quia tribuum suffragio creabantur. fr. 2. §. 20. de O. I. 1. 2. Censum agunto, eorumque nomina, praenomina, patres, aut patronos, tribus, cognomina — ab iis iuratis accipito. Tab. Heracl. 71. sqq. aer. Neap. L. Servil. c. 6. sq. — **§. 2.** *Locus in illo ordine*, (et ius capiendi ea, quae personis eiusdem ordinis titulo largitionis

erant praebenda.) III. **Cn.** Fundus, quem Agilio liberto donasse te, tribus et decuria, quae ipsius nomine parata. Vatic. §. 272. Commoda, et Principales liberalitates, quas libertus ex eadem tribu — consecuturus fuisset, si ei ea tribus — tunc comparata esset. fr. 35. pr. de legat. III. (32.)

Tributarius. (Adiect.) *Ad tributum pertinens*, (et ad illud praesertim, quod pro solo penditur.) I. **Sy.** Quae in his provinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur, Tributaria (praedia.) Gai. II. 21. II. **Op.** Stipendiarius. Cf. h. v. III. **Cn.** Solum, s. Praedium, tributarium. Res tributaria. Gai. l. l. Vatic. §§. 293. 315. sq. In eo loci tributaria adgnoscatur illatio, quem fides censuum retinet, et necessitas publicae adscriptionis adstringit. Th. C. XI. 22. c. 5. ne collat. transl. XI. 36. c. 19. Quor. adp. n. rec. XIII. 11. c. 3. de censitor. Exactores tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam tractaverint, — vacationem habent. c. 10. de excus. tut. 5. 62. (Cf. v. Tributorius. §. 2.)

Tributarius. (Subst.) *Qui tributo obnoxius est*, (inprimis illi, quod pro capite dependitur.) I. **Sy.** Collator. Cf. h. v. III. **Cn.** Tam tributarii, quam servi. c. 3. ut nemo ad suum patroc. 11. 53. Tributarius, vel inquilinus. Colonus, vel tributarius. Th. C. X. 12. c. 2. §. 2. si vag. pet. manc. XI. 7. c. 2. de exact. Per CXX capita, — per LX, — ad XIII tributarios (exactio solidi.) Ib. VII. 4. c. 32. de erog. mil. ann.

Tributio. **§. 1.** *Actus tribuendi. Distributio.* I. **Sy.** In tributum venire, s. vocari. Tribui. Tributionem fieri, s. locum habere. fr. 5. §§. 11. 16. sqq. de tribut. act. 14. 4. — **§. 2.** *Res inferenda. Tributum.* I. **Sy.** Tributum (praedii.) fr. 52. §. 2. de pact. 2. 14. Iul. ep. nov. c. 111. §§. 409. sq. Obsequium, Munus. fr. 18. §§. 21. sqq. de mun. et hon. 50. 4.

Tributorius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad distributionem (peculii) spectans.* III. **Cn.** Et tributoriam, et de peculio actionem competere. fr. 5. §. 1. de tribut. act. 14. 4. Gai. IV. 74. Si cuius d. m. factum est, quominus ita tribueretur, in eum tributoria datur, ut quanto minus tributum sit, quam debuerit, praestet. fr. 7. §. 2. l. l. 14. 4. fr. 3. Qu. ex facto tut. 26. 9. — **§. 2.** *Ad tributum publicum pertinens.* III. **Cn.** Exactio tributoria. c. 8. de furt. 6. 2. Causa tributoria [al. tributaria] et stipendiorum. fr. 46. §. 5. de iure fisci. 49. 14.

Tributum. **§. 1.** *Quodcunque tribuitur, vel confertur.* I. **Sy.** Id, quod tribuitur (militibus.) fr. 27. §. 1. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Omnes — conferre oportere, quia id tributum ob servatas [al. observatae] res deberent. fr. 2. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. (Cf. v. Tribuere. §. 1.) — **§. 2.** *Id, quod privati aerario publico pendunt*, (pro capite, vel praediis, aliisve rebus fortunarum suarum.) I. **Sy.** Tributio. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Tributum capitis remissum. — Solum immune factum. fr. 8. §. 7. de censib. 50. 15. Vectigal. fr. 2. §. 16. de hered. v. act. vend. 18. 4. fr. 1. §. 1. de publican. 39. 4. Nov. Val. III. neq. dom. div. II. 10. c. 1. pr. §§. 1. sqq. III. **Cn.** Neque stipendium, neque tributum, ob dotalem fundum praestita. fr. 13. de imp. in res dot. 25. 1. Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionisve quid nomine, aut ad viae collationem praestari oportet. fr. 13. §. 6. de A. E. V. 19. 1. fr. 39. §. 5. de legat. I. (30.) Tributa, praeter ea, quae vel pro praediis aut moventibus deberi et reddi necesse est. fr. 32. §. 9. de usu et usufr. leg. 33. 2. cf. fr. 50. §. 1. de iudic. 5. 1. Sub specie tributorum, illicitas exactiones fieri. fr. 6. pr. §. 3. de off. Praes. 1. 18. De eo censu — septimam partem tributis fiscalibus oportere dissolvere. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. §. 1. Th. C. XI. 1. c. 2. de ann. et tribut. Ob cessationem tributorum, vel etiam ob vestium, auri argentique debitum, — occupata. Ib. XI. 9. c. 2. de distr. pign. Cf. XI. 1. c. 28. Neque sui capitis censione, neque — liberorum nomine, tributis esse munificos. Ib. XIII. 4. c. 4. de excus. artif.

Tributus. (Partic.) Cf. v. Tribuere.

Tricennalis. (Adiect.) *Ad tricennium pertinens.* III. **Cn.** Conclusio tric. Tricennalis temporum definitio. Nov. Val. III. de colon. vag. II. 31. c. 1. §. 1. de episc. iud. II. 35. c. 1. §. 12.

Tricennium. *Spatium XXX annorum.* I. **Sy.** XXX annorum tempora. Nov. Val. III. l. l.

Tricesimus. Cf. v. Trigesimus.

Triclinarius. (Adiect.) *Ad triclinium pertinens.* III. **Cn.** Vestimenta triclinaria [al. triclinia-ria.] fr. 20. de opt. leg. 33. 5.

Triclinium. *Conclave discubitorium, et coenatorium.* III. **Cn.** Conclave, vel triclinium. fr. 28. de S. P. V. 8. 2. Triclinium, vel porticus. c. 12. de h. qu. ut ind. 6. 35. Th. C. IX. 17. c. 5. pr. de sepulc. viol. In triclinio praesto esse. Sternere triclinium, et argentum ad ministerium praebere. fr. 12. §. 32. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 5. §. 14. commod. 13. 6.

Triduanus. (Adiect.) *Trium dierum spatio definitus.* III. **Cn.** Acceptis triduanis induciis, quarto die (respondeat.) Consult. vet. I. Cti. c. 6.

Triduum. *Trium dierum tempus.* III. **Cn.** Intra triduum, vel V dies. Paul. IV. 6. §. 3. Nec per triduum, per singulos dies ter citatus, reus damnetur. fr. 10. de pub. iud. 48. 1. Dimittere statim (uxorem,) atque ita triduo proximo profiteri etc. Paul. II. 26. §. 6. Triduo, quo mortuus fuerit. fr. 12. §. 1. de legat. I. (30.)

Triennium. *Spatium trium annorum.* I. **Sy.** Triennio, Annua, bima, trima die (dari, v. reddi.) Vlp. VI. 8. 13. fr. 3. §. 5. de ann. legat. 33. 1. III. **Cn.** Non ultra triennii metas (lites esse protrahendas.) c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1. Si triennium effluxerit, postquam etc. fr. 10. de R. N. 23. 2. In triennium (relegare.) fr. 4. §. 1. de incend. ruina. 47. 9.

Triens. *Vnciae IV.* (Tertia pars assis.) I. **Sy.** Tertia pars (hereditatis.) fr. 86. ad L. Falc. 35. 2. §§. 5. 7. I. de hered. inst. 2. 14. III. **Cn.** Non semissis a fisco, sed bessis patrimonii vindicetur, triens residuus in duos sextantes redactus. Th. C. IX. 42. c. 8. §. 1. de bon. proscr. Quincunces, aut trientes (usurae.) fr. 7. §. 10. de adm. et peric. 26. 7.

Trierarchus. *Praefectus triremis.* III. **Cn.** Navarchi, et trierarchi classium. fr. 1. §. 1. de B. P.

ex testam. mil. 37. 13. cf. fr. 46. ad S. C. Treb. 36. 1.

Trifariam. (Advb.) *Tribus partibus.* I. ***Sy.*** Trif. dividere. Triplex divisio. fr. 18. pr. §. 28. de mun. et hon. 50. 4.

Triga. *Tres equi, sub curru iuncti.* II. ***Op.*** Paria iumenta. — Triga. — Quadriga. fr. 38. §. 14. de Aedil. edict. 21. 1.

Trigarius. Cf. v. Tignarius.

Trigemini. *Tres, uno partu editi.* III. ***Cn.*** Ter enixa videtur, etiam quae trigeminos [al. tregeminos, s. tergeminos] pepererit. fr. 137. de V. S. 50. 16. cf. fr. 3. si pars hered. 5. 4.

Trigesimus, s. **Tricesimus.** (Adiect.) *Vltimus ex triginta.* III. ***Cn.*** Intra diem trigesimum [al. trigensimum, s. tricesimum.] fr. 7. §. 1. de publican. 39. 4. Paul. V. 17. §. 2. cf. Gai. III. 123. Die XXX. (adesse ad iudicem capiendum.) Id. IV. 18.

Triginta. (Advb.) *Ter decem.* III. ***Cn.*** XXX annorum maior, v. minor (servus.) Gai. I. 17. sqq. 29. sq. II. 276. In diebus XXX proximis. Id. III. 218. fr. 40. pr. de contr. emt. 18. 1. Per dies continuos XXX. Gai. III. 79. Saccus, in quo scit XXX esse. fr. 21. §. 1. de furt. 47. 2. Qui sola XXX reliquerat. fr. 80. de legat. I. (30.)

Trimatus. (Subst.) *Trium annorum aetas.* III. ***Cn.*** Quot annorum decesserint (sc. liberi,) usque ad trimatum. Vatic. §. 321.

Trimus. (Adiect.) *Qui iam est trium annorum.* I. ***Sy.*** Triennium. Trimus dies. Cf. v. Triennium. II. ***Op.*** Anniculo, — Trimo (minor, v. maior.) Vatic. §. 321. c. 9. de P. P. 8. 47. cf. Vlp. XVI. 1. Prima, — Trima (pensio.) fr. 3. §§. 13. sq. de statulib. 40. 7.

Trinepos. *Quintus nepos.* I. ***Sy.*** Filius adnepotis. Nepotis abnepos. Pronepos pronepotis. fr. 3. pr. fr. 10. §. 17. de grad. et adf. 38. 10.

Trinitas. *Vnio trium divinarum personarum,* (ex doctrina Christianorum.) III. ***Cn.*** Secundum apostolicam disciplinam, — patris, et filii, et spiritus sancti unam deitatem, sub parili maiestate et sub pia trinitate, credamus. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. c. 3. de fide cath. XVI. 5. c. 6. §. 2. cf. c. 38. de haeret.

Trinoctium. *Spatium trium noctium.* III. ***Cn.*** Lege XII Tabb. cautum erat, si qua nollet eo modo (sc. usu) in manum mariti convenire, ut quotannis trinoctio abesset. Gai. I. 111.

Trinus. (Adiect.) *Ternus.* III. ***Cn.*** Trinis litteris, vel edictis, aut uno pro omnibus dato. Paul. V. 5A. §. 7. Papiae legis privilegiis destituta, neque trino partu fecunditati publicae gratiosa. Th. C. IX. 42. c. 9. §. 1. de bon. proscr.

Tripartitus, s. **Tripertitus.** (Partic.) *In tres partes divisus.* I. ***Sy.*** Triplex, Tripartita (divisio.) Trifariam (divisum.) fr. 60. pr. de cond. et dem. 35. 1. fr. 18. pr. §. 28. de mun. et hon. 50. 4. III. ***Cn.*** Tripartita [al. Tripertita] dicitur, (sc. Sex. Aelii, I. Cti liber,) quoniam lege XII Tabb. praeposita, iungitur interpretatio, dein subtexitur legis actio. fr. 2. §. 38. de O. I. 1. 2. Privatum ius tripartitum est, collectum etenim est etc. fr. 1. §. 2. de I. et I. 1. 1.

Triplex. (Adiect.) **§. 1.** *Ter adhibitus.* III. ***Cn.*** Triplici lino constringantur (tabulae.) Paul. V. 25. §. 6. — **§. 2.** *Tripartitus.* I. ***Sy.*** Trifariam divisus. Cf. v. Tripartitus.

Triplicatio. *Exceptio,* (qua defensionem sibi parat actor contra duplicationem rei.) II. ***Op.*** Exceptio. — Replicatio. — Duplicatio. — Triplicatio. Gai. IV. 126. sqq. fr. 2. pr. §§. 1. 3. de exc. 44. 1.

Triplicatus. (Partic.) *In triplum auctus.* III. ***Cn.*** Illatio triplicata. Th. C. VII. 13. c. 8. de tiron.

Triplus. (Adiect.) *In triplicem quantitatem (rei debitae) auctus.* II. ***Op.*** Simpli, — Dupli, — Tripli, — Quadrupli (poena.) Gai. III. 190. sqq. IV. 173. Simpla. — Dupla. — Triplum. — Quadruplum. fr. 56. pr. de eviction. 21. 2. Cum altero tanto, — Cum poena tripli (exsolvere, s. restituere.) fr. 9. §. 5. de publican. 39. 4. III. ***Cn.*** Tripli condemnatione plecti. Tripli poena satisfacere. fr. 14. §§. 9. sqq. Qu. met. c. 4. 2.

Tripolis. *Civitas Africae maritima* (apud Syrtim minorem.) III. ***Cn.*** Tingi, et — Carthago, et Byzacium, ac Tripolis. c. 1. §. 2. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Tripolitanus. (Adiect.) *Ad Tripolim pertinens.* III. ***Cn.*** Proconsularis Numidia, — Byzaceni etiam Tripolitanique. Th. C. XI. 1. c. 29. de ann. et tribut. cf. VIII. 7. c. 12. de div. offic. Provincia Tripolitana. Ib. XI. 36. c. 33. Quor. adp. n. rec.

Tristis. (Adiect.) *Tristitiam portendens, Deplorandus.* III. ***Cn.*** Fuit periculosum ac triste (mortem exspectare, sc. liberorum patroni.) fr. 72. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Fortunam, et casus tristiores suos (opponere.) fr. 3. §. 2. de mun. et hon. 50. 4. Venienti ad iudicium aliquid pronunciare triste. fr. 1. §. 2. de eo p. qu. fact. 2. 10. Qui sententiam tristem passus est. fr. 15. de adp. et relat. 49. 1. Th. C. IX. 41. c. 1. pr. ne sine iussu Pr. Quae tyrannicum tempus poterat habere tristissima. Ib. IX. 38. c. 2. de indulg. crim.

Tristitia. **§. 1.** *Moestitia, Aegritudo.* II. ***Op.*** Laetitia. Th. C. XV. 6. c. 1. sq. de maiuma. III. ***Cn.*** De tristitia repudianda cogitare. c. 17. de postlim. rev. 8. 51. Nov. Th. II. de relevat. I. 25. c. 1. §. 6. — **§. 2.** *Gravitas, Severitas.* III. ***Cn.*** Tristitia iudicum ei cum summa interminatione occurrat. c. 2. §. 6. de iureiur. pr. cal. 2. 59.

Tristitudo. Idem. III. ***Cn.*** Eius iucunditas nulla litium tristitudine minuatur. Vatic. §. 249.

Tritavus, Tritavia. *Parentes sexti gradus.* I. ***Sy.*** Patris et matris atavus, (atavia.) Tritavus, tritavia [al. Triavus, triavia.] fr. 3. pr. fr. 10. §. 17. de grad. et adf. 38. 10. III. ***Cn.*** Quidam „parentem“ usque ad tritavum adpellari aiunt; superiores „maiores“ dici. Hoc veteres existimasse. — Sed C. Cassius omnes in infinitum „parentes“ dicit. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4.

Triticarius, s. **Triticiarius.** (Adiect.) *A tritico nomen trahens,* (omnesque res comprehendens, praeter pecuniam numeratam.) II. ***Op.*** Si certum petetur, (actio.) — Triticiaria [al. triticaria] condictio. fr. 1. de cond. tritic. 13. 3.

Triticum. *Frumenti genus nobilissimum.* III. **Cn.** Tam legumina, quam hordeum et triticum, (continentur frugibus legatis.) Paul. III. 6. §. 78. Merx aliqua, — veluti vinum, oleum, frumentum. fr. 4. de cond. trit. 13. 3. cf. Gai. IV. 66. Tritici Africi optimi modii C, vini Campani etc. fr. 74. sq. de V. O. 45. 1. cf. fr. 52. mand. 17. 1.

Tritus. (Partic.) **§. 1.** *Contritus.* III. **Cn.** Tritum frumentum, aut oleum factum etc. fr. 13. Qu. mod. ususf. 7. 4. Cocti muricis, et triti conchylii, ardor. c. 6. de div. rescr. 1. 23. — **§. 2.** *Vsu detritus.* II. **Op.** Novus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Res tritae, corruptaeque. fr. 29. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 3.** *Versutus, Fallax.* II. **Op.** Rudis. Cf. h. v. §. 2.

Valde. (Advb. Cf. v. Valide.) *Vehementer.* III. **Cn.** Longa erit disputatio, nam de ea re valde veteres dubitaverunt. Gai. I. 188. cf. IV. 20. Scio enim, quia [al. quod] valde me bene ames. fr. 61. §. 1. de V. O. 45. 1. Cum valde sufficiat etc. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi.

Valens. (Subst.) **§. 1.** *Nomen I. Cti R.* (qui temporibus Antonini Pii floruit.) III. **Cn.** Caelio Sabino (sc. successit) Priscus Iavolenus, — Iavoleno Prisco Aburnus [al. Aburnius] Valens, et Tuscianus, item Salv. Iulianus. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Postea apud Aburn. Valentem inveni ita relatum. fr. 78. §. 6. de legat. III. (32.) Servo alieno posse rem domini legari, Valens scribit. — Et ideo rectissime Iulianus definit etc. fr. 82. §. 2. de legat. II. (31.) Cf. Hommelii palingen. iur. II. 533. sqq. — **§. 2.** *Nomen Principis,* (Valentiniani I. fratris, et collegae imperii.) III. **Cn.** Ex consulatu DD. Valentiniani et Valentis iterum. Th. C. XI. 28. c. 9. de indulg. debitor.

Valentiacus. (Adiect.) *Ad Valentem Imp. pertinens.* III. **Cn.** Ex indictione undecima Valentiaca, (in quintam usque nuper transactam.) Th. C. XI. 28. c. 9. sq. 1. 1.

Valentini. *Cives Valentiae* (urbis maritimae, in Hispania Tarraconensi.) III. **Cn.** In Lusitania Pacenses — iuris Italici sunt. Idem ius Valentini et Lucentini habent. Barcinonenses quoque etc. fr. 8. pr. de censib. 50. 15.

Valentiniani. *Haereticorum genus.* III. **Cn.** Eunomiani, Valentiniani, Montanistae etc. Th. C. XVI. 5. c. 65. §. 2. de haeret.

Valentinianus. (Adiect.) *Ad Principem R. eiusdem nominis pertinens.* III. **Cn.** Legis Valentinianae, (caeterarumque, beneficium etc.) Th. C. VIII. 4. c. 28. de cohortal. IX. 42. c. 10. de bon. proscr.

Valere. **§. 1.** *Pollere, Posse.* II. **Op.** Nequire Cf. h. v. Tantundem valent. — Longe latior

causa est etc. Gai. II. 289. III. *Cn.* Quantum vires valere non possunt. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. In quantum fieri valet. Ib. V. 13. c. 30. (Wck.) Efficere valere, ut etc. fr. 182. de R. I. 50. 17. Quod autem valet mancipatio, (idem valet et in iure cessio.) Gai. II. 22. — **§. 2.** *Obtinere, Ratum esse.* I. *Sy.* Vires habere, Constare, Ratum esse. Id. II. 144. 244. IV. 10. 33. 44. Observari, Servari. Cf. v. Observare. §. 2. Firmari. Cf. v. Firmare. §. 1. Prodesse. Cf. h. v. II. *Op.* Improbari. Infirmari. Cf. h. vv. III. *Cn.* Non inesse, nec valere. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. Causae, quae iure non valuerunt, vel non habuerunt effectum. fr. 54. de cond. indeb. 12. 6. Volo valere, (si quid reliquero.) fr. 18. de iure codic. 29. 7. Tacite, s. Sua vi ac potestate, valere. Gai. IV. 33. fr. 4. pr. de pact. 2. 14. Iure civili, v. Ex lege etc. val. Gai. II. 115. 151. 218. Vlp. I. 21. XXIII. 5. Quaesitum est, in quantum valeat? Nostri praeceptores putant, in universum valere. Gai. III. 103. Valere inter, v. in. Id. III. 93. Vlp. VII. 1. fr. 10. pr. fr. 17. §. 5. de pact. 2. 14. Valere ita demum, s. non nisi etc. Gai. II. 270. III. 131. IV. 44. Vlp. l. l. cf. XXIII. 10. Non pati valere, Rumpere, quod valuit (sc. testamentum.) Gai. II. 144. Vlp. XXII. 16. 18. — **§. 3.** *Aestimari, Constare (pretio.)* I. *Sy.* Quanti aestimaverit. Quanti statuerit valere. c. 2. comm. div. 3. 37. III. *Cn.* Si res minoris valet, quam comparata est. fr. 25. §. 1. de hered. pet. 5. 3. Quasi minimo valeret (hereditas.) fr. 13. §. 5. de A. E. V. 19. 1. Non adfectiones aestimandas esse, sed quanti omnibus valeret. fr. 33. pr. ad L. Aqu. 9. 2. Pretium, quo valuisset, numerare. Vatic. §. 34. Valens V. Si valeant nunc X. fr. 11. §. 4. de pecul. 15. 1. fr. 7. §. 4. de don. int. V. 24. 1.

Valeria. *Vna ex suburbicariis Italiae provinciis.* III. *Cn.* Pastores Valeriae provinciae, vel Piceni. Th. C. IX. 30. c. 5. Quib. equor. us.

Valeriana. *Nomen mulieris.* III. *Cn.* Fabius Antoninus, impuberem filium Antoninum et filiam Honoratam relinquens, exheredatis his, matrem eorum Iuniam Valerianam heredem instituit. fr. 74. §. 1. ad S.C. Treb. 36. 1.

Valerius. *Nomen gentis nobilissimae in urbe Roma.* III. *Cn.* App. Claudius — R litteram invenit, ut pro Valesiis Valerii essent, et pro Fusiis Furii. fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2.

Valetudinarium. *Locus, ubi aegroti curantur.* III. *Cn.* Mensores, optio valetudinarii, medici etc. fr. 6. de iure immun. 50. 6.

Valetudinarius. *Aegrotus.* III. *Cn.* Caecus, aut surdus, aut mutus, aut furiosus, aut valetudinarius. fr. 40. pr. de excusat. 27. 1. Senes, valetudinarii, vel milites etc. fr. 8. de testib. 22. 5. cf. fr. 12. §. 2. de R. M. 49. 16.

Valetudo. **§. 1.** *Sanitas.* III. *Cn.* Sanus, et in bona valetudine positus. fr. 35. §. 4. de m. c. don. 39. 6. Integra mente et valetudine. fr. 20. de iniusto rupt. 28. 3. Vt in hortis eius — quaedam, ipsius valetudini apta, — faceret. fr. 16. mand. 17. 1. — **§. 2.** *Aegra corporis constitutio.* I. *Sy.* Aegritudo. fr. 5. §§. 2. 7. de adgn. v. alend. 25. 3. Infirmitas. Cf. h. v. §. 2. III. *Cn.* Paupertate, vel corporis valetudine laborantes. fr. 6. §. 1. ib. 25. 3. Morbus, aut valetudo. fr. 15. §. 2. de adopt. 1. 7. Vatic. §. 238. Peregre esse, vel aegritudine, vel valetudine, ita impediri etc. fr. 23. §. 4. de hered. inst. 28. 5. Paul. II. 15. §. 1. Tanta corporis aut mentis valetudine — prohiberi. fr. 45. §. 4. de excusat. 27. 1. Th. C. III. 17. c. 4. §. 3. de tut. et cur. cr. Cf. Paul. III. 4A. §. 11. Valetudo mala (praestat vacationem.) Vatic. §§. 129. sq. 239. Podagrae valetudo. c. 13. de decurion. 10. 31. Valetudo, — vel mortes (parentium etc.) fr. 17. de sponsal. 23. 1. Aetas, s. Senectus, et valetudo etc. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. fr. 61. de don. int. V. 24. 1. fr. 4. §. 5. de statulib. 40. 7. cf. fr. 10. de auct. et cons. 26. 8. Si modo nihil extrinsecus acciderit, quod corpus eius in aliquam valetudinem immitteret. fr. 14. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Ex ea valetudine mori. fr. 35. §. 4. de m. c. don. 39. 6.

Valide. (Advb.) **§. 1.** *Fortiter.* III. *Cn.* Si, imbecillitate dextrae, validius sinistra utitur. fr. 12. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. — **§. 2.** *Vehementer.* III. *Cn.* Valide [al. Valde] sapiens. — Ita fatuus etc. fr. 4. §. 3. ib. 21. 1. Valide [al. Valde] stulta est consultatio tua. fr. 27. Qui testam. fac. p. 28. 1.

Validus. (Adiect.) **§. 1.** *Qui est gravis materiae, vel ponderis.* III. *Cn.* Nodosis et validissimis fustibus (cogere animalia publica.) Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. — **§. 2.** *Firmus, Stabilis.* III. *Cn.* Validum esse constat, nec — ex poenitentia revocari debet. fr. 46. de pact. 2. 14. Nihil aliud novum et validum adiicere. fr. 19. de exc. rei iud. 44. 2.

Vallare. **§. 1.** *Vallo circumdare, vel excubiis munire.* III. *Cn.* Murali ambitu vallare (fundos proprios.) c. 10. de aedif. priv. 8. 10. Crebris vall. excubiis. Th. C. VII. 16. c. 1. de litor. et itin. cust. IX. 40. c. 17. de poen. — **§. 2.** *Munire, Confirmare.* III. *Cn.* Per ignorantiam facinora defensione vallamus. Nov. Val. III. de homicid. II. 20. c. 1. pr. Quas (sc. fideiussiones) stipulationum solemnis cautela vallaverit. c. 33. §. 3. de episc. et cler. 1. 3.

Vallum. **§. 1.** *Munitio militaris* (castrorum etc.) III. *Cn.* Vallo limitis ab excursione barbarica defensari. Nov. Th. II. ne duciani. I. 2. c. 1. pr. — **§. 2.** *Propugnaculum qualecunque oppositum. Praesidium.* III. *Cn.* Murum integritatis, aut vallum fidei, providere. c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Quae (sc. moles) velut sub crassae demersa caliginis et obscuritatis vallo. Const. Th. II. de Th. C. auct. §. 1.

Vandali. *Populi veteris Germaniae.* III. *Cn.* Africa, a Vandalis captivata. Roma, ab iisdem Vandalis capta. c. 1. pr. c. 2. §. 4. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27.

Vandalicus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad Vandalos pertinens.* III. *Cn.* Post bella Parthica, — post Vandalicam gentem ereptam etc. c. 2. pr. de vet. iure enucl. 1. 17. Cf. Nov. 36. Post Vandalicam vastationem. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §. 3. — **§. 2.** *Vandalorum victor.* III. *Cn.* Imp. Caes. Flavius Iustinianus, — Gothicus, — Anticus, Vandalicus, Africanus. Prooem. Inst. (rubr.)

Vanitas. **§. 1.** *Inanitas.* III. *Cn.* Vt, brevis

vanitate reiecta, nullus ad redhibitionem — urgeatur. Th. C. X. 16. c. 3. de fisci debitor. — **§. 2.** *Elatio, Iactantia.* III. **Cn.** Caeterorum vanitas haereticorum, aliorumque error. Ib. XVI. 5. c. 46. de haeret.

Vanus. (Adiect.) **§. 1.** *Levis, Futilis.* II. **Op.** Constans (homo.) Cf. h. v. III. **Cn.** Non vana simplicitate deceptus. fr. 3. pr. ad S.C. Mac. 14. 6. Timor vanus. fr. 13. pr. de re iud. 42. 1. Vanae imagines. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan. — **§. 2.** *Effectu carens. Irritus.* II. **Op.** Consistere, Valere. — Vanum esse. fr. 26. sq. de adim. legat. 34. 4. III. **Cn.** Vanum, et pro cancellato habebitur (instrumentum.) fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14.

Vapor. **§. 1.** *Humor, in altum sublatus.* III. **Cn.** Cuniculus, per quem vapor trahitur (in balneariis vaporibus.) fr. 3. §. 6. de riv. 43. 21. cf. fr. 8. §. 7. si servit. 8. 5. — **§. 2.** *Fumus.* III. **Cn.** Turis vapore fumasse. Th. C. XVI. 10. c. 12. §. 2. de pagan.

Vapulare. *Verberari, Caedi.* I. **Sy.** Verberari, Pulsari. fr. 52. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 15. §. 1. de iniur. 47. 10.

Variare. **§. 1.** *Mutare.* III. **Cn.** Surdi, licet naturaliter huiusmodi sensus variatus est etc. c. 10. Qui testam. fac. p. 6. 22. — **§. 2.** *Poenitentiam agere.* III. **Cn.** Nonnunquam Praetor variantem non repellit, et consilium mutantis [al. mutantem] non adspernatur. fr. 8. de collat. 37. 6. Renunciatum videtur, nec variare et ad hanc redire potest. fr. 7. cf. fr. 4. §. 2. de L. comm. 18. 3. — **§. 3.** *Dissidere, Discrepare.* I. **Sy.** Dubium esse. Variari. Vatic. §§. 49. sq. III. **Cn.** Si in rei, — aut personae, adpellatione varietur. fr. 65. §. 1. de V. O. 45. 1. Cum non solum iuris auctores, sed etiam ipsae principales constitutiones — inter se variasse videntur. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. cf. c. 34. §. 4. de donat. 8. 54. Paul. IV. 6. §. 3. Fuit quaesitum. — Et quidem apud veteres dicebatur. — Postea variatum. Coll. LL. M. XV. 2. cf. fr. 140. §. 1. de V. O. 45. 1. Vatic. §. 49. Paul. III. 1. §. 1.

Variatio. *Mutatio* (consilii.) III. **Cn.** Si alias cum alio contrahi vetuit, continua variatione. fr. 11. §. 5. de instit. act. 14. 3.

Varicare. *Gradibus in varias regiones inclinantibus commeare.* III. **Cn.** A varicando praevaricatores dicti sunt. fr. 212. de V. S. 50. 16.

Varicator. *Qui varicat.* III. **Cn.** Praevaricator est, quasi varicator, qui diversam partem adiuvat prodita causa sua. fr. 1. pr. de praevar. 47. 15.

Varicosus. (Adiect.) *Qui varicibus est tumidis.* III. **Cn.** Varicosus, sanus non est. fr. 50. de Aedil. edict. 21. 1.

Varie. (Advb.) *Diversis modis.* III. **Cn.** Qui falso, vel varie testimonia dixerunt. Paul. V. 15. §. 5. Per fideicommissum varie data libertate. fr. 90. de cond. et dem. 35. 1. Varie, ex personis causisque, constituet (sc. iudex.) fr. 38. de R. V. 6. 1. Timor, ne varie iudicetur. fr. 8. §. 1. de liberali c. 40. 12. Varie tractatum est inter etc. fr. 4. de captiv. 49. 15. cf. fr. 15. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 52. pr. de don. int. V. 24. 1. Olim varie observabatur; — sed hodie certo iure utimur. Vatic. §. 125.

Varietas. **§. 1.** *Varia conditio, Dissimilitudo.* III. **Cn.** Ex diversitate rerum, vel personarum, quibusdam emergentibus quae varietatem inducunt. fr. 34. §. 8. de iureiur. 12. 2. Si non varietate successionum, et arbitrio possessorum, fines — postea permutatos probetur. fr. 11. fin. regund. 10. 1. Varietas negotiorum. Gai. IV. 129. — **§. 2.** *Discrepantia, Dissensus.* III. **Cn.** Huiusmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda est. fr. 13. §. 1. de ann. legat. 33. 1. Antiqua legum varietate cessante. c. 22. ad S.C. Vell. 4. 29. Tractantibus nobis, videndum est. Et post multas varietates placet. fr. 55. §. 1. de legat. II. (31.) c. 12. pr. de petit. hered. 3. 31.

Varius. (Adiect.) **§. 1.** *Multiplex, Diversus.* III. **Cn.** Tam varia et incredibilia creduntur, ut fabulis adnumerentur. fr. 3. si pars hered. 5. 4. Cum — divisis tribunalibus actionem — pertulisset, atque ita variae sententiae iudicum exstitissent. fr. 76. pr. de legat. II. (31.) Omnia — desideria, quae Romae varios iudices habent. fr. 11. de off. Praes. 1. 18. Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut — ex variis causarum figuris. fr. 1. pr. de O. et A. 44. 7. Constituti sunt vario numero, interdum enim XX fuerunt, interdum plures. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. Vario iure — obtingere. fr. 48. de manum. test. 40. 4. — **§. 2.** *Qui simulate agit.* III. **Cn.** Hoc edicto Praetor adversus varios, et dolosos, — subvenit. fr. 1. pr. de d. m. 4. 3.

Varus. (Adiect.) *Qui crura incurva habet.* III. **Cn.** Balbus, et blaesus, — et varus, et vatius. fr. 10. §. 5. de Aedil. edict. 21. 1.

Varus. *Cognomen I. Cti R.* Cf. v. Alfenus.

Vas. (Vadis.) *Qui sponsione se obligat, ni reus iudicio steterit.* I. **Sy.** Fideiussor. c. 4. pr. §§. 1. sq. de castrensian. 12. 26. III. **Cn.** Vades. — Subvades. L. XII Tabb. I. 10.

Vas. (Vasis.) **§. 1.** *Instrumentum arte compositum,* (ad recipiendum aliquid idoneum.) I. **Sy.** Omnia, quae capacitati alicui parata sunt. Vasa. Paul. III. 6. §. 86. II. **Op.** Rudis massa (auri, vel argenti, vel aeris.) fr. 7. §. 7. de A. R. D. 41. 1. Gai. II. 79. Paul. l. l. §§. 85. sq. III. **Cn.** Si vas aliquod mihi vendideris, et dixeris, certam mensuram capere, vel certum pondus habere. fr. 6. §. 4. de A. E. V. 19. 1. fr. 48. pr. de furt. 47. 2. Qui sciens vasa vitiosa commodavit, si ibi infusum vinum, vel oleum, corruptum effusumve est. fr. 18. §. 3. commod. 13. 6. Vasa vinaria. fr. 93. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 206. de V. S. 50. 16. Vinum legatum, — cum vasis. fr. 3. §. 1. fr. 14. sq. de trit. vino. 33. 6. fr. 2. fr. 4. pr. de penu leg. 33. 9. — **§. 2.** *Supellex, ad ministerium coenae dumtaxat parata.* III. **Cn.** Vasis argenteis legatis, — tam potoria, quam escaria, item ministeria omnia debebuntur. Paul. III. 6. §. 86. fr. 19. §§. 9. sq. de auro arg. 34. 2. — **§. 3.** *Supellex, ad ruris exercitium pertinens.* III. **Cn.** Vasa utilia culturae: quae sunt aratra, ligones etc. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 4.** *Supellex, ad ministerium arae* (in ecclesia christiana spectans.) III. **Cn.** Sacratissima atque arcana vasa, vel vestes, caeteraque donaria. c. 21. de SS. eccl. 1. 2. Iul. ep. nov. c. 7. §. 39.

Vasarium. *Tabularium publicum,* (in quo libri censuales servantur.) I. **Sy.** Encautaria (civitatum ac provinciarum.) Vasaria publica. Th. C. XIII. 10. c. 8. pr. de censu. XIII. 11. c. 12. de censitor.

Vascularius. *Faber, qui vasa pretiosa format.* III. **Cn.** Vascularius, aut faber argentarius. fr. 39. pr. de auro arg. 34. 2. Argentarius vascularius. fr. 61. pr. de O. et A. 44. 7.

Vasculum. *Vas pretiosum.* III. **Cn.** Vascula argentea, utputa lances quadratae. fr. 19. §. 4. cf. §. 2. de auro arg. 34. 2. Vestis, margaritae, gemmae, et vascula. c. 22. de admin. tut. 5. 37.

Vastatio. *Depopulatio.* III. **Cn.** Hostilis, s. Vandalica, vastatio. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §§. 1. 3.

Vastitas. **§. 1.** *Amplitudo nimia.* III. **Cn.** Immensae vastitates viarum. Th. C. XV. 3. c. 4. de itin. mun. Immensi operis vastitas. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 1. — **§. 2.** *Devastatio.* III. **Cn.** In Italiae, sive urbis, solo barbara vastitate depulsi. Th. C. VII. 13. c. 20. de tiron. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 2. pr. §. 1.

Vastus. (Adiect.) *Immensus.* III. **Cn.** Deserta loca, et vastae solitudines. Th. C. XVI. 3. c. 1. de monach.

Vates. *Qui res futuras praedicit.* III. **Cn.** Augurum et vatum prava confessio. Ib. IX. 16. c. 4. de malefic.

Vaticinari. *Futura praedicere.* III. **Cn.** Qui motu Cassiano vaticinatus erat, et multa quasi ex instinctu deorum dixerat. Coll. LL. M. XV. 2.

Vaticinatio. *Actus et forma vaticinandi, Vaticinium.* III. **Cn.** Qui in portu pro salute Imperatoris sacrum facit, ex vaticinatione archigalli. Vatic. §. 148.

Vaticinator. *Vaticinans, Vates.* III. **Cn.** Vaticinatores, qui se deo plenos adsimulant. Paul. V. 21. §. 1. Mathematicos, hariolos, haruspices, vaticinatores consulere. Ib. §. 3.

Vatius. (Adiect.) *Valgus.* III. **Cn.** Varus, et vatius. Cf. v. Varus.

Vber. (Adiect.) **§. 1.** *Fertilis, Ferax.* II. **Op.** Minus fructuosus. Sterilis. fr. 85. de iure dot. 23. 3. fr. 4. de pact. dot. 23. 4. III. **Cn.** Minus uberes proventus exspectare. fr. 6. pr. de extr. crim. 47. 11. — **§. 2.** *Amplus, Plenus.* I. **Sy.** Amplius. Vberius. fr. 88. §. 3. ad L. Falc. 35. 2. II. **Op.** Arctus. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ad comparationem uberioris mercedis computatum (emolumentum.) fr. 8. locat. 19. 2. Vberiorem actionem habere. fr. 1. §. 2. de in rem verso. 15. 3. Vberrimas usuras consequi. fr. 12. §. 9. mand. 17. 1.

Vber. (Subst.) **§. 1.** *Mamma.* III. **Cn.** Quamvis plenis uberibus venierint (sc. oves.) fr. 48. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Quoad infantes uberibus aluntur. fr. 1. §. 14. de extr. cogn. 50. 13. — **§. 2.** *Origo materna.* III. **Cn.** Sacrat. urbis ubere gloriari. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 8.

Vbertas. **§. 1.** *Fertilitas, Fecunditas.* II. **Op.** Sterilitas (anni.) — Vbertas [al. uberitas.] fr. 15. §. 4. locat. 19. 2. fr. 26. pr. Qu. dies legat. 36. 2. — **§. 2.** *Copia, Abundantia.* III. **Cn.** Vbertas populo ministretur. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 1. Praedarum, vel capiendi ubertas. Th. C. VII. 13. c. 9. de tiron.

Vbi. (Advb.) **§. 1.** *In quo loco.* III. **Cn.** „Ius" dicitur locus, in quo ius redditur; adpellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Quando voles, et ubi voles. fr. 24. depos. 16. 3. Quod eo loco deprehenditur, ubi fit. Gai. III. 184. Vbi ea res agitur. fr. 4. §. 5. de edendo. 2. 13. — **§. 2.** *Quando, Postquam.* I. **Sy.** Quotiens. fr. 220. pr. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Priusquam. fr. 31. pr. de excusat. 27. 1. fr. 26. §. 2. de A. R. D. 41. 1. Quamdiu (ambo vivunt.) — Vbi (alter decessit.) fr. 2. §. 3. de eo qu. c. loco. 13. 4. III. **Cn.** Vt intra diem X. — rescriptas (sc. litteras) deposcat; et ubi eas acceperit etc. Vatic. §. 163. Non statim, ubi (addicta bona sunt.) fr. 4. §. 7. de fideic. libb. 40. 5. Vbi exigitur, — tunc punitur. fr. 8. pr. de edendo. 2. 13. Vbi semel quis in se receperit. fr. 3. §. 1. de rec. qu. arb. 4. 8. Si — dare iusserat, ubi ea nupsisset. fr. 45. §. 2. de legat. II. (31.) — **§. 3.** *Qua in re, vel causa.* III. **Cn.** In popularibus actionibus, ubi etc. fr. 43. §. 2. de procur. 3. 3. Ex eo testamento, ubi etc. fr. 1. de exc. rei iud. 44. 2. Ex illa stipulatione venit, ubi stipulatus sum. fr. 2. §. 1. de eo qu. c. loco. 13. 4. — **§. 4.** *Vbi, s. Vbi ubi, i. e. Vbicunque.* III. **Cn.** Dispositos milites stationarios habere, — ad referendum sibi, quid ubi [al. ubique, v. in Urbe] agatur. fr. 1. §. 12. de off. Prf. Vr. 1. 12. Vt, ubi [al. ubi ubi] reperti fuerint, — comprehensi etc. Th. C. XVI. 5. c. 58. §. 6. de haeret.

Vbicunque. (Advb.) **§. 1.** *Quocunque in loco.* I. **Sy.** Vsquam gentium. Th. C. IX. 45. c. 4. §§. 2. sq. de h. qu. ad eccl. III. **Cn.** Quicunque, et ubicunque (latentes.) Ib. XII. 1. c. 162. de decurion. Vbicunque Praetor — ius dicere constituit, is locus etc. fr. 11. de I. et I. 1. 1. Quaecunque mihi supersunt, vel in Pamphilia, Lycia, vel ubicunque. fr. 77. §. 20. de legat. II. (31.) Th. C. XIII. 3. c. 16. de medic. et prof. — **§. 2.** *In omni re, vel causa.* III. **Cn.** Susceptorem — ubicunque et quandocunque non vindicat (sc. Praetor.) fr. 1. §. 2. de aleator. 11. 5. In omnibus noxalibus actionibus, ubicunque etc. fr. 3. de nox. act. 9. 4. fr. 22. §. 1. de R. I. 50. 17. Vbicunque quis potest etc. fr. 33. §. 2. de procur. 3. 3. fr. 1. §. 5. si pars hered. 5. 4.

Vbilibet. (Advb.) *Vbivis.* III. **Cn.** In vicina, vel contermina eius, — vel ubilibet. Th. C. XIII. 10. c. 7. de censu s. adscr.

Vbique. (Advb.) **§. 1.** *In omni loco.* III. **Cn.** Non ubique, sed ubi frequentius est hoc genus maleficii. Coll. LL. M. XI. 7. Si vagari per orbem terrarum velit, non — ubique eum sequi. fr. 20. §. 1. de oper. libert. 38. 1. Omnem (sc. penum,) quae ubique est, legatam videri. fr. 4. §. 5. de penu leg. 33. 9. — **§. 2.** *In omni causa.* I. **Sy.** Semper (interesse.) fr. 12. §. 2. de furt. 47. 2. III. **Cn.** Semper et ubique (praecipua est, sc. dotium causa.) fr. 1. sol. matrim. 24. 3.

Vdo. *Genus calciamenti,* (ex hircinis pilis tex-

tum.) III. ***Cn.*** Fasciae crurales, pedulesque — vestis loco sunt. — Alia causa est udonum [al. odonum,] quia usum calciamentorum praestant. fr. 25. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Ve. (Coniunct.) **§. 1.** *Sive, Vel.* III. ***Cn.*** Post III, aut V, pluresve dies. fr. 8. si qu. cautt. 2. 11. Ambo (heredes,) alterve. fr. 16. §. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. Lucio et Titio, eorumve cui, (do lego.) fr. 81. §. 8. de legat. I. (30.) Non pater, dominusve; sed filius, servusve. fr. 141. pr. de V. O. 45. 1. Si filius natus, natave sit. fr. 14. de iniust. rupt. 28. 3. — **§. 2.** *Que.* (Cf. h. v. §. 3.) III. ***Cn.*** Super pecunia, tutelave, suae rei (sc. legare.) L. XII Tabb. V. 3. cf. fr. 53. pr. de V. S. 50. 16.

Vecors. (Adiect.) *Excors, Perversus.* III. ***Cn.*** Vecors, Vesanus, (sc. dictus,) qui sine corde, aut sanitate esset. fr. 242. §. 3. de V. S. 50. 16.

Vectigal. **§. 1.** *Id, quod reipublicae dependitur,* (pro usu rerum patrimonii publici, prove licentia commercii agendi, similibusve commodis.) III. ***Cn.*** Publica vectigalia, — ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, et metallorum, et picariarum. fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16. Publicani sunt, qui publico fruuntur, — sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur. fr. 1. §. 1. de publican. 39. 4. cf. fr. 16. de V. S. 50. 16. Quibus locis ex lege locationis, quam Censor, aliusve quis magistratus, publicis vectigalibus, ultrove tributis, fruendis tuendisve dixit. Tab. Heracl. 73. sq. aer. Br. Contra legem vectigalis (aliquid a me factum.) fr. 2. §. 20. vi bon. rapt. 47. 8. cf. fr. 8. pr. de publican. 39. 4. Gai. IV. 28. Locatio, Redemtio, vectigalium. fr. 9. pr. fr. 11. §. 5. de publican. 39. 4. Fisci vectigalium redemtor. fr. 8. §. 1. de vac. et excus. 50. 5. Si quis vectigal conductum a repub. cuiusdam municipii habet. fr. 13. §. 1. de publican. 39. 4. fr. 1. §. 7. ut in flum. pub. 43. 14. Qui publicanis in eo vectigali ministrant. fr. 1. §. 5. de public. 39. 4. fr. 195. §. 3. de V. S. 50. 16. Species pertinentes ad vectigal. fr. 16. §. 7. ib. 39. 4. Nec enim oportet testamentum heredibus, — quam nesessario, vectigali moram fieri. Paul. IV. 6. §. 3. Funeris sumtus accipitur, — et si qua vectigalia sunt etc. fr. 37. pr. de relig. 11. 7. cf. fr. 2. §. 1. de veteran. 49. 18. Th. C. XI. 12. c. 3. de immun. conc. — **§. 2.** *Pensio, quae pro agri vectigalis, vel emphyteuticarii, usu debetur.* I. ***Sy.*** Canon. Vectigal certum annuum. Ib. V. 13. 15. sqq. (Wck.) III. ***Cn.*** Lex vectigali fundo dicta erat: Vt, si post certum temporis vectigal solutum non esset, etc. fr. 31. de pign. 20. 1. Gai. III. 145. Legati praedii solvere vectigal praeteritum, vel tributum, vel solarium etc. fr. 39. §. 5. de legat. I. (30.) cf. fr. 2. §. 16. de hered. v. act. vend. 18. 4. — **§. 3.** *Merces, a colono pendenda.* III. ***Cn.*** Caesae arundinis, vel pali, compendium, si in eo quoque fundi vectigal esse consuevit. fr. 59. §. 2. de usufr. 7. 1.

Vectigalis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad vectigal qualecunque spectans.* I. ***Sy.*** In solvendis vectigalibus, Vectigalis (praestatio.) Th. C. XIII. 5. c. 23. sq. de navicul. III. ***Cn.*** Vectigales [al. vectigalis] operae, et portorii damna. Ib. X. 19. c. 8. de metall. — **§. 2.** *Ad agrum (reipubl., vel collegii,) pertinens, quem in plures annos fruendum quis consecutus est.* II. ***Op.*** Quae nostri patrimonii sunt, — Vectigalia, vel superficiaria, (praedia.) fr. 10. fam. erc. 10. 2. cf. fr. 16. §. 2. de pign. act. 13. 7. III. ***Cn.*** Vectigale, vel patrimoniale, sive emphyteuticum praedium. c. 13. de praed. et al. reb. min. 5. 71. cf. fr. 15. §. 1. Qui satisd. cog. 2. 8. fr. 12. §. 2. de Publ. in R. A. 6. 2. Dig. VI. 3. (rubr.) In agris vectigalibus, et inter eos qui usumfr. habent, — et inter eos qui iure pignoris possident etc. fr. 4. §. 9. fin. regund. 10. 1. fr. 1. pr. si ag. vectig. 6. 3. Gai. III. 145. Lex vectigali fundo dicta erat, ut, si post certum temporis vectigal solutum non esset etc. fr. 31. de pignor. 20. 1. Gai. l. l. fr. 1. pr. l. 6. 3. Si non municipibus, sed alii, fundum vectigalem legaverit. fr. 71. §. 6. cf. §. 5. de legat. I. (30.) Publiciana actione, — vel ea, quae de fundo vectigali proposita est, experiri. fr. 66. pr. de eviction. 21. 2.

Vector. **§. 1.** *Qui vehit.* III. ***Cn.*** Calcis coctores, vectoresque. Th. C. XIV. 6. c. 3. de calc. coctor. Vectores portuensium conditorum. Ib. XIV. 4. c. 9. de suar. — **§. 2.** *Qui vehitur* (in aliena nave etc.) III. ***Cn.*** Magistri imponuntur locandis navibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis. fr. 1. §§. 3. 12. de exerc. act. 14. 1. Vectores, qui loca in nave conduxerunt. fr. 2. pr. de L. Rhod. 14. 2. Factum non solum nautarum praestare debere, sed et vectorum. fr. 1. §. 8. fr. 3. pr. naut. caup. 4. 9.

Vectura. **§. 1.** *Res vehenda. Vecturarium.* III. ***Cn.*** Si quid erogationibus redundarit, in speciebus diversis, vel praebitione, vecturisque. Th. C. XI. 5. c. 1. de indiction. — **§. 2.** *Merces, pro vectione pendenda.* I. ***Sy.*** Pretium, Merces. fr. 10. pr. §. 2. de L. Rhod. 14. 2. III. ***Cn.*** Mercedes a colonis acceptae, — operae servorum, — item vecturae navium et iumentorum. fr. 29. de hered. pet. 5. 3. fr. 52. §. 15. pro soc. 17. 2. fr. 13. §. 13. de A. E. V. 19. 1. Paul. V. 36. §. 2. Cum quidam, nave amissa, vecturam, — repeteret. fr. 15. §. 6. fr. 61. §. 1. locat. 19. 2. Funeris sumtus accipitur, — et si qua vectigalia sunt, vel sarcophagi, et vectura. fr. 37. pr. de relig. 11. 7.

Vecturarius. (Adiect.) *Vectioni praestandae obnoxius.* III. ***Cn.*** Caespes formensis, — calcarius, et vecturarius. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §. 4.

Vecturarius. (Subst.) *Qui vehit.* I. ***Sy.*** Vector. Th. C. XIV. 6. c. 1. sqq. de calc. coctor.

Vegetare. *Excitare, Roborare.* III. ***Cn.*** Filii decurionum, qui XVIII annorum aetate vegetantur. Ib. XII. 1. c. 7. de decurion. Vsurpata luce vegetari. Ib. IX. 3. c. 1. de cust. reor.

Vehatio. *Vectura,* (quae certum modum oneris comprehendit.) III. ***Cn.*** Ex supradicto numero vehationis medietatem — separatim conveniet adscribi. Th. C. XIV. 6. c. 3. cf. c. 1. de calc. coctor.

Vehemens. (Adiect.) **§. 1.** *Impetu agens.* III. ***Cn.*** Immittendo eam (sc. aquam) aut maiorem facere, aut citatiorem, aut vehementiorem. fr. 1. §§. 1. 22. de aqua et aqu. pl. 39. 3. — **§. 2.** *Gravis.* I. ***Sy.*** Graviore sorte percelli. Adversa vehementiora per-

[illegible]. Nov. Val. III. de praed. pistor. II. 34. c. 1. §§. 4. sq. — **§. 2.** *Strenuus, Acer.* III. ***Cn.*** Integritatis — vehemens observator. Th. C. X. 10. c. 32. §. 1. de petit. et ultro dat.

Vehementer. (Advb.) *Multa vi.* III. ***Cn.*** Vehementius quis pila percussa etc. fr. 11. pr. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 13. §. 4. locat. 19. 2. Iumentum tam vehementer egisse, ut rumperetur. Gai. III. 219.

Vehere. *Portare, Transferre.* I. ***Sy.*** Devehere. Cf. h. v. Portare. fr. 10. pr. §. 1. de L. Rhod. 14. 2. Th. C. IX. 23. c. 1. §. 1. si qu. pec. confl. III. ***Cn.*** Exportare, vehere, quae refectioni necessaria sunt, prohibere. fr. 3. §. 10. de riv. 43. 21. Quo genere vehiculi agatur, — veluti ut equo dumtaxat, vel ut certum pondus vehatur. fr. 4. §. 1. de servit. 8. 1. cf. fr. 7. de S. P. R. 8. 3. Trans mare vehi. fr. 1. de naut. foen. 22. 2.

Vehes. *Quod una vectura plaustro vehitur.* III. ***Cn.*** Vt calcis coctoribus, vectoribusque, per singulas vehes singuli solidi praebeantur. Th. C. XIV. 6. c. 3. cf. c. 1. de calc. coctor.

Vehicularis. (Adiect.) *Ad vecturam publicam spectans,* (vehiculis peragendam.) III. ***Cn.*** Rei vehicularis, item navicularis, (sc. munus.) Cursus vehicularis sollicitudo, item angariarum praebitio. fr. 1. §. 1. fr. 18. §. 4. de mun. et hon. 50. 4.

Vehiculum. *Currus, ad vehendum aptus.* III. ***Cn.*** Modum adiici servitutibus, — veluti quo genere vehiculi agatur. fr. 4. §. 1. de servit. 8. 1. Dolia, cupae, vehicula rustica. Paul. III. 6. §. 37. Armenta traiicere, et vehiculum ducere. fr. 12. de S. P. R. 8. 3. Praefecti vehiculorum, atque omnes qui cursui publico praesunt. Th. C. VIII. 5. c. 4. §. 1. cf. c. 49. de cursu pub. Vehiculis dignitatis suae, i. e. carrucis, biiugis etc. (utantur honorati.) Ib. XIV. 12. c. 1. de honorat. vehic.

Veientanus. **§. 1.** *Civis Veiorum, oppidi Etruriae.* III. ***Cn.*** Nomino potiorem, ut municipem supra scripti, illum Veientanum etc. Vatic. §. 166. — **§. 2.** *Genus lapilli pretiosi.* III. ***Cn.*** Lapilli, — ut obsiani, veientani [al. venientani.] fr. 19. §. 17. de auro arg. 34. 2.

Vel. (Coniunct.) **§. 1.** *Sive, Aut.* III. ***Cn.*** Tam proprio servo testatoris, quam heredis, aut legatarii, vel cuiuslibet extranei servo. Vlp. II. 10. Neque sibi ius dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel caeteris etc. fr. 10. de iurisd. 2. 1. Non exhiberi, vel tardius exhiberi. fr. 9. §. 8. ed exhib. 10. 4. — **§. 2.** *Etiam.* III. ***Cn.*** Tota res in iudicium venit, et vel uni adiudicari potest. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Statim quam adita fuerit hereditas, vel ab uno ex heredibus. fr. 23. §. 1. de manum. testam. 40. 4. Vlp. XI. 26. Pignus bonorum vel postea quaesitorum. fr. 1. pr. de pignor. 20. 1. Potuerunt vel non iure occidi. fr. 7. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Sufficiet fuisse etc. vel intra etc. fr. 5. §. 3. de statu hom. 1. 5. fr. 55. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 3.** *Saltem.* III. ***Cn.*** Non poterit iure viri accusari, — sed vel quasi sponsa poterit accusari. fr. 13. §. 8. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Actum esse vel tacito intellectu. fr. 60. §. 3. mand. 17. 1. Recte agam, vel in hoc ut me liberes. fr. 10. locat. 19. 2. Si quis interesse sua, vel medice, docebit. fr. 2. §. 24. vi bon. rapt. 47. 8. Si nuptias denunciatio, vel ad domum mulieris missa, non praecessit. fr. 39. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. — **§. 4.** *Adeo, Valde.* III. ***Cn.*** Templorum vel clarissima civitas. Th. C. XIII. 3. c. 11. de medic. et prof. Vel levi argumento (deviare.) Ib. XVI. 5. c. 28. de haeret. Vel maxime. Cf. v. Maxime. §. 2. — **§. 5.** *Velut, Vtputa.* III. ***Cn.*** Periculum vis maioris, vel effractura latronum. c. 1. de locat. 4. 65. Crimen maiestatis facto, vel violatis statuis, — maxime exacerbatur. fr. 7. §. 4. ad L. Iul. mai. 48. 4. Caduca bona, vel proscriptorum, sed et eorum, quos etc. Nov. Maior. de bon. caduc. IV. 5. c. 1. pr. — **§. 6.** *Id est.* III. ***Cn.*** Compromissarii iudices, vel arbitri. c. 3. ubi et ap. qu. cogn. 2. 47. Hypothecaria, vel Serviana, actio. fr. 29. fam. ercisc. 10. 2. fr. 4. §. 30. de d. m. exc. 44. 4. — **§. 7.** *Vel, vel, (s. Vel, p. se pos.) i. e. Aeque ac.* III. ***Cn.*** Edicti auctoritas, vel ius reddentis aequitas. c. 3. de edendo. 2. 1. Anterioribus sanctionibus, vel veteris iuris, vel nostris. c. 3. ubi et ap. qu. cogn. 2. 47. Si in primo, vel secundo, quinquennio — itum non esset. c. 14. de servit. et aqua. 3. 34. — **§. 7. A.** *Aeque non.* III. ***Cn.*** „Ius" eum solum locum esse, ubi iuris dicendi, vel iudicandi, gratia consistat; vel si domi, vel itinere hoc agat. fr. 4. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. Qui per eiusmodi dissimulationem deserviant, et tuentur vel sua vel aliena. fr. 1. §. 2. de d. m. 4. 3.

Velamen. **§. 1.** *Tegmen.* III. ***Cn.*** Prothyrum domus, si velamen est. fr. 12. §. 23. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Vitta.* I. ***Sy.*** Infula. Cf. h. v. §. 1. — **§. 3.** *Obtentus, Color quaesitus.* I. ***Sy.*** Praetextus, Species, Velamentum. c. 1. pr. de collegiat. 11. 17. cf. c. 27. c. 29. c. 35. de transact. 2. 4. III. ***Cn.*** Iniquae retentionis invidiam aliquo — colorare velamine. Th. C. X. 12. c. 2. §. 3. si vag. pet. manc.

Velamentum. **§. 1.** *Id, quod aliam rem tegit.* III. ***Cn.*** Pretium enim operae artis est velamentum [al. levamentum, v. emolumentum.] fr. 52. §. 2. pro soc. 17. 2. — **§. 2.** *Praetextus.* I. ***Sy.*** Velamen. Cf. h. v. §. 3. III. ***Cn.*** Nullum sub quopiam cessare privilegii velamento. Th. C. XI. 17. c. 4. de equor. coll. Circumvenire (S. Cti auctoritatem) velamento rusticitatis et imperitiae. c. 1. de interd. matrim. 5. 6. Cf. Iul. ep. nov. c. 36. §. 153.

Velare. **§. 1.** *Vittam, s. Infulam, imponere.* I. ***Sy.*** Honorato capitis velamine consecrare. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr. §§. 1. sqq. — **§. 2.** *Tegere, Celare.* III. ***Cn.*** Velandae conscientiae suae gratia — fecisse. Paul. V. 16. §. 10. Quae (sc. iniuria) inani honestatis colore velatur. Th. C. III. 1. c. 6. de contr. emt.

Velatus. (Partic.) *Cinctus, neque armatus.* III. ***Cn.*** Qui (in) centuria accensorum velatorum sunt. Vatic. §. 138.

Velle. **§. 1.** *Consilium habere, Eius animi esse.* I. ***Sy.*** Sentire (animo.) Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Eius voluntatis esse, ut vellet. Hoc animo, quasi vellet. fr. 46. pr. de N. G. 3. 5. fr. 11. §. 13. de legat. III. (32.) Negare, aut non velle. fr. 52. de R. I. 50. 17.

Velle et posse, v. non posse. Cf. v. Posse. §. 1. In potestate eius esse, quando velit etc. fr. 42. ib. 50. 17. Intelligis, frustra te velle (experiri.) Vatic. §. 276. Non perfecit, quod voluit (haec lex.) Gai. II. 225. cf. 31. 38. 166. sq. Paul. II. 5. §. 1. Nemo velit (per calumniam evertere etc.) Th. C. XV. 14. c. 2. de infirm. h. qu. s. tyr. Cavere, ne forte velit etc. fr. 39. §§. 6. sq. fr. 40. §. 2. de procur. 3. 3. Quoad vellet (is, qui locasset, dedissetve.) fr. 4. locat. 19. 2. Cum volam, v. voluit, s. voluerit. fr. 11. §. 6. fr. 37. §. 3. fr. 41. §. 13. de legat. III. (32.) fr. 14. §. 1. de manum. 40. 1. — **§. 1. A.** *Consentire.* II. ***Op.*** Volens. — Invitus. Cf. h. v. An velit? — An id fieri patiatur? — An id fieri iubeat? Gai. I. 99. III. ***Cn.*** Non velle debet dominus, sed non nolle. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Scire, non etiam velle. fr. 209. de V. S. 50. 16. Peto, uti velis. fr. 38. §. 3. de legat. III. (32.) Rogare, an velit? Gai. l. l. Dicere etc. se velle. fr. 25. de procur. 3. 3. cf. fr. 2. §. 45. de O. I. 1. 2. — **§. 1. B.** ***Eligere, Praeferre.*** I. ***Sy.*** Eligere, Malle. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. fr. 112. pr. de V. O. 45. 1. III. ***Cn.*** Arbitrium, s. Electionem dare, utrum vellet. Vlp. XXIV. 14. fr. 37. §. 1. de legat. I. (30.) fr. 38. pr. de fideiuss. 46. 1. Constituere, s. Optare etc. quem velit. Vlp. XII. 2. Vatic. §. 114. fr. 2. pr. fr. 21. de opt. leg. 33. 5. Sumito, sibique habeto, quae volet. fr. 20. ib. 33. 5. Licet, quam velit (sententiam sequi.) Gai. I. 7. Quanti velis, quanti aequum putaveris. fr. 35. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Cui ex his voluisset. fr. 24. fr. 77. §§. 4. 10. de legat. II. (31.) — **§. 2.** ***Iubere, Praecipere.*** I. ***Sy.*** Caveri (lege.) Mandat, Vult (Oratio, v. lex.) Gai. I. 18. Vlp. I. 12. fr. 8. pr. §§. 8. 12. 17. de transact. 2. 15. III. ***Cn.*** Quem modum esse beneficii sui vellet (sc. Princeps,) ipsius aestimationem esse. fr. 191. de R. I. 50. 17. Vatic. §. 132. Veteres voluerunt. Gai. I. 144. sq. II. 55. Do lego, vel Dari volo. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. fr. 21. de opt. leg. 33. 5. Paul. IV. 1. §§. 5. sq. Vlp. XXV. 2. Gai. II. 249. Heredem esse volo. Id. II. 117. — **§. 3.** ***Petere, Postulare.*** I. ***Sy.*** Desiderare. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Contendere, et velle. fr. 2. §. 25. de O. I. 1. 2. Velle, et impetrare, s. obtinere. fr. 3. §. 3. Qu. quisq. iur. 2. 2. Vatic. §. 206. Velle, et habere non posse. fr. 174. §. 1. de R. I. 50. 17. Velle, et audiri. fr. 34. de N. G. 3. 5. fr. 63. de R. V. 6. 1. Volentibus dare, s. permittere. fr. 9. §. 4. Qu. met. c. 4. 2. fr. 7. pr. de susp. tut. 26. 10. Th. C. XV. 7. c. 3. de scaen. Vellem, mihi rescriberes. Coll. LL. M. IV. 8.

Velleia. *Nomen legis testamentariae,* (de posthumis heredibus instituendis.) II. ***Op.*** Ex iure antiquo, — Ex lege Velleia, [al. Vellea,] sc. excludi. fr. 29. §§. 5. 7. 15. de lib. et posth. 28. 2. III. ***Cn.*** L. Iunia Velleia. Cf. v. Iunia. §. 2. Ex L. Velleia — in locum patris sui succedere, et rescindere testamentum. c. 34. de inoff. testam. 3. 28. c. 2. de lib. praeter. 6. 28. cf. fr. 6. §. 1. de hered. inst. 28. 5. Voluit (L. Velleia) vivis nobis natos similiter non rumpere testamentum. fr. 29. §. 11. l. 28. 2.

Velleianum. *Nomen S. Cti, de intercessionibus feminarum,* (quod Claudii Imp. temporibus factum est.) I. ***Sy.*** S. C. de intercessionibus (feminarum.) fr. 40. pr. de cond. indeb. 12. 6. fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. fr. 15. sq. fr. 29. ad S. C. Vell. 16. 1. c. 2. c. 8. sq. c. 14. eod. 4. 29.

Vellere. *Evellere.* III. ***Cn.*** In ipsis faucibus stranguletur (sc. delatorum pernicies,) et amputata radicitus invidiae lingua vellatur. Th. C. X. 9. c. 2. de petit. et ultro dat.

Vellus. *Lana ex ove demta.* I. ***Sy.*** Purpura in lana. Muricis vellus. c. 1. Qu. res ven. 4. 40. c. 3. de vest. holov. 11. 8.

Velociter. (Advb.) *Celeriter.* III. ***Cn.*** Instare, ut id velocius fiat. c. 1. de bon. proscr. 9. 49.

Velox. (Adiect.) *Citus, Celer.* II. ***Op.*** Velox poena. — Diuturna custodia. Th. C. VII. 18. c. 13. sq. de desertor. IX. 3. c. 6. de cust. reor. III. ***Cn.*** Velox et clabularius cursus. Ib. VIII. 5. c. 62. de cursu pub.

Velum. **§. 1.** *Linteum, Pannus.* III. ***Cn.*** Species pertinentes ad vectigal: — vestis serica, subserica, vela tincta, [al. vel attincta,] carbasea etc. fr. 16. §. 7. de publican. 39. 4. — **§. 2.** ***Velamen,*** (quod in aedibus adhibetur, umbrae gratia, vel frigoris arcendi causa.) III. ***Cn.*** Quae (sc. vela) in hypaethris extenduntur; item — quae sunt circa columnas (Cilicia vela.) fr. 12. §§. 17. 20. de instr. leg. 33. 7. cf. fr. 17. §. 4. de A. E. V. 19. 1. fr. 2. §. 6. ne qu. in loco pub. 43. 8. Specularia, — vela, quae frigoris causa, vel umbrae, in domo sunt. fr. 12. §. 16. de instr. leg. 33. 7. — **§. 3.** ***Insigne rerum Principis.*** III. ***Cn.*** Vela regia suspendere, vel titulum — alienis rebus imponere. c. 2. ut nemo priv. 2. 16. — **§. 4.** ***Velamen, quo consessus iudicum occluditur.*** III. ***Cn.*** Non sit venale iudicis velum, non ingressus redemti etc. Th. C. I. 7. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr. Levato velo istae causae cognoscantur. Ib. XIII. 9. c. 6. de naufrag.

Velut, s. **Veluti.** (Advb.) **§. 1.** ***Sicut, Aeque ac.*** III. ***Cn.*** Sed nec — quidquam agetur; veluti si cum eo ageret, cui bonis interdictum est. fr. 18. §. 2. de castr. pec. 49. 17. Incipiente igitur partu exsistens conditio efficit, ut etc. — veluti si qualibet alia conditio — exsistat. fr. 15. de statu hom. 1. 5. — **§. 2.** ***Quasi, Sub praetextu, Ad exemplum*** (alterius rei.) I. ***Sy.*** Quasi. Cf. h. v. §. 2. Vt. fr. 16. §. 7. fr. 18. §. 1. de hered. pet. 5. 3. fr. 10. si pars hered. 5. 4. Loco, Exemplo. §. 2. I. de B. P. 3. 10. fr. 1. de poss. hered. pet. 5. 5. fr. 1. §. 2. de superfic. 43. 18. II. ***Op.*** Revera, — Velut, s. Simulatus, (frater.) Iul. ep. nov. c. 6. §. 29. III. ***Cn.*** Obtentu, velut esset etc. c. 4. de usuc. pro her. 7. 29. cf. c. 2. plus val. qu. ag. 4. 22. Blandiri, veluti liceat etc. c. 17. de donat. 8. 54. Videri velut (pacto transegisse etc.) fr. 15. §. 3. de re iud. 42. 1. Si nummos meos tuo nomine dedero, velut tuos. fr. 9. §. 8. de R. C. 12. 1. Quos ipse (sc. Praetor) velut heredes facit. fr. 1. de poss. hered. pet. 5. 5. Interdicta veluti possessoria. fr. 20. de servit. 8. 1. — **§. 3.** ***Exempli gratia.*** I. ***Sy.*** Sicut, Vt. Cf. v. Sicut. §. 3. Qualis (est.) Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** Si quid etc. — veluti etc. fr. 16. de off. Praes. 1. 18. fr. 3. pr. de eo p. qu. fact. 2. 10. Aliquando, veluti etc. Gai. III. 72. Vlp. XVI. 1. Quidam, veluti etc. Gai. IV. 47. 171. cf. II. 260. 196. Veluti hoc modo, — vel ita etc. Id. II. 289. cf. 145.

Velut, — item etc. Id. III. 78. 90. sq. IV. 23. 37. 41. cf. II. 156. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 3. pr. de feriis. 2. 12. In contractu, veluti in emtione. fr. 4. §. 6. de manum. 40. 1. — **§. 4.** *Scilicet, Dumtaxat.* II. ***Op.*** Velut si etc. — At si, a. Nam si etc. Gai. III. 107. 223. Vlp. X. 2. cf. fr. 70. pr. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Corn. Sulla quaestiones publicas constituit, veluti etc. fr. 2. §. 32. de O. I. 1. 2. Si quis servitutem iure impositam non habeat, habeat autem velut longae possessionis praerogativam. fr. 5. §. 3. de itin. actuq. priv. 43. 19.

Vena. *Meatus aquae,* (item metallorum, lapidumve.) III. ***Cn.*** Venas [al. vias] novas (sc. aquae) quaerere, vel aperire. fr. 1. §. 9. de fonte. 43. 22. Si in meo aqua erumpat, quae ex tuo fundo venas habeat; si eas venas incideris etc. fr. 21. de aqua et aqu. pl. 39. 3. cf. fr. 24. §. 12. de damn. inf. 39. 2. Venas lapidicinarum, et huiusmodi metallorum, inquirere. fr. 13. §. 5. de usufr. 7. 1. Th. C. X. 22. c. 2. de fabricens.

Venaliciarius. (Subst.) *Qui in venalibus servis negotiatur.* I. ***Sy.*** Venditor mancipiorum. fr. 37. de Aedil. edict. 21. 1. Mango. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Plerumque venaliciarii ita societatem coëunt ut etc. fr. 44. §. 1. ib. 21. 1. Mandatum distrahendorum servorum — intercidisse. — Sed venaliciarium ex provincia reversum etc. fr. 57. mand. 17. 1.

Venaliciarius. (Adiect.) *Ad negotiationem venalium servorum pertinens.* III. ***Cn.*** Qui venaliciariam [al. venal. vitam] exercebat, puto „suorum" numero non facile contineri velle eiusmodi mancipia. fr. 73. §. 4. de legat. III. (32.) cf. fr. 1. §. 1. de tribut. act. 14. 4.

Venalicium. (Subst.) **§. 1.** *Mercatus, v. Grex, servorum vendibilium.* III. ***Cn.*** Quicunque ex venalicio noviciorum emtus. fr. 65. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. In venaliciis, aut locorum temporalium quaestu (sectari aliquem privata exactione.) c. 1. de nundin. 4. 60. cf. fr. 5. §. 1. de iure delib. 28. 8. — **§. 2.** *Vectigal rerum venalium.* III. ***Cn.*** Superindictum non timeant, venalicium non petatur, solumque canonicae indictionis praestent tributum. Th. C. VI. 26. c. 14. pr. de prox. comit.

Venalicius. (Adiect.) **§. 1.** *Vendibilis.* II. ***Op.*** Domestica, — Venalicia (familia.) fr. 31. §. 10. de don. int. V. 24. 1. III. ***Cn.*** Venaliciarum [al. venalium] mercium, sc. navis. fr. 27. §. 24. ad L. Aqu. 9. 2. — **§. 2.** *Pretio aestimandus.* I. ***Sy.*** Venale, (concordium, v. matrimonium.) fr. 27. de pact. dot. 23. 5. fr. 2. de don. int. V. 24. 1.

Venalis. (Adiect.) **§. 1.** *Vendibilis, Promercalis.* II. ***Op.*** Vsualia, — Venalia (mancipia.) fr. 16. §. 3. de publican. 39. 4. III. ***Cn.*** Qui praesunt pani, et caeteris venalibus rebus. fr. 18. §. 7. de mun. et hon. 50. 4. Vectigal portus, et venalium rerum. fr. 17. §. 1. de V. S. 50. 16. Si rem a te venalem habente, veluti fundum, acceperim. Gai. III. 141. c. 1. de rer. permut. 4. 64. Eo se conferre, quo solent venire, qui se venales postulant. fr. 17. §. 12. de aedil. edict. 21. 1. cf. fr. 11. de N. G. 3. 5. — **§. 2.** *Lucro studens, Pretio corrumpendus, Quaestuarius.* I. ***Sy.*** Venalicius. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Prava venalisque perfidia (adperitorum.) Th. C. IX. 40. c. 14. de poen. Non sit venale iudicis velum, non ingressus redemti etc. Ib. I. 7. c. 7. (Wek.) de off. Rect. Pr. Venali suffragio emere (honorem.) Ib. VI. 37. c. 1. de perfectiss. dign. Erit venale beneficium scripti heredis etc. fr. 20. pr. de B. P. c. t. 37. 4. Quae stupro tibi cognita est, et passim venalem formam exhibuit. c. 22. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Venalitas. *Avaritia, Studium lucri et corruptelae.* III. ***Cn.*** Fisci compendia supprimi — iudicum venalitate. Nov. Maior. de bon. caduc. IV. 5. c. 1. pr. §. 1. de curial. IV. 7. c. 1. pr. Pretii venalitate mercari (gradum sacerdotii.) c. 31. de episc. et cler. 1. 3. Cf. Nov. 35. c. 1.

Venari. *Feris insidiari.* III. ***Cn.*** Qui — avem egerit, venatusve fuerit sine ullo opere. fr. 22. §. 3. Qu. vi aut cl. 43. 24. Venandi, aucupandive gratia (in alienum fundum ingredi.) fr. 3. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Ad opus privatum, piscatum, venatum, (militem non mittere.) fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16. Venari feras, vel depugnare feram. fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1.

Venatio. **§. 1.** *Ferarum persecutio.* III. ***Cn.*** Venationis, et aucupii reditus. Paul. III. 6. §§. 22. 45. Piscationis, et venationis instrumentum. Id. §§. 41. 45. l. 1. Qui, — praeter usum venationis, vel itineris, vel navigationis, (coëgerit, sc. arma, tela.) fr. 1. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. — **§. 2.** *Spectaculum venatorium.* I. ***Sy.*** Venatus. fr. 122. pr. de legat. I. (30.) fr. 4. de adm. rer. ad civ. 50. 8. III. ***Cn.*** Ad munus edendum, venationem, ludos scaenicos, ludos circenses, relictum. fr. 122. pr. 1. (30.)

Venator. **§. 1.** *Qui venationis ferarum peritus est.* III. ***Cn.*** Venatores servi, vel aucupes. Paul. III. 6. §. 71. Venatores, et vestigatores, et canes etc. fr. 12. §. 12. de instr. leg. 33. 7. Lanii, venatores, victimarii. fr. 6. de iure immun. 50. 6. — **§. 2.** *Qui ad feras depugnandas spectaculum sui praebet.* III. ***Cn.*** Quicunque in ludum venatorium fuerint damnati, — instituuntur venatores etc. fr. 8. §. 11. de poen. 48. 19.

Venatorius. (Adiect.) *Ad venandas, depugnandasve feras pertinens.* III. ***Cn.*** In metallum, — item in ludum venatorium dari solere. fr. 8. §. 12. cf. §. 11. l. l. 48. 19.

Venatus. (Subst.) *Venatorium spectaculum.* I. ***Sy.*** Venatio. Cf. h. v. §. 2.

Vendere. **§. 1.** *Alienare rem,* (certo pretio interveniente.) I. ***Sy.*** Alienare. Cf. h. v. §. 3. Venditionem interponere. fr. 9. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. Se venire (in servitutem) pati. Se vendere. fr. 5. §. 1. fr. 21. de statu hom. 1. 5. fr. 9. §. 4. fr. 11. §. 1. de minor. 4. 4. II. ***Op.*** Redimere. Gai. II. 262. Cf. h. v. §. 1. Donare. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** „Alienatum" non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet; „Venditum" tamen recte dicetur. fr. 67. pr. de V. S. 50. 16. Vendere, et tradere rem. Gai. II. 50. cf. fr. 8. §. 12. Qu. mod. pign. 20. 6. Vendere, aut dare. fr. 1. §. 1. si ex nox. c. 2. 9. Tibi dedi (sc. lancem,) — ut eam venderes. fr. 11. pr. de R. C. 12. 1. Habere, vendere, parare (venenum etc.) Paul. V.

23. §. 1. Subtrahere, vendere, celare. Coll. LL. M. XIV. 2. Ideo emere (sc. servos,) ut venderet. fr. 203. de V. S. 50. 16. Fructum habere, vendendi tamen facultatem non habere. fr. 9. §. 7. cf. §. 6. de usufr. 7. 1. Donandi, et vendendi, et concedendi ius. fr. 163. de R. I. 50. 17. Vendere (fundum,) et recipere (pomum.) fr. 205. de V. S. 50. 16. Lege pignoris vendere. fr. 89. §. 4. de legat. II. (31.) In assem vendere (fundum.) fr. 9. pr. Qu. mod. pign. 20. 6. Ius suum vendidisse (videri.) fr. 32. pr. de N. G. 3. 5. Pretium, quanti eum (sc. hominem) venditurus fuit. fr. 14. §. 11. Qu. met. c. 4. 2. Vlp. II. 11. Gai. II. 262. 265. — **§. 2.** *Per aes et libram alienare.* I. **Sy.** Mancipare, Mancipio dare. Cf. v. Mancipare. §. 1. Redhibere (servum.) fr. 7. §. 4. pro emt. 41. 4. — **§. 3.** *Licitationi subiicere.* III. **Cn.** Imperatores captivos vendere — solent. fr. 239. §. 1. de V. S. 50. 16. Bona eorum — universa vendere creditoribus Praetor permittit. Gai. III. 84. — **§. 4.** *Pretio corruptus, concedere v. promittere.* III. **Cn.** Si qui, de iudicis amicitiis — mentientes, eventus sententiarum eius vendunt. Paul. V. 25. §. 13. fr. 15. §. 30. de iniur. 47. 10.

Vendibilis. (Adiect.) *Corruptelae obnoxius.* I. **Sy.** Venalis (perfidia, v. conniventia.) Th. C. IX. 40. c. 14. sq. de poen.

Vendicare. Cf. Vindicare.

Venditare. *Passim vendere. Pretio accepto, promittere* (illicitum quid.) I. **Sy.** Vendere (eventum sententiae iudicis.) fr. 15. §. 30. de iniur. 47. 10. Paul. V. 25. §. 13.

Venditio. **§. 1.** *Alienatio quaelibet iuris nostri.* I. **Sy.** Alienatio. fr. 8. §. 11. Qu. mod. pign. 20. 6. fr. 29. §. 1. de statulib. 40. 7. — **§. 2.** *Alienatio rerum, quae pretio nummario interveniente peragitur.* I. **Sy.** Alienare rem. Venditionis causa agere. fr. 1. §. 1. de off. Proc. Caes. 1. 19. III. **Cn.** Tradere, sive ex venditionis causa etc. Gai. II. 20. c. 12. de h. qu. vi. 2. 20. Imaginaria venditio (non est, pretio accedente.) fr. 16. de R. I. 50. 17. Venditionem facere (rerum pupilli.) fr. 56. de adm. et peric. 26. 7. — **§. 3. A.** *Contractus* (qui, eiusmodi alienationis celebrandae causa, solo consensu perficitur.) I. **Sy.** Emtio venditio. Emtio (p. se.) Venditio (p. se.) fr. 1. §. 4. fr. 7. §. 1. de pact. 2. 14. fr. 19. sq. de A. E. V. 19. 1. III. **Cn.** Consensu fiunt obligationes in emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus etc. Gai. III. 135. fr. 7. §. 1. l. 2. 14. Sive in ipso negotio venditionis gerendo convenisset, sive postea. fr. 31. ib. 2. 14. Lex venditionis. Cf. v. Lex. §. 8. Recedere, s. Discedere, a venditione. fr. 58. ib. 2. 14. fr. 18. de in diem add. 18. 2. — **§. 3.** *Mancipatio.* I. **Sy.** Mancipatio. Cf. h. v. §. 1. — **§. 4.** *Auctio publica.* III. **Cn.** Non suo vitio, sed necessitate iuris, bonorum venditionem pati. Gai. II. 154. sq. III. 79. cf. fr. 1. de N. G. 3. 5. Ignominia, quae accedit ex venditione bonorum. Gai. II. 154. — **§. 5.** *Nundinatio illicita.* III. **Cn.** Venditionis officii locum introductum esse. c. 15. de prox. S. scrin. 12. 19. — **§. 6.** *Res vendita.* III. **Cn.** Commodum et incommodum omne ad auctorem — pertinet, antequam venditio transferatur. fr. 11. §. 10. Qu. vi aut cl. 43. 24.

Venditor. Venditrix. *Qui, quaeve, alienavit aliquid, venditione celebrata.* I. **Sy.** Is, qui vendidit. Venditor. fr. 10. §. 1. de in ius voc. 2. 4. Mulier, quae vendidit. Venditrix. fr. 8. de L. comm. 18. 3. c. 2. de fideiuss. min. 2. 24. II. **Op.** Emtor. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Venditor, et qui locavit. fr. 39. de pact. 2. 14. Quod adhuc in dominio venditoris manet. fr. 67. pr. de V. S. 50. 16. Venditrici succedens (hereditario iure.) c. 3. de reb. al. non al. 4. 51.

Venditum. (Partic.) *Venditio.* III. **Cn.** Contractus quidam, — mandatum, commodatum, venditum etc. fr. 23. de R. I. 50. 17. Bonae fidei iudicia: — ex emto vendito, locato conducto etc. Gai. IV. 62. Iudicio venditi, s. Ex vendito, agere. Vatic. §§. 314. fr. 42. §. 2. de procur. 3. 3.

Veneficium. *Crimen veneficorum.* III. **Cn.** Scelera saeviora, — maiestatis, homicidii, veneficiique, ac maleficiorum stupri etc. Th. C. IX. 38. c. 7. de indulg. crim. XI. 36. c. 1. Quor. adp. n. rec.

Veneficus. (Subst.) *Qui malis medicamentis, aut incantationibus, exitium parat vitae hominum.* III. **Cn.** Venefici, homicidae, adulteri. Th. C. l. l. Venefici, — qui artibus odiosis, tam venenis quam susurris magicis, homines occiderint. §. 5. I. de pub. iud. 4. 18. L. Cornelia de sicariis et veneficis [al. veneficiis.] fr. 1. pr. fr. 3. pr. §. 5. ad L. Corn. de sic. 48. 8.

Venenarius. (Subst.) *Qui venena parat, et miscet.* III. **Cn.** Venenarii capite puniendi sunt. fr. 28. §. 9. de poen. 48. 19.

Venenatus. (Partic.) *Veneno tinctus.* III. **Cn.** Velut venenatum quoddam telum iniicere. Th. C. IX. 34. c. 10. de famos. libell.

Venenum. **§. 1.** *Medicamentum qualecunque.* I. **Sy.** Non malum, s. Bonum, venenum. Medicamentum. fr. 3. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. fr. 236. pr. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Medicamentum noxium.* II. **Op.** Venenum malum. — Antidotum, et alia quaedam salubria medicamenta. fr. 35. §. 2. de contr. emt. 18. 1. Venenum, pro medicamento, dare. fr. 7. §. 6. ad L. Aqu. 9. 2. III. **Cn.** Malum venenum. L. XII Tabb. VIII. 25. Medicamentum alicui infundere, — vel eum ungere malo veneno. fr. 9. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 1. §§. 18. sq. 21. de S.C. Silan. 29. 5. Venenum, necandi hominis causa, facere, vel vendere, vel habere. fr. 3. pr. §. 1. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. Noxiis quaesita graminibus, — mentis et corporis venena componere. Th. C. IX. 38. c. 6. cf. c. 4. de indulg. crim. — **§. 3.** *Suasio, Doctrina, prava.* III. **Cn.** Quarum venenis inficiuntur animi perditorum. Ib. IV. 6. c. 3. (Wck.) de natur. fil. Photinianae labis contaminatio, Eunomiae perfidiae crimen etc. Ib. XVI. 5. c. 6. §. 1. de haeret.

Venerabilis. (Adiect.) **§. 1.** *Cultu et veneratione dignus.* I. **Sy.** Sacratus, Sanctus. Th. C. XIV. 10. c. 2. c. 4. de habitu quo uti op. XIV. 11. c. 1. Qu. militant. Iul. ep. nov. c. 7. §§. 32. sq. c. 13. §. 50. III. **Cn.** Catholica venerabilis ecclesia. Th. C. XVI. 5.

c. 54. §. 1. de haeret. Ecclesiae, et alii venerabiles loci. Iul. ep. nov. c. 49. §. 190. cf. c. 48. §. 189. Th. C. II. 4. c. 7. de denunc. v. ed. rescr. Venerabilia, atque aeterna religione servanda. Coll. LL. M. VI. 4. Amplissimus et venerabilis Ordo. Th. C. VI. 23. c. 1. de decur. et silent. — **§. 2.** *Titulus honorarius*, (Imperatori et Augustae adscriptus.) III. **Cn.** Nostra, vel venerabilis Augustae, domus. §. 13. I. de usuc. 2. 6. Venerabilis substantiae (praedia.) Th. C. XVI. 5. c. 54. §. 5. l. l.

Venerabiliter. (Advb.) *Cum veneratione.* III. **Cn.** Intacta convenit venerab. custodiri. c. 14. pr. de SS. eccl. 1. 2.

Venerandus. (Partic.) *Venerabilis.* III. **Cn.** Honorabilis, et venerandus (dominicus dies.) c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12. Domus divinae, ac venerandae ecclesiae. Th. C. XV. 3. c. 6. de itin. mun. Qui venerandum cognati sanguinis vinculum profano caecus violavit incestu. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Venerandus coetus (Senatus.) Ib. VI. 26. c. 12. de prox. comit.

Venerari. *Cultu et observantia prosequi.* I. **Sy.** Adorare. Cf. h. v. Ad vindictam maiestatis publicae respicere. Reip. venerandae causa fieri. fr. 33. de iniur. 47. 10. III. **Cn.** Matrem, aut patrem, quos venerari oportet, contumeliis adficere. fr. 1. §. 2. de obsequ. parent. 37. 15. Adtingere, venerarique (serenitatis nostrae purpuram.) Th. C. VIII. 7. c. 16. pr. de div. offic.

Veneratio. **§. 1.** *Actus venerandi, Cultus, Observantia.* III. **Cn.** Recepta auctoritate firmanda, et omni veneratione celebranda. Th. C. I. 4. c. 2. (Wck.) de resp. prud. Venerationi christianae legis sanctissimae (se dedicasse.) Ib. XV. 8. c. 1. de lenon. Principalis maiestatis veneratio. fr. 7. §. 3. ad L. Iul. mai. 48. 4. Th. C. VIII. 5. c. 54. de cursu pub. — **§. 2.** *Res veneranda.* III. **Cn.** Nullius dignitatis, ac venerationis, meritis (cessare.) Ib. XV. 3. c. 6. de itin. mun. Dei cultus, venerationque christiana. Ib. XVI. 8. c. 19. de Iud. Cf. XVI. 5. c. 38. de haeret.

Venetia. *Regio Italiae superioris*, (intra Adduam, et Padum, Alpesque constituta.) III. **Cn.** Picenum, Aemilia, et Venetia. Th. C. XI. 30. c. 27. de adp. et poen. Consularis Venetiae. Ib. VIII. 8. c. 1. (inscr.) de exsecut. et exact.

Venia. **§. 1.** *Licentia, Facultas.* I. **Sy.** Permissu (Praetoris, v. edicti.) fr. 4. §. 1. fr. 10. §. 12. fr. 12. sq. fr. 16. fr. 25. de in ius voc. 2. 4. — **§. 2.** *Condonatio, Excusatio, Remissio.* I. **Sy.** Impunitas. Cf. h. v. Excusari. Non puniri. Veniam habere etc. fr. 2. §. 2. fr. 8. fr. 10. §. 1. fr. 13. §§. 5. 7. fr. 22. de h. qui not. inf. 3. 2. fr. 29. pr. §. 1. de excusat. 27. 1. III. **Cn.** Veniam in anteactum dedit (sc. Senatus.) fr. 1. pr. de fugitiv. 11. 4. Nonnunquam — delinquentibus iuris civ. venia tribui solet. Coll. LL. M. I. 12. Vniversos — ad veniam volumus pertinere. Th. C. XV. 14. c. 11. de infirm. h. qu. s. tyr. Cf. XI. 12. c. 4. de immun. conc. — **§. 3.** *Gratia, Beneficium.* I. **Sy.** Ius (aetatis legitimae.) fr. 20. pr. de minor. 4. 4. Th. C. II. 16. c. 2. §. 1. de integri rest. II. 17. c. 1. pr. §. 1. de h. qui ven. aet. Immunitas. Venia privilegii. Ib. XIII. 1. c. 6. de lustr. collat.

Veniens. (Partic.) **§. 1.** *Praesens, Exstans.* Cf. v. Venire. §. 7. — **§. 2.** *Insequens, Futurus.* III. **Cn.** Venientium est temporum (disciplina.) Th. C. VI. 12. c. 1. de longa consu. — **§. 3.** *Contingens.* III. **Cn.** Emtione, — seu alio quolibet titulo, venientia apud se — mansura. Nov. Val. III. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. §. 4.

Veientanus. Cf. v. Veientanus.

Venire, s. Vaenire. **§. 1.** *Vendi.* I. **Sy.** Distrahi. Cf. h. v. §. 4. Venum dari. fr. 1. §. 15. si qu. in fr. patr. 38. 5. fr. 10. pr. de fideic. libb. 40. 5. Se vendere. Cf. v. Vendere. Vendi. fr. 17. de her. v. act. vend. 18. 4. fr. 8. pr. §§. 1. sq. de peric. et comm. 18. 6. III. **Cn.** Emi, et venire posse. fr. 17. l. 18. 4. Ita venire, itaque haberi (ea praedia.) fr. 81. §. 1. de contr. emt. 18. 1. Si quid sacri, vel religiosi est, eius venit nihil. fr. 22. fr. 24. fr. 72. §. 1. ib. 18. 1. Vatic. §. 5. Venire [al. veniri,] aut locari posse. Gai. III. 146. fr. 10. §. 1. comm. div. 10. 3. Et venire, et manumitti (vetare.) c. 2. Qui non poss. ad libert. 7. 12. Qui sciens pro servo veniit. fr. 20. §. 4. de liberali c. 40. 12. In servitutem se venire pati. Creditor, qui permittit rem venire. fr. 158. de R. I. 50. 17. — **§. 2.** *Per aes et libram alienari.* III. **Cn.** Si — testamentum non valeat, velut quod familia non venierit, aut nuncupationis verba testator locutus non sit. Gai. II. 119. cf. 116. — **§. 3.** *Praeconis voce venumdari. Auctioni subiici.* III. **Cn.** Si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona heredis veneant. fr. 69. §. 1. de legat. II. (31.) cf. fr. 114. §. 14. de legat. I. (30.) Si cuius ex sociis bona, publice aut privatim, venierint. Gai. III. 154. Si argentarius pretium rei, quae in auctione venierit, persequatur. Id. IV. 126. Quodsi nemo eos defendat, quod eorum commune erit, possideri, et — venire se iussurum, Procos. ait. fr. 1. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. Gai. III. 78. sqq. Ipsi, bonaque eorum, publice venire iubentur. Id. I. 27. Cum incensus aliquis venierit. Vlp. XI. 11.

Venire. **§. 1.** *Advenire, Accedere, Ire.* I. **Sy.** Advenire, Commeare. Th. C. XII. 12. c. 5. sq. de legat. et decr. XVI. 2. c. 15. §. 2. de episc. eccl. Ire. Cf. h. v. §. 1. Venire ad, s. in (iudicium.) Sistere. Cf. h. v. II. **Op.** Cum salva, sanave, venero. — Si aliquid mihi humanum contigerit. fr. 26. pr. depos. 16. 3. Per se venire in, — Induci in vacuam (possessionem.) fr. 1. §. 5. si mul. ventr. nom. 25. 6. fr. 33. de A. v. A. P. 41. 2. III. **Cn.** In quam primum civitatem veniat, vel adplicet. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Fundum derelinquere, audito quod quis cum armis veniret. fr. 9. pr. Qu. met. c. 4. 2. Exercitu veniente, migravit conductor. fr. 13. §. 7. locat. 19. 2. Si quis — ad Praetorem vocetur, debet venire. fr. 5. de indic. 5. 1. cf. Vatic. §. 162. fr. 28. §. 1. de fideic. libb. 40. 5. Qui in ius vocatus neque venerit, neque vindicem dederit. Gai. IV. 46. cf. Paul. V. 5A. §. 7. Qui — in funus meum venerit. fr. 10. de legat. III. (32.) Vlp. XXII. 4. Si navis ex Asia venerit. Vatic. §. 50. — **§. 2.** *Agredi alium (iudicio.) Invadere.* III. **Cn.** Si unus ex heredibus eius — ve-

niat repetens. fr. 1. §. 36. depos. 16. 3. Persona eius, contra quem venimus. Paul V. 4. §. 15. Adversus huius tabulas venit patronus. fr. 3. pr. de bon. libert. 38. 2. Creditor, cum posset heredes convenire idoneos, ad fundum venit. fr. 19. Qui pot. 20. 4. Quamdiu vel unus ex tutoribus idoneus est, non posse ad magistratus — veniri. fr. 1. §. 15. de tut. et rat. 27. 3. fr. 1. §. 9. de mag. conv. 27. 8. Th. C. XI. 16. c. 4. de extr. s. sord. Si — adversum pacta, vel transactiones, — putaverit esse veniendum, Ib. II. 9. c. 3. (Wck.) de pact. et transact. Cf. I. 17. c. 1. (Wck.) de off. iud. civ. X. 3. c. 5. de loc. fund. iur. emph. — **§. 3.** *Pervenire, Admitti, Consequi.* I. **Sy.** Admitti. Cf. h. v. §. 1. Vocari (ad successionem.) Paul. IV. 8. §§. 8. sqq. Pervenire ad (libertatem etc.) fr. 10. pr. §. 1. de in ius voc. 2. 4. fr. 164. §. 2. fr. 165. de V. S. 50. 16. Iul. ep. nov. c. 82. §. 313. Cogi, Venire cum in alio (in eundem semissem.) Cf. v. Cogere. §. 5. III. **Cn.** In Ordinem venire. fr. 2. §§. 1. 5. de decurion. 50. 2. fr. 1. pr. de albo scrib. 50. 3. Ad civitatem venire, ex beneficio Principis. §. 4. I. de succ. libert. 3. 7. Ad bona eius, simul cum fratre, posse venire. fr. 6. si tab. testam. null. 38. 6. Paul. IV. 8. §. 9. Qui ab intestato venire desiderant. fr. 4. de h. qu. in testam. 28. 4. fr. 81. de legat. II. (31.) — **§. 4.** *Progredi, Procedere.* III. **Cn.** Ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, cum etc. fr. 1. §. 1. de quaestion. 48. 18. Sed in summa in hoc ventum est, ut etc. fr. 214. de V. S. 50. 16. Th. C. VIII. 9. c. 1. de lucr. off. Testamento iure perfecto, postea ad aliud venire testamentum. Nov. Th. II. de testam. I. 16. c. 1. §. 7. — **§. 5.** *Proficisci, Descendere, Oriri.* I **Sy.** Descendere. Cf. h. v. §. 2. Proficisci ab etc. §§. 1. sq. I. de div. stipul. 3. 18. III. **Cn.** Multa — ex arbitrio eius venit, qui multam dicit. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. Quod ius venit ex epistola D. Hadriani. Vatic. §§. 151. 223. Quae (sc. iudicia) ex legibus iudiciorum publicorum veniunt. fr. 1. de pub. iud. 48. 1. Cf. fr. 7. §. 1. de cap. minut. 4. 5. fr. 18. §. 1. de iudic. 5. 1. Pupillus, qui ex filia patroni venit. Vatic. §. 224. Dominus, venientesque ab eo personae. fr. 8. §. 2. rat. rem hab. 46. 8. cf. fr. 11. §. 18. de A. E. V. 19. 1. — **§. 6.** *Incidere, Redigi, Comprehendi.* I. **Sy.** Deduci, Ven. (in actionem etc.) Cf. v. Deducere. §. 2. Contineri. fr. 3. §. 1. l. 1. 19. 1. fr. 15. §§. 11. sq. Qu. vi aut cl. 43. 24. Pervenire, Transferri (in stipulationem.) fr. 71. pr. pro soc. 17. 2. II. **Op.** Venire in, — Esse extra (actionem, v. causam.) fr. 1. §§. 7. sq. de aqua et aqu. pl. 39. 3. III. **Cn.** Res in iudicium venit, et vel uni adiudicari potest. fr. 11. §. 2. de iurisd. 2. 1. Omne, quod in actionem — veniret, — restituendum esse. fr. 14. §. 1. de reb. auct. iud. 42. 5. Cf. fr. 18. §. 2. fr. 19. §. 2. fr. 20. de hered. pet. 5. 3. fr. 5. §. 2. commod. 13. 6. fr. 18. §. 4. de damn. inf. 39. 2. In aestimationem ven. fr. 3. §. 13. de tab. exhib. 43. 5. — **§. 7.** *Evenire, Exsistere, Adesse.* II. **Op.** Cedere (diem.) Cf. h. v. §. 5. Praeterire. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Ante conditionem exsistentem, et ante diem petitionis venientem. fr. 12. Qui satisd. cog. 2. 8. cf. fr. 16. pr. de hered. pet. 5. 3. Cum dies certus adscriptus est, quamvis dies nondum venerit. fr. 1. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. Cf. fr. 68. §. 3. de legat. I. (30.) Promissionis, v. Solvendi dies. fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. fr. 51. mand. 17. 1. fr. 8. de admin. et peric. 26. 7. (Cf. v. Veniens, v. Venturus.)

Venter. **§. 1.** *Vterus matris (gravidae.) Praegnans mulier.* I. **Sy.** Vterus. fr. 5. §§. 2. sq. fr. 7. de statu hom. 1. 5. fr. 6. pr. de inoff. testam. 5. 2. Praegnans mulier. fr. 30. §§. 1. sq. de A. v. O. H. 29. 2. III. **Cn.** Et observari ventrem, et partum, et infantem oportet. fr. 1. §. 15. de inspic. vent. 25. 4. Ventrem, cum liberis, in possessionem esse iubeo. fr. 121. de legat. I. (30.) Si duo ventres (missi sunt in possessionem.) fr. 7. §. 8. comm. div. 10. 3. Mulier, quae — alta est sub praetextu ventris. fr. 1. §. 7. si mul. ventr. nom. 25. 6. Venter, qui suum heredem — pariturus est. fr. 30. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Vacuo, — Pleno ventre (mulier.) fr. 84. ib. 29. 2. Aborsus, vel abactus venter. Paul. IV. 9. §. 6. — **§. 1. A.** *Partus futurus, Nasciturus ipse.* I. **Sy.** Posthumus. fr. 30. §. 1. l. 1. 29. 2. c. 9. de inst. et subst. 6. 25. Partus nondum editus. fr. 9. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. III. **Cn.** Proximus a ventre. fr. 30. §. 1. de A. v. O. H. 29. 2. Qui ventri substitutus est. fr. 3. de inspic. vent. 25. 4. fr. 1. §. 6. de ventre in poss. 37. 9. Venter, item furiosus, item is qui captivi B. Pnem petit. fr. 12. pr. de B. P. 37. 1. — **§. 2.** *Tumor, Curvatura.* III. **Cn.** Qui (sc. paries) ita ventrem faceret, ut in vicini domum — procumberet. fr. 17. pr. si servit. 8. 5.

Ventilare. **§. 1.** *Ventum excitare.* III. **Cn.** Qui, — in ipso lectulo stantes, cadaver ventilare videntur. c. 1. §. 5. de Lat. libert. toll. 7. 6. — **§. 2.** *Agitare, Machinari.* III. **Cn.** Magicis artibus ausi elementa turbare, — et manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Th. C. IX. 16. c. 5. de malefic. — **§. 3.** *Disceptare, Tractare.* III. **Cn.** Illa etiam quaestio ventilata est apud plerosque. fr. 4. §. 23. de d. m. exc. 44. 4. c. 6. pro soc. 4. 37. Provincia, in qua iurgium ventilatur. Th. C. XI. 31. c. 9. de repar. adp. Cf. XI. 30. c. 49. de adp. et poen. Apud diversos iudices ventilare. Ib. II. 18. c. 2. de iudic.

Ventosus. (Adiect.) *Vento plenus, Procellosus.* III. **Cn.** Die ventoso (ignem immittere in stipulam.) fr. 30. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2.

Ventrale. *Sacculus, ventrem praecingens.* III. **Cn.** Si zonam circa se habuerit, — aut nummulos in ventrali [al. in vetralem.] fr. 6. de bon. damn. 48. 20.

Venturus. **§. 1.** *Futurus.* III. **Cn.** Nostro saeculo, venturisque temporibus. Nov. Val. III. de libert. et succ. II. 25. c. 1. §. 1. — **§. 2.** *Obveniens.* III. **Cn.** Quidquid ex venturae [al. veteris, v. vetere iure] delegationis titulis profligaverit. c. 7. de off. Rect. Pr. 1. 40.

Ventus. **§. 1.** *Aëris motus. Procella.* III. **Cn.** Ne aedificia vento, vel pluvia laborent. fr. 12. §. 17. de instr. leg. 33. 7. Casu venti ferente, — evadunt (incendia.) Paul. V. 20. §. 3. Vi ventorum (navis impulsa etc.) fr. 29. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Ita

aedificium extollere iuxta aream suam, ut ventus excluderetur. c. 14. §. 1. de servit. et aqua 3. 34. — **§. 2.** *Res nihili.* III. **Cn.** Sumtus recusare, quasi vento vixerit. c. 2. de alim. pup. 5. 50.

Venuleius. *Nomen I.Cti,* (temporum, uti videtur, Caracallae et Alexandri Impp.) III. **Cn.** Venuleius Saturninus. Cf. v. Saturninus. §. 2. Hommelii palingenes. iur. II. 539. sqq.

Venundare, s. **Venum-dare.** *Vendere.* I. **Sy.** Venire, Venum dari, Distrahi. Cf. v. Venire. §. 1. Venale esse. Venum dari. fr. 1. fr. 14. §. 3. de alim. v. cib. 34. 1. III. **Cn.** Locari et venundari posse (usumfr.) Vatic. §. 41. Si quis ita fundum vendiderit: Vti venundatum [al. venumdatum] esse videatur, quod etc. fr. 39. de A. E. V. 19. 1. Si pater filium ter venumdavit [al. venum duit.] L. XII Tabb. IV. 3. Qui, ob venumdandum — testimonium, pecuniam acceperit. Coll. LL. M. VIII. 7.

Venus. *Concubitus Venereus.* I. **Sy.** In ipsis rebus Veneris. Ἐν ἔργῳ. fr. 23. pr. ad L. Iul. de adult. 48. 5. III. **Cn.** Vbi Venus mutatur in alteram formam; ubi amor quaeritur, nec videtur. Th. C. IX. 7. c. 3. eod.

Venustas. *Elegantia, Gratia* (formae, v. adspectus.) III. **Cn.** Ornamentorum esse, — quibus uti mulieres, venustatis et ornatus causa, coeperunt. fr. 26. de auro arg. 34. 2.

Venustus. (Adiect.) *Concinnus, Gratus.* III. **Cn.** Quod privilegium damus, — ut aliquid venustum eveniat. c. 15. §. 5. de testam. man. 7. 2.

Veraciter. (Advb.) *Vere.* III. **Cn.** Veraciter et manifeste (probare.) Th. C. IX. 1. c. 4. de accusat.

Verber. *Flagellum. Plaga flagelli.* I. **Sy.** Plagae. Verbera. Cf. v. Plāga. III. **Cn.** Nullum iniuria, nullum verbere, nullum gravi pulsatione — contingat (sc. curialem etc.) Th. C. XII. 1. c. 128. de decurion. Carcerem sustinere, vel tormenta, vel verbera, vel catenas. Ib. IX. 37. c. 2. de abolit. Mortis, aut verberum terrore — extorquere. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Verberibus servilibus coërceri. fr. 12. de iure fisci. 49. 14.

Verberare. *Verbere caedere.* I. **Sy.** Caedere. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Si quis ab aliquo vulneratus, aut verberatus, fustibusve caesus fuerit. Gai. III. 225. Quod se pulsatum, verberatumve — esse dicat. fr. 5. pr. de iniur. 47. 10. Coll. LL. M. II. 6. Gai. III. 220. Adpellantem necare, — torquere, verberare etc. Paul. V. 26. §. 1. fr. 11. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Liber verberatus addicebatur ei etc. Gai. III. 189. Vinctus, verberatus, igni necari iubetur. fr. 9. de incend. ruina. 47. 9.

Verberatio. **§. 1.** *Actus verberandi.* III. **Cn.** Inter pulsationem, et verberationem, hoc interest. fr. 5. §. 1. de iniur. 47. 10. — **§. 2.** *Cruciatus.* III. **Cn.** Fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio. fr. 7. de poen. 48. 19.

Verbero. *Qui verbere dignus est.* III. **Cn.** Nequissimus verbero — tormentis subiiciatur. c. 6. de serv. fugit. 6. 1. Tradendo ignibus verberone. Th. C. IX. 9. c. 1. pr. de mul. qu. se serv. propr.

Verbositas. *Verborum abundantia (et subtilitas.)* III. **Cn.** Commentarios illi adplicare, et verbositate sua — codicis compendium confundere. c. 1. §. 12. de vet. iure enucl. 1. 17. Per verbositatem, aliquid tale inscribere. c. 37. de donat. 8. 54. Retentionum verbositas. c. 1. §. 5. de R. U. A. 5. 13.

Verbosus. (Adiect.) *Verbis abundans.* III. **Cn.** Commentarii verbosi. Disputatio verbosa. fr. 1. de O. I. 1. 2. Pr. I. Qu. c. eo qui in al. pot. 4. 7.

Verbo-tenus. (Advb.) *Ad verbum.* II. **Op.** Cum effectu (accipere, sc. verba.) fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. III. **Cn.** Quod verbotenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur. fr. 19. §. 2. de Aedil. edict. 21. 1. Cf. v. Tenus.

Verbum. **§. 1.** *Oratio,* (cum integra, tum singulum qualecunque illius membrum.) I. **Sy.** Adpellatio, Nomen. Cf. v. Nomen. §. 1. Vox. fr. 6. §§. 8. 10. fr. 7. §. 1. de edendo. 2. 13. II. **Op.** Mens. Cf. h. v. §. 2. Sententia. Cf. h. v. §. 1. Voluntas. fr. 101. pr. de cond. et dem. 35. 1. fr. 219. de V. S. 50. 16. Non solum facto, sed et verbis. Paul. V. 29. §. 1. Cf. IV. 4. §. 1. fr. 4. §. 1. de pecul. 15. 1. III. **Cn.** Exprimere verbis (voluntatem suam.) Gai. III. 76. His verbis loquitur, v. iubet (lex.) Id. I. 132. Vlp. X. 1. In haec verba (constitutum etc.) fr. 13. §. 1. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. fr. 4. pr. de off. eius. 1. 21. — **§. 2.** *Expositio, Commendatio.* III. **Cn.** Verba facere de etc. v. pro etc. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. fr. 24. de d. m. 4. 3. Suasit verbis, sive pretio. fr. 1. §. 5. de servo corr. 11. 3. — **§. 3.** *Formula, Nuncupatio.* I. **Sy.** Sermo. Cf. h. v. §. 1. Clausula. fr. 179. de V. S. 50. 16. Stipulatio. fr. 15. rat. rem hab. 46. 8. II. **Op.** Verborum, — Scripturae (proprietas.) Gai. III. 136. Aut re per se, aut re et verbis, aut verbis tantum (coniunctio.) fr. 142. de V. S. 50. 16. Aut re, aut verbis, aut litteris, aut consensu (obligationem contrahi.) Gai. III. 89. Nudi consensus, — Verborum (obligatio.) fr. 1. fr. 14. locat. 19. 2. fr. 35. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Cum certis (et solemnibus, v. quasi solemnibus) verbis, sc. agi, fierique. Gai. I. 112. IV. 29. 84. 97. Vlp. IX. 1. XIX. 3. Conceptio, v. Solemnitas, verborum. Paul. II. 3. §. 1. V. 7. §. 1. Civilia, v. Imperativa, et directa, — Inflexa, v. Precaria, verba. Vlp. XXV. 1. sq. Gai. II. 218. 249. Paul. IV. 1. §. 11. Praescriptis verbis agere. Cf. v. Praescribere. §. 1. Obligari verbo. Verbis contracta, s. Verborum (obligatio.) Gai. III. 93. sq. 119. 137. sq. 169. sq. „Amplius non peti“ verbum, Labeo ita accipiebat. fr. 15. rat. rem hab. 46. 8. fr. 187. fr. 240. de V. S. 50. 16.

Vere. (Advb.) Cf. v. Vero. **§. 1.** *Revera.* III. **Cn.** Si vel reus ipse vere fuit, aut in eam rem socius reus. fr. 5. §. 1. de liberat. leg. 34. 3. — **§. 2.** *Recte, Iuste.* I. **Sy.** Bona fide (dare.) fr. 40. §. 1. de statulib. 40. 7. III. **Cn.** Vere philosophantes. fr. 8. §. 4. de vacat. et exc. 50. 5. Acclamatum est: Nove, diserte, vere, diserte! Gesta in Sen. de rec. Th. C. Si vere causa perorata. fr. 6. pr. de quaestion. 48. 18. Quod vere responderetur, si etc. fr. 12. §. 1. de distr. pign. 20. 5.

Verecunde. (Advb.) *Temperate, Reverenter.* I. **Sy.** Iuste deprecari. Ver. expostulare. fr. 2. de h. qui sui. 1. 6. fr. 1. §. 8. de off. Prf. Vr. 1. 12. III.

Cn. Verecunde Praetorem denunciari debere, non extrahi de domo sua. fr. 4. §. 5. de damn. inf. 39. 2.

Verecundia. *Pudor, Reverentia.* I. **Sy.** Pudicitia. Cf. h. v. II. **Op.** Facilitas. fr. 25. §. 1. de pec. const. 13. 5. III. **Cn.** Quae facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram. fr. 15. de cond. inst. 28. 7. cf. fr. 6. pr. de serv. export. 18. 7. c. 17. ex qu. c. inf. 2. 12. Fidei ac verecundiae, — Nec verecundiae nec dignitati (convenire.) fr. 5. §. 6. de adm. et peric. 26. 7. fr. 7. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7. Nulla verecundia, vel quietis mora, (proruentes.) Vatic. §. 35. Ad verecundiam (iudicis) respiciens. Verecundiam pulsans. fr. 47. de iudic. 5. 1. fr. 8. de alim. v. cib. 34. 1. Verecundiam tangit (Vicariorum tuorum.) Th. C. XI. 16. c. 4. de extr. s. sord. Verecundiae virginalis raptor. Ib. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Paterna verec. nos movet. fr. 14. §. 1. de castr. pec. 49. 17. cf. fr. 20. pr. de donat. 39. 5. fr. 91. de furt. 47. 2.

Verecundus. (Adiect.) *Qui verecundiam colit.* II. **Op.** Inverecundus. fr. 22. de hered. pet. 5. 3. III. **Cn.** Honesta et verecunda (causa.) c. 9. de procur. 2. 13. Verecundae et tacitae conscientiae (remuneratio.) Th. C. XII. 1. c. 177. pr. de decurion. Verecunda cogitatio eius, qui lites exsecratur. fr. 4. §. 1. de alien. iud. mut. c. 4. 7.

Veredarius. (Adiect.) *Ad veredos pertinens.* I. **Sy.** Cursui veredorum obnoxium esse. Necessitas veredariae functionis. Th. C. VIII. 4. c. 8. pr. §. 1. de cohortal.

Veredarius. (Subst.) *Nuncius publicus,* (qui veredorum copiam habet.) I. **Sy.** Qui veredis utitur. Th. C. VIII. 5. c. 17. pr. c. 50. de cursu pub.

Veredus. *Equus cursus publici.* III. **Cn.** Agminales equi, vel mulae, et angariae, atque veredi. fr. 18. §. 21. de mun. et hon. 50. 4. Th. C. VIII. 5. c. 53. de cursu pub. Veredorum, seu paraveredorum, discursus. Ib. c. 16. pr. Veredum, cum parhippo, (tribuere, sc. in evectione.) Ib. c. 29. c. 55. Veredorum numerum — ad rhedas usurpare. Ib. c. 24. cf. VI. 29. c. 2. §. 2. c. 6. de curios.

Vereri. **§. 1.** *Timore percelli.* I. **Sy.** Terreri (in liberis suis.) fr. 8. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. — **§. 2.** *Certis rationibus moveri ad mutandam sententiam.* III. **Cn.** Videamus tamen, — et vereor ne etc. fr. 20. §. 1. de B. P. c. t. 37. 4. fr. 12. §. 1. de R. M. 49. 16. Cf. fr. 9. §. 1. de iure dot. 23. 3. fr. 48. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Videamus, an idem dicendum sit? — Sed vereor, num hic aliud sit dicendum. fr. 11. §. 1. Qui pot. 20. 4.

Vergere. *Propendere, Declinare.* III. **Cn.** Ex quo primum a plano vergere incipit (sc. ripa,) usque ad aquam. fr. 3. §. 2. de flumin. 43. 12.

Verisimilis. (Adiect.) *Veritatis praesumtionem continens.* III. **Cn.** Verisimilibus, probabilibusque (argumentis uti.) c. 8. §. 1. cf. c. 3. de quaestion. 9. 41. Quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. fr. 114. de R. I. 50. 17. Quae verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse. fr. 6. de pignor. 20. 1. Placuit, quia verisimile non videbatur etc. fr. 9. §. 1. unde cogn. 38. 8. Facti quaestio est; sed verisimile est etc. fr. 13. Qui pot. 20. 4.

Veritas. **§. 1.** *Vera ratio. Fides.* I. **Sy.** Fides. fr. 54. de O. et A. 44. 7. c. 7. pr. §. 1. de div. rescr. 1. 23. II. **Op.** Mendacium. Cf. h. v. §. 1. Quod quis finxit, v. simulavit. fr. 54. l. 44. 7. fr. 8. de castr. pec. 49. 17. III. **Cn.** Quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur, (falsum est.) Paul. V. 25. §. 3. Qui — potius ex iudicis errore, vel iniquitate, victoriam sperat, quam ex causa veritatis. Gai. IV. 178. fr. 10. de iudic. 5. 1. Si quo modo veritas de fide contractus possit ostendi. Paul. II. 17. §. 14. fr. 10. pr. si qu. cautt. 2. 11. fr. 1. pr. si mul. ventr. nom. 25. 6. Pro veritate accipitur (res iudicata.) fr. 207. de R. I. 50. 17. Veritati locum superfore. fr. 29. §. 1. de probat. 22. 3. Veritatis viam (ignorare.) c. 10. de locat. 4. 65. — **§. 2.** *Substantia, Valor, Effectus.* I. **Sy.** Vera aestimatio, Praesens pretium, Veritas (rei.) fr. 61. fr. 62. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. II. **Op.** Formale pretium. fr. 62. §. 1. l. 35. 2. Quantitas. Quanti ea res est. — Veritas. — Poena. fr. 5. §. 1. ne qu. eum. 2. 7. fr. 2. 7. fr. 2. §. 5. Qu. satisd. cog. 2. 8. fr. 7. §. 2. Qu. falso tut. 27. 6. III. **Cn.** Etsi contrahentes rei veritatem ignorant. fr. 120. de V. O. 45. 1. Etiamsi veritas debiti non subest. c. 2. de falsa c. adi. 6. 44. Si veritas, vel solemnitas iuris deest. c. 23. de fideicomm. 6. 42. Veritati, et origini ingenuitatis — non praeiudicat (manumissio.) Paul. V. 1. §. 2. Cf. c. 27. de liberali c. 7. 16. Quid amplius — accepisse, — quam brevium datorum scriniis nostris veritas continet. Th. C. VII. 4. c. 24. de erog. mil. ann.

Verna. *Servus domi nostrae, aut in terra nostra, natus.* III. **Cn.** Textores omnes, praeter vernas, — Vernas omnes, praeter textores, (legare.) fr. 36. pr. §. 1. de legat. I. (30.)

Vernaculus. (Adiect.) **§. 1.** *Domesticus.* I. **Sy.** Domestici fructus, suis possessionibus innati. Vernacula quaeque. Th. C. XIII. 1. c. 12. sq. de lustr. collat. — **§. 2.** *Ad vernam spectans. Verna ipse.* I. **Sy.** Servus. Vernum mancipium. Vernaculus [al. Vernula.] c. 10. de R. V. 3. 32. Th. C. IX. 12. c. 2. de emend. serv.

Vernula. *Verna.* III. **Cn.** Domini vernulas suos fidelius servientes (iugo servitutis absolvunt.) Nov. Val. III. de XXX. ann. praescr. II. 27. c. 1. §. 2. (Cf. v. Vernaculus. §. 2.)

Vernus. (Adiect.) *Vernaculus.* Cf. h. v. §. 2.

Vero. (Advb.) *Vere.* III. **Cn.** Veritatem spectamus, an vero [al. vera, s. vere] castrensis notitia, vel adfectio fuit, non quod quis finxit. fr. 8. de castr. pec. 49. 17. Ea (sc. venditio,) qua quasi pupillaris [vero] distractus est (sc. fundus.) fr. 5. §. 2. de reb. eor. qu. s. tut. 27. 9.

Vero. (Coniunct.) *Tamen, Contra.* III. **Cn.** Olim etc. — Nunc vero, s. Postea vero. Gai. II. 142. sq. 197. Si quidem. — Si vero. Cf. v. Si quidem. Si ipsa res etc. — sin vero etc. fr. 18. Qu. met. c. 4. 2. At vero etc. Gai. IV. 107. An successori quoque eius dari debeat? an vero etc. fr. 7. de feriis. 2. 12. Non vero in totum abstinere, — sed modum adiicere. fr. 6. §. 3. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Casu maiore, non vero negligentia. fr. 7. pr. de edendo. 2. 13.

Verres. *Aper masculus.* III. **Cn.** Ne quis canem, verrem, [vel minorem aprum,] lupum, — aliudve quod

quod noceret animal etc. fr. 40. §. 1. fr. 41. de Aedil. edict. 21. 1.

Versa-vice. Cf. v. Vices. §. 1.

Versare. §. 1. *Adsidue vertere.* I **Sy.** Colere (rus.) Versare (arva.) Th. C. VII. 20. c. 7. c. 11. de veteran. — §. 2. *Convertere, Conferre.* I. **Sy.** Vertere (in rem alicuius.) fr. 18. de in rem verso. 15. 3. fr. 21. pr. ad S. C. Vell. 16. 1.

Versari. §. 1. *Manere, Esse.* II. **Op.** Dum in vita versantur. — Si fati munus expleverint. Th. C. VII. 8. c. 16. pr. §. 1. de metat. III. **Cn.** Ius, in quo versamur. fr. 2. §. 43. de O. I. 1. 2. In tantae — causae meditatione versentur. Nov. Val. III. de testam. II. 21. c. 2. §. 3. Nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum. fr. 2. §§. 42. 47. l. l. 1. 2. — §. 2. *Tractare, Agere.* III. **Cn.** Si quis ita simpliciter versatus sit, ut etc. fr. 6. §. 4. de N. G. 3. 5. Si imperite versatus est, — si negligenter, — si dolo malo. fr. 1. §. 1. fr. 2. §. 1. si mensor. 11. 6. fr. 1. §. 3. de magistr. conv. 27. 8. Praedonio more versari coepit. fr. 25. §. 5. de hered. pet. 5. 3. Qui male in tutela, sive cura, versati. fr. 1. §. 7. de off. Prf. Vr. 1. 12. In repub. sinisterius versati. Th. C. IX. 27. c. 2. ad L. Iul. repet. Qui in facultates Stiliconis et actus videntur esse versati etc. Ib. IX. 42. c. 21. de bon. proscr. — §. 3. *Contineri, Comprehendi, Inesse.* I. **Sy.** Intervenire, Verti, (utilitatem.) Coll. LL. M. X. 2. fr. 5. §. 2. commod. 13. 6. III. **Cn.** In stipulationibus ius continetur, in pactis factum versatur. fr. 27. §. 2. de pact. 2. 14. Non valere pactionem, quasi in ea re Praetoris imperium versetur. fr. 7. §. 14. ib. 2. 14. fr. 17. §§. 2. sqq. fr. 27. pr. de procur. 3. 3. In quo (sc. officio) non sola opera — versaretur, sed etiam periculum rei familiaris. fr. 1. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. Magna utilitas absentium versatur, ne etc. fr. 1. de N. G. 3. 5. Aequum est, in damno eum non versari. fr. 45. §. 2. ib. 3. 5. Si sola turpitudo accipientis versetur. fr. 5. §. 1. de calumn. 3. 6. An inter me et heredem ius adcrescendi versetur? fr. 6. §. 1. de usufr. adcr. 7. 2. Interdum in negot. gestor. actione — dolum solummodo versari. fr. 3. §. 9. de N. G. 3. 5.

Versicolor. (Adiect.) *Qui tinctu, aut pictura, vertit nativum colorem.* III. **Cn.** Lanae adpellatione versicoloria non contineri, sed ea — quae tincta sunt et neta. fr. 70. §. 12. fr. 78. §. 5. de legat. III. (32.) Cf. Paul. III. 6. §. 82. Vestis, — lana, linum, purpura, versicoloria facta infectaque omnia. fr. 32. §. 6. de auro arg. 34. 2.

Versicolorius. (Adiect.) Idem. III. **Cn.** Anuli, et vestis, tam coloria, quam versicoloria. fr. 32. §. 7. l. l. 34. 2. Lana, — sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria. Paul. III. 6. §. 82.

Versus. (Partic.) *Redactus, Conversus, Collatus.* I. **Sy.** Redactus (in patrimonium, v. rem, alterius.) fr. 20. pr. de d. m. 4. 3. fr. 2. pr. Qu. c. eo qui in al. pot. 14. 5. III. **Cn.** In rem versum videtur, prout aliquid versum est. — Durat, — Desinit (versum.) fr. 10. §§. 4. 6. de in rem verso. 15. 3. Etiamsi pecunia non sit in rem (eius) versa, tamen etc. fr. 31. pr. de N. G. 3. 5. Nec de peculio actionem esse, nec in rem domini versam videri. fr. 20. pr. de d. m. 4. 3. Gai. IV. 73. sq.

Versus. (Subst.) *Linea scripturae.* III. **Cn.** Suggestum, duo paene millia librorum esse conscripta, et plus quam trecenties decem millia versuum a veteribus effusa. c. 2. §. 1. de vet. iure enucl. 1. 17.

Versutia. *Machinatio, Astutia.* III. **Cn.** Excogitandae fraudes, et versutiae exserendae. Th. C. XI. 36. c. 27. Quor. adp. n. rec. Versutiis calliditatis commenta miscentibus. Vatic. §. 35. cf. §. 273.

Versutus. (Adiect.) *Astutus, Insidiosus.* II. **Op.** Innocens industria. — Versuti quaestus. Th. C. XIII. 1. c. 12. c. 16. de lustr. coll. III. **Cn.** Versutis fraudibus (lacerare, sc. rationes.) Ib. VIII. 1. c. 6. de numerar. Praestigia versuti iuris. c. 28. ad L. Iul. de adult. 9. 9.

Vertere. §. 1. *Contorquere.* III. **Cn.** In alterius praemium verti (alienum metum, non oportet.) fr. 14. §. 5. Qu. met. c. 4. 2. — §. 2. *Conferre se.* III. **Cn.** Qui in fugam versi esse dicuntur. Th. C. X. 1. c. 16. de iure fisci. — §. 3. *Convertere, Redigere.* (Cf. v. Versus.) I. **Sy.** Versare. Cf. h. v. §. 2. Convertere. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Sumere pecuniam mutuam, eamque in rem (meam) vertere. fr. 36. de N. G. 3. 5. Servus, vel filiusfam., si acceptam pecuniam in rem patris — verterit. Paul. II. 9. §. 1. fr. 14. l. l. 3. 5. fr. 3. §. 1. Qu. ex c. in poss. 42. 4. — §. 4. *Mutare, Transferre.* III. **Cn.** Diaetas transformare, — vel aditus posticasve vertere [al. evertere,] vel refugia aperire etc. fr. 13. §. 7. de usufr. 7. 1. — §. 5. *Verti, i. e. Ventilari, Tractari.* III. **Cn.** Eadem quaestio in omnibus iudiciis vertitur. fr. 22. de exc. rei iud. 44. 2. cf. c. 15. de usufr. et habit. 3. 33. In aliis rebus, quae in causis vertuntur. fr. 1. §. 1. de interr. in iure. 11. 1. fr. 7. §. 3. de iure delib. 28. 8. — §. 5. A. *Verti, i. e. Versari, Contineri.* III. **Cn.** Non enim factum, sed ius in hac stipulatione vertitur. fr. 38. §. 6. d. V. O. 45. 1. cf. fr. 3. §. 7. de don. int. V. 24. 1. In interdicto possessio, in actione proprietas vertitur. fr. 14. §. 3. de exc. rei iud. 44. 2. Cum — eius, qui comparavit, periculum vertatur. fr. 15. §. 6. de re iud. 42. 1. fr. 98. de R. I. 50. 17.

Vervecarius. (Subst.) *Pastor vervecum.* III. **Cn.** Arator, aut porcarius, aut vervecarius, aut alii servi. L. Rom. Burg. tit. 2.

Vervecinus. (Adiect.) *Qui est ex vervece.* III. **Cn.** Laridum. — Carnis vervecina. Th. C. VII. 4. c. 6. de erog. mil. ann.

Vervex. *Aries castratus.* III. **Cn.** Qui porcam, vel capram, vel vervecem abduxit. fr. 1. §. 2. de abig. 47. 14.

Verum. (Coniunct.) §. 1. *Sed.* III. **Cn.** Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui etc. — Proculiani autem eum etc. — verum Priscus eum puberem esse etc. Vlp. XI. 28. Cogendi quidem sumus, — verum ad hoc tantum cogi aequum est, ut etc. fr. 1. §. 2. de feriis. 2. 12. Non solum, v. tantum, — verum quoque, v. etiam. Cf. v. Solum, v. Tantum. — §. 2. *Tamen.* I. **Sy.** Verum. Verumtamen. fr. 1. §. 20. ut legat. serv. c. 36. 3. fr. 11. §. 7. de iniur. 47. 10. fr. 6. pr. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. **Cn.** Quamquam

— non datur, verum marito (actio competit.) fr. 11. §. 7. l. 47. 10. Licet in praeiudicio possessor patronus videtur, verum partibus actoris non libertum fungi debere, sed eum qui etc. fr. 18. pr. de probat. 22. 3.

Verus. (Adiect.) **§. 1.** *Veritate subnixus. Non simulatus.* II. **Op.** Falsus. fr. 177. de V. S. 50. 16. fr. 65. de R. I. 50. 17. Simulatus. Cf. h. v. III. **Cn.** Neque vera, neque universa suggessisse. Th. C. XI. 30. c. 11. de adp. et poen. Vera, et certa scientia. fr. 76. l. l. 50. 17. Si, quae adfirmas, vera sunt. Vatic. §. 266. a. Ignorans universa, quae in vero erant. fr. 9. §. 2. de transact. 2. 15. Si verum amamus. fr. 63. §. 1. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 2.** *Iustus, Conveniens.* I. **Sy.** Ex veritate facienda, Vera (aestimatio.) fr. 15. §. 1. de iudic. 5. 1. fr. 42. fr. 62. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. II. **Op.** Speciosa, — Vera (ratio.) Gai. I. 190. Certa, — Vera (quantitas.) fr. 2. §. 5. Qui satisd. cog. 2. 8. Id, quod interest. — Verum pretium. fr. 5. pr. de in rem verso. 15. 3. fr. 50. pr. de furt. 47. 2. fr. 179. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Et verius, et honestius est, (existimari etc.) fr. 51. de don. int. V. 24. 1. Non utique fatetur, sed tamen verum est (eum non negare.) fr. 142. de R. I. 50. 17. Nihilominus hoc verum manet, etiamsi postea in contrarium pacti simus. Gai. IV. 126. Quod diximus, — utique de eo verum est, qui etc. Id. III. 109. IV. 60. Aristonem adnotare, haec vera esse; et sunt vera. Vatic. §. 88. Verissimum est, et ita Celsus quoque scribit. fr. 3. si qu. in ius voc. 2. 5. Non per omnia verum est, (quod Papinianus ait.) fr. 7. §. 10. de minor. 4. 4. Coll. LL. M. II. 5. fr. 16. de iudic. 5. 1. — **§. 3.** *Legitimus.* I. **Sy.** Revera, Verus (heres.) fr. 29. §. 1. de statulib. 40. 7. II. **Op.** Falsus (tutor etc.) Cf. h. v. Si verus procurator fuit. — Quodsi procurator non est. fr. 26. §. 5. mand. 17. 1. III. **Cn.** Verus dominus eam (sc. usucaptam rem) condicere non potest. fr. 13. pr. de m. c. donat. 39. 6. Vera ratione non deberi. fr. 3. pr. ad L. Falc. 35. 2. Qui verum debitum persolvere compellitur. fr. 49. de re iud. 42. 1. Vero debitori redditum pignus. fr. 3. de pact. 2. 14. Verus filius. fr. 11. de iure delib. 28. 8.

Vesania. **§. 1.** *Amentia, Stultitia.* III. **Cn.** Haereticorum, v. paganorum, vesania. Th. C. XVI. 6. c. 6. §. 1. ne S. bapt. cf. XVI. 5. c. 15. de haeret. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8. — **§. 2.** *Temeritas.* I. **Sy.** Violentia manifesta. Procax vesania. Th. C. XI. 36. c. 14. Quor. adp. n. rec.

Vesanus. (Adiect.) *Insanus.* III. **Cn.** „Vidua", sic dicta est, quasi „vecors, vesanus", qui sine corde, aut sanitate esset. fr. 242. §. 3. de V. S. 50. 16. Dementes, vesanosque (haeretici dogmatis infamiam sustinere.) Th. C. XVI. 1. c. 2. de fide cath. XVI. 10. c. 7. de pagan.

Vescere, s. **Vesci.** **§. 1.** *Comedere.* I. **Sy.** Cibum capere, Vescere. Th. C. IX. 45. c. 4. pr. §. 2. de h. qui ad eccl. III. **Cn.** „Fruges", omnes esse, quibus homo vescatur. fr. 77. de V. S. 50. 16. Quod in convivio vescendi causa ponitur. fr. 4. pr. de aleat. 11. 5. — **§. 2.** *Pascere, Alere.* III. **Cn.** Ventrem vesci de alieno. fr. 7. §. 1. de ventre in poss. 37. 9. Deminutio ex his bonis fieri debet, vescendi pupilli causa. fr. 33. pr. de bon. auct. iud. 42. 5. cf. fr. 7. §. 3. de iure delib. 28. 8.

Vesica. *Vrinae receptaculum in corpore animalis.* III. **Cn.** Vitio vesicae collectum humorem continere non posse. fr. 14. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Vespasianus. *Imperator R.*, (qui ante Titum tenuit principatum.) III. **Cn.** Edicto D. Vespasiani, et S. Cto vetitum est. c. 2. de aedif. priv. 8. 10. D. Vesp. —, restituit iuris gentium regulam. Gai. I. 85. Cael. Sabinus, qui plurimum temporibus Vespasiani potuit. — Pegasus, qui temporibus Vespasiani praefectus urbi fuit. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2.

Vespertilio. Cf. v. Vespillo.

Vespertinus. (Adiect.) *Ad vesperam pertinens.* II. **Op.** Matutinus. Cf. h. v. III. **Cn.** Magistratibus, vespertinis temporibus in publicum esse, inconveniens erat. fr. 2. §. 31. de O. I. 1. 2.

Vespillo. *Effossor cadaverum.* (Vilissimorum furum genus.) III. **Cn.** Sanum esse, furem non esse, vespillonem [al. vispellionem, v. vespertilionem] non esse. fr. 31. de eviction. 21. 2. Si vespillonem [al. vispellionem,] aut alias turpem dederit hominem. fr. 72. §. 5. de solut. 46. 3. cf. fr. 7. ad S. C. Treb. 36. 1.

Vesta. *Dea virgo, Saturni filia,* (in cuius templo Romae servabatur perpetuus ignis.) I. **Sy.** Vestales, Vestae (virgines.) Gai. I. 130. Vlp. X. 5.

Vestalis. (Adiect.) *Ad cultum Vestae pertinens.* III. **Cn.** Virgines Vestales, in honorem sacerdotii, liberas (sc. a tutela) esse voluerunt veteres. Gai. I. 145. Cf. Fr. Labeonis, I. Cti, ap. Gell. I. 12. Exeunt liberi — de patris potestate, — feminini sexus, si virgines Vestales capiantur. Gai. I. 129. Exceptis porticus Zeuxippi, virginumque Vestalium, quot regiones urbis sunt, totidem etc. Th. C. XIII. 3. c. 8. pr. de medic. et prof.

Vester. (Pronom.) *Ad vos pertinens.* I. **Sy.** Tuus (procurator etc.) c. 18. c. 22. de solut. et liber. 8. 43. III. **Cn.** IIvir dixit: Sermo vester in actis erit. Vatic. §. 112.

Vestiarium. (Subst.) *Vestitus.* I. **Sy.** Vestitus. fr. 4. pr. fr. 6. de alim. v. cibar. 34. 1. II. **Op.** Cibaria. Cibus. Calciarium. Cf. h. vv. III. **Cn.** Alimenta, et vestiarium. Cf. v. Alimentum. In vestiarium, s. Vestiarii nomine, dare etc. (nummos.) fr. 66. §. 1. sol. matrim. 24. 3. fr. 18. pr. de alim. v. cibar. 34. 1.

Vestiarius. (Subst.) **§. 1.** *Is, cui custodia et cura vestium commissa est.* III. **Cn.** Obsonatores, et vestiarii, et cellararii, et cubicularii etc. Paul. III. 6. §. 72. cf. §. 56. — **§. 2.** *Qui vestimentis negotiatur.* III. **Cn.** Vestiarii, vel lintearii. Negotiator vestiarius. fr. 5. §. 4. de inst. act. 14. 3. fr. 45. de oper. libert. 38. 1. c. 7. de excus. mun. 10. 47.

Vestibulum. **§. 1.** *Locus ante aedium ianuam.* I. **Sy.** Locus ante ianuam domus vacuus. Fr. C. Aelii Galli, I. Cti. Ap. Gell. XVI. 5. III. **Cn.** Vestibulum commune binarum aedium. fr. 19. §. 1. comm. div. 10. 3. — **§. 2.** *Aditus cuiusque rei.* II. **Op.** Prima vestibula. — Arcana. Penetralia. c. 2. §. 11. de vet. iure enucl. 1. 17. — **§. 3.** *Ambitus intra tectum, undique clausus.* III. **Cn.** Vbi nox gemina-

verit custodiam, vestibulis carcerum — recipi. Th. C. IX. 3. c. 1. pr. de cust. reor.

Vesticula. *Vestiarium.* III. **Cn.** Cum — ibi libros, et vitreamina, et vesticulam [al. vestispicam] habuerit. fr. 18. §. 13. de instr. leg. 33. 7.

Vestigare. *Investigare.* III. **Cn.** Tota sagacitate vestigent (idoneos ex diversis officiis.) Th. C. XII. 6. c. 5. de susceptor. praep. Nov. Val. III. de off. et numer. II. 22. c. 1. §. 2.

Vestigator. *Qui vestigia ferarum investigat.* III. **Cn.** Venatores, et vestigatores, et canes, et caetera quae ad venationem sunt necessaria. fr. 12. §. 12. de instr. leg. 33. 7.

Vestigium. **§. 1.** *Gradus, Processus.* III. **Cn.** Imperfecta Latinorum libertas incertis vestigiis titubat. c. 1. pr. de Lat. libert. 7. 6. — **§. 2.** *Impressio.* III. **Cn.** Ferarum vestigiis latera persecare. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. servor. — **§. 3.** *Indicium, Signum.* III. **Cn.** Finita patris adoptivi potestate, nullum ex pristino retinetur vestigium. fr. 13. de adopt. 1. 7. In mediocri vestigio facinoris huius inventi. Th. C. XVI 5. c. 9. §. 1. de haeret. Acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis. Ib. IX. 19. c. 2. §. 1. ad L. Corn. de falso. — **§. 4.** *Momentum temporis.* III. **Cn.** E vestigio. In vestigio ipso. Cf. v. Evestigio.

Vestimentum. *Vestitus, Vestis.* I. **Sy.** Vestis. fr. 22. sq. fr. 33. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §§. 79. sqq. III. **Cn.** Vestimenta, et stramenta. fr. 234. §. 2. cf. fr. 45. de V. S. 50. 16. Vestimentorum sunt omnia, — quae induendi, praecingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, incubandive causa parata sunt. fr. 23. §. 1. de auro arg. 34. 2. Vestimenta — aut virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica. fr. 23. §. 2. cf. fr. 1. pr. ib. 34. 2. Fulloni polienda, curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dare. Gai. III. 143. 162. 205. Si ex lana mea vestimentum feceris. Id. II. 79.

Vestire. **§. 1.** *Vestitu instruere.* III. **Cn.** Pascere servum, vestire, curare. fr. 11. §. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. Vestis, qua [al. quam] vestitus est, sc. servus. fr. 14. §. 15. de furt. 47. 2. — **§. 2.** *Vestire, s. Vestiri, i. e. Ornari, Instrui.* III. **Cn.** Qui — codicillis proconsularibus, — vel insignibus consularium — vestiuntur. Th. C. VI. 22. c. 5. de honor. codic. Tondeatur, et stolam monachicam vestiat. — Postquam religiosam vestem vestitus est etc. Iul. ep. nov. c. 4. §§. 13. 16.

Villa. ***Aedificium extra urbem, in agro positum.*** I. ***Sy.*** Aedificium fundi, s. rusticum. fr. 81. §. 3. de legat. I. (30.) fr. 211. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Non solum in oppidis, — sed et in villis, et in vicis. fr. 198. ib. 50. 16. Paul. V. 20. §§. 1. sq. Possessione, domo, villa, agrove deiicere. Id. V. 26. §. 3. cf. V. 3. §. 3. Villae, et aedificia, et monumenta. fr. 4. pr. de R. D. 1. 8. Th. C. IX. 17. c. 1. de sepulc. viol. Villa urbana. fr. 11. §. 4. locat. 19. 2. Villa, — necessaria cogendis et conservandis fructibus. fr. 50. de usufr. 7. 1. Villis, vel agris, separatim legatis. Paul. III. 6. §. 68. cf. fr. 27. pr. fr. 60. pr. de V. S. 50. 16.

Villica. ***Ancilla, quae in contubernio villici est.*** I. ***Sy.*** Contubernalis villici. fr. 41. §. 5. de legat. III. (32.) III. ***Cn.*** Severus villicus, et Victorina villica, Severi contubernalis. fr. 41. §. 15. de fideic. libb. 40. 5.

Villicus. **§. 1.** ***Qui in villa operi rustico praepositus est.*** III. ***Cn.*** Villicus propter fructus percipiendos, non propter quaestum praeponitur. Si tamen villicum distrahendis quoque mercibus praepositum habuero etc. fr. 16. de instit. act. 14. 3. Villicus, et caeteri servi ad culturam missi. fr. 32. de pign. 20. 1. Qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, non multum abest a villico. fr. 166. pr. fr. 203. de V. S. 50. 16. Villici, et monitores. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7. Paul. III. 6. §. 35. Villici, vel procuratores possessorum. fr. 1. §. 1. de fugit. 11. 4. — **§. 2.** ***Qui urbanis aedificiis praefectus est.*** III. ***Cn.*** Fundi procurator, vel domus urbanae villicus. Th. C. XVI. 5. c. 36. §. 1. de haeret.

Vinacea. ***Reliquiae uvae expressae.*** III. ***Cn.*** Idem est et in uvis, et in musto, et in vinaceis [al. vinaciis.] fr. 52. §. 14. de furt. 47. 2. cf. fr. 14. §. 3. de cond. furt. 13. 1.

Vinarius. (Adiect.) **§. 1.** ***Ad vinum pertinens.*** III. ***Cn.*** Vinaria, et olearia (cella.) fr. 10. §. 4. de usu et habit. 7. 8. Vasa vinaria, vasa torcularia. fr. 17. pr. de A. E. V. 19. 1. fr. 206. de V. S. 50. 16. cf. fr. 21. §. 5. de furt. 47. 2. Horreum vinarium, cum vino, et vasis, et instrumento. fr. 7. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** ***Ebriosus.*** III. ***Cn.*** Aleatores, et vinarii, — gulosi etc. fr. 4. §. 2. fr. 25. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1.

Vincere. **§. 1.** ***Certamine superare.*** III. ***Cn.*** Qui quondam adversus populum R. armis susceptis pugnaverunt, et deinde victi se dediderunt. Gai. I. 14. — **§. 2.** ***Opprimere, Deprimere.*** (Cf. v. Victus. §. 2.) III. ***Cn.*** Cum philosophum te esse proponas, vinceris avaritia et rapacitate. c. 6. de mun. patrim. 10. 41. — **§. 3.** ***Potior esse, Praeferri.*** III. ***Cn.*** Rationem vincere, aut legem. c. 2. Qu. sit longa consu. 8. 53. Ne quis, occasione iuris, sanguinis necessitudinem vinceret. Coll. LL. M. XVI. 9. Qui licitatione vicit. fr. 6. fam. ercisc. 10. 2. fr. 9. pr. de publican. 39. 4. — **§. 3. A.** ***Obtinere litem. Iudicio superare adversarium.*** I. ***Sy.*** Superare, Obtinere. Cf. v. Superare. §. 1. III. ***Cn.*** Si victus sit debitor, vindicans hereditatem. fr. 3. pr. de pignor. 20. 1. fr. 11. pr. de exc. rei iud. 44. 2. cf. fr. 35. de Aedil. edict. 21. 1. Qua formula ita demum vincimus, si probaverimus etc. Gai. IV. 93. cf. 13. Sententia vinci. fr. 3. pr. de usur. 22. 1. Si — unus ex his liti substitit, — omnibus vincit, aut vincitur; recteque cum caeteris agam, quod evictionis nomine victi sint. fr. 62. §. 1. de evict. 21. 2. Victus quis eius maleficii, cuius poena est statuta. Procurator victus. fr. 244. de V. S. 50. 16.

Vincire. (Cf. v. Vinctus.) **§. 1.** *Nectere, Ligare.* III. ***Cn.*** Qui sciens alienam rem aedificio inclusit, vinxitve [al. iunxitve, s. iniunxitve.] fr. 1. §. 2. de tign. iunct. 47. 3. — **§. 2.** *Vinculis onerare.* II. ***Op.*** Solvere. fr. 27. de pignor. 20. 1. III. ***Cn.*** Secum ducito, vincito, aut nervo aut compedibus. L. XII Tabb. III. 3. Gai. IV. 21. Qui quem ferro vinxit. Paul. I. 7. §. 9. Diligens custodia etiam vincire permittit. fr. 1. §. 7. de fugitiv. 11. 4. Ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vincirive iubendum, exve vinculis dimittendum, aliquid accepisse. fr. 7. pr. ad L. Iul. repet. 48. 11. Cf. Paul. IV. 12. §. 8. Qui hominem liberum vinxerit, suppresserit, incluserit, operamve ut id fieret dederit. Id. V. 6. §. 14. Coll. LL. M. XIV. 2. sq. Cf. v. Invinctus. — **§. 3.** *Adstringere.* I. ***Sy.*** Teneri, Vinciri (nexibus necessitudinis.) Th. C. VI. 4. c. 1. sq. de Praet. et Qu. III. ***Cn.*** Professione, v. Solemni lege, se vincire. Ib. VI. 2. c. 2. §. 2. de Senat. et de gleb. IX. 2. c. 3. de exhib. v. transm. In carcerem — vinciri. Ib. c. 3. 1.

Vinctus. (Partic.) **§. 1.** *Colligatus, Connexus.* III. ***Cn.*** Quoi auro dentes vincti escunt. L. XII Tabb. X. 9. Ruta caesa, vincta fixaque, (quae aedium non essent.) fr. 38. §. 2. de A. E. V. 19. 1. — **§. 2.** *Vinculis oneratus.* III. ***Cn.*** Qui eum vinctum habebit, libras farris endo dies dato. L. XII Tabb. III. 4. Vinctus, verberatus, (igni necari iubetur.) fr. 9. de incend. ruina. 47. 9. Vel vincti, vel sub fideiussoribus, (ad Praesidem remittantur.) fr. 7. ib. 47. 9. cf. fr. 23. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. Vinctus, vel ad malam mansionem extensus. fr. 7. pr. depos. 16. 3. Cf. Vlp. I. 11. Gai. I. 13. — **§. 3.** *Qui carere continetur.* III. ***Cn.*** Etiam inclusos, veluti latomiis, vinctorum numero haberi. fr. 9. ex qu. c. mai. 4. 6. Neque vinctum, neque in vinculis esse. fr. 216. de V. S. 50. 16. Cf. fr. 9. 1. 4. 6. Th. C. IX. 3. c. 6. de cust. reor.

Vinculum. **§. 1.** *Ligamen, Nexus* (corpori impositus.) III. ***Cn.*** Corpori eius vincula adhibita. fr. 216. de V. S. 50. 16. Oneratos ferreis vinculis (mitti ad etc.) Th. C. XV. 12. c. 2. de gladiat. Fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio. fr. 6. §. 2. fr. 7. de poen. 48. 19. Diligentius custodiendus (sc. furiosus,) ac, si putabis, etiam vinculo coërcendus. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. In publico, sine vinculis, servari. fr. 48. de V. S. 50. 16. Ruptis vinculis, et effracto carcere, evadere. fr. 13. de cust. reor. 48. 3. — **§. 2.** *Vincula, i. e. Carcer,* (in quo noxii detinentur.) III. ***Cn.*** Eum, qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum, neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita. fr. 216. de V. S. 50. 16. cf. fr. 9. sq. ex qu. c. mai. 4. 6. „Vinculorum" adpellatio, vel privata vel publica vincula significat; „Custodiae" vero, tantum publicam custodiam. fr. 224. de V. S. 50. 16. cf. fr. 9. l. 4. 6. Quive in vinculis, custodiave publica erit. Coll. LL. M. IX. 2. fr. 3. §. 5. de testib. 22. 5. Qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus decesserunt. fr. 45. §. 1. de iure fisci. 49. 14. cf. fr. 3. §. 7. de bon. eor. qui a. sent. 48. 21. Minimae (delictorum poenae:) relegatio, exsilium, opus publicum, vincula. Paul. V. 17. §. 3. cf. V. 4. §. 22. V. 18. §. 1. Vinculum insulae. fr. 5. de interd. et rel. 48. 22. In publica, vel in privata vincula ductus. fr. 23. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 2. pr. de cust. et exhib. 48. 3. — **§. 3.** *Necessitas, Onus, Obligatio.* I. ***Sy.*** Nexus. Cf. h. v. §. 2. Onus (obligationis.) fr. 67. de procur. 3. 3. Consortium, Vincula (curiae.) Th. C. IV. 9. c. 3. c. 7. ad S. C. Claud. XII. 1. c. 19. c. 155. de decurion. Observatio, Severitas, Vincula (legum.) Ib. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult. II. ***Op.*** Vinculum servitutis. — Manumissio. Vatic. §. 6. III. ***Cn.*** Vinculum aequitatis, quo solo sustinebatur (sc. naturalis obligatio,) conventionis aequitate dissolvitur. fr. 95. §. 4. de solut. 46. 3. cf. fr. 59. de cond. indeb. 12. 6. Eodem modo vinculum obligationis solvitur, quo quaeri adsolet. fr. 46. de A. v. A. P. 41. 2. Irritam cautionem esse factam, et pignoris vinculum solutum. fr. 39. §. 5. de adm. et peric. 26. 7. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. 1. Quasi soluta priore vinculo, legitimis nuptiis secundis iuncta est. fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Remoto familiae vinculo, (pro herede gerere videri.) fr. 87. pr. de A. v. O. H. 29. 2. Aliquo vinculo necessitudinis, vel adfinitatis, pupillo coniunctus. fr. 9. de susp. tut. 26. 10. Inhonestum, — vinculo poenae matrimonia obstringi. fr. 134. pr. de V. O. 45. 1. Iuris vinculum non obtinent (contractus imaginarii.) fr. 54. de O. et A. 44. 7. Th. C. XII. 1. c. 160. de decurion. Ad propriae — originis vincula revocari. Ib. X. 20. c. 14. de murileg. Subire inscriptionis vinculum. Ib. IX. 1. c. 11. c. 14. de accus. IX. 2. c. 6. de exhib. v. transm.

Vindemia. **§. 1.** *Collectio uvarum.* III. ***Cn.*** Tempus, cum messis vindemiaeque sunt. fr. 1. pr. §. 2. fr. 3. pr. fr. 4. de fer. 2. 12. — **§. 2.** *Uvae ipsae. Vinearum reditus.* II. ***Op.*** Aridi fructus. fr. 50. de iure fisci. 49. 14. III. ***Cn.*** Tritum frumentum, aut oleum factum, aut vindemia coacta. fr. 13. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Pendentem vindemiam emere. fr. 25. de A. E. V. 19. 1. Si vindemia legata esset, vel messis. fr. 6. usufr. quemad. cav. 7. 9.

Vindemialis. (Adiect.) *Ad vindemiam spectans.* III. ***Cn.*** Messivae feriae, et vindemiales. Cf. v. Messivus.

Vindemiatorius. (Adiect.) Idem. III. ***Cn.*** Falces messoriae, — quali vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvae comportantur. fr. 8. pr. de instr. leg. 33. 7.

Vindex. **§. 1.** *Vltor.* III. ***Cn.*** Maritus, genialis tori vindex. Th. C. IX. 7. c. 2. ad L. Iul. de adult. — **§. 2.** *Is, qui reum iudicio defendit.* I. ***Sy.*** Qui alterius personam defendit. Gai IV. 46. fr. 22. §. 1. de in ius voc. 2. 4. Qui endo em iure vindicit. L. XII Tabb. III. 3. Gai. IV. 21. III. ***Cn.*** Nec licebat iudicato manum sibi depellere, et pro se lege agere; sed vindicem dabat, qui pro se causam agere solebat; qui vindicem non dabat, domum ducebatur ab actore. Gai. IV. 21. 25. Qui ita vadimonium Romam — non promiserit, aut vindicem locupletem ita non dederit. L. Gall. Cisalp. II. 22. Gai. IV. 46. Assiduo vindex assiduus esto; proletario quoi quis volet vindex esto. L. XII Tabb. I. 4. — **§. 3.** *Defensor publicus,* (in civitatibus singulis custos rei tributariae constitutus. Io. Lydus de magistr. reip. R. III. 49.) III. ***Cn.*** Curatoris hoc uniuscuiusque civitatis vindicibus, et eius-

dem iudicis adparitoribus. Th. C. III. 11. c. 1. §. 1. si quac. praed. pot.

Vindex. *Nomen personae.* III. **Cn.** Cum Brutus, qui primus Romae Cos. fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis [al. Vindicii,] Vitelliorum servi, qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Theophili par. Inst. I. 5. §. 4.

Vindex. (Adiect.) *Ad ultionem spectans.* III. **Cn.** Flammis vindicibus expiare (scelus.) Th. C. IX. 7. c. 6. ad L. Iul. de adult. Nov. Iust. 128. c. 5.

Vindicare. **§. 1.** *Vlcisci, Animadvertere.* I. **Sy.** Vlcisci (mortem, v. crimen.) fr. 15. cfr. 18. de S. C. Silan. 29. 5. Th. C. IX. 24. c. 2. de raptu virgg. Defendere. Cf. h. v. §. 5. Accusare. fr. 13. pr. §§. 1. sq. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Animadvertere, Punire, Infligere poenam. Paul. V. 4. §§. 4. sqq. V. 23. §. 1. III. **Cn.** Iure belli res vindicatur. Gai. III. 94. Damnum iniuria datum hac parte (sc. legis) vindicatur. Id. III. 217. In eos — extra ordinem vindicatur. Paul. V. 4. §§. 16. sq. Cf. V. 1. §. 5. Congruentis poenae supplicio vindicatur. Id. V. 4. §. 7. Melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicari. Th. C. IX. 14. c. 2. ad L. Corn. de sicar. Ipse audiam omnia, ipse cognoscam, — ipse me vindicabo. Ib. IX. 1. c. 4. de accusat. Cf. III. 11. c. 1. pr. si quac. praed. pot. fr. 9. de iurisd. 2. 1. — **§. 2.** *Adserere sibi rem,* (tamquam suam ex iure Quiritium.) *Petere in rem actione.* I. **Sy.** Intendere, rem suam ex iure Quiritium esse. Gai. II. 194. Per rei vindicationem, s. In rem actione petere. fr. 1. §. 2. fr. 23. §. 1. de R. V. 6. 1. cf. fr. 3. §. 8. de riv. 43. 21. Petere (p. se pos.) Vatic. §. 92. fr. 16. §. 7. de hered. pet. 5. 3. fr. 21. §§. 1. sqq. de exc. rei iud. 44. 2. fr. 25. pr. de O. et A. 44. 7. Accedere, Admitti, ad (sc. hereditatem, s. bona.) fr. 99. de A. v. O. H. 29. 2. fr. 2. §§. 2. sq. ad S. C. Tert. 38. 17. Confiscare, Fisco vindicare. Cf. v. Confiscare. III. **Cn.** Postquam hic (sc. cui res in iure ceditur,) vindicaverit, [Praetor interrogat] eum, qui cedit, an contra vindicet? Quo negante, aut tacente, tunc ei, qui vindicaverit, eam rem addicit. Gai. II. 24. IV. 16. Vlp. XIX. 9. sq. Quem quis in libertatem vindicare velit. fr. 12. pr. ad exhib. 10. 4. fr. 3. de liberali. c. 40. 12. Ex lege Quiritium vind. Vindicare, suum esse (sc. filium.) fr. 1. §. 3. de R. V. 6. 1. Gai. I. 134. Meum est, — cuius vindicandi ius habeo. fr. 49. §. 1. l. l. 6. 1. Vindicare, nostrum esse. fr. 66. ib. 6. 1. fr. 6. §. 2. de confess. 42. 2. Dominium vindicare. fr. 16. §. 5. de pign. 20. 1. fr. 8. §. 1. de liberali c. 40. 12. Vatic. §. 315. Vindicandarum servitutum ius. fr. 1. §. 4. de remiss. 43. 25. cf. fr. 4. pr. de servit. 8. 1. Vatic. § 92. Cum istarum personarum nihil suum esse possit, conveniens est, — ut nihil (omnino) in iure vindicare possint. Gai. II. 96. cf. IV. 16. fr. 215. de V. S. 50. 16. Et vindicare, et alienare, et servitutem praedio imponere posse. fr. 205. de R. I. 50. 17. Ad exhibendum agere, vel vindicare, vel condicere. fr. 1. §. 3. de aleat. 11. 5. cf. Gai. II. 79. Si a me vindicaret, exceptione rei iudicatae submoveretur. fr. 40. §. 2. de procur. 3. 3. Ius non habeat vindicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum. fr. 2. §. 2. Qu. pet. tut. 26. 6. fr. 11. pr. de exc. rei iud. 44. 2. cf. fr. 6. §. 7. de iniusto rupt. 28. 3. Caduca vindicare. Gai. II. 207. 285. Vlp. XVII. 2. XXV. 17. — **§. 3.** *Vsurpare, Praesumere.* III. **Cn.** Nomina Praesidibus Pr. mittere, non ipsos arbitrium dandi sibi vindicare. fr. 1. §. 10. de magist. conv. 27. 8. Praefectura Vr. sibi vindicavit (omnia crimina.) fr. 1. pr. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. Cum honori suo provinciales id vindicent. fr. 7. pr. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Biennii vacationem vindicare posse. fr. 7. de legation. 50. 7. Propria sibi commoda inique vindicantes. fr. 6. §. 6. de off. Praes. 1. 18. — **§. 4.** *Eximere, Liberare.* I. **Sy.** Fieri exsortes, Vindicari ab (sordidis muneribus.) Th. C. XI. 16. c. 14. sq. de extr. s. sord. III. **Cn.** Ab omni nexu curiali personam propriam vind. Ib. VII. 1. c. 6. pr. de R. M. Ab huius oneris curatione privilegia vindicabant (sc. domus clementiae nostrae.) Ib. XV. 3. c. 4. de itin. mun.

Vindicatio. **§. 1.** *Exercitium in rem actionis. Ipsa in rem actio.* I. **Sy.** In rem actio. Gai. IV. 5. fr. 25. pr. de O. et A. 44. 7. II. **Op.** Actio (personalis.) Condictio. Vatic. §. 43. Gai. IV. 5. 8. fr. 1. fin. regund. 10. 1. c. 7. de revoc. donat. 8. 56. Non in vindicatione, sed in petitione consistit (ius omne fideicommissi.) Paul. IV. 1. §. 18. III. **Cn.** In eam partem, perinde atque in totam rem praesentem, fiebat vindicatio. Gai. IV. 17. Nec, quod sine effectu gestum est, vindicationem tui iuris impedit. Vatic. §. 266. a. Pignoris, v. Servitutis, vindicatio. fr. 16. §. 3. de pignor. 20. 1. fr. 9. de O. N. N. 39. 1. Redintegratae rei vindicationem pacisci. c. 1. per qu. pers. nob. adqu. 4. 27. Ab omni bonorum vindicatione intestatorum filiorum repelli. fr. 4. §. 3. cf. fr. 2. §. 2. Qu. pet. tut. 26. 6. Nec ad caducorum vindicationem (prodesse.) Vatic. §. 195. — **§. 2.** *Solemnis formula legatorum,* (qua in legatarium confertur ipsum ius vindicandae rei legatae.) I. **Sy.** Do lego, Per vindicationem (legatum.) Vatic. §§. 47. 57. 83. 85. sq. Vlp. XXIV. 2. sqq. II. **Op.** Per vindicationem, — Per damnationem, — Sinendi modo, — Per praeceptionem (legare.) Id. l. l. Gai. II. 192. sqq. 201. sqq. 209. sqq. 216. sqq. Vatic. §§. 85. sq. III. **Cn.** Ipso iure per vindicationem constitui (usumfr.) Paul. III. 6. §. 17. Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium, per vindicationem legata sit, licet iure civili non valeat legatum, tamen S. C. Neroniano firmatur. Vlp. XXIV. 11. a. cf. §. 7. (Cf. v. Neronianus.) Per vindicationem legata res, v. data optio. Id. §§. 7. 14. l. l. Gai. II. 194. sqq.

Vindicere. *Vindicis munere fungi.* I. **Sy.** Vindex esse. Cf. v. Vindex. §. 2.

Vindicia, s. **Vindiciae.** **§. 1.** *Res vindicationi obnoxia.* I. **Sy.** Id, quod vindicatur. In ius adlatae res. Frr. L. Cincii, et Servii Sulpicii, I.Ctorum. Ap. Festum v. Vindiciae. — **§. 2.** *Exercitium vindicationis, Praesentis rei adsertio,* (pendente iudicio de iure circa rem ipsam pronunciando.) III. **Cn.** Si in rem agebatur, — Praetor secundum alterum eorum vindicias dicebat, i. e. interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes adversario dare litis et vindiciarum, i. e. rei et fructuum. Gai. IV. 16. cf. 94. Vatic. §. 336. App. Claudium contra ius vindicias filiae suae a se (sc. Virginio) abdixisse et secun-

dum eum, qui in servitutem — petierat, dixisse. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. Si vindiciam falsam tulit. L. XII Tabb. XII. 3. — **§. 3.** *Ius vindicandi.* I. ***Sy.*** Vindicatio. Th. C. XIII. 5. c. 2. de navicul. XIII. 6. c. 5. sq. de praed. navic. III. ***Cn.*** Si forte maluerint, ob vindicias pistorum, hereditates eidem corpori reddere. Ib. XIII. 5. c. 2. 1.

Vindicius. Cf. v. Vindex.

Vindicta. **§. 1.** *Vltio, Poena.* I. ***Sy.*** Poena. Cf. h. v. §. 1. Vindicari debere. Vindicta dignum videri. fr. 11. §. 12. ad L. Iul. de adult. 48. 5. cf. fr. 33. de iniur. 47. 10. Insuper habere vindictam. Inultum relinquere. fr. 17. de h. qu. ut ind. 34. 9. fr. 23. pr. de iure patr. 37. 14. II. ***Op.*** Persecutio rei. Condemnatio pecuniaria. Pecunia. fr. 5. si ex nox. c. 2. 9. fr. 2. §. 4. de coll. bon. 37. 6. fr. 10. de sepulc. viol. 47. 12. III. ***Cn.*** Ab ipsis ratio et vindicta exigatur. fr. 4. §. 2. de off. Proc. et Leg. 1. 16. cf. fr. 5. si ex nox. c. 2. 9. Vindictae, aut calumniae iudicium (exspectat crimen.) Paul. V. 4. §. 12. Ad iniuriae vindictam revocari. Vindicta extraordinariae ultionis. Id. §§. 19. 21. l. l. Divina primum vindicta, post etiam motus nostri — ultione plectendi. Th. C. XVI. 1. c. 2. §. 1. de fide cath. — **§. 2.** *Virgula,* (quae imponebatur rei in iure vindicandae, item servo in libertatem adserendo.) I. ***Sy.*** Festuca. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Qui vindicabat, festucam tenebat, deinde ipsam rem adprehendebat, velut hominem, et ita dicebat: — „Ecce tibi vindictam imposui"; et simul homini festucam imponebat. — Festuca autem utebantur, quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii. Gai. IV. 16. Valer. Prob. litt. singul. de action. v. S. S. C. Vindictae impositio, qua libertas iusta munitur. c. 2. si adv. libert. 2. 31. fr. 14. §. 1. de manum. 40. 1. fr. 19. §. 4. de castr. pec. 49. 17. Iusta ac legitima manumissione liberetur, i. e. vindicta, aut censu, aut testamento. Gai. I. 17. 44. 138. Vlp. I. 6. sq. fr. 12. §. 2. de liberali c. 40. 12.

Vindius. *Nomen I.Cti,* (qui temporibus Antonini Pii vixit.) III. ***Cn.*** Vindius putat, — idque Iulianus scribit. fr. 2. §. 1. si ex nox. c 2. 9. Vind. scribit, — Marcellus autem putat. fr. 7. §. 18. de pact. 2. 14. Vind. noster (ait.) fr. 32. §. 4. ad L. Falc. 35. 2.

Vinea. *Locus vitibus consitus.* III. ***Cn.*** Agri sic in censum referantur: — arvum quot iugerum sit; vinea, quot vites habeat. fr. 4. pr. de censib. 50. 15. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Vineae, pomaria, horti. fr. 54. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Paul. V. 20. §. 3. fr. 13. §. 5. de usufr. 7. 1. Omne, — quod ex vinea natum, vinum permansit. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. L. XII Tabb. neque solvere permittit tignum furtivum, aedibus vel vineis iunctum, neque vindicare. fr. 1. pr. de tigno iunct. 47. 3. In aedificandis aedibus, et in reponendis propagandisque vineis. fr. 12. de imp. in res dot. 25. 1.

Vinearius. (Adiect.) *Ad vineam spectans.* III. ***Cn.*** Horti, — vinearii forte, vel etiam olitorii. fr. 198. de V. S. 50. 16.

Vinetum. *Pars fundi, quae plures vineas continet.* III. ***Cn.*** Vineta, et oliveta (facere.) Vlp. VI. 16. In vineto uvarum furtum factum, quamdiu in eo vineto fur sit etc. Gai. III. 184.

Vinum. **§. 1.** *Liquor ex uvis expressus.* III. ***Cn.*** Si ex uvis meis vinum feceris. — Item si ex vino et melle meo mulsum feceris. Gai. II. 79. cf. fr. 9. pr. de trit. vino. 33. 6. Uvae, — quas non vini causa haberemus. fr. 203. de V. S. 50. 16. Vinum amphorarium, aminaeum, graecum, et dulcia omnia. fr. 16. §. 2. de trit. vino. 33. 6. Vini campani boni amphorae C. fr. 75. §. 2. de V. O. 45. 1. Vinum novum, pro vetere, reddere. fr. 12. de R. C. 12. 1. Th. C. VII. 4. c. 25. de erog. mil. ann. Vinum, atque acetum. Ib. c. 4. c. 6. l. l. Res, quae in abusu continentur, utputa vinum, oleum, triticum. Vlp. XXIV. 27. cf. Gai. II. 196. — **§. 2.** *Potus quilibet vinosus.* III. ***Cn.*** Ea, quae vini loco paterfam. habuit. fr. 3. §. 4. de penu leg. 33. 9. cf. fr. 1. de trit. vino. 33. 6. Intemperantiae vina praebere. Th. C. IX. 7. c. 1. ad L. Iul. de adult. — **§. 3.** *Compotationes. Ebrietas.* III. ***Cn.*** Per vinum, aut lasciviam, lapsi. fr. 6. §. 7. de R. M. 49. 16. Si per vinum, aut desidiam custodis (id evenerit.) fr. 12. pr. de cust. et exhib. 48. 3.

Violare. **§. 1.** *Corrumpere, Minuere, Laedere.* III. ***Cn.*** Ne quid de rebus rei privatae violetur. Th. C. X. 1. c. 9. de iure fisci. Qui sepulchrum violaverint, aut de sepulchro aliquid sustulerint. Paul. I. 21. §§. 5. 9. Th. C. IX. 17. c. 4. de sepul. viol. Muros, v. Statuas etc. violare. fr. 11. de D. R. 1. 8. fr. 7. §. 4. ad L. Iul. mai. 48. 4. — **§. 2.** *Contumelia adficere.* I. ***Sy.*** Corrumpere. Cf. h. v. §. 4. Laedere (pudorem, s. castitatem.) Th. C. IX. 8. c. 1. si qu. eam cui. tut. III. ***Cn.*** Neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonii violare. fr. 13. §. 3. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Contumeliis patronos a libertis esse violatos. fr. 6. §. 1. de adgn. et alend. 25. 3. Quas (sc. herbas) legati P. R. ferre solent, ne quis eos violaret. fr. 8. §. 1. de R. D. 1. 8.

Violatio. *Corruptio.* III. ***Cn.*** Ad impudicitiam, turpemque violationem (compellere, sc. servos.) fr. 2. de h. qui sui. 1. 6.

Violator. *Temerator.* III. ***Cn.*** Divalium scitorum, s. Legum nostrarum, violatores. Th. C. VII. 4. c. 30. de erog. mil. an. XVI. 8. c. 14. de Iud. Quae poena non solum violatoribus huius constitutionis imminebit, sed etiam aliis, qui violari eam concesserint. Iul. ep. nov. 56. §. 200.

Violenter. (Advb.) *Adhibita vi.* III. ***Cn.*** Si quid — adversus resistentem violentius fecerit. fr. 29. §. 7. ad L. Aqu. 9. 2. Violenter possessione amissa. c. 5. de usuc. p. emt. 7. 26.

Violentia. **§. 1.** *Impetus nimius. Asperitas.* III. ***Cn.*** Si violentia ventorum (sc. id acciderit,) vel qua alia ratione, quae vim habet divinam. fr. 24. §. 4. de damn. inf. 39. 2. Per violentiam ignis absumtum. Vatic. §. 23. Poena plectendi sunt, pro — factorum violentia. fr. 3. §. 2. de term. mot. 47. 21. — **§. 2.** *Vis illicita.* I. ***Sy.*** Vis. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. Th. C. IV. 22. c. 1. unde vi. IX. 10. c. 1. sqq. ad L. Iul. de vi pub. III. ***Cn.*** Quoniam multa facinora sub uno „violentiae" nomine continentur. Ib. c. 1. l. Vi deiicitur — et is, qui, violentiae opinione compertᵃ, possessione cessit. Paul. V. 6. §. 4. Illicitas exactiones, et violentia [al. violentias] factas, et extortas metu ven-

ditiones (prohibeat.) fr. 6. pr. de off. Praes. 1. 18. Cf. Th. C. III. 1. c. 1. de contr. emt. Crimen violentiae admittere. Paul. II. 14. §. 5. L. Rom. Burg. 8. Propter violentiam iudicis, non ipsi — dedit libellos. fr. 7. de adp. et relat. 49. 1.

Violentus. (Adiect.) *Violentiae reus.* III. **Cn.** Quem claruerit esse violentum. Th. C. IX. 10. c. 3. ad L. Iul. de vi pub. Contemtor examinis violentus. Ib. IV. 22. c. 3. unde vi.

Vipera. *Serpentis venenati genus.* III. **Cn.** Vt parricida — culeo insuatur, cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia. fr. 9. pr. ad L. Pomp. de parr. 48. 9. c. 1. de h. qu. parent. 9. 17.

Vir. **§. 1.** *Homo masculus, in civitate constitutus.* III. **Cn.** Vir, seu mulier. fr. 8. §. 2. Qu. met. c. 4. 2. Vir eiusdem civitatis. fr. 6. de off. adsess. 1. 22. Ne potentiores viri humiliores iniuriis adficiant. fr. 6. §. 2. de off. Praes. 1. 18. Virorum prudentium consultum. fr. 1. de LL. 1. 3. cf. fr. 2. §. 35. de O. I. 1. 2. Vir clarissimus, v. spectabilis. Cf. v. Clarissimus, v. Spectabilis. — **§. 2.** *Paterfamilias.* III. **Cn.** Non recte, nec ex boni viri arbitratu, facturum. fr. 13. §. 8. fr. 15. §. 4. de usufr. 7. 1. Virum bonum eligere, cuius arbitrio (rationes computentur.) fr. 47. §. 2. de fideic. libb. 40. 5. cf. fr. 45. pr. de procur. 3. 3. Si vir diligens ea gesturus fuit. fr. 6. §. 12. de N. G. 3. 5. Tamquam vir bonus et diligens paterfam. (Romae morari.) fr. 20. §. 1. de oper. libert. 38. 1. — **§. 3.** *Maritus.* I. **Sy.** Maritus. Cf. h. v. Nubere, Pervenire ad matrimonium, Sortiri virum. fr. 8. de Senat. 1. 9. fr. 19. pr. de iurisd. 2. 1. cf. fr. 242. §. 3. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Vxor. fr. 6. de h. qui sui. 1. 6. fr. 33. de N. G. 3. 5. Exter. fr. 6. de servit. leg. 33. 3. Inter virum et uxorem, — Inter extraneos (facta donatio.) fr. 24. de donat. int. V. 24. 1. Cf. v. Extraneus. §. 3. III. **Cn.** In viri sui manu esse. Gai. I. 136. Excipiuntur et adfinium personae, — vir et uxor, sponsus, sponsa. Vatic. §. 302. Divortium inter virum et uxorem fieri. fr. 101. §. 1. de V. S. 50. 16. Feminis L. Iulia, a morte viri, anni tribuit vacationem. Vlp. XIV. 1. XVI. 1. Vir et uxor inter se, matrimonii nomine, decimam capere possunt. Id. XV. 1. XVI. 1. Intestati datur B. P. — viro, uxori. Id. XXVIII. 7.

Virens. (Partic.) *Viridis.* III. **Cn.** Supra virentes fluminum ripas. Th. C. VII. 1. c. 13. de R. M.

Vires. Cf. v. Vis.

Virga. *Ramulus tenuis.* III. **Cn.** Saligneas virgas, instituendi salicti causa, defigere. fr. 3. §. 3. arbor. furt. caes. 47. 7. Nullus in agitando fuste utatur, sed aut virga, aut certe flagro etc. Th. C. VIII. 5. c. 2. de cursu pub. Virgis, aut loris (adfligere, sc. servum.) Ib. IX. 12. c. 1. de emend. serv. Coll. LL. M. II. 4.

Virgilius. *Poëta Rom. celeberrimus.* III. **Cn.** Cum poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur — apud nos Virgilius. §. 2. I. de I. N. 1. 2.

Virginalis. (Adiect.) *Ad virgines spectans.* III. **Cn.** Verecundiae virginalis raptor. Th. C. IX. 38. c. 6. de indulg. crim. Si cupiditas virginalis — subdolam voluntatem nubendi arte concipiat. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. pr.

Virginitas. *Castitas et integritas virginis.* III. **Cn.** Necessitati continuae virginitatis addicere. Deo dicata virginitas. Nov. Maior. l. 1. IV. 6. c. 1. pr. Corrupta, — Intemerata (virginitas, vel castitas.) c. 1. pr. de raptu virgg. 9. 13. Th. C. IX. 8. c. 1. si qu. eam cui. tut.

Virgo. **§. 1.** *Femina integra,* (quae viri concubitum non experta est.) I. **Sy.** Quae corpore non convenerint. Quae virgines mansisse dicebantur. c. 8. de incest. nupt. 5. 5. II. **Op.** Mulier. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Vt virgines sint, vel si unum tantummodo habuerint maritum. Iul. ep. nov. c. 6. §. 29. Sacrata, s. Dicata deo, virgo. Th. C. IX. 25. c. 1. sqq. de raptu v. matrim. sanctim. Vestalis virgo. Cf. v. Vestalis. Nondum viripotens, s. Immatura, virgo. Cf. v. Immaturus. Virginem filiam nuptum collocare. fr. 41. §. 7. de legat. III. (32.) Vatic. §. 96. — **§. 2.** *Vir, qui abstinuit se a complexibus feminarum.* III. **Cn.** Qui habet — uxorem castam et ipsam ab ipso virgine virginem susceptam. Iul. ep. nov. c. 6. §. 28.

Virgultum. *Multitudo virgarum pullulantium.* III. **Cn.** Insula, quae — virgultis, aut alia qualibet levi materia, ita sustinetur in flumine ut solum eius non tangat. fr. 65. §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Viridarium, s. **Viridiarium.** *Locus, virentibus arboribus herbisque amoenus.* III. **Cn.** Et si forte voluptate fuit praedium, viridaria, vel gestationes, vel deambulationes — opacas atque amoenas habens. fr. 13. §. 4. de usufr. 7. 1. Vlp. VI. 17. fr. 8. §. 1. de instr. leg. 33. 7. Dolia, — quibus terra adgesta est, et in his viridiaria posita. fr. 26. pr. ib. 33. 7.

Viridia. *Arbores, et gramina virentia.* III. **Cn.** Viridia, et aquae salientes etc. fr. 79. §. 2. de V. S. 50. 16. Viridia tollere, aut amoeniorem prospectum praestare. fr. 15. §. 1. de servit. 8. 1. fr. 12. de S. P. V. 8. 2.

Viridis. (Adiect.) *Vigorem retinens. Vegetus.* III. **Cn.** Semper viridi observantia valituris (sc. legibus.) Th. C. XVI. 5. c. 65. c. 3. de haeret.

Virilis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad virum pertinens.* I. **Sy.** Masculinus. Masculus. Cf. h. vv. II. **Op.** Femininus, Muliebris. Cf. h. vv. Virilia, — Puerilia, — Muliebria, — Communia (vestimenta.) fr. 23. §. 2. fr. 33. de auro arg. 34. 2. III. **Cn.** Virile corpus, muliebriter constitutum, (alieni sexus damnare patientia.) Th. C. IX. 7. c. 6. ad L. Iul. de adult. Sexus virilis. Gai. I. 156. 195. II. 129. 135. Vlp. VI. 2. XI. 4. XXVI. 1. fr. 1. pr. de Senat. 1. 9. Virilem vigorem (compleri post hoc tempus.) fr. 1. §. 2. de minor. 4. 4. Virilis animi est. fr. 4. §. 4. Qui pet. tut. 26. 6. Opera virilis. Officia virilia. fr. 12. de edend. 2. 13. fr. 1. §. 5. de postul. 3. 1. c. 8. ad S. C. Vell. 4. 29. — **§. 1. A.** *Virilia* (p. se pos.) i. e. *Membra genitalia in corpore maris.* III. **Cn.** Si in eo (sc. hermaphrodito) virilia praevalebunt. fr. 6. §. 2. de lib. et posth. 28. 2. — **§. 2.** *Ad singulum virum spectans.* III. **Cn.** Vt reip. partes, pro virili captu, spernui laborum procurent. Th. C. VIII. 4. c. 8. pr. de cohortal. cf. XIII. 1. c. 6. de lustr. coll. — **§. 2. A.** *Ad singulam quamcunque personam pertinens.* (Ad partes singulorum spectans, secundum numerum personarum aequaliter constitutas.) I. **Sy.** Aequae, Aequales,

Viriles (portiones, s. partes.) Paul. III. 2. §. 3. fr. 13. pr. de hered. inst. 28. 5. fr. 7. §. 2. de reb. dub. 34. 5. In capita dividi (hereditatem.) Singuli viriles portiones habebunt. Paul. l. l. c. 7. pr. §. 1. ad S.C. Tert. 6. 56. Dividere obligationem (inter fideiussores.) In virilem convenire eos. fr. 27. pr. §. 4. de fideiuss. 46. 1. II. *Op.* Dimidia, vel tertia, — Virilis (pars.) Gai. III. 42. sqq. cf. II. 124. Solidum. — Virilis pars, s. portio. Id. III. 121. sq. fr. 10. §. 3. de adp. et relat. 49. 1. Viriles, — Hereditariae (partes.) fr. 54. §. 3. fr. 67. §. 1. fr. 114. §. 17. fr. 124. de legat. I. (30.) fr. 8. pr. de legat. praest. 37. 5. III. *Cn.* Vt, ampliore quidem quam virili portione hereditatis data, usque ad virilem tueantur. fr. 5. §. 7. fr. 7. sq. ib. 37. 5. Gai. III. 70. fr. 79. §. 2. de legat. II. (31.) Quotquot erunt numero, — in tot partes deducitur inter eos obligatio, et singuli viriles partes etc. Gai. III. 121. IV. 22. fr. 1. §. 11. de tut. et rat. 27. 3.

Virilitas. *Virilia.* I. *Sy.* Virilitatem amittere. Castrari, Excidi. fr. 4. §. 2. ad L. Corn. de sicar. 48. 8.

Viriola. *Genus ornamenti muliebris.* III. *Cn.* Ornamenta muliebria, — veluti inaures, armillae, viriolae, anuli. fr. 25. §. 10. fr. 40. §. 2. de auro arg. 34. 2. Viriola, quae aurea dicebatur, — inventa magna ex parte aenea. fr. 14. de contr. emt. 18. 1.

Viripotens. (Adiect.) *Viro matura, Nubilis.* I. *Sy.* Potens, Pubes, Quae virum pati potest (femina.) Vlp. V. 2. XI. 1. fr. 30. Qu. dies leg. 36. 2. Nubilis. Cf. h. v. II. *Op.* Immatura. Cf. h. v. III. *Cn.* Si is pupillus in suam tutelam venerit, eave pupilla viripotens fuerit. fr. 5. §. 2. Qu. ex c. in poss. 42. 4. Cum eam non tantum viripotentem esse, sed etiam nupsisse proponas. c. 7. Qui pet. tut. 5. 31. cf. fr. 65. de don. int. V. 24. 1. Qui nondum viripotentes virgines corrumpunt. fr. 38. §. 3. de poen. 48. 19.

Viritim. (Advb.) **§. 1.** *Per singula capita.* I. *Sy.* In capita (dividere.) Paul. IV. 8. §§. 9. 19. Pro uniuscuiusque merito. Th. C. XIV. 17. c. 10. de ann. civ. — **§. 2.** *Separatim, Seorsum.* II. *Op.* Generali conclusione (amplecti.) Ib. VIII. 4. c. 8. §. 2. de cohortal. III. *Cn.* In exsilium virit. — mittantur. Ib. XVI. 5. c. 52. c. 5. de haeret.

Virtus. **§. 1.** *Vigor, Vis.* III. *Cn.* Legis virtus haec est etc. fr. 7. de LL. 1. 3. Vtrum — pactio virtutem aliquam possit retinere? Consult. vet. I.Cti. c. 1. Vnius maiestatis atque virtutis (pater, et filius etc.) Th. C. XVI. 1. c. 3. de fide cath. — **§. 2.** *Fortitudo.* III. *Cn.* Sine mercede, virtutis ostendendae causa, s. Gloriae causa et virtutis, (facere, v. certare.) fr. 1. §. 6. de postul. 3. 1. fr. 4. pr. de h. qui not. inf. 3. 2. fr. 7. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Virtute militum (reciperata praedia.) fr. 21. pr. de captiv. 49. 15. — **§. 3.** *Praestantia, Perfectio (animi.)* III. *Cn.* Pro ingenii sui virtute. Th. C. II. 10. c. 1. (Wck.) de postul. Omnium virtutum vir. Gesta in Sen. de rec. Th. C. — **§. 4.** *Titulus honorarius.* III. *Cn.* Eius relatione tuis virtutibus intimata, et sub examine tuo perpensa. Th. C. XII. 12. c. 15. de legat. et decr.

Virus. **§. 1.** *Succus noxius.* III. *Cn.* Veneni virus infundere. Th. C. IX. 12. c. 1. de emend. serv. **§. 2.** *Contagium, Pestis.* III. *Cn.* Fovere virus impiae disciplinae. Ib. XVI. 6. c. 2. §. 1. ne S. bapt.

Vis. **§. 1.** *Vigor, Potentia, Impetus.* I. *Sy.* Fatale damnum. Vis maior. Cf. v. Fatalis. §. 1. Casus maior, cui humana infirmitas resistere non potest. Vis magna, s. maior, s. divina. fr. 2. §. 1. de peric. et comm. 18. 6. fr. 15. §. 2. fr. 25. §. 6. locat. 19. 2. fr. 24. §. 4. de damn. inf. 39. 2. fr. 1. §. 4. de O. et A. 44. 7. Cf. v. Casus. §. 3. III. *Cn.* Si violentia ventorum, vel qua alia ratione, quae vim habet divinam, (id acciderit.) fr. 24. §. 4. l. 39. 2. Omnis vis, cui resisti non potest, — utputa fluminum, graculorum, sturnorum, et si quid simile acciderit. fr. 15. §. 2. l. 19. 2. fr. 17. §. 4. de praescr. vv. 19. 5. Periculum vis maioris, vel effracturae latronum. Coll. LL. M. X. 9. Si vi naturali, veluti terrae motu, hoc acciderit. fr. 59. cf. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2. Fluminis, v. Aquae, vis. fr. 2. §§. 3. 7. si qu. cautt. 2. 11. fr. 7. §. 2. ad L. Aqu. 9. 2. fr. 2. §. 5. fr. 11. §. 6. de aqua et aqu. pl. 39. 3. Vi aegritudinis graviter oppressus. Coll. LL. M. III. 4. — **§. 2.** *Violentia, Coactio, Compulsio inviti* (ad faciendum aliquid, patiendumve.) I. *Sy.* Necessitas (imposita, contraria voluntati.) Cf. h. v. §. 1. Violentia. Cf. h. v. §. 2. Incursus (latronum.) Coll. LL. M. X. 7. sq. Compelli inique. Vim pati. fr. 23. pr. Qu. met. c. 4. 2. III. *Cn.* Si quid vi, aut iure, prohibetur. fr. 4. pr. de statu hom. 1. 5. Vim, atque iniuriam, propulsare. Vim vi defendere. fr. 3. de I. et I. 1. 1. fr. 45. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Vim, sine corporali vi (locum non habere.) fr. 1. §. 29. de vi et vi arm. 43. 16. Olim ita edicebatur: „Quod vi, metusve causa (gestum erit;“) sed postea detracta est „vis“ mentio, quia quodcunque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur. fr. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 3. §. 2. ne qu. eum qui in ius. 2. 7. Non ad omnem vim, — Ad solam atrocem vim (pertinere hoc interdictum.) fr. 1. §. 3. de vi et vi arm. 43. 16. cf. fr. 3. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. De vi latronum, vel hostium, vel populi (se liberare.) Paul. I. 7. §. 5. Naufragia, vis hostium, praedonum, latronum. fr. 30. pr. ad L. Falc. 35. 2. cf. fr. 3. §. 1. naut. caup. 4. 9. In vis publicae, aut privatae, crimen incidere. fr. 152. pr. de R. I. 50. 17. Leges Iuliae de vi publica, et privata. Cf. v. Iulia. §. 2. Vi rapere, v. Eripere. Cf. v. Rapere. §. 1. v. Eripere. Quodcunque vi fecisset, quae vis a maleficio non abesset. fr. 20. de O. et A. 44. 7. Si armis eum vi deiecerim. Gai. IV. 155. cf. 154. fr. 4. §. 22. de usurp. 41. 3. Res furtiva, aut vi possessa. Gai. II. 45. 49. cf. 51. Ex interdictis „Quod vi aut clam,“ aut interdicto „Unde vi,“ (audire etc.) fr. 1. §. 6. de off. Prf. Vr. 1. 12. fr. 27. §. 4a. de pact. 2. 14. fr. 1. pr. fr. 11. pr. fr. 19. Qu. vi aut cl. 43. 24. Vitiosa possessio, i. e. aut vi, aut clam, aut precario ab adversario adquisita. Gai. IV. 151. 154. sq. 166. Interdicto utatur: „Ne ei vis fiat etc.“ fr. 45. §. 2. de procur. 3. 3. Vim fieri veto. Gai. IV. 160. Vim inferre (visceribus suis) fr. 39. de poen. 48. 19. Per vim inferre (stuprum.) fr. 29. §. 9. ad L. Iul. de adult. 48. 5. Qui vim admisit, v. Is, cui vis admissa est. fr. 14. §§. 2. 5. Qu. met. c. 4. 2. Qui vim passus est. fr. 9. §. 6. fr. 12. §. 1. ib. 4. 2. — **§. 3.** *Auctoritas, Valor,*

Effectus. I. **Sy.** Vigor. Cf. h. v. §. 2. Effectu, Vi ipsa. fr. 27. §. 4. de pact. 2. 14. fr. 10. pr. de usu et habit. 7. 8. fr. 45. §. 1. ad L. Falc. 35. 2. Vires habere. Valere. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Conditione expressa. — Vi ipsa. fr. 1. §. 1. de statulib. 40. 7. Videri (esse etc.) — Vi ipsa esse. fr. 1. §. 3. de interd. 43. 1. Sua vi ac potestate constant. — Adhibetur fictio in eis etc. Gai. IV. 10. c. 33. III. **Cn.** Vis et potestas. Cf. v. Potestas. §§. 2. 5. Perquam necessaria est (actio,) et vis eius in usu quotidiano est. fr. 1. ad exhib. 10. 4. fr. 23. de pact. dot. 23. 4. Cum vires accipit (statuta libertas.) fr. 81. §. 9. de legat. I. (30.) Si de viribus testamenti — dicatur. fr. 13. §§. 2. sq. ad S.C. Treb. 36. 1. cf. fr. 36. §. 4. de milit. testam. 29. 1. fr. 181. de R. I. 50. 17. Vim aliquam, — Nullas vires (habere.) Gai. I. 192. II. 144. III. 140. IV. 44. Th. C. II. 1. c. 1. de iurisd. Concessum, propter vim imperii. fr. 12. §. 1. de iudic. 5. 1. Viribus praeturae compelli. fr. 2. pr. ib. 5. 1. — **§. 4.** *Vires, i. e. Praesidia cuiusque rei.* III. **Cn.** Ne — simul viris et viribus (respub. destituantur.) fr. 3. §. 15. de mun. et hon. 50. 4. Quibuscunque viribus fultus, immineat. Th. C. XIII. 10. c. 5. de censu s. adscr. Pro rerum viribus — comparatarum. Ib. X. 16. c. 1. de fisci debit. Possessio, cuius vires ignorabat. c. 11. de praed. et al. reb. min. 5. 71. — **§. 4. A.** *Bonorum praesidia. Substantia patrimonii.* I. **Sy.** Facultates. Vires (patrimonii etc.) fr. 11. §§. 5. sq. ad L. Falc. 35. 2. fr. 36. de bon. libert. 38. 2. fr. 21. de re iud. 42. 1. Vtilitates, Vires (fisci.) Th. C. VIII. 8. c. 4. de execut. III. **Cn.** Curialium vires, fortunae civium etc. Ib. XV. 9. c. 2. de expens. lud. Ex viribus reip. tribuere. Ib. XII. 2. c. 1. de praeb. sal. Arcae, et S. largitionum, viribus (sociari.) Ib. XI. 20. c. 6. pr. de coll. donat. cf. VI. 4. c. 13. §. 4. de Praet. et Qu. Fisci viribus [al. iuribus] necti etc. Ib. VII. 18. c. 7. pr. c. 12. pr. de desert. VIII. 5. c. 47. §. 1. de cursu pub. VIII. 8. c. 4. de exsecut. Certam quantitatem exprimere, pro viribus patrimonii. fr. 1. §. 1. de legat. II. (31.) cf. fr. 15. pr. de don. int. V. 24. 1. fr. 43. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Vires excutere (hereditatis etc.) fr. 42. mand. 17. 1. fr. 27. §. 2. de fideiuss. 46. 1.

Viscera. **§. 1.** *Intestina corporis animalium.* III. **Cn.** Partus, antequam edatur, mulieris portio est, vel viscerum. fr. 1. §. 1. de inspic. vent. 25. 4. Th. C. IV. 8. c. 4. (Wck.) de liberali c. Visceribus suis vim intulisse, quo partum abigeret. fr. 8. ad L. Corn. de sicar. 48. 8. c. 3. de quaestion. 9. 41. — — **§. 2.** *Penitiora cuiusque rei praesidia.* III. **Cn.** Curiales, nervos esse reip. ac viscera civitatum. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. pr. Publicis visceribus imminere, s. insidere (praedatorem.) Th. C. VIII. 5. c. 19. de cursu pub. VIII. 8. c. 9. de exsecut. XII. 1. c. 48. de decurion.

Visceratio. *Epulae publicae.* I. **Sy.** Ad epulum (civitatis plebi relinquere.) fr. 122. pr. de legat. I. (30.) fr. 54. de legat. III. (32.)

Visellia. *Nomen legis,* (Tiberii Imp. temporibus latae.) III. **Cn.** Militia ius Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romae VI annis militaverit, ex L. Visellia [al. Visillia.] Praeterea ex S.C. concessum est etc. Vlp. III. 5. Cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. Th. C. IX. 20. c. 1. vict. civ. ag. Cf. Iust. C. IX. 21. c. 1.

Visere. *Venire ad videndum.* III. **Cn.** Vbi intra secretaria — subest ratio visendi, salutandique iudices. Th. C. VI. 7. c. 1. de Prf. Pr.

Visio. *Species tractationis examinata. Discussio causae.* I. **Sy.** Inspectio, Inspectatio. fr. 25. §. 15. de hered. pet. 5. 3. fr. 21. §. 1. depos. 16. 3. fr. 12. §. 9. de captiv. 49. 15. III. **Cn.** In proposita quaestione tribus visionibus relatis. fr. 25. §. 15. l. 5. 3. Secundum hanc suam distinctionem, in prima visione etc. fr. 8. §. 2. ad S.C. Vell. 16. 1. Perfectissimae visiones veterum. c. 2. §. 14. de vet. iure enucl. 1. 17. Non sit venale iudicis velum, non visio ipsa Praesidis cum pretio. Th. C. I. 7. c. 7. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Visitare. *Frequentare, Invisere.* III. **Cn.** Hospes, aut medicus, quive ad visitandum dominum venit. fr. 20. Quemad. servit. 8. 6.

Vispellio. Cf. v. Vespillo.

Visum. *Placitum, Propositum.* III. **Cn.** Cum agentium visa, ex ingenio ac facultate dicendi, aut perfecta deformarent, aut inchoata perficerent. Vatic. §. 249.

Visus. (Subst.) *Adspectus.* III. **Cn.** Visu, vel vagitu novum (sc. edere partum.) fr. 135. de V. S. 50. 16. Visu, atque usu rei (aestimare.) fr. 29. §. 1. de auro arg. 34. 2.

Vita. **§. 1.** *Actus vivendi.* III. **Cn.** Ius vitae in liberos, necisque potestas. Th. C. IV. 8. c. 6. pr. (Wck.) de liberali c. Cf. Coll. LL. M. IV. 8. Quodsi ex hoc corpori alicuius, vitae, membrisve noceatur. Paul. V. 3. §. 1. Alius vitam, alius pudorem (defendit.) Id. V. 23. §. 8. Qui fato suo vita excesserit. Gai. IV. 81. cf. II. 244. — **§. 2.** *Ratio vivendi, Mores.* I. **Sy.** Mores. Cf. v. Mos. §. 1. III. **Cn.** In teste et vitae qualitas spectari debet, et dignitas. Paul. V. 15. §. 1. Cf. Iul. ep. nov. c. 83. §. 324. Sciens, eum huius esse instituti et vitae. fr. 12. §. 4. de usu et habit. 7. 8. Personarum contemplatio habenda est, h. e. cuius vitae sint, — utrum frugi vitae, — an sequioris. fr. 8. §. 11. de transact. 2. 15. cf. fr. 17. §§. 2. 4. de adopt. 1. 7. Recepta vitae sanitate, ad bonos mores reversus. Paul. III. 4A. §. 12. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. c. 19. ex qu. c. inf. 2. 12. Tenuis vitae homines. fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18. Post depositum cingulum, privatae vitae redditus. c. 2. ubi de ratiocin. 3. 21. — **§. 3.** *Spatium temporis,* (quod vigorem negotii, iudiciive, circumscribit.) III. **Cn.** Ipsa (sc. actio) in tali vitae mensura, in qua omnes personales actiones positae sunt. c. 2. pr. de pecun. const. 4. 18. c. 1. §. 1. de ann. exc. 7. 40.

Vitare. *Effugere, Declinare.* III. **Cn.** Proclamare, ut vitaretur. Paul. V. 23. §. 12. Fortuita incendia, — cum vitari possint. fr. 28. §. 12. de poen. 48. 19. Vitare sententiam (suspecti iudicis.) Th. C. XI. 30. c. 58. pr. de adp. et poen.

Vitellius. **§. 1.** *Ad gentem antiquissimam urbis Romae pertinens.* III. **Cn.** Vindex, [al. Vindicius,] Vitelliorum servus, qui proditionis coniurationem

nem indicio suo detexerat. fr. 2. §. 24. de O. I. 1. 2. — §. 2. *Nomen I. Cti. R.* (qui Augusti temporibus vixit.) III. **Cn.** Vitellius scribit. fr. 34. §. 2. de A. v. A. P. 41. 2. Sabinus libris ad Vitellium. Cf. Hommelii palingen. iur. II. 403. sq.

Vitiare. §. 1. *Vitium inferre, Corrumpere.* I. **Sy.** Vitii quid addere. Paul. V. 25. §. 1. fr. 8. sq. de L. Corn. de fals. 48. 10. III. **Cn.** Ne quid in illo fundo faciat, — quare ex ea re aqua — inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat. fr. 1. §. 27. de aqua quot. 43. 20. Si — supra parietem meum domus deciderit, eumque vitiaverit. fr. 18. §. 11. de damn. inf. 39. 2. Quod minus ex operis filii sui, propter vitiatum oculum, sit habiturus. fr. 7. pr. ad. L. Aqu. 9. 2. cf. fr. 1. §. 9. de Aedil. edict. 21. 1. — §. 2. *Infirmare.* I. **Sy.** Nocere, Perimere. Cf. v. Nocere. §. 2. Inutile efficere. Nullius momenti facere. fr. 1. §§. 1. 3. de V. O. 45. 1. fr. 77. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Singulas obligationes singulae causae sequuntur, nec ulla earum alterius petitione vitiatur. fr. 14. §. 2. de exc. rei iud. 44. 2. Quae (sc. regula,) cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. fr. 1. de R. I. 50. 17. Rite contractum matrimonium ex postfacto vitiare non posse. c. 3. de interd. matrim. 5. 6. Non solent, quae abundant, vitiare scripturas. fr. 94. l. l. 50. 17.

Vitiose. (Advb.) §. 1. *Non idonee, vel rite.* III. **Cn.** Cum vitiose, vel inutiliter (contractus pignoris intercedat.) fr. 25. de pignor. 20. 1. Vitiose tutorem datum. fr. 37. pr. de excusat. 27. 1. Vit. cautum, vel satisdatum. fr. 6. Qui satisd. cog. 2. 8. — §. 2. *Illicite. Ex iniusta causa.* I. **Sy.** Vi, clam, precario (possidere, v. uti.) fr. 3. §. 2. de itin. actuq. priv. 43. 19. fr. 1. §. 20. de aqua quot. 43. 20. II. **Op.** Sine vitio. Bona fide. fr. 2. §§. 11. sqq. pro emt. 41. 4. fr. 1. §. 20. l. 43. 20.

Vitiosus. (Adiect.) §. 1. *Corruptus, Depravatus.* II. **Op.** Incolumes, Integrae, — Ruinosae, Vitiosae (aedes.) fr. 7. §. 2. fr. 9. pr. fr. 13. §§. 2. 11. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Qui morbosi, vitiosique sunt (servi.) fr. 1. §. 8. cf. §§. 7. 9. sqq. fr. 34. pr. fr. 38. §§. 12. sqq. de Aedil. edict. 21. 1. Paul. II. 17. §. 5. Nemo dixit, palustris loci — nomine, quasi vitiosi, committi stipulationem; quia naturale vitium est. fr. 24. §. 2. de damn. inf. 39. 2. — §. 2. *Non idonee, Non rite (contractus, v. quaesitus.)* II. **Op.** Recte fieri, Valere, — Vitiosam esse (institutionem, v. exheredationem.) fr. 3. §§. 2. 5. de lib. et posth. 28. 2. fr. 32. pr. §. 1. fr. 34. de hered. inst. 28. 5. III. **Cn.** Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. fr. 29. de R. I. 50. 17. — §. 3. *Illicitus, Iniustus.* I. **Sy.** Vi, aut clam, aut precario, ab adversario quaesita, Vitiosa (possessio.) Gai. IV. 151. fr. 13. §. 13. fr. 53. de A. v. A. P. 41. 2.

Vitis. *Planta, quae vinum fert.* III. **Cn.** Agri sic in censum referantur, — vinea quot vites habeat, oliva quot iugerum, et quot arbores. fr. 4. pr. de censib. 50. 15. Qui arbores, et maxime vites, ceciderint. fr. 2. sq. arb. furt. caes. 47. 7. cf. fr. 3. §. 4. uti possid. 43. 17. fr. 1. §. 3. de arbor. caed. 43. 27. Gai. IV. 11. Vitibus meis, vel segetibus, nocere. fr. 24. §. 9. de damn. inf. 39. 2. cf. fr. 16. §. 9. de poen. 48. 19.

Vitium. §. 1. *Vitiositas, Depravatio.* I. **Sy.** Vitii quid addere. Vitiare. Cf. h. v. §. 1. Ruinam minari. Vitium facere. Vitiosum esse. fr. 15. §§. 13. sqq. fr. 28. fr. 32. de damn. inf. 39. 2. III. **Cn.** Lues tempestatis, vel quid aliud caeli vitium. c. 8. de locat. cond. 4. 65. Edaci locustarum pernicie sterilitatis vitium intercessit. c. 18. ib. 4. 65. Vitium aedium et loci (esse, quod accidens extrinsecus infirmiores eas facit.) fr. 24. §§. 2. 9. cf. fr. 18. §§. 1. sq. de damn. inf. 39. 2. Verborum vitio (iure civili non valere.) Gai. II. 218. — §. 2. *Malum continuum, rei inhaerens.* I. **Sy.** Perpetuum corporis impedimentum. fr. 101. §. 2. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Morbus. fr. 1. §§. 1. 7. sqq. fr. 38. pr. de Aedil. edict. 21. 1. III. **Cn.** Redhibitio vitiosi mancipii — propter latens vitium. Paul. II. 17. §. 5. Cf. fr. 34. §. 1. l. l. 21. 1. Nec ei (sc. spadoni) corporale vitium impedimento est. fr. 40. §. 2. de adopt. 1. 7. Si ex vetere vitio fugerit (servus.) Paul. II. 17. §. 11. — §. 3. *Impedimentum iuris. Inutiliter factum. Incommodum.* I. **Sy.** Non iustum contractum (matrimonium.) Vitium (matrimonii.) Gai. I. 67. sqq. 87. Vitiare, Vitium adferre. fr. 77. de R. I. 50. 17. Irritum, Inutile (esse.) Vitio laborare etc. fr. 41. §§. 7. sq. de vulg. et pup. 28. 6. fr. 126. §. 2. de V. O. 45. 1. II. **Op.** Vitiose, — Sine vitio (possidere, v. uti.) Gai. IV. 140. 150. sqq. fr. 1. §. 5. de exc. rei vend. et trad. 21. 3. fr. 1. §. 20. de aqua quot. 43. 20. III. **Cn.** Si morbus, aevitasve, vitium escit. L. XII Tabb. I. 3. Ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint. fr. 201. de R. I. 50. 17. cf. fr. 24. de don. int. V. 24. 1. Si vitium, quod obstabat, non ex persona sed ex re purgatum fuerit. fr. 24. §. 1. de usurp. 41. 3. cf. fr. 48. §. 1. de A. R. D. 41. 1. Sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferre. Gai. II. 50. Uti debet (sc. adminiculo ex persona auctoris) cum sua causa, suisque vitiis. fr. 13. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Qui, si in aliquo vitio non essent, manumissi cives R. futuri essent. Gai. III. 75. sq. Infamiae adspergi vitiis. Th. C. II. 19. c. 3. de inoff. testam. — §. 4. *Culpa.* I. **Sy.** Culpa. fr. 95. §. 11. de solut. 46. 3. c. 5. de pign. act. 4. 24. Th. C. IV. 22. c. 5. §. 1. unde vi. III. **Cn.** Non suo vitio, sed necessitate iuris, (bonorum venditionem pati.) Gai. II. 154. Cf. Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam. Bonam causam vitio suo perdere. fr. 63. §. 2. de evict. 21. 2. Ex suo quisque vitio (hoc incommodo adficiatur.) fr. 15. si qu. om. c. testam. 29. 4. Contemtus, vel ignorantiae vitio, (scita temeranda censere.) Th. C. VIII. 5. c. 62. de cursu pub.

Vitrasianum. *Nomen S.Cti* (incertae aetatis, quod libertatibus testamento datis prospexit.) III. **Cn.** Non oportere intercidere libertatem ob hoc, quod coheredibus suis vendere eum (sc. servum) infans non possit. Et exstat quidem S.C. Vitrasianum; sed et D. Pius — rescripsit etc. fr. 30. §. 6. de fideic. libb. 40. 5.

Vitreamina. *Vitrea vasa.* III. **Cn.** Cum — ibi libros, et vitreamina, et vesticulam habuerit. fr. 18. §. 13. de instr. leg. 33. 7.

Vitreus. (Adiect.) *Ex vitro factus.* III. **Cn.** Crystallina, et argentea, et vitrea vasa. Paul. III. 6. §.

67. cf. fr. 11. de supell. leg. 33. 10. Vitrea escaria, et potoria. fr. 3. §. 3. ib. 33. 10. cf. fr. 12. §. 28. de instr. leg. 33. 7.

Vitriarius. (Subst.) *Vitri conficiendi artifex.* III. ***Cn.*** Musivarii, aerarii, — vitriarii, eborarii, fullones, figuli etc. Th. C. XIII. 4. c. 2. de excus. artif.

Vitricus. *Matris meae vir, ex alio matrimonio.* III. ***Cn.*** Adfines sunt: — Socer, socrus, gener, nurus, noverca, vitricus, privignus, privigna. fr. 4. §§. 3. sqq. de grad. et adf. 38. 10. Vatic. §. 302. Vitricus et privignus (invicem prohibentur, v. non etc.) fr. 60. pr. de donat. int. V. 24. 1. cf. fr. 1. §. 11. de postul. 3. 1. (cf. v. Privignus.)

Vitta. *Ornamentum capitis muliebre.* III. ***Cn.*** Ornamentorum haec: vittae, mitrae, — acus cum margarita. fr. 25. §. 10. cf. §. 2. de auro arg. 34. 2.

Vitulus. *Bos pusillus.* III. ***Cn.*** Agni, et hoedi, et vituli. fr. 28. pr. de usur. 22. 1. Vitulum fructum esse vaccae. fr. 43. de evict. 21. 2.

Vituperare. *Reprehendere, Reprobare.* I. ***Sy.*** Improbare. Cf. h. v.

Vituperatio. **§. 1.** *Opprobrium.* III. ***Cn.*** Quibus (sc. vestimentis) vir non facile uti potest sine vituperatione. fr. 23. §. 2. de auro arg. 34. 2. — **§. 2.** *Vitium.* III. ***Cn.*** Testamentum ostendere, — quod prima figura sine omni vituperatione adpareat. c. 3. de edict. D. Hadr. toll. 6. 33.

Vitutiarii. *Nomen personarum certi cuiusdam collegii.* III. ***Cn.*** Collegiati, et vitutiarii, et nemesiaci, signiferi, cantabrarii, et singularum urbium corporati. Th. C. XIV. 7. c. 2. de collegiat.

Vivarium. *Locus, in quo viva animalia inclusa servantur.* III. ***Cn.*** Ferae bestiae, quas vivariis incluserimus, et pisces, quos in piscinas coniecerimus. fr. 3. §. 14. de A. v. A. P. 41. 2.

Vivens. (Partic.) **§. 1.** *Vitam agens.* I. ***Sy.*** Ei, quem vivere existimabat, Quasi viventi, (dare etc.) fr. 191. de R. I. 50. 17. II. ***Op.*** Vivente aliquo. — Post mortem eius. fr. 11. de statu hom. 1. 5. III. ***Cn.*** Vivente patre, et ignorante de etc. fr. 11. de statu hom. 1. 5. Se agere viventis heredem. Th. C. XVI. 2. c. 28. de episc. eccl. — **§. 2.** *Vegetus, Viridis.* III. ***Cn.*** Viventis arboris truncis (lectum aedificatum.) fr. 9. §. 1. de supell. leg. 33. 10.

Vivere. **§. 1.** *Vitam agere.* II. ***Op.*** Interceptus, Mortuus, esse. Gai. II. 123. III. 72. III. ***Cn.*** Quamdiu frater eius vivat, vel admitti potuit ad legitimam hereditatem. fr. 1. §. 8. de adsign. libert. 38. 4. Si vivit, et in familia mansit. fr. 5. de h. qui sui. 1. 6. Quae emerat, necdum autem ei adsignaverit, adsignaturus si vixisset [al. vivisset.] fr. 49. §. 3. de legat. III. (32.) Periculo mariti vixerunt (mancipia.) Vatic. §. 114. — **§. 1. A.** *Vitam tolerare.* III. ***Cn.*** Verbo „victus" continentur, quae esui potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. fr. 43. sq. fr. 234. §. 2. de V. S. 50. 16. Sumtus recusare, quasi vento vixerit. c. 2. de alim. pup. 5. 50. — **§. 1. B.** *Vegetum esse.* III. ***Cn.*** Arbor, cuius radices desinent vivere. fr. 3. §. 5. arbor. furt. caes. 47. 7. (Cf. v. Vivens. §. 2.) — **§. 2.** *Vitae conversationem moderari. Agere. Conversari.* III. ***Cn.*** Quae non inhoneste vixit. — Quae luxuriose vivit. fr. 46. §. 1. fr. 144. de V. S. 50. 16. Paul. III. 4 A. §. 6. cf. fr. 10. §. 1. de I. et I. 1. 1. Maritus et uxor, qui non bene secum vivunt. c. 22. §. 4. de furt. 6. 2. Pro qualitate criminis vivendi, sententiam passus. Th. C. IX. 42. c. 3. de bon. proscr. Testandi, ac vivendi iure rom. facultas. Ib. XVI. 5. c. 7. pr. de haeret. Cf. II. 1. c. 10. de iurisd. — **§. 3.** *Durare, Permanere.* II. ***Op.*** Exspirare, Exstingui (lites.) c. 3. c. 5. §. 1. de temp. et repar. 7. 63. Th. C. IV. 14. c. 1. §§. 1. 3. de act. c. temp. Oblivioni tradi. Ib. c. 1. §. 1. l. III. ***Cn.*** Licentiam futuram consultationibus, ultra statuti temporis vivendi spatia. c. 3. l. 7. 63. Qui — annuos magistratus, victuris perpetuo sunt fascibus auspicati. Th. C. XV. 14. c. 9. de infirm. h. qu. s. tyr. Cf. Nov. Th. II. ne duc. v. lim. I. 2. c. 1. §. 1.

Vivianus. *Nomen I. Cti,* (qui priorum Imperatorum R. temporibus vixisse videtur.) III. ***Cn.*** Quod apud Vivianum relatum est. fr. 1. §§. 45. sq. de vi et vi arm. 43. 16. Viv. recte ait. fr. 1. §. 6. de itin. actuq. priv. 43. 19. cf. fr. 17. §. 4. commod. 13. 6. Libro VI. ex Viviano relatum etc. Coll. LL. M. XII. 7.

Vivus. (Adiect.) **§. 1.** *Vivens, Vita praeditus.* I. ***Sy.*** In vita (alicuius,) Vivente, Vivo (eo.) Vlp. XXII. 12. sq. fr. 3. §. 1. fr. 12. pr. de iniust. rupt. 28. 3. II. ***Op.*** Mortuus. Cf. h. v. §. 1. Vivus, s. Inter vivos, — Testamento, vel codicillis (adsignare, v. manumittere.) fr. 1. pr. §. 3. de adsign. libert. 38. 4. fr. 20. de fideic. libb. 40. 5. III. ***Cn.*** Dummodo vivos, et pleni temporis, pariant. Paul. IV. 9. §. 1. Vivus, vel in civitate manens. fr. 17. pr. de procur. 3. 3. Si modo in ea causa sint, ut, si vivis nobis nascantur, in potestate nostra fiant. Gai. I. 147. Vivus exuri. Vivi crematio. Paul. V. 23. §. 17. V. 24. §. 1. fr. 28. pr. §. 12. de poen. 48. 19. — **§. 2.** *Perennis.* III. ***Cn.*** Aqua viva. fr. 11. pr. Qu. vi aut cl. 43. 24. cf. fr. 1. §. 4. de fonte. 43. 22. — **§. 3.** *Manifestus, Expressus.* III. ***Cn.*** Ipsum ius honorarium viva vox est iuris civilis. fr. 8. de I. et I. 1. 1.

Vix. *Aegre, Difficulter.* III. ***Cn.*** Vix idonea ratio redditur. Gai. II. 78. Vix ad quartam partem aeris alieni sufficere. fr. 23. Qu. in fr. cred. 42. 8. Vix dum uno e provincia decedente. Nov. Val. III. de indulg. reliqu. II. 1. c. 3. §. 2. Vix certis ex causis permissum est. fr. 53. de iudic. 5. 1. Negavit — locum esse, quando vix sit, ut etc. fr. 19. pr. fr. 32. pr. ad S.C. Vell. 16. 1. Vix posse obtinere, v. persuaderi. fr. 18. de legat. III. (32.) fr. 3. pr. ad L. Falc. 35. 2. Vix est ut etc. fr. 63. §. 15. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16.

Vlcisci. *Vindicare, Persequi.* I. ***Sy.*** Vindicare. Cf. h. v. §. 1. II. ***Op.*** Tuendi, — Vlciscendi causa (facere.) fr. 45. §. 4. ad L. Aqu. 9. 2. Vlcisci (necem testatoris.) — Inultam omittere. In ulciscenda morte cessare. fr. 15. de S.C. Silan. 29. 5. c. 1. c. 9. de h. qu. ut indign. 6. 35.

Vlcus. *Sanies concreta,* (infra cutem latitans.) III. ***Cn.*** Levis lippitudo, aut levis dentis auriculaeve dolor, aut mediocre ulcus. fr. 4. §. 6. de Aedil. edict. 21. 1.

Vllatenus. (Advb.) *Illa ex parte.* III. **Cn.** Nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt ullatenus [al. nullatenus] vindicare. Ep. inst. Gaii. I. 1. §. 4.

Vllus. (Pronom.) *Aliquis, Quisquam.* I. **Sy.** Nullus, Nec ullus. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2. fr. 21. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Non per iudicem. Sine ullo iudice. fr. 13. ib. 4. 2. Non ex scripto (descendere.) Sine ullo scripto (probari.) fr. 32. §. 1. fr. 33. de LL. 1. 3. III. **Cn.** Omnium civitatum iure contingit, — nec fere ulla civitas est, in qua non liceat etc. Gai. I. 189. cf. 53. Neque heredes, neque bonor. possessores, neque ullum alium iustum successorem exsistere. Id. III. 78. cf. 29. 104. Nec ulla lege, aut S.C. — aditus illis ad civitatem R. datur. Id. I. 26. Cf. fr. 52. §. 3. de pact. 2. 14. Labeo negavit, ullam vim hoc negotium habere. Gai. III. 140. fr. 21. §. 3. Qu. met. c. 4. 2. Neque verborum, neque scripturae ulla proprietas desideratur. Gai. III. 136. Quoniam pro nullo hoc habetur, nec est ulla sententia. fr. 1. §. 2. Qu. quisq. iur. 2. 2.

Vlpianus. *I.Ctus R. nobilis,* (qui Alexandri Imp. temporibus inclaruit.) III. **Cn.** Est in Syria Phoenice splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est; — huic D. Severus — ius Italicum dedit. fr. 1. pr. de censib. 50. 15. (Vlp. lib. 1. de censib.) Secundum responsum Dom. Vlpiani, Praefecti annonae, I.Cti, amici mei. c. 4. de contr. et comm. stip. 8. 38. (Imp. Alexander.) Lectum est responsum Domitii Vlpiani, quo continebatur etc. fr. 43. de A. E. V. 19. 1. (Paul. lib. 5. Quaestion.) Quod et Herennio Modestino, studioso meo, de Dalmatia consulenti rescripsi. fr. 52. §. 20. de furt. 47. 2. (Vlp. lib. 37. ad Edict.) Summi ingenii vir, s. Vir prudentissimus, Vlpianus. c. 1. §. 9. de caduc. toll. 6. 51. c. 11. de quaestion. 9. 41.

Vls, s. Vltis. (Praepos.) *Vltra.* II. **Op.** Cis (Tiberim.) Cf. v. Cis.

Vlterior. (Adiect.) **§. 1.** *Qui remotior est.* I. **Sy.** Sequens. fr. 69. §. 3. de legat. II. (31.) Longius, Vlterius (tempus.) fr. 5. de precar. 43. 26. II. **Op.** Proximus. Cf. h. v. §§. 1. 3. Prior. Superior. fr. 28. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. fr. 69. §. 3. de legat. II. (31.) Primo, — Secundo, — Vlteriore gradu. Gai. II. 154. III. **Cn.** Nepotes, et deinceps ulteriores. Vatic. §. 321. Vlterioris gradus, usque ad infinitum. fr. 53. de R. N. 23. 2. — **§. 2.** *Iustum modum excedens.* III. **Cn.** Ne Praesides Pr. in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant. fr. 19. pr. de off. Praes. 1. 18.

Vlterius. (Advb.) **§. 1.** *Longius.* III. **Cn.** Intra IV menses, — non ulterius. Th. C. II. 6. c. 1. de temp. cursu. — **§. 2.** *Amplius.* III. **Cn.** Sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam etc. Gai. II. 255. Quidam id esse dixerunt, — alii vero ulterius, — alii adhuc ulterius. Id. III. 184. cf. IV. 129. Corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius. fr. 1. §. 10. de off. Prf. Vr. 1. 12. cf. fr. 8. de postul. 3. 1. fr. 27. §. 1. de minor. 4. 4.

Vltimus. (Adiect.) **§. 1.** *Postremus, Extremus.* I. **Sy.** Posterior (nasci.) fr. 15. sq. de statu hom. 1. 5. fr. 2. §. 4. de suis et legit. 38. 16. In extremo periculo. In ultimo vitae. Th. C. XV. 7. c. 1. de scaenic. III. **Cn.** Vltimo die conventus. Gai. I. 20. Vltimum vitae tempus. Id. II. 232. fr. 11. §. 9. de don. int. V. 24. 1. Voluntas ultima. fr. 6. pr. de cond. et dem. 35. 1. — **§. 1. A.** *Vltimior, i. e. Vlterior.* III. **Cn.** Vltimiore requisitione penitus quiescente. Nov. 36. c. 1. — **§. 2.** *Infimus, Vilissimus.* III. **Cn.** Qui (sc. deus) per me, ultimum servum suum, — dignatus est etc. c. 1. pr. de off. Prf. Pr. Afr. 1. 27. Quis ex ultimis negotiatoribus. c. 6. de dignit. 12. 1. Ad ultima adparitionis (devocare.) Th. C. VIII. 4. c. 13. de cohortal. — **§. 3.** *Supremus, Summus.* III. **Cn.** Quae (sc. personae) ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur. fr. 195. §. 4. de V. S. 50. 16. Supplicio ultimo damnari, v. adfici. fr. 18. de statu hom. 1. 5. fr. 1. §. 13. de L. Corn. de fals. 48. 10. fr. 29. de poen. 48. 19. c. 33. §. 6. de episc. et cler. 1. 3. Th. C. XI. 11. c. 1. ne damn. prov.

Vltio. *Vindicta. Poenae persecutio, vel executio.* I. **Sy.** Vindicta. fr. 6. fr. 10. de sepulc. viol. 47. 12. II. **Op.** Ad rem familiarem, — Ad ultionem (pertinere.) fr. 6. l. 47. 12. III. **Cn.** De salute, aut ultione domini (torqueri.) fr. 6. §. 2. cf. fr. 3. §. 17. de S.C. Silan. 29. 5. Vindictam extraordinariae ultionis exspectat (factum.) Paul. V. 4. §. 21. Diversa ultionum supplicia (contemnentes.) Th. C. XVI. 5. c. 48. de haeret. Vltionis sententiae subiugari. Ib. XVI. 8. c. 11. de Iud. Pacifica ultione — pianda superni numinis maiestas. Nov. Th. II. de Iud. I. 6. c. 1. §. 8.

Vltor. Vltrix. *Qui, vel quae, vindictam exercet.* I. **Sy.** Vindex. c. 1. ne lic. potent. 2. 14. Vltrices, Vindices (flammae.) Coll. LL. M. V. 3. Th. C. VII. 13. c. 5. de tiron. III. **Cn.** Huius rei — disceptator, et, si res postularet, ultor. c. 1. l. 2. 14. Iubemus insurgere leges, armari iura gladio ultore. Th. C. IX. 7. c. 3. ad L. Iul. de adult. Cf. v. Gladius. §. 2. §. 5. I. de pub. iud. 4. 18. Sententia ultrix. Legis censura, v. poena, ultrix. c. 8. §. 4. de repud. 5. 17. Th. C. IX. 44. c. 1. de h. qu. ad stat. confug. XVI. 6. c. 5. ne S. bapt. iter.

Vltra. (Praepos.) **§. 1.** *Trans.* I. **Sy.** Trans. Cf. h. v. II. **Op.** Intra (milliarium, v. lapidem.) fr. 1. pr. §. 4. de off. Prf. Vr. 1. 12. Vatic. §. 147. — **§. 2.** *Supra, Extra.* I. **Sy.** Post (annum.) fr. 24. de in ius voc. 2. 4. fr. 13. de edendo. 2. 13. II. **Op.** Ad certum tempus. fr. 27. §. 1. de pact. 2. 14. Intra. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quod ultra omnem indignationem est. Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. §. 1. Poena gravior, ultra legem imposita. fr. 13. §. 7. de h. qu. not. inf. 3. 2. Non posse porrigi ultra mortem. fr. 52. §. 9. pro soc. 17. 2. cf. Gai. IV. 75. Non facile teneri ultra culpam etc. fr. 16. de cond. furt. 13. 1. Iudicium, quod nec heredi, nec in heredem, nec ultra annum datur. fr. 24. de in ius voc. 2. 4. Vltra facultates, s. vires facultatum. fr. 2. §. 3. ubi pup. 27. 2. fr. 21. de re iud. 42. 1. Cognati, — qui sunt ultra fratrem. fr. 1. de inoff. testam. 5. 2. cf. Gai. III. 14. — **§. 3.** *Amplius, Insuper, Praeterea.* I. **Sy.** Deinceps. Cf. h. v. §. 1. Vlterius. fr. 27. §. 1. de minor. 4. 4. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. 1. III. **Cn.**

Et non puto eos ultra procedere; caeterum longe res abibit. fr. 15. §. 7. de re iud. 42. I. Cedere, an contendere ultra. fr. 1. pr. de edendo. 2. 13. Praestationem ultra excrevisse, ut premeret atque oneraret libertinas personas. fr. 2. pr. de oper. libert. 38. 1. Gai. II. 214. Vltra, quam necesse est. fr. 20. §. 1. de S. P. V. 8. 2.

Vltro. (Advb.) **§. 1.** *Sponte. Nemine rogante, aut cogente.* I. **Sy.** Sponte. Cf. h. v. §. 1. Nullo desiderante, atque poscente. Th. C. X. 10. c. 15. de petit. et ultro dat. XVI. 5. c. 49. de haeret. II. **Op.** Petentibus indulgere. — Vltro dare. fr. 9. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Ex petitionibus diversorum, vel ultro datis. Th. C. VI. 20. c. 6. pr. de collat. donat. Vectigalia, ultrove tributa, (fruenda, tuendave.) Tab. Heracl. 73. sq. aer. Br. Per retentionem servare. — Vltro agere. fr. 59. de furt. 47. 2. cf. fr. 2. pr. de L. Rhod. 14. 2. III. **Cn.** Fiducia ingenuitatis suae, ultro in se suscipere probationes. fr. 14. cf. fr. 39. pr. de probat. 22. 3. Vltro adfectasse (ad tutelam.) Paul. III. 6. §. 15. Vltro iurando, vel quadam alia fallacia, persuadere. fr. 23. de d. m. 4. 3. Nolentem experiri ultro convenire, et pecuniam obferre. fr. 1. §. 3. de usur. 22. 1. Si actor ultro interpellat, nec quisquam defensioni se obferat. fr. 22. pr. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 1. §. 6. uti possid. 43. 17. cf. fr. 11. §. 3. fr. 37. §. 4. de legat. III. (32.) — **§. 2.** *Vltro citro, i. e. Vtrimque, Vicissim.* I. **Sy.** Ex utroque latere. fr. 2. fr. 6. §. 4. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Vltro citro dandi, accipiendi, credendi etc. — negotiatio. fr. 6. §. 3. ib. 3. 5. Th. C. XIII. 1. c. 13. de lustr. coll. Vltro citroque (locum fore actioni.) fr. 38. §. 2. de nox. act. 9. 4.

Vltronee. (Advb.) *Vltro.* III. **Cn.** Vltronee [al. ultro in eum] a nostra liberalitate — delatum. c. 13. de off. Rect. Pr. 1. 40.

Vltroneus. (Adiect.) *Spontaneus.* III. **Cn.** Donatio, s. Liberalitas, ultronea. c. 23. §. 4. de nupt. 5. 4. c. 4. de crim. sacrileg. 9. 29.

Vlysses. *Ithacae rex.* III. **Cn.** Vlyssem [al. Vlixem] (ex) auro et argento lectum — ornasse, quem Penelopa — signum accepit; ut voluit Homerus. fr. 9. §. 1. de supell. leg. 33. 10.

Vmbilicus. *Media cuiusque rei pars.* III. **Cn.** Quartus locus, qui et totius compositionis quasi quidam invenitur umbilicus, [al. quoddam — umbilicum.] c. 2. §. 5. de vet. iure enucl. 1. 17.

Vmbo. *Clypeus ipse.* III. **Cn.** Fideli conspiratione, et iuncto umbone tueri. Nov. Val. III. de redd. iure arm. II. 9. c. 1.

Vmbra. **§. 1.** *Aër, sole carens.* III. **Cn.** Vela, quae frigoris causa, vel umbrae, in domo sunt. fr. 12. §. 16. de instr. leg. 33. 7. Ne umbra arboris vicino praedio noceret. fr. 1. §. 8. de arbor. caed. 43. 27. — **§. 2.** *Tutamen.* III. **Cn.** Sub umbra potentium latitare. Th. C. XII. 1. c. 146. de decurion. — **§. 3.** *Tenuis species rei. Praetextus.* III. **Cn.** Neque umbra aliqua exquisitae defensionis, aut muniminis, obducetur. Ib. XVI. 7. c. 4. §. 1. de apostat. Cf. XII. 1. c. 72. de decurion. — **§. 4.** *Phantasma.* III. **Cn.** Inanes umbrae, et cassae imagines dignitatum. Ib. c. 74. §. 4. l. l.

Vmbraculum. *Secessus.* III. **Cn.** Secretae quietis umbracula. Th. C. VI. 22. c. 6. de honor. codic. Ne dignitas fraudibus faciat umbraculum. Ib. VIII. 1. c. 8. de numerar.

Vmbratilis. (Adiect.) *Tectus.* III. **Cn.** Ne commoda publica, sub umbratili suffragiorum pactione, lacerentur. Ib. XII. 1. c. 36. de decurion.

Vmbria. *Regio Italiae,* (inter Apenninum et mare superum.) III. **Cn.** Regio Vmbriae, Tusciae, Picenum. fr. 41. §. 2. de legat. III. (32.)

Vmbricia. *Nomen mulieris.* III. **Cn.** D. Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegavit. fr. 2. de h. qui sui. 1. 6. Coll. LL. M. III. 3.

Vna. (Advb.) *Simul, Pariter.* III. **Cn.** Vna, communiterve (nati.) fr. 4. §. 1. de grad. et adf. 38. 10. Vna cum alio. c. 11. de impub. et al. 6. 26. Socer cum nuru habitabit, utique cum vir una [al. viro iuncta] sit. fr. 5. de usu et habit. 7. 8.

Vncia. *Duodecima pars assis, librae, mensuraeve.* I. **Sy.** Duodecima pars (hereditatis.) fr. 42. fr. 103. §. 2. de legat. III. (32.) fr. 24. de L. Corn. de fals. 48. 10. Tertia portio, IV unciae (facultatum.) Th. C. V. 1. c. 7. de legit. heredit. Medietas, Sex unciae. Nov. Maior. de curial. IV. 7. c. 1. §. 7. III. **Cn.** Vnciam iam habenti, — semunciam ex uncia sua cedat. Ib. IX. 42. c. 8. §. 1. de bon. proscr. Vnam tantum bonorum suorum et hereditatis unciam (donandi habeat facultatem.) Ib. IV. 6. c. 1. de natur. fil. Ex uncia dumtaxat institutus heres. fr. 5. §. 1. de legat. praest. 37. 5. Ex duabus unciis scribere heredem. c. 6. de iure delib. 6. 30. Cf. Paul. III. 4B. §. 6. Huius summae uncias inferre, usurarum nomine. fr. 47. §. 4. de adm. et peric. 26. 7. Th. C. IX. 21. c. 8. de falsa mon. Binas non amplius aquae uncias, aut — supra ternas neutique, possidere. Ib. XV. 2. c. 3. c. 9. de aquaed. In V pedibus et VII unciis usualibus, delectus habeatur. Ib. VII. 13. c. 3. de tiron.

Vnciarius. (Adiect.) *Vnciam dumtaxat continens.* I. **Sy.** Ex uncia (heres.) fr. 34. §. 12. de legat. I. (30.) III. **Cn.** Foenus unciarium. L. XII Tabb. VIII. 18.

Vnctura. *Vnctio* (cadaveris mortui.) III. **Cn.** Vnctura (servilis, omnisque circumpotatio.) L. XII Tabb. X. 6.

Vnda. *Globus aquae* (marinae.) III. **Cn.** Si vexatam fluctibus navem — pelagi unda submergat. Th. C. XIII. 9. c. 4. pr. de naufrag. Alicubi iacebant merces in angulo aliquo, et unda penetravit. fr. 4. §. 2. de L. Rhod. 14. 2.

Vnde. (Advb.) **§. 1.** *Ex quo loco, vel ordine.* III. **Cn.** Vnde — deiectum, vel effusum quid erit. fr. 1. pr. de h. qu. deiec. 9. 3. Vnde tu illum vi deiecisti. fr. 1. pr. de vi et vi arm. 43. 16. Vnde de plano recte legi possit. fr. 11. §. 3. de instit. act. 14. 3. Ager, unde palo in fundum — solebat paterfam. uti. fr. 9. §. 7. de usufr. 7. 1. fr. 12. §. 39. de instr. leg. 33. 7. Redire in eam civitatem, unde placuit exportari. Vatic. §. 6. Provincia, unde erat. fr. 1. §. 2. de effract. 47. 18. Th. C. VI. 27. c. 4. pr. de agent. in reb. In ar-

chism redigatur, ut — sit, unde peti possit. Paul. IV. 6. §. 1.B. Pnem „Vnde proximi cognati," v. „Vnde legitimi," (petere, v. accipere.) fr. 1. §. 9. unde cogn. 38. 8. — **§. 2.** *A qua persona.* II. ***Op.*** Is, qui petet. — Is, unde petetur. Fr. L. Servil. c. 8. sq. Fr. L. Mamil. c. 5. fr. 60. §. 2. locat. 19. 2. III. ***Cn.*** Qui uxorem docturus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur. Fr. Servii Sulpicii, I. Cti. Ap. Gell. IV. 4. Qui ei vendidit, unde tu emisti. fr. 15. §. 1. de div. temp. praesc. 44. 3. — **§. 3.** *Ex qua re.* III. ***Cn.*** Dare, — sive de suo, sive ex venditione rerum hereditariarum, sive unde voluerit. fr. 12. pr. de legat. II. (31.) Dedi, unde faceres. fr. 78. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. fr. 52. §. 5. de furt. 47. 2. Si sit in hereditate, unde pretium praestetur. fr. 63. §. 7. de legat. I. (30.) — **§. 4.** *Per quod. Propter quod.* III. ***Cn.*** Ex hoc edicto — competit. Vnde adparet etc. fr. 6. §§. 4. sq. de edend. 2. 13. Nullam contrahit obligationem; unde — vindicare quidem potest etc. Gai. II 82. Vnde dicitur, v. placuit, v. responsum est. etc. Id. III. 94. 132. 181. 200. IV. 11. Titulus — constitutionis, unde consulta est nostra clementia. Nov. Anthem. de bon. vac. VI. 3. c. 1. pr. — **§. 5.** *Vnde unde, i. e. Vndecunque.* III. ***Cn.*** Quam (sc. portionem) ex bonis maternis, vel unde unde [al. indecunque,] quaesiverit. Th. C. VIII. 18. c. 10. pr. de matern. bon.

Vndecunque. (Advb.) *Ex quocunque loco, v. ordine, v. fundamento.* III. ***Cn.*** Collecti undec. discipuli. Th. C. XIV. 9. c. 3. pr. de stud. liberal. urb. R. Profectum ad se undec. (suscipere.) Ib. I. 12. c. 3. de adsess. domest. Vndec. acceperit B. Pnem. fr. 2. §. 16. ad S.C. Tert. 38. 17. Qualecunque, et undecunq. (dominium adquisitum.) fr. 11. §. 5. de exc. rei iud. 44. 2. Ex operis, — vel undec. (dare.) fr. 3. §. 8. de statulib. 40. 7.

Vndique. (Advb.) **§. 1.** *Ex omni parte.* III. ***Cn.*** Si omnia undique in unam aequalitatem concurrant. fr. 8. de pact. 2. 14. Vndique concessum. c. 37. pr. de inoff. testam. 3. 28. — **§. 2.** *Per omnia.* III. ***Cn.*** Testes undique idonei, et omni exceptione maiores. c. 14. de contr. et comm. stip. 8. 38.

Vngere, s. Vnguere. *Oleo oblinere.* III. ***Cn.*** Vnguenta, quibus valetudinis causa unguimur. fr. 25. §. 12. cf. fr. 21. §. 1. de auro arg. 34. 2. Medicamentum alicui infundit, — vel si eum unxit malo veneno. fr. 9. §. 1. ad L. Aqu. 9. 2.

Vnguentarius. (Adiect.) *Ad unguentum pertinens.* I. ***Sy.*** In quibus sunt unguenta, Vnguentaria (vasa.) fr. 25. §. 10. de auro arg. 34. 2. Paul. III. 6. §. 83.

Vnguentum. *Succus pinguis, quo ungimur.* III. ***Cn.*** Vnguentis legatis, non tantum ea legata videntur, quibus unguimur voluptatis causa, sed et valetudinis: qualia sunt commagena, glaucina, crina, — nardum purum. fr. 21. §. 1. fr. 25. §. 12. de auro arg. 34. 2. Odores, et unguenta (emere, et ad funus erogare.) fr. 3. §. 6. de in rem verso. 15. 3. cf. fr. 37. pr. de relig. 11. 7. In obsonio, aut in unguentis, aut in cibariis (impendere.) fr. 31. §. 9. cf. fr. 7. §. 1. de don. int. V. 24. 1.

Vnguis. *Vngula,* (tormentorum genus.) I. ***Sy.*** Vngulae, Vngues, Vestigia (ferarum.) c. 1. de emend. serv. 9. 14. Th. C. IX. 12. c. 1. eod. IX. 16. c. 6. de malefic.

Vngula. **§. 1.** *Calceus corneus,* (pedes muniens animalium.) III. ***Cn.*** Cum — caro erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi. Ib. VII. 4. c. 2. de erog. mil. ann. — **§. 2.** *Tormentorum genus,* (ungues ferarum referens.) I. ***Sy.*** Vnguis. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Sit eculeo deditus, ungulisque sulcantibus latera perferat poenas. Th. C. IX. 16. c. 6. de malefic.

Vnicus. (Adiect.) *Vnus, Singularis.* I. ***Sy.*** Solus. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Vnicus servus „familiae" adpellatione non continetur. Ne duo quidem familiam faciunt. fr. 40. §. 3. de V. S. 50. 16. Lumen unicum, vel brevis supellex. fr. 6. §. 5. de off. Praes. 1. 18.

Vniformis. (Adiect.) *Eiusdem formae, Aequalis.* III. ***Cn.*** Peculiaris in singulis, — certa per paucos, — uniformis in cunctos (indictio.) Th. C. XII. 7. c. 3. de ponderat. Pretium uniforme. c. 3. de vet. numism. pot. 11. 10. Vniformes querelas iisdem fere sermocinationibus volutare. Vatic. §. 35.

Vnio. *Margarita grandior.* III. ***Cn.*** Do lego — unionem cum hyacinthis. Postea unionem solvit etc. fr. 6. pr. de auro arg. 34. 2. Vniones emere, v. pignori dare. fr. 5. ib. 34. 2. fr. 4. §. 8. de d. m. exc. 44. 4.

Vnire. *Coniungere, Copulare.* I. ***Sy.*** Confusa et unita, Mixta (bona.) fr. 1. §. 12. de separat. 42. 6. II. ***Op.*** In plures partes divisa, — Vnita contextu aedificiorum (sc. domus.) fr. 15. §. 13. de damn. inf. 39. 2.

Vnitas. *Res unita. Individuum.* I. ***Sy.*** Vnus contextus (actus.) Vnum idemque tempus. fr. 21. §. 3. Qui testam. fac. p. 28. 1. §. 3. I. de testam. ord. 2. 10. fr. 137. pr. de V. O. 45. 1. Vna deitas. Divinitatis unitas. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. c. 3. de fide cath. III. ***Cn.*** Non coalescere, nec unitatem cum terra mea facere. fr. 9. §. 2. de damn. inf. 39. 2. Vnitas sermonis. c. 1. §. 10. de caduc. toll. 6. 51. Ad communionis redire unitatem. Th. C. XVI. 5. c. 62. de haeret.

Vniversaliter. (Advb.) *Vniverse.* II. ***Op.*** In singula corpora certo pretio, — Vniv. uno pretio (venire.) fr. 35. §. 6. de contr. emt. 18. 1.

Vniversitas. **§. 1.** *Collectio rerum,* (aut variis corporibus constans, aut unitate eiusdem corporis comprehensa.) II. ***Op.*** Singula capita. — Vniversitas gregis. fr. 70. §. 3. de usufr. 7. 1. Vnivers. aedificii, s. aedium. — Singulae res, ex quibus constat. fr. 7. §. 11. de A. R. D. 41. 1. fr. 23. pr. de usurp. 41. 3. fr. 8. Qu. vi aut cl. 43. 24. Vniversitas fundi. — Portio. Singula pars. fr. 30. fam. ercisc. 10. 2. fr. 10. de legat. II. (31.) III. ***Cn.*** Si modo universitas consummationis ad conductorem pertinuit. fr. 51. §. 1. locat. 19. 2. C solutis ex universitate, tam ex sorte quam ex poena. fr. 10. de eo qu. c. loc. 13. 4. Vniversitas agrorum intra fines cuiusque civitatis. fr. 239. §. 8. de V. S. 50. 16. — **§. 1. A.** *Copia omnium bonorum singuli hominis,* (item peculiaris bonorum collectio, utputa dos mulieris, vel peculium.) I. ***Sy.*** Vniversae res. Bona. fr. 13. §. 8. fr. 18. §. 2. fr. 20. §. 10. de

hered. pet. 5. 3. fr. 3. pr. de B. P. 37. 1. II. **Op.** Res, vel quantitas. — Vniversitas (hereditatis.) fr. 16. §. 2. ad S.C. Treb. 36. 1. Singula corpora, — Vniversitas (dotis.) fr. 1. §. 4. de dote praeleg. 33. 4. Singulares, s. Singulae, res. — Vniversitas (bonorum, ac ius successionis.) fr. 1. pr. de R. V. 6. 1. fr. 1. pr. de interd. 43. 1. fr. 1. §. 1. Quor. bon. 43. 2. fr. 208. de V. S. 50. 16. Singulas res, — Per universitatem (adquirere.) Gai. II. 97. 191. Speciale, — Vniversitatis (fideicommissum.) c. 32. de fideicomm. 6. 42. III. **Cn.** Non solum in hereditate (sc. utimur S.Cto,) sed et in peculio castrensi, vel alia universitate. fr. 20. §. 10. de hered. pet. 5. 3. Ex universitate bonorum in solidum solutis legatis. fr. 18. pr. de milit. testam. 29. 1. Qui ad universitatem venturi erant, iure successionis. fr. 7. pr. de bon. damnat. 48. 20. — **§. 2.** *Collectio omnium hominum.* I. **Sy.** Vniversi. Populus. Nov. Val. III. de pantapol. II. 5. c. 1. §§. 1. sq. de redd. iure arm. II. 9. c. 1. III. **Cn.** Quem non taedeat, — universitatis ius et commodum solis militantibus denegari? Ib. de confirm. h. qu. admin. II. 32. c. 1. pr. — **§. 2. A.** *Multitudo personarum,* (quae singulae civitati, certove collegio adscriptae sunt.) I. **Sy.** Civitas, Municipes. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 1. pr. §§. 1. sq. de libert. univ. 38. 3. II. **Op.** Singuli. fr. 1. pr. fr. 2. pr. fr. 6. §. 1. de R. D. 1. 8. fr. 2. fr. 7. §. 1. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. III. **Cn.** Respub., s. Municipes, vel aliqua universitas. fr. 10. §. 4. de in ius voc. 2. 4. fr. 2. fr. 7. §. 2. Qu. cui. univ. nom. 3. 4. c. 7. §. 1. de div. rescr. 1. 23. Actor civitatis, — magister universitatis, — curator bonis (datus.) fr. 9. rat. rem hab. 46. 8. Iudicio universitatis electus. Nov. Maior. de defens. civit. II. 4. c. 1. Cf. Nov. Val. III. de episc. ordin. II. 17. c. 1. pr.

Vniversus. (Adiect.) **§. 1.** *Totus, Omnis, Integer.* I. **Sy.** Omnis. Cf. h. v. Vniversa (bona etc.) Vniversitas. Cf. h. v. §. 1A. Vniversi (municipes.) Corpus. Vlp. XXII. 5. II. **Op.** Certus. Cf. h. v. §. 3. Quaedam. Pars. — Vniversa. fr. 8. §§. 13. 16. de transact. 2. 15. fr. 87. §. 7. ad S.C. Treb. 36. 1. Singulus. Cf. h. v. §. 1. Vniversi. — Maior pars. fr. 160. §. 1. de R. I. 50. 17. III. **Cn.** Cum haberet V liberos, universos emancipavit. fr. 87. §. 4. de legat. II. (31.) Vniversis simul (hanc observantiam remittimus.) c. 6. de prec. Imp. 1. 19. Vestem universam, ac res caeteras, (illi et illi donasse.) fr. 16. de donat. 39. 5. Fortunarum universarum (socius.) fr. 73. pro soc. 17. 2. Successio in universum ius, (quod defunctus habuit.) fr. 24. de V. S. 50. 16. Gai. III. 84. — **§. 2.** *Indivisus, Solidus.* III. **Cn.** Qui universas provincias regunt. fr. 6. §. 8. de off. Praes. 1. 18. Vniversi periculum subire. In universum obligare. fr. 116. de V. O. 45. 1. fr. 2. §. 11. de adm. rer. ad civ. 50. 8. — **§. 3.** *In universum, i. e. Vniverse.* III. **Cn.** In univ. submoveri, v. valere. Gai. II. 177. III. 103. In univ. sequi. fr. 11. §. 1. de d. m. exc. 44. 4.

Vnquam. (Advb.) *Vllo tempore.* III. **Cn.** Quod nec usquam relatum est, nec unquam receptum. fr. 1. §. 1. de Senat. 1. 9. cf. Gai. I. 5. Id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit. fr. 8. §. 1. de cond. furt. 13. 1. Quae (sc. res) neque eius umquam fuerit, neque postea heredis eius umquam esse coeperit. Gai. II. 212. Qui — socer et socrus unquam fuerunt. Vatic. §. 218.

Vnus. (Adiect.) **§. 1.** *Singulus.* II. **Op.** Quotquot erunt, si plures fuerint. Vatic. §. 132. Multi, Omnes. Cf. h. vv. III. **Cn.** Vel in omnes res, vel in unam forte aut duas, (tutorem sibi optare.) Gai. I. 150. Quae forte uno aliquo casu accidere possunt. fr. 4. cf. fr. 13. de LL. 1. 3. Si quis unas aedes, quas solas habet, vel fundum tradit. fr. 32. de usufr. 7. 1. fr. 7. pr. comm. praed. 8. 4. Vni duo, pro solido, heredes esse non possunt. fr. 141. §. 1. de R. I. 50. 17. Plures personae, quae sunt sub unius potestate. fr. 195. §. 2. de V. S. 50. 16. Si binae tabulae proferantur, — unae prius, aliae postea, utraeque tamen etc. fr. 11. de iniusto rupto. 28. 3. cf. fr. 25. §. 15. de hered. pet. 5. 3. — **§. 2.** *Vnicus.* I. **Sy.** Solus. Cf. h. v. II. **Op.** Vno momento. — Diu. Gai. I. 141. Apud unum iudicem, — Apud recuperatores (agere.) Id. IV. 109. cf. 104. sq. Vnum, — Duplex (dominium.) Id. I. 54. II. 40. III. **Cn.** Vna, ac vera (fides catholica.) Th. C. XVI. 5. c. 38. de haeret. XVI. 11. c. 2. de relig. Trinis — edictis, aut uno pro omnibus dato. Paul. V. 5A. §. 7. Vnius filii, filiaeve (ius.) Gai. III. 53. Vlp. XV. 1. XVI. 1. fr. 148. de V. S. 50. 16. Vnus ex gemellis etc. Gai. III. 212. IV. 17. — **§. 3.** *Aliquis.* III. **Cn.** Quid horum fuit unum, — dies diffisus esto. L. XII Tabb. II. 2. Habent a tutelis excusationem; sed non simpliciter, sed post unam. Vatic. §. 124. Comprimatur unum maximum humanae vitae malum. Th. C X. 10. c. 2. de petit. et ultro dat. In una frequentiore — urbe convenire. Ib. XII. 12. c. 12. §. 1. c. 13. pr. de legat. et decr. — **§. 4.** *Continuus, Idem, Aequalis.* II. **Op.** Diversus. fr. 1. §§. 2. sq. de pact. 2. 14. Vnum esse. — Habere intermissionem. fr. 13. de usu et usufr. leg. 33. 2. III. **Cn.** Binae aedes, una contignatione iunctae. fr. 36. de S. P. V. 8. 2. Simul uno impetu. fr. 15. de statu hom. 1. 5. Pariter uno pretio (duos servos emere.) fr. 44. cf. fr. 35. §. 5. de contr. emt. 18. 1. fr. 56. pr. de V. O. 45. 1. Pro unis tabulis haberi. fr. 1. §. 6. de B. P. s. t. 37. 11. Vnius facinoris plurimi rei. Paul. V. 14. §. 2. Plures amici unius nominis. Id. III. 4B. §. 3. Vna et eadem (obligatio, v. causa.) Gai. IV. 130. fr. 24. de inoff. testam. 5. 2. cf. fr. 6. de in ius voc. 2. 4. In unum concurrere, v. congerere, v. misceri etc. Gai. I. 7. II. 249. Iul. ep. nov. c. 15. §. 55. c. 17. §. 62. fr. 1. §. 3. fr. 7. §. 19. fr. 8. de pact. 2. 14.

Vnusquisque. **§. 1.** *Quisque, Quilibet.* I. **Sy.** Quisquam. Cf. h. v. Quisque. Cf. h. v. §. 1. Omnis. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Quos (sc. fructus) unusquisque diligens paterf. et honestus colligere potuisset. Paul. I. 13B. §. 9. Spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi. fr. 17. §. 3. de adopt. 1. 7. Vnusquisque, cui huius criminis — executio competit. fr. 131. §. 1. de V. S. 50. 16. cf. Gai. IV. 60. — **§. 2.** *Vnus.* I. **Sy.** Singulus (ex pluribus.) c. 3. comm. div. 3. 37.

Vocabulum. **§. 1.** *Dictio, Vox, Adpellatio.* III. **Cn.** Si de corpore conveniat, error autem sit in vocabulo. fr. 5. §. 4. de R. V. 6. 1. fr. 4. pr.

de legat. I. (30.) Rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. fr. 4. pr. l. (30.) — **§. 2.** *Nomen, Titulus.* III. **Cn.** Sub felici nostri nominis vocabulo (Codice componendo.) Const. de novo Cod. fac. Pr. Irenarcharum vocabula — radicitus amputanda sunt. Th. C. XII. 14. c. 1. de irenarch. XV. 14. c. 13. de infirm. h. qu. s. tyr.

Vocare. §. 1. *Nuncupare, Nominare.* I. **Sy.** Adpellare, Dicere, Nominare. Cf. v. Dicere. §. 2. III. **Cn.** Vulgo vocari. fr. 144. de V. S. 50. 16. Quidam vocant. Gai. I. 159. Defunctum animalia — „moventia" vocasse. fr. 93. l. 1. 50. 16. — **§. 2.** *Advocare, Evocare, Arcessere.* I. **Sy.** Agere. Petere. In iudicium vocare. fr. 1. §. 3. de adm. et peric. 26. 7. fr. 102. de V. O. 45. 1. Postulare (reum.) Accusare. Vocare (in crimen.) c. 23. pr. sq. c. 26. ad L. Iul. de adult. 9. 9. III. **Cn.** Vocatis igitur me, et — Orientis praefecto, (tradi iussit.) Gesta in Sen. de rec. Th. C. In testimonium vocare. fr. 10. §. 4. de quaestion. 48. 18. Iuris experiundi causa vocare (in ius.) fr. 1. de in ius voc. 2. 4. Ad Praetorem, vel alios qui iurisdictioni praesunt, in ius vocari. fr. 2. pr. cf. fr. 1. si qu. in ius voc. 2. 5. fr. 5. de iudic. 5. 1. Si quis ad pedaneum iudicem vocatum eximat. fr. 1. §. 1. ne qu. eum qui in ius. 2. 7. Qui in ius vocatus, neque venerit neque vindicem dederit. Gai. IV. 46. — **§. 3. A.** *Imperio magistratus ad se venire iubere.* I. **Sy.** Ius vocandi. Vocatio. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Recte facturus nobis videris, si eos — vocaveris, et causam tantae negligentiae excusseris, et in unumquemque — constitueris. fr. 14. de off. Praes. 1. 18. — **§. 3.** *Invitare, Admittere, Adhibere.* I. **Sy.** Devocare (ad munera.) Th. C. VI. 35. c. 3. pr. de priv. eor. qu. in S. pal. Admittere. Cf. h. v. §. 1. Scribere (heredem.) Vocare ad (hereditatem.) fr. 12. §. 6. de bon. libert. 38. 2. Dari (tutor.) Vocari ad (tutelam.) Vatic. §§. 188. 200. sqq. Adstringi (ad subeunda munera.) c. 1. c. 3. c. 6. de incol. 10. 39. c. 1. de mun. et hon. 10. 40. Th. C. XV. 1. c. 7. de opp. pub. III. **Cn.** Vulgaris substitutio ita vocat ad hereditatem substitutum, si etc. Gai. II. 181. fr. 19. pr. de iniusto rupt. 28. 3. Quos ad hereditatem vocat (lex, v. sanguinis ratio.) Qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem vocantur. Gai. I. 165. II. 35. sq. 167. 169. III. 36. Vlp. XIX. 13. sq. fr. 3. de hered. pet. 5. 3. fr. 2. unde cogn. 38. 8. Praetor vocat ad hereditatem, s. B. Poem. Gai. III. 26. sqq. Vlp. XXVI. 8. fr. 1. §. 7. de coniung. c. emanc. 37. 8. Ad curam eius, cuius quis tutelam administravit, invitus vocari non potest. Paul. II. 27. §. 2. — **§. 4.** *Trahere, Deducere, Compellere.* I. **Sy.** Ad portionem vocare creditores. Decidere. fr. 44. de pact. 2. 14. In compensationem, v. deductionem, vocare. Compensare, v. Deducere. Gai. IV. 66. sqq. III. **Cn.** In contrarium me vocat (Sabini sententia.) fr. 6. §. 1. de serv. export. 18. 7. Ad poenam vocari. fr. 2. de S.C. Silan. 29. 5.

Vocatio. §. 1. *Invitatio, Institutio.* I. **Sy.** Scripturae, Vocationis (ordo.) Iul. ep. nov. c. 1. §. 1. — **§. 2.** *Facultas magistratus, iure imperii aliquem arcessendi.* I. **Sy.** Ius vocandi. Fr. Ateii Capitonis, I. Cti. Ap. Gell. XIII. 12.

Vociferari. *Vehementer exclamare.* III. **Cn.** Qui vociferatus est. — Qui concitavit ad vociferationem alios, vel qui submisit ut vociferentur. fr. 15. §. 8. de iniur. 47. 10.

Vociferatio. §. 1. *Exclamatio.* I. **Sy.** Maledictum, quod cum vociferatione dictum est. Convicium. Cf. h. v. III. **Cn.** Non omnem in unum collatam vociferationem Praetorem notare, sed eam, quae bonis moribus improbatur etc. fr. 15. §. 5. de iniur. 47. 10. Quod non in coetu, nec vociferatione, dicitur. fr. 15. §. 12. ib. 47. 10. Intra vociferationem, aut levem querelam, (seditio mota est.) fr. 3. §. 20. de R. M. 49. 16. — **§. 2.** *Sermo publicus, Oratio.* I. **Sy.** Sermocinatio. Cf. h. v.

Vocitare. §. 1. *Adpellare.* III. **Cn.** Filium exposuit; hic sublatus ab alio educatus est, nomine patris vocitatus [al. vocatus.] fr. 29. de manum. test. 40. 4. — **§. 2.** *Evocare, Arcessere.* III. **Cn.** Vocitasse diversam partem, ut contradictionem faceret. c. 5. de ingen. man. 7. 14.

Voconia. *Nomen legis testamentariae,* (quae mulierum ius capiendae hereditatis coercuit, itemque legatis modum imposuit.) III. **Cn.** Mulier, quae ab eo, qui C millia aeris census est, per L. Voconiam heres institui non potest. Gai. II. 274. L. Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine, mortisve causa capere liceret, quam heredes caperent. Id. II. 226.

Voconianus. (Adiect.) *Legi Voconiae accommodatus.* III. **Cn.** Feminae ad hereditates legitimas, ultra consanguineas successiones, non admittuntur, idque iure civili Voconiana ratione [al. Voconia rogatione, v. relatione] videtur effectum. Paul. IV. 8. §. 22. (Coll. LL. M. XVI. 3.)

Volare. *Per aerem ferri.* I. **Sy.** Volare ab. Evolare. fr. 3. §. 16. de A. v. A. P. 41. 2.

Volens. (Partic.) Cf. v. Velle. §. 1.

Volsiniensis, s. Vulsiniensis. *Incola Volsiniorum,* (oppidi Etruriae.) III. **Cn.** Vrbis Vulsiniensium principales. Th. C. XII. 1. c. 61. de decurion.

Volucris. *Avis.* I. **Sy.** Quae caelo capiuntur. Volucres. Gai. II. 66. sq. III. **Cn.** Volucres, quae — nidum fecerint. fr. 5 §. 2. de A. R. D. 41. 1.

Volumen. §. 1. *Chartarum convolutarum liber, s. codex.* I. **Sy.** Liber. Libellus. Cf. v. Liber. §. 1. III. **Cn.** Libris legatis, chartae volumina, vel membranae, et philurae continentur. Codices quoque debentur. Paul III. 6. §. 87. Reliquit (sc. Labeo) CCCC [al. XL.] volumina. fr. 2. §. 47. de O. I. 1. 2. Extant volumina inscripta: „Manilii monumenta." fr. 2. §. 39. ib. 1. 2. Non leve libri volumen extendere. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. — **§. 2.** *Tractatus.* III. **Cn.** Novationum nocentia corrigere volumina. c. 8. de novat. 8. 42. Immensa veteris prudentiae volumina. Prooem. Iust. §. 2. — **§. 3.** *Monumentum scriptum. Tabulae.* III. **Cn.** Ipsa volumina rationum. fr. 6. §. 7. de statulib. 40. 7. Innexus voluminibus censualibus, Th. C. VI. 35. c. 3. §. 1. de priv. eor. qui in S. pal.

Voluntarie. (Advb.) *Sponte, Consilio.* II. **Op.** Casu (homicidium factum. L. Rom. Burg. 2.

Voluntarius. (Adiect.) *Spontaneus.* I. **Sy.** Prona, Voluntaria (liberalitas, s. largitas.) Nov. Th. II. de h. qu. sp. mun. I. 22. c. 1. pr. §. 2. II. **Op.** Fortuitus. Cf. h. v. Voluntaria, — Coacta (obsequia.) Th. C. VIII. 1. c. 11. de numerar. Voluntaria, — Contentiosa (iurisdictio.) Cf. v. Contentiosus. §. 3. Ex noxali causa, — Voluntaria (mancipatio.) Gai. IV. 79. Ex testamento, — Ex voluntario contractu (constitui.) c. 4. de usufr. et habit. 3. 33. Necessarius. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** Si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona heredis veniant. fr. 69. §. 1. de legat. II. (31.) Voluntarius procurator, qui se alienis negotiis offert. Paul. I. 3. §. 3. Exsilium voluntarium. Mors voluntaria. fr. 16. §. 8. de poen. 48. 19. c. 2. Qu. testam. fac. p. 6. 22.

Voluntas. **§. 1.** *Facultas et habitus animi* (iuste, vel secus, sentiendi et apud se constituendi.) III. **Cn.** Constans et perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens, (est iustitia.) fr. 10. pr. de I. et I. 1. 1. Voluntas misericordiae amica. Th. C. V. 7. c. 2. de expos. Furiosi voluntas nulla est. fr. 47. de A. v. O. H. 29. 2. — **§. 2.** *Propositum.* I. **Sy.** Animus. Cf. h. v. §. 2. Destinatio. Cf. h. v. II. **Op.** Effectus. Cf. h. v. §. 2. Casus. Cf. h. v. §. 3. III. **Cn.** Domicilii voluntate (ad munera vocari.) c. 6. de incol. 10. 39. Si voluntas nocendi intercedat. c. 1. ad L. Corn. de sicar. 9. 16. Sceleris punire voluntatem. Th. C. IX. 26. c. 1. ad L. Iul. de amb. — **§. 3.** *Sententia, Mens.* I. **Sy.** Sententia. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Verba. Cf. v. Verbum. §. 1. Voluntatis, — Iuris (quaestio.) c. 14. de donat. int. V. 5. 16. Cf. Vlp. XXV. 1. III. **Cn.** Non satis in ea re legislatorem voluntatem suam verbis expressisse. Gai. III. 76. Arbitrari Senatum, recte atque ordine facturos, ad quos d. e. r. in iure aditum erit, si dederint operam, ut in ea re Senatus voluntas servetur. fr. 2. §. 1. ad S. C. Vell. 16. 1. cf. fr. 6. §. 2. de confess. 42. 2. In obscura voluntate manumittentis, favendum est libertati. fr. 179. de R. I. 50. 17. Petentem per exceptionem d. m. repelli, quasi contra voluntatem defuncti petat. Gai. II. 198. Disputari de voluntate potest. Quaestio voluntatis. fr. 50. §. 6. de legat. III. (32.) Paul. III. 6. §§. 71. 76. sqq. — **§. 4.** *Arbitrium, Consensus, Placitum.* I. **Sy.** Arbitrium. Cf. h. v. §. 1. Auctoritas. Cf. h. v. §. 2. Consensus. Cf. h. v. Consilium. Cf. h. v. §. 3. Iudicium (populi.) fr. 32. §. 1. de LL. 1. 3. Sponte. Ex voluntate. Cf. v. Sponte. §. 1. II. **Op.** Voluntas, et officium. — Necessitas. fr. 17. §. 3. commod. 13. 6. Sua voluntate. — Iussu alterius. fr. 2. pr. Qu. c. eo qui in al. pot. 14. 5. Gai. II. 257. sq. Ignorante, vel invito eo. — Voluntate eius. fr. 9. §. 8. de R. C. 12. 1. Gai. II. 63. sq. Paul. II. 26. §§. 12. sq. III. **Cn.** Nullo voluntatis indicio, patiente tamen domino. Id. V. 6. §. 11. fr. 1. §. 3. de tribut. act. 14. 4. Habere voluntatem, vel mandatum, eorum. fr. 40. §. 4. de procur. 3. 3. fr. 3. §. 4. de in rem verso. 15. 3. Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest, et alio quovis indicio voluntatis. Paul. IV. 4. §. 1. Gai. II. 167. 169. Nostra voluntate facimus (sc. religiosum locum.) Id. II. 6. Sua voluntate accipere (fideiussores.) fr. 9. sq. Qui satisd. cog. 2. 8. Filia vel sola, — vel voluntate filiae pater, habeat rei uxoriae actionem. Vatic. §. 269. fr. 2. §. 2. fr. 37. sol. matrim. 24. 3. Ex voluntate patris, dominive, — Sine voluntate eorum (rem contrahi, s. negotium geri.) Gai. IV. 71. 73. In eadem voluntate esse. — Si contraria voluntas probetur. fr. 4. §. 6. de off. Proc. et Leg. 1. 16. fr. 40. §. 4. de procur. 3. 3. cf. fr. 18. de adopt. 1. 7. — **§. 5.** *Iudicium supremum defuncti.* I. **Sy.** Iudicium. Cf. h. v. §. 5. A. Voluntas (ultima.) Testamentum. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Si heres institutus non habeat voluntatem, vel quia incisae sunt tabulae, — vel quia alia ratione voluntatem testator mutavit. fr. 1. §. 8. si tab. testam. null. 38. 6. c. 4. pr. de V. S. 6. 38. In codicillis, — sicut in voluntatibus testamenti. Th. C. IV. 4. c. 1. de testam. et codic.

Voluptarius. (Adiect.) *Voluptatem adferens.* I **Sy.** Voluptatis causa, s. Ad voluptatem, factus. Voluptuosus. fr. 1. pr. fr. 7. pr. fr. 9. fr. 11. pr. fr. 14. pr. §§. 1. sq. de impens. in res dot. fact. 25. 1. II. **Op.** Necessariae, — Vtiles, — Voluptariae (impensae.) fr. 1. pr. fr. 7. l. 25. 1. fr. 79. pr. §§. 1. sq. de V. S. 50. 16. III. **Cn.** Voluptariae [al. voluptuariae] sunt (sc. impensae,) quae speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia, et aquae salientes etc. fr. 79. §. 2. l. l. 50. 16. cf. fr. 39. §. 1. de hered. pet. 5. 3.

Voluptas. **§. 1.** *Delectatio.* I. **Sy.** Cupiditas (marmorum.) Voluptas [al. voluntas] sumtuosa. Th. C. X. 19. c. 2. de metall. II. **Op.** Vtilitas. fr. 3. §. 4. de in rem verso. 15. 3. cf. fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. Valetudinis, — Voluptatis (causa, sc. ungi.) fr. 21. §. 1. fr. 25. §. 12. de auro arg. 34. 2. III **Cn.** Nulla necessitate urgente, voluptatis causa (proficisci.) fr. 2. §. 8. si qu. cautt. 2. 11. Si forte voluptati [al. voluptate] fuit praedium, viridaria etc. habens. fr. 13. §. 4. de usufr. 7. 1. cf. fr. 198. de V. S. 50. 16. Histrio, vel alterius voluptatis artifex. fr. 7. §. 5. de oper. libert. 38. 1. — **§. 2.** *Voluptates, i. e. Spectacula, Ludi publici.* I. **Sy.** Oblectamenta. Cf. h. v. Spectacula. Cf. h. v. III. **Cn.** Voluptates populi, ac festi dies. Th. C. XV. 7. c. 13. cf. c. 3. de scaen. Scaenicae, v. Publicae voluptates. Priscarum solemnitas voluptatum. Ib. VI. 4. c. 29. de Praet. et Qu. XV. 7. c. 5. XVI. 10. c. 3. c. 17. de pagan.

Voluptuosus. (Adiect.) *Ad voluptatem pertinens.* I. **Sy.** Voluptarius. Cf. h. v. II. **Op.** Necessariae, — Vtiles, — Voluptuosae (impensae.) Vlp. VI. 14. sqq.

Volusianum. *Nomen S. Cti,* (quod improbitatem eorum, qui in alienam litem coissent, iudicio vis privatae coërcuit.) III. **Cn.** Ex S.C. Volusiano, qui improbe coëunt in alienam litem, ut quidquid ex condemnatione — redactum fuerit, inter ipsos communicaretur, lege Iulia de vi privata tenentur. fr. 6. ad L. Iul. de vi priv. 48. 7.

Volusius Maecianus. *Nomen I. Cti,* (qui M. Antonini Imp. aequalis fuit.) III. **Cn.** Divi Fratres in haec verba rescripserunt: — Volusius Maecianus, amicus noster, ut et iuris civilis praeter veterem et bene fundatam peritiam anxie diligens. fr. 17. pr. de iure patron. 37. 14. D. Pium contra constituisse, Maecianus libro quaestionum refert. fr. 86. pr. de A. v. O. H. 29. 2. cf. fr. 9. de L. Rhod. 14. 2. Vt eleganter Maec. lib. 6. fidei-

fideicommissorum, ait fr. 16. §. 6. ad S. C. Treb. 36. 1. Cf. Hommelii palingen. I. 353. sqq.

Volutare. §. 1. *Frequenter et passim volvere.* III. *Cn.* Turpibus volutata complexibus. Th. C. XV. 7. c. 8. de scaenic. — §. 2. *Frequenter excutere,* (et tractare, vel pronunciare.) III. *Cn.* Diu nostro animo volutatis (consiliis.) Nov. Th. II. de loc. reipub. I. 23. c. 1. §. 1. Vniformes querelas iisdem fere sermocinationibus volutarunt. Vatic. §. 35.

Vomer. *Ferramentum aratri, quo sulci fiunt.* III. *Cn.* Securus vomerem, securus falcem possessor exerceat. Nov. Th. II. de patrimonial. I. 3. c. 1. §. 2. Cf. Th. C. IX. 42. c. 7. de bon. proscr. Tela in usum vomeris ligonisque convertere. c. 4. de manc. et colon. patrim. 11. 62.

Voracitas. *Cupido divitiarum inexplebilis.* III. *Cn.* Credentium — voracitas, qui alios actionum suarum redimant exactores. Th. C. II. 13. c. 1. de action. ad potent. transl.

Vorax. (Adiect.) *Avarissimus.* III. *Cn.* Vorax et fraudulentum propositum (numerariorum.) Ib. VIII. 1. c. 4. de numerar.

Votivus. (Adiect.) §. 1. *Ad votum pertinens.* III. *Cn.* Votiva festivitatis solemnitas. Th. C. XV. 9. c. 2. de expens. lud. Sumtus votivi. Ib. VI. 4. c. 31. de Praet. et Qu. — §. 2. *Exoptandus.* III. *Cn.* Gratum ac iucundum est, — quae sunt maxime votiva, compleri. Ib. II. 8. c. 1. de feriis. Votiva curialium numerositas. Votiva domi proles. Ib. XII. 5. c. 3. Quemad. mun. civ. XVI. 2. c. 27. pr. de episc. eccl.

Votum. §. 1. *Preces cum sponsione* (deo facta, aut reipub.) III. *Cn.* Sub praetextu religionis, vel sub specie solvendi voti, (coetus illicitos tentare.) fr. 2. de extr. crim. 47. 11. Pro salute Principis vota suscipere. fr. 233. §. 1. de V. S. 50. 16. Gesta in Sen. de recip. Th. C. VII. 24. c. 1. de oblat. votor. Inire festa convivia, si quando exigunt publica vota. Ib. XVI. 10. c. 17. cf. c. 3. de pagan. Votum christianae legis. Ib. XVI. 2. c. 16. de episc. eccl. Obligari, — Liberari (voto.) fr. 2. pr. §§. 1. sq. de pollicit. 50. 12. — §. 2. *Preces (Principi oblatae.) Imploratio.* I. *Sy.* Desideria. Expetenda. Vota. Th. C. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. XII. 12. c. 13. pr. §. 1. de legat. et decr. — §. 3. *Sponsio nuptiarum.* I. *Sy.* Matrimonium. Nuptiae. Vota nuptiarum. Vota (p. se pos.) c. 24. de nupt. 5. 4. c. 4. c. 6. pr. de sec. nupt. 5. 9. Th. C. III. 5. c. 6. §. 1. c. 7. sq. de sponsal. — §. 4. *Optatum, Desiderium.* III. *Cn.* Parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos naturae simul et parentium commune votum. fr. 7. §. 1. si tab. testam. null. 38. 6. cf. fr. 15. pr. de inoff. testam. 5. 2. fr. 50. §. 2. de bon. libert. 38. 2. Liberorum procreandorum animo et voto (uxores ducere.) fr. 220. §. 3. de V. S. 50. 16. c. 13. c. 17. de postlim. rev. 8. 51. Animus litigantis, et obtinendi votum. fr. 11. §. 3. ad L. Falc. 35. 2. Inhonestis factis, atque indecentibus votis (obsedit filium.) Th. C. II. 19. c. 2. de inoff. testam. Cf. XI. 27. c. 1. de alim. qu. inop.

Vovere. *Voto promittere.* III. *Cn.* Si quis rem aliquam voverit, voto obligatur; quae res personam voventis, non res quae vovetur, obligat. fr. 2. pr. §. 2. de pollicit. 50. 12.

Vox. §. 1. *Loquendi facultas.* III. *Cn.* Et vocem abstulit, et aures conclusit (sc. morbus.) c. 10. Qui testam. fac. p. 6. 22. Articulata, — Inarticulata, vox. c. 10. l. 6. 22. cf. fr. 7. §. 2. de supell. leg. 33. 10. — §. 2. *Elocutio, Pronunciatio.* I. *Sy.* Lingua. c. 29. de testam. 6. 23. Expetente populo. Populi, s. Populorum, vocibus. fr. 12. de adpell. et relat. 49. 1. c. 12. de poen. 9. 47. Th. C. XII. 1. c. 49. de decurion. II. *Op.* Sua voce, — Litteris, — Quocunque modo (confiteri.) Paul. V. 5. A. §. 3. III. *Cn.* Potuisse ancillam — auxilium ferre, — certe voce plorantem. fr. 1. §. 28. de S. C. Silan. 29. 5. Vbi non voce, sed praesentia opus est. fr. 124. pr. de R. I. 50. 17. Demonstrat — Praetor non vocem agentis, sed qualem formulam edat. Coll. LL. M. II. 6. Inter acta, voce adpellare. fr. 5. §. 4. de adp. et rel. 49. 1. Libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Th. C. IX. 7. c. 5. ad L. Iul. de adult. In vocem libertatis eum (sc. servum) animare. c. 6. de serv. fugit. 6. 1. Cf. Th. C. I. 16. c. 6. sq. (Wck.) de off. Rect. Pr. Horrida vox (praeconis.) c. 11. §. 1. de feriis. 3. 12. fr. 7. pr. de I. I. R. 4. 1. Maledicere, — et infaustas voces iactare. fr. 9. §. 1. de h. qu. ut ind. 34. 9. c. 12. de testib. 4. 20. Vocem funestam (intercidi.) Th. C. IX. 6. c. 3. ne praeter crim. mai. — §. 3. *Suffragium, Auctoritas, Suasio.* III. *Cn.* Ipsum Romulum et Numam — Quaestores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent. fr. 1. pr. de off. Quaest. 1. 13. Ipsum ius honorarium viva vox est iuris civ. fr. 8. de I. et I. 1. 1. Religiosis vocibus Senatus — persuasi. Th. VI. 4. c. 1. de Praet. et Qu. Ecclesiae voce moniti. Ib. IX. 45. c. 4. §. 3. de h. qui ad eccl. Aliorum testium vox (consentiens.) Iul. ep. nov. c. 83. §. 324. — §. 4. *Sermo, Oratio.* III. *Cn.* Voce romana positae leges. — In vocem graecam transformare. c. 2. §. 21. de vet. iure enucl. 1. 17. Cf. Gai. III. 93. In ambigua voce legis etc. fr. 19. de LL. 1. 3.

Vrbanicianus. (Adiect.) *Ad Praefecturam urbanam spectans,* (item ad cohortes militum urbanorum.) III. *Cn.* Milites urbaniciani [al. urbanici, s. urbani.] Tribuni urbaniciani. fr. 35. §. 4. ex qu. c. mai. 4. 6. Th. C. VI. 27. c. 8. pr. de agent. in reb. Ne urbaniciani officiales annonariis necessitatibus misceantur. Ib. XI. 14. c. 1. de condit. in pub. horr.

Vrbanicus. Cf. Vrbanicianus, v. Vrbicus.

Vrbanus. (Adiect.) §. 1. *Ad quamlibet urbem pertinens.* II. *Op.* Rusticus. Cf. h. v. §. 1. III. *Cn.* Habitationes urbanae. fr. 4. pr. de pact. 2. 14. cf. fr. 54. §. 2. de hered. pet. 5. 3. Pensiones urbanorum aedificiorum. fr. 39. §. 1. de legat. I. (30.) — §. 1. A. *Ad urbem Romam (vel Constantinopolin,) spectans.* I. *Sy.* Vrbis, s. Qui in urbe ius dicebat, (Praetor.) Vlp. XI. 20. 24. Gai. I. 178. 184. sq. fr. 2. §. 27. de O. I. 1. 2. II. *Op.* Peregrinus. Gai. I. 6. IV. 31. fr. 12. de supell. leg. 33. 10. Provincialis. Cf. h. v. III. *Cn.* Vrbanum, vel annonarium, officium. Th. C. XIII. 5. c. 38. pr. de navicul. (Cf. v. Vrbanicianus.) Vrbanum iudicium. — Forum praefecturae Orientis etc.

Ib. VIII. 4. c. 30. §. 1. de cohortal. XII. 1. c. 188. de decurion. Cohortes urbanae. fr. 8. §. 9. de excusat. 27. 1. — **§. 2.** *Ad illam soli partem spectans, in qua aedificium collocatum est.* III. ***Cn.*** Iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur. fr. 1. §. 1. de R. D. 1. 8. cf. fr. 1. de servit. 8. 1. Praedia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus. Vlp. XIX. 1.

Vrbare, s. Vrvare. *Aratro describere* (ambitum urbis condendae.) I. ***Sy.*** Aratro definire. fr. 239. §. 6. de V. S. 50. 16.

Vrbicanus. (Adiect.) *Vrbicus, Vrbanus.* II. ***Op.*** Vrbicaria, Vrbicana (praefectura.) — Praetoriana. Nov. Th. II. de am. mil. fori praes. I. 9. c. 4. §. 1.

Vrbicarius. (Adiect.) Idem. I. ***Sy.*** Vrbicanus. Cf. h. v. Vrbanus. Th. C. XIII. 5. c. 27. de navicul. XIV. 15. c. 3. pr. c. 6. de can. frum. urb. R. II. ***Op.*** Per omnem Italiam. — Per urbicarias, Africanasque regiones, ac per omne Illyricum. Ib. XI. 13. c. 1. si p. obrept. fuer. imp. XI. 16. c. 2. c. 9. de extr. s. sord. III. ***Cn.*** Vrbicariae praefecturae (officium.) Ib. XI. 14. c. 2. de cond. in pub. horr. Iul. ep. nov. c. 56. §. 200. Frumentum, vel oleum urbicarium. Th. C. XIV. 15. c. 3. l.

Vrbicus. (Adiect.) **§. 1.** *Ad quamlibet urbem pertinens.* II. ***Op.*** Vrbicae, — Rusticae (viae.) fr. 2. §. 24. ne qu. in loco pub. 43. 8. III. ***Cn.*** Vrbico usui destinatus, — Vrbicis rationibus expunctus (sc. servus.) fr. 27. pr. de instr. leg. 33. 7. fr. 4. §. 5. de penu leg. 33. 9. — **§. 2.** *Ad urbem Romam spectans.* I. ***Sy.*** Vrbanus. fr. 4. §. 5. de penu leg. 33. 9. Romae iniuncta, Vrbica (tutela.) Vatic. §§. 177. 191. II. ***Op.*** Vrbicum [al. urbanicum,] — Provinciale (edictum.) fr. 3. sq. de oper. serv. 7. 7. (inscr.) Ostienses, — Vrbici (pistores.) Vatic. §§. 233. sqq. Th. C. XIII. 5. c. 2. de navicul. Vrbicam procurationem adipisci. fr. 11. §. 2. de minor. 4. 4. Dioecesis urbica. Vatic. §. 205.

Vrbs. **§. 1.** *Oppidum, muro cinctum.* I. ***Sy.*** Civitas. Th. C. XII. 1. c. 10. c. 12. c. 48. de decurion. II. ***Op.*** Rus. fr. 211. de V. S. 50. 16. III. ***Cn.*** Vrbs, ab urbo adpellata est, — quod in urbe condenda adhiberi solet. fr. 239. §. 6. de V. S. 50. 16. — **§. 2.** *Vrbs* (p. se pos.) i. e. ***Roma.*** I. ***Sy.*** Civitas nostra. fr. 1. pr. fr. 2. §. 1. d. O. I. 1. 2. Vrbs aeterna, s. veneranda. Gesta in Sen. de rec. Th. C. C. Th. XI. 30. c. 61. de adp. et poen. II. ***Op.*** Civitates. Respub. Municipia. fr. 41. §. 6. de legat. I. (30.) fr. 1. pr. §. 1. de L. Iul. amb. 48. 14. Provincia. Cf. h. v. §. 1. III. ***Cn.*** „Vrbis" adpellatio muris, „Romae" autem continentibus aedificiis finitur. fr. 2. pr. fr. 87. fr. 147. fr. 154. de V. S. 50. 16. Vrbe, Italia, provincia (interdicere.) Coll. LL. M. I. 11. fr. 1. pr. §§. 4. 13. de off. Prf. Vr. 1. 12. In urbe Roma, vel intra primum urbis Romae milliarium. Gai. IV. 104. sq. cf. I. 27. In hortis urbi iunctis. fr. 4. §. 5. de penu leg. 33. 9. Qui ex urbe Roma in latinas colonias deducti. Gai. III. 56. Praefectus urbi. Cf. v. Praefectus. §. 2. Annona urbis. fr. 5. §. 3. de iure immun. 50. 6. — **§. 3.** *Constantinopolis.* III. ***Cn.*** In hac regia, s. inclyta, v. alma, urbe. c. 6. pr. de h. qui ad eccl. 1. 12. c. 11. de adsessor. 1. 51. c. 13. §. 1. de iudic. 3. 1. Constitutio Zenonis, — localis, et huic florentissimae urbi dedicata. c. 13. de aedif. priv. 8. 10.

Vrbum, s. Vrvum. *Curvatura aratri.* III. ***Cn.*** Vrbs, ab urbo [al. urvo] adpellata est; urbare, [al. urvare,] est aratro definire. Et Varus ait, urbum [al. urvum] adpellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. fr. 239. §. 6. de V. S. 50. 16. cf. fr. 21. Qu. mod. ususfr. 7. 4.

Vrceolus. *Vrceus minor.* III. ***Cn.*** Quod ad praeparationem bibendi comparatum est, veluti colum nivarium, et urceoli. fr. 21. pr. de auro arg. 34. 2. Quae ad poculorum speciem comparata sunt, — veluti paterae, calices, scyphi, urceoli etc. Paul. III. 6. §. 90. cf. §. 86.

Vrceus. *Vas ansatum.* III. ***Cn.*** Vrcei, quibus aqua in aënum infunditur. fr. 18. §. 3. de instr. leg. 33. 7. Vrcei, capsellae, in quibus fructus componuntur. fr. 12. §. 1. ib. 33. 7.

Vredo. *Genus morbi herbarum.* III. ***Cn.*** Si uredo fructum oleae corruperit. fr. 15. §. 2. locat. 19. 2.

Vrere. **§. 1.** *Comburere, Cremare.* I. ***Sy.*** Deurere. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Cingere, caedere, urere (silvam.) fr. 29. locat. 19. 2. Vstum, aut ruptum, aut fractum. Gai. III. 217. Si aedes ustae sunt culpa eius. fr. 22. §. 3. ad S. C. Treb. 36. 1. — **§. 2.** *Gravare.* III. ***Cn.*** Perpetua infamia, v. Exsilio uri. Th. C. XVI. 2. c. 40. de episc. eccl. XVI. 7. c. 5. de apostat.

Vrgens. (Partic.) *Imminens, Instans.* I. ***Sy.*** Cogente, Vrgente (necessitate.) fr. 3. §. 10. de N. G. 3. 5. III. ***Cn.*** Vrgens, et necessaria (refictio.) fr. 3. §. 1. de riv. 43. 21. Nulla re urgente, sed voluptatis causa, (facti sumtus.) fr. 27. pr. de N. G. 3. 5. Profectio urgens. fr. 15. de rec. qu. arb. 4. 8. Necessitatibus urgentibus. Vatic. §. 26. cf. fr. 3. §. 10. l. 3. 5. c. 1. de dilation. 3. 11. Th. C. VI. 28. c. 6. de princ. agent. in reb.

Vrgere, s. Vrguere. **§. 1.** *Premere, Instare.* I. ***Sy.*** Imminere. Cf. h. v. §. 2. III. ***Cn.*** Si subita morte urguebatur. Gai. II. 102. Si res urgeat, et metus erit, ne etc. fr. 49. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. fr. 7. §. 11. Qu. ex c. in poss. 42. 4. cf. fr. 8. §. 9. de transact. 2. 15. Vt neque ipsi urgerentur, — neque bona diu iacerent. fr. 1. §. 12. de success. edict. 38. 9. cf. fr. 12. §. 4. Qu. dies legat. 36. 2. Si forte urgeatur a Praetore ad sententiam. fr. 13. §. 4. de rec. qu. arb. 4. 8. — **§. 2.** *Opprimere.* I. ***Sy.*** Opprimi, Vrgeri (argumentis.) fr. 18. §§. 1. sq. de quaestion. 48. 18. III. ***Cn.*** Si suspicione aliqua reus urgeatur. Paul. V. 14. §. 1. — **§. 3.** *Oppugnare.* III. ***Cn.*** Is, qui coeperit urgere [al. arguere.] c. 7. de calumn. 9. 46. Th. C. IX. 1. c. 9. de accusat. Vrgetur tamen Iuliani sententia argumentis Pomponii. Vatic. §. 75. — **§. 4.** *Compellere, Coërcere.* III. ***Cn.*** Ad faciendum satis urgeri. c. 22. ex qu. c. infam. 2. 12. Domini auctoritate, vel iussione urgeri. Th. C. IX. 17. c. 1. de sepul. viol. Cf. fr. 52. §. 4. de legat. III. (32.) Cum infamiae periculo urgeri (ad restitutionem.) Coll. LL. M. X. 6. — **§. 5.** *Accelerare.* III. ***Cn.*** Circa hos

maxime urgenda commotio est. Th. C. XVI. 5. c. 62. de haeret.

Vrina. *Humor corporis animalium*, (qui ex renibus vesicaque profunditur.) III. **Cn.** Vitio vesicae collectum humorem continere non potest, non quia urinam in lecto facit etc. fr. 14. §. 4. de Aedil. edict. 21. 1.

Vrinator. *Qui sub aqua natat.* III. **Cn.** Si navis — submersa est, et — merces per urinatores extractae sunt, data mercede. fr. 4. §. 1. de L. Rhod. 14. 2.

Vrna. **§. 1.** *Genus mensurae liquidorum.* III. **Cn.** Vrnae aereae, et congiaria, et sextaria. fr. 13. pr. de instr. leg. 33. 7. — **§. 2.** *Vas sepulchrale*, (mortuorum ossa et cineres *recipiens*.) III. **Cn.** Supra terram urnis clausa, vel sarcophagis, (corpora.) Th. C. IX. 17. c. 6. de sepulc. viol.

Vrnale. *Vas, urnam referens.* III. **Cn.** Vinum, quod in urnalibus fuisset, legatum. fr. 16. pr. de trit. vino. 33. 6.

Vrseius Ferox. *Nomen I.Cti* (Tiberii Imp. aequalis.) III. **Cn.** Cassius existimasse Vrseium refert. fr. 1. §. 10. Quar. rer. act. 44. 5. Iulianus ad Vrseium Ferocem. fr. 48. de iure dot. 23. 3. (inscr.) Libro X. Vrseius refert, Sabinum respondisse. Coll. LL. M. XII. 7. Apud Ferocem Proculus ait. fr. 11. §. 2. de aqua et aqu. pl. 39. 3.

Vrsus. *Animalis feri genus notissimum.* III. **Cn.** Fera bestia, velut ursus, leo. Gai. III. 217. cf. II. 16. fr. 1. §. 10. si quadrup. 9. 1. Canis, verres, — lupus, ursus, — aliudve, quod noceret, animal. fr. 40. §. 1. fr. 41. de Aedil. edict. 21. 1. Foveas ursorum, cervorumque, capiendorum causa facere. fr. 28. pr. ad L. Aqu. 9. 2.

Vsio. *Vsus.* I. **Sy.** Vsus. fr. 60. §. 2. de legat. III. (32.) III. **Cn.** Quae huiusce generis, longae usionis gratia, contrahuntur. Fr. Qu. Mucii, I.Cti. Ap. Gell. IV. 1. Ex quo auro aliquid est. effectum, sive id suae sive alterius usionis causa paratum esset. fr. 27. §. 4. de auro arg. 34. 2.

Vsitatim. (Advb.) *Secundum consuetudinem.* III. **Cn.** Provinciis praesidentes per omnium villas sensim atque usitatim, vicosque cunctos, discurrant. Th. C. I. 16. c. 12. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Vsitatus. (Partic.) *Vsu receptus.* II. **Op.** Novus. Cf. h. v. §. 2. III. **Cn.** A nullis auctoribus receptae, nec usitatae sunt (scripturae eorum.) c. 1. §. 4. de vet. iure enucl. 1. 17. Dubitandum non erit, quin etc. — nam et usitatum fere est etc. fr. 108. §. 7. de legat. I. (30.) Quamvis usitatum non sit, — tamen aequum sibi videri. fr. 21. §. 3. de adp. et relat. 49. 1. cf. c. 1. si cert. pet. 4. 2. Et usitatius et elegantius esse. fr. 137. §. 7. de V. O. 45. 1. Vulgaria atque usitata (actionum nomina.) fr. 2. cf. fr. 1. pr. de praescr. vv. 19. 5. Vsitato more. c. 32. de transact. 2. 4. c. 3. de postul. 2. 6. Illud usitatissimum est, ut etc. fr. 19. de excusat. 27. 1. Tempora usitata. Th. C. I. 16. c. 1. (Wck.) de off. Rect. Pr.

Vspiam. (Advb.) *Vllo in loco.* III. **Cn.** Vspiam, vel in itinere, vel in urbe. Th. C. XVI. 10. c. 10. de pagan. Cf. II. 33. c. 2. de usur.

Vsquam. (Advb.) Idem. I. **Sy.** Vsquam gentium. Vbicunque. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Nec usquam relatum, nec unquam receptum. fr. 1. §. 1. de Senat. 1. 9.

Vsque. (Advb.) **§. 1.** *Intra fines certi temporis, vel loci, vel numeri* etc. I. **Sy.** In. Cf. h. v. §. 4. II. **Op.** Extra. Cf. h. v. §. 1. Vsque ad. — In infinitum, v. perpetuum. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. fr. 3. sq. de procur. 3. 3. Vsque ad (eum gradum.) — Etiam ex (illo gradu.) Vlp. V. 6. III. **Cn.** Vsque in hodiernum, v. nunc. fr. 135. §. 2. de V. O. 45. 1. c. 6. de SS. eccl. 1. 2. Th. C. XVI. 1. c. 2. pr. de fide cath. Praedia ea omnia, quae sunt usque ad praedium, quod vocatur etc. fr. 35. §. 1. de legat. III. (32.) cf. fr. 30. pr. de legat. II. (31.) Quoad usque ingressus est, — eo usque etc. fr. 1. §. 5. de itin. actuq. priv. 43. 19. Qui a patriciis et Consulibus, usque ad omnes illustres viros, descendunt. fr. 12. §. 1. de Senat. 1. 9. Parentes, usque ad tritavum; — superiores etc. fr. 4. §. 2. de in ius voc. 2. 4. Ex tribus servis, — usque ad X; — a X usque ad XXX etc. Vlp. I. 24. Gai. I. 43. 45. — **§. 2.** *Admodum.* III. **Cn.** Procul usque a liberalibus causis sese contineant. Th. C. VIII. 9. c. 1. de lucr. offic.

Vsque dum. (Advb.) *Quoad, Quamdiu.* III. **Cn.** Vsque dum vivet. fr. 21. pr. de ann. legat. 33. 1. Adire debet, usque dum causam finiat. Vatic. §. 161.

Vsque eo. (Advb.) *In tantum.* III. **Cn.** Vsque eo dumtaxat (sc. condemnandi,) quo locupletiores ex ea re facti essent. fr. 20. §. 6. de hered. pet. 5. 3. Vsque eo (sc. capite minuuntur,) ut civitatem amittant. fr. 5. §. 1. de cap. min. 4. 5. (Cf. v. Eo.)

Vsquequaque. (Advb.) *Ex omni parte.* II. **Op.** Quousque (permissum.) — Vsqu. libera (administratio.) fr. 1. §. 1. Qu. res pign. 20. 3. fr. 12. de cur. fur. 27. 10. III. **Cn.** Ne — usquequaque, et sine ulla distinctione, recipiatur. fr. 30. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. Quod vulgo dicitur, non usqu. verum esse. fr. 14. §. 1. de lib. et posth. 28. 2. Internis negotii usqu. decursis. Th. C. I. 5. c. 3. (Wck.) de off. Prf. Pr.

Vsque quo. (Advb.) *Quousque. Quatenus.* III. **Cn.** Vsque quo Falcidia permittit, suam habent potestatem (sc. legata etc.) fr. 29. §. 2. de inoff. testam. 5. 2.

Vstrina. *Locus, in quo cadaver crematur.* III. **Cn.** Intra muros civitatis corpus sepulturae dari non potest, vel ustrina fieri. Paul. I. 21. §. 3.

Vsualis. (Adiect.) **§. 1.** *Ad usum paratus.* I. **Sy.** Vsus sui causa, Vsualia (mancipia habere.) fr. 16. §. 3. de publican. 39. 4. fr. 203. de V. S. 50. 16. II. **Op.** Venalis. Cf. h. v. §. 1. — **§. 2.** *Vsu comprobatus.* III. **Cn.** In V pedibus et VII unciis usualibus (delectus habeatur.) Th. C. VII. 13. c. 3. de tiron.

Vsuarius. (Adiect.) **§. 1.** *Ad usum quotidianum paratus.* III. **Cn.** Promercalia, et usuaria. Fr. Sabini, I.Cti. Ap. Gell. IV. 1. — **§. 2.** *Qui servitutem usus patitur.* III. **Cn.** Servus fructuarius, vel usuarius. fr. 2. de pecul. 15. 1. Per usuarias ancillas opus perficere. fr. 12. §. 6. de usu et habit. 7. 8. Vsuariae rei speciem is, cuius proprietas est, nullo modo commutare potest. fr. 23. ib. 7. 8.

Vsuarius. (Subst.) *Qui iure dumtaxat aliena re utendi praeditus est.* I. **Sy.** Is, cuius usus est.

fr. 2. de pecul. 15. 1. Paul. III. 6. §. 25. fr. 2. pr. fr. 10. pr. §. 1. de usu et habit. 7. 8. II. **Op.** Fructuarius. Cf. h. v. §. 1. Is, cuius proprietas est. fr. 23. ib. 7. 8. — **§. 2.** *Qui usumfructum alienae rei habet.* I. **Sy.** Is, cuius ususfructus est. Vsuarius [al. usufructuarius.] fr. 32. de stipul. servor. 45. 3.

Vsucapere. *Vtendo* (per ordinarii temporis spatium, iure civili definitum,) *rem alienam suam facere ex iure Quiritium.* I. **Sy.** Vsu suum facere. Per usum sibi adquirere. fr. 1. §. 1. fr. 19. fr. 21. pr. fr. 23. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. fr. 23. §. 7. de R. V. 6. 1. fr. 33. pr. de usurp. 41. 3. II. **Op.** Statim res eius fieri. — Si alienae sint, usucapi eas posse. fr. 1. §. 2. pro dote. 41. 9. III. **Cn.** Vsu in manum conveniebat, quae anno continuo nupta perseverabat; nam velut annua possessione usucapiebatur. Gai. I. 111. Ex iure Quiritium mea permanebit (sc. res,) donec tu eam possidendo usucapias; semel enim impleta usucapione etc. Id. II. 41. Occupare, v. Possidere, s. Adquirere possessionem, et usucapere. Id. III. 201. fr. 1. §. 5. de A. v. A. P. 41. 2. Rem alienam ad aliquem transferre, et efficere ut a possessore usucapiatur. Gai. II. 50. Qui postea easdem aedes possidere coeperit, integro statuto tempore libertatem usucapiet. fr. 32. §. 1. cf. pr. fr. 6. sq. de S. P. V. 8. 2. Per eum, quem b. f. possidemus, — et possidere et usucapere possumus. Gai. II. 94. Res pro donato, vel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usucapit. Vatic. §. 260. Pro herede usucapi posse. Gai. III. 201. cf. II. 52. Datur (sc. Publiciana actio) ei, qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit. — Nam quia non potest „eam ex iure Quiritium suam esse“ intendere, fingitur rem usucepisse. Id. IV. 36. fr. 1. pr. §. 1. de Pub. in R. A. 6. 2. Potest heres ab eo, qui rem usucepit, hereditatem petendo perinde eam rem consequi, atque si usucapta non esset. Gai. II. 57. Portionem eius non esse captam usu. Vatic. §. 294. Si, cum possit usucapere emtor, non cepit. fr. 56. §. 3. de eviction. 21. 2. c. 1. de usuc. pro her. 7. 29. Quamvis ipsius sit (sc. dotale praedium,) vel mancipatum ei dotis causa, vel in iure cessum, vel usucaptum. Gai. II. 63. cf. Vatic. §. 293. Alienari, sive usucapi ab aliquo. Vlp. II. 3. fr. 30. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Vix est ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16. Per longi temporis possessionem usucapi. Pr. I. de usucap. 2. 6. Cf. c. 1. de usuc. transf. 7. 31.

Vsucapio. *Adquisitio iusti dominii per usum rei alienae* (iure civili comprobatum, et usque ad legitimi temporis metas ordinarias continuatum.) I. **Sy.** Dominii adquisitio, s. adeptio, per usum, s. per continuationem possessionis. Vlp. XIX. 8. fr. 3. de usurp. 41. 3. cf. fr. 1. §. 1. fr. 23. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. Vsucapere, v. Vsucapi, posse. Vsucapionem competere, v. recipere. Gai. II. 43. sqq. 49. sqq. II. **Op.** Longi temporis, s. Diutina, possessio, v. praescriptio. fr. 18. de usurp. 41. 3. Paul. V. 2. §§. 3. sq. §. 12. I. de usuc. 2. 6. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. III. **Cn.** Singularum rerum dominia nobis adquiruntur mancipatione, traditione, usucapione, in iure cessione, adiudicatione, lege. Vlp. XIX. 2. fr. 7. §. 8. pro emt. 41. 4. Gai. II. 89. Quae species possessionis et usucapionis „pro herede“ [illegible]. Id. II. [illegible] sqq. 60. Si mancipi rem tantum tradiderit, nec mancipaverit, usucapione (demum) pleno iure fit legatarii. Id. II. 204. cf. 41. Mobilium quidem rerum anno completur (sc. usucapio,) fundi vero et aedium biennio. Id. I. 42. 44. Vlp. XIX. 8. Cf. Pr. I. de usuc. 2. 6. c. 1. de usuc. transf. 7. 31. Species usucapionis dicitur usureceptio. Gai. II. 59. Alienationis verbum etiam usucapionem continet. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16. Vsucapio proprietatis, quae post constitutum usumfr. contingit. fr. 17. §. 2. de usufr. 7. 1. Eam usucapionem sustulit L. Scribonia, quae servitutem constituebat; non etiam eam, quae libertatem praestat, sublata servitute. fr. 4. §. 29. de usurp. 41. 3.

Vsufructuarius. *Is, qui ius utendi fruendi in aliena re habet constitutum.* I. **Sy.** Fructuarius. Cf. h. v. §. 2. II. **Op.** Dominus proprietatis. Gai. II. 30. III. **Cn.** Ipse usufructuarius, in iure cedendo domino proprietatis usumfr., efficit ut a se discedat, et convertatur in proprietatem. Id. l. l. Si cum usufructuario noxali iudicio agetur, isque servum non defenderit, denegatur ei per Praetorem ususfructus persecutio. fr. 3. si ex nox. c. 2. 9.

Vsura. *Res, quae vice fructuum penditur,* (pro rata temporis, quo debitor usu rei nostrae potitus est.) I. **Sy.** Vsurae. Foenus. Cf. h. v. §. 1. II. **Op.** Sors. Cf. h. v. §. 6. Vsurarium debitum. — Pecuniam sine usuris debere. fr. 6. §. 12. fr. 38. de N. G. 3. 5. III. **Cn.** Vsurae, et fructus. Gai. II. 280. fr. 4. de pact. dot. 23. 4. Reditus, vel pensiones, vel usurae, vel aliae accessiones. c. 31. §. 2. de iure dot. 5. 12. Quantitas eo nomine expensa, cum usuris licitis. fr. 53. cf. fr. 47. §. 1. de pact. 2. 14. L. Marcia (sc. constituit) adversus foeneratores, ut si usuras exegissent etc. Gai. IV. 23. Gravibus usuris mutuari. Maioribus foenus accipere. fr. 12. §. 9. mand. 17. 1. Sub usuris mutua data (sc. pecunia,) sive sine usuris. fr. 7. §. 9. ad S. C. Mac. 14. 6. fr. 12. de usur. 22. 1. Supra legitimum modum, — Legitimae (usurae.) fr. 26. pr. de cond. indeb. 12. 6. fr. 4. §. 1. de naut. foen. 22. 2. Supra duplum usurae, et usurarum usurae. fr. 26. §. 1. de cond. indeb. 12. 6. fr. 27. de re iud. 42. 1. Vsuram centesimam solvere. c. 1. sq. de exc. rei iud. 7. 54. Vsuras semisses praestare. fr. 30. pr. de adim. legat. 34. 4. Secundum morem provinciae praestare usuras, aut quincunces, aut trientes, aut si quae aliae leviores. fr. 7. §. 10. de admin. et peric. 26. 7. Maximis usuris, vice cuiusdam poenae, subiici. fr. 38. de N. G. 3. 5. Pupillares usurae. Fiscales us. fr. 7. §. 10. l. 26. 7. fr. 6. pr. de iure fisci. 49. 14.

Vsurarius. (Adiect.) *Ad usuras pertinens. Foenebris.* I. **Sy.** Sub usuris. Cf. v. Vsura. III. **Cn.** Debitor usurarius fr. 7. de usur. 22. 1. Debitum usurarium, v. non. fr. 6. §. 12. fr. 38. de N. G. 3. 5.

Vsureceptio. *Restitutio dominii,* (quae certis ex causis priori domino rei competebat, propter anni aut biennii possessionem.) I. **Sy.** Vsucapio, (per quam recipimus id, quod aliquando habuimus.) Gai. II. 59. sqq.

Vsurecipere. *Dominium rei amissum usucapione recuperare.* I. **Sy.** Vsucapere. Recipere

per usucapionem. Recipere per usum. Gai. II. 59. sqq. III. 201. fr. 1. §. 1. fr. 23. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. III. **Cn.** Si rem obligatam sibi populus vendiderit, eamque dominus possederit, concessa est usureceptio; sed hoc casu praedium biennio usurecipitur. Gai. II. 61.

Vsurpare. **§. 1.** *In frequenti usu habere, Vsu confirmare.* I. **Sy.** Vti. Paul. IV. 8. §. 25. fr. 6. §. 1. fr. 9. fr. 16. Quemad. servit. 8. 6. II. **Op.** Non utendo deperdere (servitutem.) fr. 6. §. 1. fr. 16. l. 1. 8. 6. III. **Cn.** Nec per caeteros, qui duxerunt (sc. aquam,) eius ius usurpatum esse. fr. 16. l. 8. 6. Si pendente adpellatione honorem usurpaverit. fr. 7. §. 1. de mun. et hon. 50. 4. Iudicium defuncti non usurpabitur, sed etc. c. 2. si om. sit c. testam. 6. 39. Quod quidem hodie magis usurpatur. fr. 24. §. 2. sol. matrim. 24. 3. Vsurpatum tamen et hoc est, tametsi nullo iure, ut etc. fr. 13. §. 7. de iniur. 47. 10. — **§. 1. A.** *Vsu defendere ius suum (contra possessionem alterius,) vel recuperare libertatem illius.* I. **Sy.** Interrumpere possessionem (alterius.) fr. 5. de usurp. 41. 3. Cf. Fr. Qu. Mucii, I.Cti. Ap. Gell. III. 2. Gai. I. 111. III. **Cn.** Biennio omissa intercidit, et biennio usurpata recipitur (sc. servitus.) Paul. I. 17. §. 2. — **§. 2.** *Occupare, Vindicare.* I. **Sy.** Accipere, Vindicare. Th. C. IX. 42. c. 8. §§. 1. sqq. c. 9. pr. de bon. proscr. Nov. Authem. de mulier. qu. se serv. VI. 1. c. 1. §. 3. III. **Cn.** Quod — ab alio usurpatum ex bonis, quae etc. fr. 40. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. cf. fr. 8. pr. fin. regund. 10. 1. Secundum legem, usurpata revocentur. fr. 2. §. 1. de adm. rer. ad civ. 50. 8. — **§. 2. A.** *Illicite captare, vel adrogare sibi.* III. **Cn.** Illicitum collegium usurpare. fr. 2. de colleg. et corp. 47. 22. Immunitatem usurpare, v. curam. fr. 9. §. 8. de public. 39. 4. c. 3. de off. Quaest. 1. 30. Intra urbem — nemini liceat usurpare (usum tzangarum.) Th. XIV. 10. c. 2. de hab. quo uti op. Vsurpatum nomen (tutoris etc.) c. 8. de interd. matrim. 5. 6. Vsurpare licentius facultatem. Th. C. XI. 30. c. 23. de adp. et poen. cf. VII. 4. c. 3. de erog. mil. ann.

Vsurpaticius. (Adiect.) *Illicita usurpatione paratus.* III. **Cn.** Vsurpaticiis non subsistentibus causis. Consult. vet. I.Cti. c. 9.

Vsurpatio. **§. 1.** *Vsus.* I. **Sy.** Frequens usus. fr. 2. de usurp. 41. 3. III. **Cn.** De usurpationibus (liber, sc. Appii Claudii.) fr. 2. §. 36. de O. I. 1. 2. Vsurpatio libertatis nuda. Th. C. IV. 8. c. 7. (Wck.) de liberali c. — **§. 1. A.** *Renovatio usus rei nostrae,* (ad interrumpendam possessionem alterius comparata.) I. **Sy.** Interruptio usucapionis. fr. 2. de usurp. 41. 3. — **§. 2.** *Adsertio, Vindicatio.* III. **Cn.** Debitor, solutionem differens, potest ad satisfactionem pignorum usurpatione compelli. L. Rom. Burg. 14. (al. 15.) — **§. 2. A.** *Factum eius, qui illicite praesumit sibi aliquid, vel captat.* I. **Sy.** Praesumtio. Cf. h. v. §. 2. Temeritas. Th. C. XI. 22. c. 4. ne collat. transl. III. **Cn.** Petitio, aut usurpatio. Ib. XI. 16. c. 15. de extr. s. sord. Per vim atque usurpationem vindicare. Ib. IX. 40. c. 16. pr. de poen. Tyranni usurpatione provecti. Ib. XV. 14. c. 8. de infirm. h. qu. s. tyr. Prava usurpatione obtinuit. Fr. de I. F. §. 8.

Vsurpator. *Qui illicite usurpat.* III. **Cn.** Ne alieni iuris usurpator praesumtionis suae fructu impune potiatur. Nov. Val. III. de invasor. II. 8. c. 1. pr.

Vsurpatorius. (Adiect.) *Ad usurpatorem spectans.* III. **Cn.** Si quis usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere. Th. C. XI. 16. c. 11. de extr. s. sord.

Vsus. **§. 1.** *Factum utendi, Exercitium.* I. **Sy.** Possessio. Cf. h. v. §. 1. Vsus bellicus, (et castra.) Armatae militiae conditio. Th. C. VII. 1. c. 5. de R. M. II. **Op.** Abusus. Cf. h. v. §. 1. III. **Cn.** Studiorum liberalium usus atque exercitatio. Ib. XIV. 1. c. 1. de decur. urb. R. De usu penitus et conversatione tolli. Ib. XI. 21. c. 1. pr. de collat. aer. cf. fr. 1. pr. de contr. emt. 18. 1. Caetera, eiusmodi usibus destinata. Paul. III. 6. §§. 66. Morbus, ex quo quis minus aptus usui sit. fr. 4. §. 3. cf. fr. 1. §. 7. de Aed. edict. 21. 1. Res, quae usu tolluntur, vel minuuntur. fr. 1. de usufr. ear. rer. 7. 5. fr. 3. §. 6. commod. 13. 6. Servitutes dividi non possunt; nam earum usus ita connexus est, ut etc. Fr. Pomponii, I.Cti. (Corp. I. R. Ante Iust. p. 168. Bonn.) fr. 5. §. 1. fr. 17. de servit. 8. 1. Vsum eius iuris pro traditione possessionis accipiendum esse. fr. 20. ib. 8. 1. Usus causa furari. Coll. LL. M. III. 3. Furtum, — vel ipsius rei, vel etiam usus eius, possessionisve. fr. 1. §. 3. de furt. 47. 2. — **§. 1. A.** *Possessio civilis.* I. **Sy.** Vsucapere, s. Capere usu. Vsu suum facere etc. Cf. v. Vsucapere. v. Vsucapio. II. **Op.** Vsu suum facere. — Non utendo amittere. fr. 1. §. 1. ex qu. c. mai. 4. 6. III. **Cn.** Si quis diuturno usu, et longa quasi possessione, ius aquae ducendae nanctus sit. fr. 10. pr. si servit. 8. 5. cf. fr. 2. de extr. cogn. 50. 13. Nihil per usum sibi adquirere potest, nec coeptam possessionem poterit implere. fr. 23. §. 1. cf. pr. §§. 3. sqq. ex qu. c. mai. 4. 6. Olim — in manum conveniebant: usu etc. — Lege XII Tabb. cautum erat, si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ut quotannis trinoctio abesset, atque ita usum cuiusque anni interrumperet. Gai. I. 110. sq. — **§. 2.** *Ius utendi.* II. **Op.** Proprietas. Cf. h. v. §. 3. Ius dominii. Iul. ep. nov. c. 111. §. 409. Fructus. Cf. h. v. §. 4. Vsusfructus. — Vsus (nudus.) fr. 3. §. 3. de usufr. 7. 1. fr. 20. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 5. §. 2. fr. 10. pr. §. 1. de usufr. ear. rer. 7. 5. III. **Cn.** Nudus usus. Vsus sine fructu. fr. 1. §. 1. fr. 10. §. 1. fr. 14. §. 1. de usu et habit. 7. 8. fr. 5. §. 1. usufr. quemad. 7. 9. Servitutes — personarum, ut usus, et ususfructus. fr. 1. de servit. 8. 1. Vsus aquae personalis. fr. 37. de S. P. R. 8. 3. — **§. 3.** *Vtilitas, Commodum.* I. **Sy.** Vsus sui causa. Vsualis. Cf. h. v. §. 1. Vsus (populi.) Commoda (popularia.) Th. C. XI. 2. c. 2. §. 1. c. 3. tribut in ips. spec. In usus suos, In se (convertere.) fr. 7. §§. 5. sqq. fr. 58. §. 1. de adm. et peric. 26. 7. Paul. V. 27. §. 1. III. **Cn.** Quae custodiae magis causa, quam ad usus patrisfam. eo delata sunt. Id. III. 6. §. 39. Servos, quos domo [al. domum] quis ducet suo usu, (pro his portorium ne dato.) fr. 203. de V. S. 50. 16. cf. fr. 4. §. 1. de publican. 39. 4. Paul. III. 6. §. 44. fr. 6. de pignor. 20. 1. Servi, qui non proprii ipsius, sed communis usus causa parati sunt. fr. 35. de legat. II. (31.) cf. fr. 31. §. 10. fr. 58. §. 1. de don. int. V. 24. 1. fr. 10. de auro arg. 34. 2. Vxori, v. Liberis,

dare, donare, aut in usum concedere, (v. usibus eorum comparare.) fr. 88. pr. de legat. II. (31.) fr. 33. §. 1. de legat. III. (32.) Subiici usibus dominioque nostro. fr. 83. §. 5. de V. O. 45. 1. Vsum omnium rerum relinquere (apud patrem.) Vatic. §. 265. Aliquem usum habere (rerum hereditariarum.) Ib. §. 223. In aliam speciem, aut alios usus convertere. fr. 17. de usu et usufr. leg. 33. 2. fr. 98. §. 8. de solut. 46. 3. cf. fr. 12. §. 1. de relig. 11. 7. Qui arma, tela, — praeter usum venationis, — coëgerit. fr. 1. ad L. Iul. de vi pub. 48. 6. Ita consummare (sc. aedificium,) ut iam in usu esse possit. fr. 139. §. 1. de V. S. 50. 16. Principalibus usibus deservire. fr. 39. §. 8. de legat. I. (30.) Cf. Th. C. XV. 1. c. 8. de opp. pub. — **§. 4.** *Observatio, Consuetudo.* I. **Sy.** Mores. Cf. v. Mos. §. 3. Consuetudo. fr. 52. §. 4. de legat. III. (32.) fr. 8. pr. de suis et legit. 38. 16. II. **Op.** Desuetudo. Cf. h. v. III. **Cn.** Consuetudinis, ususque longaevi (non vilis auctoritas.) c. 2. Qu. sit long. consu. 8. 53. Novas, et usu vel ratione incognitas (religiones inducere.) Paul. V. 21. §. 2. Dari actionem, propter utilitatem promiscui usus. fr. 17. §. 2. de instit. act. 14. 3. Quarum omnium adiectionum usum — varietas negotiorum introduxit. Gai. IV. 129. Altera (sc. cretio) magis in usu habetur, unde etiam vulgaris dicta est. Id. II. 173. Qua lege — mentio nulla fit, sed in usu est etc. Gai. III. 123. In usu receptum esse, v. celebrari, v. servari, s. observari. Gai. II. 103. cf. I. 62. Vlp. XXV. 3. Vatic. §§. 156. 165. fr. 1. §. 3. de S. C. Silan. 29. 5. Maxime in usu esse videri. Magis in, v. ex, usu esse. Gai. II. 249. fr. 73. §. 2. ad L. Falc. 35. 2. fr. 89. §. 2. de solut. 46. 3. Quas (sc. actiones) in usu veteres habuerunt. Id. IV. 11. cf. 108. In usu iuris frequenter uti nos (singulari adpellatione etc.) fr. 158. de V. S. 50. 16. cf. fr. 52. §. 4. de legat. III. (32.)

Vsusfructus. §. 1. *Factum utendi.* III. **Cn.** Cum fisco patrimonium partiatur, — usufructu tantum contenta vivendi. Nov. Maior. de sanctimon. IV. 6. c. 1. §. 5. — **§. 2.** *Ius utendi substantia rei, et fructus eius lucrandi.* I. **Sy.** Ius utendi fruendi. Gai. II. 93. IV. 3. Vlp. XXIV. 26. sq. II. **Op.** Vsus (nudus.) Cf. h. v. §. 2. Proprietas. Cf. h. v. §. 3. Pleno iure, — Detracto usufr. (stipulari, sc. fundum.) fr. 126. §. 1. de V. O. 45. 1. Dominium, — Possessionem tantum et usumfr. (habere.) Gai. II. 7. 86. 91. 94. sq. Vlp. XIX. 21. III. **Cn.** Vsusfructus, vel servitutes, (ut via, et iter etc.) fr. 9. §. 7. Qu. met. c. 4. 2. fr. 19. Qu. mod. ususfr. 7. 4. fr. 25. pr. de V. S. 50. 16. Gai. II. 31. Vsusfr. in multis casibus pars dominii est. fr. 4. de usufr. 7. 1. fr. 25. pr. l. 50. 16. Fundum totum nostrum esse, etiam cum ususfr. alienus est. fr. 25. pr. l. 50. 16. Praeter decimam, etiam usumfr. tertiae partis bonorum eius capere possunt. Vlp. XV. 1. Qui usumfr. fundi stipulatur, deinde fundum. fr. 58. de V. O. 45. 1. cf. fr. 21. §. 3. de exc. rei iud. 44. 2. Legatus, — In iure cessus, v. Constitutus, ususfr. Vatic. §. 54. cf. §§. 48. 57. 77. 82. sqq. fr. 3. pr. de usufr. 7. 1. Paul. III. 6. §. 17. Per mancipationem deduci ususfr. potest, non etiam transferri. Per „do lego" legatum, et per in iure cessionem, et deduci et dari potest. — Civili enim actione constitui potest, non traditione. Ib. §. 47. cf. §. 50. Gai. II. 33. Parvi refert, utrum iure sit constitutus ususfr., an vero tuitione Praetoris. fr. 1. pr. Qu. mod. ususfr. 7. 4. Vsusfr. amissus ad proprietatem recurrit. Paul. III. 6. §. 28. sq. Vatic. §§. 80. 82. sq. Vlp. XXIV. 27. fr. 8. §. 4. Qui satisd. cog. 2. 8. fr. 1. pr. usufr. quemad. cav. 7. 9. A quo ususfr. petetur, (si rem noluit defendere.) Vatic. §. 92. fr. 21. §. 3. de exc. rei iud. 44. 2. Vindicare usumfr. Actio de usufr. Vatic. §§. 46. 52. 92. — **§. 2. A.** *Ius utendi fruendi re corporali,* (cuius usus non consistit in abusu.) I. **Sy.** Ius alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. fr. 1. fr. 2. de usufr. 7. 1. Vlp. XXIV. 26. II. **Op.** Proprie, — Quasi (ususfr.) fr. 2. §. 1. de usuf. ear. rer. 7. 5. Vlp. ib. 27. III. **Cn.** Pecuniae ususfr. legatus — nec ususfr. est, et pecuniae dominium fructuarii, non heredis est. Vatic. §. 46. fr. 2. §. 1. fr. 5. l. l. 7. 5.

Vt, s. Vti. (Advb.) **§. 1.** *Sicut, Velut.* I. **Sy.** Sicut. Velut. Cf. v. Sicut. §. 3. Vt puta. Puta (p. se.) Cf. h. v. III. **Cn.** Similiter, v. non, ut. etc. fr. 9. de iurisd. 2. 1. Omnes paene, — ut etc. §. 2. I. de I. N. 1. 2. Interdum, s. Nonnunquam, ut etc. fr. 7. §. 5. de pact. 2. 14. fr. 29. de V. S. 50. 16. Alia parte, — ut etc. fr. 195. §. 3. ib. 50. 16. Quaedam, — ut etc. fr. 17. §. 1. de pact. 2. 14. cf. fr. 4. §. 5. de off. Proc. et Leg. 1. 16. Vt ecce etc. fr. 2. pr. ib. 1. 16. — **§. 2.** *Quemadmodum, Qua ratione.* I. **Sy.** Sicut. Cf. h. v. §. 1. Eodem modo, quo fr. 1. Qui satisd. cog. 2. 8. III. **Cn.** Non, ut etc. — ita etc. fr. 8. fr. 14. §. 1. de captiv. 49. 15. fr. 153. fr. 159. de R. I. 50. 17. cf. fr. 27. §. 6. de pact. 2. 14. fr. 95. §. 4. de solut. 46. 3. Vtque hoc verum est, ita e contrario etc. c. 36. de liberali c. 7. 16. Potius restituere litem, ut et ratio et aequitas postulabit, quam etc. fr. 7. §. 1. de I. I. R. 4. 1. Vti legassit, — ita ius esto. L. XII Tabb. V. 3. Vti quisque primus scriptus sit, heres sit. fr. 60. de hered. inst. 28. 5. Itinera, actus, quibus sunt, utique sunt. fr. 69. §. 5. de evict. 21. 2. Vti optimae maximaeque sunt (aedes.) fr. 90. fr. 126. fr. 169. de V. S. 50. 16. cf. fr. 22. pr. de instr. leg. 33. 7. Vti possedi. fr. 20. §. 9. de instr. leg. 33. 7. Vti nunc possidetis, quominus ita possideatis, vim fieri veto. Gai. IV. 160. cf. 148. sqq. Vatic. §. 90. — **§. 3.** *Prout.* III. **Cn.** Vt quisque de te meruerit. fr. 77. §. 25. de legat. II. (31.) Vt mos regionis postulabat. c. 8. de locat. 4. 65. Vt adsolet, v. servari oportebit. Th. C. X. 2. c. 1. de dom. ad rem priv. XII. 8. c. 1. de auri pub. prosecut. Vt res patitur. fr. 2. de statu hom. 1. 5. — **§. 4.** *Ex quo. Postquam.* III. **Cn.** Statim, ut etc. Cf. v. Statim. §. 1. Vt quisque constituit, nolle possidere, (possessio recedit.) fr. 17. §. 1. de A. v. A. P. 41. 2. Non, ut quis in carcerem ductus est, — sed post condemnationem. fr. 2. de bon. damn. 48. 20. — **§. 5.** *Tamquam, Quasi.* III. **Cn.** Cum heres institutus esset, ut filius. fr. 46. pr. de iure fisci. 49. 14. Vt heres, — vindictam servo imposuit. fr. 19. §. 4. de castr. pec. 49. 17. Quae ut materfam., quasi iure emancipata, vixerat. fr. 25. pr. de adopt. 1. 7. Decuriones, qui ut Christiani declinant munia. Th. C. XII. 1. c. 50. pr. de decurion. Poena, ut contumax, plecti. Vt infamis, notari. fr. 1. §§. 3. 8. de postul. 3. 1. Accusare, ut (ingratum.) fr. 35. §. 1. de procur. 3. 3.

Vt, s. Vti. (Coniunctio, significans finem, vel exitum rei.) III. **Cn.** Persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut etc. fr. 7. §. 8. cf. fr. 53.

de pact. 2. 14. Non solum illud continetur, ut — sed ut quoque etc. — praeterea ut etc. fr. 16. §. 1. Qu. met. c. 4. 2. cf. fr. 19. pr. de hered. pet. 5. 3. Sic tamen, non ut ei etc. fr. 29. §. 3. de Aedil. edict. 21. 1. Plebiscito continetur, ut ne quis etc. fr. 18. de off. Praes. 1. 18. Si censueritis, ut non etc. Vatic. §. 158. Vix est, ut non videatur etc. fr. 28. pr. de V. S. 50. 16. Illo colore, ut videatur ille quasi non sanae mentis fuisse. fr. 5. cf. fr. 2. de inoff. testam. 5. 2. In hoc tantum, — uti etc. Gai. III. 72. fr. 17. §. 4. de cond. et dem. 35. 1. fr. 30. pr. de V. S. 50. 16. Hac lege (emere etc.) ut. Cf. v. Lex. §. 8. Sub hac conditione liberi sunto, ut etc. fr. 44. de manum. testam. 40. 4. Cum hac adiectione relinquere, ut (habeant, unde se pascant.) fr. 22. §. 1. de alim. leg. 34. 1. Noxales actiones proditae sunt, uti liceret etc. Gai. IV. 75. Distinguit, ut si etc. — sit facta, liceat paclsci. fr. 7. §. 14. de pact. 2. 14. Potest evenire, ut etc. fr. 44. pr. ad S. C. Treb. 36. 1. cf. fr. 2. §§. 5. 11. de O. I. 1. 2. fr. 62. pr. ad L. Falc. 35. 2. Consequens est, ut etc. fr. 4. pr. de off. eius. 1. 21. Admonere, v. Edocere, ut etc. fr. 3. §. 4. de off. Prf. Vigg. 1. 15. c. 8. Qui testam. fac. p. 6. 22.

Vtcumque. (Advb.) **§. 1.** *Quocunque modo.* III. ***Cn.*** Sed utc. is — potest videri certum stipulatus. fr. 75. §. 8. de V. O. 45. 1. Vtc. tunc locum habere posse, v. admitti. fr. 26. de iniur. 47. 10. cf. fr. 3. §. 8. de don. int. V. 24. 1. — **§. 2.** *Quandocunque.* III. ***Cn.*** Vtc. quaereretur. fr. 64. de legat. II. (31.)

Vtensilia. *Vsui quotidiano necessariae res.* III. ***Cn.*** Supellex, — vina quoque, et si quid aliud utensilium. fr. 12. §. 28. de instr. leg. 33. 7. Qui utensilia negotiantur, et vendunt. fr. 12. de decur. 50. 2. fr. 2. de nundin. 50. 11.

Vter. (Subst.) ***Follis.*** III. ***Cn.*** Vino legato, utres non debebuntur, nec culeos quidem deberi. fr. 3. §. 1. de trit. vino. 33. 6.

Vter. (Adiect.) **§. 1.** *Singulus ex duobus.* III. ***Cn.*** Si non intelligatur, uter ab utro eversus sit. fr. 45. §. 3. ad L. Aqu. 9. 2. Si cum utro eorum actum est, cum altero agi non potest. fr. 1. §. 24. de exerc. act. 14. 1. Ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat. Gai. IV. 148. 166. Ad Cos., — sive quem ad utrum eorum ius erit. Fr. L. Cincii, I. Cti. Ap. Gell. XVI. 4. — **§. 2.** *Alteruter.* I. ***Sy.*** Alter. Alteruter. fr. 2. §. 37. de O. I. 1. 2. fr. 47. fr. 66. de procur. 3. 3. fr. 8. §. 1. de legat. I. (30.) III. ***Cn.*** Si debeas X, aut hominem, utrum adversarius volet. fr. 22. de compens. 16. 2. cf. fr. 66. de procur. 3. 3. fr. 21. §. 2. de nox. act. 9. 4. Vtrum vellet, mulier eligeret, vel mancipia, vel aestimationem. Vatic. §. 114. fr. 21. de usu et usuf. leg. 33. 2. — **§. 3.** *Vterque.* III. ***Cn.*** „Ante diem X. Calend.“ „Post diem X. Cal.“ Neque utro enim [al. Neutro enim] sermone XI dies significantur. fr. 132. pr. de V. S. 50. 13. Si Cpedes in medio utrorum aedificiorum fuerint. Iul. ep. nov. c. 57. §. 201. Ex uno facto incidit et Aquiliam et actionem iniuriarum, — et ideo possunt utrae [al. utraeque] competere. fr. 34. pr. de O. et A. 44. 7.

Vterinus. (Adiect.) *Qui cum alio ab eadem dumtaxat matre prognatus est.* II. ***Op.*** Consanguineus. Cf. h. v. §. 2. Germanus. Cf. h. v. III. ***Cn.*** Vterinus frater, ac soror, eodem gradu — vocabuntur. Th. C. IX. 42. c. 9. §. 3. de bon. proscr.

Vterlibet. (Adiect.) *Vter ex pluribus.* III. ***Cn.*** In utrumlibet ex illis dabitur actio. fr. 3. de tribut. act. 14. 4. cf. fr. 47. de procur. 3. 3. Et si area ab utralibet parte aedium sit. fr. 1. §. 8. de cloac. 43. 23.

